PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD TEMPORA CONCILII TRIDENTINI (ANNO 1545) PRO LATINIS, ET CONCILII FLORENTINI (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT:

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, QUOAD PRIMAM SERIEM, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLEM SUAM STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD NOVEM ET CENTUM VOLUMINA PERVENIT, SED SINE INDICIBUS; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM, 326 VOLUMINIBUS PRO AMPLIORI EDITIONE ET 272 PRO MINORI ABSQUE INDICIBUS CONSTANTEM, COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES SERIEBUS PATROLOGIÆ NONDUM EXCUSIS APPLICANTUR.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXVII

SANCTUS GREGORIUS NAZIANZENUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1862

Digitized by Google

C 550.4.1
HARVARD UNIVERSITY LIBRARY 10 Jan 1925

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au-dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 25 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées: aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait ni prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque universelle du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un assez sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre.

Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme, reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, savoir, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine.

Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en confier une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les correcteurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient toujours une révision et souvent il en vient deux ou trois, puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a-t-il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition.

De plus, les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent, le plus souvent, que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver, en dix-huit mois d'études, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin, soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesmes, et M. Bonnetty, directeur des *Annales de Philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction.

Dans le Clergé se trouvent très-certainement de bons latinistes et de bons hellénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques. Eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque véritable faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, mais surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est recorrigé mot pour mot d'un bout à l'autre Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi-million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRES COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. le chevalier Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Digitized by Google

SÆCULUM IV. ANNUS 389.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

VULGO *NAZIANZENI*, ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI,

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA,

AD MSS. CODICES GALLICOS, VATICANOS, GERMANICOS, ANGLICOS, NEC NON AD ANTIQUIORES EDITIONES CASTIGATA, MULTIS AUCTA ET ILLUSTRATA,
CURA ET STUDIO MONACHORUM ORDINIS S. BENEDICTI E CONGREGATIONE S. MAURI :

ACCEDUNT

VARIORUM COMMENTARII ET SCHOLIA IN OMNIA OPERA SANCTI GREGORII;

ACCURANTE DENUO ET RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS TERTIUS.

VENEUNT QUATUOR VOLUMINA 44 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1862

Digitized by Google

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XXXVII CONTINENTUR.

S. GREGORIUS THEOLOGUS, CP. ARCHIEPISCOPUS.

A. B. Caillau Præfatio.	col.	9
EPISTOLÆ.		21
De S. Gregorii Testamento Monitum.		387
TESTAMENTUM, ex archetypo descriptum.		389
Monitum de S. Gregorii Poematibus.		395
POEMATA.		397
Lib. I. — Poemata theologica.		397
Sect. I. Dogmatica.		397
Sect. II. Moralia.		521
Lib. II. — Poemata historica.		969
Sect. I. De seipso.		969
Sect. II. Quæ spectant ad alios.		1451
Index Rerum.		1599

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

Digitized by Google

A. B. CAILLAU PRÆFATIO.

Inter insurgentes hinc et inde multis jam ab annis publicarum discordiarum tumultus, hoc gravissimum emergere incommodum crediderim simul et dixerim, funestam videlicet istam, quæ doctos et pacis amantes litterarum labores interruptos pendere coegit, necessitatem. Quid enim scribendi studio cum ardore bellandi? quid meditationum quieti cum seditionum motibus? Ubi infausti civilium procellarum spiritus acriter sibilando invehuntur, ibidem languescant flores ingenii marcidique decidant necesse est.

Quis est studiosos inter sacræ antiquitatis alumnos, qui primum tam nitidæ et tam emendatæ S. Gregorii Nazianzeni editionis volumen non fuerit admiratus (*a*)? Quis illud meritis non extulit laudibus, Benedictinorumque Sancti Mauri, ita aliunde in suis operibus perfectorum, perfectissimum opus non prædicavit? Quis justo non prosecutus est desiderio amissum, ut nonnulli putant, aut saltem, ut verum est, suspensum excellentis elucubrationis complementum? Quod perditum deflent alii, quod alii interruptum dolent, hoc tandem e tenebris erutum tibi proferimus, optime lector, quod non te solum, sed et omnem eruditorum familiam grato animo accepturam confidimus.

Plura autem et certe gravissima in procinctu tractanda occurrunt, 1° scilicet quo felici casu authenticus Maurinorum manuscriptus codex nostras in manus inciderit; 2° quæ et quanti sint momenti opera, quæ nondum ad omnimodam integritatem severioremque castigationem revocata, emittenda supererant; 3° qua methodo doctissimi editores in operando processerint; 4° quid laboris tandem nobis, post tantos messores prætermissas vix aliquas hinc et inde spicas legentibus, fuerit derelictum: quæ quidem ubi fuerint dilucide examinata et expensa, nil jam ultra quod expostulari possit vel exoptari remanere credimus.

ARTICULUS I.

De invento Maurinorum codice.

Nemo nescit recentiorem S. Gregorii Nazianzeni editionem primum a D. Jacobo de Friche susceptam, deinde vero a D. Francisco Louvard inchoatam, postea a D. Prudentio Maran præparatam, imo et publice anno 1708 annuntiatam, anno denique 1778, quoad primum volumen, fuisse emissam Parisiis a D. Clemencet, quocum insuper curas communicaverunt DD. Patert, Andreas Brion et Dionysius d'Olive, qui menda corrigendi ingratum difficilemque laborem non detrectavit. Domno Clemencet, qui, doctrina celebrior quam fide, plura scripsit ad confirmandos recentiorum novatorum errores, quorum acrior exstitit propugnator, adjutor in secundi voluminis labore datus est D. de Cosniac, qui lenior animo, at forte ingenio minor, ad eosdem errores videtur inclinasse. Hinc licet caute legendi, quando de falsis eorum agitur doctrinis, legendi tamen secure cum agitur de linguæ Græcæ peritia, de codicum vetustate, auctoritate et varietatibus, de vi et sensu verborum, de versionis proprietate, cæterisque ejusmodi, quibus conflatur omnis nostræ hujus editionis labor. Laboris autem ardui multiplex sollicitudo, præsertim defuncto jam D. Clemencet, plures requirebat manus, et quidem non indoctas; unde factum est ut in operis partem veniret D. de Verneuil, qui ejusdem ordinis non vestem solum, sed et scientiam præferebat. Tribus ab his viris, aliisque forsan quorum memoria non superest, jam confectum opus, nil aliud quam typographorum manum exspectare videbatur, quando irruit subito tristis violentaque procella, quæ, concussis religionis ipsius in Gallia fundamentis, sacros monachorum ordines spoliavit disturbavitque. Maurinis autem, cum ab avitis claustris nudi et egentes abjicerentur, nil antiquius fuit quam cæteris omnibus pretiosiorem, utpote tantis vigiliis sudoribusque comparatum

(*a*) Splendidum certe volumen, sed quoad textus emendationem non adeo extollendum. Speciminis loco sit pagina 1, ubi legitur bis *ἀνασθάσεως* pro *ἀναστάσεως*, *οὗτος* pro *οὗτος*, etc. Sed quod mireris, in titulo primi voluminis quod jam peccaverant primi typographi, id non modo retinuerunt novissimi editores in eodem titulo typis iterum mandato, *εὑρισχόμενα* pro εὑρισκόμενα scribentes (quod tamen jam notaverat Harles ad *Biblioth. Græc.* Fabricii, tom. VIII, p. 405), sed aliud insuper mendum addiderunt *Γρεγορίου* exhibentes pro Γρηγορίου. EDIT. PATR.

Digitized by Google

thesaurum, fugiendo auferre, et, dum transiret tempestas, occultare. Utrum plures factæ fuerint ante hoc temporis transcriptiones, non satis constat; certum est autem duplicem jam codicem inter eminentissimi cardinalis DD. Fesch manus habitum fuisse, quorum cum prior, multa pecunia comparatus, quasi a propria Benedictinorum manu descriptus, manum alienam evidenter argueret, posteriorem iterum pecunia majori redemit eminentissimus idem Purpuratus; utrum veriorem sincerioremque, asserat qui vidit; mihi enim illum videre non concessum. Romam enim deveniens, et ad Eminentissimi pedes provolutus, eo audaciæ devenire sum ausus, ut tam pretiosum monumentum, prelo subito mandandum, describendi licentiam expostularem; quam quidem propter gravissimas sane, quas non discutere meum est, sed revereri, rationes obtinere non contigit. Durum tamen et amarum animo sacræ antiquitatis amanti, præsumpti pulcherrimi laboris omnem penitus spem abjicere. Mihi, fateor, semper ante oculos obversabatur secundum illud sancti Gregorii Benedictinum volumen. Ergone semper in unius bibliothecæ tenebris sepultum remanebit? Nunquam ergo fiet publici juris? Ecclesia tanto lumine nunquam irradiata gaudebit? Hæc me cogitante, subito fama ad aures affertur, verum et genuinum Maurinensis elucubrationis exemplar Parisiis haberi; D. de Verneuil, omnibus aliis, qui huic labori communicaverant, superstitem fideliter illud servasse; imo sæpius apud ipsum cardinalem Fesch egisse, ut prelo subjiceretur, cum vigeret adhuc potentissimi nepotis auctoritas, eumdemque morte tandem præventum, dum regeret Sancti Dionysii prope Parisios parochiam, illud proximis reliquisse, qui ejus etiamnum possessione fruebantur. Nec mora: inquiruntur D. de Verneuil hæredes, nec multo post inveniuntur; invenitur cum illis pretiosus codex; severo subjicitur examini; giganteo labore proditur Maurinorum ingenium; castigatio textus, adnotationum proprietas, versionis perfectio, variantium lectionum delectus et multitudo, scripturæ ipsius vetustas, nihil est quod non ad manifestandam veritatem concurrat. Imo et editorum nomina, et eorumdem deliberationes, et danda typographis consilia, et sequenda in cunctis methodus rem ita clare elucidant, ut in dubium revocari non possit. Unum et quidem difficilius forte inveniendum remanebat, nempe fortem audacemque virum, qui et codicem argenti pondere comparare, et comparatum ingentibus dispendiis typis mandare non reformidaret. Detrectantibus aliis quibusdam periculumque subire recusantibus, obvium se fecit ultro D. Parent-Desbarres, qui jam de scientia et religione multis editionibus et præsertim *Collectione SS. Patrum* bene meritus, meritum illud novum præcedentibus superaddere voluit.

ARTICULUS II.

De nondum editis a Maurinensi congregatione Gregorii operibus.

Omnia beati Doctoris opera tres ad classes necessario revocantur, quarum prima, Sermones; secunda, Epistolas; tertia, Poemata complectitur. Gregorius enim ut in perorando sublimis et facundus, ita et in scribendo nitidus atque facilis, et in cantando grandis et amœnus exstitit.

Sermones quidem omnes jam a Benedictinis meliori ordine editi, et quoad textum emendati, in primo volumine habentur, servata veteri Billiana versione, sed in multis maximisque castigata, decerptisque quatuor orationibus, nempe XLV, XLVI, LI et LII, quæ non inter sermones, sed inter epistolas evidenter collocandæ, proprium in locum, ut par erat, fuerunt revocatæ. Restant igitur epistolæ et poemata, quæ jam in publicum emittere statuimus.

Epistolæ, quæ nonnisi 232 in novissima editione Billiana leguntur, superaddito autem Morelliano supplemento 242, sed quæ revera, amandatis quæ vel ad Basilium pertinent, vel bis repræsentantur, superadditis autem quæ vel ex orationibus desumuntur, vel aliunde fuerunt extractæ, ad 243 numerum assurgunt, ita argumentorum diversitate et varietate scribendi temperantur, modo de theologicis alte simul et dilucide disserentes, modo de philosophicis clare tractantes et sublimiter, nunc reorum a principibus veniam potenter implorantes, nunc consilia parvis et magnis dispertientes sapienter, aliquando etiam de minimis cum familiaribus, sed non minimo sale, jocantes, ut difficile sit admodum statuere, quibus gratiores utilioresque possint evadere, utrum videlicet religiosæ doctrinæ, an sæcularis facundiæ curiosis.

Poemata vero, quæ non solum numero, sed forte ingenio epistolas superant, non captandæ popularis auræ, verum promovendæ pietatis studio conscripta, ideo a beato Doctore fuerunt composita, sive ut Apollinaris, hæresim emissis in publicum cantibus insinuantis, carminibus

Digitized by Google

opponerentur, sive ut ipse morbi languores tentationumque tædia grato labore sublevaret. Nullum ita dixerim, quod non attigerit, argumentum, nullum poetici numeri genus, quod non in cantibus adhibuerit. Hic hexametris, hic iambicis, hic pentametris, hic Anacreonticis ludere gestit; hic facta historica, hic dogmata fidei, hic moralis disciplinæ præcepta evolvere et illustrare. Poemata, mirum dictu! plus quam quadringinta supersunt, et in illis fere decem et octo millia versuum, quorum nonnisi pars aliqua apud Billium legitur: nec in tanta abundantia, multitudo, ut sæpius fit, perfectioni nocuit; idem semper, id est semper stylo nitidus, splendidus verbis, forma elegans, figuris dives, numero facilis, non minus admirationem rapit, cum ipsam Christi genealogiam, adhibitis omnibus Hebraicis nominibus, ad metri leges accommodat; quam cum Dei magnitudinem exaltat, aut, ad sua reversus, proprias narrat calamitates.

Hæc, breviter licet exposita, ad demonstrandum sane sufficient, quantum reipublicæ Christianæ emolumentum exsurgat, si plena tandem et omnibus numeris absoluta prodeat epistolarum et poematum Gregorii nostri editio.

ARTICULUS III.

De Benedictinorum in præparanda editione methodo.

Quinque in Benedictinorum labore veniunt exploranda, nempe 1° correctio textus; 2° versionis sinceritas; 3° adnotationum delectus; 4° materiarum ordo; 5° monita quædam ex eorumdem codice manuscripto mutuata; quæ, qualiter se habuerint, ex dicendis jam clarius patebit.

I. Quod attinet ad textus emendationem, satis erit hic referre quales codices excusserint Benedictini, et qua cura varias lectiones cum jam editis contulerint.

Notitia codicum, quibus in emendandis S. Gregorii epistolis usi sunt docti editores.

E Regia bibliotheca.

457. Chartaceus, olim Tellerianus.
506. Membranaceus, olim Mazarinæus, XI sæc. 235 epistolas continet.
510. Membranaceus, olim Mediceus, IX sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ et epistola ad Nectarium. Ejusdem ad Virginem exhortatio metrica. Subjuncta est δοξολογία, quæ ab editis libris abest.
514. Membranaceus, olim Colbertinus, X sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ.
517. Membranaceus, olim Medicæus, X sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ, epistola ad Evagrium et δοξολογία.
518. Membranaceus, Fonteblaudensis, X sæc. Epistola ad Evagrium monachum; epistola ad Cledonium.
524. Membranaceus, XI sæc., ex Oriente, opera Vanslebii in Regiam bibliothecam illatus. Ep. ad Cledonium, et ep. ad Nectarium.
532. Membranaceus, olim Colbertinus, XI sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium, ad Evagrium monachum.
538. Membranaceus, XII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ.
540. Membranaceus, olim Mazarinæus, XII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ; epistola ad Nectarium.
545. Membranaceus, olim Colbertinus, XII sæc. Epistolæ ad Cledonium.
551. Membranaceus, e Constantinopoli illatus in Regiam bibliothecam. Epistolæ ad Cledonium, epistola ad Nectarium, epistola ad Evagrium monachum.
552. Membranaceus, olim Boistallenarius, XIII sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium, ad Evagrium monachum *De Divinitate*.
557. Bombycinus, olim Tellerianus, XIII sæc. Epistolæ ad Nectarium, ad Evagrium, ad Cledonium.
560. Membranaceus, olim Colbertinus, XIII sæc. Duæ ad Cledonium epistolæ, epistolæ ad Nectarium et ad Evagrium.
562. Membranaceus, olim Colbertinus, XIII sæc. Epistolæ ad Cledonium, ad Nectarium et ad Evagrium.
902. Bombycinus, XIV sæc. Variæ Gregorii epistolæ.
968. Chartaceus, XIV sæc. Basilii et Gregorii variæ epistolæ.
975. Membranaceus, XII sæc. Epistolæ ad Nectarium, ad Evagrium, ejusdem Vita in epitomen contracta.
984. XIV sæc. Epistolæ ad Cledonium et ad Nectarium.
997. An. 1231. Epistolæ ad Nectarium et ad Amicum.
1405. Chartaceus, Fonteblaudensis, XVI sæc. 184 epistolas continet.
2010. Chartaceus, XIV sæc. Gregorii epistolæ aliquot.
2022. Bombycinus, Fonteblaudensis, XIV sæc. Epistolas Gregorii 235 complectitur, quarum varias lectiones a se elegantissime descriptas suppeditavit D. Suter qui bibliothecæ S. Germani præerat.
2998. Bombycinus, XIV sæc. S. Gregorii variæ epistolæ.
3002. Chartaceus, olim Boistallenarius, XV sæc. Epistolæ aliquot.
3014. Bombycinus, XIII sæc. Variæ Gregorii et Basilii epistolæ.
— Codex Regius, olim Ecclesiæ Parisiensis, B. n°. 5.

Alii codices manuscripti.

Vat. Codex ms. ex bibliotheca Vaticana.
Pass. Codex eminentissimi cardinalis Passionæi.
Harl. Codex ms. ex bibliotheca D. Harlæi.
Coisl. Codex ms. ex bibliotheca D. de Coislin, nunc Regius.
Medic. Codex ms. ex bibliotheca Medicæa.

Digitized by Google

Notitia codicum quibus in emendandis S. Gregorii poematibus usi sunt docti editores.

Reg. Regii plures, 59, 990, 991, 992, 993, 1277, etc.
Paris. Codices ex bibliotheca Parisiensi, nunc Regia.
Colb. Codices ex bibliotheca Colbertina, item pariter nunc Regia.
Vat. Codex Romæ collatus in bibliotheca Vaticana.
Coisl. Codex ms. ex bibliotheca D. de Coislin, deinde in bibliotheca S. Germani a Pratis, nunc in Regia. Habet scholia super lineas scripta.
Chig. Romæ collatus in bibliotheca eminentissimi olim cardinalis Chigi.
Medic. Codex ms. ex bibliotheca Medicæa Florentiæ. Continet multa poemata a Muratorio edita.
Vind. Codex Vindobonensis bibliothecæ, ex quo suam editionem confecit Tollius.

Codices excusi.

Catalogo editionum veterum quæ primi voluminis initio, p. XIV (col. 30), leguntur, quoad carmina, addenda sunt :

Toll. Tollii, Carmina cygnea S. Gregorii, in *Insignibus itineris Italici*, Trajecti ad Rhenum, an. 1696, in-4°.
Murat. Muratorii *Analecta Græca*, Padovæ, an. 1709, in-4°.
Gaull. Dionysii Gaullyer *collecta divi Gregorii Poematia*, Parisiis an. 1718, in-12.

Omnes horum codicum, sive manuscriptorum, sive excusorum varias lectiones, docti editores attentius selegerunt, et sedula distinctione adnotarunt primo in margine veteris editionis Billianæ, quam ad manus habemus, et deinde in notis, quas ad infimum paginæ locum digesserunt, servatis in textu verbis quæ ad sancti Doctoris sensum propius visa sunt accedere.

II. His curis ad emendandum textum adhibitis, de versione agitabatur quæstio, utrum scilicet nova adornaretur, an servaretur prior. Billiana epistolarum interpretatio, tum propter docti viri reverentiam, tum propter sententiæ rectitudinem et dictionis elegantiam non mutanda, sed in nonnullis solummodo perficienda visa est, sicuti et in primo volumine circa orationes fuerat factitatum. Non eadem autem placuit ratio, quando de carminibus actum est. Cum enim Billius versionem poeticam fuerit aggressus, ita sæpe metri necessitate fuit constrictus, ut sensum modo amplificare, modo truncare, sæpe etiam vel obscure, vel parum accurate repræsentare cogeretur. Nova igitur, quæ totum redderet Gregorium, licet pedestri sermone, requirebatur interpretatio : et hic fuit magnus Benedictinorum sodalium labor, quem hodie publici juris facimus. Tali autem in pretio sunt Billii carmina, tantum ingenium et sudores tantos produnt, ut in eum minus humane ageretur, si ab hac nova amandarentur editione. Unde Benedictinorum proposito, quod in eorum chartis descriptum invenimus, fideliter insistentes, Billianam versionem metricam ad inferiorem paginæ marginem dimisimus, posita ex adverso Gregoriani textus prosaica quidem, sed exacta magis interpretatione.

III. Ex hoc vero, post textus correctionem, et fidelitatem versionis, accedit editioni cuicunque pretium, quod doctis argumentis et selectis instruatur notis, tum ad elucidanda quæ obscura sunt, tum ad revocanda in lectorum memoriam quæ ad historias sacras et profanas referuntur, tum ad indigitanda quæ fidem possunt confirmare et hæreticas subvertere fabulas, tum ad explicanda quæcunque cognoscenda sunt circa genus, vitam et varias hominum dotes, necnon et circa locorum et factorum varietates. Quod quidem pretium huic Benedictinæ editioni minime deesse facilius advertet, quisquis notas et argumenta vel cursim legere voluerit.

IV. Ad hoc accedit sapienter digestus materiarum ordo, ita scilicet ut epistolæ juxta methodum chronologicam positæ, seriem historiæ juxta tempus evolvant ; carmina vero ita ad argumentorum revocentur connexionem, ut, cum de historicis agitur, ordo chronologicus iterum, quantum in his fieri potest, fideliter asservetur, iis omnibus, quorum tempus dubium permanet, ad calcem ablegatis.

V. Hic subjunginus duas maximi momenti adnotationes, quas ex chartis Benedictinorum manuscriptis habuimus. Prior ita se habet : « Ad calcem operum S. Gregorii, tomo secundo « utriusque editionis Græco-Latinæ Parisiis datæ annis 1609 et 1630, editi sunt, Latine tantum, « varii in præfata opera commentarii, e Græco sermone in Latinum conversi, scilicet Eliæ « Cretensis, Nicetæ et Pselli, additis quibusdam J. Billii scholiis. Cum autem ad scribendas ad- « notationes, quibus abundat nova hæc editio, ea commentariorum ac scholiorum ubertas « passim adhibita sit, cumque ex iis id omne fuerit excerptum, quod ad S. Doctoris operum « intelligentiam conducere poterat, ab ipsismet commentariis et scholiis iterum edendis absti- « nendum esse duximus, ne actum agere videremur, atque etiam nimiis sumptibus emptores,

Digitized by Google

« et vano labore lectores gravaremus Pauca tantum hic dicemus de modo memoratis scripto-
« ribus. Elias, Cretensis metropolita, octavo sæculo scripsit commentarium in Gregorii ora-
« tiones novemdecim. Nicetas, cognomento *Philosophus*, primum episcopus Serronis, ac
« deinde archiepiscopus Heracleæ, undecimo sæculo scripsit commentarium in Gregorii ora-
« tiones sexdecim, et brevem in quædam ejus poemata enarrationem. Psellus, et ipse cogno-
« mento *Philosophus*, undecimo etiam sæculo scripsit libellum de difficilium Gregorii locorum
« intellectu. Quod attinet ad Basilium illum qui sæpe in notis tomi primi hujus editionis citatus
« est, is, Ecclesiæ Cæsariensis antistes, decimo sæculo scripsit scholia in Gregorii orationes
« quadraginta duas ; quæ quidem scholia manuscripta exstant Parisiis in bibliotheca Regia. »

Posterior autem his verbis concipitur: « Foret hic locus exsequendi factam in Prolegomenis
« tomi primi hujus editionis (col. 38), promissionem, et eas omnes diligentius fortiusque
« repellendi criminationes, quibus Gregoriana doctrina identidem fuit a variis scriptoribus
« impetita. Verum, re maturius considerata, supervacaneas ejusmodi concertationes a nobis
« esse fugiendas existimavimus ; quandoquidem Gregorianam doctrinam ita defendit constans
« Ecclesiæ catholicæ approbatio, ut nulla ratione nobis defensoribus indigeat. »

Hinc facile intelligit lector, prætermissam a doctis editoribus dissertationem, a nobis minime attingendam.

ARTICULUS IV.

De nostris in edendo hoc volumine curis.

Grande ad hoc opus cum manus primum admoveretur, quinque et quidem præcipua nobis perficienda occurrere, nempe 1° omnes doctorum Benedictinorum chartas juxta methodum ab iis assignatam ritumque in primo volumine admissum, ordinare ; 2° mendis typographicis diligentius corrigendis sedulo invigilare ; 3° veteres poeticas versiones in multis a priorum editorum incuria deformatas ad metri rationisque normam revocare, aut saltem illorum indigitare defectus ; 4° novam poeticam versionem condere, qua Latinis carminibus exprimerentur carmina post Billium a Tollio et Muratorio in lucem emissa ; 5° indices adornare locupletissimos, juxta perfectum primi voluminis exemplar.

I. Omnes Benedictinorum chartæ, quæ ab omnibus videri possunt apud D. Parent-Desbarres, ad tria capita possunt revocari ; quorum in primo reperiuntur illæ quæ sequendas in editione regulas indicant ; in secundo autem vetus Billiana editio, cujus in margine plures signantur variantes cum variis adnotationibus lectiones ; in tertio demum ipsa Benedictinorum versio Latina, cum notis exactissimis, in quibus inter alia recensentur omnia menda quæ in editis præcedentibus occurrunt, et simul verba quæ, ex probatissimis codicibus extracta, in eorum locum introducenda videntur, ut purus emergat textus et integer. Solæ epistolæ in uno codice Græcum textum habent manu conscriptum ; sed hic novus exsurrexit labor, cum hoc exemplar manu minus docta exaratum, multis circa accentus mendis scaturiat. Hinc certa cum rectitudine, sed non sine accurata diligentia, data nobis facultas genuinum repræsentandi Gregorium. Nobis enim, tum veteres editiones cum recentioris adnotationibus conferendi, tum accentuum signa perficiendi, tum epistolas et carmina ad novum ordinem reducendi, necessitas incubuit. Quamvis autem doctos editores merita veneratione, ut decet, semper et ubique prosequamur, non potuimus tamen abstinere, quin errores quosdam in interpretando non satis animadversos, vel adnotare, vel etiam corrigere auderemus, pro certo habentes futurum fuisse, ut illas ipsi emendationes admisissent, cum diligentiorem adhibuissent animum. In deligendo insuper varias lectiones, non satis attenderunt ad poesis metrum, unde illud sæpius læsum restituere necessarium non immerito visum est : quanquam et in quibusdam aliquando nullam emendationem potuimus adhibere, seu quia ipse poeta sibi nonnihil indulsit, seu quia manuscripti codices mendis deformati nihil exhibent quo mendum queat resarciri. Sileam adhibitas a nobis curas, sive ad eligendos, in quantum fieri poterat, pares veteribus characteres, sive ad quærendam non inferiorem chartam, sive demum ad servandum antecessorum morem breves in margine sententias rescribendi, quod hodie nonnisi difficillime a typographis potest extorqueri.

Digitized by Google

II. Nec parvus, nec facilis labor eorum menda corrigere; unde mirandum nullatenus erit doctioribus, si nonnulla nostram etiam nunc vigilantiam fefellerint, quæ tamen ad calcem retractare conati sumus, utilitatem quærentes potius quam erroris pudorem reformidantes. Sed ut rariores forent isti defectus, non nostris solum ex viribus præsumpsimus, doctos autem advocavimus adjutores, inter quos justa cum laude referam nomina D. Cirier, jam antea Regiæ typographiæ addicti, necnon et D. Doquin de Saint-Preux, in bibliotheca Regia librorum custodis, et D. Valatours, in collegio Borbonico notissimi professoris, qui sive in toto opere, sive in aliqua ejus parte suas nobiscum curas communicaverunt

III. Billii, Leuvenclaii et Federici Morelli poeticas, aut potius metricas versiones ad infimum paginarum marginem dimisimus, quorum primus feliciter sæpe, duo autem posteriores sæpe infelicius egregiam Gregorii poesim in Latinam musam transtulere. Ita autem corrupta supersunt istarum versionum exemplaria, ut sæpe deficiat metrum, et nullus etiam aliquando sensus possit deprehendi. Quoties deficiebat sensus, illum reparare studuimus, non semper autem restaurare metrum, quoties deficere videbatur; sed aliquando defectus signare, aliquando corrigere operæ pretium duximus. Neutrum autem fecimus, nisi variato charactere, et mutatione in notis indicata. Sunt etiam versus qui aut omissione, aut typographorum incuria, apud Billium desiderabantur; illos supplere, characteribus iterum variatis, curavimus.

IV. Quin ad quatuor millia et amplius assurgit numerus versuum post Billium et alios editorum, quos, in poetam subitaneum rerum necessitate transmutati, decantare coacti fuimus, quosque lectorum commendamus indulgentiæ; quanquam in omnibus auctoris menti adhærentes, imo et verbis, poeticum tamen aliquid in elocutione, justasque in metro regulas servare tentavimus.

V. Supererat ingratus scribenti, sed gratus valde legenti indicum labor, qui quantum curæ temporisque absumat, nemo est sane qui possit in dubium revocare. Fideles Benedictinorum nostrorum asseclæ, epistolarum, sive quoad ordinem novum, sive quoad ordinem veterem, sive quoad ordinem alphabeticum indicem texuimus; quem proxime sequitur index carminum ubi pariter vetus ordo cum novo, novusque cum veteri comparatur. Duo breviores alii indices *Similia* et *Proverbia* ex Gregorio excerpta repræsentant. Tum evolvuntur indices majores, ubi res et verba alicujus momenti, quæ vel in operis decursu, vel in appendice leguntur, per ordinem litterarum collecta, curiosæ offeruntur inquisitioni; nec deest index ille sacer, quo sanctæ Scripturæ reperiuntur sententiæ, quas in scribendo pius Doctor adhibuit. Quæ autem aut utilia, aut curiosa perlectis sæpius sancti Gregorii operibus desumpsimus, horum ita rescribendi, ut ad ordinem alphabeticum redigerentur, fastidiosam, sed non inanem curam suscepit D. Ballin de Saint-Paul, vir a liberalibus disciplinis non alienus, cui sua laus permaneat.

Hæc quæ nec plura, nec pauciora fecimus, attendat lector, et utrum de Christiana republica nonnihil bene simus meriti, indulgentior dijudicet.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

—

S. P. N. GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

EPISTOLÆ.

—

Α'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ ΕΤΑΙΡΩ (1).

1 I. BASILIO SODALI.

Prima hæc est epistola, in qua de Gregorii et Basilii primo, eoque futuro, in solitudinem secessu, et de amborum eam in rem ultro citroque data fide, agitur. Nulla alia est Gregorii scripta ante hæc tempora, saltem ex iis quæ exstant, epistola. Itaque cæteris præmittenda est. In ea querelis Basilii respondet, præstitam fidem agnoscit et excusat. Basilii epistolam non habemus, sed exstat responsio Gregorii, *inquit* Vitæ Basilii *scriptor.*

Ἐψευσάμην, ὁμολογῶ, τὴν ὑπόσχεσιν, συνέσεσθαί σοι καὶ συμφιλοσοφήσειν καθομολογήσας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν ἔτι, καὶ τῆς ἐκεῖσε φιλίας καὶ συμφυΐας· οὐ γὰρ ἔχω τι τούτων εἰπεῖν οἰκειότερον. Ἐψευσάμην δὲ οὐχ ἑκών, ἀλλὰ νόμου νόμον νικήσαντος, τοῦ θεραπεύειν κελεύσαντος (2) τοὺς γεννήτορας, τὸν τῆς ἑταιρείας (3) καὶ συνηθείας. Οὐ μὴν παντάπασι ψεύσομαι, ἂν τοῦτο αὐτὸς καταδέξῃ (4). Τὰ μὲν γὰρ (5) ἡμεῖς σοι συνεσόμεθα· τὰ δὲ αὐτὸς ἡμῖν θέλησον, ἵν' ᾖ τὰ πάντα κοινά, καὶ τὸ τῆς φιλίας ὁμότιμον. Οὕτω γὰρ ὑπάρξει, καὶ τὸ τούτους μὴ λυπεῖν, καὶ τὸ σοῦ τυγχάνειν.

A Promissis non steti, fateor : quippe jam inde ab Athenis illiusque loci amicitia et animorum connexione (nec enim aptius verbum occurrit), facturum me receperam, ut tecum vitæ consuetudinem haberem, simulque philosopharer. Fidem autem fefelli, non sponte ac libenter, verum quod lex legem superavit, ea nimirum, quæ parentes colere jubet, sodalitatis et familiaritatis legem. Non autem prorsus fallam, si quidem hanc accipias ipse conditionem. **2** Partim enim nos tecum erimus; partim vero ipse nobiscum esse velis, ut omnia sint communia, et æqualis amicitia. Sic enim fiet ut nec parentes mœrore afficiamus, et te fruamur.

Β'. ΤΩ ΑΥΤΩ (6).

II. EIDEM.

Cum respondisset Basilius, et in epistola quam amisimus (ut agnoscit novissimus Epistolarum *Basilii editor), jocatus fuisset in Tiberinam, Gregorius rescripsit; eumque vicissim perurbanis in Cæsaream, ubi natus erat, et in Pontum, quo secedebat, dicteriis remordet. Nondum Cæsarea excesserat Basilius, quando hanc ad eum Gregorius scripsit epistolam, siquidem urbanæ habitationis incommoda, imo* delicias, opes, forum, *quibus fruebatur, objicit, sed in Pontum fugere cogitabat, ut probant hæc epistolæ verba :* ἵνα Καππαδόκης ὦν, φύγῃς τὰ Καππαδοκίας. *Scriptam ergo constat, antequam Basilius epistolam nunc* XIV, *alias* XIX, *scriberet.*

Οὐ φέρω τὴν Τιβερινὴν ἐγκαλούμενος, καὶ τοὺς ἐνταῦθα πηλοὺς (7) καὶ χειμῶνος, ὦ λίαν ἄπηλε

B Non fero mihi Tiberinam objici, atque hujus loci lutum et hiemes, o vir luti admodum expers,

(1) Alias V. Scripta anno vertente 357, vel ineunte 358. — *Βασιλείῳ ἑταιρῷ.* Sic Reg. 2012.

(2) *Κελεύσαντος.* Regii duo et Pass. κελεύοντος.

(3) *Ἑταιρείας.* Regius unus ἑταιρίας.

(4) *Ἂν τοῦτο αὐτὸς καταδέξῃ.* Ita Regii duo et Pass. Ed. ἂν τοῦτο αὐτὸ εἰ καταδέξῃ, quod Billius vertit, *Siquidem hoc gratum tibi futurum est.*

(5) *Τὰ μὲν γάρ.* His verbis Basilium invitat ad Tiberinæ solitudinem in Cappadocia sitam, ubi erat Arianzus, Gregorii natale solum.

(6) Alias VI. Scripta circa idem tempus

(7) *Πηλούς.* Ita Regii duo et Pass. Ed. male παγούς, *glaciem.*

Digitized by Google

summisque pedibus incedens, et planities calcans, ac pennate et pendule, simulque cum Abaridis sagitta delate, ut, cum Cappadociam patriam habeas, Cappadociæ loca fugias. An vero injuriam vobis facimus, quod cum ipsi palleatis atque angustum quiddam spiretis, solemque ad certum modum accipiatis; nos contra pingues et nitidi sumus, et saturamur, nec ullius loci angustiis circumscribimur? Sed hæc vestra sunt; deliciis enim indulgetis, et opibus polletis, et in foro versamini: hoc minime probo. Quocirca vel lutum nobis exprobrare desine (nec enim tu urbem condidisti, nec nos hiemem): vel nos tibi pro luto caupones offeremus, et quidquid turpe et improbum urbes ferunt.

A σὺ, καὶ ἀκροβάμων, καὶ τὰς πλάκας κατακροαίνων (8), καὶ ὑπόπτερε σὺ, καὶ μετάρσιε, καὶ τῷ Ἀβάριδος ὀϊστῷ (9) συμφερόμενε, ἵνα καὶ Καππαδόκης ὢν, φύγῃς (10) τὰ Καππαδοκίας. Ἢ ἀδικοῦμεν ὅτι ὑμεῖς μὲν ὠχριᾶτε (11), καὶ στενὸν ἀναπνεῖτε, καὶ μετρεῖσθε (12) τὸν ἥλιον· ἡμεῖς δὲ λιπῶμεν, καὶ κορεννύμεθα, καὶ οὐ περιγεγράμμεθα; Ἀλλὰ ταῦτα (13) ὑμῶν ἐστι. Τρυφᾶτε δὲ, καὶ πλουτεῖτε, καὶ ἀγοράζετε· τοῦτο οὐκ ἐπαινῶ. Ἢ τοίνυν παῦσαι τοὺς πηλοὺς ὀνειδίζων ἡμῖν, (οὔτε γὰρ σὺ τὴν πόλιν ἐδημιούργησας, οὔτε τὸν χειμῶνα ἡμεῖς·) ἢ καὶ ἡμεῖς σοι προσοίσομεν ἀντὶ τῶν πηλῶν τοὺς καπήλους (14), καὶ ὅσα αἱ πόλεις μοχθηρὰ φέρουσιν.

III. EVAGRIO.

Γ'. ΕΥΑΓΡΙΩ (15).

Visum est hanc epistolam, quæ nullam habet temporis notam, hoc loco statuere; maxime cum Evagrium, de quo hic agitur, rhetoricam commodius docere potuerit Gregorius, ut observat Tillemontius, prioribus secessionis suæ in Pontum annis. Redux in patriam tam præstantis magistri discipulus, cum præclara optimæ institutionis argumenta dedisset, muneribus ac litteris ejus pater magistro est gratulatus, hancque retulit responsionem. Quis vero sit iste Evagrius, an ille diaconus Evagrius, de quo multa præclara et honorifica in suo testamento Gregorius præfatur, an alius, statuere non possumus.

Laudari mihi jucundum fuit. Nam filium nostrum Evagrium clarum ac celebrem esse, nostra est celebritas; filiorum enim virtus, patrum est gloria. Nos autem, quantum ad doctrinam attinet, haud quidquam aut parum fortasse filio tuo utilitatis attulisse, nobismetipsis conscii sumus (neque enim magna in nobis est doctrina): unum autem pro omnibus et quidem maximum ei contulimus, haud istud inficier, nimirum Dei metum, quodque ei, ut res præsentes contemptui haberet, persuasimus. Atque ipsi quidem optima quæque, et optavimus, et optamus; ut quæ a nobis initia accepit, ad plenam frugem provehat, ac nos etiam diligentiæ nostræ fructum aliquem feramus. Tuæ vero excellentiæ quam maximas gratias ago, quod et nostri meminisse non graveris, et amicitiæ monimentis honestare. Quæ quidem, cum minime parva sint, libentius suscepimus.

B Ἤσθην ἐπαινούμενος. Τὸ γὰρ τὸν υἱὸν ἡμῶν Εὐάγριον εὐδοκιμεῖν, ἡμᾶς ἐστιν εὐδοκιμεῖν· τέκνων γὰρ ἀρετὴ, δόξα πατέρων. Ἡμεῖς δὲ, εἰς λόγους μὲν, οὐδὲν ἢ μικρὸν ἴσως σύνισμεν ἡμῖν αὐτοῖς ὠφελήσασι τὸν σὸν υἱὸν (οὐδὲ γὰρ μέγα ἡμῖν τὸ τῶν λόγων)· ἓν δὲ ἀντὶ πάντων αὐτῷ καὶ μέγιστον συνεισηνέγκαμεν, οὐκ ἀρνήσομαι, τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον, καὶ τὸ πεῖσαι τῶν παρόντων καταφρονεῖν. Ἐκείνῳ μὲν οὖν τὰ κάλλιστα συνηυξάμεθά τε καὶ συνευχόμεθα, ἵν' ἃς ἔλαβε παρ' ἡμῶν ἀρχὰς, τελέως καρποφορήσῃ, καί τινα τῆς σπουδῆς καρπὸν ἐνεγκώμεθα. Τῇ δὲ σῇ τιμιότητι πᾶσα χάρις, ὅτι καὶ μεμνῆσθαι ἡμῶν ἀξιοῖς, καὶ τοῖς ὑπομνήμασι τιμᾷν τῆς φιλίας. Ἅπερ οὐ μικρὰ ὄντα μειζόνως ὑπεδεξάμεθα.

IV. BASILIO.

Δ'. ΒΑΣΙΛΕΙΩ (16).

In hac epistola propemodum omnia reperies, quæ in Basilii epistola XIX, *nunc* XIV. *Jocis et salibus Gregorius consectatur* canoras aves, pisces, feras, venationes, auras, lunatos anfractus, vallum, *etc., quod quidem argumento esse videtur, his litteris Gregorium Basilianæ epistolæ* XIX, *nunc* XIV, *respondere; atque ita visum est doctissimo Tillemontio. Contra vero tam multa, quæ nequidem attigerat in epistola sua ad Basilium, facete Gregorius regerit,* aditus angustias et pericula, confragosa loca, spinas, præcipitia, strepitum, piscium inopiam, *loci et omnium accuratam adeo descriptionem, ut, qui non vidisset oculis, designare nemo potuisset. Adde* monasterii, gymnasii ac scholæ speciosa nomina, *quæ dum Gregorius exagitat a Basilio imposita, necesse est scripto aut voce norit, et certe norisse luculenter testatur. Unde perspicuum est, ni fallor, Gregorium, non epistolæ* XIX, *nunc* XIV, *sed alteri respondere: aut certe jam, cum hæc scriberet, locum adiisse, quem ita probe exploratum haberet.*

Tu quidem res nostras cavillis incesse ac sugilla, sive joco, sive serio hoc agens. Nihil hoc rei

C Σὺ μὲν σκῶπτε καὶ διάσυρε τὰ ἡμέτερα, εἴτε παίζων, εἴτε σπουδάζων (17). Οὐδὲν τοῦτο πρᾶγμα·

(8) *Τὰς πλάκας κατακροαίνων.* Male vertit Billius *tabulas calcans.*

(9) *Ἀβάριδος ὀϊστῷ.* Poetæ narrant Abaridem ab Apolline, cui servierat, sagittam accepisse, cum qua Græciam peragrabat, edens oracula, et alia stupenda faciens.

(10) *Φύγῃς.* Ita Regii duo. Ed. φύγοις.

(11) *Ὠχριᾶτε.* Ita Pass. Ed. male ὠχριῶτε.

(12) *Μετρεῖσθε.* Ita Pass. Ed. male μετερεῖσθε.

(13) *Ἀλλὰ ταῦτα.* Regius unus et Pass. ἀλλ' οὐ ταῦτα, *seu non hæc.*

(14) *Ἀντὶ τῶν πηλῶν τοὺς καπήλους.* Ita Reg. unus et Pass. In ed. deest τῶν. *Pro luto caupones:* hac in interpretatione perit gratia quæ in Græcarum vocum allusione consistit: πηλός enim significat *lutum*, κάπηλος vero *cauponem.*

(15) Alias CLIII. Scripta circa annum 360.

(16) Alias VII. Scripta circa annum 361.

(17) *Εἴτε σπουδάζων.* Ita Pass. Edit. male εἴτε καὶ σπουδάζων.

Digitized by Google

μειδία μόνον, καὶ τῆς παιδεύσεως (18) ἐμφοροῦ, καὶ φιλίας ἡμῶν ἀπόλαυε. Πάντα ἡμῖν χρηστὰ ἃ παρὰ σοῦ, ὁποῖα ποτ' ἂν ᾖ, καὶ ὅπως ἂν ἔχῃ. Καὶ γάρ μοι καὶ τὰ ἐνταῦθα σκώπτειν δοκεῖς, οὐχ ἵνα σκώψῃς, ἀλλ' ἵνα πρὸς ἑαυτὸν ἑλκύσῃς, (εἴ τί γε ἐγώ σου συνίημι·) ὥσπερ οἱ τὰ ῥεύματα φράσσοντες, ἵν' ἀλλαχοῦ μεθελκύσωσι. Τοιαῦτα ἡμῖν ἀεὶ τὰ σά (19).

A est : subride solum, doctrinaque ad saturitatem fruere, ac de amicitia nostra fructum cape. Omnia, quæ a te proficiscuntur, suavia nobis sunt, quæcunque tandem illa sint, et quoquo modo se habeant. Nam res quoque hujus loci mihi cavillis impetere videris, non ut cavilleris, sed ut me ad te ipsum trahas (si quid tamen ego mentem tuam intelligo) : quemadmodum qui fluenta obstruunt, ut in aliam partem retrahant ac derivent. Sic enim tua semper accipiam.

qui natura ad malum procliviores sunt, atque occasionem iis præbes de te sinistre partim suspicandi, partim loquendi? Falso sane et iniquе id faciunt: quid tamen necesse est hanc illis occasionem suppeditari? Neque enim sibi ipsi quis tantum vivit, sed et proximo: nec sibi ipsi fidem facere satis est, nisi aliis quoque fides fiat. An tu aut pugnis in publico cœtu decertans, aut etiam in theatris colaphum in malam accipiens vicissim atque impingens, aut denique turpiter et fœde teipsum inflectens atque contorquens, postea te animo sobrium esse diceres? Sobrii hominis non est hæc cogitatio. Levis animi est, hæc ita suscipere. Ac si quidem meliorem mentem indueris, gaudebo, ut Pythagoricus quispiam philosophus dicebat, cum prolapsi sodalis vicem lugeret: sin minus, ille quidem scripsit: Mihi mortuus es; ego autem in gratiam tuam nondum hoc dicam. Nam ille ex amico hostis factus est, sed amicus tamen, ut ait tragicus. Verum acerbe feram (sic enim moderatius loquar), si nec ipse quid officii sit perspicias, quod primæ bonorum hominum classis est, nec alium recte monentem sequaris, quod secundi ordinis est. Habes admonitionem nostram. Ac mihi, quæso, ignosce, propter amicitiam dolenti, atque æque et tua et totius sacerdotalis ordinis, addam autem et omnium Christianorum, causa inflammato. Quod si etiam tecum, vel pro te orandum est, Deus infirmitati tuæ opem ferat, qui mortuos quoque ad vitam revocat.

ψεῦδος· ἀλλὰ τίς ἡ ἀνάγκη; Οὐ γὰρ ἑαυτῷ ζῇ τις μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ πλησίον· οὐδὲ ἀρκεῖ τὸ πείθειν σεαυτὸν, εἰ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους. Ἢ καὶ πυκτεύων σύ γε ἐν τῷ κοινῷ, ἢ καὶ παιόμενος ἐπὶ κόρρης καὶ παίων ἐν τοῖς θεάτροις, ἢ καὶ τὰ αἰσχρὰ λυγιζόμενος καὶ καμπτόμενος, εἶπες ἂν ὡς κατὰ ψυχὴν ἐσωφρόνεις; Οὐ σωφρονοῦντος ὁ λογισμός. Κοῦφον τὸ ταῦτα δέχεσθαι. Εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο, ἀλλὰ νῦν χαιρήσομαι, τῶν Πυθαγορικῶν ἔφη τις φιλοσόφων, ἑταῖρον ἐκπεπτωκότα θρηνῶν· εἰ δὲ μή, ἐκεῖνος μὲν ἔγραψε, Τέθνηκάς μοι· ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ ἐρῶ σὴν χάριν ἔτι. Φίλος γὰρ ὢν, ἐχθρὸς ἐγένετο, ἀλλ' ὅμως φίλος, ἡ τραγῳδία φησίν. Ἀνιάσομαι δὲ, τοῦτο γὰρ εἰπεῖν μέτριον, εἰ μήτε αὐτὸς συνορᾷς τὸ δέον, ὃ τῆς πρώτης ἐστὶ τῶν ἐπαινετῶν μερίδος· μήτε ἄλλῳ εὖ εἰπόντι κατακολουθήσεις, ὃ τῆς δευτέρας (99). Τοσαῦτα τὰ τῆς παραινέσεως. Καί μοι σύγγνωθι διὰ φιλίαν ἀλγοῦντι, καὶ ὁμοίως ὑπέρ τε σοῦ, καὶ τοῦ ἱερατικοῦ παντὸς τάγματος φλεγομένῳ, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ πάντων Χριστιανῶν. Εἰ δὲ δεῖ καὶ συνεύξασθαι ἢ ὑπερεύξασθαι, Θεὸς βοηθείᾳ σου τῇ ἀσθενείᾳ, ὁ καὶ τεθνηκότας ζωοποιῶν.

XII. NICOBULO.

IB'. ΝΙΚΟΒΟΥΛΩ (1).

Nicobulus, ad quem scripta est epistola XII, *Alypianam, filiam Gorgoniæ, quæ Gregorii nostri soror erat, uxorem duxerat. Sub initia hujus conjugii, cum, nondum assuetis conjugibus, vel joci, vel rixæ solent exsistere, datas esse has litteras non male omnino conjicias, anno circiter* 365: *quo pariter anno datam ad Amphilochium pro Nicobulo epistolam* XIII, *cum nondum foro Amphilochius valedixisset, arbitratur Tillemontius.*

Alypianam apud nos cavillis incessis, ut parvam, ac tua proceritate indignam, o gigantee, et vaste, ac portentose, tum forma, tum robore. Etenim nunc intellexi animum mensuræ subjici, et virtutem expendi, ac rupes margaritis præstantiores **14** esse, corvosque lusciniis augustiores. Tu vero magnitudine tua et cubitis fruere, nec Aloydis illis ullo modo inferiorem te præbe. Equum enim ducis, et hastam vibras, et feræ tibi curæ sunt. Ipsa autem nil operis patrat: nec magni roboris est radium ferre, et colum tenere, ac telæ assidere: id enim feminarum decus est. Quod si hoc quoque adjicias, eam orationis causa humo affixam esse, ac per ingentes mentis agitationes perpe-

Σκώπτεις τὴν Ἀλυπιανὴν ἡμῖν, ὡς μικράν, καὶ τῆς σῆς μεγαλειότητος ἀναξίαν, ὦ μακρὲ σὺ, καὶ ἀμέτρητε (2), καὶ πελώριε, τό τε εἶδος καὶ τὴν ἀλκήν. Νῦν γὰρ ἔγνων (3) ὅτι ψυχὴ μετρεῖται, καὶ ἀρετὴ ταλαντεύεται, καὶ τιμιώτεραι τῶν μαργάρων αἱ πέτραι, καὶ κόρακες ἀηδόνων αἰδεσιμώτεροι. Σὺ μὲν οὖν ἀπόλαυε (4) τοῦ μεγέθους καὶ τῶν πηχῶν, καὶ μηδὲν λείπου τῶν Ἀλωάδων ἐκείνων (5). Ἵππον γὰρ ἄγεις, καὶ τινάσσεις αἰχμὴν, καὶ θῆρές σοι μέλουσι. Τῇ δὲ οὐδὲν ἔργον, οὐδὲ πολλῆς τῆς ἰσχύος κερκίδα φέρειν, καὶ ἠλακάτην μεταχειρίζεσθαι, καὶ ἱστῷ προσκαθέζεσθαι. Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν (6). Εἰ δὲ καὶ τοῦτο προσθείης, ὅτι τῇ γῇ προσπέφυκε (7) δι' εὐχὴν, καὶ Θεῷ σύνεστιν ἀεὶ τοῖς με-

(99) *Ὁ τῆς πρώτης... μερίδος... ὃ τῆς δευτέρας.* Male vertit Billius, *quæ prima classis est..., qui secundus ordo est.* Hesiodus, in poemate, cui titulus est, *Opera et dies*, optimos eos esse censet, qui per seipsos quid facto opus sit perspiciunt; bonos item eos qui recte monentibus obtemperant; qui autem nec sibi ipsis consulere sciunt, nec recte consulentes audiunt, eos esse prorsus inutiles.

(1) Alias CLV. Scripta anno 365.

(2) *Καὶ ἀμέτρητε.* Ita Regg. duo, et ed. ad marginem. Male in textu καὶ ἀμύθητε.

(3) *Νῦν γὰρ ἔγνων.* Ita Reg. unus. In ed. deest γάρ.

(4) *Ἀπόλαυε.* Ita Regg. tres, et ed. ad marginem. Male in textu ἀπόλαβε.

(5) *Καὶ μηδὲν λείπου τῶν Ἀλωάδων ἐκείνων.* Aloidæ sunt Otus et Ephialtes, quos ex Neptuno peperit Iphimedia, uxor gigantis Aloei, Terræ ac Titanis filii. Hos nono ipso ætatis anno novem cubitis latos et novem ulnis altos facit Homerus, *Odyss.* XI. Gigantibus contra superos bellum parantibus, cum ad illud accedere non posset senior Aloeus, misit Otum et Ephialtem, qui Apollinis et Dianæ telis confixi perierunt, antequam ad pubertatem pervenissent.

(6) *Τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν.* Hæc verba sunt hemistichium ab ipso Gregorio adhibitum in poemate adversus mulieres sese nimis ornantes.

(7) *Προσπέφυκε.* Ita Regg. duo. Ed. minus bene προσκέκυφε, quod Billius vertit, *humi curvam esse.*

Digitized by Google

γάμεις τοῦ νοῦ κινήμασι, τί σοι ἐνταῦθα τὸ ὕψος, ἢ τὰ μέτρα τοῦ σώματος; Ἴδε καίριον σιωπὴν, φθεγγομένης ἄκουσον· τὸ ἀκαλλώπιστον κατανόησον, τὸ ὡς γυναιξὶν ἀνδρικὸν, τὴν οἰκωφέλειαν, τὴν φιλανδρίαν. Καὶ τότε φήσεις τὸ τοῦ Λάκωνος· Οὕτως οὐ μετρεῖται ψυχὴ, καὶ δεῖ τὸν ἐκτὸς ἑόντα, πρὸς τὸν ἔντὸς βλέπειν ἄνθρωπον. Ἂν οὕτω ταῦτα σκοπῇς, παύσῃ τοῦ παίζειν, καὶ καταπαίζειν αὐτῆς ὡς μικρᾶς, καὶ σαυτοῦ μακαρίσεις τὴν συζυγίαν.

A tuam cum Deo consuetudinem habere, quid hic de tua sublimitate, corporisque mensura te jactabis? Vide tempestivum silentium : loquentem audi : quam incompta sit, animadverte : quam, ut femina, fortis ac strenua : quas rei domesticæ utilitates afferat : quam viri amans sit. Ac tum illud Laconis dices : Certe animus in mensuram minime cadit, atque externum hominem oculos in internum conjectos habere oportet. Si hæc ad hunc modum consideres, jocari desines, eamque ut parvam deridere : tuumque conjugium felix judicabis.

ΙΓ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (8).

XIII. AMPHILOCHIO.

Ab Amphilochio petit ut Nicobuli in rerum tumultibus versantis patrocinium suscipiat.

Ἐπαινῶ τὸ Θεόγνιδος, ὃς τὴν μέχρι πότων καὶ τοῦ ἡδέος (9) φιλίαν οὐκ ἐπαινῶν, ἐπαινεῖ τὴν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, τί γράφων;

B Illud Theognidis probo, qui cum eam amicitiam, quæ ultra pocula et delicias minime se porrigit, haudquaquam laudet, eam contra, quæ in rebus elucet, laudibus vehit, his verbis utens :

Πολλοὶ παρὰ κρητῆρι φίλοι (10) γίνονται ἑταῖροι,
Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι (11) παυρότεροι.

Ad calices multi sese profitentur amicos :
Seria tractanti rarus amicus erit.

Ἡμεῖς τοίνυν κρατήρων μὲν (12) ἀλλήλοις οὐ κεκοινωνήκαμεν, οὐδέ γε πολλὰ συγγεγόναμεν ἀλλήλοις (καίτοι ἐχρῆν παντὸς μᾶλλον (13), καὶ δι' ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ διὰ τὴν ἐκ πατέρων φιλίαν), τὴν ἐπὶ τῶν ἔργων δὲ ἀπαιτοῦμεν εὔνοιαν. Ἐγγὺς ἀγὼν, καὶ ἀγώνων ὁ μέγιστος. Ὁ γὰρ υἱὸς ἡμῶν (14) Νικόβουλος ἐν ταραχαῖς ἀδοκήτοις, παρ' ὧν ἥκιστα ἂν ᾠήθη τις ἔχειν πράγματα (15). Διὰ τοῦτο ἀξιοῦμεν παρεῖναι, καὶ βοηθεῖν ἡμῖν ὡς τάχιστα, καὶ συνδικάσοντα καὶ συνηγορήσοντα (16), εἰ εὕροις ἀδικουμένους. Εἰ δ' οὖν (16*), μὴ προληφθῆναι τῷ ἐναντίῳ μέρει, κέρδους μικροῦ τὴν ἐλευθερίαν ἀποδιδόμενον, ἣν ἀεί σοι μαρτυρηθεῖσαν παρὰ πάντων γινώσκομεν.

Non igitur poculorum quidem commercium inter nos habuimus, nec multum una fuimus (quanquam nihil nobis antiquius esse debeat, tum propter nos ipsos, tum propter traductam ad nos a parentibus amicitiam), at eam, quæ in rebus exsistit, benevolentiam exposcimus. Imminet certamen, et quidem certaminum omnium maximum. Filius enim noster Nicobulus in tumultibus inopinatis versatur, ab iis, a quibus minime quispiam existimasset habiturum eum negotia et 15 molestias. C Quamobrem abs te petimus, ut adsis, atque quam celerrime nobis opem feras, jus dicturus, ac patrocinium nostrum susceperus, si nos injuria affici comperias. Sin minus, at certe, ut ne ab adversa parte præripiaris, exiguo quæstu libertatem eam vendens, quam omnium testimonio semper tibi tributam fuisse perspectum habemus.

ΙΔ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (17).

XIV. CÆSARIO.

Ad eumdem profecto annum pertinet epistola XIV *ad Cæsarium, qui sub Valentis imperatoris primordia, Constantinopoli præfectus legitur anno* 365; *quem Gregorius magistratum gessisse, cum hæc scriberet, ipse satis indicat.*

Εὐεργέτησόν τι καὶ σεαυτὸν καὶ ἡμᾶς, οἷον οὐ πολλάκις εὐεργετήσεις, ὅτι μηδὲ (18) πολλάκις παραπίπτουσιν εὐεργεσίας τοιαύτης καιροί. Τῶν κυρίων μου τῶν ἀνεψιῶν πρόστηθι προστασίαν δικαιοτάτην, καμνόντων ἱκανῶς ἐπὶ κτήματι, ὅπερ ὠνήσαντο μὲν, D ὡς καὶ πρὸς ἀναχώρησιν ἐπιτήδειον, καί τινα τοῦ βίου παρέχειν αὐτοῖς ἀνατροφὴν (19) δυνάμενον· ἐπεὶ δὲ

Et teipsum, et nos, ejusmodi quodam beneficio affice, quali haud sæpe afficies : quandoquidem nec sæpe hujusmodi beneficii occasiones incidunt. Dominorum meorum consobrinorum æquissimum patrocinium suscipe, qui plurimum laboris et æruminæ pro eo prædio subeunt, quod, ut ad secessum aptum et idoneum, atque ex quo subsidium ali-

(8) Alias CLX. Scripta anno 365.

(9) *Καὶ τοῦ ἡδέος.* Ita Regg. duo. Ed. minus bene καὶ συνουσίας, quod Billius vertit, *et societatem.*

(10) *Φίλοι.* Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(11) *Ἐν δὲ σπουδαίῳ πράγματι.* Male vertit Billius, *rebus ut in dubiis.*

(12) *Κρατήρων μέν.* Ita Regg. duo. Ed. κρατήρων γε. Mox οὐδέ γε. Ita Reg. unus In ed. deest γε.

(13) *Ἐχρῆν παντὸς μᾶλλον.* Ita Reg. plures. Ed. ἐχρῆν πάντως, quod Billius vertit, *illud omnino facere consentaneum erat.*

(14) *Ὁ γὰρ υἱὸς ἡμῶν.* Filium suum appellat Nicobulum, qui sororis ipsius Gorgoniæ filiam uxorem duxerat.

(15) *Ἔχειν πράγματα.* Ita Regg. duo. Ed. ἔχων πράγματα, quod Billius vertit, *negotia et molestias habens.*

(16) *Συνδικάσοντα καὶ συνηγορήσοντα.* Ita Regg. duo. Ed. δικάζοντα καὶ συνηγορήσαντα, quod Billius vertit, *jus dicens ac patrocinium nostrum suscipiens.*

(16*) *Εἰ δ' οὖν.* Forte legendum, Εἰ δ' οὔ. Tu videas. Edit.

(17) Alias CV. Scripta anno 365.

(18) *Ὅτι μηδέ.* Ita Regg. tres. In ed. deest ὅτι.

(19) *Ἀνατροφήν.* Ita legimus, Combefisii conjecturam sequentes. Ed. male ἀποστροφήν, *conversionem.*

Digitized by Google

quod vitæ ipsis afferri posset, coemerunt; postquam autem coemerunt, in multas molestias et difficultates inciderunt, ut qui scilicet partim improbos venditores experiantur, partim a vicinis spolientur ac diripiantur : adeo ut lucro illis futurum sit, recepto pretio, quod dederunt, una cum iis sumptibus, quos præterea fecerunt, et qui non exigui sunt, prædii possessione cedere. Sane si tibi libet hanc ad teipsum transferre cordi sit, posteaquam, ut contractus bellissime ac firmissime se habeat, dispexeris, hoc utique et ipsis et nobis gratius jucundiusque fuerit. Sin secus, hoc secundo loco a te peto, ut hominis anxie nocendi sedulitati atque improbitati teipsum opponas; ut ne ob eorum vitam a negotiis remotam, ipsis in aliquo prævaleat, nempe ut vel prædium detimentes lædat, vel discedentes detrimento afficiat. Equidem ipse pudore suffusus sum, de his rebus ad te scribens. Tamen quoniam ipsis, tum ob generis propinquitatem, tum ob vitæ institutum, opera nostra debetur, (cujusnam enim potius, quam ejusmodi virorum, cura quispiam tangatur? aut quia re magis erubescat, quam si hujusmodi beneficia conferre minime studeat?) te rogo, ut vel tua ipsius, vel nostra, vel ipsorum causa, vel etiam propter hæc omnia in unum coacta, omnino quidem certe de iis bene merearis.

A ὠνήσαντο, πλείοσι περιπεπτώκασι δυσχερείαις, τὰ μὲν τῶν πεπρακότων ἀγνωμόνων πειρώμενοι, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν γειτονούντων περικοπτόμενοι καὶ πορθούμενοι (20), ὥστε κέρδος εἶναι αὐτοῖς, τὸ τίμημα ὃ δεδώκασι (21) κομισαμένοις, μεθ' ὧν προσανηλώκασιν, ὄντων οὐκ ὀλίγων, ἀπαλλαγῆναι τῆς κτήσεως (22). Εἰ μὲν οὖν σοι φίλον εἰς σεαυτὸν περιστῆσαι τὴν πραγματείαν, ὅπως ἂν κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχῃ σοι τὸ συνάλλαγμα διασκεψαμένῳ, τοῦτο δὴ καὶ αὐτοῖς καὶ ἡμῖν ἥδιον. Εἰ δὲ μή, τό γε δεύτερον, τῇ περιεργίᾳ (23) καὶ ἀγνωμοσύνῃ τῶν ἀνδρὸς ἀντίθες σεαυτὸν, ἵνα μὴ πάντως ἔν γέ τι διὰ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτῶν ἔχῃ πλέον, ἢ κατέχοντας ἀδικῶν, ἢ ζημιῶν ἀπαλλαττομένους. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ἐρυθρίασα περὶ τούτων ἐπιστέλλων. Ἐπειδή γε B ὁμοίως αὐτοῖς ὀφειλόμεθα, καὶ διὰ γένος, καὶ διὰ τὴν τοῦ βίου προαίρεσιν (τίνος γὰρ ἂν τις κήδοιτο μᾶλλον, ἢ τῶν τοιούτων; ἐπὶ τῷ δὲ ἂν αἰσχύνοιτο πλέον, ἢ τὰ τοιαῦτα εὐεργετεῖν οὐ προθυμούμενος); σὺ δὲ ἢ διὰ σεαυτὸν, ἢ δι' ἡμᾶς, ἢ διὰ τοὺς ἄνδρας αὐτοὺς, ἢ διὰ πάντα ταῦτα ὁμοῦ, ἀλλὰ πάντως γε αὐτοὺς εὐεργέτησον.

16 XV. LOLLIANO.

ΙΕ'. ΛΟΛΛΙΑΝΩ (24).

Data ad Lollianum epistola, quæ sequitur, eodem anno, et eodem tempore conscripta est, quippe quæ de re eadem, et pro iisdem Helladio et Eulalio, Gregorii consobrinis, agit.

Optime vero facis, quod ad nos te recipis, longo C quidem intervallo, sed ita tamen (quod hoc præstantius est), ut res tuæ se habeant ex animi sententia : et quia nos iis curis, in quibus tua causa versabamur, liberasti. Siquidem omnia nobis communia tecum esse ducimus, tam tristia, quam læta et jucunda; ea enim amicitiæ natura est. Quoniam autem ad nos reverteris, fac felicitatem tuam, ut cujusdam verbis utar, amicis tuis impertias. Impertias autem, si dominos consobrinos meos, Helladium et Eulalium, cum in cæteris rebus velut familiares intueri animum induxeris (familiares autem dico, nisi tu nos pro alienis habeas, neque enim majus quidquam habeo, quod dicam), tum etiam, ut alii ipsis patroni requirendi sint, minime patiaris. Verum eis quidvis te præbeas, probum D amicum, commodum vicinum, fortem adjutorem, et ne singula enumerem, generosum Lollianum, ac

Εὖ γε ὅτι ἐπανήκεις ἡμῖν, διὰ μακροῦ μὲν, ἀλλ' ὅμως (καὶ ὃ τούτου κρεῖττον, ὅτι κατὰ νοῦν πράττων, καὶ τῶν ἐπὶ σοὶ φροντίδων ἡμᾶς ἠλευθέρωσας. Πάντα γὰρ κοινὰ ποιούμεθα πρὸς σὲ, καὶ λύπας καὶ εὐφροσύνας· τοιοῦτον γὰρ ἡ φιλία. Ἐπειδὴ δὲ ἐπανήκεις, μετάδος φίλοισι σοῖσι σῆς εὐπραξίας, φησὶν ὁ εἰπών (25)· μεταδώσεις δὲ, εἰ τοὺς κυρίους μου τοὺς ἀνεψιοὺς Ἑλλάδιον καὶ Εὐλάλιον, καὶ τἄλλα οἰκείους ὁρᾷν προθυμοῖο (οἰκείους (26) δὲ λέγω, εἰ μὴ ἄλλους ἡμᾶς πρὸς ἑαυτὸν νομίζοις, οὐ γὰρ οἶδ' ὅ τι ἂν μείζονα (27) εἴποιμι), καὶ μὴ ἑτέρων δεηθῆναι προστατῶν ἀνάσχοιο. Ἀλλὰ πάντα σεαυτὸν παράσχοιο, φίλον χρηστὸν, γείτονα δεξιὸν, παραστάτην γενναῖον, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγω, τὸν εὐγενῆ Λολλιανὸν, τὸν ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ (28) γνώριμον. Ὑπισχνοῦμαι δὲ, εἰ ἐπὶ πλεῖον αὐτοῖς ὁμιλήσαις, καὶ τῆς φιλοσοφίας αὐτῶν (29) τὸ ὕψος κατίδοις, ὅτι πρὸς ἄλλους (30) ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύσεις. Τοσοῦτον θαῤῥῶ τῷ σῷ τρόπῳ,

(20) *Πορθούμενοι.* Ita Regg. duo. Ed. male ποθούμενοι, *desiderentur.*

(21) *Ὃ δεδώκασι* Has voces, quæ in ed. deerant, supplevimus e Regg. duobus.

(22) *Κτήσεως.* Ita Regg. tres, et Billius in versione. Ed. male κτίσεως, *creatione.*

(23) *Τῇ περιεργίᾳ.* Billius, *curiositati.* Mox τοῦ ἀνδρός. Hoc singulare pro plurali positum Combefisio videtur esse Atticum, quia de pluribus vicinis agitur.

(24) Alias CXCV. Scripta anno 365.

(25) *Φησὶν ὁ εἰπών.* Euripides, in *Oreste.*

(26) *Οἰκείους... οἰκείους.* Ita Regii duo. Editi male habent bis οἰκείως, quod Billius vertit, *familiariter.*

(27) *Ὅ τι ἂν μείζονα.* Ita Regg. tres. Ed. minus bene ὅτι μείζονα.

(28) *Καλοκαγαθίᾳ.* Ita Regg. duo, et ed. ad marg. Male in textu καλοκαγαθίαν.

(29) *Αὐτῶν.* Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. pluribus.

(30) *Ἄλλους.* Ita Regg. plures, et Billius in versione. Ed. male ἀλλήλους.

Digitized by Google

καὶ οὕτω πολλὰς ἐλπίδας ἔχω μὴ διαμαρτήσεσθαί σου (31) περὶ ὧν αὐτὸς ἐπρέσβευσα.

A probitatis nomine insignem et nobilem. Illud autem tibi polliceor, si diutius cum eis verseris, ac philosophiæ ipsorum sublimitatem perspicias, fore ut ipse pro illis alios depreceris. Usque adeo moribus tuis confido, ac tam ingentem spem habeo, me de iis rebus, de quibus tecum ago, repulsam a te minime laturum.

ΙϚ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ (32).

XVI. EUSEBIO EPISCOPO CÆSAREÆ.

Hæc epistola et sequentes versantur circa dissensionem inter Eusebium Cæsariensem et Basilium. Cujus dissensionis causam licet Gregorius taceat, non alia esse videtur, quam quod Basilii fama ac summus ingenii et doctrinæ splendor oculos Eusebii læserat. Basilium, qui eo ipsi charior esse debuisset, quo magis eum in ferendo episcopatus onere levabat, ab Ecclesiæ administratione non sine ignominia removit. Ducem suum sic injuria affectum monachi Cæsarienses ferre non potuerunt, sed statim audaci facinore ab episcopi communione recedere statuunt, secumque partem plebis et honoratorum partem non exiguam abstrahunt. Eusebio cedens, ne sui causa laceraretur Ecclesiæ corpus, *Basilius cum Gregorio suo, eoque secessus auctore, una profugit in Pontum, anno* 363, *ut censet Tillemontius, vel anno* 364 *exeunte, aut etiam ineunte* 365, *ut contendit noster Prudentius Maranus. Inde reversus Gregorius* ad conventus spirituales et concilia *ab Eusebio vocabatur; negabat autem se absque Basilio venturum, atque ut revocaretur ab Eusebio flagitabat, simulque pollicitus fore ut Basilium ipse, velut umbræ corpora, sequeretur. Atque hæc Gregorius in epistola* XVI.

Ἐπειδὴ πρὸς ἄνδρα ποιοῦμαι τοὺς λόγους, οὔτε ἀγαπῶντα τὸ ψεῦδος, καὶ τὸ ἐν ἑτέρῳ φωρᾶσαι πάντων ὀξύτατον, κἂν ὅτι μάλιστα σοφοῖς πλέκηται (33) καὶ ποικίλοις τοῖς λαβυρίνθοις· πρὸς δὲ, οὐδὲ αὐτῷ μοι φίλον τὸ τεχνικὸν (εἰρήσεται γὰρ κἂν ᾖ φορτικώτερον), πεφυκότι τε οὕτω καὶ τυπουμένῳ παρὰ τοῦ λόγου, διὰ τοῦτο γράφω τὰ παριστάμενα. Καί μου δέξαι τὴν παῤῥησίαν· ἢ ἀδικήσεις γε τῆς ἀληθείας, τὰ τῆς ἐλευθερίας (34) ἀποστερῶν, καὶ ἀναγκάζων ἐν ἐμαυτῷ κατέχειν τὴν ὠδῖνα τῆς λύπης, ὥσπερ τι νόσημα ὕπουλον καὶ κακόηθες. Ἐγὼ χαίρω μὲν ὑπὸ σοῦ τιμώμενος (εἴπερ ἄνθρωπός εἰμι, τοῦ προειρηκότος (35) ὁ λόγος), καὶ καλούμενος ἐπί τε συνόδους καὶ συλλόγους πνευματικούς (36). Οὐ φέρω δὲ τὴν γεγενημένην ὕβριν τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ Βασιλείῳ, καὶ γινομένην ἔτι παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ὃν καὶ βίου καὶ λόγου κοινωνὸν, καὶ τῆς ὑψηλοτάτης φιλοσοφίας εἰλόμην τε ἀπαρχῆς, καὶ νῦν ἔχω· καὶ οὐδὲν ἐμαυτῷ μέμφομαι τῆς ἐπ' αὐτῷ κρίσεως. Οὕτω γὰρ εἰπεῖν μετριώτερον, ἵνα μὴ ἐμαυτὸν ἐπαινεῖν δόξω, τὰ ἐκείνου θαυμάζων. Σὺ δέ μοι δοκεῖς ποιεῖν παραπλήσιον, τὸν μὲν ἀτιμάζων, τιμῶν δὲ ἡμᾶς, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς τῇ μὲν τῶν χειρῶν καταψήχοι (37) τὴν κεφαλὴν, τῇ δὲ παίοι τὴν παρειάν· ἢ καὶ θεμελίους ὑποσπῶν οἰκίας, διαζωγραφοίη τοὺς τοίχους, καὶ καλλωπίζοι τὰ ἔξωθεν. Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθῃ, τοῦτο ποιήσεις. Πεισθῆναι δὲ ἀξιῶ· καὶ γὰρ δίκαιον. Εἰ ἐκεῖνον θεραπεύσεις τὰ εἰκότα, καὶ παρ' ἐκείνου θεραπευθήσῃ. Τὸ δὲ καθ' ἡμᾶς ἔψεται ὥσπερ τοῖς σώμασιν αἱ σκιαὶ, μικρούς τε ὄντας, καὶ πρὸς εἰρήνην ἑτοιμοτέρους. Οὐδὲ γὰρ οὕτως ἀθλίως πράττομεν, ὥστε τ' ἄλλα μὲν ἐθέλειν φιλοσοφεῖν, καὶ τῆς κρείττονος εἶναι μερίδος· ὑπερορᾷν δὲ πράγματος,

B Quoniam mihi cum eo viro sermo est, qui nec ipse mendacium amet, et ad istud in altero deprehendendum homines omnes acumine superet, quantumvis scitis et variis labyrinthis obvolvatur · atque insuper nec mihi quidem fucus et artificium placet (dicam enim, etsi molestius sit), tum a natura ita comparato, tum a Scriptura informato : idcirco quæ animo **17** occurrunt scribo. Ac tu fiduciam meam in bonam partem accipias velim : aut injurius in veritatem fueris, libertatem mihi adimens, cogensque me conceptum mœrorem, velut morbum quemdam malignum et supputridum, imo pectore continere. Honore quidem me a te affici lætor (siquidem homo sum, ut prius dixit quispiam), atque ad concilia et conventus spirituales vocari. Verum contumeliam charissimo fratri Basilio a tua pietate illatam esse, atque etiamnum inferri moleste fero, utpote quem, tum vitæ, tum studiorum, ac sublimissimæ philosophiæ socium, et ab initio elegi, et nunc habeo : nec quicquam mihi ob judicium de eo meum succenseo. Sic enim parcius loqui præstat : ne alioqui ipsius virtutes prædicans, me ipsum laudare videar. Tu vero, dum eo contempto nos honore afficis, perinde mihi facere videris, ac si quis unius viri caput altera manu demulceat, altera malam feriat; aut etiam convellens domus fundamenta parietes pingat, atque externas partes exornet. Proinde si quid mihi obtemperandum putabis, hoc facies. Ut autem obtemperes, a te peto et contendo : æquum est enim. Si illum, ut par est, coluerit, ipse quoque ab eo vicissim observaberis. Nos autem sequemur, quemadmodum umbræ cor-

(31) *Διαμαρτήσεσθαί σου.* Ita Regg. tres. Ed. male διαμαρτήσασθαι, et in eis deest σου.

(32) Alias XX. Scripta anno 365.

(33) *Πλέκηται.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Edit. male πλέκτηται.

(34) *Ἢ ἀδικήσεις γε τῆς ἀληθείας, τὰ τῆς ἐλευθερίας.* Ita Regg. duo. Ed. male ἢ ἀδικήσεις γε, τῆς ἐλευθερίας, quod Billius vertit, *aut injurius in vie fueris, libertatem*, etc.

(35) *Τοῦ προειρηκότος ὁ λόγος.* Inter sententias ab Henr. Stephano editas hæc habetur : Τιμώμενοι γὰρ πάντες ἡδονται βροτοί· *Honore enim affecti omnes lætantur homines.*

(36) *Ἐπί τε συνόδους καὶ συλλόγους πνευματικούς.* Ita Regg. duo, et Billius in versione. Ed. male ἐπί τε συλλόγους καὶ συνόδους πνευματικοὺς, esset enim legendum πνευματικάς.

(37) *Καταψήχοι.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Ed. male καταψέχοι.

Digitized by Google

pora, utpote parvi, et ad pacem propensiores. Non enim ita misero statu res nostræ sunt, ut aliis quidem in rebus philosophari, melioremque partem sequi velimus; dilectionem autem, quæ totius doctrinæ nostræ caput est, contemnamus et pro nihilo ducamus; ac præsertim erga virum sacerdotem, tamque insignem, quem et vita, et sermone, et instituto, omnium, quos novimus, præstantissimum esse agnoscimus. Neque enim mœror, quo affecti fuimus, veritati tenebras infundet.

A ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου κεφάλαιόν ἐστι, τῆς ἀγάπης· ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα ἱερέα τε καὶ τοσοῦτον, ὃν καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, καὶ πολιτείᾳ (38) πάντων ἄριστον, ὧν ἴσμεν, γινώσκομεν. Οὐ γὰρ ἐπισκοτήσει τὸ λυπεῖσθαι τῇ ἀληθείᾳ.

XVII. EIDEM.

IZ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (39).

Non sine offensione monita Gregorii accepit Cæsariensis episcopus, idque datis ad eum litteris significavit, quibus non minori libertate respondit Gregorius epistola sequenti.

Non contumeliose potius atque insolenter, quemadmodum tu de epistola nostra conquestus es, quam spiritualiter ac philosophice, atque, ut consentaneum erat, scripsi, nisi hoc quoque disertissimum Gregorium male habeat. Etsi enim dignitatis gradu superas, at nobis tamen aliquid **18** justæ libertatis ac licentiæ dabis. Ac propterea B benigniorem te nobis præbe. Si tu epistolam nostram reprehendis, tanquam famuli, atque hominis qui te ne obtueri quidem debeat, sic etiam plagas accipiemus, ac ne lacrymas quidem emittemus. An hoc quoque nobis crimini dabitur? Id certe cuivis potius, quam pietati tuæ, accidere convenit. Est enim hominis animi magnitudine præditi, amicorum potius libertatem, quam inimicorum blanditias amplecti.

Οὐχ ὑβριστικῶς ἐπέστειλα μᾶλλον, ὥσπερ ἐμέμψω τῆς ἐπιστολῆς; ἢ πνευματικῶς τε καὶ φιλοσόφως, καὶ ὡς εἰκὸς ἦν, εἰ μὴ καὶ τοῦτο λυπεῖ τὸν λογιώτατον Γρηγόριον (40). Καὶ γὰρ εἰ τῷ βαθμῷ κρατεῖς, ἀλλὰ δώσεις τι καὶ ἡμῖν ἐλευθερίας καὶ παῤῥησίας δικαίας. Καὶ διὰ τοῦτο ἔσο ἡμῖν χρηστότερος. Πλὴν εἰ κρίνεις τὴν ἐπιστολὴν ὡς οἰκέτου, καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν (41) ὀφείλοντος, οὕτω δὴ καὶ πληγὰς ληψόμεθα, καὶ οὐδὲ δακρύσομεν. Ἢ καὶ τοῦτο ἐγκληθησόμεθα; ὃ πάντας μᾶλλον, ἢ τὴν σὴν εὐλάβειαν παθεῖν ἄξιον. Ἔστι γὰρ ἀνδρὸς μεγαλόφρονος φίλων ἀποδέχεσθαι μᾶλλον ἐλευθερίαν, ἢ ἐχθρῶν κολακείαν.

XVIII. EIDEM.

IH'. ΤΩ ΑΥΤΩ (42).

Tertia hæc est Gregorii ad Eusebium Cæsariensem epistola, in qua moderatione et lenitate statim usus, venturum se respondit, ut preces cum precibus jungeret, unaque pugnaret, et qua voce, qua opera *pugiles eo tempore,* quo feræ in Ecclesiam impetum fecerant, *adjuvaret. Quibus verbis ostendit, qua de causa et quo anno ab Eusebio vocaretur; eo nimirum, quo* veluti nubes grandinis plena et stridens, Christi inimicissimus imperator Valens Cæsareæ cum improbis suis præsulibus *imminebat.* Magnum, *inquit* (43), certamen propositum erat; non ignava etiam multorum alacritas, sed infima acies, utpote carens propugnatore ac perito defensore; *quem in Basilio, imo et in Gregorio, qui* fidei propugnatores *ambo designati erant, mox habuit.*

Ne ipse quidem alioqui malevolo in pietatem C tuam animo eram, neque hoc nomine me crimineris. Verum posteaquam nonnulla cum fiducia loquendi libertatem usurpavi (quo videlicet conceptum animo mœrorem lenirem ac curarem), statim cessi ac succubui, meque regulæ libenter subjeci. Quidni enim id facerem, cum et te, et spiritus leges cognitas haberem? Nunc autem etiamsi malevolo et ignavo animo essem, tamen ipsum tempus me hoc affectu laborare non patitur, nec feræ, quæ impetum in Ecclesiam fecerunt, nec denique generosus tuus strenuusque animus ita sincere ac sine fuco pro Ecclesia pugnans. Veniemus igitur, si ita videtur, ut et preces nostras cum vestris conjungamus, et una pugnemus, et operam vobis navemus, atque, ut præstantissimum pugilem hortatores pueri, succlamationibus incitemus.

Εἶχον μὲν οὐδ' ἄλλως πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν μικροψύχως, μὴ τοῦτο μου καταγνῷς· ἀλλὰ μικρὸν ἐλευθεριάσας (44) τε καὶ θαῤῥήσας (ὅσον τὸ λυποῦν ἐπιψύξαι καὶ θεραπεῦσαι), αὐτίκα ἡττήθην καὶ ὑπεκλίθην, καὶ τῷ κανόνι φέρων ἐμαυτὸν ὑπέθηκα. Τί δὲ οὐκ ἔμελλόν σέ τε γινώσκων, καὶ νόμους πνεύματος; Νῦν δὲ καὶ εἰ λίαν μικροψύχως εἶχον καὶ ἀγεννῶς, ἀλλ' ὅ γε καιρὸς οὐκ ἐᾷ τοῦτο πάσχειν, καὶ οἱ καταδραμόντες θῆρες τῇ Ἐκκλησίᾳ (45), τό τε σὸν γενναῖον καὶ ἀνδρικὸν, οὕτω καθαρῶς καὶ γνησίως προπολεμοῦν τῆς Ἐκκλησίας (46). Ἥξομεν οὖν, εἰ δοκεῖ, καὶ ταῖς εὐχαῖς ὑμῖν συλλαμβανόμενοι, καὶ συναγωνιούμενοι, καὶ ὑπηρετησόμενοι, καὶ ὡς ἀθλητὴν ἄριστον κελευσταὶ παῖδες, ταῖς ὑποφωνήσεσιν (47) ἐπαλείφοντες.

(38) *Πολιτείᾳ.* Billius vertit *canitie;* quasi legerit πολιᾷ, quod in quibusdam codd. habetur. Sed retinenda est lectio πολιτείᾳ· non enim Basilio tunc erat ætas sic provecta, ut canitie foret præ cæteris verendus.

(39) Alias CLXIX. Scripta anno 365.

(40) *Τὸν λογιώτατον Γρηγόριον.* Censemus Gregorium sic fuisse ab Eusebio ironice nuncupatum.

(41) *Καὶ οὐδ' ἀντιβλέπειν.* Ita Regg. tres, et Billius in versione. Ed. male καὶ ἀντιβλέπειν.

D (42) Alias CLXX. Scripta eodem anno.

(43) Greg. orat. 43, n. 30 et 31.

(44) *Ἐλευθεριάσας.* Ita Reg. unus, et Pass. Ed. ἐλευθεριώσας.

(45) *Τῇ Ἐκκλησίᾳ.* Ita Pass. Ed. minus bene τῆς Ἐκκλησίας.

(46) *Καὶ ἀνδρικὸν οὕτω καθαρῶς καὶ γνησίως προπολεμοῦν τῆς Ἐκκλησίας.* Ita Pass., et Billius in versione. Ed. male καὶ ἀνδρεῖον οὕτω καθαρῶς προπολεμοῦν καὶ γνησίως τῆς ἐλευθερίας.

(47) *Ταῖς ὑποφωνήσεσιν.* Male vertit Billius.

Digitized by Google

ΙΘ'. ΤΩ ΒΑΣΙΛΕΙΩ (48).

XIX. BASILIO.

Tres epistolæ superiores, et ea quæ proxime sequitur, XIX *ad Basilium, eo sunt anno scriptæ, quo Valens imperator in Ecclesiam Cæsariensem impetum fecit; id vel ex ipsis litteris certo constat. Quo autem anno Valens impetum fecerit, una non est sententia. Doctissimus Tillemontius impiam hanc Valentis impressionem anno* 366 *factam scribit* (49); *Baronius retrahit ad annum* 364; *noster Prudentius Maranus ad annum* 365, *ipsique favent Gothofredus* (50), *Ammianus, Socrates* (51) *et Sozomenus* (52). *Bollandistæ ad annum* 367 *differunt; Pagius vero, quod absurdum est, ad annum* 370. *Ex his opinionibus nonnisi duæ sunt, quæ defendi possint, Tillemontiana et Prudentiana. Utramvis elige: cum Tillemontio Valentis impressioni annum* 366 *constitue; vel potius cum nostro Prudentio, annum* 365. *Porro in epistola hac* XIX *Gregorius significat Basilio, emollitum esse Eusebium, hortatur ut, præmissis litteris, ad eum veniat; tempus id postulare; hæreticos imminere; periculum esse, ne veritatis doctrina convellatur.*

Καιρὸς εὐβουλίας καὶ καρτερίας, καὶ τοῦ μηδένα A φανῆναι ἡμῶν ἀνδρικώτερον, μηδὲ τοὺς πολλοὺς ἱδρῶτας καὶ πόνους ἐν ὀλίγῳ καταλυθῆναι. Γράφω δὲ τί ταῦτα, καὶ πόθεν; Ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος ἡμῶν Εὐσέβιος (οὕτω γὰρ δεῖ περὶ αὐτοῦ λοιπὸν καὶ φρονεῖν καὶ γράφειν) λίαν πρὸς ἡμᾶς ἔχει συμβατικῶς τε καὶ φιλικῶς, καὶ ὥσπερ σίδηρος πυρὶ, τῷ χρόνῳ μαλάσσεται· καὶ οἶμαι καὶ γράμμα ἥξειν πρὸς σὲ παρακλήσεως τε καὶ κλήσεως, ὡς ἐμοί τε παρεδήλωσε, καὶ πολλοὶ πείθουσιν ἡμᾶς τῶν τὰ ἐκείνου σαφῶς εἰδότων. Ὃν προλάβωμεν, ἢ παρόντες, ἢ ἐπιστείλαντες, μᾶλλον δὲ προεπιστείλαντες, εἶτα παρόντες· ἵνα μὴ αἰσχυνθῶμεν ὕστερον ἡττηθέντες, ἐξὸν νικῆσαι τῷ καλῶς ἡττηθῆναι καὶ φιλοσόφως, ὃ παρὰ τῶν πολλῶν ἀπαιτούμεθα. Ἧκε οὖν ἐμοὶ πεισθείς, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ διὰ τὸν καιρόν· ἐπειδὴ σύστασις αἱρετικῶν κατατρέχει τὴν Ἐκκλησίαν, τῶν μὲν ἤδη παρόντων καὶ ταρασσόντων, τῶν δὲ, ὡς B λόγος, παρεσομένων. Καὶ δέος παρασυρῆναι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, εἰ μὴ τάχιστα κινηθείη τὸ πνεῦμα Βεσελεὴλ (53), τοῦ σοφοῦ τῶν τοιούτων ἀρχιτέκτονος λόγων τε καὶ δογμάτων. Εἰ δὲ δοκεῖς αὐτὸν ἐμὲ παρεῖναι καὶ συνδιάξοντα καὶ συνοδεύσοντα (54), οὐδὲ τοῦτο φευξόμεθα.

Probi consilii et tolerantiæ tempus est, nosque ita comparandi, ut nemo nobis animi magnitudine præstantior appareat, nec multi nostri labores et sudores temporis puncto collabantur. Cur autem et **19** unde hæc scribam, quæris? Deo charissimus episcopus noster Eusebius (sic enim de eo nobis deinceps sentiendum et scribendum est) animo erga nos est admodum amico et ad simultates componendas propenso, ac tempore, velut igne ferrum, emollitur; putoque fore, ut deprecatrices etiam et evocatrices litteræ ad te veniant, quemadmodum et ipse mihi subindicavit, et multi, qui res ipsius perspicue norunt, fidem nobis faciunt. Quem antevertamus, vel ad eum venientes, vel scribentes, vel potius, præmissis litteris, ad eum nos conferentes: ne postea nos pudeat, si victi fuerimus, cum vincere licuerit, præclare videlicet et philosophice cedendo; id quod plerique a nobis exposcunt. Mihi itaque obsequere, ac veni, tum ob hanc causam, tum etiam ob tempus: quandoquidem hæretici conjuratis animis Ecclesiam percursant, partim jam præsentes, ac turbas concitantes; partim, ut rumor est, brevi affuturi. Ac periculum est, ne veritatis doctrina convellatur, nisi primo quoque tempore Beseleelis spiritus excitetur, hoc est, sapientis hujusmodi disputationum et dogmatum architecti. Quod si tibi operæ pretium esse videtur, ut ipse adsim, tecum aliquandiu mansurus, ac itineris futurus comes, ne hoc quidem munus defugiemus.

Κ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (55).

XX. CÆSARIO.

Narrat Socrates (56), anno, *quo* Valentinianus et Valens iterum consules fuere (*qui annus æræ vulgaris* 368 *fuit*), *terræ motu facto in Bithynia, Nicæam urbem subversam fuisse, die quinta Idus Octobris. In eo terræ motu*, post hominum memoriam maximo, Bithyniæ tum quæstor Cæsarius, tecti ruina *protectus* (57), *salvus et incolumis pene solus evasit. Qua statim arrepta occasione, fratrem hortatus est Gregorius, atque etiam persuasit, ut ad Dei cultum se totum converteret.* Hoc quidem, *inquit Theologus* (58), et in animo habebat, et summo studio exoptabat, *quemadmodum mihi* per litteras persuadebat, cum hanc ad eum monendum occasionem arripuissem.

Οὐδὲ οἱ φόβοι τοῖς εὐφρονοῦσιν ἄχρηστοι· ὡς δὲ C ἐγὼ φημι, καὶ λίαν καλοὶ, καὶ σωτήριοι. Εἰ γὰρ καὶ γίνεσθαι αὐτοὺς ἀπευχόμεθα, γινομένοις γε παιδευόμεθα. Κάμνουσα γὰρ ψυχὴ, ἐγγύς ἐστι Θεοῦ, φησί που θαυμασιώτατα λέγων ὁ Πέτρος (59)· καὶ παντὶ διαφυγόντι κίνδυνον, πλείων οἰκείωσις περὶ τὸν περισώ-

.Ne ipsi quidem timores prudentibus viris incommodi sunt, quin potius, mea quidem sententia, valde commodi et salutares. Nam etsi, ne eveniant, optamus, iis tamen, cum eveniunt, erudimur. Ægra enim anima vicina est Deo, ut eximie alicubi loquitur Petrus: atque omnis qui pericu-

tacitis vocibus. Deinde, ἐπαλείψοντες. Ita Reg. unus. Ed. minus bene ὑπαλείψοντες.

(48) Alias XIX. Scripta anno 365.

(49) Tom. I, p. 789.

(50) Cod. Theod. chron. lib. IX, c. 2.

(51) Lib. VI, c 2.

(52) Lib. VI, c. 2.

(53) *Τὸ πνεῦμα Βεσελεήλ.* Beseleel, artifex a Deo vocatus, spiritu ejus impletus ad ædificationem tabernaculi (*Exod.* XXXI, 2, 3; XXXV, 30, 31). Hoc autem loco per Beseleel Gregorius significat Basilium. Billius.

(54) *Καὶ συνδιάξοντα καὶ συνοδεύσοντα.* Ita Reg. unus. Ed. male καὶ διάξοντα ταῦτα, καὶ συνοδεύοντα, quod Billius vertit: *Atque hoc administrem, tibique itineris comitem me adjungam.*

(55) Alias XVI. Scripta anno 368 labente.

(56) Hist. lib. IV, c. 16.

(57) Gregor. Orat. VII, n. 15.

(58) Carm. lib. II, carm. 1.

(59) *Φησὶ... ὁ Πέτρος.* Ignoramus undenam sumpta sit hæc Petri sententia.

Digitized by Google

lum effugit, arctius ei adjungitur, a quo salutem est consecutus. Proinde non, quia mali participes exstitimus, indignemur : sed quia effugimus, grati animi officio fungamur. Nec alios nos Deo inter pericula, et alios post pericula exhibeamus : verum sive domi manentes, sive peregre agentes, sive privatam vitam ducentes, sive publica negotia gerentes (sic enim loquendum est, nec prætermittendum), eum sequamur, a quo salutem accepimus, atque ad illius partes nosmet adjungamus, parva et humi repentia parum **20** curantes. Atque historiam quamdam posteris demus, tum ad gloriam nostram, tum ad animæ utilitatem, amplam et præclaram : quæ etiam ipsa utilissimo documento plerisque sit, nimirum periculum securitate potius esse, et calamitatem secundis rebus magis expetendam ; si quidem ante timores mundo addicti eramus, post timores autem Deo nos addiximus. Fortasse graves tibi ac molesti esse videmur, qui de his rebus sæpius ad te scribamus, ac sermones nostros, non admonitionem, sed ostentationem esse existimas. Quare de his rebus verborum satis ; nos vero scias, velim, prompto animo esse atque exoptare potissimum ad te usque proficisci, ut de salute tua tibi gratulemur ac de his rebus perfectius disseramus : sin minus, at certe, ut te hic primo quoque tempore reducem videamus, atque una tecum in grati animi significationem festum diem celebremus.

σαντα. Μὴ οὖν ὅτι μετεσχήκαμεν τοῦ κακοῦ, δυσχεραίνωμεν· ἀλλ' ὅτι διαπεφεύγαμεν, εὐχαριστήσωμεν. Μηδὲ ἄλλοι φανῶμεν τῷ Θεῷ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν κινδύνων, καὶ ἄλλοι μετὰ τοὺς κινδύνους· ἀλλὰ βουληθῶμεν εἴτε ἐνδημοῦντες, εἴτε ἐκδημοῦντες (60), εἴτε ἰδιωτεύοντες, εἴτε τὰ κοινὰ πράττοντες (δεῖ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ λείπειν), τῷ σώσαντι κατακολουθεῖν, καὶ γίνεσθαι τῆς ἐκείνου μοίρας, μικρὰ τῶν μικρῶν καὶ χαμαὶ ἐρχομένων φροντίσαντες. Καὶ δῶμέν τι διήγημα τοῖς εἰς ὕστερον, μέγα μὲν εἰς δόξαν ἡμῶν, μέγα δὲ εἰς ὠφέλειαν ψυχῆς· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ παίδευμα τοῖς πολλοῖς χρησιμώτατον, ὅτι κρειττων ἀσφαλείας κίνδυνος, καὶ συμφορὰ εὐημερίας αἱρετωτέρα· εἴ γε πρὸ μὲν τῶν φόβων ἦμεν τοῦ κόσμου, μετὰ δὲ τοὺς φόβους τοῦ Θεοῦ γεγενήμεθα. Ἴσως σοι φορτικοὶ δοκοῦμεν, πολλάκις σοι περὶ τῶν αὐτῶν ἐπιστέλλοντες, καὶ οὐ παραίνεσιν, ἀλλ' ἐπίδειξιν νομίζεις (61) τοὺς λόγους. Διὸ τούτων μὲν ἄλις· ἡμᾶς δὲ ἴσθι προθυμουμένους καὶ εὐχομένους μάλιστα μὲν γενέσθαι μέχρι σου, συνησθησομένους (62) τῇ σωτηρίᾳ σου, καὶ περὶ τούτων τελεώτερον διαλεξομένους. Εἰ δ' οὔ, ἀλλ' ἐνταῦθά σε δεξομένους ὡς τάχιστα, συνεορτάσαι τὰ χαριστήρια.

XXI. SOPHRONIO PRÆFECTO.

ΚΑ'. ΣΩΦΡΟΝΙΩ ΥΠΑΡΧΩ (63).

Urbis Constantinopolitanæ præfecturam gerebat Sophronius anno 369, *quo datis ad eum litteris, Gregorius generum sororis suæ Nicobulum ei commendabat. Cæteræ omnes Gregorii ad eumdem epistolæ præfecti potentiam prædicant, cui negotia et homines commendantur, et cujus præsidium imploratur. Præire autem omnibus ea debuit, in qua recentis dignitatis indicia quædam apparent, ut in his verbis deprehenduntur :* Etiamsi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis. *Jam enim notarius, cum ab ea dignitate ad præfecturam Constantinopolitanam gradum fecit.*

Aurum alias quidem alio modo immutatur et effingitur, in multos ornatus informatum, atque ad multas res ab arte traductum : aurum tamen, ut est, manet, nec materia, sed forma mutationem suscipit. Eodem modo tuam quoque probitatem eamdem erga tuos amicos manere existimantes, etiamsi ad altiores quotidie dignitatum gradus proveharis, hanc tibi deprecationem offerre minime dubitavimus ; quod scilicet dignitatem tuam non magis metueremus, quam moribus tuis confideremus. Cumprimis venerando filio nostro Nicobulo, quocum mihi necessitudines omnes intercedunt, tum ob generis propinquitatem, tum ob familiaritatem, tum, quod his pluris ducendum est, ob morum elegantiam, commodum ac facilem te præbe. Quibus in rebus, et quantum ? In iis rebus in quibus tua ope indigebit, et quantum tuæ animi magnitudini convenire existimabis. Nos id quod pulcherrimum habemus, tibi rependemus. Habemus porro sermones, atque quod virtutis tuæ præcones sumus, et si longe infra dignitatem, tamen quantum nostra fert facultas.

Ὁ χρυσὸς ἄλλοτε μὲν ἄλλως μεταποιεῖται καὶ σχηματίζεται εἰς πολλοὺς κόσμους τυπούμενος, καὶ πρὸς πολλὰ ὑπὸ τῆς τέχνης ἀγόμενος (64)· μένει δὲ ὅπερ ἐστὶ χρυσὸς, καὶ οὐχ ἡ ὕλη μεταβολὴν, ἀλλὰ τὸ σχῆμα λαμβάνει. Οὕτω καὶ τὴν σὴν καλοκαγαθίαν ἡγούμενοι τὴν αὐτὴν μένειν τοῖς φίλοις, κἂν ἀεὶ προΐῃς ἐπὶ τὰ ἔμπροσθεν, ταύτην ἐθαρρήσαμεν τὴν πρεσβείαν προσαγαγεῖν, οὐ μᾶλλον τὴν ἀξίαν εὐλαβηθέντες, ἢ τῷ τρόπῳ πιστεύσαντες. Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Νικοβούλῳ τὰ πάντα ἔχοντι πρὸς ἡμᾶς ἐπιτηδείως, καὶ διὰ συγγένειαν, καὶ διὰ τὴν οἰκειότητα, καὶ, ὃ τούτων μεῖζόν ἐστι, διὰ τὸν τρόπον, γενοῦ δεξιός. Ἐν τίσι, καὶ πόσον; Ἐν οἷς αὐτὸς σοῦ δεηθήσεται, καὶ ὅσον τῇ σῇ μεγαλονοίᾳ πρέπειν ὑπολαμβάνεις. Ἀντιδώσομεν δὲ καὶ ἡμεῖς ὧν ἔχομεν τὸ κάλλιστον. Ἔχομεν δὲ τοὺς λόγους, καὶ τὸ κήρυκες εἶναι τῆς σῆς ἀρετῆς, εἰ καὶ μὴ τῆς ἀξίας ἐγγὺς, ἀλλά γε κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν.

(60) *Εἴτε ἐνδημοῦντες.* Has voces, quæ in ed. deerant, supplevimus e Reg. uno et Pass.

(61) *Νομίζεις.* Ita Pass., et Billius in versione. Ed. male νομίζειν.

(62) *Συνησθησομένους.* Ita Reg. unus, et Billius in versione. Ed. male συνθησομένους.

(63) Alias CVII. Scripta anno 369.

(64) *Καὶ πρὸς πολλὰ ὑπὸ τῆς τέχνης ἀγόμενος.* Ita Regg. duo, et Billius in versione. Ed. male καὶ πρὸς πολλὰ τῆς τύχης ἀγόμενος.

Digitized by Google

ΚΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (65).

21 XXII. EIDEM.

Eodem tempore procul dubio scriptæ sunt litteræ tres pro Amphilochio, anno scilicet 369, *quo tantum, et non prius Constantinopoli præfectum vidimus Sophronium.* Potentiæ *siquidem ejus atque dignitatis mentionem cum diserte faciat Theologus in epistola, hanc hucusque oportuit differre aliasque geminas, quibus Amphilochio suo* calumniis exagitato, quasi pecuniæ gratia ignavi aliquid gessisset reisque favisset, *summorum hominum gratiam et patrocinium conciliare nititur Gregorius. Itaque Sophronium, quem patriæ gloriam appellat, rogat, ut Amphilochio se instar omnium præbeat, potentiæ voluntatem adjungens.*

Ἔδει, καθάπερ τὸν χρυσὸν καὶ τοὺς λίθους τῇ A ὄψει γνωρίζομεν, οὕτω καὶ τοὺς καλοὺς καὶ μὴ τῶν ἀνδρῶν αὐτόθεν διαγινώσκεσθαι, καὶ μὴ μακροτέρας δεῖσθαι (66) δοκιμασίας. Οὐ γὰρ ἂν πολλῶν ἐδέησεν ἡμῖν λόγων ὑπὲρ τοῦ τιμιωτάτου υἱοῦ Ἀμφιλοχίου πρεσβεύουσι πρὸς τὴν σὴν μεγαλόνοιαν. Θᾶττον ἂν ἥλπισα ἔν τι τῶν ἀπίστων καὶ παραδόξων, ἢ τοῦτον ἀγεννές (67) τι πράξειν ἐπὶ χρήμασιν, ἢ διανοήσασθαι· τοσοῦτον αὐτῷ τὸ παρὰ πάντων συγκεχωρηκὸς ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ, καὶ τὸ πρεσβυτέραν τῆς ἡλικίας ἔχειν τὴν φρόνησιν. Ἀλλὰ τί χρὴ παθεῖν; Οὐδὲν διαφεύγει (68) τὸν φθόνον, ὁπότε καὶ τούτου τὼ μῶμος ἥψατο, ἀνδρὸς δι' ἁπλότητα μᾶλλον, ἢ τρόπων (69) κακίαν περιπεσόντος ἐγκλήμασιν. Ἀλλά σοι μὴ ἀνεκτὸν φανείτω περιϊδεῖν αὐτὸν ταῖς συκοφαντίαις παρασυρόμενον. Μὴ δέομαί σου τῆς ἱερᾶς B καὶ μεγάλης ψυχῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν πατρίδα τίμησον, καὶ τῇ ἀρετῇ βοήθησον, καὶ ἡμᾶς αἰδέσθητι τοὺς παρὰ σοῦ καὶ διὰ σοῦ δοξασθέντας, καὶ ἀντὶ πάντων γενοῦ τῷ ἀνδρὶ, τῷ δύνασθαι τὸ θέλειν προσθεὶς, ἐπειδὴ πάντα τῆς σῆς ἀρετῆς οἶδα ἡττώμενα.

Quemadmodum aurum ac lapides aspectu cognoscimus, ita etiam probos atque improbos eodem modo internosci oportebat, nec longius temporis spatium ad eorum animos explorandos desiderari. Haud enim multis mihi verbis opus fuisset, pro clarissimo filio Amphilochio tuam animi magnitudinem deprecanti. Equidem ipse unum aliquid potius ex iis, quæ fidem excedunt, atque ab hominum sensibus remota sunt, futurum speravi, quam ut hic pecuniæ causa ignavi aliquid faceret, aut cogitaret : tanta ei omnium consensu probitas tribuitur, prudentiaque ætate antiquior. Sed quid facias ? Nihil livorem effugit, quippe cum reprehensio quædam eum etiam attigerit, ob simplicitatem potius quam ob morum improbitatem, criminis accusatum. At tibi minime ferendum videatur, eum calumniis exagitatum despicere. Ne, inquam, quæso, ac sacrosanctum tuum et magnum animum obtestor, verum et patriam honore afflice, et virtuti fer opem, et nos, qui a te et per te gloriam consecuti sumus, verere, atque instar omnium te homini præbe, potentiæ nimirum voluntatem adjungens; quandoquidem mihi exploratum est, nihil esse, quod non tuæ virtuti cedat.

ΚΓ'. ΚΑΙΣΑΡΙΩ (70).

XXIII. CÆSARIO.

Scripta hæc eodem tempore, pro Amphilochio, epistola ad Cæsarium, qui et ipse Constantinopoli præfectus fuerat, anno 365, *at tum etiam dignitate quadam, aut certe bene administratæ provinciæ gloria et auctoritate pollebat. In his litteris* sacerdotium et senectutem, *imo* canitiem *suam, vel occulte subindicat, vel aperte commemorat; quod anno* 369, *magis quam anno* 365 *convenire nemo negaverit. Juvenem autem appellat Amphilochium Gregorius* (71), *quod quidem absolute non est accipiendum, sed juvenem præ Gregorio, qui grandior erat. Iste autem Cæsarius non videtur fuisse Gregorii frater.*

Εἰ μεγάλα ἐστὶν ἃ αἰτοῦμεν, μηδὲν θαυμάσῃς, C ἐπειδὴ καὶ παρὰ μεγάλου, καὶ συμμετρεῖσθαι (72) δεῖ τῷ αἰτουμένῳ τὴν αἴτησιν. Ὁμοίως γὰρ ἄτοπον παρὰ μικροῦ μεγάλα αἰτεῖν, καὶ παρὰ μεγάλου μικρά. Τὸ μὲν γὰρ ἄκαιρον, τὸ δὲ μικρόλογον. Αὐτός σοι πρυσάγω διὰ τῆς ἐμαυτοῦ χειρὸς τὸν τιμιώτατον υἱὸν ἡμῶν Ἀμφιλόχιον, ἄνδρα τοσοῦτον ἐπὶ καλοκαγαθίᾳ γνώριμον, καὶ παρὰ τὸ εἰκὸς τῆς ἡλικίας, ὥστε ἂν αὐτὸς ἠγάπησα ὁ γέρων, καὶ ἱερεὺς, καὶ ὑμέτερος φίλος, οὕτως ὑπολαμβάνεσθαι. Εἰ δὲ φιλίας ἀνδρὸς ἡττηθείς, τὴν διαβολὴν οὐχ ὑπείδετο, τί θαυμαστόν; Τῷ γὰρ μὴ πονηρὸς εἶναι, οὐδὲ ὑπείδετο τὴν πονηρίαν, λόγου μᾶλλον διόρθωσιν ἢ τρόπου προσήκειν αὐτῷ νομίσας. Οὕτω συμπονεῖν ἐδέξατο (73). Τί τοῦτο δεινὸν τοῖς εὐγνώμοσι; Μὴ D

Si magna sunt quæ petimus, ne mireris : nam a magno petimus, ac petitionem cum eo, a quo petitur, metiri decet. Æque enim absurdum est a parvo magna postulare, atque a magno parva. Nam ut illud importunum est, ita hoc minuti ac præparci animi. Ipse mea manu tibi charissimum filium nostrum Amphilochium offero, virum probitatis nomine usque adeo nobilem (etiam præter quam ætas ferat), ut ipse, qui et senex, et sacerdos, et amicus vester sum, præclare mecum agi existimaturus sim, si eam apud vos existimationem obtinerem. Quod si viri amicitia captus ac superatus, calumniam 22 haudquaquam subolfecit, quid mirum ? Nam quia minime improbus erat, idcirco ne improbitatem quidem subodoratus

(65) Alias CX. Scripta anno 369.

(66) *Δεῖσθαι.* Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(67) *Ἀγεννές.* Ita Reg. unus, et ed. ad marginem. Male in textu ἀγενές.

(68) *Διαφεύγει.* Ita Reg. et ed. ad marg. Male in textu διαφεύγειν.

(69) *Τρόπων.* Ita Reg. unus, et ed. ad marg. Male in textu τρόπῳ.

(70) Alias CVI. Scripta eodem tempore.

(71) *Ammon.* lib. XXVI, pag. 322.

(72) *Συμμετρεῖσθαι.* Ita Regg. duo. Ed. male συμμετρητεῖσθαι.

(73) *Ἐδέξατο.* Ita Reg. unus. Ed. male ἔδοξε, quod Billius vertit, *videretur.*

Digitized by Google

est, nimirum sermonis potius quam morum correctionem sibi convenire arbitratus. Ita factum est, ut una cum eo laborare non recusaverit. Quidnam hic criminis est apud æquos et probos viros? Quamobrem ne vitium superiori conditione, quam virtutem, esse patere, nec canitiem nostram aspernare : verum et reverere testimonium nostrum, et humanitatis officia nostris benedictionibus subjice, quarum fortasse aliqua apud Deum, cui astamus, ratio est.

A τοίνυν ἀνάσχῃ πλέον ἔχειν (74) ἀρετῆς κακίαν, μηδὲ τὴν ἡμετέραν πολιὰν ἀτιμάσῃς· ἀλλὰ καὶ τὴν μαρτυρίαν αἰδέσθητι (75), καὶ τὸ φιλάνθρωπον ὑπόθες ταῖς παρ' ἡμῶν εὐλογίαις, ὧν ἴσως τις παρὰ θεῷ λόγος, ᾧ παρεστήκαμεν.

XXIV. THEMISTIO.

ΚΔ'. ΘΕΜΙΣΤΙΩ (76).

Themistius, ad quem scripta hæc est epistola, gratia tum potens et eloquentia, ac propterea, tametsi gentilis, Gregorio charus, doctrinæ regula *et amussis, ac* sermonum rex *ab eodem celebratur. Amphilochium commendat.*

Sermones in periculo versantur : ac tempus tuum est, siquidem tu rex es sermonum. Huc accedit, quod a paterno latere tibi amicus est meus Amphilochius. Addam etiam, quod ejusmodi, qui nec paterno generi, nec nostræ amicitiæ dedecori sit, nisi ego malus hujusmodi rerum judex sum. Quodque maximum est, homini præsertim, ut es, philosopho, quod cum nihil iniqui admiserit, negotia et molestias habet. Quod quanquam per se levissimum sit, nobis tamen acerbissimum fuerit, si dissimulare ac contemnere videamur. Et quidem ipse, quod unum possum, hoc facio. Possum autem deprecatoris partes apud eos obire, quibus bene de eo merendi potestas est. Neque enim eo statu, quo nunc sum, aliud quicquam efficere queo. Tu vero id, quod a tuo Platone dictum est, confirma, nempe civitates non ante malorum finem habituras esse, quam philosophia cum potentia conjuncta sit. Utraque enim re polles. Egenti manum porrige, eum videlicet, ut consentaneum erit, monens, ac juvans. Nihil certe melius philosophari possis, quam si nunc justitiæ patrocinium suscipias : hac re quoque beneficio afficies nos, laudum tuarum præcones, ac si per te dicere liceat, et amicos.

Λόγοι τὸ κινδυνευόμενον· καὶ σὺς ὁ καιρὸς, εἴπερ βασιλεὺς σὺ (77) τῶν λόγων. Καὶ πρός γε, σοὶ φίλος πατρόθεν ὁ ἐμὸς Ἀμφιλόχιος. Προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ τοιοῦτος, οἷος μήτε γένος πατέρων αἰσχύνειν, μήτε τὴν ἡμετέραν φιλίαν, εἰ μὴ φαῦλος ἐγὼ τῶν τοιούτων κριτής. Καὶ τὸ μέγιστον, ἀνδρὶ μάλιστα κατὰ σὲ φιλοσόφῳ, ὅτι μηδὲν ἀδίκων ἔχει πράγματα. Ὃ, τῷ (78) μὲν ἔστι κουφότατον, ἡμῖν δὲ αὖ βαρύτατον, εἰ περιορῶντες φαινοίμεθα. Ἐγὼ μὲν οὖν, ὃ μόνον δύναμαι, τοῦτο ποιῶ. Δύναμαι δὲ πρεσβεύειν πρὸς τοὺς εὖ ποιεῖν δυναμένους. Οὐ γὰρ ἄλλο γε οὐδὲν ἐμοὶ δυνατὸν οὕτως ἔχοντι, ὥσπερ νῦν ἔχω. Σὺ δὲ τὸν τοῦ σοῦ Πλάτωνος (79) βεβαίωσον λόγον, μὴ πρότερον παύσασθαι τὰς πόλεις κακῶν εἰπόντος, πρὶν ἂν συνέλθῃ φιλοσοφία τὸ δύνασθαι. Ἱκανὸς γὰρ εἶ ἀμφότερα. Δὸς χεῖρα τῷ δεομένῳ, καὶ παραινέσας τὰ εἰκότα, καὶ βοηθήσας. Ὡς οὐκ ἔστιν ὅτι φιλοσοφήσαις (80) ἄμεινον, ἢ νῦν τῷ δικαίῳ συναγωνισάμενος. Πρὸς τῷ (81) καὶ ἡμᾶς εὖ ποιεῖν τοὺς σοὺς ἐπαινέτας, εἰ δὲ δίδως εἰπεῖν, καὶ φίλους (82).

B

C

23 XXV. AMPHILOCHIO.

ΚΕ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (83).

Ex hac epistola ad Amphilochium, et ea quæ sequitur, sic Baronius apud Bollandum ratiocinatur (84): Licet eamdem Ponticam solitudinem Gregorius ac Basilius simul incolerent, degebant tamen singuli in singulis cellulis separatis, ita tamen inter se distantes, ut non incommoda sæpius veniendi daretur facultas. Id etenim ex Gregorii epistola, quam tum in eremo agens ad Amphilochium in eadem solitudine philosophantem scripsit, facile potest intelligi. Nam excepturus aliquando Basilium, olera ad se mitti rogat. *Quod quidem recte colligeret Annalium parens, si ad tempus, quo Ponticam solitudinem incoluit Gregorius, nempe ad annum* 358 *labentem*, 359, 360, 361 *ineuntem, utraque epistola esset retrahenda; sed errat Baronius. Non enim in eadem solitudine, et in Ponto; sed Ozizalæ, de qua hac epistola Gregorius, in Cappadocia, tunc versabatur Amphilochius, ut parentis senium adjuvaret. Ipse Amphilochius, ut cætera omittam, quo tempore Ponticam solitudinem Gregorius et Basilius incolebant, nempe ab anno labente* 358, *ad annum* 361 *ineuntem, junior erat, quam ut ipsi liceret per ætatem, vitam cœnobiticam amplecti, nedum anachoreticam. Imo nequidem tum amore solitudinis tenebatur Amphilochius, ut ex quibusdam Gregorii litteris, aliquot post annos scriptis, probare facillimum esset. Neque ergo tunc erat, neque antea Amphilochius in solitudine fuerat; sed fori mundique negotiis distentus erat. Credibile est, Amphilochium nonnisi post confecta negotia, de quibus in ejus gratiam plurimas Theologus anno* 369 *scripsit epistolas Sophronio et aliis, mundo valedixisse et in solitudinem sese recepisse. Itaque post illa tempora et negotia, epistolas* XXV, *alias* XII, *et* XXVI, *alias* XIII, *collocare visum est.*

Panes a te non postulavimus, ut nec aquam ab

D Ἄρτους μὲν οὐκ ἠτήσαμεν παρὰ σοῦ, ὅτι μηδὲ

(74) Ἔχειν. Hanc vocem, quæ in ed. deerat, supplevimus e Regg. tribus.

(75) Alias CXL. Scripta anno 369.

(76) Αἰδέσθητι. Ita Regg. duo. Ed. male ἀναίσθητι, *intellige.*

(77) Εἴπερ βασιλεὺς σύ. Ita Regg. duo. Ed. minus bene εἴπερ σὺ βασιλέως.

(78) Ὃ, τῷ. Ita Regg. duo, et ed. ad marg. Male in textu ὃ, τό.

(79) Τοῦ σοῦ Πλάτωνος. Plato, *De republica*, libro v, sic ait : *Nisi philosophi in civitatibus summam auctoritatem potestatemque obtineant : vel hi qui nunc reges et optimates dicuntur, ac rerum summam obtinent, germana et cumulata quadam ratione philosophentur; ac in idem concurrant civilis potentia et philosophia.... nulla unquam erit malorum in civitatibus quies, mea quidem sententia.*

(80) Φιλοσοφήσαις. Ita Reg. unus. Ed. minus bene φιλοσοφήσεις.

(81) Πρὸς τῷ. Ita Regg. duo. Ed. male πρὸς τό.

(82) Εἰ δὲ δίδως εἰπεῖν, καὶ φίλους. Has voces, quæ in ed. deerant, supplevimus e cunctis codd. nostris.

(83) Alias XII. Scripta circiter annum 369.

(84) *Vita Gregor.* apud Bolland. n. 43, pag. 387.

Digitized by Google

ὕδωρ παρὰ τῶν Ὀστρακίνην (85) οἰκούντων. Λάχανα δὲ εἰ αἰτοίημεν παρὰ ἀνδρὸς Ὀζιζαλέως (86), ὧν ἀφθονία μὲν παρ' ὑμῖν (87), παρὰ δὲ ἡμῖν πολλὴ σπάνις, θαυμαστὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἔξω τῆς συνηθείας. Καταξίωσον οὖν λάχανα ἡμῖν ἀποστεῖλαι πλεῖστα καὶ κάλλιστα, ἢ ὅσα γε δυνατὸν (ἐπεὶ καὶ τὰ μικρὰ μεγάλα τοῖς πένησιν), ἐπειδὴ καὶ τὸν μέγαν Βασίλειον δεξιούμεθα, οὗ μὴ βουληθῇς, ὥσπερ ἐπειράθης κεκορεσμένου φιλοσοφοῦντος, οὕτω πειραθῆναι πεινῶντος καὶ δυσχεραίνοντος.

A iis qui Ostracinam incolunt. Olera autem si a viro Ozizalensi petierimus, quorum apud vos summa copia, apud nos vero magna inopia est, nec mirum fuerit, nec a consuetudine alienum. Ne graveris itaque ad nos olera mittere plurima et pulcherrima, aut quantum certe potueris (nam exigua quoque pauperibus magna sunt), quandoquidem magnum etiam Basilium cœna excipiemus, quem cave, ne quemadmodum saturum philosophantem expertus es, ita etiam esurientem et indignabundum experiaris.

ΚϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (88).

XXVI. EIDEM.

Frumentum suum, nisi Amphilochius olera copiosius impertiat, a se contentum iri jocose minatur.

Ὡς μικρολόγως ἡμῖν ἥκει τὰ λάχανα παρ' ὑμῶν! καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ χρυσολάχανα (89); Καί τοί γε ὁ πᾶς πλοῦτος ὑμῖν κῆποι, καὶ ποταμοὶ, καὶ ἄλση, καὶ παράδεισοι, καὶ λαχανηφόρος ὑμῖν ἡ χώρα, ὡς χρυσοφόρος ἄλλοις, καὶ λειμώνια φύλλα νέμεσθε (90). Ὁ δὲ σῖτος ὑμῖν ἡ μυθικὴ μακαρία· καὶ ὁ ἄρτος, ὃ δὴ λέγεται, ἄρτος ἀγγέλων, οὕτως ἄσπαστός τε καὶ ἄπιστος. Ἢ τοίνυν μεταδίδοτε τούτων ἡμῖν ἀφθονώτερον, ἢ ἄλλο μὲν οὐδὲν ἀπειλήσομεν· τὸν δὲ σῖτον ἐφέξομεν, καὶ εἰσόμεθα εἰ ὄντως δρύσῳ μόνῃ τρέφονται τέττιγες (91).

Quam parce a vobis ad nos olera veniunt! et quid B aliud sunt quam aurea olera? Atqui omnes vestræ opes in hortis et fluviis, et nemoribus et pomariis sitæ sunt, et olifera vobis est regio, quemadmodum aliis aurifera, pratensiaque folia colitis. At frumentum vobis fabulosa felicitas est: et panis, ut dici solet, vobis est panis angelorum; ita vobis gratus, ac præter spem vestram fidemque venit. Aut igitur olera vestra copiosius nobis impertire, aut aliud quidem nihil comminabimur: verum frumentum nostrum continebimus. ac sciemus num cicadæ revera solo rore alantur.

ΚΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (92).

XXVII. EIDEM.

Jocose minatus fuerat Gregorius in epistola superiore se frumentum Nazianzenum minime missurum, ni Amphilochius olera copiosius mitteret, cui comminationi cum Amphilochius respondisset, ut verisimile est; nihil a morte, nec a fame metuere Ozizalenses, etiamsi non mitteretur frumentum, quod tam magnifice jactitabat, his litteris, quæ jocis et sale respersæ sunt, Gregorius rescripsit.

Παίζεις. Ἐγὼ δὲ οἶδα τὸν κίνδυνον Ὀζιζαλέως C πεινῶντος, ὅταν μάλιστα γεωργήσητε (93). Ὧν ἓν τοῦτο μόνον ἐπαινετὸν, ὅτι κἂν λιμῷ φθαρῶσιν, ἀλλ' εὐωδοῦσι, καὶ λαμπρᾶς τυγχάνουσι τῆς ταφῆς. Πῶς; πολλοῖς βάλλονται καὶ ποικίλοις τοῖς ἄνθεσιν.

Ludis. At ego Ozizalensis periculum novi, tum demum fame laborantis, cum 24 maxime excolueritis. Quorum tamen hoc unum laudabile est, quod etiamsi fame intereant, tamen suaviter olent, ac splendidam sepulturam consequuntur. Qui tandem istud? Multis ac variis floribus consperguntur.

ΚΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (94).

XXVIII. EIDEM.

His alteram ad Amphilochium epistolam, ejusdem propemodum argumenti, sed non eodem tempore scriptam, subjungimus. Festive rogat Gregorius Amphilochium, ut directum ad se hospitem laute et humaniter excipiens, oleribus eum honorare dignetur.

Τὰς ὀρείους μὲν, ὁμόρους δὲ τῇ Παμφυλίᾳ (95) πόλεις ἐπισκεψάμενοι, Γλαῦκον ἐκεῖ θαλάττιον ἐν τοῖς ὄρεσιν ἡλιεύσαμεν, οὐ λίνου δικτύοις τοῦ βυθοῦ τὸν ἰχθὺν ἐξελκύσαντες, ἀλλ' ἀγάπῃ φίλων τὸ θήραμα

Cum montanas et Pamphyliæ vicinas urbes lustrassemus, Glaucum ibi marinum in montibus D piscati sumus; non lineis retibus e profundo extrahentes piscem, sed charitate amicorum captu-

(85) *Ὀστρακίνην*. Plin. Secund. *Hist. mundi* libro v, mentionem facit Ostracinæ cujusdam ad fines Arabiæ positæ, a Pelusio LXV mill. passuum distantis.

(86) *Ὀζιζαλέως*. Ozizale quædam erat Cappadociæ regio, in qua tunc morabatur Amphilochius.

(87) *Ὧν ἀφθονία μὲν παρ' ὑμῖν*. Ita Regg. duo, et Pass. Ed. male ὧν ἀφθονία ὑμῖν.

(88) Alias XIII. Scripta eodem anno.

(89) *Ἢ χρυσολάχανα*. Cod. Pass. καὶ τί γὰρ ἄλλο ἢ λάχανα; *Et quid aliud quam olera?*

(90) *Καὶ λειμώνια φύλλα νέμεσθε. Pratensiaque folia pascitis.* Combefis.: *Prataque virentia possidetis*; existimat autem vatis cujusdam sibi ignoti esse hemistichium.

(91) *Δρύσῳ μόνῃ τρέφονται τέττιγες*. Virg. *Eclog.* v, ait:

Dumque thymo pascentur apes, dum rore cicadæ.

Hoc idem Plinius asserit, lib. XI, cap. 36. At eas rore ali solum argumentum est quod, cum excitatæ subvolant, reddant humorem. Neque enim ad excrementa corporis ullum foramen est, teste ibid. Plinio.

(92) Alias CLXIII. Scripta anno 369.

(93) *Γεωργήσητε*. Ita cod. Par., et duo Regii, et Combef. Ed. γεωργήσηται. Combef.: *cum maxime messem feceritis*, quod tota regio pratensis et hortensis vix quicquam tritici ferat, ut in epist. XXV, ad eumdem.

(94) Alias CCXLI. Scripta tempore incerto.

(95) *Τῇ Παμφυλίᾳ*. Ita cod. Reg. In ed. τῆς Παμφυλίας.

Digitized by Google

ram irretientes. Uno verbo Glaucum ire pedes edoctum misimus probitati vestræ tabellarium, quem hospitio humaniter excipite, et hospitalitate Scripturis celebrata cum oleribus honorate.

Α σαγηνεύσαντες. Ἅπαξ δὲ τὸν Γλαῦκον πεζεύειν μαθόντα γραμματοφόρον προσαπεστάλκαμεν τῇ ὑμετέρᾳ ἀγαθότητι (96), ὃν φιλοφρόνως ξενίσατε, καὶ τῷ παρὰ ταῖς Γραφαῖς (97) εὐδοκιμοῦντι ξενισμῷ μετὰ λαχάνων καταξιώσατε.

XXIX. SOPHRONIO PRÆSIDI.

ΚΘ'. ΣΩΦΡΟΝΙΩ ΥΠΑΡΧΩ (98).

Cæsarius Nicææ ruinis expeditus, mox in patriam reversus, morbo corripitur, quem brevi mors consecuta est, anno 368 *exeunte, vel ineunte* 369. *Non solum dolore acerbissimo mors tam chari capitis Gregorium afjecit, sed molestissimas etiam injecit, ut verbis ipsius utar* (99), negotiorum incursiones, *quorum onere pressus ac gemens, querelas suas in variis carminibus et epistolis effudit. Exemplo esse potest hæc ipsa, qua Sophronium Constantinopoli præfectum orat, obsecrat, obtestatur*, per amicitiam, per charissima quælibet, *per vivos et mortuos*, perque spes ipsas, *ut sua auctoritate eos compescat, qui bona Cæsarii diripiebant. Epistolam autem hanc hucusque distulimus, tum quia præmittenda erat ea, qua recens adeptam dignitatem Gregorius Sophronio gratulatur, tum quia illa mortuo statim Cæsario non videtur scripta.*

Vides qualia nostra sint, et quomodo res humanæ velut in orbem volvantur : ac nunc hi, nunc illi floreant, nunc marcescant; ita ut nec felicitas, nec infelicitas, ut dici solet, fixa stabilisque nobis permaneat, verum celerrime utraque commutetur ac delabatur; adeo ut ventis potius fidere quispiam possit, aut litteris in aqua scriptis, quam hominum prosperitati. Quod quidem, mea sententia, fit, ut harum rerum inconstantiam et inæqualitatem spectantes, concitatiore cursu ad Deum et futura properemus, ac nobis quoque ipsis nonnihil prospicianus, parvam umbrarum et somniorum curam gerentes. Sed unde hæc fluxit oratio? non enim temere philosophor, nec incassum me ostento.

Erat quondam non obscuri nominis tuus quoque Cæsarius, imo, nisi me fraternus amor fallit, perquam ampli et splendidi, eruditionis nomine conspicuus, morum probitate plerisque superior, amicorum **25** etiam copia clarus et celebris, quorum inter primos principem te tuamque nobilitatem esse, tum ipse existimabat, tum nobis persuadebat. Ac vetera quidem hujusmodi erant; tuque etiam his plura a teipso adjicies, funebribus illum honoribus prosequens, et quod natura omnibus insitum est, mortuo quidpiam amplius elargiens. Nunc vero (ac ne siccis oculis hunc sermonem transmittas, aut honeste certe et commode collacrymes) hic quidem exanimis jacet, ab amicis inops, desertus, miserabilis, exigua myrrha donatus (si tamen hac quoque), ac paucis et

Ὁρᾷς οἷα τὰ ἡμέτερα, καὶ ὅπως κύκλος τῶν Β ἀνθρωπίνων περιτρέχει πραγμάτων· νῦν μὲν τῶν, νῦν δὲ τῶν ἀνθούντων καὶ ἀπανθούντων, καὶ οὔτε τοῦ εὖ πράττειν ἐστῶτος ἡμῖν, οὔτε τοῦ δυστυχεῖν, ὃ δὴ λέγουσιν, ἀλλὰ τάχιστα μετακινουμένου καὶ μεταπίπτοντος, ὡς αὔραις εἶναι μᾶλλον πιστεύειν, καὶ γράμμασι τοῖς καθ' ὕδατος, ἢ ἀνθρώπων εὐημερίᾳ. Τίνος ἕνεκεν; ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον θεωροῦντες, μᾶλλόν τι προστρέχωμεν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ μέλλοντι, καί τινα ποιώμεθα καὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐπιμέλειαν, βραχέα τῶν σκιῶν καὶ τῶν ὀνειράτων φροντίζοντες. Ἀλλὰ πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος; οὐ γὰρ εἰκῇ ταῦτα φιλοσοφῶ, οὐδὲ διακενῆς καλλωπίζομαι.

Ἦν ποτε τῶν οὐκ ἀφανῶν καὶ ὁ σὸς Καισάριος, εἰ δὲ μὴ ὡς ἀδελφὸς ἀπατῶμαι, καὶ τῶν λίαν ἐπιφανῶν, γνώριμος μὲν ἐπὶ παιδεύσει, καλοκαγαθίᾳ C δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς (1), λαμπρὸς δὲ φίλων περιουσίᾳ, ὧν πρῶτον ἐν πρώτοις (2) σέ τε καὶ τὴν σὴν εὐγένειαν ὑπάρχειν αὐτῷ αὐτός τε ἐφρόνει, καὶ ἡμᾶς ἔπειθε. Τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ταῦτα, καὶ τὰ πλείω παρὰ σεαυτοῦ προσθήσεις, τιμῶν αὐτὸν ἐπιτάφια· καὶ ὃ φύσει πάντες ἔχομεν ἄνθρωποι, μᾶλλόν τι τῷ ἀπελθόντι χαριζόμενος (3). Τὰ δὲ νῦν (καὶ ὅπως μὴ παραδράμῃς (4) ἀδακρυτὶ τὸν λόγον, ἢ δακρύσαις γε εἰς καλὸν καὶ χρήσιμον·) ὁ μὲν κεῖται νεκρὸς, ἄφιλος, ἔρημος, ἐλεούμενος, σμύρνης ὀλίγης ἠξιωμένος (εἴ γε καὶ τούτου), καὶ μικρῶν ἐνδυμάτων τῶν τελευταίων (5)· πολύ γε ὅτι καὶ τούτων ἐλεούμενος. Ἐπιπεπτώκασι δὲ οἱ ἐχθροὶ, ὥς γε πυνθά-

(96) *Τῇ ὑμετέρᾳ ἀγαθότητι.* Cod. Reg. πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγαθότητα.

(97) *Τῷ παρὰ ταῖς Γραφαῖς.* Ita codd. Regg. duo. In ed. deest τῷ.

(98) Alias XVIII. Scripta circa finem anni 369.— *Σωφρονίῳ Ὑπάρχῳ.* Amm. Marcellinus, lib. XXVI, meminit ejusdem Sophronii primum notarii, deinde præfecti Constantinopoleos sub Valente, qui is esse videtur ad quem scribit noster Theologus. Hæc Billius. Non nudus igitur ἡγεμών, ait Combef., aut ἄρχων, *præses*, ut reddit Billius, sed *præfectus* urbis, cui in rebus, de quibus agit Gregorius, summa auctoritas.

(99) Greg., Carm. lib. II, carm. II, vers. 376.

(1) *Καλοκαγαθίᾳ δὲ ὑπὲρ τοὺς πολλούς.* Combef.: *Morum probitate quam pro vulgi ratione superior.*

(2) *Πρῶτον ἐν πρώτοις.* Ita codd. duo Regg. In ed. ἐν πρώτοις desunt. Paulo infra αὐτός τε ἐφρόνει. Bill., *tum ipse confidebat.*

(3) *Ἀπελθόντι χαριζόμενος.* Ita cod. et Combef. In ed. χαριζόμενοι.

(4) *Καὶ ὅπως μὴ παραδράμῃς.* Apparet, inquit Billius, legendum esse ὅπως μοι παραδράμῃς, ut in Frob., non ὅπως μή, ut in Hervag., quod aperte indicat id quod sequitur, ἢ δακρύσαις γε, etc., quod præcedentibus verbis opponi videtur. Vertit Billius : *Ac nunc, ac vide ut siccis oculis*, etc.: alii legunt, καὶ πῶς μοι παραδράμῃς, etc., *et quomodo siccis oculis hunc sermonem transmitteres, aut commode et utiliter collacrymares?* Quasi diceret Sophronium neque non lacrymari posse, neque ita lacrymari, ut lacrymando aliquid proficiat. Montac. legit ὅπως μοι. Morel. ὅπως μή μοι, etc.; at Combef. nihil mutandum judicat, et ejus versionem sequimur, παραδράμῃς ἀδακρυτὶ τὸν λόγον.

(5) *Τῶν τελευταίων.* Ita codd. duo Regg. Montac. Morel. et editi nonnulli. Bill. τῶν εὐτελῶν, *vilibus.*

Digitized by Google

νομαι, καὶ ἄλλος ἀλλοθεν τὰ ἐκείνου κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν, οἱ μὲν διαρπάζουσι, οἱ δὲ μέλλουσιν. Ὦ τῆς ἀναλγησίας, ὦ τῆς ὠμότητος! Καὶ ὁ κωλύσων οὐδείς· ἀλλ' ὅ γε φιλανθρωπότατος, τοῦτο χαρίζεται μόνον, ἀνακαλεῖται τοὺς νόμους· καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, δρᾶμα γεγόναμεν, οἵ ποτε νομισθέντες εὐδαίμονες. Ταῦτα μὴ ἀνεκτὰ (6) φανήτω σοι· ἀλλὰ καὶ συνάλγησον, καὶ συναγανάκτησον, καὶ δὸς χάριν νεκρῷ Καισαρίῳ. Ναὶ πρὸς τῆς φιλίας αὐτῆς· ναὶ πρὸς τῶν σῶν φιλτάτων καὶ τῶν ἐλπίδων, ἃς ποίησον σεαυτῷ δεξιάς, πιστὸς τῷ ἀπελθόντι φανεὶς καὶ γνήσιος· ἵνα καὶ τοῖς ζῶσι τοῦτο χαρίσῃ, καὶ ποιήσῃς αὐτοὺς εὐέλπιδας. Οἴει περὶ χρημάτων ἡμᾶς ἀλγεῖν; τὸ τῆς αἰσχύνης ἡμῖν ἀφορητότερον, εἰ δόξειε μόνος τῶν ἁπάντων Καισάριος μὴ ἐσχηκέναι φίλους, ὁ δὴ καὶ πολλοὺς ἔχειν οἰόμενος. Ἡ μὲν πρεσβεία τοιαύτη, καὶ παρὰ τοιούτων (7), ἐπειδή σοι καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ἴσως οὐ πάρεργον. Ἃ δὲ βοηθήσεις, καὶ δι' ὧν, καὶ ὅπως, τά τε πράγματα ὑποθήσεται, καὶ ἡ σὴ διασκέψεται σύνεσις.

A ultimis integumentis : magnique etiam æstimandum, quod hæc quoque hominum commiseratione consecutus sit. Impetum autem hostes fecerunt, ut audio, atque ejus facultates alii aliunde liberrime et insolentissime, partim diripiunt, partim jamjam direpturi sunt. Ingentem crudelitatem et immanitatem! Nec quisquam est qui prohibeat; sed humanissimus quisque hoc solum præstat, quod legum fidem implorat et obtestatur; atque ut uno verbo dicam, fabula facti sumus, qui felices quondam habebamur. Ne tibi hæc ferenda videantur; at una mecum vicem nostram dole, et simul indignare, beneficioque Cæsarium e vivis sublatum affice. Eia te per amicitiam ipsam obtestor; eia per ea, quæ charissima habes, per B spes animo conceptas, quas tibi faustas effice, fidum te et sincerum amicum mortuo præbens : ut iis etiam, qui vita fruuntur, hoc largiaris, ac spem meliorem afferas. An tu pecuniarum nomine nos angi putas? Intolerabilior nobis ignominia fuerit, si solus ex omnibus mortalibus Cæsarius amicis caruisse videatur, qui permultos etiam sibi esse existimabat. Ac deprecatio talis est, atque a talibus profecta, quandoquidem tu nos quoque fortasse non contemnendo loco habes. Quod autem auxilium, et quibus adminiculis, quaque ratione ferendum sit, tum res ipsæ admonebunt, tum prudentia tua dispiciet.

Λ'. ΦΙΛΑΓΡΙΩ (8).

26 XXX. PHILAGRIO.

Non statim post Cæsarii mortem scriptam esse hanc epistolam ipsum epistolæ initium insinuat; sed non tam longo post tempore, ut arbitratur Tillemontius, qui decem post annos scriptam hinc forte colligit, quod in hac epistola scripserit Gregorius, sibi vitæ consuetudinem cum Philagrio a livore ereptam, qui res suas moleste constituerat. *Nulla certe negotia fuere, decimo post mortem Cæsarii anno, neque per id tempus, quod effluxit ab ejus morte, donec Constantinopolim se conferret, quæ impedimento fieri potuerint Gregorio, quominus Philagrii sui consuetudine uteretur. Vox* livor *videtur fucum fecisse viro docto, qui eam de itinere Constantinopolitano forte est interpretatus. Verum nihil Gregorio familiarius quam vox ista, qua passim utitur, dum vitæ suæ molestos adversosque casus narrat, sive antequam Constantinopolim peteret, sive postquam inde digressus est. Quidquid adversi et molesti contigit,* livori *tribuit, ut sexcentis locis facillimum est demonstrare. Sæpius etiam hac voce diabolum intelligit. Sera profecto et importuna de morte Cæsarii post decem annos querimonia. Nobis igitur videtur scriptam hanc esse epistolam, quo tempore negotiis oppressus, Sophronii Constantinopolitani præfecti, datis ad eum litteris, opem implorabat adversus facultatum Cæsarii prædatores.*

Καισάριον οὐκ ἔχω· ἐρῶ γὰρ, καὶ εἰ μὴ φιλόσοφον τὸ πάθος. Στέργω τὰ Καισαρίου (9), καὶ ὅ τί ποτ' ἂν ἴδω Καισαρίου γνώρισμα, καὶ περιπτύσσομαι καὶ ἀσπάζομαι, καὶ οἱονεὶ αὐτὸν ὁρᾷν δοκῶ, καὶ συνεῖναι, καὶ διαλέγεσθαι. Οἷον ἔπαθον καὶ νῦν (10) ἐπὶ τοῖς σοῖς γράμμασιν. Ὁμοῦ γε ἀνέγνων τὸ πρόγραμμα τῆς ἐπιστολῆς, τὸ γλυκύ μοι πρᾶγμα καὶ ὄνομα τὸ Φιλάγριον, καὶ πάντα μοι ἀθρόως ὑπεισῆλθε τά ποτε τερπνά, αἱ πόλεις, αἱ διατριβαί, ἡ τράπεζα, ἡ πενία (11), τὰ τῆς ἐρατεινῆς ὁμηλικίης, ὅ φησιν Ὅμηρος (12), ἡ παί-

C Cæsarium non habeo; dicam enim, etsi parum philosophicus est hic affectus. Cæsarii rebus acquiesco, et si quid aliquando videam, quod mihi memoriam illius refricet, hoc amplector et exosculor, ac velut cum intueri mihi videor, simulque versari et confabulari. Id adeo mihi nunc in litteris tuis accidit. Nam simulac primam epistolæ partem legi, ac Philagrium, re nomineque mihi suavissimum vidi, omnes mihi veteres jucunditates in animum repente subierunt, urbes, studia, mensa, paupertas, atque jucundissimi sodalitii,

(6) *Ταῦτα μὴ ἀνεκτά.* Bill. : *Hæc tibi ne levia et tolerabilia videantur, obsecro.* Mox, *ἀλλὰ καὶ συνάλγησον,* Bill., *verum et vicem nostram dole.*

(7) *Παρὰ τοιούτων.* Mallet Combef. περὶ τοιούτων.

D 8) Alias XL. Scripta circa idem tempus.— *Φιλαγρίῳ.* Hæc epistola, inquit Bill., Eudoxii nomen præferebat, non Philagrii; sed quis hoc typographi oscitantiæ ascribendum non videt, cum in ea Gregorius Philagrii nominatim mentionem faciat? Consimilis error in alia quadam epistola, nunc XXXII, in olevit.

(9) *Στέργω τὰ Καισαρίου.* Combef., *Quæ Cæsarii sunt nativa prosequor amoris sui.*

(10) *Οἷον ἔπαθον καὶ νῦν.* Ita cod. et Combef. In edit. καὶ οἷον ἔπαθον νῦν.

(11) *Ἡ τράπεζα, ἡ πενία.* Si mendo caret ea vox, ἡ πενία, ait Combef., indicio est ἀσχήσει operam dedisse Philagrium, qua sic paupertatem coluerit, Gregorio illi palæstræ socio. Hinc forte legendum vellent quidam ἡ τράπεζα ἡ κοινή, *mensa communis.*

(12) *Ὅ φησιν Ὅμηρος.* Helena, *Iliad.* III, 173, Priamum alloquens, sic inter cætera ait :

Ὡς ὄφελεν θάνατός μοι ἀδεῖν κακὺς, ὁππότε δεῦρο
Υἷϊ σῷ ἑπόμην, θάλαμον γνωτούς τε λιποῦσα,

Digitized by Google

ut Homeri verbis utar, vel ludicra, vel seria, literarii sudores, communes præceptores, spei sublimitas, cunctaque alia ejus ætatis bona, quæ quisquam percensere possit : quorum ego vel sola recordatione apprime delector. Quare ut tua opera magis etiam adhuc inter nos congrediamur, calamum move, ac si mihi rem gratam facere cupis, scribe. Nam ne hoc quidem procul dubio nobis parvi momenti est ; tametsi, quod maximum erat, hoc est, vitæ consuetudinem, nobis livor abripuit, res nostras moleste constituens.

A γνια, ἢ σπουδάσματα, οἱ τῶν λόγων ἱδρῶτες, οἱ κοινοὶ παιδευταὶ, τὸ τῶν ἐλπίδων ὕψος, πάντα ὅσα ἂν εἴποι τις τῶν τηνικαῦτα καλῶν, οἷς ἐγὼ χαίρω διαφερόντως καὶ μεμνημένος. Ἵν' οὖν ἔτι μᾶλλον ὁμιλῶμεν τούτοις καὶ διὰ σοῦ, κινοῦ τὴν γραφίδα, καὶ χαρίζου τὸ ἐπιστέλλειν. Πάντως οὐδὲ τοῦθ' ἡμῖν μικρὸν, εἰ καὶ τὸ μέγιστον ἥρπασεν ἡμῶν ὁ φθόνος, τὴν συνουσίαν, λυπηρῶς διαθεὶς τὰ ἡμέτερα.

XXXI. EIDEM.

ΛΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (13).

Plures sunt ad Philagrium consolatoriæ Gregorii epistolæ, quarum hæc prima esse, cæterisque præmittenda videtur : quippe quam tunc scripsit, cum primo laborantis amici nuntium audivit : tum maxime, quia nulla patientiæ Philagrii mentio, cujus præclara in sequentibus epistolis exempla commemorat. Quinimo eum animo simul cum corpore dejectum, afflictionemque deplorare suam, *non obscure significat. Demum novitius in pietate videri potest homo, qui morbi solatia in Homeri Demosthenisque lectione quærit.*

Quæ tibi molesta sunt, utique et nobis. Amicorum enim, pro eo atque amicitiæ lex poscit, communia omnia, tam prospera quam adversa esse censemus. Quanquam, **27** si de his rebus nonnihil philosophandum est, atque apud te, ut par est, disserendum (quod etiam ipsum amicitiæ lex dictat), nolo, nec honestum esse censeo, te, hoc est, Philagrium, virum singulari rerum divinarum doctrina præditum, eodem modo affici, quo plerique solent ; nec simul cum corpore dejici, atque afflictionem ut incurabilem deplorare : verum dolori resistere, atque animo vel nunc maxime purgari, vinculisque superiorem te præbere ; ac morbum nihil aliud esse ducere, quam utilem quamdam disciplinam, huc videlicet tendentem, ut et corpora et omnia quæ ad corpus spectant, et quidquid fluxum ac turbulentum est interiturumque contemnens, ac pro nihilo putans, totum te cœlesti parti addicas ; nec præsenti tempori, sed futuro ævo vivas, mortisque meditationem, ut Plato ait, hanc vitam existimes, atque ab hoc sive corpore, sive sepulcro, ut idem loquitur, animam, quoad ejus fieri poterit, solvas. Si hæc philosopheris, vir præstantissime, atque hunc animum geras, tum maximam ipse utilitatem inde capies, tum mœrorem nostrum ex morbo tuo conceptum

B Ἃ μὲν ἐστί σοι λυπηρὰ, πάντως καὶ ἡμῖν. Κοινὰ γὰρ ποιούμεθα πάντα (14) τὰ τῶν φίλων, εὖ τε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχοντα, ὥσπερ δὴ καὶ φιλίας (15) ὅρος ἐστί. Καίτοι περὶ τούτων εἴ τι δεῖ (16) φιλοσοφῆσαι, καὶ τὰ εἰκότα διαλεχθῆναί σοι (ὥσπερ οὖν δὴ καὶ ὁ τῆς φιλίας (17) ὑποτίθεται νόμος), οὐ βούλομαί σε, οὐδέ γε καλῶς ἔχειν ὑπολαμβάνω, Φιλάγριον ὄντα, καὶ τὰ θεῖα διαφερόντως πεπαιδευμένον, ταυτὸν πάσχειν τοῖς πολλοῖς, οὐδὲ συγκαταπίπτειν τῷ σώματι, οὐδὲ ὡς ἀνήκεστον τὴν κακοπάθειαν ὀδύρεσθαι, ἀλλ' ἐμφιλοσοφεῖν τῷ πάθει (18), καὶ τὴν διάνοιαν νῦν δὴ (19) καὶ μάλιστα ἐκκαθαίρεσθαι, καὶ κρείττω φαίνεσθαι τῶν δεσμῶν, καὶ ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν (20) πρὸς τὸ συμφέρον, τοῦτο δέ ἐστι, περιφρονοῦντα τὸ σῶμα καὶ τὰ C σωματικὰ, καὶ πᾶν τὸ ῥέον (21) καὶ ταραχῶδες, καὶ ἀπολλύμενον, ὅλον τῆς ἄνω γενέσθαι μοίρας· καὶ ζῆν ἀντὶ τοῦ παρόντος τῷ μέλλοντι (22), θανάτου μελέτην (23), τοῦτο ὅ φησι Πλάτων, τὸν τῇδε βίον ποιούμενον, καὶ λύοντα τὴν ψυχὴν τοῦ εἴτε σώματος, εἴτε σήματος (24), κατ' ἐκεῖνον εἰπεῖν, ὅση δύναμις. Ἂν ταῦτα φιλοσοφῇς, ὦ ἄριστε, καὶ οὕτως ἔχῃς, αὐτός τε ὠνήσῃ τὰ μέγιστα, καὶ ἡμᾶς ἐπὶ σοὶ ῥᾴους ποιήσεις, καὶ πολλοὺς διδάξεις ἐμφιλοσοφεῖν τοῖς πάθεσι (25). Καὶ πρός γε, οὐ μικρὸν κερδανεῖς (εἴ τί σοι καὶ τούτου μέλει [26]), τὸ

Παῖδά τε τηλυγέτην καὶ ὁμηλικίην ἐρατειήν.

Ὁμηλικίην ἐρατεινὴν exponit Didymus τὰς ἐπεράστους ὁμήλικας, *amabiles meas æquales.*

Utinam mors mihi gratificata esset acerba, cum huc Filium tuum secuta sum, thalamo fratribusque relictis,

Filiaque unica, cœtuque æqualium amabili.

(13) Alias LXX. Scripta anno 369 labente.

(14) *Πάντα.* Deest in cod. Pass.

(15) *Φιλίας ὅρος.* Ita codd. duo Regg. et Pass. Editi prave ἔρως, quod observaverat Billius.

(16) *Εἴ τι δεῖ.* Ita Pass., quam lectionem sic emendatam prætulisse videtur Billius. Ed. εἴ τι δή.

(17) *Ὁ τῆς φιλίας.* Cod. Reg. et Combef. ὁ φιλοσοφίας.

(18) *Ἐμφιλοσοφεῖν τῷ πάθει. Philosophiæ, ceu pietati Christianæ convenienter morbum perferre.*

(19) *Νῦν δή.* Pass. νῦν δέ.

(20) *Ἡγεῖσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίαν.* Montac. et Morel. ἡττᾶσθαι τὴν νόσον παιδαγωγίᾳ.

(21) *Καὶ πᾶν τὸ ῥέον.* Ita cod. Reg., Montac et D Morel. Pass. πᾶν ὡραῖον, *et quidquid tempori subjacet.* In edit. πᾶν ὅ τι ῥέον.

(22) *Καὶ ζῆν ἀντὶ τοῦ παρόντος τῷ μέλλοντι. Nec præsenti tempori, sed futuro ævo vivas;* id est, vitam agas quæ non tam præsenti quam futuro intenta sit sæculo. Pass. ζωήν.

(23) *Θανάτου μελέτην. Mortis meditationem :* sic enim Plato philosophiam definit in *Phædone.*

(24) *Εἴτε σήματος.* Socrates apud Platonem in *Cratylo* σῶμα dictum putat, quia animæ σῆμα, id est, sepulcrum sit, quasi ipsa nunc in corpore sepulta sit. Hæc Billius.

(25) *Πολλοὺς διδάξεις ἐμφιλοσοφεῖν τοῖς πάθεσι.* Combef., *multos docebis in morbis philosophari.*

(26) *Τούτου μέλει.* Ita cod. duo Regg. Pass. Morel. et Combef. In edit. τούτου μέλλοι.

Digitized by Google

παρὰ πάντων θαυμάζεσθαι. Τῶν δὲ πυκτίων ὧν ἤτησας, τὸ μὲν εὗρον, καὶ ἔπεμψά σοι προθύμως, τὸ Δημοσθενικὸν λέγω· τὸ δὲ ἐζημιώθην· οὐκ ἔχω οἷου σὺ χρήζεις (27), τὴν Ἰλιάδα. Μὴ γάρ μοι διαπιστήσῃς, ὅτι μόνον τούτων ἀπολαύειν νομίζω, καὶ μόνα κεκτῆσθαι καλῶς, ὧν ἂν αὐτὸς μετάσχοις, καὶ οἷς ἂν ὡς σεαυτοῦ χρήσαιο.

A levabis, tum etiam multis ad dolores sapienter ferendos documentum præbebis. Denique non parvum lucrum facies (si tamen id quoque tibi curæ est), nempe quod in admiratione apud omnes eris. Ex libris porro quos postulas, alterum inveni, eumque ad te libenter misi, nempe Demosthenicum : alterum vero amisi ; quem poscis, non habeo, nimirum Iliadem. Mihi enim in hoc velim fidem ne abroges, quippe qui me his solis frui, eaque sola recte possidere existimem, quorum ipse particeps es, quibusque, ut tuis, uteris.

ΛΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (28).

XXXII. EIDEM.

Epistolam superiorem proximo secuta est intervallo ista, in qua jam Philagrio gratulatur, quod in ærumnis et doloribus philosophice se gerat, eximiæque det omnibus exemplum toleruntiæ. Ipse plura profert petita a profanis scriptoribus patientiæ exemplа, quibus ad fortiter tolerandos corporis dolores excitet.

Εὖ γε ὅτι φιλοσοφεῖς ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ γίνῃ πολλοῖς ὑπόδειγμα τῆς ἐν τοῖς ἀλγεινοῖς καρτερίας· καὶ ὥσπερ ἐπὶ παντὶ βελτίστῳ κατεχρῶ τῷ σώματι, ἡνίκα ὑγιεινῶς εἶχες, οὕτω καὶ νῦν τούτῳ χρῶ καλῶς (29), ἐπειδή γε ἀσθενῶς ἔχεις, καὶ ἀργεῖς οὐκ ἀργῶς, ἵν' οὕτως εἴπω. Φιλοσοφεῖς γὰρ, καὶ ὃ φασι Διογένην εἰρηκέναι ποτὲ πυρέττοντα, καὶ διακαρτεροῦντα, τοῦτο καὶ αὐτὸς παρέχεις ὁρᾷν, ψυχῆς πάλην καὶ σώματος. Τοῦτο ἔπρεπε τῷ ἐμῷ Φιλαγρίῳ, μὴ μαλακίζεσθαι, μηδὲ κάμπτεσθαι πρὸς τὰ πάθη, ἀλλὰ περιφρονεῖν (30) τὸν πηλὸν, καὶ τὸ μὲν σῶμα ἐᾷν πάσχειν τὰ ἑαυτοῦ, πάντως ἢ νῦν ἢ ὕστερον λυθησόμενον νόμῳ φύσεως (οἰχήσεται γὰρ ἢ νόσῳ κάμνον (31), ἢ χρόνῳ)· αὐτὴν δὲ ὑψοῦ τὴν ψυχὴν ἔχειν, καὶ μετὰ Θεοῦ τετάχθαι τοῖς λογισμοῖς, κἀκεῖνο εἰδέναι, ὅτι τῶν ἀτόπων ἐστὶν, ἡμᾶς ἔξω μὲν κινδύνων φιλοσοφεῖν (32), ἐν δὲ ταῖς χρείαις ἀφιλοσόφους φαίνεσθαι, καὶ διαψεύδεσθαι τὴν ὑπόσχεσιν.

Gratulor tibi, quod philosophice in calamitatibus te geris multisque tolerantiæ in rebus acerbis exemplum exsistis : et quemadmodum ad optima quæque corpore utebaris, cum sanus esses, ita nunc quoque eo præclare utere, postquam in 28 morbum incidisti, atque otiaris minime otiose, ut ita loquar. Philosopharis enim, et, quod Diogenem olim dixisse ferunt, cum febre laboraret, ac dolorem fortiter perferret, hoc ipse quoque præbes, nimirum animæ et corporis colluctationem. Hoc scilicet Philagrium meum decebat, nempe non emolliri, nec doloribus frangi, sed lutum contemnere, ac corpus quidem sinere ea pati, quæ ipsius natura fert, naturæ lege omnino, vel nunc, vel postea dilapsurum : (interibit enim, vel morbo, vel senectute confectum ;) sursum autem animam habere, ac per cogitationes cum Deo conjunctam, illudque minime ignorare, absurdum ac præposterum esse nos extra pericula philosophari, tempore autem id postulante philosophiæ expertes apparere, nec quod profitemur, præstare.

Πάντα ἐπῆλθες δηλαδὴ τῇ διανοίᾳ, ὅσα ἡμέτερα, ὅσα ἀλλότρια, ὡς ἀνὴρ (33) πεπαιδευμένος ἐν ἀμφοτέροις, καὶ παιδευτὴς ἄλλων· καὶ ἐκ πάντων σεαυτῷ συνελέξω τὸ τῆς ἀνθρωπίας φάρμακον (34). Ἵνα δέ σοι κἀγὼ συμφιλοσοφήσω μικρὸν, εἰ τοῦτο κελεύεις, οὐκ ἐπαινῶ τοῦ Ἀριστοτέλους τὸ μικρολόγον, ὃς τὴν εὐδαιμονίαν ἡμῖν ὁριζόμενος, μέχρι μέν τινος προῆλθεν ὀρθῶς, ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετὴν (35) εἶναι ταύτην ἀποφηνάμενος· καὶ προσθεὶς, ἐν βίῳ τελείῳ, καὶ τοῦτο μάλα σοφῶς, διὰ τὸ τρεπτὸν ἡμῶν καὶ εὐμετάπτωτον τῆς φύσεως. Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἔτι μεγαλοπρεπῶς, ἀλλὰ καὶ λίαν ταπεινῶς, ὅτι καὶ τὴν ἔξωθεν εὐετηρίαν προστίθησιν· ὡς εἰ τύχοι πένης τις ὢν, ἢ νοσώδης, ἢ

Omnia quidem animo pervolvisti, tam nostra quam extranea, utpote vir in utrisque eruditus, et aliorum præceptor ; atque humanitatis pharmacum tibi ipse ex omnibus collegisti. Verum ut tecum, si ita jubes, nonnihil philosopher, Aristotelis jejunitatem non probo, qui beatitudinem nobis definiens, quodam tenus quidem recte progressus est, nempe animæ actionem secundum virtutem esse illam pronuntians, addensque, in vita perfecta, hoc quoque ipsum admodum sapienter, propter mutabilem facileque in diversum labentem naturæ nostræ conditionem. At illud non jam magnifice, sed perquam sordide et abjecte, quod externam quoque bonorum abundantiam

(27) *Οἷον σὺ χρῄζεις*. Ita codd. duo Regg. Pass. Montac. et Morel. In ed. deest σύ.

(28) Alias LXIV. Scripta post superiorem.

(29) *Τούτῳ χρῶ καλῶς*. Ita cod. Reg. In uno legitur χρῆσαι τούτῳ καλῶς. Ed. τούτῳ χρῇ.

(30) *Ἀλλὰ περιφρονεῖν*. Cod. Pass. ἀλλὰ καταφρονεῖν.

(31) *Νόσῳ κάμνον*. Cod. Reg. νόσῳ καμόν. Mox, αὐτὴν δὲ ὑψοῦ, *ipsum vero sursum animum habere*. Ὑψοῦ adverbium est.

(32) *Ἡμᾶς ἔξω μὲν κινδύνων φιλοσοφεῖν*. *Gubernator in tempestate dignoscitur*, inquit Cyprianus, serm. IV *De mortalitate*, *in acie miles probatur*. Delicata jactatio est, cum periculum non est : conflictatio in adversis probatio est veritatis. Hæc Bill.

(33) *Ὡς ἀνὴρ*. Ita cod. Reg. Montac. et Morel. Male editi ὅσα.

(34) *Τῆς ἀνθρωπίας φάρμακον*. Combef. τὸ τῆς ἀνίας φάρμακον, *mœroris pharmacum* ; quæ lectio ipsi videtur commoda.

(35) *Ψυχῆς ἐνέργειαν κατ' ἀρετήν*. Ita enim beatitudinem definit Aristoteles, lib. I *Ethic. ad Nicomachum*.

Digitized by Google

adjunxit ; ita ut si quis inops sit, aut valetudinarius; aut obscuro genere, aut a patria extorris, propterea ipse a beatitudine arceatur. At Stoicorum animi magnitudinem ac præstantiam laudo, qui res externas nullum ad beatitudinem impedimentum afferre dicunt, sed virum bonum beatum esse, etiamsi in Phalaridis tauro cremetur.

A δυσγενὴς, ἢ φυγόπατρις, παρὰ τοῦτο αὐτῷ τῆς εὐδαιμονίας κωλυομένης. Ἐπαινῶ δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς τὸ νεανικόν τε καὶ μεγαλόνουν, οἳ μηδὲν κωλύειν φασὶ πρὸς εὐδαιμονίαν τὰ ἔξωθεν, ἀλλ' εἶναι τὸν σπουδαῖον μακάριον, κἂν ὁ Φαλάριδος ταῦρος ἔχῃ καιόμενον.

Ob eamque causam non eos tantum admiror, qui apud nos pro virtute periculis se obtulerunt, aut calamitatem fortiter tulerunt, sed externos etiam, qui similes eorum exstiterunt, verbi gratia, Anaxarchum illum, Epictetum, Socratem, ut ne plures recenseam : quorum primus, cum manus ipsius, tyranno ita imperante, in mortario contunderentur, carnifices Anaxarchi **29** culeum tundere jubebat (ita videlicet hanc ærumnosam B caruncularn appellans), quasi Anaxarchus ipse minime tunderetur, hoc est, philosophi anima : quod quidem apud nos externus homo et internus appellatur. Alter, cum crus ipsi stringeretur ac distorqueretur, velut in alieno corpore philosophabatur, citiusque crus perfractum esse visum est, quam ipse vim doloris persensisse. Socrates denique ab Atheniensibus ad mortem damnatus, carceremque, ut scis, incolens, prius quidem de corpore, tanquam de alio carcere, cum discipulis disserebat ; cumque fugam inire liceret, id facere recusavit : postquam autem cicuta oblata est, perlibenter accepit, perinde ac non letale poculum acciperet, sed propinando amicos ad potandum invitaret. His Jobum quoque nostrum C adjecissem, nisi te scirem ab ejus doloribus, Deo opitulante, longe remotum esse, atque etiam fore.

Καὶ διὰ τοῦτο θαυμάζω μὲν τοὺς παρ' ἡμῖν ὑπὲρ τοῦ καλοῦ κινδυνεύσαντας, ἢ συμφορὰν διενεγκόντας νεανικῶς· θαυμάζω δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν τοὺς τούτοις παραπλησίους, οἷον τὸν Ἀνάξαρχον (36) ἐκεῖνον, τὸν Ἐπίκτητον, τὸν Σωκράτην, ἵνα μὴ λέγω πολλούς· ὧν ὁ μὲν ἐν ὅλμῳ κοπτομένων αὐτοῦ τῶν χειρῶν, οὕτω τοῦ τυράννου κελεύοντος, πτίσσειν τὸν Ἀναξάρχου θύλακον διεκελεύετο τοῖς βασανισταῖς. Τί τοῦτο λέγων ; τὸ μοχθηρὸν ἡμῶν σαρκίον· ὡς Ἀναξάρχου γε οὐ πτισσομένου, τῆς φιλοσόφου ψυχῆς· ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐντὸς, καὶ ὁ ἐκτὸς ἄνθρωπος (37) ὀνομάζεται. Ὁ δὲ τὸ σκέλος κατατεινόμενος καὶ στρεβλούμενος (38) ἐφιλοσόφει ὥσπερ ἐν ἀλλοτρίῳ τῷ σώματι· καὶ θᾶττον κατεαγῆναι τὸ σκέλος, ἢ ἐπαισθάνεσθαι τῆς βίας ἔδοξε. Σωκράτης δὲ τὸν θάνατον ὑπὸ Ἀθηναίων κατακριθεὶς, καὶ οἰκῶν, ὡς οἶσθα, τὸ δεσμωτήριον, τέως μὲν, ὡς ὑπὲρ ἄλλου δεσμωτηρίου τοῦ σώματος τοῖς μαθηταῖς διελέγετο, καὶ φυγεῖν ἐξὸν, ἀπηξίωσεν· ἐπειδὴ δὲ προσηνέχθη τὸ κώνειον, δέχεται μάλα ἡδέως (39), ὥσπερ οὐκ ἐπὶ θανάτῳ δεχόμενος, ἀλλὰ φιλοτησίας προπινόμενος. Προσέθηκα δ' ἂν τούτοις καὶ Ἰὼβ τὸν ἡμέτερον, εἰ μή σε ᾔδειν πόρρω τῶν (40) ἐκείνου παθῶν, καὶ ὄντα σὺν Θεῷ, καὶ ἐσόμενον.

His rationibus teipsum mulcere mihi videris, vir divine et sacrosancte, atque hanc medicinam adhibens, tum ipse levius, ut reor, habiturus es, tum nos etiam laudum tuarum præcones et amicos voluptate afficies; nimirum teipsum ita comparans, ut nec morbo debiliteris, nec, quod ait David [1], ob peccatorum pacem, eorumque in hac vita felicem rerum cursum offendaris : quin potius purgeris (si hoc verbo in te uti fas est), atque infirmitatem, virtutis materiam existimes.

Ταῦτά μοι δοκεῖς κατεπάδειν (41) σεαυτοῦ, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, καὶ οὕτω σεαυτὸν ἰατρεύων, αὐτός τε ἂν ῥᾴων γενέσθαι, καὶ ἡμᾶς εὐφραίνειν τοὺς σοὺς ἐπαινέτας καὶ ἐραστὰς, οὐδὲν ὑπὸ τῆς νόσου καμπτόμενος (42), οὐδὲν, ὃ φησιν ὁ θεῖος Δαβὶδ, ὑπὸ τῆς εἰρήνης τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον τοῦτον εὐροίας αὐτῶν ἐγκοπτόμενος (43)· ἀλλὰ καὶ καθαιρόμενος, εἰ θέμις ἐπὶ σοῦ τοῦτο εἰπεῖν (44), καὶ ὕλην ἀρετῆς ποιούμενος τὴν ἀσθένειαν.

[1] Psal. LXXII, 2, 3.

(36) *Τὸν Ἀνάξαρχον*. Anaxarchus philosophus, mortuo Alexandro, apud quem summo in honore fuerat, in Græciam rediens, a Nicocreonte Cyrenarum tyranno interceptus, novo et inaudito supplicii genere cruciatus est. Epictetus autem summo fuit in honore apud Adrianum imperatorem, ut testis est Ælius Spartianus in *Adriano*. Hæc Bill.

(37) *Ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐντὸς καὶ ὁ ἐκτὸς ἄνθρωπος*. Ita cod. Reg. In edit. Ὅπερ ἡμῖν ὁ ἐκτὸς καὶ ὁ ἐντός.

(38) *Κατατεινόμενος καὶ στρεβλούμενος*. Bill. *cum crus illi frangeretur;* at videtur putatione crus amisisse; quod Gregorius κατεαγῆναι dixit. Suidas, πηρωθεὶς τὸ σκέλος ὑπὸ ῥεύματος, *altero crure mutilatus ex defluxione*, quod longe est a crurifragio tortorio.

(39) *Δέχεται μάλα ἡδέως*. Cod. Reg. et Combef. D μάλα δέχεται ἱλαρῶς, *maxima cum hilaritate accepit.*

(40) *Πόρρω τῶν*. Ita cod. Pass., quod postulare videtur sensus. Ed. οὐ πόρρω, etc.

(41) *Δοκεῖς κατεπάδειν*. Ita cod. Reg. In ed. κατεπάδων.

(42) *Οὐδὲν ὑπὸ τῆς νόσου καμπτόμενος*. Ita duo codd. Regg. et Pass. In edit. οὐδέ. Montac. et Morel. καμπτομένους.

(43) *Βίον τοῦτον εὐροίας αὐτῶν ἐγκοπτόμενος*. Cod. Reg. Βίον αὐτῶν εὐροίας ἐκπτοούμενος, *obstupefactus concidas*. Mox in cod. Pass. καὶ deest.

(44) *Εἰ θέμις ἐπὶ σοῦ τοῦτο εἰπεῖν, si hoc verbo uti fas est;* id est, *si fas est hoc dicere :* Exigua illa peccata quæ in te restant, afflictionibus purgari, ac non potius virtutem tuam calamitatibus, velut aurum igne, purgari. Hæc Bill.

Digitized by Google

ΛΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (45).

XXXIII. EIDEM.

Cum nonnulli Philagrium, qui vim morbi laboribus avertere tentabat, carperent, atque objicerent eum avaritiæ studere, vel animi duntaxat oblectamentum quærere, datis ad eum litteris Gregorius, amici labores, dummodo avaritia absit et immoderatio, non modo excusat, verum etiam incusantibus amicum ipse succenset; quibus valere jussis, ut imperitis illis graculis aquilæ volatum explorantibus, Philagrium adhortatur, ut seipsum, ac Deum, tum in dolore, tum in iis quæ dolorem spectant, in consilium adhibeat.

Λαμβάνοντσί σού τινες (αἰσθάνομαι γὰρ), ὡς φιλοκαλοῦντος (46) τὸ μόνον σου κτῆμα, καὶ φιλεργοῦντος ἐν τοιαύτῃ καταστάσει (47) τοῦ σώματος. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν· ἐπειδὴ καὶ ῥᾷον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις ἢ τοῖς οἰκείοις φιλοσοφεῖν. Ἐγὼ δὲ εἰ μὲν ἐώρων σε πέρα τοῦ μέτρου τοῦτο ποιοῦντα, ἢ πλεονεκτικῶς (48) ἢ βιαίως τῇ φιλοπονίᾳ προσκείμενον, κἂν ἐμεμψάμην (εἰρήσεται γὰρ τἀληθές), μηδὲν τὴν φιλίαν ἢ παίδευσιν (49) αἰδεσθείς. Εἰ δὲ φιλεργεῖς μὲν, οὐκ ἔξω δὲ τοῦ μέτρου, χρᾷ δὲ (50) εἰς δέον οἷς φιλεργεῖς, πρόσεστι (51) δὲ καὶ τὸ πάθος, ἐνασχολοῦν τε ταῖς φροντίσι, καὶ πεῖθον ὡς ὑπὲρ τὸ σῶμά σοι (52) τὰ τοῦ σώματος, οὐκ ἔχω πῶς μὴ τοῖς μεμφομένοις μέμψωμαι, σὲ τῆς αἰτίας ἐλευθερῶν. Καὶ πρός γε τοῦτο (53) ἐμαυτὸν πείθω, ὅτι μήτε λογίσασθαι περὶ πραγμάτων σοῦ τις ἀμείνων, ᾧ γε καὶ πρὸς τὰ ἑαυτῶν ἅπαντες χρῶνται διδασκάλῳ καὶ παραινέτῃ ὁμοίως ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, μήτε ψυχῆς φροντίσαι φιλοσοφώτερος. Εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι (54) τὴν ὑγείαν φυλάσσειν ἢ ἐπανάγειν (55) μόνης ἰατρικῆς, τίς οὕτω τολμηρὸς καὶ ἀπαίδευτος (56), ὥστε σοι περὶ τούτων νομοθετεῖν(57); Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς ἔα χαίρειν, καὶ εἶναι κολοιοὺς πτῆσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας (58)· αὐτὸς δὲ σεαυτῷ χρῶ συμβούλῳ, καὶ τῷ Θεῷ, περί τε τοῦ πάθους, καὶ τῶν ὅσα (59) περὶ τὸ πάθος, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεις τοῦ δέοντος.

A Sunt qui te carpant (hoc enim sentio), quod unico tuo prædio elegantius ornando et excolendo nimiam adhibeas diligentiam, ac in tali corporis constitutione labori sedulo incumbas. Nec mirum illud videri debet : facilius enim est in alienis, quam in propriis philosophari. Ego vero, si te hac facere immoderate aut avaritiæ **30** studio aut cum violentia sic labori deditum esse conspicerem, objurgassem te profecto (dicam enim vere), nihil vel amicitiam nostram, vel communem educationem veritus. Sin autem ita laboribus oblectaris, ut modum non excedas, atque iis, in quibus libenter operam ponis, ita, ut decet, uteris, acceditque etiam ægritudo curis te occupans, ac persuadens corpori prodesse susceptos exercitationis causa

B corporis labores, facere non possum, quin iis qui tibi succensent ipse succenseam, teque culpa liberem. Ac præterea hoc persuasum habeo, neminem esse, qui vel de rebus melius ratiocinetur, quam tu, utpote quo omnes etiam ad res suas constituendas præceptore ac consultore privatim juxta et publice utantur, vel sapientius animam curet. Quod si corporis quoque sanitatem tueri vel revocare solius est medicinæ, quis tam audax et ineptus erit, ut tibi de his rebus leges statuat? Quocirca homines imperitos valere sinito, et graculos esse aquilarum volatum explorantes : te autem ipsum, ac Deum, tum in dolore, tum in iis quæ dolorem spectant, in consilium adhibe; sicque ab officio minime aberrabis.

(45) Alias LXVII. Eodem circiter anno scripta.

(46) *Ὡς φιλοκαλοῦντος.* Sic vertit Bill. : *Unicum tuum prædium ambitiose atque in hujusmodi constitutione labores appetentem.*

(47) *Ἐν τοιαύτῃ καταστάσει.* Ita cod. Reg. et Combef. Ed. ἐν τοιαύτῃ τῇ καταστάσει.

(48) *Ἢ πλεονεκτικῶς.* Bill. *aut cum rapacitate.*

(49) *Παίδευσιν.* Bill. *eruditionem :* bene minus; intelligit enim Gregorius educationem quæ ipsi communis fuerat cum Philagrio, quod liquet ex epist. XXX.

(50) *Χρᾷ δέ.* Sic legit Combef., aut χρῇς pro χρᾷ proponit. In ed. χρῇ.

(51) *Πρόσεστι.* Bill. *accedit insuper dolor in curis te occupans, tibique persuadens corporis statum supra corpus tibi esse.*

(52) *Καὶ πεῖθον ὡς ὑπὲρ τὸ σῶμά σοι.* Ita cod. Reg. et Combef., qui reddidit, *persuadens ex corporis ratione esse quæ sunt corporis, aptos ei et in rem ejus sic assumptos labores, quasi exercitationis causa.* Clarius esset, addit Combef., ὡς πρός.

(53) *Πρός γε τοῦτο.* Ita cod. Reg., Montac. et Morel. In ed. πρός γε τούτῳ.

(54) *Εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι.* Montac. et Morel. εἰ C τῷ σώματι.

(55) *Ἢ ἐπανάγειν.* Deest in cod., nec admittit Combefisius

(56) *Καὶ ἀπαίδευτος.* Montac., Morel. et Combef. ἢ ἀπαίδευτος, *aut ineptus.*

(57) *Σοὶ περὶ τούτων νομοθετεῖν.* Pro σέ, ut habent ed., legendum σοί, ait Billius; verbum enim νομοθετῶ semper jungitur cum dativo personæ et accusativo rei. Dicimus enim νομοθετεῖν τοῖς ὑπὸ χεῖρα, et νομοθετεῖν τὴν εὐσέβειαν vel περὶ τῆς εὐσεβείας. Aut si in pronomine σέ nullus est error, profecto non νομοθετεῖν, sed νουθετεῖν legendum crediderim, si nobis constructionis rationem constare volumus. Verum cum cod. Reg. legimus σοὶ νομοθετεῖν. Mox, τοὺς μὲν οὖν πολλούς. Combef., *vulgi homines.*

(58) *Κολοιοὺς πτῆσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας.* Hunc locum citat Erasmus in adagio, *aquilam volare doces*, monetque hoc proverbium in eos competere, qui docere quempiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitatissimus, nihil eget doctore.

(59) *Καὶ τῶν ὅσα.* Ita codd. duo Regg., Montac, et Combef. In edit. τῶν deest.

Digitized by Google

XXXIV. EIDEM.

ΛΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (60).

Philagrium per litteras sæpe consolatus Gregorius, illi tandem morbo laboranti coram adfuit in Mataza, summamque viri patientiam miratus est. Cum enim roganti Philagrio psalmum LXXII *interpretaretur, is* quasi morbo gestiens, *in gratiarum actiones singulariter erumpebat, stupente Gregorio, qui hac epistola testatur se ipsius philosophiam nunc quoque in memoriam revocando exhorrescere. Quo ea anno gesta scriptaque sint divinare non possumus, unamque propemodum ob argumenti similitudinem, tres epistolas superiores atque etiam duas quæ sequuntur hic collocamus.*

Memoria teneo congressum illum, quo nuper in Mataza mea una fuimus (mea siquidem voco ac censeo, quæ tua sunt), philosophiamque illam cui tum operam dedisti, quam nunc quoque in memoriam revocans, cohorresco. Ego quidem tibi septuagesimum secundum psalmum enarrabam (sic enim jubebas, nec repugnare fas erat), in quo David malorum causa quibus res prospere cedunt, æstuat, mœroreque **31** conficitur. Postea cogitationes suas ad alterius vitæ tribunalia, præmiaque institutis et actis vitæ posita mittens, ita demum perturbari desinit, animique molestiæ medetur. Ac, quantum fieri poterat, expositionem ad dolorem tuum trahebam tum ex nostris, tum ex profanis auctoribus ea disputans, utpote ad tantum tamque eruditum virum orationem habens, simulque Spiritu ita ferente ac dolore exacuente; nihil enim dolore ingeniosius est. Ac sermo quidem currebat: tu vero, interim dum loquerer, quasi stimuli cujusdam ictu excitatus, manusque ad cœlum tendens, atque orientem versus quasi respiciens (non enim videndi facultatem habebas), clamare cœpisti: Gratias ago tibi, Pater, tuorumque hominum conditor et castigator, quod invitos etiam ac reluctantes beneficio afficis, ac per externum hominem internum purgas, et per contraria nos ad beatum finem pro iis, quas nosti, rationibus ducis. Et quid omnia commemorem, quæ tu ante nos et nobiscum, velut morbo gestiens, philosophabaris? Ita me ex præceptore discipulum habebas. Verum cur harum rerum mentionem feci? nempe ut per te omnibus clamem et prædicem, malos nobis potius ob internum morbum lugendos esse, quam nos illis ob externum, dum sic animis instituti fuerimus et comparati: illudque insuper, præstabilorem esse morbum cum sapientia conjunctum, effrenata prosperitate.

A Μέμνημαι τῆς σῆς συνουσίας, ᾗ ἀλλήλοις (61) συνεγενόμεθα πρώην ἐν Ματάζῃ τῇ ἐμῇ (ἐμὰ γὰρ καλῶ καὶ ὑπολαμβάνω τὰ σά), καὶ τῆς φιλοσοφίας, ἣν τηνικαῦτα ἐφιλοσόφησας, ἧς φρίττω καὶ νῦν μεμνημένος ἔτι (62). Ἐγὼ μὲν ἐξηγούμην σοι τὸν οβ' ψαλμὸν (σὺ γὰρ ἐκέλευες, καὶ ἀντιλέγειν οὐκ ἦν), ἐν ᾧ Δαβὶδ ἰλιγγιᾷ καὶ ἀσχάλλει πρὸς τοὺς κακοὺς εὐθηνοῦντας (63). Εἶτα πέμπων τοὺς λογισμοὺς εἰς τὰ ἐκεῖσε (64) δικαιωτήρια, καὶ τὴν ἀποκειμένην τοῖς βίοις ἀντίδοσιν, οὕτω τῆς ταραχῆς ἵσταται, καὶ τὸ λυποῦν θεραπεύεται. Καὶ, ὡς οἷόν τε ἦν, εἶλκον τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὸ πάθος, ἐκ τῶν ἡμετέρων, ἐκ τῶν ἔξωθεν ταῦτα φιλοσοφῶν, ὡς ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ καὶ τοσούτῳ διαλεγόμενος, καὶ ἅμα τοῦ Πνεύματος οὕτω φέροντος, καὶ τοῦ ἀλγεῖν παραθήγοντος·
B οὐδὲν γὰρ τοῦ πάσχειν εὐρετικώτερον. Καὶ ἔτρεχέ πως (65) ὁ λόγος· σὺ δὲ μεταξὺ τοῦ λόγου διαναστάς, ὥσπερ ἐξ ὕσπληγγος (66), καὶ τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας, πρός τε ἀνατολὰς (67) οἷον βλέπων (οὐ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες [68]) Εὐχαριστῶ σοι, ὦ Πάτερ, ἐθέλω, ποιητὰ τῶν σῶν ἀνθρώπων, καὶ παιδευτὰ (69), ὅτι καὶ ἄκοντας εὖ ποιεῖς (70), καὶ τῷ ἐκτὸς καθαίρεις τὸν ἐντὸς ἄνθρωπον, καὶ διὰ τῶν ἐναντίων διεξάγεις ἡμᾶς πρὸς τὸ μακάριον τέλος, οἷς αὐτὸς ἐπίστασαι λόγοις. Καὶ τί ἂν λέγοιμι πάντα, οἷς προεφιλοσόφεις ἡμῶν καὶ συνεφιλοσόφεις, ὥσπερ τῇ νόσῳ χαίρων; καὶ εἶχες μαθητὴν τὸν διδάσκαλον. Ἀλλὰ πρὸς τί τούτων ἐμνήσθην; ἐκεῖνο πᾶσι διὰ σοῦ βοῶν καὶ κηρύσσων, ὅτι θρηνητέοι μᾶλλον ἡμῖν οἱ κακοὶ τῆς ἔνδον νόσου, ἧπερ
C ἐκείνοις ἡμεῖς τῆς ἐκτὸς, ἂν οὕτως ἔχωμεν (71)· καὶ ὅτι κρείττων εὐημερίας ἀχαλινώτου νόσος φιλόσοφος.

(60) Alias LXVI. Scripta circa eadem tempora.

(61) *Ἡ ἀλλήλοις.* Ita cod. Reg.; at Combef. ᾗ ἐν ἀλλήλοις. Ed. ἣν ἀλλήλοις.

(62) *Μεμνημένος ἔτι.* Ita cod. Reg., Pass. et Combef. In edit. ἔτι deest.

(63) *Κακοὺς εὐθηνοῦντας.* Ita duo codd. Regg., Pass. et Combef. In edit. κακῶς εὐθηνοῦντας, quod Billius ita vertit, *ob eos qui omnibus rebus immerito abundant.*

(64) *Εἰς τὰ ἐκεῖσε.* Ita cod. Reg. In edit. πρὸς τὰ ἐκεῖθεν. Mox, ἀποκειμένην τοῖς βίοις. Bill., *utrique vitæ recondita, quasi præsenti et futuræ.*

(65) *Καὶ ἔτρεχέ πως.* Ita Pass. In edit. deest καί.

(66) *Ἐξ ὕσπληγγος.* Cod. Reg. ἐκ μάστιγος. Mox, εἰς τὸν οὐρανόν. Ita cod. Reg., Pass. et Combef. In edit. ἐπὶ τὸν οὐρανόν.

(67) *Πρός τε ἀνατολάς.* Ita cod. Reg. et Pass. In ed. πρός γε ἀνατολάς, *atque orientem versus.* Prisca Ecclesia hoc ab apostolis acceptum religiosissime observavit, ut inter precandum orientem intueretur. Origenes hujus consuetudinis meminit. Tertullianus, in *Apolog.* cap. 16, Christianos hoc nomine falso insimulatos ab ethnicis ait, quasi solem pro Deo haberent. Augustinus, cæterique Patres, tum Latini tum Græci, illud idem testantur, variasque hujus consuetudinis rationes afferunt.

(68) *Οὐ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες.* Ita tres codd. Regg., Pass. et Combef. In edit. καὶ γὰρ τὸ βλέπειν εἶχες, quod Billius vertit, *nam eo aspectus patebat.*

(69) *Καὶ παιδευτά.* Ita cod. Reg., Pass. et Combef., quomodo Paulus, Hebr. XII, 7 et 9, *Ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει· Quem enim diligit Dominus castigat.* In edit. ποιητά.

(70) *Ὅτι καὶ ἄκοντας εὖ ποιεῖς.* Ita cod. Reg., Pass. ac Combef. In edit. ὅτι ἄκοντας ἡμᾶς εὖ ποιεῖς, *quod nos invitos et reluctantes beneficio afficis.*

(71) *Ἂν οὕτως ἔχωμεν.* Combef. *dum eo animo fuerimus*, ea scilicet in morbis patientia. Non quod Bill., *si quidem nobis eo laborare contingat;* quid enim magni sic morbo externo laborare? et cum multi laborant vere lugendi. Montac. et Morel. ἔχοιμεν· καὶ ὅτι κρείττων.

Digitized by Google

ΛΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (72).

XXXV. EIDEM.

Morbo laborantem Gregorium ad patientiam Philagrius per patientiam adhortatur.

Πρότερον μὲν αὐτὸς ἔγραφόν σοι τοὺς παρακλητικοὺς εἰς τὸ πάθος (73)· προεπεπτώκεις γάρ. Νῦν δέ μοι δοκεῖς (74) αὐτὸς ἂν ἡμᾶς παρακαλέσαι, μικροῦ τὰ ἴσα κακοπαθοῦντας. Ἔδει γὰρ ἡμᾶς φίλους ὄντας, μηδὲ ταῦτα χωρίζεσθαι (75). Μᾶλλον δὲ ἤδη παρακέκληκας, οἷς καρτερεῖς, τὸ καρτερεῖν εἰσηγούμενος. A

Prius quidem levandi doloris tui causa consolatorias litteras ad te scribebam : prior enim in morbum incideras. Nunc autem mihi ipse nos consolari videris, in iisdem propemodum molestiis versantes. Conveniebat enim nos, cum amicitiæ vinculo inter nos devincti simus, ne hac quoque in re disjungi. Quin potius jam consolationis officio functus es, nimirum per patientiam tuam ad patientiam nos exhortans.

ΛΣ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (76).

32 XXXVI. EIDEM.

Morbo cruciatur Gregorius, et gratias agit.

Ἀλγῶ τῇ νόσῳ, καὶ χαίρω· οὐχ ὅτι ἀλγῶ, ἀλλ' ὅτι τοῦ καρτερεῖν τοῖς ἄλλοις εἰμὶ διδάσκαλος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὴ πάσχειν οὐκ ἔχω τοῦτό γε τῷ πάσχειν παρακερδαίνω, τὸ φέρειν καὶ τὸ εὐχαριστεῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐθύμοις, οὕτω δὴ (77) κἀν τοῖς ἀλγεινοῖς· ἐπειδὴ πείθομαι μηδὲν ἄλογον εἶναι παρὰ τῷ λόγῳ (78) τῶν ἡμετέρων, κἂν ἡμῖν οὕτω φαίνηται. B

Morbo crucior, et gaudeo; non quia crucior, sed quia aliis patientiæ sum magister. Quoniam enim non id habeo, ut doloro vacem, hoc lucri obiter ex dolore facio, quod perfero, et gratias ago, ut in lætis rebus, ita etiam in acerbis : quandoquidem illud exploratum habeo, nihil rerum nostrarum apud summam rationem expers rationis esse, tametsi ita nobis videatur.

ΛΖ'. ΣΩΦΡΩΝΙΩ (79).

XXXVII. SOPHRONIO.

Propter Sophronii præfecturam, anno 369, ac forte etiam proxime sequenti affixam, Gregorii ad ipsum epistolæ in gratiam Eudoxii scriptam hunc annum constituimus.

Μητέρα τιμᾶν, τῶν ὁσίων. Μήτηρ δὲ ἄλλη μὲν ἄλλου· κοινὴ δὲ πάντων, πατρίς. Ταύτην ἐτίμησας μὲν πάσῃ σου τῇ τοῦ βίου λαμπρότητι· τιμήσεις δὲ καὶ νῦν, ἡμᾶς αἰδεσθείς, ὑπὲρ ὧν πρεσβεύομεν. Ἡ πρεσβεία δὲ τίς; Τὸν λογιώτατον τῶν κατ' αὐτὴν (80) Εὐδόξιον τὸν ῥήτορα πάντως γινώσκεις. Τούτου παῖς, ἵν' εἴπω συντόμως, ἄλλος Εὐδόξιος καὶ βίῳ, καὶ λόγῳ, νῦν σοι πρόσεισι δι' ἡμῶν. Ἵν' οὖν ὀνομαστότερον σεαυτὸν καταστήσῃς, γενοῦ τῷ ἀνδρὶ δεξιός, ἐν οἷς ἂν δέηται τῆς σῆς προστασίας. Αἰσχρὸν γάρ, κοινὸν ὄντα σε τῆς πατρίδος προστάτην, καὶ πολλοὺς εὖ πεποιηκότα, προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ ποιήσοντα, μὴ πρὸ πάντων τιμῆσαι τὸν ἄριστον ἐν λόγοις, καὶ λόγους, οὓς, εἰ μή τι ἄλλο, κατὰ τοῦτο αἰδεῖσθαι δίκαιον, ὅτι τῶν σῶν καλῶν εἰσιν ἐπαινέται. C

Matrem honore afficere pium ac sanctum est. Mater autem alia quidem alius est: communis autem omnium, patria. Hanc tu quidem omnis vitæ tuæ splendore ornasti; ornabis autem eam nunc quoque, si supplicibus nostris precibus commovearis. Quænam autem est hæc precatio? Disertissimum totius patriæ nostræ Eudoxium rhetorem omnino cognoscis. Hujus filius, ut breviter dicam, tum vita, tum doctrina, alter Eudoxius, nunc per nos ad te accedit. Ut igitur majorem tibi nominis celebritatem concilies, homini, quibuscunque in rebus præsidio tuo opus habuerit, commodum et benignum te præbe. Turpe enim fuerit, cum communis patriæ patronus sis, ac multos beneficio affeceris, addam etiam affecturus sis, non præ omnibus cum, qui doctrina et dicendi facultate omnes antecellit, colere atque ornare, atque etiam ipsam eloquentiam, quam, si nulla alia, at certe hac de causa venerari convenit, quod ea virtutum tuarum laudes celebrantur.

(72) Alias LXVIII. Scripta eodem forte tempore.

(73) *Εἰς τὸ πάθος.* Combef., *morbi solandi causa.*

(74) *Νῦν δέ μοι δοκεῖς.* Bill., *nunc autem commode ipse nos consolari possis.*

(75) *Μηδὲ ταῦτα χωρίζεσθαι.* Perspicuum est, inquit Bill., μηδ' ἐνταῦθα legendum esse, non μηδὲ ταῦτα. *Verum*, ait Combef., *elegans est locutio, correctioque Billii futilis.* Nihil nos cum Combef. mutandum putamus. Ταῦτα, id est, κατὰ ταῦτα.

(76) Alias LXIX. Scripta eodem circiter tempore.

(77) *Οὕτω δή.* Ita cod. et Combef. In edit. οὕτω δέ.

(78) *Μηδὲν ἄλογον εἶναι παρὰ τῷ λόγῳ. Apud* D *summam rationem nihil expers rationis esse :* quæ sic vertere libuit, ait Billius, ut Græcorum verborum gratiam, quantum fieri posset, in translatione retinerem.

(79) Alias CVIII. Circa annum 369 scripta.

(80) *Τῶν κατ' αὐτήν.* Cod. Reg. τῶν καθ' αὐτόν. Combef. τῶν καθ' ἑαυτόν. *Sophistarum disertissimum*, vel *disertissimum generis sui oratorum.* Vertit Bill., τῶν κατ' αὐτήν, *totius patriæ vestræ*, sed perperam; nam utriusque communis patria Gregorii et Sophronii, ut patet ex ipsius Gregorii verbis epist. sequentis. Ambo Cappadoces.

Digitized by Google

XXXVIII. THEMISTIO. ΛΗ'. ΘΕΜΙΣΤΙΩ (81).

Ad Themistium scripta est hæc epistola, pro Eudoxio, ut præcedens; ideoque utramque eodem tempore scriptam verisimile est. Porro Eudoxius, qui litteris et eloquentia maxime commendatur, ille ipse est insignis rhetor, alteriusque cognominis rhetoris filius, cui commissam Nicobuli junioris ac fratrum institutionem infra videbimus.

Spartiatas lancea indicat, humerus Pelopidas, eruditio magnum Themistium. Nam quamvis omnibus rebus omnes superes, hoc tamen tuorum omnium maxime insigne esse scio. Hoc etiam nos primum inter nos copulavit (si modo quiddam **33** ipsi in litteris sumus), ac nunc quoque, ut animi fiduciam adhibeam, persuasit. Quod si virum, pro quo deprecamur, noveris, fortasse fiduciam quoque nostram comprobabis. Eximii viri Eudoxii filium hunc tibi offero, præclarissimum, inquam, maximeque commemorandum filium nostrum Eudoxium, vita quidem et doctrina, qualem ipse reperies, *lapidem*, ut proverbio dicitur, *funiculo admovens :* (quæ autem amussis te justior?) nobis autem quam maxime charum, non minus ob virtutem, quam ob paternam amicitiam. Tanquam igitur in nos collaturus, quidquid in eum beneficii contuleris, ac tuam eruditionem ornaturus, induc animum, ut eum ad ea, quæ a fronte sunt, ducas. Opus est enim ut doctrina eum clarum atque insignem reddat, sibique ipse victum ex doctrina quærat. Qualem autem illum, et quonam pacto, ipse demonstrabit : tua autem eruditio et prudentia explorabit.

Πόθεν τοῦτο, ἔφην, ὦ μάταιε σὺ, καὶ νέε Δαθὰν καὶ Ἀβειρὼν τὴν ἀπόνοιαν; πόθεν ἡμῖν ἥκεις δογματιστής; Πῶς σεαυτὸν ποιεῖς τηλικούτων κριτήν; Ἐκ τῆς κατ' Εὐψυχίου τοῦ μάρτυρος (75), ἔφη, συνόδου νῦν ἥκω (καὶ γὰρ εἶχεν οὕτως), κἀκεῖσε ἤκουσα τοῦ μεγάλου Βασιλείου θεολογοῦντος τὰ μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἄριστά τε καὶ τελεώτατα, καὶ ὡς οὐκ ἄν τις ἄλλος ῥᾳδίως εἴποι, τὸ Πνεῦμα δὲ παρασύροντος (καὶ προσετίθει τινὰ εἰκασίαν, ὥσπερ τῶν ποταμῶν οἱ τὰς μὲν πέτρας παρατρέχοντες, τὴν δὲ ψάμμον κοιλαίνοντες). Ἤ τί δή ποτε, ὦ θαυμάσιε, σὺ μὲν, ἔφη πρὸς ἐμὲ βλέπων, ἤδη φανερῶς τὸ Πνεῦμα θεολογεῖς (καί τινος ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐμῶν, ὡς ἐν συνόδῳ (76) πολυανθρώπῳ θεολογήσαντος, εἶτα ἐπειπόντος τῷ Πνεύματι τοῦτο δὴ τὸ περιβόητον, τὸ, Μέχρι τίνος ὑπὸ τῷ μοδίῳ τὸν λύχνον κρύψομεν;); ὁ δὲ ὑποφαίνει μὲν ἀμυδρῶς, καὶ οἷον σκιαγραφεῖ τὸν λόγον, οὐ παῤῥησιάζεται δὲ τὴν ἀλήθειαν, πολιτικώτερον ἢ εὐσεβέστερον τὴν ἀκοὴν ἐπικλύζων, καὶ τῇ δυνάμει τοῦ λόγου τὴν διπλόην περικαλύπτων (77).

B

aurem obruens, dicendique facultate versutiam tegens.

Quoniam, inquam, ego in obscuro positus, ac plerisque incognitus, sicut nec quæ loquar, nec an loquar, ferme homines sciant, sine periculo philosophor. Illius autem major habetur ratio, utpote cujus nomen, tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem multo sit illustrius. Ac palam est quidquid dicitur : ingensque circa eum bellum est, cupientibus nimirum hæreticis nudam et apertam vocem ex ipsiusmet Basilii ore arripere, ut ipse quidem ex Ecclesia expellatur, qui solus pene veritatis igniculus restat ac vitalis facultas, vicinis omnibus captis ac subjugatis ; malum autem in civitate radices agat, atque ex hac Ecclesia non secus atque ex aggere quodam et propugnaculo terrarum orbem populetur. Præstat itaque œconomiam quamdam ad veritatem adhibitam fuisse, nobis videlicet tempori, quasi nebulæ cuidam, nonnihil cedentibus, quam ut ea ob prædicationis perspicuitatem opprimeretur. Nobis enim ex ea re nihil damni fa-

Ὅτι ἐγὼ μὲν, ἔφην, ἐν παραβύστῳ κείμενος, καὶ τοῖς πολλοῖς ἀγνοούμενος, καὶ μηδὲ ἃ λέγοιμι, μηδὲ ὅτι λέγοιμι (78) σχεδὸν γινωσκόμενος, ἀκινδύνως φιλοσοφῶ. Τοῦ δὲ πλείων ὁ λόγος (79), ὡς περιφανεστέρου καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καὶ παρὰ τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ δημοσίᾳ πᾶν τὸ λεγόμενον, πολύς τε περὶ αὐτὸν ὁ πόλεμος, ζητούντων λαβέσθαι τῶν αἱρετικῶν γυμνῆς τῆς φωνῆς καὶ αὐτοῦ Βασιλείου, ἵν' ὁ μὲν ἐξωσθῇ τῆς Ἐκκλησίας, ὁ μόνος σχεδὸν ὑπολειπόμενος τῆς ἀληθείας σπινθὴρ καὶ ἡ ζωτικὴ δύναμις, τῶν κύκλῳ πάντων κατειλημμένων· ῥιζωθῇ δὲ τὸ κακὸν ἐν τῇ πόλει, καὶ ὥσπερ ἀπό τινος ὁρμητηρίου τῆς Ἐκκλησίας ταύτης, πᾶσαν καταδράμῃ τὴν οἰκουμένην. Βέλτιον οὖν οἰκονομηθῆναι τὴν ἀλήθειαν, μικρὸν εἰξάντων ἡμῶν, ὥσπερ νέφει τινὶ, τῷ καιρῷ, ἢ καταλυθῆναι τῷ φανερῷ τοῦ κηρύγματος. Ἡμῖν μὲν γὰρ οὐδὲν βλάβος καὶ ἀπ' ἄλλων λέξεων τοῦτο συναγουσῶν, θεὸν τὸ Πνεῦμα γινώσκειν (οὐ γὰρ ἐν ἤχῳ μᾶλλον, ἢ διανοίᾳ κεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν)· τῇ

C

D

(75) *Κατ' Εὐψυχίου τοῦ μάρτυρος.* Ita Montac., et sic legendum videtur. Nec enim verba τοῦ μάρτυρος jungi possunt voci συνόδου, quæ generis est feminini. At Bill., ut omnem tollat ambiguitatem, verba τοῦ μάρτυρος refert ad Eupsychium et ad synodum, vertitque, *Ex Eupsychii Martyris synodo nunc venio, eamque dicti mei testem habeo.* Fortasse hic est Eupsychius ille Cæsariensis nobili loco natus, cujus meminit Sozomenus, *Hist. tripart.* lib. v, cap. xi, qui, ob eversum Fortunæ templum, imperante Juliano interemptus est.

(76) *Καί τινος ἀπεμνημόνευσε τῶν ἐμῶν, ὡς ἐν συνόδῳ*, etc. In utrisque codicibus Græcis corruptissime legitur, καί τινος ἀπ' ἐμοῦ μονῆς τε τῶν ἐμῶν. Sed facile est errorem deprehendere; corrigere autem hoc opus, hic labor est. Ego vero veram lectionem hac demum ratione commodissime restitui posse arbitror, si pro his quatuor verbis ἀπ' ἐμοῦ μονῆς τε, substituatur unicum verbum ἀπεμνημόνευσε, atque etiam ita transtuli clarissimo, ut opinor, sensu, nec a Gregorii mente abhorrente.

(77) *Τὴν διπλόην περικαλύπτων, varium ac multiplicem Scripturarum sensum obtegens.*

(78) *Μηδὲ ὅτι λέγοιμι.* Combef. μηδὲ ὅστις λέγομαι, *quis vocer propemodum.*

(79) *Πλείων ὁ λόγος.* Ita cod. et Combef. In edit. πλεῖον ὁ λόγος. Mox, καὶ παρ' ἑαυτοῦ, καί, etc. Bill. vertit, *tum ob ipsius virtutem, tum ob Ecclesiæ splendorem.*

Digitized by Google

Ἐκκλησίᾳ δὲ μεγάλην ζημίαν (80) τὸ δι' ἑνὸς ἀνδρὸς διωχθῆναι τὴν ἀλήθειαν.

A cimus, si ex aliis quoque dictionibus, quibus id certo colligatur, Spiritum sanctum Deum agnoscamus (neque enim in verborum sono potius, quam in mente et sententia veritas sita est); Ecclesia autem grave vulnus acceptura est, si ob unius hominis ejectionem veritas profligetur.

Οὐκ ἐδέξαντο τὴν οἰκονομίαν ὡς ἕωλον καὶ παίζουσαν (81) αὐτοὺς οἱ παρόντες· ἀλλὰ καὶ κατεβόων ἡμῶν, ὡς τὴν δειλίαν μᾶλλον, ἢ τὸν λόγον οἰκονομούντων. Πολὺ γὰρ εἶναι βέλτιον, τὸ ἡμέτερον φυλάττειν διὰ τῆς ἀληθείας, ἢ τοῦτό γε ἀχρειοῦν, καὶ μὴ προσλαμβάνειν τὸ ἀλλότριον, διὰ τῆς δῆθεν οἰκονομίας. Τὰ μὲν οὖν καθ' ἕκαστον, ὧν τε εἶπον, ὧν τε ἤκουσα, καὶ ὡς ἠγανάκτησα πρὸς τοὺς ἀντιτείνοντας πέρα τοῦ μετρίου σχεδὸν (82) καὶ τῆς ἐμαυτοῦ συνηθείας, μακρὸν ἂν εἴη νῦν (83) ἐκδιηγεῖσθαι, καὶ ἴσως οὐκ ἀναγκαῖον. Τέλος δὲ τοῦ λόγου, τοὺς μὲν οὕτως ἀπεπεμψάμην. Σὺ δὲ δίδαξον ἡμᾶς, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλή, μέχρι τίνος προϊτέον ἡμῖν τῆς τοῦ Πνεύματος θεολογίας, καὶ τίσι χρηστέον φωναῖς, καὶ μέχρι τίνος οἰκονομητέον, ἵν' ἔχωμεν ταῦτα πρὸς τοὺς ἀντιλέγοντας. Ἐγὼ γὰρ εἰ δεοίμην νῦν (84) τοῦτο μανθάνειν, ὁ πάντων μάλιστα σέ τε καὶ τὰ σὰ γινώσκων, καὶ πολλάκις περὶ τούτων πληροφορίαν καὶ δεδωκὼς καὶ δεξάμενος, πάντων ἂν εἴην (85) ἀμαθέστατός τε καὶ ἀθλιώτατος.

53 Hanc œconomiam ii, qui aderant, tanquam vanam et insulsam ipsosque ludificantem, non modo non comprobarunt: imo etiam nos clamoribus insectabantur, ut ignaviæ nostræ potius, quam orthodoxæ doctrinæ consulentes. Longe enim præstantius esse, nostros per veritatem tueri et conservare, quam per hujusmodi scilicet œconomiam eos labefactare, nec interim alienos assumere. Enimvero quæ, et dixi, et audivi, et quam valde ac præter modum consuetudinemque meam adversus eos, qui contra nitebantur, indignatus sum, sigillatim exponere, prolixum nunc fuerit, minimeque fortasse necessarium. Ut autem finem dicendi faciam, sic eos amandavi. Tu vero, o divinum et sacrosanctum caput, doce nos quousque in disputatione de Spiritus sancti divinitate progredi, quasque voces usurpare, et quousque œconomia uti conveniat, ut ea adversus eos, qui contradicunt, in promptu habeamus. Nam si hoc nunc ipse abs te doceri postularem, cum te resque tuas omnium mortalium maxime perspectas habeam, ac certissimam de his rebus fidem sæpius dederim, vicissimque acceperim, omnium profecto stolidissimus essem ac miserrimus.

B

ΝΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (86).

LIX. EIDEM.

Cum Gregorii litteris Basilius sic respondisset ut ipsis nonnihil offensus fuisse videretur, rescripsit Gregorius, mentemque suam candide aperiens, mœrore affectum immerito Basilium conqueritur, eidemque se simul et adfuturum et dimicaturum una pollicetur.

Τοῦτο ἦν, ὅπερ ἄλλος μὲν ἄν τις (87) ὑπείδετο τῶν συνετωτέρων· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔδεισα πρὸς σὲ γράφων, ὁ λίαν ἀρχαῖος καὶ μάταιος. Ἐλύπησέ σε τὰ (88) γράμματα, ὡς δὲ ἐγώ φημι, οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ δικαίως, ἀλλὰ καὶ λίαν περιττῶς. Καὶ τὴν λύπην οὐχ ὡμολόγησας μὲν, οὐκ ἐκρυψας (89) δὲ, εἰ καὶ σοφῶς τοῦτο ἐποίησας, ὥσπερ τινὶ προσωπείῳ, τῇ αἰδοῖ τὸ τῆς λύπης καλύπτων πρόσωπον. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν δολερῶς καὶ κακοήθως τοῦτο ἐποίησα, οὐχ ὑπὸ τῆς σῆς λύπης μᾶλλον ἢ τῆς ἀληθείας βλαβήσομαι· εἰ δὲ ἁπλῶς καὶ μετὰ τῆς συνήθους εὐνοίας, τὰς ἐμὰς ἁμαρτίας, οὐ τὴν σὴν διάθεσιν αἰτιάσομαι. Πλήν γε ὅτι διορθώσασθαι ταῦτα μᾶλλον εἶχε καλῶς, ἢ πρὸς τοὺς συμβουλεύοντας δυσχεραίνειν. Τὸ μὲν οὖν σὸν καὶ αὐτὸς ὄψει, καὶ ἄλλοις συμβουλεύειν τὰ αὐτὰ (90) ἱκανὸς ὢν· ἐμὲ δὲ προθύμως ἔχειν (91), ἐὰν διδῷ ὁ Θεὸς, καὶ

C

Hoc nimirum erat, quod alius quispiam majori ingenii acumine præditus suspicari potuisset; ego vero qua sum vecordia et rusticitate, cum ad te scriberem, non extimui. Mœrore te affecerunt litteræ nostræ, non recte, nec merito, mea quidem sententia, sed et valde superflue. Quanquam mœrorem hunc tuum haudquaquam aperte prodidisti, nec vero occultasti, quamvis sapienter id feceris, veluti quadam larva, pudore scilicet mœroris faciem obtegens. Si subdolo et malevolo animo a me hoc factum est, non me magis mœror iste tuus quam veritas ipsa lædet: si autem simplici animo et pro ea, qua soleo, benevolentia, non animi tui affectum, sed peccata mea accusabo. Quanquam satius fuerat, his incommodis mederi, quam iis, qui consilium afferebant, succensere. Sed tu quid

D

(80) *Μεγάλην ζημίαν.* Ita cod. Pass. Edit. μεγάλη ζημία. Mox, δι' ἑνὸς ἀνδρός, Bill., *ob unius hominis ejectionem.*

(81) *Καὶ παίζουσαν.* Harl. καὶ πάλαι παίζουσαν, *et jampridem eos ludificantem.*

(82) *Πέρα τοῦ μετρίου σχεδόν.* Ita cod. 2022. In edit. μέτρου, et σχεδὸν deest.

(83) *Ἂν εἴη νῦν.* Deest νῦν in cod. Pass.

(84) *Νῦν* deest in eodem cod. Mox, ὁ πάντων. Ita cod. In edit. ὁ deest. Pro ὁ πάντων habet Harl. ἁπάντων, et Pass. ὅποτε.

(85) *Πάντων ἂν εἴην.* Pass. πάντως ἂν εἴην.

(86) Alias XXVII. Scripta eodem tempore.

(87) *Ἄλλος μὲν ἄν τις.* Combef. ἄλλος μέν τις, et pro ὑπείδετο, vellent nonnulli ὑπεῖδε, *quod alius suspicari potuit.*

(88) *Ἐλύπησέ σε τά.* Deest σε in cod. Pass. Mox, οὐκ ὀρθῶς, οὐδὲ δικαίως. Bill. *idque immerito sane et inique*, qui non reddit ἀλλὰ καὶ λίαν περιττῶς. Combef *non recte, nec justa aliqua causa, sed et valde superflue, et quasi ultro a te quæsita occasione.*

(89) *Οὐκ ἐκρυψας.* Ita Harl. Deerat οὐκ in edit.

(90) *Τὰ αὐτά.* Cod. Harl. τοσαῦτα. In cod. Pass. τὰ αὐτὰ desunt.

(91) *Προθύμως ἔχειν.* Montac. et Morel. proponunt προθύμως ἕξεις, *habebis.* Nihil mutandum putat Combef., redditque: *habeas me prompto animo adfuturum.* Bill. non vertit προθύμως.

Digitized by Google

tibi faciendum sit, ipse videris, quippe qui aliis quoque eadem suadere facile potes. Hoc autem habeto me, Deo juvante, et tibi alacriter adfuturum, simulque dimicaturum, virilemque operam impensurum esse. Quis enim recuset, imo quis non magno et fidenti animo futurus sit, te duce ac socio de veritate disputans atque contendens?

παρεσόμενον, καὶ συναγωνιουμένου, καὶ τὰ δυνατὰ συνεισοίσοντα. Τίς γὰρ ἂν ἀναδύσεται (92); τίς δὲ οὐ θαρρήσει ὑπὸ σοὶ, καὶ μετὰ σοῦ, περὶ τῆς ἀληθείας λέγων καὶ (93) ἀγωνιζόμενος;

LX. EIDEM.

Ξ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (94).

Promiserat Gregorius Basilio se adfuturum, et eo duce ac socio dimicaturum. Verumtamen quominus promis a exsequeretur, mater, quæ morbo laborabat, impedimento fuit. Bollandistæ ad annum 364 referunt hanc epistolam; aut etiam Papebrochius ad annum sequentem; Tillemontius, ad annum 371 desinentem. Tanti res non est, ut de ea certandum sit. Quam quisque voluerit, opinionem amplectatur, per nos licet.

Ut expleatur quod jubes, partim in nobis situm est, partim autem, et quidem potissimum, ut opinor, in tua pietate. In nobis quidem, cupiditas animique promptitudo: nam nec alias unquam congressum tuum defugimus, verum eum semper consectamur: et nunc eum cupidius appetimus. In tua autem sanctitate, ut res nostræ melius constituantur. Assidemus enim dominæ matri, gravi jampridem morbo laboranti. Quam si non dubio et ancipiti statu relicturi sumus, tua præsentia, mihi crede, haudquaquam carebimus. Illud modo tibi curæ sit, ut precibus tuis ipsi quidem ad sanitatem, nobis autem ad iter opem feras.

Τοῦ πληρωθῆναί σοι ἐπίταγμα, τὸ μὲν τί ἐστιν ἐφ' ἡμῖν· τὸ δέ γε, καὶ αἴμαι τὸ πλέον, ἐπὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ. Ἐφ' ἡμῖν μὲν, τὸ τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς προθυμίας (95)· οὔτε γὰρ ἄλλοτέ ποτε τὴν σὴν συνουσίαν ἐφόγομεν, ἀλλ' ἀεὶ (96) ταύτην διώκομεν, καὶ νῦν ταύτην πλέον ποθοῦμεν. Ἐπὶ δὲ τῇ σῇ ὁσιότητι, τὸ διορθωθῆναι (97) τὰ ἡμέτερα. Προσεδρεύομεν γὰρ τῇ κυρίᾳ, τῇ μητρὶ, πολὺν ἤδη καμούσῃ χρόνον ἐξ ἀῤῥωστίας. Καὶ εἰ μὴ μέλλοιμεν ἀμφιβόλως αὐτὴν καταλείψειν, οὐ ζημιωθησόμεθα, εὖ ἴσθι (98), τὴν παρουσίαν. Μόνον ταῖς εὐχαῖς, τῇ μὲν πρὸς τὴν ὑγείαν, ἡμῖν δὲ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπικούρησον.

LXI. AERIO ET ALYPIO

ΞΑ'. ΑΕΡΙΩ ΚΑΙ ΑΛΥΠΙΩ (99).

Ad annum 372 vel 373, atque etiam paulo tardius referri potest epistola ad Aerium et Alypium. Quamvis enim quo anno scripta sit asseveranter pronuntiare non liceat, certum tamen eo tempore scriptam, quo una cum patre Nazianzenum Gregorius Ecclesiam administrabat. Etenim hujus Ecclesiæ jura pastoris auctoritate hic defendit. Aerium et Alypium admonet atque hortatur, ut matris extremæ voluntati obsequentes, eam pecuniam, quam in pauperum alimoniam Ecclesiæ reliquerat, exsolvant. Parvisse monitori videtur Alypius, si is ille est, qui, postea Cappadociæ præfectus, communis philosophorum patronus, ac pupillorum curator, *a Gregorio meruit appellari.*

Quemadmodum areæ et torcularis primitias, et filiorum, eos qui vere filios amant, Deo consecrare justum ac pium est, quoniam ab ipso, et nos ipsi, et nostra omnia sunt: ita novæ hæreditatis, ut pars prompte et libenter oblata, majori parti securitatem conciliet. Quocirca ne committite, ut post omnes alios benigni nobis sitis: verum ante omnes Deo benignos vos præbete, per quem etiam omnibus; atque abjectis externis legibus, nostris servite, hoc videlicet a vobis ipsis offerentes, nempe animi promptitudinem et alacritatem. Nam ea quidem, quæ testamento 55 relicta sunt, ab aliis, alacritatem autem a vobis habebimus, quibus Deus multo plura, quam ea, quæ nunc daturi estis, rependere potest, non solum in hac fluxa et caduca vita, sed etiam in stabili et æterna; quem unum spectare tutum est, in eoque spes omnes nostras defixas habere. Proinde, ut Deus talem erga vos

Ὥσπερ ἀπαρχὰς ἁλῶνός τε καὶ ληνοῦ, καὶ τέκνων, τοὺς ἀληθῶς φιλοτέκνους ἀνατιθέναι Θεῷ δίκαιόν τε καὶ ὅσιον, ὅτι παρ' αὐτοῦ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ, καὶ τὰ ἡμέτερα· οὕτω καὶ νέας (1) κληρονομίας, ἵνα τὸ μέρος δοθὲν προθύμως, παράσχῃ τῷ πλείονι τὴν ἀσφάλειαν. Μὴ τοίνυν ἀναμείνητε μετὰ πάντας ἡμῖν γενέσθαι χρηστοί, ἀλλὰ πρὸ πάντων Θεῷ, δι' ὃν καὶ πᾶσι καὶ τοὺς ἔξω ῥίψαντες νόμους, τοῖς ἡμετέροις δουλεύσατε, τοῦτο παρ' ὑμῶν αὐτῶν καρποφοροῦντες, τὴν προθυμίαν. Τὰ μὲν γὰρ καταλειφθέντα (2) παρ' ἄλλων, τὸ δὲ πρόθυμον παρ' ὑμῶν ἔξομεν, εἰς ὃ δυνατὸς ὁ Θεὸς ἀντιδοῦναι πολυπλάσια, ὧν νῦν ἐπιδώσετε, οὐ μόνον ἐν τῷ προσκαίρῳ τούτῳ βίῳ καὶ ῥέοντι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ αἰωνίῳ καὶ μένοντι· πρὸς ὃν μόνον ὁρᾶν ἀσφαλὲς, καὶ εἰς ὃν πάσας τείνειν ἡμῶν τὰς ἐλπίδας. Ὡς οὖν τοιοῦτον ταξομένου (3) τοῦ Θεοῦ περὶ ὑμᾶς, οἷοί περ ἂν αὐτοὶ γένησθε τοῖς πτωχοῖς, μὴ μικροψύχως (4), μηδὲ μικρολόγως, ἀλλὰ καὶ

(92) *Ἀναδύσεται.* Ita Reg. 2022 et Pass. Edit. ἂν δυνήσεται.

(93) *Καὶ.* Deest in edit.

(94) Alias IV. Scripta eodem tempore.

(95) *Τὸ τῆς ὁρμῆς καὶ τῆς προθυμίας.* Combef., *voluntas animi et alacritas.*

(96) *Ἐφόγομεν, ἀλλ' ἀεὶ.* Cod. Pass. ἐφύγομεν· τί μὲν οὖν τοσοῦτον μεταδιώκομεν; *imo utquid tanto studio inquirimus?*

(97) *Τὸ διορθωθῆναι.* In cod. Pass. τό deest. Paulo infra, idem cod. πολὺν ἤδη καμνούσῃ.

(98) *Εὖ ἴσθι.* Desunt in cod. Pass.

(99) Alias LXXX. Scripta anno 372 vel 373.

(1) *Νέας.* Subauditur ἀπαρχὰς ἀνατιθέναι Θεῷ δίκαιον.

(2) *Καταλειφθέντα.* Id est, *non vestro beneficio, sed vestræ matris, legatam pecuniam accipimus.*

(3) *Τοιοῦτον ταξομένου.* Cod. Reg. et Combef. τοιούτου τευξόμενοι. Paulo infra, pro γένησθε, cod. Reg. γενήσεσθε.

(4) *Μὴ μικροψύχως.* Bill. *neque avare maligne et sordide.*

Digitized by Google

λαν φιλοτίμως τε καὶ προθύμως, πληρώσατε τῇ κατσιχομένῃ τὴν βούλησιν, ἣν παρεῖναί τε ὑμῖν νομίσαντες, καὶ ὁρᾷν τὰ γινόμενα, διὰ τῆς ἐπιδόσεως ἀναπαύσατε, ἵνα μὴ τὰ χρήματα μόνον ἔχητε παρ' αὐτῆς, ἀλλὰ καὶ τὴν στηρίζουσαν οἴκους τέκνων μητρὸς εὐλογίαν (5) πορίσησθε· τοῦτο ἐνθυμηθέντες, ὅτι βελτίων μικρὰ μερὶς (6) μετὰ δικαιοσύνης, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἢ πλατυτέρα μετὰ μικρολογίας (ἵνα μὴ λέγω τι βλάσφημον), καὶ ὅτι πολλοὶ καὶ ὅλων οἴκων ἐκποιουμένων (7) εἰς ἐκκλησίας ἠνέσχοντο, οἱ δὲ καὶ παρ' ἑαυτῶν πᾶσαν προήκαντο (8) τὴν περιουσίαν, καὶ τὴν καλλίστην ἐπραγματεύσαντο πραγματείαν, γενέσθαι διὰ τὸν ἐκεῖ πλοῦτον πένητες. Μὴ τοίνυν σπείρητε φειδομένως, ἵνα πλουσίως θερίσητε (9), ἀλλ' ἀγαθὸν κλῆρον καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, καὶ τοῖς φιλτάτοις ὑμῶν τοῦτον χαρίσασθε, μηδὲν ὑφελόντες τῶν γεγραμμένων, ἀλλὰ πάντα μεθ' ἡδονῆς καὶ φαιδρότητος ἐπιδόντες ἡμῖν, ἢ ἀποδόντες (10) ὡς οἰκεῖα τὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦτο μόνον κερδανοῦντες, ὅ τι ἂν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀναλώσητε. Τί γὰρ δεῖ θησαυρίζειν λῃσταῖς (11) καὶ κλέπταις, καὶ καιρῶν μεταβολαῖς, ἄλλοτε εἰς ἄλλους μετατιθέντων καὶ ῥιπιζόντων τὴν ἄστατον εὐπορίαν, ἀλλὰ μὴ εἰς τὰς ἀσφαλεῖς ἀποθήκας ἀποτίθεσθαι, καὶ τῶν ἐπιβουλευόντων ἰσχυροτέρας; Τὸ μὲν οὖν εὐτελὲς (12) περὶ ἄλλα καὶ ἄλλοις δείξατε (καὶ γὰρ εὔχομαι δυνατοὺς ὑμᾶς εἶναι μετὰ χρηστότητος), ἡμῖν δὲ ἀγωνίσασθε τὸν καλὸν ἀγῶνα, ὅστις νικήσει τὸν ἄλλον εὐλαβείᾳ, καὶ ταῖς ὀφειλομέναις εὐλογίαις ἐκ Θεοῦ (13) τοῖς εὐγνώμοσι. Πείσατε οὖν ἡμᾶς ὅτι χριστιανίζετε γνησίως, μᾶλλον δὲ ἀπὸ καλῆς ἀρξάμενοι ἀρχῆς, καὶ οὕτως εὐσεβοῦς καὶ δικαίας, ἐντεῦθεν καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὁμονοήσατε· ὡς ἂν ὑμεῖς τε ἀλλήλοις, καὶ ἡμεῖς ὑμῖν ἐπευφραινοίμεθα (14), τά τε ἄλλα καὶ δεξιὸν ὑπόδειγμα γενομένοις (15) πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῆς περὶ ταῦτα εὐγνωμοσύνης.

A se præbiturus est, quales vos erga pauperes, nequaquam illiberabiliter et sordide, sed admodum liberali et alacri animo demortuæ voluntatem perficite, quam et vobis adesse, et ea, quæ fiunt, intueri existimantes, per largitionem vestram recreate. Ita fiet, ut ab ea, non modo pecunias habeatis, sed maternam etiam benedictionem, filiorum domos fulcientem [17], consequamini : atque hoc vobiscum cogitate, meliorem esse partem exiguam cum justitia, ut Scriptura loquitur, quam latiorem et uberiorem cum sordida parcitate [18] (ne quid male ominosum dicam); illudque præterea, complures exstitisse, qui totas etiam domos in ecclesiarum sumptus alienari passi sint : non etiam defuisse, qui sua sponte facultates omnes B suas profuderint, ac pulcherrimum quæstum fecerint, hoc est propter futuræ vitæ opes inopiam amplexi sint. Ne igitur parce seratis, ut copiose metatis [19]; verum bonam cum vobis ipsis, tum charissimis vestris hæreditatem hanc elargimini, nihilque ex iis subtrahentes, quæ testamento perscripta sunt, verum omnia læto atque hilari animo nobis tribuentes, imo vero reddentes, ut quæ proprie Dei sint, ac velut hoc solum lucraturi, quod pro animarum vestrarum salute impenderitis. Quid enim prædonibus et furibus thesaurizare opus est [20], temporumque mutationibus incertas et fragiles opes ad alios aliosque subinde transferentibus atque agitantibus, ac non potius in tuta horrea, et firmiora, quam ut ullis insidiis appeti C possint? Ac parcimoniam quidem circa alia et aliis ostendite (opto enim vos cum benignitate potentes esse), apud nos autem bonum certamen certate, hoc est, uter alterum 56 pietate superet, ac benedictionibus iis, quæ probis viris ex Deo debentur. Fidem itaque nobis facite, vos vere et sincere Christianam fidem colere ac profiteri; quin potius a bono principio exorsi, tamque pio et justo, hinc in aliis quoque rebus concordes estote : ut et vos ipsi mutuo, et nos vobis oblectemur, cum ob alia, tum quod universæ Ecclesiæ probitatis in hujusmodi rebus atque candoris exemplum fueritis.

[17] Eccli. III, 11. [18] Prov. XVI, 8. [19] II Cor. IX, 6. [20] Matth. VI, 19, 20.

(5) *Στηρίζουσαν οἴκους τέκνων μητρὸς εὐλογίαν.* Alludit ad illud Eccli. III, 11, *Benedictio patris firmat domos filiorum, et maledictio matris eradicat fundamenta.* Hic autem vitiose legitur in edit. μητρί pro μητρός.

(6) *Βελτίων μικρὰ μερίς.* Legitur in Prov. XVI, 8 : *Melius est parum cum justitia quam multi fructus cum iniquitate.* Hunc locum suæ aptat sententiæ Gregorius. Bill. autem μετὰ μικρολογίας vertit : *cum sordibus.*

(7) *Οἴκων ἐκποιουμένων.* Ita cod. Reg. In edit. ἐμποιουμένων, vertitque Bill. : *Qui totas etiam domos ecclesiis addici passi sint.* Rectius forte, *qui etiam totas domos quasi inseri et incorporari ecclesiis sustinebant.*

(8) *Προήκαντο.* Ita cod. Reg. In edit. προσήγοντο, *obtulerint.* Mox, οὐσίαν pro περιουσίαν.

(9) *Ἵνα πλουσίως θερίσητε.* Mendose in edit. θερήσητε. Alludit Gregorius ad illud Apostol. II Cor. IX, 6 : *Qui parce seminat, parce et metet; et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet.*

(10) *Ἐπιδόντες ἡμῖν ἢ ἀποδόντες.* In edit. deest ἡμῖν. Combef. ἀποδόντες ἡμῖν καὶ ἐπιδόντες, *cuncta nobis reddentes ac elargientes.* Mox, τά forte delendum.

(11) *Τί γὰρ δεῖ θησαυρίζειν λῃσταῖς*, etc. Notum est illud Evangelii Matth. VI, 19, 20 : *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, ubi fures effodiunt et furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo, ubi fures non effodiunt, nec furantur.*

(12) *Τὸ μὲν εὐτελές.* Vertit Bill. *frugalitatem.* Duo codd. Reg. τὸ μὲν ἐντελές. Sicque Combef. qui vertit, *Circa alia et aliis, quod rigoris est et severitatis ostendite;* ut et epist. LXXVII, φιλανθρώπους φανῆναι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς, quod Bill. reddit, *Benignos potius quam severos nos præbeamus.*

(13) *Ἐκ Θεοῦ, ex Deo.* Dei scilicet indulgentia ac liberalitate, non *a Deo* quasi debitore.

(14) *Ἐπευφραινοίμεθα.* Cod. ἐπευφραινόμεθα.

(15) *Ὑπόδειγμα γενομένοις.* Cod. Reg. et Combef. ὑπόδειγμα γενόμενοι.

Digitized by Google

LXII. AMPHILOCHIO.

ΞΒ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (16).

Jam ab anno 373 Eustathius Sebastensis bellum tam aperte moverat, ut nulla petendæ pacis spes affulgeret. Petiit tamen veterator ille, Basilii amicitia indignissimus, pacis sequestrem Amphilochium, qui postea Iconiensis episcopus fuit; nondum enim erat, ait Tillemontius. Amphilochius Theologum datis ad eum litteris adhibere voluit. Cui Gregorius respondit epistola LXII, *id quod petebat,* Christianum *esse; verum* Armenium, *quo nomine appellat Eustathium, plane indignum esse. Hinc recte conjicias ante scriptam esse epistolam, quam Eustathii fraudes et prava dogmata, ab omnibus demum agnita infamem bonis omnibus effecissent.*

Non barbaricum est inimitabilis tuæ probitatis edictum, sed Græcum, imo Christianum. At Armenius de quo gloriaris, barbarus plane est, ac longe a nostra laude et gloriatione remotus.

Οὐ βάρβαρον τὸ ἐπίταγμα τῆς ἀμιμήτου σου καλοκἀγαθίας, ἀλλ' Ἑλληνικὸν, μᾶλλον δὲ Χριστιανικόν (17). Ὁ δὲ Ἀρμένιος, ἐφ' ᾧ πάνυ φιλοτιμῇ (18), βάρβαρος ἄντικρυς, καὶ πόρρωθεν τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας (19).

LXIII. AMPHILOCHIO.

ΞΓ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (20).

Amphilochius, ad quem scripta est hæc epistola, non ille est, qui Ecclesiæ Iconiensis creatus fuit episcopus; sanctissimus enim præsul nec uxorem unquam duxit, nec filios habuit, quod utrumque tribuunt hæ litteræ Amphilochio, ad quem datæ sunt. Itaque conjicias rectissime Theologum litteras ad cognominem Iconiensis episcopi patrem Amphilochium scripsisse, ut eum de assumpto ad episcopatum filio mœstum solaretur, quanquam et ipse eodem prorsus tempore, mortuo proprio parente, consolatione Gregorius indigeret. Litteras autem illas non tam ad Amphilochii patris consolationem, quam ad sui ipsius defensionem scripsit Gregorius; et jurgatrices potius quam consolatoriæ videri possint. Acriter enim objurgat Gregorius Amphilochium, qui filium suum proditum fuisse querebatur, patris querelas refellit et iniquas esse ostendit. De tempore quo scripta est hæc epistola, nulla potest esse difficultas, quandoquidem scripta est anno, quo Amphilochius Iconiensi Ecclesiæ præfectus fuit, et quo Nazianzena Ecclesia pastore suo, Gregorii Theologi patre, defecta est: adeoque scriptam esse anno 374 constat.

Doles? Ego vero in deliciis sum omnino. Lacrymas fundis? Ego vero, ut cernis, festum diem ago, ac rebus præsentibus glorior, meque effero. An te quidem filius in mœrorem conjicit, quod ob virtutem arripiatur, et honore afficiatur; atque in calamitatis loco ponis, nisi tibi præsto sit, tuamque senectutem curet, ac pro suo more, ea quæ muneri suo consentanea sint, præstet? Me autem non discruciat pater, qui extremam a nobis peregrinationem iniit, ex qua non jam ad nos revertetur, nec a nobis conspicietur: non te tamen accusamus, nec debitam consolationem efflagitamus; quod scilicet illud sit nobis exploratum, propria mala malis alienis animum adjiciendi spatium non **57** præbere: neque enim ullus est adeo amicitiæ studiosus, et philosophus, ut supra animi perturbationes positus sit, aliumque consolari tentet, cum ipse consolatione indigeat. Tu contra plagam plagæ injicis, dum nos accusas, ut audio, atque filium tuum, fratrem vero nostrum, a nobis neglectum, aut etiam, quod longe gravius est, proditum fuisse existimas; nosque detrimentum minime agnoscere, quod omnes quidem et amici et

Ἀλγεῖς; ἐγὼ δὲ τρυφῶ δηλονότι. Δακρύεις; ἐγὼ δὲ, ὡς ὁρᾷς, πανηγυρίζω, καὶ τοῖς παροῦσι καλλωπίζομαι. Ἡ σὲ μὲν υἱὸς λυπεῖ δι' ἀρετὴν ἁρπαζόμενος, καὶ τιμώμενος, καὶ δεινὸν εἰ μὴ παρέσται σοι καὶ γηρωκομήσει (21), καὶ τὰ εἰκότα θεραπεύσει κατὰ τὸ σύνηθες; ἐμὲ δὲ (22) οὐκ ἀνιᾷ πατὴρ τὴν τελευταίαν ἐκδημίαν (23) ἀφ' ἡμῶν ἐκδημήσας, ἐξ ἧς οὐκέτι πρὸς ἡμᾶς ἀναλύσει, οὐδὲ παρ' ἡμῶν ὀφθήσεται. Εἶτα ἡμεῖς μὲν, οὐδὲν ἐγκαλοῦμεν, οὐδὲ τὴν ὀφειλομένην ἀπαιτοῦμεν παραμυθίαν, εἰδότες ὅτι τὰ ἴδια κακὰ καιρὸν οὐ δίδωσι τοῖς ἀλλοτρίοις σχολάζειν· οὐδὲ γὰρ οὕτω τίς ἐστι φιλικὸς καὶ φιλόσοφος, ὥστε ὑπεράνω τῶν παθῶν εἶναι, καὶ παρακαλεῖν ἄλλον, αὐτὸς δεόμενος παρακλήσεως. Σὺ δὲ τῇ πληγῇ πληγὴν ἐπιβάλλεις, αἰτιώμενος ἡμᾶς, ὡς πυνθάνομαι, καὶ νομίζων ἀμελεῖσθαι τὸν σὸν υἱὸν, ἡμέτερον δὲ ἀδελφὸν, ἢ καὶ προδεδόσθαι παρ' ἡμῶν, ὃ βαρύτερον· ἀλλὰ μὴ τῆς ζημίας ἡμᾶς ἐπαισθάνεσθαι (24), ἣν ἐζημίωντται πάντες μὲν καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ πάντων μᾶλλον, ὁ καὶ τὰς (25) ἐλπίδας τῆς ζωῆς ἐν ἐκείνῳ θέμενος (26), καὶ μόνον μὲν ἔρεισμα, μόνον δὲ σύμβουλον ἀγαθὸν, μόνον δὲ κοινωνὸν εὐσεβείας ὑπολαμβάνων. Καίτοι τίσι τοῦτο εἰκάζεις; Εἰ μὲν τοῖς

(16) Alias CLXII. Scripta anno 373 vel 374. — Ἀμφιλοχίῳ. Montac., Morel. ac Combef. Διοκλεῖ.

(17) *Χριστιανικόν.* Cod. Reg. et Combef. Χριστιανόν.

(18) *Φιλοτιμῇ.* Montac. et Combef. φιλοτιμεῖσθε.

(19) *Φιλοτιμίας.* Cod. Reg. φιλοσοφίας. Sic etiam Montac. et Morel. Id. cod. addit: διὸ καὶ ὡς μικρολόγως ἥκει ἡμῖν τὰ χρυσολάχανα παρ' ὑμῶν· καὶ τί γὰρ ἄλλ' ἢ χρυσολάχανα. *Atque id causæ est cur nimium parce nobis venerint aurea olera ex vobis, et quæ alia quam aurea olera.* Vide supra epist. XXVI, alias XIII.

(20) Alias CLXI. Scripta anno 374.

(21) *Γηρωκομήσει.* Ita Reg. duo. Edit. γηροκομήσε..

(22) *Ἐμὲ δέ.* Ita codd. duo Reg., Par., Bill. ac Combef. In edit. deest δέ.

(23) *Τελευταίαν ἐκδημίαν.* Ita iid. codd., Montac., Morel. ac Combef. Sicque legit Bill. In edit. deest ἐκδημίαν.

(24) *Ἡμᾶς ἐπαισθάνεσθαι.* Ita codd. Reg. duo ac Combef. In edit. deest ἡμᾶς. Paulo superius, βαρύτερον, sic duo Reg. Edit. βαρύτατον.

(25) *Πάντες μὲν καὶ φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ καὶ πάντων μᾶλλον, ὁ καὶ τὰς.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. μὲν πάντες φίλοι καὶ συγγενεῖς, ἐγὼ δὲ πάντων μᾶλλον, ὁ τὰς, etc.

(26) *Ἐν ἐκείνῳ θέμενος.* Unus cod. ἐν ἐκείνῳ τιθέμενος.

Digitized by Google

πρώτοις, ἐνθυμήθητι (27) ὅτι καὶ διέβην μέχρις ὑμῶν ἐξεπίτηδες, τῇ φήμῃ τεταραγμένος, καὶ κοινωνῆσαι γνώμης ὑμῖν πρόθυμος ἐγενόμην, ἡνίκα καιρὸς ἦν ἔτι περὶ τούτων βουλεύεσθαι· καὶ πάντα μᾶλλον ἢ ταύτην (28) ἡμῖν ἐκοινωνήσατε, εἴτε ὑπὲ τῆς αὐτῆς ἀπορίας, εἴτ' οὐκ οἶδ' ὅ τι βουληθέντες. Εἰ δὲ τοῖς τελευταίοις, μάλιστα μὲν οὐκ εἶχε τὸ πάθος πάλιν ὑμῖν ἐντυχεῖν, καὶ ἡ τῷ πατρὶ χρεωστουμένη τιμὴ καὶ ὁσία, ἧς οὐδὲν ἐδυνάμην ποιήσασθαι προτιμότερον, καὶ ταῦτα ὑπογυίου τοῦ πάθους ὄντος, ἡνίκα οὐκ ἀσεβὲς μόνον (29), ἀλλ' οὐδὲ ὅλως (30) εὐπρεπὲς, ἔξω τοῦ καιροῦ φιλοσοφεῖν, καὶ ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον· ἔπειτα καὶ προκατειλῆφθαι ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐνομίσαμεν, πέρας ἤδη (31) τῶν κατ' αὐτὸν ἐχόντων, ὁποῖον ἐδόκει τῷ ἄγοντι τὰ ἡμέτερα. Ταῦτα μὲν (32) δὴ τοιαῦτα. Νῦν δὲ καὶ τὴν λύπην δνες ἡμῖν πάντων οὖσαν ἀλογωτάτην, ὡς ἐμαυτὸν πείθω· καὶ εἴ τί σοι πλέον δοκεῖ, παράστησον, ἵνα μὴ καὶ ἡμᾶς ἐν τῷ μέρει καὶ σεαυτὸν λυπῇς, καὶ πρᾶγμα πάσχῃς σφόδρα τῆς σῆς εὐγενείας ἀνάξιον, ἀντ' ἄλλων ἡμᾶς αἰτιώμενος, τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἀλλ' εἰ δεῖ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν, τὰ ἴσα τυραννηθέντας ὑπὸ τῶν κοινῶν φίλων, καὶ οὓς μόνους εὐεργέτας ἐνόμιζες.

A cognati acceperunt, atque ego præ cæteris, qui etiam vitæ spes in eo defixeram, eumque solum subsidium, solum consiliarium probum, solum pietatis socium mihi esse ducebam. At vero, quibusnam rebus in hanc conjecturam adduceris? Si primis, in mentem tibi veniat, me, hoc rumore perturbatum, dedita opera ad vos usque perrexisse, atque ut in consilii sententiæque societatem vobiscum venirem prompto et parato animo fuisse, cum de his rebus deliberandi tempus adhuc erat: vosque de omnibus potius aliis rebus, quam de hac, ad me retulisse, sive quod eadem animi anxietate consiliique inopia laboraretis, sive nescio qua alia causa ducti. Si postremis, maxime quidem haud sinebat luctus, in quo eram, ut vos rursum B convenirem, ac debitus patri honor, et exsequiæ, quibus nihil antiquius habere potui, præsertim recenti adhuc calamitate, quo tempore non modo impium, sed omnino etiam indecorum est, intempestive philosophari, supraque humanam imbecillitatem. Deinde rebus ipsis nos præventos atque occupatos esse judicavimus, quippe cum ipsius res eum jam finem haberent, qualem ei visum fuisset, qui res nostras moderatur. Ac de his satis a nobis dictum sit. Nunc autem et mœrorem animique offensionem iniquissimam prorsus, ut mihi persuadeo, atque a ratione alienissimam, nobis remitte: et si quid tibi amplius videtur, declara, ne tu nos quoque vicissim ac teipsum mœrore afficias, remque facias nobilitate tua perquam indignam, aliorum loco nos accusans, a quibus nil læsus es, verum, si vere loquendum est, eamdem vim a communibus amicis, quosque tu solos de te bene meritos existimabas, perpessos.

ΞΔ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΝ (33).

58 LXIV. EUSEBIO SAMOSATENSI EPISCOPO.

Anno 374 Eusebius Samosatensis, summis de Ecclesia meritis clarus, in Thraciam a Valente relegatus est; quo cum pergeret sanctissimus confessor, per Cappadociam transiit, ejusque complexu potitus est Basilius (34). Sed Gregorio Nazianzeno eadem felicitas non obtigit; quippe qui ita ægrotabat, ut ne quidem ex ædibus prospicere posset. *Cum igitur per morbum ipsi non licuisset videre sanctum Eusebium, postquam ad locum exsilii pervenit, has ad eum scripsit litteras, quibus significarit dolorem, ac rogavit, ut, quod ex ejus congressu ad animæ salutem consequi non potuerat, id sibi precibus ad Deum obtineret. Neque enim viri tot persecutionibus pro Evangelio probati minus prodesse ad Deum preces, quam alicujus ex sanctis martyribus patrocinium, sibi persuadebat Theologus. Hæc autem epistola post Pascha anni 374 scripta est.*

Ὅτε παρῆει σου ἡ θεοσέβεια διὰ τῆς πατρίδος C ἡμῶν, οὔτε δωματίου (35) προκύψαι οἷός τε ἦμην, ἐν ἐσχάτῃ ἀῤῥωστίᾳ διάγων. Ἐλύπει δέ με οὐ τοσοῦτον ἡ νόσος τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων φόβον ἐπάγουσα (36), ἀλλ' ὅτι τῆς ἱερᾶς σου καὶ ἀγαθῆς συντυχίας ἀπεστερούμην. Τοσαύτην ἔχω περὶ τὸ ἰδεῖν σου τὸ τίμιον πρόσωπον ἐπιθυμίαν, ὅσην εἰκὸς ἦν (37) τὸν χρῄζοντα μὲν θεραπείας τῶν ψυχικῶν τραυμάτων, ταύτην δὲ παρὰ τῆς σῆς τελειότητος ἕξειν ἐλπίζοντα. Ἀλλ' εἰ καὶ τῶν ἁμαρτιῶν τῶν ἐμῶν γέ-

Quo tempore pietas tua per patriam nostram transibat, adeo gravi morbo laborabam, ut ne e cubiculo quidem prospicere possem. Me porro non tam morbus, quamvis alioqui periculosissimus, excruciabat, quam quod fausto et sacrosancto tuo congressu privabar. Tanta quippe vultus istius honorabilis videndi cupiditate teneor, quanta eum teneri par est, qui spiritalium vulnerum curatione indiget, eamque a præstantia tua se consecuturum sperat. Etsi autem hoc peccatis meis ascribendum

(27) *Ἐνθυμήθητι.* Ita Par., et sic reddit Bill. Edit. εὐθυμήθητι.

(28) *Ταύτην.* Ita legit Combef. Edit. ταύτης.

(29) *Οὐκ ἀσεβὲς μόνον.* Malim οὐ μόνον οὐκ εὐσεβές, *non modo non pium, sed etiam prorsus indecorum.*

(30) *Οὐδὲ ὅλως.* Ita cod. Reg et Combef. In D edit. οὐδὲ ἄλλως, quod Bill., *sed alioqui indecorum.*

(31) *Πέρας ἤδη.* Ita codd. nostri et Combef. In edit. πέρας δὲ ἦδη.

(32) *Ταῦτα μέν.* Ita iidem. In edit. τὰ μέν.

(33) Alias XXVIII. Scripta anno 374. — *Εὐσεβίῳ.* Hic Eusebius orthodoxæ fidei causa, a Valente Ecclesia pulsus, et in Thraciam deportatus, mortuo Valente ab exsilio reversus, Dolichæ ab Ariana quadam muliercula, tegulæ ictu necatus est, vindictaque amicis interdixit, quemadmodum testatur Theodoretus lib. v, cap. 4, et Nicephorus lib. xii, cap. 5.

(34) Theodor. *Hist.* lib. iv, cap. 13.

(35) *Οὔτε δωματίου.* Codd. Reg., Pass. et Combef. οὔτε τοῦ δωματίου.

(36) *Τὸν περὶ τῶν ἐσχάτων φόβον ἐπάγουσα, quamvis alioqui horæ novissimæ metum incutiens.*

(37) *Εἰκὸς ἦν.* Ita codd. Reg., Pass. et Combef. In edit. εἰκὸς ἔχειν.

Digitized by Google

est, quod tunc tecum congredi non licuit, potest tamen nunc quoque bonitas tua molestiis meis nonnihil medicinæ afferre. Nam si mei quoque memoriam in Deo acceptissimis tuis precibus habere digneris, id utique mihi omnis divinæ benedictionis viaticum futurum est, tum in hac vita mea, tum in futuro ævo. Tantum enim virum tot ærumnas pro Evangelii fide perferentem, tantisque persecutionibus vexatum, tantam denique sibi ipsi apud justissimum Deum libertatem per calamitatum perpessionem comparantem, hunc, inquam, patronum quoque nostrum per orationes fieri dignari, tantam vim habere mihi persuadeo, quantum si vel a quodam sanctorum martyrum id mihi impenderetur. Quocirca te obsecro, ut in iis Gregorii tui assidue sis memor, in quibus me dignum memoria tua esse summopere opto.

γονεν ἔργον τὸ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνοι διαμαρτεῖν με τῆς σῆς συντυχίας, νῦν διὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος, ἔστι δυνατὸν γενέσθαι μοί τινα τῶν λυπηρῶν ἐπανόρθωσιν. Εἰ γὰρ καταξιώσειας κἀμοῦ μνήμην ποιεῖσθαι ἐν ταῖς εὐπροσδέκτοις σου προσευχαῖς, πάσης ἔσται μοι τοῦτο τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ εὐλογίας ἐφόδιον, καὶ ἐν ταύτῃ μου τῇ ζωῇ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ μέλλοντι. Τὸ γὰρ ἄνδρα τοσοῦτον, οὕτως ἐναθλοῦντα τῇ πίστει τοῦ Εὐαγγελίου, καὶ τηλικούτους διωγμοὺς ὑπομείναντα, καὶ τοσαύτην ἑαυτῷ παρρησίαν ἐπὶ τοῦ δικαιοτάτου (38) Θεοῦ ἑτοιμάζοντα διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς, τοῦτον καὶ ἡμῶν καταξιοῦν γενέσθαι προστάτην διὰ τῶν προσευχῶν, πέπεισμαι, ὅτι τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὅση ἂν ἦν μοι, καὶ εἰ παρά τινος τῶν ἁγίων μαρτύρων ἐγένετο. Ὥστε παρακλῆθητι ἀπαραλείπτως μεμνῆσθαι τοῦ σοῦ Γρηγορίου, ἐν οἷς εὔχομαι εἶναί σου τῆς μνήμης ἄξιος (39).

LXV. EIDEM.

ΞΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (40).

Rescripsit Eusebius Gregorio, eumque de rebus suis certiorem fecit. Quare cum Eupraxius paulo post per Cappadociam transiens ad Eusebium se transferret, Gregorius hanc scribendi et gratias agendi occasionem non prætermisit. Hæc epistola, quæ CLXVI, *alias* XXV, *inter Basilianas exstat, et alias* XXX *inter Gregorianas, non Basilio, sed Gregorio est adjudicanda. Quod ipse fatetur novissimæ editionis Basilii epistolarum auctor.*

Quanquam mihi semper charus fuit, atque inter sinceros amicos, venerabilis frater **59** noster Eupraxius, charior visus est et sincerior ob animi affectum erga te suum : quippe qui nunc quoque ad tuam pietatem properavit, ut cum Davide loquar [21], tanquam cervus multam et intolerabilem sitim dulci limpidaque aqua refrigeraturus per ærumnarum tolerantiam : cujus ac nostri patronus esse velis. Ac beatus qui consuetudine tua et congressu dignus habitus fuerit : beatior autem, qui calamitatibus pro Christo susceptis, laboribusque pro veritate exhaustis, talem coronidem imposuisti, qualem non multi pii viri Deique metu præditi consecuti sunt. Non enim inexploratam virtutem ostendisti, nec tranquillo solum tempore recte na-

Τὰ πάντα τίμιος ὢν ἡμῖν, καὶ τῶν φίλων ἐν τοῖς γνησίοις, ὁ αἰδεσιμώτατος ἀδελφὸς ἡμῶν Εὐπράξιος, τιμιώτερος ὤφθη καὶ γνησιώτερος ἐκ τῆς περὶ σὲ διαθέσεως, ὅς γε καὶ νῦν οὕτως ὥρμησε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν (41), ἵν' εἶπω τὸ τοῦ Δαβίδ, ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος (42), τὸ οὐ φορητὸν, ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ καταψύχουσα διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς· τούτου καὶ ἡμῶν καταξίου γενέσθαι προστάτης (43). Καὶ μακάριος ὁ σοὶ πλησιάζειν ἠξιωμένος, μακαριώτερος δὲ ὁ τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ παθήμασι, καὶ τοῖς ὑπὲρ ἀληθείας ἱδρῶσι τοιαύτην ἐπιθεῖς κορωνίδα, ἧς ὀλίγοι τῶν φοβουμένων τὸν Θεὸν τετυχήκασιν. Οὐ γὰρ ἀβασάνιστον ἐπεδείξω τὴν ἀρετὴν, οὐδὲ ἐν εὐδίας καιρῷ μόνον (44) ὀρθῶς ἔπλευσας, καὶ τὰς τῶν ἄλλων ψυχὰς ἐκυβέρνησας· ἀλλ' ἐν ταῖς

[21] Psal. XLII, 2.

(38) *Παῤῥησίαν ἐπὶ τοῦ δικαιοτάτου. Tantumque sibi meritum;* sic reddit παῤῥησίαν Tillemont. Pro δικαιοτάτου, habent duo Regii et Pass. δικαιοδότου, *qui justa retribuit.*

(39) *Σοῦ τῆς μνήμης ἄξιος.* Codd. Reg., Pass. et Combef. σοὶ τῆς μνήμης ἐπάξιος.

(40) Alias XXX. Scripta anno decedente 374, vel 375 ineunte. — Inter Basilianas hæc epistola recensetur, sed juxta Tillemont. Gregorium sapit, eamque illi ascribunt ipsi etiam operum S. Basilii editores. Omnes codices manu exarati, excepto Coisliniano primo, Gregorii nomen præferunt.

(41) *Πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν.* Ita cod. Reg., necnon S. Basilii editores. Et hæc est vera lectio, ait Combef. In edit. πρὸς τὴν θεραπείαν, quod reddit Bill., *ad tibi inserviendum.*

(42) *Ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος.* Lectio πολύδιψος videtur Billio commodior, ut in editis. Montac. autem ita legendum putat : Ὡς ἔλαφος, τὸ πολὺ δίψος, τὸ οὐ φορητὸν, ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ καταψύχουσα· καὶ μακάριος ὁ σοὶ πλησιάζειν ἠξιωμένος διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς. Alii alias lectiones proponunt, verum quædam putant, addunt quædam, quædam etiam transponunt, imo delent nonnulla. Sic in edit. Operum S. Basilii non leguntur hæc verba διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς. Hæc verba retulit, non reddidit Bill. Vertit autem Combef., *velut cervus qui magnam sitim nec ferendam dulci limpidaque aqua, ærumnarum sustinentia leniturus sit ac refrigeraturus.* Nobis, dum hic locus omnium torquet ingenia, si conjicere fas est, legimus : Ὡς ἔλαφος τὸ πολὺ δίψος ποτίμῳ καὶ καθαρᾷ τῇ πηγῇ, τὸ οὐ φορητὸν καταψύξων διὰ τῆς τῶν θλίψεων ὑπομονῆς, *ut quemadmodum cervus plurimam sitim pura et dulci aqua, sic ipse Eupraxius, quod intolerandum sibi erat, per suam in tribulationibus perferendis patientiam leniret ac sopiret.*

(43) *Προστάτης.* « In hoc loco restituendo multum insudavi, ait Bill., nec tamen quidquam profecisse mihi videor. » Vera fatetur vir doctus, qui felicius insudasset si pro πρὸς ταύτης, quod vitiose legitur in edit., legisset, ut in cod. Reg., προστάτης.

(44) *Μόνον.* Ita cod. Reg. et edit. S. Basilii. In edit. μόνος. Mox, cod. ὀρθιος ἔπλευσας. Ita et Combef., qui reddit : *Fausto exitu navigasti.*

Digitized by Google

δυσχερείαις τῶν πειρασμῶν διεφάνης (45), καὶ τῶν διωκόντων γέγονας ὑψηλότερος, τῷ γενναίως μεταστῆναι τῆς ἐνεγκούσης (46). Καὶ ἄλλοι μὲν τὸ πατρῷον ἔδαφος ἔχουσιν, ἡμεῖς δὲ τὴν ἄνω πόλιν· ἄλλοι τὸν ἡμέτερον ἴσως θρόνον, ἡμεῖς δὲ τὸν Χριστόν. Ὦ τῆς πραγματείας! οἷων ὑπεριδόντες, οἷα κεκομίσμεθα (47)! *Διήλθομεν διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος*, πιστεύω δὲ ὅτι καὶ ἐξελευσόμεθα εἰς ἀναψυχήν. Οὐ γὰρ εἰς τέλος ἐγκαταλείψει ἡμᾶς ὁ Θεὸς, οὐδὲ περιόψεται τὸν ὀρθὸν λόγον δεδιωγμένον, ἀλλὰ κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ὀδυνῶν ἡμῶν, αἱ παρακλήσεις αὐτοῦ εὐφρανοῦσιν (48) ἡμᾶς. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ πιστεύομεν καὶ εὐχόμεθα. Σὺ δὲ, παρακαλῶ, ὑπερεύχου τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν. Καὶ ὁσάκις ἂν ἐμπίπτῃ καιρὸς, καὶ εὐλογεῖν ἡμᾶς διὰ γραμμάτων μὴ κατόκνει, καὶ εὐθυμοτέρους ποιεῖν (49), τὰ κατὰ σαυτὸν δηλῶν, ὃ ποιῆσαι καὶ νῦν κατηξίωσας.

A vigasti, atque aliorum animas gubernasti : sed inter tentationum difficultates et procellas enituisti, ac persecutores tuos superasti, forti animo e patria migrans. Et alii quidem patrium solum habent, nos autem superam civitatem, alii nostrum fortasse thronum, nos Christum. O præclaram negotiationem! qualia pro exiguis rebus contemptis accepimus! *Transivimus per ignem et aquam* [22] : confido autem fore ut etiam in refrigerium educamur [23]. Non enim nos Deus perpetuo deseret, nec rectam doctrinam persecutionibus vexari patietur; verum secundum multitudinem dolorum nostrorum consolationes ipsius nos lætificabunt [24]. Atque hoc quidem pro certo habemus et optamus. Te vero obsecro, ut pro nobis abjectis homunculis vota faB cias; et quotiescunque occasio dabitur, bene precari nobis per litteras ne graveris, ac, quod nobis summæ voluptati futurum est, de tuis rebus nos facere certiores, quemadmodum nunc quoque facere dignatus es.

ΞϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (50).

60 LXVI. EIDEM.

Hæc epistola inter Basilianas et Gregorianas reperitur, et utrique sic convenit, ut pene communes amborum litteras pronuntiare libeat. Tillemontius, concessa superiore epistola Gregorio, cujus stylum ipsi videtur redolere, istam tribuit Basilio, ratus ipsi melius convenire excusationem, qua utitur auctor epistolæ, cur ad Eusebium non proficiscatur, ut ab eo patientiæ in ærumnis exemplum capiat : ait enim se molestiis et negotiis detineri. Sed suæ Gregorio molestiæ cur defuerint non video, *inquit noster Prudentius Maranus.* Certe negotia deesse non poterant Nazianzenam Ecclesiam post mortem patris gubernanti. Utrique optime congruit vehemens Eusebii amor et admiratio (51), etc. *Verum omnes manu exarati codices, præter unum Coisl., Gregorii nomen præferunt. Quidquid sit de auctore, sive Basilius, sive Gregorius sit, cum exsilium Eusebii recens præ se ferat epistola, scripta fuerit anno 374 exeunte et incunte 375 necesse est.*

Καὶ γράφων, καὶ μεμνημένος, εὐφραίνεις ἡμᾶς· καὶ, ὃ τούτου μεῖζον (52), εὐλογῶν ἐν τοῖς γράμμασιν. Ἡμεῖς δὲ εἰ ἦμεν ἄξιοι (53) τῶν σῶν παθημάτων, καὶ τῆς ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ διὰ Χριστὸν ἀθλήσεως, κατηξιώθημεν (54) ἄν, καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι, περιπτύξασθαι τὴν σὴν θεοσέβειαν, καὶ τύπον λαβεῖν τῆς ἐν τοῖς παθήμασιν καρτερίας. Ἐπειδὴ δὲ ἀνάξιοι τούτου τυγχάνομεν, πολλαῖς θλίψεσι καὶ ἀσχολίαις ἐνοχλούμενοι, ὃ δεύτερόν ἐστι, ποιοῦμεν· προσαγορεύομεν τὴν σὴν τελειότητα (55), καὶ ἀξιοῦ-

C Et cum scribis, et cum nostri memor es, lætitia nos afficis; et, quod hoc majus est, cum nobis in litteris bene precaris. Nos vero, si tuis digni fuissemus perpessionibus, ac pro Christo et Christi causa suscepta dimicatione, hoc utique obtinuissemus, ut ad te usque profecti, pietatem tuam complecteremur, et patientiæ in calamitatibus exemplum a te caperemus. Quoniam autem hoc bono indigni sumus, ut qui multis afflictionibus et occupationibus exagitemur, quod secundum est,

[22] Psal. LXV, 12. [23] ibid. [24] Psal. XCIII, 19.

(45) Ἀλλ' ἐν ταῖς δυσχερείαις τῶν πειρασμῶν διεφάνης. Ita ed. Operum S. Basilii, qui notant Coislinianum primum habere ἀνεφάνης. In edit, ἀλλὰ ταῖς δυσχερείαις τῶν πειρασμάτων ἐφάνης. At ibi cum Montac. conjicit Combef. deesse aliquid, λαμπρότερος nimirum, aut aliud simile, *tentationum difficultatibus clarior effulsisti.* Volunt quidam ἐφάνης ἀήττητος, *invictum te monstrasti.* Reddit Bill.: *in tentationum quoque difficultatibus et procellis specimen tui dedisti.* Vitiose in edit. πειρασμάτων.

(46) Τῆς ἐνεγκούσης. Ita cod. Reg. In edit. deest τῆς. Id. cod. habet μεταναστῆναι.

(47) *Οἷα κεκομίσμεθα.* Ita cod. Reg., et sic legendum censent cum Bill. « In edit. est, inquit, οἷα κεκοσμήμεθα, qui locus mendosus mihi videtur. Alioqui dicendum fuisset οἷοις κεκοσμήμεθα, sic enim grammaticæ anologia postulat. Itaque pro κεκοσμήμεθα lego κεκομίσμεθα a verbo κομίζομαι, quod *percipio* significat. »

(48) *Εὐφρανοῦσιν.* Ita Reg. In edit. εὐφρανοῦσιν.

(49) *Μὴ κατόκνει καὶ εὐθυμοτέρους ποιεῖν.* Cod. ac Combef. μὴ ὄκνει, καὶ εὐθυμότερος ποίει. *Ne graveris, imo libenti ac prompto animo concedat de tuis rebus nos faciens certiores.*

(50) Alias CCIV Scripta eodem anno.

D (51) Vita Basil. cap. 31, n. 2.

(52) *Τούτου μεῖζον.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. addunt πολύ, *et quod hoc multo majus est.* Mox, pro εὐλογῶν ἐν τοῖς, Combef. εὐλογῶν νῦν τοῖς, *cum nunc nobis per litteras*, etc.

(53) *Εἰ ἦμεν ἄξιοι.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. At S. Basilii edit. ἐσμέν. In nova, εἰ μὲν ἄξιοι. In edit. nostris, εἰ μὲν ἄξια, redditque Bill. : *Si pro eo atque perpessiones tuæ, ac... susceptæ dimicatio meretur, hoc nobis divinitus concederetur, ut ad te usque... cuperemus, præclare nobiscum ageretur.*

(54) *Κατηξιώθημεν.* Legendum proponit Bill. καταξιωθείημεν, et pro eo quod scribit Gregor.: Κατηξιώθημεν ἂν καὶ μέχρι σοῦ γενόμενοι περιπτύξασθαι τὴν σὴν θεοσέβειαν, veteres Basilii edit. habebant, εὐχόμεθα ἰδεῖν τὴν σὴν θεοσέβειαν.

(55) *Τὴν σὴν τελειότητα.* Ita duo codd. Edit. τὴν τελειότητά σου.

Digitized by Google

facimus : tuam integritatem ac perfectionem salutamus, teque ne nostri recordatione defatigeris, oramus atque obsecramus. Neque enim tuæ litteræ, cum iis abs te donamur, nobis utilitati duntaxat sunt, sed etiam gloriationi apud multos atque ornamento : nempe quod apud virum tanta virtute præditum, tantamque apud Deum conjunctionem ac familiaritatem habentem, ut alios etiam, tum sermone, tum exemplo, Deo conciliare atque adjungere possit, aliquo loco ac numero simus.

A μεν μὴ κάμνειν σε μεμνημένον ἡμῶν. Οὐ γὰρ ὠφέλεια ἡμῖν μόνον τῶν σῶν καταξιοῦσθαι γραμμάτων, ἀλλὰ καὶ καύχημα πρὸς τοὺς πολλοὺς, καὶ καλλώπισμα, ὅτι λόγος ἡμῶν ἐστι παρ' ἀνδρὶ τοσούτῳ τὴν ἀρετὴν, καὶ τοσαύτην ἔχοντι πρὸς Θεὸν οἰκειότητα, ὥστε καὶ ἄλλους οἰκειοῦν δύνασθαι καὶ λόγῳ καὶ ὑποδείγματι.

LXVII. JULIANO.

ΞΖ'. ΙΟΥΛΙΑΝΩ (56).

Quo tempore Nazianzenam Ecclesiam administrabat Theologus, hanc Juliano præfecto scripsit epistolam ; non quidem ante annum 374, quo Nazianzenus episcopus mortuus est, eoque mortuo noster Gregorius regendam ipsius Ecclesiam ægre suscepit, nec serius anno 375, siquidem hoc anno, Ecclesiæ regimine abjecto, Seleuciam se recepit. Julianum, qui exæquandis tributis hoc anno præfectus erat, rogat ut clericos suos eximat a tributis.

Mihi tecum amicitiæ quidem multa jura intercedunt, et si nihil aliud, litteræ certe, quibus apud multos nihil venerabilius est, nec quod majorem ad conciliandum amorem vim habeat : offensionis autem et inimicitiæ nec causa ulla est, atque utinam ne sit unquam. Nam ea, ob quæ adversus fratrem Nicobulum infenso animo es, aut ab eo mœrore affectus es, non magis ad me pertinent, quam quæ apud Indos geruntur : hoc uno excepto, quod nihil eorum, quæ contigerunt, mihi **61** probatur. Quamobrem hæc mihi ne imputes, nec propterea deterius quoddam de teipso consilium ineas : verum reipsa benignitatem eam, quam pauperibus pollicitus es, præsta. Quin etiam clericos meos, quos a te poposci, tributi pensione libera : illud tecum reputans, rem esse magnopere absurdam, alios suas quoque omnes facultates Deo consecrare, te autem ne gratis quidem benignum esse velle : atque aliis urbibus omnes eos, qui sacrarium ambiunt, donari, nobis autem ne eos quidem, quorum consuetudine utimur, et qui nobis ministrant, idque a vobis, quibuscum summa nobis est familiaritas, et quibus fortasse minime dedecori erimus. Hæc a nobis ad te scribi par fuit. Nec enim congredi tecum licuit, propterea quod morbus me ad Tyanensem urbem proficisci coegit, ut, dum per tempus licet, curarer. Idque velim ignoscas. Pro nobis autem Deum præsentem habes, ac pauperibus opem ferentem, qui præsentia nostra multo augustior ac venerabilior est.

B Ἐμοὶ πρὸς σὲ φιλίας μὲν πολλὰ δίκαια, καὶ εἰ μή τι ἄλλο, οἱ λόγοι, ὧν οὐδὲν τοῖς πολλοῖς αἰδεσιμώτερον, οὐδὲ οἰκειότερον· ἀπεχθείας δὲ ὑπόθεσις οὐδεμία, οὔτε ἐστὶ, μήτε γένοιτο (57). Ἃ γὰρ πρὸς τὸν ἀδελφὸν Νικόβουλον, ἢ παρὰ Νικοβούλου λελύπησαι, οὐκ ἐμὰ μᾶλλον, ἢ τὰ ἐν Ἰνδοῖς πραττόμενα· ὅσον ἐπὶ τὸ (58) μὴ συναρέσκεσθαι μηδενὶ τῶν γεγενημένων. Μὴ τοίνυν ἐμοὶ ταῦτα λογίσῃ, μηδὲ δι' τοῦτο χεῖρόν τι βουλεύσῃ περὶ σεαυτοῦ· ἀλλ' ἣν ὑπέσχου τοῖς πτωχοῖς φιλανθρωπίαν, ταύτην ἐπιτελῆ ποίησον. Καὶ μέν τοι καὶ τοὺς περὶ ἐμὲ κληρικοὺς, ὅσους παρῃτησάμην, τῆς ἀπογραφῆς (59) ἐλευθέρωσον, ἐκεῖνο ἐνθυμηθεὶς, ὅτι λίαν τῶν ἀτόπων (60) ἐστὶν, ἄλλους μὲν καὶ οὐσίαν ὅλην καθιεροῦν τῷ Θεῷ, σὲ δὲ μηδὲ προῖκα βούλεσθαι εἶναι χρηστόν· καὶ ἄλλαις (61) μὲν πόλεσι πάντας τοὺς περὶ τὸ βῆμα δοθῆναι (62), ἡμῖν δὲ μηδὲ τοὺς συνόντας καὶ θεραπεύοντας (63), καὶ ταῦτα παρ' ὑμῶν τῶν οἰκειοτάτων, οὓς τυχὸν οὐκ αἰσχυνοῦμεν (64). Ταῦτα ἐπισταλῆναί σοι παρ' ἡμῶν καλῶς εἶχε. Συντυχεῖν δὲ οὐκ ἐξεγένετο, ἐπειδή με ἡ νόσος ἐξώρμησε πρὸς τὰ Τύανα θεραπείας τευξόμενον, ἕως καιρός. Καὶ συγγίνωσκε. Ἀντὶ δὲ ἡμῶν ἔχεις Θεὸν παρόντα, καὶ βοηθοῦντα τοῖς πένησι, τὸν πολὺ τῆς παρουσίας ἡμῶν αἰδεσιμώτερον.

(56) Alias CLXVI. Scripta eodem tempore.

(57) *Μήτε γένοιτο.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. μηδὲ γένοιτο.

(58) *Ὅσον ἐπὶ τό*, etc. Combef.: *ea certe ratione, quod eorum quæ gesta sunt, nihil probaverim.* Mox, cod. Pass. μηδὲ συναρέσκεσθαι.

(59) *Τῆς ἀπογραφῆς.* Ita cod. Reg. In edit. τῆς γραφῆς.

(60) *Λίαν τῶν ἀτόπων.* Ita cod. In edit. λίαν τῶν ἀπίστων, *rem magnopere incredibilem.*

(61) *Καὶ ἄλλαις.* Ita omnes codd. nostri et Combef. Edit. καὶ ἄλλους.

(62) *Τοὺς περὶ τὸ βῆμα δοθῆναι.* Combef., *qui sacrario funguntur immunes reddi.*

(63) *Καὶ θεραπεύοντας.* Tillemont. interpretationem sequimur. Combef., *qui nostro sunt addicti obsequio.* Non satis apte Bill., *a quibus colimur et observamur ;* sic enim Gregorius a toto clero suo. Sed hic de illis sermo est qui domum constituebant episcopi, quos speciali ratione immunes esse debere contendebat Gregorius.

(64) *Οὐκ αἰσχυνοῦμεν.* Codd. Pass., Montac. et Morel. αἰσχύνομαι.

Digitized by Google

ΞΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (65).

LXVIII. EIDEM.

Jucundissimæ fuerunt Juliano Gregorii litteræ, ipsumque ut in componendis tributis socium se præberet invitavit. Causatus ægram valetudinem Gregorius hoc Juliano consilium defit, quod utinam præ oculis habeant omnes tributis præfecti semper; nempe, ut si quid antea male constitutum est, corrigat, et eos negotii socios adhibeat, quos prudentia et moribus excellere noverit.

Ἐκάλεσας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν μονὴν (66), καλῶς γε ποιῶν, ὡς κοινωνοὺς τοῦ κατὰ τὴν ἐπανίσωσιν σκέμματος· καὶ γάρ ἐστιν οὐ μικρᾶς τὸ πρᾶγμα φροντίδος. Ἐγὼ δὲ, εἰ μὲν ὑγιαίνων ἐτύγχανον, σφόδρα ἂν ἀπήντησα προθύμως· καὶ ἥξω δὲ, ὅταν οἷόν τε ᾖ (67), Θεοῦ θέλοντος. Νῦν δὲ διὰ γραμμάτων πληρῶ τὰ τῆς παρουσίας. Οἶδά σε καὶ γονέων ὄντα ἱερῶν, καὶ τῷ θείῳ φόβῳ συνηυξημένον ἄνωθεν. Ἃ οὖν ἐπίστασαι συμφέρειν σοι, καὶ πρὸς εὐδοξίαν, καὶ πρὸς ἀσφάλειαν ψυχῆς, ταῦτα δηλονότι ποιήσεις, κἂν ἡμεῖς αὐτοὶ μὴ γράφωμεν (68). Εἰ δέ τι καὶ ἡμᾶς συνεισενεγκεῖν δεῖ, τοῦτο γνωρίζομεν, ὅτι ἀντ' ἄλλης τινὸς πολιτείας, ἣν εἰσφέρουσι τῷ Θεῷ Χριστιαναὶ ψυχαὶ, τοῦτό σοι πρόκειται νῦν· καὶ μεγάλα σεαυτῷ θησαυρίσεις (69) τοῦ κοινοῦ φροντίσας, καὶ εἴ τι πρὸ τούτου διετέθη κακῶς, καὶ τοῦτο ἐπανορθωσάμενος. Ἓν δὲ καὶ μέγιστον εἰς ἀσφάλειαν (ὃ καὶ πρῶτόν σοι φυλακτέον), συνεργοὺς λαβεῖν, οὓς καὶ συνέσει καὶ τρόπῳ διαφέρειν τῶν ἄλλων γινώσκεις. Τί γὰρ ὄφελος κυβερνήτην εἶναι χρηστὸν, πονηροῖς χρώμενον ἐρέταις;

Ad mansionem nos vocasti, præclare sane faciens, ut considerationis ejus, quam de componendis tributis inis, socios adhiberes. Neque enim parvam curam hæc res desiderat. Ego vero, si commoda valetudine uterer, prompto sane animo affuissem; atque etiam, Deo favente, cum licuerit, ad te veniam. Nunc autem præsentiam per litteras suppleo. Scio te, et sacrosanctis parentibus natum esse, et cum divino timore jampridem adolevisse. Quamobrem, quæ tibi, tum ad nominis splendorem, tum ad animæ securitatem utilia esse scis, hæc scilicet, etiamsi nullas a nobis litteras accipias, facturus es. Quod si quid etiam a nobis conferendum est, illud te scire volumus, quod alius cujuspiam vitæ instituti loco, quod Christianæ animæ Deo offerunt, hoc tibi nunc propositum **62** est. Atque magnos tibi thesauros congeres, si publicis negotiis consulueris, ac, si quid antehac male constitutum est, id quoque correxeris. Ad securitatem autem maximi momenti illud fuerit (quod etiam primum tibi providendum est), ut eos negotii socios asciscas, quos et prudentia et moribus excellere noveris. Quid enim prodest gubernatorem bonum esse, si malis utatur remigibus?

ΞΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (70).

LXIX. EIDEM.

Voti compos factus Gregorius, gratias Juliano retulit brevioribus his litteris, quas postremo loco collocandas arbitrati sumus.

Ἔχω τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ θαῤῥῶ τῷ τρόπῳ, δι' ὃν ἔχω καὶ τὴν δωρεάν (71)· μάλιστα μὲν οἶδε τὸ μέτρον τῶν ἐπιδόσεων, καὶ τῶν ἀντιδόσεων (72), ὁ μέγας τῶν χρεῶν διαλύτης. Εἰ δὲ καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τὰ τοιαῦτα συντίθεσθαι, παρ' ἡμῶν ἡ θυσία (73), παρὰ σοῦ τὸ φιλάνθρωπον. Μερισώμεθα τὴν ἀντίδοσιν.

Sponsionem habeo, moribusque tuis confido, propter quos donum quoque habeo: ac quidem largitionum et remunerationum mensuram magnus ille æris alieni dissolutor maxime novit. Quod si in nobis quoque situm est, ut hæc componamus, a nobis sacrificium, a te benignitas proficiscitur. Remunerationem inter nos partiamur.

Ο'. ΕΥΤΡΟΠΙΩ (74).

LXX. EUTROPIO.

Eutropius, quem Breviarii historiæ Romanæ scriptorem Henricus Valesius existimavit, Asiam proconsulari dignitate obtinuit, *ut auctor est Marcellinus* (75); *idque Valesius non obscure significatum ait his epistolæ* LXXI *verbis:* Multos honore affecisti, cum sublimissimum thronum adhuc invidiæ

(65) Alias CLXVIII. Paulo post præcedentem scripta. — *Τῷ αὐτῷ*. Codd. habent τῷ Ἰουλιανῷ ἐξισωτῇ, *Juliano tributorum exæquatori*. Addunt Montac., Morel. ac Combef. Καππαδοκίας.

(66) *Ἐπὶ τὴν μονήν*. Bill. *ad monasterium;* at insignis pietate, Deumque reveritus exæquator tributorum, ut ea componeret cum sociis, verisimiliter in monasterio sedem non elegerat. Mox, καλῶς γε. Ita cod. In edit. γε deest.

(67) *Ἥξω δὲ, ὅταν οἷόν τε ᾖ*. Ita cod. ac Combef. Proponit Bill. ἥξω δὲ εἰ οἷόν τε, ὅταν ᾖ καιρός, vertitque: *Atque etiam, si Dei voluntas ita tulerit, cum tempus erit, si fieri queat, ad te veniam.* In edit. ἔξω δὲ οἷόν τε ὅταν ᾖ.

(68) *Γράψωμεν*. Cod. Reg. et Combef. γράψωμεν.

(69) *Θησαυρίσεις*. Cod. Reg. Θησαυρίζεις.

(70) Alias CLXVII. Scripta paulo post præcedentes.

(71) *Δι' ὃν ἔχω καὶ τὴν δωρεάν*. Montac. et Morel. δι' ὧν ἔχω τὴν δωρεάν.

(72) *Ἐπιδόσεων, καὶ τῶν ἀντιδόσεων*. Ita cod. Par., Montac., Morel. ac Combef. In edit. καὶ τῶν ἀντιδόσεων desunt.

(73) *Παρ' ἡμῶν ἡ θυσία, a nobis sacrificium*. His verbis, sacrificium pro Juliano Gregorius se oblaturum non promittit, sed illud solum significat, quod, cum sua pauperibus bona erogaverit, hujus sacrificii remunerationem exspectet a Deo, qui Juliano benignitatis, qua bona sua a tributis redemerit, præmium est retributurus. Sic hunc locum ipse Gregorius in carmine, quod Juliani nomine inscribitur, exposuit. Utrique tamen interpretationi favere videtur Tillemontius.

(74) Alias CXXXVII. Scripta anno 375.

(75) Lib. XXIX.

Digitized by Google

expositum teneres, atque in Asia obviam tibi factus fuissem, si memoria tenes, *etc. Ex quibus et ex his quæ sequuntur, discimus, dum eam provinciam administrabat Eutropius, Gregorium in Asiam profectum, quem et lætissimo animo proconsul vidit, et ut ad se scriberet hortatus est. Quod quidem statim non præstitit. Post hæc Eutropius, ut factionis Theodori conscius, quamvis falso accusatus, a dignitate nihilominus excidit. Tunc enim in locis, ubi Gregorius versabatur, cum ipse privatus degeret vir clarissimus, Gregorii congressum per litteras expetiit. Verum quominus eum conveniret Gregorius morbo impéditus has ad ipsum litteras dedit.*

Quidnam hoc est? Magnusne ille Eutropius apud A nostrates est? Nos quidem etiam audimus, at minime fruimur. Tantalus autem ille, quid tandem aliud, quam hoc erat, cum in mediis fontibus siti conficeretur? Tu sane congressum nostrum expetis, ut scribis : ac recte facis. Neque enim te, cum sis id quod es, amicos aspernari oportebat, verum obiter quoque de nobis mereri, atque eos nobis honores post magistratum habere, quibus nos, cum magistratum gereres, afficiendos ducebas. Me autem quonam pacto affici, et quo animo esse credis, congressum tuum non minus exoptantem, imo etiam, ut verisimile est, amplius (nam quod majorem **63** venerationem habet, avidius quoque appetitur)? Infirmitate autem, tanquam compedibus quibusdam, astricto, tu mihi esto Ægyptiacum B pharmacum, sive sermo hoc erat, sive aliud quiddam, quo Homerus animis mœrore laborantibus medetur. Quanam autem ratione id eris? Primum si ignoscas : prompta enim ac propensa est ad ignoscendum benignitas. Deinde si per litteras nos erudias. Quandoquidem tu quoque, cum magistratu fungereris, virtutis magis quam potentiæ nomine suspiciendus occurrebas.

Τί τοῦτο; Εὐτρόπιος ὁ μέγας ἐν ἡμετέροις (76); καὶ ἡμεῖς ἀκούομεν, ἀλλ' οὐκ ἀπολαύομεν. Ὁ δὲ Τάνταλος ἐκεῖνος τί ποτ' ἄλλο, ἢ τοῦτο ἦν (77), ἐν μέσαις πηγαῖς δίψει τηκόμενος; σὺ μὲν οὖν ποθεῖς τὴν ἡμετέραν συντυχίαν, ὡς γράφεις· καὶ καλῶς ποιεῖς. Ἔδει γὰρ ὄντα σε ὅπερ εἶ, μὴ περιφρονεῖν τοὺς φίλους, ἀλλὰ καὶ ὁδοῦ πάρεργον εὖ ποιεῖν ἡμᾶς, καὶ ταῦτα τιμᾷν μετὰ τὴν ἀρχὴν, ἃ καὶ ἄρχων (78) τιμᾷν ἠξίους. Ἐμὲ δὲ πῶς οἴει διακεῖσθαι, καὶ τίνα ἔχειν ψυχὴν (79), ποθοῦντα μὲν οὐχ ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον, ὡς τὸ εἰκὸς (τὸ γὰρ αἰδεσιμώτερον, ποθεινότερον); Τῇ δὲ ἀῤῥωστίᾳ πεπεδημένῳ (80), σύ μοι γενοῦ τὸ Αἰγύπτιον φάρμακον, εἴτε λόγος τοῦτο ἦν, εἴτε τι ἕτερον, ᾧ φαρμακεύει τὰς ψυχὰς Ὅμηρος ἐν ταῖς λύπαις. Γενήσῃ δὲ πῶς; Πρῶτον μὲν, συγγινώσκων· ἕτοιμον γὰρ τὸ χρηστὸν εἰς συγγνώμην. Ἔπειτα παιδεύων ἡμᾶς, ἐξ ὧν ἂν ἐπιστέλλῃς. Ἐπεὶ καὶ ἄρχοντά σε τῆς ἀρετῆς μᾶλλον (81) ἢ τῆς ἐξουσίας θαυμάζειν εἴχομεν (82).

LXX'. EIDEM.

ΟΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (83).

Præcedentem epistolam hæc brevi subsecuta est intervallo, qua Gregorius acceptis ab Eutropio litteris gloriatur, ipsique sublimem thronum exoptat. Quod quidem contigit, ita ut prophetia potius quam votum Gregorii illud videri possit. Quippe annis 380 *et* 381 *Eutropium prætorio præfectum fuisse ex Codice Theodosiano constat.*

Alius aliam quamdam virtutum tuarum partem C laudet (omnino pluribus linguis sufficies, si in partes distribuaris) : ego autem, quod maxime sum admiratus, hoc dicam. Tanta tibi probitatis atque doctrinæ copia est, ut hoc quoque vel uno nomine quosdam in amicitiam recipias, quod tales esse judicentur. Me quippe, præter eos omnes, quos, cum tales essent, honore affecisti, cum sublimissimum thronum adhuc invidiæ expositum teneres, atque in Asia obviam tibi factus fuissem, si memoria tenes (non autem mihi dubium est quin memineris, cum, præter tuam in omnibus rebus præstantem ac numeris omnibus absolutam

Ἄλλος μὲν ἄλλο τι τῶν σῶν ἐπαινείτω (πάντως δὲ ἀρκέσεις γλώσσαις πολλαῖς, μεριζόμενος)· ἐγὼ δὲ, ὃ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, τοῦτο ἐρῶ. Τοσοῦτόν σοι καλοκἀγαθίας καὶ λόγων περίεστιν, ὥστε σοι (84) καὶ τοῦτο μόνον φίλους ποιεῖν, τὸ νομισθῆναί τινας τοιούτους. Ἐμὲ γοῦν πρὸς πᾶσιν οἷς γε τετίμηκας οὖσι τοσούτοις, ἡνίκα τὸν ὑψηλότατον εἶχες θρόνον ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι (85), κατὰ τὴν Ἀσίαν περιτυχὼν, εἴ γε μέμνησαι (86) (μέμνησαι δὲ οἶδ' ὅτι τηλικοῦτος ὢν καὶ τὰ φιλικὰ, μετὰ τῆς ἐν πᾶσι τελειότητος), τά τε ἄλλα εἶδες ὡς ἥδιστα, καὶ γράφειν διεκελεύσω, λόγους τιμῶν τοὺς σούς. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ γράψαι πρότερος (87) ἠξίωσας,

(76) *Ἐν ἡμετέροις*. Vertit Combef.: *In provincia, apud nostrates*, cujus *itineris occasione* (ὁδοῦ πάρεργον, sic reddit Combef.) ejus se copiam adepturum sperabat Gregorius. Combefisio favere videtur Tillemontius.

(77) *Τί ποτ' ἄλλο, ἢ τοῦτο ἦν*. Ita cod. ac Combef. At cod. alter, Montac. et Morel. τίς ποτ' ἄλλος, ἢ οὗτος ἦν, *quis tandem alius quam iste erat*. In edit. τί ποτε ἄλλο. ἢ οὗτος.

(78) *Ἃ καὶ ἄρχων*. Ita Reg., Pass., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ἄρχειν.

(79) *Καὶ τίνα ἔχειν ψυχήν*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. ἔχειν τὴν ψυχήν.

(80) *Πεπεδημένῳ*. Sic legendum proponit Bill., cui assentimur. In edit. πεπεδημένον.

(81) *Τῆς ἀρετῆς μᾶλλον*. Ita cod. et Combef. In edit. τῆς ἀρετῆς πλέον.

(82) *Εἴχομεν*. Cod. ac Combef. ἔχομεν.

(83) Alias CXXXVIII. Scripta paulo post præcedentem.

(84) *Ὥστε σοι*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. deest σοι. Mox, ποιεῖν. Cod. ποιεῖ.

(85) *Ἔχοντα τὸ ἐπίφθονον ἔτι*. Combef. *invidiosum adhuc, æmulos alientem*, sive etiam, qui exosum haberent; nec bene Bill. *invidia flagrantem*.

(86) *Εἴ γε μέμνησαι*. Ita cod. et Combef. In edit. εἴ τι μέμνησαι.

(87) *Γράψαι πρότερος*. Montac. et Morel. γράψαι πρότερον.

Digitized by Google

τοὺς ἀγαθοὺς τῶν γραφέων μιμούμενος, οἱ τῷ παραδεικνύναι, τὰ πολλὰ, τοὺς μαθητὰς (88) ἐκπαιδεύουσι. Τοῦτο οὖν νῦν πεποίηκας εὖ ποιῶν. Καὶ τοῦ λοιποῦ χαρίσασθαι μὴ κατόκνει, κἂν σε ὑψηλὸν αὖθις οἱ θρόνοι φέρωσιν (89) (οἴσουσι γὰρ τὴν ἀρχὴν, οὐ τὴν ἀρετήν· οὐδὲ γὰρ ἔχεις ὅ τι ὑψωθῇς κατὰ ταύτην, ἤκων πρὸς τὸ ἀκρότατον [90]). Ἀλλὰ καὶ τὰ κοινὰ πράττων, μὴ ἀμέλει τῶν φίλων κατὰ τοὺς Ὁμηρικοὺς νεανίας, ἐν μέσῳ πολέμῳ τὰ φιλικὰ (91) σπουδάζοντας. Ἐπειδὴ καὶ τούτῳ ποικίλλει τὴν ποίησιν ὁ σὸς Ὅμηρος.

A virtutem, in colendis amicitiæ officiis tantus sis). cum alioqui lætissimo animo vidisti, tum etiam doctrinam tuam ornans, ut ad te scriberem hortatus es. Nec eo contentus, prius quoque ad nos scribendum duxisti, probos videlicet pictores referens, qui propositis exemplis discipulos, ut plurimum, erudiunt. Hoc igitur nunc fecisti, ac recte quidem et commode. Et deinceps id quoque mihi largiri ne graveris, etiamsi te rursum throni sublimem ferant (magistratum enim ferent, non virtutem : neque enim quantum ad virtutem attinet, altius subvehi potes, cum ad summum usque perveneris). At etiam publica negotia gerens, ne amicorum incuria labores, Homericos videlicet juvenes imitans, qui in medio bello amicitiæ munera exsequebantur. Nam hac quoque re poesim suam Homerus tuus exornat.

ΟΒ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (92).

64 LXXII. GREGORIO NYSSENO.

Hæretici, auctoritate Demosthenis Ponticæ vicarii freti, Gregorio Nysseno bellum inferunt. Demosthenes ille ipse est, cui, cum in objurgando se coram Valente barbarismum admisisset, subridens Basilius respondit : Vidimus etiam Demosthenem illitteratum. ***Is duo concilia hæreticorum, alterum Ancyræ, media hieme anni 375, contra Gregorium Nyssenum, alterum Nyssæ, in quo depositus fuit Gregorius, congregavit. Ad hæc pertinent tres epistolæ sequentes.***

Μὴ σφόδρα δάκνου τοῖς λυπηροῖς. Ἃ γὰρ ἂν ἧττον λυπώμεθα (93) ἧττόν ἐστι λυπηρά. Οὐδὲν δεινὸν εἰ ἀνεθάλφθησαν οἱ αἱρετικοὶ, καὶ τῷ ἔαρι θαῤῥοῦσι τῶν φωλεῶν ἐξερπύσαντες, ὡς αὐτὸς γράφεις. Μικρὰ συριοῦσιν, εὖ οἶδα, εἶτα καταδύσονται, καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ καιρῷ (94) πολεμούμενοι· καὶ τόσῳ μᾶλλον, ὅσῳπερ ἂν τῷ Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέπωμεν.

B Molestis rebus ne nimis discrucieris. Si enim minorem ex his mœrorem capiamus, minus molestæ erunt. Non ita grave putandum est, quod recaluerint hæretici, ac veris amœnitate freti ex latebris suis prorepant, ut ipse scribis. Paulum, mihi crede, sibilabunt, ac postea in terram se abdent, tum a veritate, tum a tempore oppugnati, idque eo magis, si rem totam Deo permiscerimus.

ΟΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (95).

LXXIII. EIDEM.

Communia utrique Gregorio hæreticorum odia et convicia.

Περὶ ὧν ἐπέσταλκας, οὕτως ἔχομεν· οὔτε ὑπεροράμενοι δυσχεραίνομεν, καὶ τιμώμενοι χαίρομεν. Τοῦ μὲν γὰρ ἡμεῖς ἄξιοι, τὸ δὲ τῆς ὑμετέρας φιλοτιμίας (96). Προσεύχου περὶ ἡμῶν. Τῇ βραχυλογίᾳ συγγίνωσκε. Πάντως γὰρ, εἰ καὶ μικρὰ (97) ταῦτα, σιωπῆς γε μακρότερα.

De iis, quæ scripsisti, ita sentio : nec me contemni ægre fero, et honore affici lætor. Illo enim digni sumus : hoc vestri erga nos studii est. Ora C pro nobis. Brevitati ignosce. Nam profecto, etiamsi hæc parva, silentio tamen longiora sunt.

ΟΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (98).

LXXIV. EIDEM.

Spe magna fretus, fausta ei precatur, fateturque summo se teneri eum videndi desiderio, aut saltem per litteras amplectendi.

Καὶ μένων συνεκδημῶ (99) διὰ τῆς ἀγάπης ὑμῖν· πάντα γὰρ ὁ πόθος κοινοποιεῖ τὰ ἡμέτερα. Καὶ πολλὰς ἐλπίδας ἔχω, τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ θαῤ-

Quamvis domi maneam, per charitatem tamen vobiscum excedo. Amor enim nostra omnia communia efficit. Atque Dei benignitate vestrisque

(88) *Τοὺς μαθητάς*. Ita cod. In edit. deest τούς. Mox, τοῦτο οὖν νῦν. Ita cod. Montac. et Combef. In edit. τοῦτο δὲ νῦν. Et deinde, χαρίσασθαι, unus cod. χαρίζεσθαι.

(89) *Θρόνοι φέρωσιν*. Ita tres codd. Regg. ac Combef. In edit. φέρουσιν. Mox, οἴσουσι γὰρ τὴν ἀρχὴν, etc., vertit Combef. : *Ferent enim sublimem imperio et magistratu, non virtute, qua sublimius evadere non potes.*

(90) *Πρὸς τὸ ἀκρότατον*. Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. πρὸς τὸ ἀκμαιότατον.

(91) *Τὰ φιλικά*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. τά deest.

(92) Alias XXXV. Scripta anno circiter 376.

(93) *Ἃ γὰρ ἂν ἧττον λυπώμεθα*. Ita cod. Reg. et Combef. qui reddit : *quæ enim minus moleste habeamus*. In edit. ἂν γὰρ ἧττον. Mox, forte legendum ἧττον ἔσται, et sic vertit Bill.

(94) *Καὶ τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τῷ καιρῷ*. Cod. Reg., καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῷ καιρῷ, *tum a Deo, tum a tempore*. Mox, pro πολεμούμενοι, Montac. et Morel. proponunt καταπολεμούμενοι.

(95) Alias XXXVI. Scripta eodem anno.

D (96) *Τὸ δὲ τῆς ὑμετέρας φιλοτιμίας*. Ita cod. et Pass. Sic et Combef. qui vertit : *Hoc tuæ erga nos propensæ voluntatis : illud*, inquit, *non ita illiberale amare ab amico coli et honorari*. Quod reddit Bill., *hoc ambitionis nostræ est*, acumine caret. In edit. ἡμετέρας.

(97) *Πάντως γὰρ, εἰ καὶ μικρά*. Cod. et Combef. καὶ γὰρ εἰ μικρά, *etenim si hæc parva*.

(98) Alias CXLIII. Eodem circiter anno scripta.

(99) *Συνεκδημῶ*. Combef. *una proficiscor. Quadrant*, inquit, *hæc in Gregorium Nyssenum, sic in Ecclesiarum visitatorem a concilio datum.*

Digitized by Google

precibus fretus, magnam spem habeo fore, ut omnia vobis ex animi sententia eveniant, ac tempestas in auram solvatur, vobisque Deus hanc rectæ de religione sententiæ mercedem pendat, ut eos, qui vobis infesti sunt, superetis. Ac maxime quidem velim vos brevi videamus, atque vobis, quemadmodum nobis in votis est, perfruamur. Sin autem, negotiis ita postulantibus, longiorem moram trahatis, litteris saltem, quibus de rerum vestrarum statu certiores fiamus, nos oblectare ne gravemini. Denique **65** nostra causa pro vestro more precemini. Sanos vos, ac firmos, omnibusque rebus lætos et alacres Deus optimus vos præbeat, commune Ecclesiæ columen.

A ρῶν (1), καὶ ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς, ὅτι πάντα κατὰ νοῦν ὑμῖν ἐκβήσεται (2), καὶ ἡ καταιγὶς εἰς αὔραν λυθήσεται (3), καὶ τοῦτον ὑμῖν ὁ Θεὸς τῆς ὀρθοδοξίας δώσει μισθὸν, τὸ τοὺς ἐπηρεάζοντας ὑπερέχειν. Μάλιστα μὲν οὖν ἴδοιμεν ὑμᾶς ἐν τάχει, καὶ ἀπολαύοιμεν (4), ὡς εὐχόμεθα. Εἰ δὲ χρονίζοιτε, τῶν πραγμάτων οὕτως ἐχόντων, γράμμασι γοῦν εὐφραίνειν ἡμᾶς μὴ ἀπαξιοῦτε δηλοῦσι (5) τὰ ὑμέτερα, καὶ προσεύχεσθαι τὰ συνήθη ὑπὲρ ἡμῶν (6). Ἐρρωμένους ὑμᾶς, καὶ τοῖς πᾶσιν εὐθύμους ὁ ἀγαθὸς Θεὸς χαρίσηται, τῆς Ἐκκλησίας τὸ κοινὸν ἔρεισμα (7).

LXXV. VITALIANO.

ΟΕ'. ΒΙΤΑΛΙΑΝΩ (8).

Vitalianus, ad quem hanc epistolam scripsit Gregorius, idem videtur ad quem exstat Theologi carmen, anno 374 conditum. Quo vero anno scripta sit epistola non liquet. Annum ipsi 378 assignat Tillemontius; cui quominus assentiamur nihil impedit, nihil etiam cogit. Qua de causa cum eo assidue non versetur, rationem suggerit.

Haud assidue tecum versamur. Si causam quæris, quia multi circum te sunt, etiam hi quibus minime delectamur. Quod si a multis te repurges, ac virtutem contubernalem asciscas, claudos quoque, ut vulgo dici solet, currentes videbis. Hoc enim, Deo juvante, et pollicemur, et faciemus.

B Οὐ συνεχῶς ὁμιλοῦμέν σοι. Τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι πολλοὶ περὶ σὲ, καὶ οἷς ἥκιστα χαίρομεν. Εἰ δὲ ἀνακαθάροις σεαυτὸν τῶν πολλῶν (9), καὶ σύνεικον ἔχοις τὴν ἀρετὴν, ὄψει καὶ χωλῶν δρόμον (10), ὡς ἡ παροιμία. Τοῦτο γὰρ καὶ (11) ὑπισχνούμεθα σὺν Θεῷ, καὶ πράξομεν.

LXXVI. GREGORIO NYSSENO.

ΟϚ'. ΓΡΗΓΟΡΙΩ ΝΥΣΣΗΣ (12).

Suum de Basilii morte Gregorio Nysseno, ejus fratri, dolorem significat, seque morbo prohibitum fuisse, quominus funeri occurreret, et sacrum corpus amplexaretur.

Hoc etiam ærumnosæ huic vitæ servatum erat, ut Basilii mortem audirem, sanctæque illius animæ peregrinationem, qua a nobis peregre profectus est, ut præsens sit ad Dominum [a], per totum vitæ cursum hoc unum meditatus? Mihi autem præter alia hoc quoque propter gravem ac periculosum corporis morbum, quo etiam nunc premor, ereptum est, ut et sanctum cinerem exosculer, tibique ea, quæ consentanea sunt, philosophanti præsto sim, atque communibus amicis consolationem adhibeam. Nam alioqui Ecclesiæ solitudinem intueri hujusmodi gloria detonsæ et spoliatæ, atque hujusmodi corona orbatæ, nec oculis spectari,

C Καὶ τοῦτο ἀπέκειτο τῇ μοχθηρᾷ μου ζωῇ, τὸ Βασιλείου θάνατον ἀκοῦσαι, καὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης (13) ψυχῆς ἐκδημίαν, ἣν ἐξεδήμησεν ἀφ' ἡμῶν, ἵν' ἐνδημήσῃ πρὸς Κύριον, πάντα τὸν βίον μελέτην τούτου πεποιημένος (14); Ἀλλ' ἐγὼ μὲν πλὴν τῶν ἄλλων (15) καὶ τοῦτο ἀφῄρημαι, διὰ τὸ νῦν ἔτι πονήρως ἔχειν τοῦ σώματος καὶ λίαν ἐπικινδύνως, τὸ καὶ περιπτύξασθαι τὴν ἁγίαν κόνιν, καί σοι παρεῖναι τὰ εἰκότα φιλοσοφοῦντι (16), καὶ τοὺς κοινοὺς ἡμῶν φίλους παραμυθήσασθαι. Τὸ γὰρ τὴν τῆς Ἐκκλησίας ἰδεῖν ἐρημίαν, τοιαύτην ἀποκειραμένης δόξαν, καὶ τοιοῦτον ἀποσεισαμένης στέφανον, οὔτε ὄψει θεατὸν, οὔτε ἀκοῇ χωρητὸν, τοῖς γε νοῦν

[a] II Cor. v. 6.

(1) *Θαῤῥῶν.* Cod. Reg. θαῤῥῶ. Sic etiam legunt Montac., Morel. ac Combef.

(2) *Κατὰ νοῦν ὑμῖν ἐκβήσεται.* Ita cod. Reg. et B. 3. Edit. ἡμῖν.

(3) *Λυθήσεται.* Ita codd. Basilii 3, sicque legendum proponit Bill. In edit. ληθήσεται.

(4) *Καὶ ἀπολαύοιμεν.* Ita cod B. 3. In edit. ἀπολάβοιμεν, *recipiamus.*

(5) *Μὴ ἀπαξιοῦτε δηλοῦσι.* Cod. Reg., Montac. ac Morel. μὴ ἀπαξιοῦν τε καὶ δηλοῦν.

(6) *Καὶ προσεύχεσθαι τὰ συνήθη ὑπὲρ ἡμῶν.* Codd. Reg., B. 3, et Combef. περὶ ἡμῶν. Montac. et Morel. καὶ προσεύχεσθε περὶ ἡμῶν.

(7) *Χαρίσηται, τῆς Ἐκκλησίας τὸ κοινὸν ἔρεισμα.* Cod. B. 3, χαρίσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸ κοινὸν ἔρεισμα. Vertit autem Bill., *Deus optimus maximus in commune Ecclesiæ subsidium præbeat.*

(8) Alias CXLV. Scripta anno 378. — *Βιταλιανῷ.* Cod. Reg. Βιταλίῳ. Montac., Morel. ac Combef. τῷ αὐτῷ, id est, Ἀνυσίῳ.

(9) *Σεαυτὸν τῶν πολλῶν.* In cod. πολλῶν desunt.

(10) *Χωλῶν δρόμον.* Montac. et Morel. χωλοὺς ἐν δρόμῳ. Mox, pro ὡς ἡ παροιμία, cod. Montac., Morel. ac Combef. κατὰ τὴν παροιμίαν.

(11) *Τοῦτο γὰρ καί.* Ita cod. et Combef. In edit. γὰρ deest.

(12) Alias XXXVII. Anno 379 ineunte scripta.

(13) *Τῆς ἁγίας ἐκείνης.* Ita cod., et sic legit Bill. In edit. ἐκείνης deest.

(14) *Πεποιημένος.* Cod. Reg. ποιούμενος. Post hoc verbum notulam interrogationis posuimus, et sic oratio fit παθητικωτέρα.

(15) *Πλὴν τῶν ἄλλων.* Cod. et Pass. μετὰ τῶν ἄλλων, *una cum aliis.*

(16) *Τὰ εἰκότα φιλοσοφοῦντι.* Cod. Pass. φιλοσοφοῦντα, *tibique ea, quæ consentanea sunt philosophiæ, solatia ministrans præsto sim.*

Digitized by Google

ἔχουσι. Σὺ δέ μοι δοκεῖς πολλῶν ὄντων καὶ φίλων καὶ λόγων τῶν εἰς παράκλησιν, ὑπ' οὐδενὸς ἂν οὕτω παρακληθῆναι, ὡς ὑπὸ σεαυτοῦ καὶ τῆς ἐκείνου μνήμης· οἳ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι γεγόνατε (17) φιλοσοφίας ὑπόδειγμα, καὶ οἷόν τις στάθμη πνευματικὴ τῆς τε ἐν τοῖς χρηστοῖς εὐταξίας, καὶ τῆς ἐν τοῖς ἀναιροῖς καρτερίας. Ἐπειδὴ δύο ταῦτα οἶδε φιλοσοφία, εὐπραξίαν τε διαθέσθαι μετρίως, καὶ συμφορὰν εὐσχημόνως. Ταῦτα παρ' ἡμῶν πρὸς τὴν σὴν τιμιότητα. Ἐμὲ δὲ τίς παραμυθήσεται χρόνος, ἢ λόγος, τὸν ταῦτα γράφοντα, πλὴν τῆς σῆς συνουσίας καὶ ὁμιλίας, ἣν ἀντὶ πάντων ἡμῖν ὁ μακάριος καταλέλοιπεν, ἵνα ἐν σοὶ τὰ ἐκείνου καθορῶντες (18), ὥσπερ ἐν ἐσόπτρῳ καλῷ τε καὶ διαυγεῖ, κἀκεῖνον ἔχειν νομίζωμεν;

A nec auribus concipi potest, his quidem certe, qui mente præditi sunt. Tu vero quanquam et amici multi, et sermones ad consolationem non desint, a nullo tamen perinde mihi solatium capere posse videris, quam a teipso, illiusque recordatione, quippe qui aliis quoque omnibus philosophiæ exemplum fueritis ac velut amussis quædam spiritualis, tam moderationis in rebus secundis, quam tolerantiæ in adversis. Quandoquidem duo hæc novit philosophia, nimirum, et prosperitate moderate uti, et calamitatem honeste ferre. Atque hæc a nobis ad præstantiam tuam **66** scripta sunt. At me, qui hæc scribo, quod tempus, aut quæ ratio consolabitur, præter tuam societatem et congressionem, quam beatus ille vir pro omnibus rebus nobis reliquit, ut virtutes illius in te, quasi in pulchro et pellucido speculo, intuentes, illum quoque habere existimemus?

ΟΖ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (19).

B

LXXVII. THEODORO.

Hæc epistola in Græcis manuscriptis et editis scripta legitur ἀνωνύμῳ : *in codice vero* 2022 Θεοδώρῳ, *et in Latinis, Theodoro; haud quidem Mopsuesteno, ut perperam Facundus Hermianensis existimavit, sed Theodoro Tyanensi episcopo. Quod actis* v *concilii generalis* (20) *constat, in quo Theodulus, sive Diodorus diaconus et notarius, non tantum epistolas alias* LXXXVIII, LXXXIX, XC, *Theodoro Tyanensi scriptas fuisse, verum etiam hanc de qua agitur,* LXXVII, *ad eumdem Theodorum scriptam, probante concilio, affirmavit, et Euphrantas Ecclesiæ Tyanensis diaconus confirmavit. Theodorus Arianzi natus et singulari cum Gregorio amicitia junctus fuisse videtur; quem Constantinopolim euntem secutus, contumeliarum et persecutionum, quas Gregorius perpessus est, socius fuit. Quod cum moleste ferret et ulcisci vellet Theodorus, eum ad patientiam hac epistola Theologus hortatur, propositis pluribus patientiæ exemplis, gravibusque rationum momentis, quibus eum a proposito deterrere conatur. Monet etiam cavendum ne, si pœnas a contumeliosis reposcat, ficulnea, quæ fructum ferre potest, arescat, atque opus insigne deleatur; id est, ne fides catholica, quam pene exstinctam in urbe Constantinopolitana suscitare aggressus fuerat, penitus subverteretur. Tenero namque operi et vix incepto, ultio intempestiva nocuisset, gravantibus et late dominantibus adhuc in urbe hæreticis. Non dubium est quin de rebus Constantinopoli gestis anno* 379 *Aprilis* 21, *qua die Pascha festum celebrabatur, hic agatur; adeoque mirum existimasse Baronium hæc contigisse, cum relicta Constantinopoli solus Arianzi degeret Theologus. Quod sane repugnat, ipsique Baronio adversatur. Fatetur namque* (21), *ut observat doctissimus Tillemontius, Annalium parens Constantinopoli gesta, eaque anno fere* 380, *quæ de iis Gregorius orat.* XLVIII, *epistolæ* LXXVII, *alias* LXXXI, *non solum consona, sed etiam eadem ac ipsissima commemorat. Præterea monachi Nazianzeni Gregorio fuere semper chari et quam maxime addicti, nedum molesti et contumeliosi.*

Πυνθάνομαί σε βαρέως ἔχειν πρὸς τὰς γεγενημένας ἡμῖν παρὰ τῶν μοναστῶν καὶ τῶν πτωχῶν ὕβρεις. Καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, ἁπλῆγά ἔτι σε τυγχάνοντα, καὶ τῶν ἡμετέρων κακῶν ἀπείρατον (22), πρὸς τὰ τοιαῦτα δυσφόρως ἔχειν. Ἡμεῖς δὲ, ὡς καὶ κακῶν πλειόνων πεπειραμένοι, καὶ τῆς ὕβρεως κοινωνήσαντες, εἰκότως ἂν (23) ἀξιόπιστοι νομισθείημεν παραινοῦντες τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἅπερ ἥ τε πολιὰ διδάσκει, καὶ ὁ λόγος ὑποδείκνυσι. Δεινὰ μὲν τὰ (24) γεγενημένα, καὶ πέρα δεινῶν, τίς ἀντερεῖ; ὑβρισθῆναι θυσιαστήρια, συγχυθῆναι μυστήρια, μέσους ἡμᾶς ἑστάναι τῶν τελουμένων (25) καὶ τῶν λιθαζόντων, καὶ φάρμακον ποιεῖσθαι κατὰ τῶν λιθασμῶν τὰς ἐντεύξεις, αἰδῶ παρθένων ἐπιλησθῆναι, μοναστῶν εὐκοσμίαν, πτωχῶν συμφοράν, ζημιωθέν-

C Audio te contumelias eas, quas monachi ac pauperes nobis intulerunt, graviter molesteque ferre. Nec vero mirum est te, qui nullum adhuc vulnus accepisti, nec calamitatum nostrarum periculum fecisti, ad hujusmodi res animo discruciari. Nos autem, ut qui et plura mala persenserimus, et contumeliis impetiti simus, fidem atque auctoritatem merito nancisci queamus, ea pietati tuæ præcipientes, quæ tum canities docet, tum ratio ipsa suggerit. Gravia quidem atque adeo gravissima esse ea quæ contigerunt, quis inficias ire queat? Nimirum contumeliam altaribus illatam esse, conturbata mysteria, nos inter sacra, quibus opera dabatur, et eos qui saxis nos appetebant, interjectos, adversus lapidum jactus medicinam a precibus pe-

(17) *Γεγόνατε.* Vertit Bill. *fueris.* Ad Basilium atque et ad Gregorium id videtur referendum.

(18) *Καθορῶντες.* Cod. θεωροῦντες, *contemplantes.*

(19) Alias LXXXI. Scripta anno 379. — *Θεοδώρῳ.* Ita cod. Reg., Tillemont. et Combef. In edit. Ἀνωνύμῳ.

(20) Concil. t. V, p. 446 et 447.

(21) Bar. ad an. 380.

(22) *Κακῶν ἀπείρατον.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἀπείραστον.

D (23) *Εἰκότως ἄν.* Ita cod. Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἂν deest. Mox, Bill. παραινοῦντες reddit *præcipientes.*

(24) *Δεινὰ μὲν τά.* Ita cod. Reg., Montac. et Combef.; sicque legit Bill. In edit. δεινὰ μὲν οὖν τά.

(25) *Μέσους... τῶν τελουμένων.* Per hæc verba, quæ reddit Bill. *inter sacra quibus opera dabatur,* putat Tillemont. intelligendos esse qui initiabantur baptismo, ac proinde in nocte Paschæ, quæ refert Gregorius, contigisse.

Digitized by Google

tiisse, virginumque pudorem in oblivionem venisse, monachorum modestiam, pauperum calamitatem, quos animorum austeritas misericordia quoque privaverat. Nihilominus tamen lenitate atque clementia uti fortasse satius est, multisque per ea quæ perpetimur, lenitatis ac patientiæ documentum præbere. Non enim perinde oratio plerosque movet, atque actio, quæ taciti cujusdam monitoris instar est.

A των ἐκ τῆς τραχύτητος καὶ τὸν ἔλεον. Ἀλλ' ἴσως μακροθυμεῖν ἄμεινον, καὶ πολλοῖς ἐξ ὧν πάσχομεν διδόναι μακροθυμίας ὑπόδειγμα. Οὐ γὰρ οὕτως (26) ὁ λόγος πείθει τοὺς πολλοὺς, ὡς ἡ πρᾶξις, ἡ σιωπῶσα παραίνεσις.

Magnum esse censemus, de iis a quibus læsi sumus, pœnas sumpsisse : magnum, **67** inquam (nam et hoc ad aliorum vitia corrigenda utile est), at multo hoc majus ac divinius est, acceptam injuriam tolerare. Illud enim improbitatem coercet : hoc autem ad probitatem adducit ; quod quidem longe præstantius et perfectius est, quam a vitio abstinere. Ingentem nobis humanitatis quæstum B propositum esse existimemus, et ea, quæ in nos admissa sunt, condonemus, ut ipsi quoque veniam consequamur, et benignitatem benignitati adhibeamus.

Μέγα νομίζομεν εἶναι τὸ δίκας παρὰ τῶν ἠδικηκότων λαβεῖν· μέγα φημὶ (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο (27) χρήσιμον εἰς τὴν τῶν ἄλλων διόρθωσιν), ἀλλὰ πολλῷ τούτου (27') μεῖζον καὶ θεϊκώτερον, τὸ καρτερεῖν πάσχοντας (28). Ἐκεῖνο μὲν γὰρ τὴν κακίαν ἐπιστομίζει, τοῦτο δὲ χρηστοὺς εἶναι πείθει· ὁ τοῦ μὴ κακοὺς εἶναι, πολὺ κρεῖττόν ἐστι καὶ τελεώτερον (29). Μεγάλην ἡμῖν νομίσωμεν προκεῖσθαι πραγματείαν φιλανθρωπίας, καὶ συγχωρήσωμεν τὰ εἰς ἡμᾶς, ἵνα καὶ αὐτοὶ τύχωμεν τῆς συγχωρήσεως· καὶ προεισενέγκωμεν χρηστότητα τῇ χρηστότητι (30).

Zelatoris cognomentum hinc obtinuit Phinees, quod Madianitidem, una cum eo qui stuprum ipsi inferebat, pugione transfixit, atque ex Israelitica natione probrum exemit [25]; at majorem hoc nomine laudem tulit, quod pro populo in scelus collapso preces fudit. Stemus igitur nos quoque, ut Scripturæ verbis utar [26], ac placemus, et cesset quassatio ; nobisque istud ad justitiam reputetur [27]. Laudibus item affectus est Moses, quod ex illata Israelitæ injuria dolore commotus, Ægyptium occiderit [28] : verum majorem hinc sui admirationem C concitavit, quod Mariam sororem lepra, propterea quod murmuraverat, laborantem, precibus suis in sanitatem vindicavit. Quin ea etiam quæ sequuntur animadverte. Ninivitis excidium denuntiatur : sed peccatum lacrymis redemerunt [29]. Manasses inter reges sceleratissimus : at inter eos, qui salutem consecuti sunt, ob luctum clarissimus [30].

Ζηλωτὴς ἤκουσε Φινεὲς, ὅτι τὴν Μαδιανῖτιν σὺν πόρνῳ συνεξεκέντησε, καὶ ἐξεῖλεν ὄνειδος ἐξ υἱῶν Ἰσραὴλ· ἀλλ' ἐπηνέθη πλέον, ὅτι τοῦ λαοῦ προσηύξατο (31) πταίσαντος. Στῶμεν οὖν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξιλασώμεθα, καὶ κοπασάτω ἡ θραῦσις, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ λογισθήτω τοῦτο ἡμῖν εἰς δικαιοσύνην. Ἐπηνέθη καὶ Μωσῆς, ὅτι τὸν Αἰγύπτιον ἀνεῖλε (32), τῷ Ἰσραηλίτῃ περιαλγήσας· ἀλλ' ἐθαυμάσθη πλέον, ὅτι Μαριὰμ τὴν ἀδελφὴν διὰ τὸ γογγύσαι λεπρωθεῖσαν, διὰ τῆς εὐχῆς (33) ἐθεράπευσε. Σκόπει καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀπειλοῦνται Νινευῖται καταστροφήν, ἀλλὰ δάκρυσιν ἐξωνοῦνται τὴν ἁμαρτίαν (34). Μανασσῆς ἐν βασιλεῦσι παρανομώτατος, ἀλλ' ἐν τοῖς σωθεῖσι διὰ θρῆνον περιφανέστατος.

Quid tibi faciam, Ephraim [31], inquit Deus? Quantam iracundiam præ se fert hic sermo! et tamen confestim propugnatio subjungitur. Quid benignitate celerius? Sodomiticum ignem, adversus eos qui Jesum abigunt, discipuli postulant [32] ; at ille ultionem recusat. Malchi, unius ex petulantibus illis et contumeliosis, aurem Petrus amputat ; Jesus autem restituit [33]. Quid autem ille, qui, septiesne fratri lapso ignosceret, percunctatus fuerat?

Τί σε διαθῶ, Ἐφραΐμ, παρὰ τοῦ Θεοῦ λέγεται; Ὅσης ὀργῆς ὁ λόγος! καὶ ὑπερασπισμὸς ἐπάγεται. Τί τῆς φιλανθρωπίας ταχύτερον; Πῦρ Σοδομιτικὸν αἰτοῦσιν οἱ μαθηταὶ κατὰ τῶν ἀγόντων (35) τὸν Ἰησοῦν, ὁ δὲ ἀπαξιοῖ τὴν ἐκδίκησιν. Τέμνει Μάλχου τὸ ὠτίον Πέτρος, ἑνὸς τῶν ὑβριστῶν, Ἰησοῦς δὲ ἀποκαθίστησι. Τί δὲ ὁ ἐρωτήσας, εἰ ἑπτάκις τῷ ἀδελφῷ συγχωρητέον πταίσαντι ; οὐ μικρολογίαν καταγινώσκεται ; τῷ γὰρ ἑπτάκις, τὸ ἑβδομηκον-

[25] Num. xxv, 7 sqq. [26] Psal. cv, 30-31. [27] Exod. II, 12. [28] Num. xii, 10 sqq. [29] Jon. III, 4 sqq. [30] II Paral. xxxiii, 1 sqq. [31] Osc. vi, 4. [32] Luc. ix, 54. [33] Luc. xxii, 50-51.

(26) *Οὐ γὰρ οὕτως*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. ὄντως.

(27) *Καὶ γὰρ καὶ τοῦτο*. Ita cod. Reg., Montac. et Morel. In edit. καὶ γὰρ τοῦτο.

(27') *Πολλῷ τούτου*. Unus cod. Montac. et Morel. πολλῷ τοῦτο.

(28) *Καρτερεῖν πάσχοντας*. Ita tres codd. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. πάσχοντα.

(29) *Καὶ τελεώτερον*. Cod. Reg. et Combef. καὶ τελειότερον.

(30) *Χρηστότητα τῇ χρηστότητι*. Ita cod. et Combef. In edit. χρηστότητα χρηστότητος, quod Bill. vertit : *ante benignitatem, benignitatem conferamus*.

(31) *Προσηύξατο*. Ita duo codd. Reg. et Combef. In edit. προηύξατο.

(32) *Τὸν Αἰγύπτιον ἀνεῖλε*. Bill. *Ægyptium obtruncavit*. Sed unde hoc illi cædis genus? Deinde, διὰ τὸ γογγύσαι. Ita Pass. et tres Regg. In editis desunt διὰ τό.

(33) *Διὰ τῆς εὐχῆς*. Ita cod. Reg. et Combef. Alter cod. διὰ τῶν εὐχῶν. In edit. ταῖς εὐχαῖς.

(34) *Τὴν ἁμαρτίαν*. Ita tres codd. Reg. et Combef. In edit. τὴν σωτηρίαν, quod Bill. vertit : *Verum salutem lacrymis redemerunt*.

(35) *Κατὰ τῶν ἀγόντων*. *Adversus eos qui a se propellebant Jesum*, qui ei negabant hospitium et refectionem, ut legitur in Evangelio. Combef. κατὰ τῶν ἀπαγόντων. Nec enim, inquit, simplex ἀγόντων hic congruit, aut quod reddit Bill. *qui Jesum adducunt*. Ubi enim sic ignem imprecati fuissent discipuli Jesum *adducentibus?*

Digitized by Google

τάκις ἑπτὰ προστίθεται. Τί δὲ ὁ χρεωφειλέτης ἐν τῇ Εὐαγγελίοις, ὁ μὴ συγχωρήσας ἃ συγκεχώρηται; οὐ πικρότερον διὰ τοῦτο εἰσπράττεται;

annon ut præparcus ac nimis restrictus notatur? septenario enim septuagies septies adjicitur [34]. Quid debitor ille, de quo in Evangeliis mentio fit, qui eadem, quæ sibi remissa fuerant, minime remisit [35]? annon eo nomine acerbius ab eo debitum repetitur?

Τί δὲ ἡ τύπωσις τῆς εὐχῆς (36); οὐκ ἀφέσει βούλεται τὴν ἄφεσιν πραγματεύεσθαι; Τοσαῦτα ἔχοντες ὑποδείγματα, μιμησώμεθα Θεοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ μὴ βουληθῶμεν ἀφ' ἡμῶν μαθεῖν αὐτῶν, ὅσον (37) κακὸν ἁμαρτίας ἀντίδοσις. Ὁρᾷς ἀκολουθίαν χρηστότητος. Νομοθετεῖ πρῶτον, εἶτα διακελεύεται (38), ὑπισχνεῖται, ἀπειλεῖ, ὀνειδίζει, ἐπανατείνεται, κατέχει· ἀπειλεῖ πάλιν· ὅταν ἐκβιασθῇ, πληγὴν ἐπάγει (39), καὶ ταύτην κατὰ μικρὸν, χώραν ὑπανοίγων ταῖς διορθώσεσι. Μὴ τοίνυν μηδὲ πλήξωμεν ἀθρόως (40) (οὐ γὰρ ἀσφαλὲς), ἀλλὰ τῷ φόβῳ σωφρονίσαντες, τῇ φιλανθρωπίᾳ νικήσωμεν, καὶ λάβωμεν ὑποχρέους (41) εὐλαβείας τῷ συνειδότι πλέον, ἢ τῇ ὀργῇ βασανίσαντες. Μὴ ξηράνωμεν συκῆν ἔτι καρποφορεῖν δυναμένην, μὴ ὡς ἀχρήστου καταγνῶμεν, καὶ καταργούσης τὸν τόπον, ἣν θεραπεύσει τυχὸν τεχνίτου γεωργοῦ προστασία καὶ ἐπιμέλεια Μηδὲ τοσοῦτον ἔργον καὶ περιβόητον δι' ἐπήρειαν (42) ἴσως τοῦ πονηροῦ καὶ φθόνον, οὕτως ἐνβραχεῖ καταλύσωμεν, ἀλλὰ βουληθῶμεν φιλάνθρωποι φανῆναι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς (43), καὶ φιλόπτωχοι πλέον, ἢ φιλοδίκαιοι· μηδὲ τῶν ὑπεκκαιόντων ἡμᾶς εἰς τοῦτο πλέον, ἢ τῶν κατεχόντων ἀνεχώμεθα· καὶ τὸ αἰσχρὸν, εἰ μή τι ἄλλο, ἐνθυμηθέντες, εἰ δόξαιμεν πρὸς πτωχοὺς ἀγωνίζεσθαι, οἳ τοῦτο μέγα πλεονεκτοῦσι, τὸ, κἂν ἀδικῶσι, ἐλεεῖσθαι διὰ τὴν συμφοράν. Νῦν οἷον πάντας μέν σοι προσπίπτειν πτωχούς τε καὶ πτωχοτρόφους, πάντας δὲ μοναστὰς καὶ παρθένους ὑπὲρ αὐτῶν ἱκετεύοντας. Δὸς τοῖς πᾶσιν ἀντὶ τούτων τὴν χάριν (ἐπειδὴ καὶ συνετρίβησαν ἱκανῶς, ὡς δῆλον ἐξ ὧν ἡμῶν ἐδεήθησαν), καὶ πρὸ πάντων ἡμῖν τοῖς ὑπὲρ αὐτῶν πρεσβεύουσιν. Οὓς εἰ σοι δεινὸν εἶναι φαίνεται τὸ παρ' αὐτῶν ἀτιμασθῆναι, πολλῷ φανείτω δεινότερον τό σοι παραινοῦντας ταῦτα μὴ ἀκουσθῆναι. Τῷ δὲ καλῷ Παύλῳ (44) συγχωρήσειεν ὁ Θεὸς, ἃ εἰς ἡμᾶς ἐξύβρισεν.

Denique annon illa precationis forma huc spectat, ut veniam nobis venia comparemus? 68 Cum igitur tot exempla nobis præsto sint, Dei benignitatem ac facilitatem imitemur, nec quantum mali in peccati ultione positum sit, ex nobis ipsis discere in animum inducamus. Benignitatis seriem vides. Primum legem sancit, deinde jubet, pollicetur, minatur, increpat, pœnas intendit, cohibet; minatur rursum; cum adactus fuerit, plagam infert, idque paulatim, viam scilicet emendationi aperiens. Quamobrem nos quoque operam demus, ne repente feriamus (neque enim id tutum est), verum ut eos a quibus læsi sumus, metu castigatos, benignitate superemus, atque ad verecundiam et reverentiam astringamus, qui conscientia potius quam iracundia torqueantur. Ne ficulneam, quæ fructus adhuc ferre queat, siccitate afficiamus, ne, ut inutilem et inutiliter locum occupantem, damnemus, cui industrii agricolæ cura et diligentia fortasse medebitur [36]. Nec tantum atque celebre opus ob diaboli fortasse improbitatem atque invidiam tam cito deleamus. Quin potius animum ita comparemus, ut benignos potius quam severos, et pauperum potius quam exacti juris amantes nos præbeamus; nec eorum potius qui nos ad id inflammant, quam qui retinent, rationem habeamus. In quo illud quoque, si nihil aliud, nobis considerandum est, nimirum turpe ac fœdum esse, si cum pauperibus concertare videamur; qui hoc nomine, et quidem magno, superiore conditione sunt, quod, etiamsi alioqui injuriam inferant, ob calamitatem tamen hominibus misericordiam movent. Fac nunc putes omnes pauperes, ac pauperum alendorum studiosos ad genua tua prosterni, omnes item monachos et virgines pro ipsis supplicantes. His omnibus, istorum loco, hoc beneficii da (quandoquidem etiam satis afflicti atque obtriti sunt, ut ex eo liquet, quod nos obsecrarunt), ac præsertim nobis, eorum nomine, deprecantibus. Quod si tibi grave atque indignum videtur, nos ab ipsis contemptui habitos fuisse, multo velim tibi gravius videatur, nos hæc tibi suadentes minime exaudiri. Pulchro autem Paulo utinam Deus ea quæ in nos contumeliose perpetravit, condonet.

[34] Matth. XVIII, 21. [35] Matth. 23 sqq. [36] Luc. XIII, 7 sqq.

(36) *Τύπωσις τῆς εὐχῆς. Orationis regula*, nempe Dominicæ.

(37) *Μαθεῖν ἀφ' ἡμῶν αὐτῶν, ὅσον.* Cod. unus. μαθεῖν αὐτοὺς ἀφ' ἡμῶν, ὅσον. Montac. et Morel. μαθεῖν αὐτοὺς ὅσον. Combef. μαθεῖν ἡμᾶς ἀφ' ἡμῶν, ὅσον.

(38) *Εἶτα διακελεύεται.* Bill., non recte, *hortatur.*

(39) *Ἀπειλεῖ πάλιν· ὅταν ἐκβιασθῇ, πληγὴν ἐπάγει.* Sic legendum cum Combef.

(40) *Πλήξωμεν ἀθρόως.* Combef. vertit: *Ne impetu feriamus.*

(41) *Λάβωμεν ὑποχρέους.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ὑπόχρεως.

(42) *Καὶ περιβόητον δι' ἐπήρειαν.* Ita cod. Reg. et Combef.; Montac. et Morel. delent καί. In edit. καὶ περιβόητον οὕτως δι' ἐπήρειαν.

(43) *Φιλάνθρωποι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς. Benigni potius quam judices;* ἐντελεῖς enim, ait Suidas, οἱ ἄρχοντες, ἢ ἄρξαντες, *judices, magistratus*: nec aliud, inquit Combef., φιλάνθρωποι μᾶλλον ἢ ἐντελεῖς, quam quod Probus Ambrosio: *Vade, age, non ut judex, sed ut episcopus.*

(44) *Καλῷ Παύλῳ.* Ita codd. tres Regg. et Combef. In ed. Πλούτωνι. Quis sit iste *Paulus*, minime novimus.

Digitized by Google

69 LXXVIII. THEOTECNO. ΟΗ'. ΘΕΟΤΕΚΝΩ (45).

Tanta est hujus epistolæ cum præcedente, tum argumenti, tum methodi, congruentia, ut eas disjungere fas non sit. Videtur enim utraque eadem occasione eodemque tempore scripta, cum Theodorus, Theotecnus et alii, qui media inter sacra mysteria lapidibus propemodum obruti cum Gregorio fuerant, sed Gregorio minus injuriæ patientes, sacrilegos in judicium vocare pœnasque reposcere parabant. Quos Theologus ab ultionis desiderio ad benignitatem et injuriæ oblivionem magnis patientiæ exemplis et documentis nititur revocare. Theotecnum in primis monet, ut baptismi recens suscepti gratiam inimicorum cruore non contaminet, ne iterum purgatione, quod periculum non vulgare est, opus habeat.

Non quidem nos fugit, vix fieri posse, ut recente injuria, ac flagrante adhuc iracundia, rationes admittantur. Iracundia enim et mœstitia oculo carent, ac præsertim cum jure ac merito quis stomachatur. At quoniam ipsi quoque simul læsi et contumelia affecti sumus, nec minus stomachamur, ob eam causam æquum etiam est consilium nostrum minime a te contemni. Gravia perpessi sumus : adde, si lubet, qualia nemo alius mortalium. At ne propterea nobis ipsis injuriam inferamus, nec tantum pietatis odium concipiamus, quantum nobis minime expedit. Magna res est uxor, et chara res filia : necdum tamen animæ anteponenda. Veniat tibi in mentem, te baptismi gratiam recens consecutum esse, atque lavacro peccata eluisse. Est autem non vulgaris periculi, donum illud cruore contaminare, aliaque rursum purgatione opus habere. Quamobrem ne committamus, ut nobis ipis insidias tendamus, ac fiduciam, quæ ad Deum est, amittamus, dum nos ipsos iis, a quibus læsi sumus, acerbos et sævos præbemus, ac plus æquo indignamur. Hominem Deo et futuris supplicüis relinquamus : nos autem editis benignitatis documentis, judicis benignitatem nobis conciliemus, atque ignoscamus, ut veniam obtineamus. Nec te inanis hæc cogitatio in fraudem inducat, nempe justam ultionem culpa carere, nec crimen in eo haberi, qui sontem et sceleratum legibus dediderit. Romanis suæ leges sunt : nobis item nostræ. At illorum leges modum excedunt, et acerbæ sunt, atque ad cruorem usque grassantur : nostræ, benignæ et humanæ, nec furore adversus eos, a quibus injuriam accepimus, utendi potestatem nobis facientes. His hæreamus, has sequamur : ut, ob exiguum beneficium (exigua 70 enim ac nullius pretii hæc vita est), magna ab ipso Deo, hoc est, ipsius benignitatem et spes futuras recipiamus.

Οἴδαμεν (46) ὅτι χαλεπόν ἐστι, προσφάτου τῆς ἀδικίας οὔσης, καὶ τοῦ θυμοῦ ζέοντος ἔτι, παραδεχθῆναι (47) τοὺς λογισμούς. Τυφλὸν γὰρ ὁ θυμὸς καὶ ἡ λύπη, καὶ μάλιστα ὅταν τὸ δικαίως ἀγανακτεῖν παρῇ. Ὅμως ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τῶν συνηδικημένων ἐσμὲν καὶ συνυβρισμένων, καὶ οὐχ ἧττον ἀγανακτούντων, διὰ τοῦτό ἐσμεν δίκαιοι καὶ συμβουλεύοντες μὴ ἀτιμασθῆναι. Δεινὰ πεπόνθαμεν· εἰ δὲ βούλει, πρόσθες οἷα μηδεὶς ἄλλος ἀνθρώπων. Ἀλλὰ μὴ διὰ τουτο καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς ἀδικήσωμεν, μηδὲ τοσοῦτον εὐσέβειαν μισήσωμεν (48), ὅσον ἡμῖν οὐ συμφέρει. Μέγα ἐστὶ γυνὴ, καὶ τίμιον θυγάτηρ· ἀλλ' οὕπω ψυχῆς τιμιώτερον. Ἐνθυμήθητι ὅτι νεωστὶ μὲν τῆς χάριτος ἠξιώθης, καὶ τῷ λουτρῷ τῶν ἁμαρτιῶν ἐκαθάρθης (49)· κίνδυνος δὲ οὐχ ὁ τυχὼν, αἵματι μολῦναι τὴν δωρεὰν, καὶ πάλιν ἄλλης δεηθῆναι καθάρσεως. Μὴ τοίνυν ἐπιβουλεύσωμεν ἡμῖν αὐτοῖς, μηδὲ τὴν παῤῥησίαν τὴν πρὸς Θεὸν ἀποβάλωμεν (50), πικροὶ τοῖς ἠδικηκόσι φανέντες, καὶ ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀγανακτοῦντες. Ἀφῶμεν τῷ Θεῷ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τοῖς ἐκεῖθεν κολαστηρίοις· ἡμεῖς δὲ φιλάνθρωπον κτησώμεθα τὸν κριτὴν, αὐτοὶ φανέντες φιλάνθρωποι, καὶ συγχωρήσωμεν, ἵνα συγχωρηθῶμεν. Καὶ μή σε ἀπατάτω μάταιος λογισμὸς, ὅτι τὸ δικαίως ἐπεξελθεῖν ἀνεύθυνον, καὶ τὸ παραδοῦναι τοῖς νόμοις τὸν παρανομήσαντα (51). Εἰσὶ νόμοι Ῥωμαίων, εἰσὶ δὲ καὶ ἡμέτεροι. Ἀλλ' οἱ μὲν ἄμετροι, καὶ πικροὶ, καὶ μέχρις αἵματος (52) προϊόντες· ἡμῖν δὲ χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι (53), καὶ μὴ συγχωροῦντές τι τῷ θυμῷ χρῆσθαι κατὰ τῶν ἀδικούντων. Τούτοις ἐμμείνωμεν, τούτοις ἀκολουθήσωμεν· ἵνα μικρὰ χαρισάμενοι (μικρὰ γὰρ ἡ ἐνταῦθα (54) ζωὴ καὶ τοῦ μηδενὸς ἀξία), μεγάλα παρὰ τοῦ Θεοῦ (55) ἀντιλάβωμεν, τὴν παρ' αὐτοῦ φιλανθρωπίαν, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἐλπίδας.

(45) Alias CXCVIII. Scripta anno 379.

(46) *Οἴδαμεν*. Combef. οἶδα μέν. *Non quidem me fugit.*

(47) *Ζέοντος ἔτι, παραδεχθῆναι*. Ita cod. Par. ac Combef. In edit. ζέοντος ἔτι ταραχθῆναι. Bill. addendum proponit μὴ ταραχθῆναι, vel pro ἔτι legendum οὔτι ταραχθῆναι. Montac. et Morel. ἔστι ταραχθῆναι. Vertit autem Bill. : *Vix fieri posse quin ratio perturbetur.*

(48) *Εὐσέβειαν μισήσωμεν*. Plane legendum, ait Combef., ἀσέβειαν μισήσωμεν, *nec tantum impietatis odium concipiamus*; at huic lectioni suffragantur nulli codices.

(49) *Καὶ τῷ λουτρῷ τῶν ἁμαρτιῶν ἐκαθάρθης*. Hæc verba desunt in editis. Restituimus ex cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef.

(50) *Ἀποβάλωμεν*. Cod. Reg. καταβάλωμεν. Montac. et Morel. κάτω βάλωμεν. In edit. ἀποβάλλωμεν.

(51) *Τὸν παρανομήσαντα*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. τὸν deest.

(52) *Μέχρις αἵματος*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. μέχρις αἱμάτων.

(53) *Χρηστοὶ καὶ φιλάνθρωποι*. Horum loco unus cod. Reg. εὐμενεῖς τε καὶ ἥμεροι καὶ φιλανθρωπίας ἐχόμενοι, *nostræ autem clementiam et mansuetudinem, humanitatemque spirantes.*

(54) *Ἡ ἐνταῦθα*. Ita duo codd. Reg. ac Combef. In edit. ἡ deest.

(55) *Παρὰ τοῦ Θεοῦ*. Ita cod. et Combef. In edit. παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ.

Digitized by Google

Οθ'. ΣΙΜΠΛΙΚΙΑ (56).

LXXIX. SIMPLICIÆ.

Quædam Cappadociæ Ecclesia, episcopo destituta, communi consensu elegit servum Simpliciæ, divitis matronæ et in pauperes munificæ, sed hæreticis suspicionibus flagrantis; eumque loci incolæ ad Basilium et Gregorium adducunt, rogantes ut illum sibi episcopum darent; annuerunt episcopi fervidis precibus, servumque invitum ac reluctantem ordinarunt, non exspectato dominæ consensu. Quod ubi illa rescivit, plenas minarum et conviciorum atque etiam documentorum litteras dedit; ausa quippe est impudens mulier Basilium, ut minus peritum, docere; quin etiam sceleratos homines adversus eum concitavit. Rescripsit Basilius, sicque iracundæ mulieris compressit insolentiam, ut quandiu ille vixit, mutire ausa non sit. At eo mortuo, ad ingenium rediit, et ad Gregorium ea de re scripsit, perhonorifice quidem de Basilio loquens, sed tamen vehementer contendens, ut servi ordinatio antiquaretur, minabatur sæcularia judicia. His litteris respondit Gregorius multo lenius quam scripserat Basilius.

Ἐπαινεῖς τὸν ἅγιον καὶ κοινὸν ἡμῶν (57) πατέρα, τὸ τῆς πίστεως ἔρεισμα, τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα (58), καὶ χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας, τὴν πλήρη φρονήσεως πολιάν, τὸν ζωῆς ἀνθρωπίνης καὶ ἀρετῆς μέτρα νικήσαντα, τὸν πιστὸν θεράποντα, καὶ μέγαν ἀρχιερέα, τὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην (59), τὸ τοῦ Πνεύματος καταγώγιον· τοῦτο μὲν ὀρθῶς ποιεῖς, ἐπεὶ καὶ πᾶς λόγος ἐλάττων ἐστὶ τῆς ἁγίας ἐκείνης καὶ μακαρίας ψυχῆς, εἰ μή με ἀπατᾷ τὸ φίλτρον, ἢ καὶ τὸ πάθος τῷ πόθῳ κιρνάμενον (60). Ἐκεῖνο δέ σου καὶ λίαν τεθαύμακα, πῶς ἐπαινεῖς μὲν ὡς ἅγιον, καὶ μέχρι τούτου τὰ εἰκότα τιμᾷς, τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ καταλύειν ἐπιχειρεῖς, ὥσπερ τῶν ἀναγίων (61), καὶ μάλιστα ὕβρεως ὄντων ἀξίων, τῶν εἰκῇ ζησάντων (62) καὶ μεταστάντων. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀνδραπόδου μεταποιῇ ἰδίου τοῦ συμποιμένος (63), καὶ τὸ μικρὸν τοῦτο κέρδος διώκεις, οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσω, ἵνα μετρίως εἴπω (64), καὶ σφόδρα τοῦτο τῆς σῆς μεγαλοψυχίας ἀνάξιον. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον, χρυσῷ μὲν καὶ ἀργύρῳ τιμᾶν τὸ Θεῖον, καὶ τοῖς περιττοῖς τῆς κτήσεως, ἔνθα καὶ πλεῖον τοῦ πρὸς εὐσέβειαν ἴσως τὸ κατ' ἐπίδειξιν, ἱερεῖ δὲ ὅλως βούλεσθαι ζημιοῦν Ἐκκλησίαν, καὶ ἀποσυλᾶν τῶν ἀναθημάτων τὸ ἀγιώτατον;

Εἰ δὲ ὅτι κατ' ἐξουσίαν τοῦτο πεποιήκαμεν, ἀλλ' οὐχὶ τὴν σὴν εὐγένειαν ὑπεμνήσαμεν, οὐδὲ τῇ φιλοτιμίᾳ καιρὸν ἐδώκαμεν (65), δυσχεραίνεις, λέγοις μὲν ἄν τι δίκαιον, καὶ τὸ πάθος ἀνθρώπινον (66)· ἴσθι δέ, μείζονος ἐπιδόσεως εἶναί σοι νῦν, ἢ τῷ τότε

Quod sanctum illum et communem patrem nostrum laudibus vehis, illud, inquam, fidei columen, illam veritatis normam, et religionis formam, plenam prudentia canitiem, illum vitæ humanæ et virtutis modum supergressum, illum fidelem servum, et magnum pontificem, Dei et hominum mediatorem, Spiritusque sancti domicilium : hoc quidem recte facis, quandoquidem nec ulla oratio sanctæ illius et beatæ animæ laudibus par inveniri potest, nisi mihi amor imponit, aut etiam mœror cum desiderio permistus. Illud vero in te et quidem vehementer miror, quod cum eum et sanctum virum laudes, atque hactenus, ut æquum est, honore afficias, ipsius tamen opus evertere conaris, non secus ac profanorum hominum, contumeliaque maxime dignorum, quique vane temereque vixerint, atque e vita discesserint. Nam si collegam nostrum, quasi mancipium tuum vindicas, atque exiguum hoc lucrum aucuparis, nescio qua ratione probaverim, ut parcius et moderatius loquar, et hoc tua animi magnitudine perquam indignum est. Annon enim iniquum et absurdum fuerit, cum auro et argento superfluisque opibus Deum honores, ubi plus fortasse ostentationis est quam pietatis, sacerdote omnino Ecclesiam mulctare velle, sanctissimumque donarium deprædari?

Sin autem, quia id libere ac pro potestate **71** fecimus, nec de ea re prius te certiorem fecimus, nec liberalitati tuæ munificentiæque tempus dedimus, idcirco succenses, justi quidem aliquid dixeris, humanusque est hic affectus. Illud autem

(56) Alias XXXVIII. Scripta anno 379, ante vel post superiorem. — *Σιμπλικίᾳ*. Ad eamdem exstat quoque Basilii epistola, nempe CXV, in qua ei liberalitatem quidem tribuere videtur, sed eam nihil prodesse ait, ubi jus cōculcatur, atque optimis viris per sceleratos et perditos homines periculum creatur.

(57) *Καὶ κοινὸν ἡμῶν*. Ita cod. Reg. ac edit. nonnulli; in quibusdam autem καὶ τὸν κοινόν.

(58) *Τῆς ἀληθείας κανόνα*. Reg. et Montac. τῆς Ἐκκλησίας κανόνα, *Ecclesiæ regulam*. Mox, καὶ χαρακτῆρα τῆς εὐσεβείας. Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. τῆς Ἐκκλησίας. Et paulo post, τῆς ζωῆς. Unus cod. habet καὶ ζωῆς.

(59) *Τὸν Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων μεσίτην*. Ita cod. et iid. Sic Apostol. I Tim. II, 5 : εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων. In edit. τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου μεσίτην.

(60) *Πάθος τῷ πόθῳ κιρνάμενον*. Ita cod. Reg., necnon Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. πάθος τῷ λόγῳ πόθῳ κιρνάμενον, quod reddit Combef. *dolor ex desiderio rationi commistus.*

(61) *Ὥσπερ τῶν ἀναγίων*. Combef. : *eorum qui nulla sanctitate fulserint.* Sed præstat, inquit, τῶν ἀνάγνων, quasi impurorum hominum; et ita cod. Reg., Montac. et Morel. Mox, ὕβρεως. Ita cod. Reg. In edit. ὕβρεων.

(62) *Τῶν εἰκῇ ζησάντων*. Combef., *qui nulla fruge vixerint.* Montac. et Morel. legendum proponunt τῶν οὕτω, εἰκῇ καὶ ζησάντων. Ita et nonnulli codices.

(63) *Μεταποιῇ ἰδίου τοῦ συμποιμένος*. Cod. Reg. τοῦ συμποιμαίνοντος, *mecum simul greges pascentem*, id est coepiscopum.

(64) *Οὐκ ἔχω πῶς ἐπαινέσω, ἵνα μετρίως εἴπω*. Hæc deerant in edit.; sed exhibent codd. nostri. Pro μετρίως, legunt καὶ σφόδρα Montac., Morel., et Combef. qui vertit : *Nescio qua ratione laudaverim, ut et tua animi magnitudine perquam indignum dicam.*

(65) *Ἐδώκαμεν*. Ita cod. Reg. Edit. δεδώκαμεν. Mox, pro δυσχεραίνεις, Montac. et Morel. δυσχεραίνει τις.

(66) *Τὸ πάθος ἀνθρώπινον*. Edit. addunt πλὴν ἀνθρώπινον, *humanus tamen*, sed hæc verba desunt in cod. Reg., eaque ablegant Montac. et Morel.

Digitized by Google

scito, tanto majorem nunc, quam illo tempore, largitionem tuam fore, quanto magnificentius est accipientibus concessisse, quam si ipsa elargita fuisses. Atque illo modo Dei tantum gratia id facere videris : hoc autem, de nobis quoque illius cultoribus, dignisque habitis, qui nomen ipsius portemus, præclare mereberis. Ac proinde, nec illi, nec nobis succense. Ille enim vim passus est, non injuriam intulit : nos autem quid mirum, si benignitate tua freti, communique omnium suffragio credentes, eo progressi sumus? quod si quidem nonnulli ad gratiam aut malitiose et subdole tulerunt, ipsi viderint, Deoque rationem reddant. Nec enim nostrum est hoc scire, nec in omnium mentes pervadere. Nos vero, quo tandem modo id repudiare ac rejicere facile potuissemus, tantamque vim lacrymarum aspernari, nec loci solitudine moveri, tanto tempore inculti et pastore destituti, ac spiritalem curam et administrationem requirentis?

Ἀεὶ σὺ παρ' ἡμῖν ὁ καλὸς (88) Ἡρακλειανὸς, καὶ λέγων τι παιδεύσεως, καὶ ἀκούων· καὶ Κωνσταντινούπολις μεθ' ἡμῶν ἡ καλὴ δι' ὑμᾶς, εἰ καὶ πρόσκαιρος, οὕτω τοῦ φθόνου θελήσαντος. Εἰ δὲ καὶ παρὰ σοὶ Γρηγόριος, ἄμεινον ἂν ἀμφοτέροις

Semper apud nos es, o bone Herculiane, doctrinæ aliquid et dicens et audiens, ac pulchra Constantini urbs propter vos nobiscum est, etiamsi brevi duntaxat temporis spatio; ita enim livori placuit. Quod si etiam apud te Gregorius sit, me-

(74) *Σοδομιτικοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἐκλύσεως. Igne Sodomitico*, aulæ et maxime eunuchorum libidines notare videtur. *Episcopali* vero *dissolutione*, φιλαρχίαν episcoporum et simultates pravasque in multis opiniones et hæreses. Hæc Combef.

(75) *Τ' ἄλλα δ' ὅπως.* Ita cod. et Combef. Edit. τ' ἄλλα ὅπως. Mox, ἐάσωμεν. Cod. Reg. ἐάσομεν, *sinemus.*

(76) Alias CXCII. Scripta circiter eodem tempore.

(77) *Οὐκ ἐχούσης.* Ita cod. Reg., Par., Montac., Morel. et Combef. In edit. οὐκ ἔχουσαν.

(78) *Χεθῆναι.* Ita Montac. et Morel., qui etiam legunt λεχθῆναι.

(79) *Ὡς ἂν σπείρῃς.* Cod. Reg. ὡς ἂν σπείροις.

(80) *Καθάπερ τὰ σπέρματα οἱ τὰς τροφὰς ἡμερώσαντες.* Cod. Reg., Montac. et Morel. καθάπερ οἱ τὰ σπέρματα ταῖς τροφαῖς ἡμερώσαντες.

(81) *Ὡς γοῦν τοῖς μύθοις δοκεῖ.* Etenim, si fabulæ fides, homines olim glandibus victitabant, usu frumenti nondum reperto; ast ubi Ceres hunc cibum hominibus monstravit, glandibus pasci desierunt. Hinc Virgil. *Georg.* lib. I, 147 sq.:

Prima Ceres ferro mortales vertere terram
Instituit, cum jam glandes atque arbuta sacræ
Deficerent silvæ, et victum Dodona negaret.
Mox et frumentis labor additus...

(82) *Πλεῖον ἀλγεῖν.* Cod. et Combef. πλέον ἀλγεῖν. Montac. et Morel. πλείονα λέγειν.

(83) *Περιλαμπούσης.* Cod. et Combef. διαλαμπούσης.

(84) *Τὰ παιδείας ἄξια.* Ita legimus cum Combef. Edit. τὰ μὴ παιδιᾶς ἄξια, *in rebus minime ludicris.*

(85) *Αὐτὴν σῶζε.* Montac. et Combef. αὐτήν σου σῶζε.

(86) *Κατὰ τὴν μαγνῆτιν.* De magnete lapide vide Plin. lib. XXXVI, cap. 16, ubi varias ejus species commemorat.

(87) Alias CLVI. Scripta eodem circiter tempore.

(88) *Ἀεὶ σὺ παρ' ἡμῖν ὁ καλός.* Ita cod. Reg. et Combef., sicque legit Bill.; at Montac. ἀεί σοι παρ' ἡμῶν. Verum mendose, ait Morel.; nam quem vidit cod. receptam tuetur lectionem habetque καλός.

Digitized by Google

lius utrique nostrum hoc fuerit. Id autem per epistolas, quas ad nos mittes, planum facies. Nam hoc unum licet.

ἔχοι (89). Δηλώσεις δὲ τοῦτο δι' ἐπιστολῶν, ἃς ἐπιστελεῖς (90) ἡμῖν· ὃ μόνον ἐνδέχεται.

XCVIII. AD EOS QUI REMPUBLICAM ADMINISTRANT.

ιΗ'. ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΕΥΟΜΕΝΟΥΣ (91).

Acriter objurgat Nazianzenos tributorum exactores, qui diaconum sibi charum, titulo capellæ martyrum insignitum, vectigalem fecerant. Videtur Tillemontio (91) hæc epistola eodem tempore, quo superiores, scripta. Theotecnum, de quo in ea agitur, incertum est, an ille sit, ad quem exstat Gregorii epistola.*

Vos mihi ne a Diogenis quidem Sinopensis pera, si vestra tempestate esset, temperaturi esse videmini, verum ipsi quoque manum injecturi, artem ipsi objicientes, **82** pallium, baculum, et hoc ipsum quod ex philosophiæ præscripto nihil possideret, verum nunc in hanc, nunc in illam domum commearet, temere, atque ut sors ferebat, victitans : quippe cum fratri quoque Theotecno damnum ex artibus irrogare conemini. Quid primum, aut quid maximum dicam ex iis, quæ juste pro eo proferri possunt? An quod diaconus est? An quod inops? An quod extraneus atque ad alios potius quam ad nos attinens? An quod vita et moribus venerabilis, ac martyrum sacerdos et inquilinus? Quin ne illud quidem vos fugit, quod etiam ultra vires hospitalitatis studium colit. Atque hoc unum fortasse peccat, quod unus ex omnibus, qui illic sunt, benignitatis officiis se dedere nititur. Horum quodnam maximum sit, vos ipsi perpendite. Homini autem his omnibus de causis parcite, ne alioqui exiguum fisco commodum afferentes, magnum ipsi detrimentum accipiatis, nudum, ut dici solet, non vestientes, sed exuentes.

Ὑμεῖς μοι δοκεῖτε, μηδ' ἂν τῆς Διογένους πήρας, εἰ καθ' ὑμᾶς ἦν, ἀποσχέσθαι τοῦ Σινωπέως (92), ἀλλὰ κἀκείνῳ τὰς χεῖρας ἐπιβαλεῖν, τέχνην ἐπικαλοῦντες αὐτῷ, τὸν τρίβωνα, καὶ τὴν βακτηρίαν, καὶ αὐτὸ τὸ κεκτῆσθαι μηδὲν ἐκ φιλοσοφίας (93), ἄλλοτε δὲ ἄλλῃ θύρᾳ προσφοιτᾷν εἰκῇ διαζῶντα καὶ ὅθεν ἔτυχεν· ὁπότε καὶ τῷ ἀδελφῷ Θεοτέκνῳ ζημίαν ἐπιβαλεῖν ἐπιχειρεῖτε τὴν ἐκ τῶν τεχνῶν. Τί πρῶτον, ἢ τί μέγιστον εἴπω τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίων (94); ὡς διάκονός ἐστιν, ἢ ὡς ἄπορος, ἢ ὡς ξένος, καὶ ἄλλοις (95) μᾶλλον ἡμῶν προσήκων, ἢ ὅτι τὸν βίον αἰδέσιμος, καὶ τῶν μαρτύρων ἱερεὺς καὶ πάροικος; Ἴστε δὲ ὅτι (96) καὶ ξενοτροφεῖ παρὰ δύναμιν. Καὶ τοῦτο ἴσως ἀδικεῖ μόνον, ὅτι μόνος τῶν αὐτόθι βιάζεται εἶναι χρηστός (97). Τούτων δ' τι μὲν μέγιστόν ἐστιν, αὐτοὶ κρίνατε. Τῷ δὲ ἀνθρώπῳ διὰ πάντα συγχωρήσατε, μὴ δόξητε μικρὰ τὸ κοινὸν ὠφελοῦντες, μεγάλα ζημιοῦσθαι (98) αὐτοί, γυμνὸν, ὃ δὴ λέγεται (99), μὴ ἀμφιεννύντες, ἀλλ' ἀποδύοντες.

XCIX. HOMOPHRONIO.

ιθ'. ΟΜΟΦΡΟΝΙΩ (1).

Laudat anachoreticæ vitæ deditum, optatque ut sic ad Deum cogentes mali bonis benefaciant.

Audio te animo deditum esse vitæ anachoreticæ; atque utinam nobis ilias Joannes Baptista, aut etiam Elias Carmeli incola; et in hoc solo nos lædant qui oderunt nos, quod eum Deo conjungant, et sincere rebus cœlestibus addicant, negotiis et tumultibus liberatos : ut inviti quoque benefaciant nobis, quandoquidem volentes nequeunt.

Πυνθάνομαί σε ἀναχωρητικῶς ἔχειν, καὶ εἴθε γένοιο ἡμῖν Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς (2), ἢ καὶ Ἠλίας ὁ τοῦ Καρμήλου· καὶ τοῦτο μόνον ἀδικήσαιεν ἡμᾶς (3) οἱ μισοῦντες, τὸ πρὸς Θεὸν συναγαγεῖν καὶ δοῦναι γνησίως τοῖς ἄνω (4), πραγμάτων καὶ θορύβων ἀπαλλαγέντας· ἵν' ἄκοντες γοῦν εὖ ποιῶσιν ἡμᾶς ἐπεὶ μὴ ἑκόντες δύνανται.

(89) *Ἄμεινον ἂν ἀμφοτέροις ἔχοι.* Ita cod. Reg., Pass. et Combef.; Montac. et Morel. ἔχῃ. In edit. deest ἄν.

(90) *Ἐπιστελεῖς.* Ita cod. ac Bill. In edit. ἐπιστέλλεις.

(91) Alias CXCVII. Scripta eodem circiter tempore. — *Πρὸς τοὺς πολιτευομένους.* Combef. : *Ad magistratus eos qui civitatem administrant.*

(91*) Tom. I, p. 789.

(92) *Σινωπέως.* Ita cod. In edit Συνωπέως. Mox, cod. Reg. et Combef. κἀκείνῳ ἂν τάς.

(93) *Ἐκ φιλοσοφίας.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐκ τῆς φιλοσοφίας.

(94) *Τῶν ὑπὲρ αὐτοῦ δικαίων.* Combef., *Ex iis quibus jus illius statuatur.*

(95) *Καὶ ἄλλοις.* Ita cod. Reg., Montac., Morel., Bill. et Combef. In edit. καὶ ἄλλοι.

(96) *Ἴστε δὲ ὅτι.* Ita iid. In edit. ἴστε δὲ ὅγε.

(97) *Βιάζεται εἶναι χρηστός.* Ita cod Reg., Montac., Morel., Combef. et Bill. qui vertit, *Benignitatis officia sibi per vim arrogat.*; Combef. autem : *Benignitatis officiis studet, impenditur.* In edit. βιάζεσθαι.

(98) *Ζημιοῦσθαι.* Ita cod. Reg., Morel. et Combef. In edit. ζημιοῦσθε.

(99) *Γυμνὸν, ὃ δὴ λέγεται*, etc. *Nudo vestimenta detrahere*, adagium est apud Erasmum, et usurpatur pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat.

(1) Alias CCXXXVII. Scripta anno exeunte 381, vel magis ineunte 382. — *Ὁμοφρονίῳ.* Hanc epistolam, nescio qua ductus ratione, ad Gigantium seu Sigantium scriptam narrat Tillemontius. Ita Bill.

(2) *Ἰωάννης ὁ Βαπτιστής.* Cod. Reg. Ἰώνας, καὶ Βαπτιστής.

(3) *Ἀδικήσαιεν ἡμᾶς.* Ita cod. Reg. 2022 In edit. ἡμᾶς deest.

(4) *Δοῦναι γνησίως τοῖς ἄνω.* Morel. : *Legitimis dent suoris et cœlestibus.*

Digitized by Google

Γ'. ΓΙΓΑΝΤΙΩ (5).

C. GIGANTIO.

Quis sit ille Gigantius, quem in carminibus parte II, epigram. 2, Sigantium appellat, non novimus. Inter ærumnas gaudio superabundat Gregorius, quod dignus sit habitus præco fieri veritatis, solaque ipsi firma familiaritas cum iis qui sic affecti sunt.

Ἥσθην τῇ κλήσει, ὑπερήσθην οἷς γράφεις, οὐχ A ὅτι ἐπαινούμεθα (μικρὸν γὰρ), ἀλλ' ὅτι φρονεῖς ὀρθῶς· καὶ δεσμός σοι τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης ἡ τῶν αὐτῶν ἐλπὶς, καὶ ἡ γνησία τῆς Τριάδος προσκύνησις, ἣν φθεγγόμεθα μᾶλλον ἢ ἀναπνέομεν, καὶ μετὰ κινδύνων, καὶ ἀκινδύνως (6)· τὰ μὲν ἄλλα διδόντες τοῖς καιροῖς, ὡς ἂν βούλωνται (7), περιφέρειν, τοῦτο δὲ ἀκίνητον ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχοντες, τὸν μόνον ἄφθονον θησαυρὸν, καὶ ὄντως ἡμέτερον· ὡς ἔγωγε, ὅταν τ' ἄλλα ἐνθυμηθῶ, καὶ ὅσαι θλίψεις αἱ μὲν περιέσχον ἡμᾶς, αἱ δὲ περιέχουσι, καὶ τὴν ἀνωμαλίαν τῶν ἄνω καὶ κάτω στροβούντων ἡμᾶς κακῶν (8), καὶ τὸν πόλεμον ὃν πολεμούμεθα ὑπὸ πάντων, οὐδὲν ἀδικοῦντες, πρὸς τοῦτο δὲ ἀποβλέψω μόνον, ὅτι κήρυξ γενέσθαι τῆς ἀληθείας κατηξιώθην, παρερριμμένης τε καὶ ἀπεπτυσμένης ἐν τῇ B ἐρήμῳ (9) διδασκαλίας ὑγιαινούσης, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· μικρὸν εἰπεῖν, ὅτι λύω πᾶσαν ἀδημονίαν, ἀλλὰ καὶ ὑπερήδομαι (10), ὡς μειζόνων ἢ κατ' ἐμαυτὸν ἠξιωμένος. Πρὸς οὖν τί ταῦτα (11) γράφω; Ἵν' ἐκεῖνο δηλώσω, ὅτι μόνη μοι βεβαία φιλία καὶ οἰκείωσις πρὸς τοὺς οὕτως ἔχοντας. Τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων (12) τίς ἂν ἑκὼν ἀπολείποιτο εὖ φρονῶν; τίς δὲ μείζων ἑορτὴ τοῦ τοιούτοις συνεορτάζειν (13); Εἰ δὲ ἡ ἀῤῥωστία, καὶ ὁ χειμὼν ἐμποδίζει τὴν προθυμίαν, οἶσω μὲν αὐτὸς τὴν ζημίαν· συγγινώσκετε (14) δὲ ὑμεῖς, καὶ καιρὸν ἄλλον συντυχίας ἡμῖν ἐπεύχεσθε.

Gavisus sum vocatione: iis, quæ scribis, lætitia gestii, non quod laudemur (parum enim est), sed quia recte sentis, et vinculum tuæ erga nos charitatis, eorumdem spes est, et germana Trinitatis adoratio, quam enuntiamus magis quam spiramus, et cum periculo, et extra aleam periculi; cum cætera temporibus permittamus, ut ea, quomodo voluerint, versent ac circumferant; hoc autem immutabile in animis habemus, solum invidiæ expertem **83** thesaurum et vere nostrum: quare quidem ego cum alia mente agito et quot ærumnæ partim circumdederint nos, partim circundent, et inæqualitatem malorum quæ nos sursum deorsumque exagitant, et bellum quo urgemur ab omnibus, nullam inferentes injuriam, tumque ad hoc B unum specto, quod dignus habitus sim fieri præco veritatis, cum projecta esset ac despecta in terra deserta, et invia, et inaquosa, ut scriptum est [39], sana doctrina: prope dixerim, omnem anxietatem excutio, sed et gaudio superabundo, ut majoribus, quam conditio mea postulet, honoratus. Ad quid igitur hæc scribo? ut illud declarem, solam mihi firmam esse amicitiam et familiaritatem cum iis qui ita se habent. Ecquis vero sani capitis, iis sponte desit, qui sic animis comparati sunt? Quæ major solemnitas, quam cum talibus festum celebrare? Quod si infirmitas et hiberna tempestas prohibeat alacritatem, feram sane ipse damnum, vos autem condonate, et aliam congressus occasionem C nobis apprecamini.

—

MONITUM.

Insignes sunt præ cæteris duæ Gregorii ad Cledonium presbyterum epistolæ, quæ hactenus inter orationes numeratæ sunt, et 50 et 51 sedes occuparunt.

Prioris epistolæ pars magna in Ephesino concilio (15) *honorifice cum hac præfatione laudatur:* Gregorii magni sanctissimi episcopi Nazianzeni, *etc. In concilio quoque Chalcedonensi* (16) *tanquam* propria *concilii totius ab eoque adoptata* profertur; *ab innumeris scriptoribus citantur epistolæ illæ ad Cledonium: a Joanne Maxentio, a Petro Diacono, a Justiniano Augusto, a Theodoreto, etc. Ambæ illæ epistolæ plaustra conviciorum et contumeliarum ab hæreticis, quorum errores in iis refelluntur, Gregorio meruerunt. Non enim tantum prava Apollinaristarum jam nata, verum etiam Nestorii et Eutychetis dogmata, priusquam nascerentur, profliguntur. Scripsit has epistolas Gregorius haud Constantinopoli, ut visum est Eliæ Cretensi, sed Arianzi, ubi abdicata sede Constantinopolitana versabatur. Quod*

[39] Psal. LXII, 3.

(5) Alias CCXXXIX. Scripta anno 382.

(6) *Καὶ ἀκινδύνως.* Cod. 2022 ἢ ἀκινδύνως.

(7) *Ὡς ἂν βούλωνται.* Cod. id. ὡς ἂν βούλοιντο.

(8) *Στροβούντων ἡμᾶς κακῶν.* In cod. Reg. κακῶν deest.

(9) *Ἐν τῇ ἐρήμῳ.* Cod. Reg. ἐν γῇ ἐρήμῳ. Vertit Morel.: *Tum ad hoc tantum specto quod præconio veritatis dignus sim habitus, quæ projicitur et exspuitur in deserto doctrinæ sanæ, in invio loco et aqua destituto.*

(10) *Καὶ ὑπερήδομαι.* Morel.: *Et gaudio delibutus sum.* Videntur hæc exsultantis Gregorii, ait Com- D bef., de suscitata Constantinopoli vera fide et orthodoxa.

(11) *Πρὸς οὖν τί ταῦτα.* Ita codd. nostri. In edit. πρὸς οὖν σε ταῦτα, *igitur hæc ad te scribo.*

(12) *Τῶν δὲ οὕτως ἐχόντων*, etc. Morel.: *Ecquis vero libens et prudens desereret ita affectos?*

(13) *Συνεορτάζειν.* Ita codd. nostri. In edit. ἑορτάζειν.

(14) *Συγγινώσκετε.* Cod. Reg. συγγινώσκοιτε.

(15) Tom. III *Conc.*, p. 514.

(16) Tom. IV, p. 826, 827, 850.

Digitized by Google

quidem vel inde constat, quod cum Apollinaristis, quos exagitat, controversiam non habuit, nisi postquam Constantinopoli rediit.

Scripta itaque prima epistola, cum Apollinaristæ, quos furantes raptantesque Nazianzenas oves Gregorius Nazianzum reversus inveniens, ea spe pertulerat, ut lenitate sua mansuetos redderet ac placidos, paulatimque emolliret, hinc pejores effecti, non modo simplicioribus animis pravam suam doctrinam infundere, sed Gregorium etiam tanquam idem secum sentientem ausi sunt insimulare. Tum vero Gregorius, ne malum latius grassaretur, scribere coactus est. Ne nunc quidem, *inquit*, credas mihi velim, scripsissemus, nisi Ecclesiam lacerari atque discindi videremus. *Sic veteres non nisi necessitate compulsi calamum stringebant. Neque alius epistolarum ad Cledonium scopus, aut alia occasio, nisi quod secundam in gratiam Catholicorum magis scripsisse videatur, seu de fide Theologi nonnihil illi dubitarent, seu, ut placet Eliæ, id tantum peterent,* ut regulam fidei quamdam et canonem haberent, ad quæ pravas hæreticorum *doctrinas exigerent. Porro Cledonius, ad quem utraque scripta est, is ipse est, ut videtur, quem Nazianzenæ diœceseos solitarium principem Hellenio commendans miris Theologus effert laudibus; qui Gregorii Testamento presbyter Iconii subscripsit. Ipsis constat litteris, Cledonium, ad quem scriptæ sunt, presbyterum fuisse, eumque pietate ac fide insignem; cujus erat in Ecclesia* docere *et* coarguere, pravumque dogma ne serperet advigilare, *etc.* — *Hæreticorum novandi libido, fraudesque ut simpliciores decipiant: circa Trinitatem et Filii Dei incarnationem Christianum dogma: Apollinaristarum maxime errores et figmenta insectatur Gregorius et tentat comprimere, petitque a Cledonio ut quæ ipsi scribit, hæc apud multitudinem velit attestari.*

CI. *AD CLEDONIUM PRESBYTERUM CONTRA APOLLINARIUM*

EPISTOLA I.

Perquam honorando ac Deo charissimo fratri et compresbytero Cledonio, Gregorius in Christo gaudere.

Scire cupimus, quænam hæc tanta sit circa Ecclesiam novandi libido, ut cuivis volenti [39*], atque, ut Scripturæ vocabulo utar, **84** prætergredienti, ovile præclare ductum et institutum discerpere, ac per furtivos impetus, vel potius prædatorias et absurdas doctrinas diripere liceat. Nam si quid haberent, quod in nobis circa fidem improbare ac condemnare possent, qui nunc impetum fecerunt, ne sic quidem tamen, nobis non admonitis, hujusmodi facinus aggredi par erat. Prius enim, vel persuadere, vel persuaderi velle oportebat (si modo nos quoque aliquo et numero sumus, ut qui Deum metuamus, et pro fidei defensione magnos labores subierimus, deque Ecclesia bene meriti simus), ac tum, si tum etiam, res novas moliri; sed tamen hac ratione petulantibus et contumeliosis hominibus aliqua fortassis excusatio suppeteret. Postquam autem fides nostra, et scriptis consignata, et verbis expressa, et hic et longius, et in periculis et in tranquillitate prædicata est, quonam pacto illi quidem res hujusmodi tentant, hi autem quietem agunt?

Nec vero adhuc illud indignum censendum est (quamvis utique grave atque indignum sit), quod homines isti pravam suam sententiam simplicioribus animis per versutiores et improbiores infundunt, sed quod de nobis falso comminiscuntur, tanquam idem ac illi sentiamus et sapiamus, escam videlicet hamo circumdantes, improbeque per hunc obtentum cupiditatem suam explen-

[39*] Psal. LXXIX, 13.

ΡΑ'. *ΠΡΟΣ ΚΛΗΔΟΝΙΟΝ ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΝ ΚΑΤΑ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ*

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α' (17).

Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ (18) καὶ συμπρεσβυτέρῳ Κλήδονίῳ Γρηγόριος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

Βουλόμεθα (19) μαθεῖν, τίς ἡ καινοτομία περὶ τὴν Ἐκκλησίαν, ἵν' ἐξῇ παντὶ βουλομένῳ καὶ παραπορευομένῳ, κατὰ τὸ γεγραμμένον, διασπᾶν τὴν ποίμνην καλῶς ἠγμένην, καὶ συλαγωγεῖν κλοπιμαίοις ἐφόδοις, μᾶλλον δὲ ληστρικοῖς καὶ παραλόγοις διδάγμασιν. Εἰ μὲν γὰρ εἶχόν τι καταγινώσκειν ἡμῶν περὶ τὴν πίστιν οἱ νῦν ἐπελθόντες (20), οὐδ' οὕτω μὲν χωρὶς ὑπομνήσεως ἡμῶν ἔδει τὰ τοιαῦτα τολμᾶν. Πεῖσαι γὰρ ἐχρῆν ἢ πεισθῆναι θελῆσαι πρότερον (εἴπερ τις καὶ ἡμῶν λόγος, ὡς τὸν Θεὸν φοβουμένων καὶ κοπιασάντων ὑπὲρ τοῦ λόγου, καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ὠφελησάντων), καὶ τότε, εἴπερ ἄρα, καινοτομεῖν, πλὴν καὶ ἀπολογία τις ἦν ἴσως τοῖς ὑβρισταῖς. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως, καὶ ἐνταῦθα καὶ πορρώτερω, καὶ μετὰ κινδύνων (21) καὶ ἀκινδύνως, ἡ πίστις ἡμῶν κεκήρυκται, πῶς οἱ μὲν ἐγχειροῦσι τοῖς τοιούτοις, οἱ δὲ ἡσυχάζουσι (22);

Καὶ οὐχὶ τοῦτό πω δεινόν, καίπερ ὂν δεινόν, εἰ τὴν ἑαυτῶν κακοδοξίαν (23) ἄνθρωποι ταῖς ἀκεραιοτέραις ψυχαῖς διὰ τῶν κακουργοτέρων ἐναποτίθενται (24), ἀλλ' ὅτι καὶ ἡμῶν καταψεύδονται, ὡς ὁμοδόξων καὶ ὁμοφρόνων, τῷ χαλκῷ τὸ δέλεαρ περιβάλλοντες, καὶ διὰ τοῦ προσχήματος τούτου τὸ ἑαυτῶν θέλημα κακῶς ἐκπληροῦντες, καὶ τὴν ἁπλότητα ἡμῶν, ἐξ ἧς ἀδελφικῶς αὐτοὺς ἐωρῶμεν, καὶ

(17) Alias orat. L. Scripta anno 382. — *Ἐπιστολὴ α'.* Colb. 3 κατὰ Ἀπολλιναρίου λόγος β'. Morel. λόγος α'.

(18) *Θεοφιλεστάτῳ ἀδελφῷ* In cod. Reg. B et Orat. 2 deest ἀδελφῷ.

(19) *Βουλόμεθα.* Combef. βούλομαι.

(20) *Νῦν ἐπελθόντες.* Montac., Morel. ac Combef. ἐπεισελθόντες.

(21) *Μετὰ κινδύνων*, etc. Colb. 3, μετὰ κινδύνου, καὶ ἄνευ κινδύνου.

(22) *Οἱ δὲ ἡσυχάζουσι.* Combef. *illi autem silent.*

(23) *Κακοδοξίαν.* Ita Colb. 5, et in quibusdam edit. Habent nonnulli κενοδοξίαν, *vanam suam sententiam.*

(24) *Ἐναποτίθενται.* Montac., Morel. ac Combef. legunt ἐναποτίθενται λόγων, *per versutiores fallacioresque sermones infundunt.* Mox vertit Bill.: *Sed quod nos etiam insimulant, tanquam idem sentientes et eodem modo affectos.*

Digitized by Google

οὐκ ἀλλοτρίως, κακίας ἐφόδιον ποιησάμενοι· οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' ὅτι καὶ ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου (25) δεδέχθαι φασὶν, ὡς πυνθάνομαι, ὑφ' ἧς τὸ πρότερον ἦσαν κατακριθέντες, ὡς πᾶσιν εὔδηλον. Εἰ μὲν οὖν ἐδέχθησαν ἢ νῦν ἢ πρότερον οἱ τὰ Ἀπολλιναρίου φρονοῦντες, τοῦτο δειξάτωσαν, καὶ ἡμεῖς στέρξομεν. Δῆλον γὰρ (26), ὅτι τῷ ὀρθῷ λόγῳ συνθέμενοι· οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται (27) ἄλλως, εἰ τούτου τετυχήκασι. Δείξουσι δὲ πάντως, ἢ διὰ τόμου συνοδικοῦ, ἢ δι' ἐπιστολῶν κοινωνικῶν· οὗτος γὰρ τῶν συνόδων ὁ νόμος. Εἰ δὲ λόγος τοῦτό ἐστι καὶ ἀναπλασμὸς, εὐπρεπείας ἕνεκεν αὐτοῖς καὶ πιθανότητος τῆς πρὸς τοὺς πολλοὺς εὑρημένος διὰ τὸ τῶν προσώπων ἀξιόπιστον, δίδαξον αὐτοὺς ἠρεμεῖν, καὶ διέλεγχε. Τῇ γὰρ σῇ πολιτείᾳ καὶ ὀρθοδοξίᾳ τοῦτο πρέπειν ὑπολαμβάνομεν.

A tes, ac simplicitatem nostram, qua fiebat, ut fraterno affectu, non autem alieno animo eos aspiceremus, in pravitatis occasionem et subsidium arripientes. Ad quam indignitatem illud etiam accedit, quod ab occidentali synodo sese, ut audio, susceptos esse aiunt, a qua prius fuerant condemnati, ut cuivis est exploratum. Ac quidem, si vel nunc, vel ante suscepti sunt, qui Apollinarii placita sectantur, hoc ostendant, et nos acquiescemus. Perspicuum est enim eos, ut rectæ doctrinæ assentientes, susceptos fuisse : nec enim aliter se res habere potest, si hoc consecuti sunt. Omnino autem ostendent, vel per synodalem libellum, vel per epistolas communionis indices : nam hic synodorum mos est. Si autem hoc merus est sermo ac figmentum, B speciosi cujusdam decoris causa, et ut fidem sibi ob personarum auctoritatem apud multitudinem concilient, ab ipsis excogitatum, **85** quiescere ipsos doce, ac coargue. Tuæ quippe vitæ rationi ac rectæ fidei hoc convenire existimamus.

Μὴ ἀπατάτωσαν οἱ ἄνθρωποι, μηδὲ ἀπατάσθωσαν, ἄνθρωπον ἄνουν δεχόμενοι τὸν Κυριακὸν (28), ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μᾶλλον δὲ τὸν Κύριον ἡμῶν καὶ Θεόν. Οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον χωρίζομεν τῆς θεότητος, ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δογματίζομεν, πρότερον μὲν οὐκ ἄνθρωπον, ἀλλὰ Θεὸν καὶ Υἱὸν μόνον (29) προαιώνιον, ἀμιγῆ σώματος, καὶ τῶν ὅσα σώματος, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ ἄνθρωπον, προσληφθέντα ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, παθητὸν σαρκὶ, ἀπαθῆ θεότητι, περιγραπτὸν σώματι, ἀπερίγραπτον πνεύματι, τὸν αὐτὸν ἐπίγειον καὶ οὐράνιον, ὁρώμενον καὶ νοούμενον, χωρητὸν καὶ ἀχώρητον, ἵν' ὅλῳ ἀνθρώπῳ τῷ C αὐτῷ καὶ Θεῷ ὅλος ἄνθρωπος ἀναπλασθῇ πεσὼν ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν.

Ne homines isti alios decipiant, vicissimque ipsi decipiantur, hominem Dominicum, ut ipsi loquuntur, vel potius Dominum nostrum et Deum, mentis expertem esse asserentes. Neque enim hominem a divinitate separamus, sed unum et eumdem profitemur, prius quidem non hominem, sed Deum et Filium unicum, ac sæculis omnibus antiquiorem, a corpore rebusque omnibus corporeis purum et secretum; in fine autem etiam hominem, propter salutem nostram assumptum, carne passibilem, divinitate impassibilem, corpore circumscriptum, spiritu incircumscriptum, terrenum eumdem et cœlestem, visibilem et intelligibilem, comprehensibilem et incomprehensibilem ; ut per eumdem, totum hominem simul ac Deum, totus homo in peccatum lapsus refingatur.

Εἴ τις οὐ Θεοτόκον τὴν ἁγίαν Μαρίαν (30) ὑπολαμβάνει, χωρὶς ἐστὶ (31) τῆς Θεότητος. Εἴ τις ὡς διὰ σωλῆνος τῆς Παρθένου δραμεῖν (32), ἀλλὰ μὴ ἐν αὐτῇ διαπεπλάσθαι λέγοι θεϊκῶς ἅμα καὶ ἀνθρωπικῶς· θεϊκῶς μὲν, ὅτι χωρὶς ἀνδρός· ἀνθρωπικῶς δὲ, ὅτι νόμῳ κυήσεως (33), ὁμοίως ἄθεος. Εἴ τις διαπεπλάσθαι τὸν ἄνθρωπον, εἶθ' ὑποδεδυκέναι (34)

Si quis sanctam Mariam Deiparam non credit, extra divinitatem est. Si quis Christum per Virginem tanquam per canalem fluxisse, non autem in ea divino simul et humano modo formatum esse dixerit, divino, quia absque viri opera; humano, quia humani conceptus lege, æque atheus est. Si quis formatum hominem fuisse, Deumque postea

(25) *Ὑπὸ τῆς δυτικῆς συνόδου.* Damasus urbis Romæ episcopus et Petrus Alexandrinus, cum Apollinarii hæresim latius serpere agnovissent, coacto Romæ concilio, alienam eam esse ab Ecclesia universali statuerunt, ut scribit Nicephor lib. XI, cap. D 12, ubi multa de Apollinario et illius a fide orthodoxa defectione. Romanum illud concilium occidentalem synodum hic videtur intelligere. Hæc Bill.

(26) *Δῆλον γάρ*, etc. Combef. *Liquet enim eu ratione receptos fuisse, quod rectæ fidei assensum præbuerint.*

(27) *Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται.* Colb. 3, οὐδὲ γὰρ ἐνεδέχετο.

(28) *Ἄνθρωπον... Κυριακόν. Hominem Dominicum.* Hanc vocem bene reprobat Gregorius : ea tamen usi sunt nonnulli Patrum; at non immerito, altius animum attendentibus ipsis postea displicuit. Sic Augustino qui de illa *Retract.* lib. I, cap. 19 ait : *Non video utrum recte dicatur homo Dominicus, qui est mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus, cum sit utique Dominus. Dominicus autem homo quis in ejus sancta familia non potest dici?*

Et hoc quidem ut dicerem, apud quosdam legi tractatores catholicos divinorum eloquiorum. Sed ubicunque hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippe vidi non esse dicendum, quamvis nonnulla possit ratione defendi.

(29) *Καὶ Υἱὸν μόνον.* Ita cod. Reg. B, Orat 2, Colb. 3, 6, 9, Morel. ac Combef. In edit. καὶ Υἱὸν μονογενῆ, *et Filium unigenitum.*

(30) *Τὴν ἁγίαν Μαρίαν.* Ita Montac., Morel. et Combef. In edit. ἁγίαν deest.

(31) *Χωρὶς ἐστί.* Cod. Reg. B, Orat. 2, Colb. 3, χωρὶς ἔσται. Colb. 9, χωρὶς ἔστω.

(32) *Δραμεῖν.* Montac., Morel. ac Combef. διαδραμεῖν, *transiisse, excurrisse.*

(33) *Νόμῳ κυήσεως.* Bill., *juxta pariendi consuetudinem ;* at melius Combef., *juxta humani conceptus legem*, quod utero gestatus, et ad justam molem per incrementa perductus.

(34) *Εἶθ' ὑποδεδυκέναι*, *Deumque postea subiisse*, quasi jam exsistenti homini deitas accesserit, non in ipso Deo exsistentiam ac subsistentiam primo ortu humanitas nacta sit.

Digitized by Google

subiisse dicat, damnationi obnoxius est. Hoc enim non Dei generatio fuerit, sed generationis fuga. Si quis duos filios, alterum ex Deo et Patre, alterum ex matre, non autem unum atque eumdem induxerit, is ab ea quoque filiorum adoptione [40] excidat, quæ recte credentibus promissa est. Quamvis enim duæ naturæ sint Deus et homo, quippe qui anima sit et corpus, non tamen duo filii et dii : quemadmodum ne hic quidem duo homines, tametsi Paulus ad hunc modum internam et externam hominis partem appellaverit [41]. Atque, ut paucis rem complectar, aliud quidem atque aliud sunt ea, ex quibus Salvator, **86** (quippe cum non idem sit quod cerni non potest, cum eo quod in aspectum cadit; et quod temporis expers est, cum eo quod tempori subest) : non tamen alius atque alius : absit. Ambo enim hæc connexione unum sunt, Deo nimirum humanitatem, atque homine divinitatem suscipiente, aut quocunque tandem nomine quispiam uti malit. Porro aliud et aliud dico, contra quam in Trinitate fes habet. Illic enim alius atque alius, ne personis confundamus : non autem aliud atque aliud, quoniam tria quoad divinitatem unum et idem sunt.

A λέγοι Θεὸν, κατάκριτος. Οὐ γὰρ γέννησις Θεοῦ τοῦτό ἐστιν, ἀλλὰ φυγὴ γεννήσεως. Εἴ τις εἰσάγει δύο Υἱοὺς, ἕνα μὲν τὸν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, δεύτερον δὲ τὸν ἐκ τῆς μητρὸς, ἀλλ' οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν, καὶ τῆς υἱοθεσίας ἐκπέσοι τῆς ἐπηγγελμένης τοῖς ὀρθῶς πιστεύουσι. Φύσεις μὲν γὰρ δύο Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα (35)· υἱοὶ δὲ οὐ δύο, οὐδὲ Θεοί. Οὐδὲ γὰρ ἐνταῦθα δύο ἄνθρωποι, εἰ καὶ οὕτως ὁ Παῦλος τὸ ἐντὸς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ ἐκτὸς προσηγόρευσε. Καὶ εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, ἄλλο μὲν καὶ ἄλλο τὰ ἐξ ὧν ὁ Σωτὴρ (εἴπερ μὴ ταυτὸν τὸ ἀόρατον τῷ ὁρατῷ, καὶ τὸ ἄχρονον τῷ ὑπὸ χρόνον), οὐκ ἄλλος δὲ καὶ ἄλλος· μὴ γένοιτο. Τὰ γὰρ ἀμφότερα ἓν τῇ συγκράσει (36), Θεοῦ μὲν ἐνανθρωπήσαντος, ἀνθρώπου δὲ θεωθέντος, ἢ ὅπως ἂν τις ὀνομάσειε. Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο (37), ἔμπαλιν ἢ B ἐπὶ τῆς Τριάδος ἔχει. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἵνα μὴ τὰς ὑποστάσεις συγχέωμεν· οὐκ ἄλλο δὲ καὶ ἄλλο, ἓν γὰρ τὰ τρία καὶ ταυτὸν τῇ θεότητι.

Si quis divinitatem in eo, velut in propheta, per grátiam operatam fuisse, non autem secundum essentiam copulatam fuisse atque copulari dixerit, a præstantiori afflatu vacuus sit, imo contrario impleatur. Si quis crucifixum non adorat, anathema sit, atque in eorum qui Deum interemerunt numerum ascribatur. Si quis eum ex operibus perfectum fuisse, aut post baptismum, vel resurrectionem a mortuis, in filium adoptatum dixerit, quemad-

Εἴ τις, ὡς ἐν προφήτῃ, λέγοι κατὰ χάριν ἐνηργηκέναι, ἀλλὰ μὴ κατ' οὐσίαν συνῆφθαί τε καὶ συνάπτεσθαι, εἴη κενὸς τῆς κρείττονος ἐνεργείας, μᾶλλον δὲ πλήρης τῆς ἐναντίας. Εἴ τις μὴ προσκυνεῖ τὸν ἐσταυρωμένον, ἀνάθεμα ἔστω, καὶ τετάχθω μετὰ τῶν θεοκτόνων (38. Εἴ τις ἐξ ἔργων τετελειωμένον, ἢ μετὰ τὸ βάπτισμα, ἢ μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν υἱοθεσίας ἠξιῶσθαι λέγοι, καθάπερ οὖς Ἕλληνες παρεγγράπτους εἰσάγουσιν (39), ἀνάθεμα ἔστω. Τὸ

[40] Ephes. I, 5. [41] I Cor. XV, 45; II Cor. IV, 16; Ephes. III, 16.

(35) *Ἐπεὶ καὶ ψυχὴ καὶ σῶμα, qui quidem homo et anima est et corpus.* Ea est enim humana natura de qua Gregorio controversia cum Apollinaristis. Nec bene Bill : *Quemadmodum et anima et corpus.* Num duæ naturæ? at sensus hic falsum sonat. Anima namque et corpus partes sunt unius humanæ naturæ, et his Christus, humana natura homo est, ut et divinitate Deus. *Novimus et tenemus*, inquit S August., serm. 174, *mediatorem Dei et hominum, hominem Christum Jesum, in quantum homo erat, ejus esse naturæ cujus et nos sumus. . Et sicut tu unus homo, anima es et caro, sic et ille unus Christus, Deus et homo.*

(36) *Ἐν τῇ συγκράσει.* Combef : *Ambo coadunatione unum sunt.* Addit autem : σύγκρασιν *contemperationem* dicit Cicero. Quæ vox post Eutychen exponenda ut commercium illud divinitatis et humanitatis in uno Christo significet, integra utraque substantia : illa *coadunatione* Deus homo factus est, et homo deitate imbutus eoque Deus.

(37) *Λέγω δὲ ἄλλο καὶ ἄλλο.* Alius est Pater, ait Bill., alius Filius, alius Spiritus sanctus : tres enim distinctæ personæ sunt; at non aliud sunt. Una enim substantia est. In Christo autem alia est divina, alia humana natura : non tamen alius, atque alius Christus. Sic Augustinus lib. XI *De civitate Dei*, cap. 10, istorum duorum vocabulorum *alius* et *aliud* longe in ratione Trinitatis diversam esse significationem admonet. *Spiritus*, inquit, *Patris et Filii Spiritus sanctus propria quadam ratione hujus nominis in sacris Litteris nuncupatur. Alius est autem quam Pater et Filius : quia nec Pater est nec Filius; sed alius dixi, non aliud, quia et hoc pariter simplex pariterque bonum est, incommutabile et æternum.* Sic etiam Hilar. lib. II *De Trinitate : Alius*, inquit, *ab alio, quia Pater et Filius : non natura divinitatis alia et alia, quia ambo unum.*

(38) *Μετὰ τῶν θεοκτόνων.* Montac., Morel. et Combef. χριστοκτόνων, quam lectionem secutus est Bill., qui vertere non ausus est, *Deum interemerunt :* θεοκτόνων, quod tamen catholicum omnino. Profitemur enim unam in Christo ex duabus naturis, divina et humana, personam, et cum Ephesina synodo, part. I, c. 26, n. 4 : *Ipsum unigenitum Dei Filium ex Patre natum, etiamsi secundum propriam naturam impassibilis sit, nostri tamen causa mortem in carne secundum Scripturas passum esse, propriequе carnis afflictiones, quas nimirum in crucifixo corpore pertulit, citra illam sui passionem sibi adscivisse.* Nec aliud nos docet Apostolus Act. XX, Ephesinæ Ecclesiæ presbyteros alloquens : *Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere Ecclesiam Dei quam acquisivit sanguine suo.* Profusus igitur in redemptionem Ecclesiæ sanguis, sanguis est ipsius Dei, qui seipsum tradidit, ut sanguine suo acquireret, mundaret, sanctificaret, *exhiberetque ipse sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, sed ut sit sancta et immaculata* (*Ephes.* V, 27).

(39) *Παρεγγράπτους εἰσάγουσιν.* Momus apud Lucianum in dialogo cui titulus est : *Jupiter tragœdus*, his verbis utitur : *Ac mihi hoc loco, o Jupiter, soli enim sumus, nec ullus hominum in hoc cœtu est, præter unum Herculem, ac Dionysium et Ganymedem et Æsculapium qui nostri sunt et dii*

Digitized by Google

γὰρ ἠργμένην, ἢ προκόπτουσαν, ἢ τελειουμένην, οὐ Θεός, κἂν διὰ τὴν κατὰ μικρὸν ἀνάδειξιν οὕτω λέγηται. Εἴ τις ἀποτεθεῖσθαι νῦν τὴν ἁγίαν σάρκα (40) λέγοι, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν θεότητα τοῦ σώματος (41), ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι, καὶ ἔχειν, μὴ ἰδοὶ τὴν δόξαν τῆς παρουσίας αὐτοῦ (42). Ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσλαβόντος; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς Μανιχαίων λήρους (43) τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθειται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας· ἢ εἰς τὸν ἀέρα ἐχέθη καὶ διελύθη (44), ὡς φωνῆς φύσις, καὶ ὀδμῆς ῥύσις, καὶ ἀστραπῆς δρόμος οὐχ ἱσταμένης. Ποῦ δὲ καὶ τὸ ψηλαφηθῆναι αὐτὸν μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ἢ ὀφθήσεσθαί ποτε ὑπὸ τῶν ἐκκεντησάντων; θεότης γὰρ καθ' ἑαυτὴν ἀόρατος. Ἀλλ' ἔχει μὲν μετὰ τοῦ σώματος, ὡς ἐμὸς λόγος, τοιοῦτος δὲ οἷος ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ἐν τῷ ὄρει, ἢ παρεδείχθη, ὑπερνικώσης τὸ σαρκίον τῆς θεότητος. Ὥσπερ δὲ ταῦτα λέγομεν ἀποσκευαζόμενοι τὴν ὑπόνοιαν, οὕτω κἀκεῖνα γράφομεν διορθούμενοι τὴν καινοτομίαν.

modum quos Græci ascriptitios inducunt, anathema sit. Neque enim id, quod initium habuit, aut proficit, aut perficitur, Deus est : tametsi hæc de eo idcirco dicantur, quod paulatim sese patefecerit. Si quis sanctam carnem nunc depositam esse, nudamque ac corpore vacuam divinitatem esse, non autem cum assumpta carne, et esse, et venturam esse dixerit, adventus illius gloriam non cernat. Ubi enim nunc corpus fuerit, nisi cum ea natura, a qua assumptum est? Non enim scilicet juxta Manichæorum deliria **87** soli impositum est, ut per dedecus honoretur : aut in aerem fusum et dissolutum est, ut vocis natura, et odoris fluxio, et fulguris cursus minime consistentis. Ubi etiam illud ponemus quod ipse post resurrectionem contactus fuisse scribitur [48], aut ab iis, a quibus confixus est [49], aliquando videbitur? Divinitas enim per se oculorum obtutum fugit. Verum cum corpore quidem, ut sentio, veniet; talis autem, qualis discipulis in monte apparuit, aut obiter ostensus est [50], divinitate carnem superante. Quemadmodum autem hæc amoliendæ suspicionis causa dicimus, sic illa quoque corrigendi novi erroris studio scribimus.

Εἴ τις λέγοι τὴν σάρκα ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἀλλὰ μὴ ἐντεῦθεν εἶναι καὶ παρ' ἡμῶν, εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς (45), ἀνάθεμα ἔστω. Τὸ γὰρ, *Ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ἐξ οὐρανοῦ*, καὶ *Οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι*, καὶ, *Οὐδεὶς ἀναβέβηκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβὰς ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου*, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτο, νομιστέον λέγεσθαι διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν (46), ὥσπερ καὶ τὸ διὰ Χριστοῦ γεγονέναι τὰ πάντα, καὶ *κατοικεῖν Χριστὸν ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*, οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ (47), ἀλλὰ κατὰ τὸ νοούμενον, κιρναμένων ὥσπερ τῶν φύσεων, οὕτω δὴ καὶ τῶν κλήσεων, καὶ περιχωρουσῶν εἰς ἀλλήλας τῷ λόγῳ τῆς συμφυΐας.

Si quis carnem a cœlo descendisse, non autem hinc atque a nobis esse dixerit, etiamsi supra nos, anathema sit Illud enim, *Secundus homo de cœlo* [51], et, *Qualis cœlestis, tales et cœlestes* [52]; et, *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo Filius hominis* [53], et si quid aliud ejusdem generis, propter unionem cum cœlesti dici existimandum est : quemadmodum et illud, Per Christum omnia facta esse [54], et *Christum in cordibus vestris habitare* [55], non secundum id Dei, quod oculis cernitur, sed secundum id, quod intellectu percipitur, commistis videlicet, ut naturis, ita etiam nominibus, atque ob arctissimam conjunctionem inter se vicissim commeantibus.

Εἴ τις εἰς ἄνουν ἄνθρωπον ἠλπικεν, ἀνόητος ὄντως ἐστὶ, καὶ οὐκ ἄξιος ὅλως (48) σώζεσθαι. Τὸ γὰρ ἀπρόσληπτον, ἀθεράπευτον· ὃ δὲ ἥνωται τῷ Θεῷ,

Si quis in hominem mente carentem sperat, amens profecto est, nec dignus, cui omni ex parte salus afferatur. Nam quod assumptum non est,

[48] Luc. XXIV, 39. [49] Zach. XII, 10. [50] Matth. XVII, 2. [51] I Cor. XV, 47. [52] ibid. 48. [53] Joan. III, 13. [54] Joan. I, 3. [55] Ephes. III, 17.

ascriptitii, etc. Ascriptitios autem deos vocabant minorum gentium deos, qui ex hominibus in deorum ordinem cooptati fuerant. Cicero *De legibus* deos majorum gentium appellat qui semper cœlestes sunt habiti ; ascriptitios autem quos in cœlum merita vocaverunt. Hæc Bill.

(40) *Τὴν ἁγίαν σάρκα*. Ita Montac. et Morel. Sic et legit Bill. In edit. ἁγίαν deest.

(41) *Θεότητα τοῦ σώματος*. Ita Colb. 3, a, Montac. et Morel. At Colb. 9, θεότητα τοῦ προσλήμματος.

(42) *Παρουσίας αὐτοῦ*. Ita Montac. et Morel., sicque legit Bill. In edit. αὐτοῦ deest.

(43) *Κατὰ Μανιχαίων λήρους*. Manichæi, inquit Bill., Christi corpus in sole repositum esse nugabantur : ex illo David loco, psalm. XVIII, male intellecto errorem suum haurientes : *In sole posuit tabernaculum suum*. Vesanam autem et impiam illorum de sole opinionem vide apud August. *contra Faustum*. lib. XX, cap. 6. Athanas. lib. III *De assumptione hominis*, Manichæos *solicolas* vocat : Hermogeni tamen hanc hæresim tribuit Theodoretus.

(44) *Ἐχέθη καὶ διελύθη*. Colb. 3, ἐχέθη ἢ διελύθη, *fusum vel dissolutum est*.

(45) *Παρ' ἡμῶν εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς*. Ita Colb. 3, 6, a, Montac., Morel. ac Combef. Sic etiam Elias Cret. in Comment. In edit. εἰ καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς desunt. Reddit Combef. *Licet altiori quam nos ratione*.

(46) *Διὰ τὴν πρὸς τὸν οὐράνιον ἕνωσιν*. Inscite Bill. aut typographus, *præter cœlestem unionem*. Combef. *Unitionis causa quæ cum cœlesti intercedit*, id est, cum Verbo.

(47) *Οὐ κατὰ τὸ φαινόμενον τοῦ Θεοῦ*, *Non secundum id Dei quod oculis cernitur*. Ita Combef. qui addit : Parum theologice Billius, nec alto Gregorii sensu : *Non secundum eam partem quæ in oculos cadit;* ubi extremorum illam ἀντίδοσιν ex naturarum unitione considerat et explicat, jugulatque Nestorianos, quorum voces Bill. velut affectat.

(48) *Οὐκ ἄξιος ὅλως*. Ita codd. nostri, sicque legit Bill. In edit. οὐκ ἄξιος ὅλος.

Digitized by Google

curationis est expers : quod autem Deo unitum est, hoc quoque salutem consequitur. Si dimidia tantum ex parte Adamus lapsus est, dimidiatum quoque sit quod assumptum est, et quod salutem accipit; si autem totus peccavit, toti quoque genito unitus est, atque omni ex parte salutem consequitur. Quocirca ne perfectam salutem isti nobis invideant, aut ossa solum, et nervos, atque hominis picturam Salvatori tribuant. Nam si ipse inanimatus homo est, hoc etiam Ariani aiunt, ut passionem divinitati tribuant, **88** tanquam videlicet quod corpus movet, idem quoque patiatur. Si autem animatus quidem, verum mentis expers, quo tandem modo hominis nomen sustinebit? Neque enim homo animal est mente carens. Atque illud necesse est, ut species quidem et larva humana sit, anima autem equi cujuspiam, aut bovis, aut alius animalis mentem non habentis. Ac proinde illud quoque erit, cui salus afferatur : atque ego ab ipsa Veritate delusus sum, ut qui, alio honore affecto, ipse glorier, meque jactem. Si autem mentis particeps, non autem mente carens homo est, desipere vere ac mentis inopia laborare desinant.

At, inquit, divinitas mentis loco sufficiebat. Quid autem hoc ad me? Divinitas enim cum sola carne homo non est, imo nec cum sola anima, nec cum utraque, si mens absit, quæ etiam magis homo censeri debet. Quamobrem totum hominem retine, ac divinitatem adjunge, ut me plene ac perfecte beneficio afficias. At, inquis, duo perfecta non capiebat. Non sane; siquidem corporeo modo rem expendas. Vas enim unius modii capax duos modios minime continebit, nec corporis unius locus duo aut plura corpora. Si autem ut intelligibilia et incorporea ea consideres, illud animadverte, quod ideum ipse, et animum, et rationem, et mentem, et Spiritum sanctum continui, atque etiam ante me mundus hic (hoc est quod ex visibilibus et invisibilibus rebus constat), Patrem, Filium et Spiritum sanctum. Hæc enim eorum, quæ in intellectum cadunt, natura est, ut incorporeo atque invisibili modo, et inter se et cum corporibus misceantur, quandoquidem et plurium vocum auris una capax est, et multorum ora iisdem aspectari oculis possunt, odoresque olfactu eodem percipi, ita ut nec sensus mutuo comprimantur, vel extrudantur, nec res sensiles ob perceptionis copiam imminuantur.

A τοῦτο καὶ σώζεται. Εἰ ἥμισυς (49) ἔπταισεν ὁ Ἀδάμ, ἥμισυ καὶ τὸ προσειλημμένον καὶ τὸ σωζόμενον. Εἰ δὲ ὅλος (50), ὅλῳ τῷ γεννηθέντι ἥνωται, καὶ ὅλως σώζεται (51). Μὴ τοίνυν βασκαινέτωσαν ἡμῖν τῆς παντελοῦς σωτηρίας, μηδὲ ὁστᾶ μόνον, καὶ νεῦρα καὶ ζωγραφίαν ἀνθρώπου τῷ Σωτῆρι περιτιθέτωσαν. Εἰ μὲν γὰρ ἄψυχος ὁ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ Ἀρειανοὶ λέγουσιν, ἵν' ἐπὶ τὴν θεότητα τὸ πάθος ἐνέγκωσιν, ὡς τοῦ κινοῦντος τὸ σῶμα, τούτου καὶ πασχοντος (52). Εἰ δὲ ἔμψυχος, εἰ μὲν οὐ νοερὸς, πῶς καὶ ἄνθρωπος; οὐ γὰρ ἄνουν ζῶον ὁ ἄνθρωπος. Καὶ ἀνάγκη τὸ σχῆμα μὲν ἀνθρώπειον εἶναι (53) καὶ τὴν σκιὴν, τὴν δὲ ψυχὴν ἵππου τινὸς, ἢ βοὸς, ἢ ἄλλου τῶν ἀνοήτων. Τοῦτο γοῦν ἔσται καὶ τὸ σωζόμενον· καὶ διεψεύσθην ἐγὼ παρὰ τῆς ἀληθείας. Ἄλλου τιμηθέντος, ἄλλος μεB γαλαυχούμενος. Εἰ δὲ νοερὸς, ἀλλ' οὐκ ἄνους ὁ ἄνθρωπος, παυσάσθωσαν ὄντως ἀνοηταίνοντες (54).

Ἀλλ' ἤρκει, φησὶν, ἡ θεότης ἀντὶ τοῦ νοῦ. Τί οὖν πρὸς ἐμὲ τοῦτο; Θεότης γὰρ μετὰ σαρκὸς μόνης οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲ ψυχῆς μόνης, οὐδὲ ἀμφοτέρων χωρὶς τοῦ νοῦ, ὃ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος (55). Τήρει οὖν τὸν ἄνθρωπον ὅλον, καὶ μίξον τὴν θεότητα, ἵνα με τελέως εὐεργετῇς (56). Ἀλλ' οὐκ ἐχώρει, φησὶ, δύο τέλεια. Οὐδὲ γὰρ, εἴπερ σωματικῶς σκοπεῖς. Ἀγγεῖον γὰρ μεδιμναῖον οὐ χωρήσει διμέδιμνον, οὐδὲ (57) σώματος ἑνὸς τόπος δύο ἢ πλείω σώματα· C εἰ δὲ ὡς νοητὰ καὶ ἀσώματα, σκόπει ὅτι καὶ ψυχὴν, καὶ λόγον, καὶ νοῦν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ὁ αὐτὸς ἐχώρησα, καὶ πρὸ ἐμοῦ τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα (58), ὁ κόσμος οὗτος, τὸ ἐξ ὁρατῶν λέγω καὶ ἀοράτων σύστημα. Τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν νοητῶν φύσις, ἀσωμάτως καὶ ἀμερίστως, καὶ ἀλλήλοις, καὶ σώμασι μίγνυσθαι. Ἐπεὶ καὶ φωναὶ πλείους ἀκοῇ μιᾷ χωρηταὶ, καὶ ὄψεις πολλῶν (59) τοῖς αὐτοῖς ὁρατοῖς, καὶ ὀσφραντοῖς ὀσφρησις, οὔτε τῶν αἰσθήσεων στενοχωρουμένων ὑπ' ἀλλήλων, ἢ ἐκθλιβομένων, οὔτε τῶν αἰσθητῶν ἐλαττουμένων τῷ πλήθει τῆς ἀντιλήψεως.

(49) *Εἰ ἥμισυς.* Colb. 9 et Combef. εἰ ἥμισυ.

(50) *Εἰ δὲ ὅλος.* Vox ἔπταισε vel excidit, vel subauditur, hancque Bill. supplevit.

(51) *Καὶ ὅλως σώζεται.* Colb. 3, 9, et Combef. καὶ ὅλος σώζεται. *Totus etiam salutem consequitur.*

(52) *Τούτου καὶ πάσχοντος.* Cod. Reg. B, καὶ τοῦ πάσχοντος.

(53) *Ἀνθρώπειον εἶναι.* Ita Colb. 3, 6, 9, et Morel.; at Colb. a, ἀνθρώπινον εἶναι. In edit. εἶναι deest.

(54) *Ὄντως ἀνοηταίνοντες.* Ita Colb. 3, 6, 9, a, et cod. Reg. ac Combef. Sic etiam legit Bill. In edit.: οὕτως, quod non displicet : *Tandem aliquando desipere desinant.*

(55) *Ὁ καὶ μᾶλλον ἄνθρωπος.* Multi, inquit Billius, hominem sola mente definierunt; Plato præcipue substantiam ipsam rationalis animæ haberi, corpus autem hominis simulacrum et umbram. Vide Mars. Ficinum in argumento XII dialogi Pla-D tonis *De legibus*, unde Africanus apud Ciceronem in *Somnio* sic Scipionem alloquitur : *Nec enim is es quem forma ista declarat; sed mens cujusque is est quisque, non ea figura quæ digito demonstrari potest.*

(56) *Τελέως εὐεργετῇς.* Montac., Morel. et Combef. τελείως εὐεργετήσῃς.

(57) *Οὐδέ.* Colb. 3, a, et Combef. οὐδὲ γάρ.

(58) *Τὸ ἅγιον Πνεῦμα.* Colb. 3, 6, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.

(59) *Ὄψεις πολλῶν.* Ita Colb. 3, a, Montac., Morel. ac Combef. In edit. ὄψεις πλειόνων. Mox pro ὁρατοῖς, cod. Reg. B, Montac. ac Combef. ὁραταί, et pro ὀσφραντοῖς, Combef. ὀσφραντά. Vertit Bill.: *Et plurium a pectus ab iisdem rebus in oculorum sensum cadentibus capi potest, atque idem odoratus ab iisdem rebus quæ olfactu sentiuntur, sic nempe ut nec sensus a se ipsis mutuo comprimantur atque in angustias rediqantur.*

Digitized by Google

Πεῦ δὲ καὶ τέλειος νοῦς ἀνθρώπου ἢ ἀγγέλου, A συγκρίσει θεότητος, ἵνα τὸ ἕτερον ἐκθλιβῇ παρουσίᾳ τοῦ μείζονος; οὐδὲ γὰρ αὐγή τι (60) πρὸς ἥλιον, οὐδὲ νοτὶς ὀλίγη πρὸς ποταμὸν, ἵνα τὰ μικρὰ προανέλωμεν (61), οἶκου μὲν αὐγὴν, γῆς δὲ νοτίδα, καὶ οὕτω χωρηθῇ τὰ μείζω καὶ τελεώτερα. Πῶς γὰρ χωρήσει δύο τέλεια, οἶκος μὲν αὐγὴν καὶ ἥλιον, γῆ δὲ νοτίδα καὶ ποταμὸν, τοῦτο διασκεψώμεθα· καὶ γὰρ πολλῆς ὄντως τὸ πρᾶγμα φροντίδος ἄξιον. Ἢ ἀγνοοῦσιν, ὅτι τὸ πρός τι τέλειον πρὸς ἕτερον ἀτελὲς, ὡς βουνὸς πρὸς ὄρος, καὶ κόκκος νάπυος πρὸς κύαμον, ἤ τι ἄλλο τῶν μειζόνων σπερμάτων, κἂν τῶν ὁμογενῶν μεῖζον λέγηται· εἰ δὲ βούλει, καὶ ἄγγελος πρὸς Θεὸν, καὶ πρὸς ἄγγελον ἄνθρωπος; Τέλειον οὖν ἡμέτερος νοῦς, καὶ ἡγεμονικὸν, ἀλλὰ ψυχῆς καὶ σώματος, οὐχ ἁπλῶς τέλειον, Θεοῦ δὲ δοῦλον καὶ ὑποχείριον, ἀλλ' B οὐ συνηγεμονικὸν, οὐδὲ ὁμότιμον. Ἐπεὶ καὶ Μωϋσῆς, Φαραὼ μὲν θεὸς, Θεοῦ δὲ θεράπων, ὡς ἀναγέγραπται· καὶ ἀστέρες νύκτα μὲν περιλάμπουσιν (62), ἡλίῳ δὲ κρύπτονται, ὡς, μηδ' ὅτι εἰσὶν, ἡμέρᾳ γνωρίζεσθαι· καὶ λαμπὰς ὀλίγη μεγάλῃ πυρκαϊᾷ (63) προσχωρήσασα. οὔτε ἀπόλλυται, οὔτε φαίνεται, οὔτε χωρίζεται (64), ἀλλ' ὅλον ἐστὶ πυρκαϊὰ (65), τοῦ ὑπερέχοντος ἐκνικήσαντος.

Jam vero quonam pacto mens hominis, aut angeli, si cum divinitate comparetur, perfecta dici queat, ut alterum loco cedere cogatur majoris præsentia? Neque enim splendor aliquid, si cum sole conferatur, nec **89** humor exiguus, si cum fluvio; ut quæ parva sunt prius submoveamus, e domo splendorem, e terra humorem, atque ita quæ majora sunt et perfectiora capiantur. Quonam enim modo duo perfecta continebunt, hinc nempe domus splendorem et solem, hinc rursum terra humorem et fluvium, hoc consideremus; magna enim profecto cura et animadversione res digna est. An illud eos fugit, quod res eadem, quæ cum aliqua collata perfecta est, alterius ratione imperfecta sit, ut collis cum monte collatus, et granum sinapis cum faba, aut alio quopiam majori semine, etiamsi iis, quæ ejusdem sunt generis, majus dicatur: angelus etiam si ita lubet, cum Deo, et homo cum angelo? Quocirca mens nostra, perfecta illa quidem est, et principatum tenet, verum in animam et corpus; non autem simpliciter perfecta; Dei vero serva et subdita est, non principatus socia, nec pari honore prædita. Quandoquidem etiam Moses, Pharaonis quidem deus [80], Dei autem famulus est [81], ut Litteris sacris proditum habetur; et stellæ noctem illustrant, a sole autem occultantur, ita ut interdiu ne eas quidem esse agnosci possit; et exigua lucerna magno accedens accenso rogo, nec exstinguitur, nec lucet, nec disjungitur, sed totum rogus est ac flamma, superante nimirum eo quod præstantius est.

Ἀλλὰ κατάκριτος, φησὶν, ὁ ἡμέτερος νοῦς. Τί δαὶ ἡ σάρξ; οὐ κατάκριτος; Ἢ καὶ ταύτην ἀποσκεύασαι διὰ τὴν ἁμαρτίαν, ἢ κἀκεῖνον πρόσαγε (66) διὰ τὴν σωτηρίαν. Εἰ τὸ χεῖρον προσείληπται, ἵν' ἁγιασθῇ διὰ τῆς σαρκώσεως, τὸ κρεῖττον οὐ προσληφθήσεται, ἵν' ἁγιασθῇ διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως; εἰ ὁ πηλὸς ἐζυμώθη καὶ νέον φύραμα γέγονεν, ὦ σοφοὶ, ἡ εἰκὼν οὐ ζυμωθήσεται, καὶ πρὸς Θεὸν ἀνακραθήσεται (67), θεωθεῖσα διὰ τῆς θεότητος; Κἀκεῖνο δὲ (68) προσθήσομεν· εἰ διέπτυσται πάντως ὁ νοῦς ὡς ἁμαρτητικὸς καὶ κατάκριτος, καὶ διὰ τοῦτο σῶμα μὲν προσείληπται, νοῦς δὲ παραλέλειπται, συγγνώμη τοῖς πταίουσι περὶ νοῦν. Μαρτυρία γὰρ Θεοῦ κατὰ σὲ (69) σαφῶς ἔδειξε τὸ τῆς θεραπείας ἀδύνατον. Εἶπω τὸ μεῖζον· σὺ μὲν διὰ τοῦτο ἀτιμάζεις, ὦ βέλτιστε, τὸν ἐμὸν νοῦν (ὡς σαρκολάτρης, εἴπερ ἀνθρωπολάτρης ἐγώ (70), ἵνα συνδήσῃς

At mens nostra, inquit, damnata est. Quid autem C caro? annon damnata? Quare aut hanc quoque propter peccatum abjice, aut illam etiam propter salutem adjunge. Si quod deterius est, assumptum est, ut per incarnationem sanctificetur; annon, quod præstantius est, assumetur, ut per humanitatis susceptionem sanctitate afficiatur? Si lutum fermentatum est, o sapientes viri, ac nova conspersio exstitit [82], imago ipsa non fermentabitur, et cum Deo temperabitur, per divinitatem deificata? Quin hoc quoque adjiciemus: si mens, ut peccatrix et damnata, omnino spreta et rejecta est, ob eamque causam omissa mente corpus assumptum est, ignosci utique par est iis, qui circa mentem peccant. Dei enim testimonio, de tua sententia, aperte demonstratum est, eam nulla ratione curari posse. Dicamne quod majus est? Tu quidem, op-

[80] Exod. VII, 1. [81] Jos. I, 15. [82] I Cor. V, 7.

(60) *Οὐδὲ γὰρ αὐγή τι.* Sic emendat Combef. In D edit. οὐδὲ γὰρ αὐγή τις πρὸς ἥλιον, quod Bill.: *Neque enim radius quidam, si cum sole conferatur, perfectus est.*

(61) *Ἵνα τὰ μικρὰ προανέλωμεν.* Bill.: *Libet enim parva prius sumere, nimirum domus splendorem, et solem, terræ autem humorem et pluviam, ut sic majora et perfectiora concipiant.*

(62) *Νύκτα... περιλάμπουσιν.* Montac. et Morel. νυκτὶ περιλάμπουσιν.

(63) *Μεγάλῃ πυρκαϊᾷ*, etc. Bill.: *Magno incendio adjuncta nec exstinguitur nec apparet.*

(64) *Οὔτε χωρίζεται.* Colb. 3 γνωρίζεται, *nec dignoscitur.*

(65) *Ὅλον ἐστὶ πυρκαϊά.* Bill.: *Totum istud est incendium.* Legit Combef. ὅλον ἐστὶ μία πυρκαϊά, *totum unus est rogus, una flamma.*

(66) *Κἀκεῖνον πρόσαγε.* Combef. κἀκεῖνον προσάγαγε, *Fac adjunxeris.*

(67) *Ἀνακραθήσεται, temperabitur*, quæ versio Græcis respondet; sed cum Patrum vocibus abusi fuerint hæretici, mallet Combef. *consociabitur, copulabitur.*

(68) *Κἀκεῖνο δέ.* Ita Colb. 3, a, Montac. ac Morel. In edit. δέ deest.

(69) *Μαρτυρία γὰρ Θεοῦ κατὰ σέ.* In cod. Reg. B, et apud Morel. κατὰ σέ desunt.

(70) *Ἀνθρωπολάτρης ἐγώ.* Ut idololatræ vocantur, ait Bill., qui simulacris divinos honores tribuunt, ita Apollinaristæ orthodoxos anthropolatras appellabant, quod totum hominem a Christo assumptum fuisse crederent, sicque illum colerent. Eodem

Digitized by Google

time vir (tanquam sarcolatra, siquidem ego anthropolatra sum), idcirco meatem meam contemnis, ut Deum cum carne devincias 90 perinde atque aliter astringi nequeat, ob idque intermedium parietem tollis[83]. Mea autem ratio, hoc est, hominis minime sapientis et eruditi, quænam est? Mens menti, ut propinquiori et conjunctiori, jungitur, ac per eam carni, inter divinitatem et carnis molem, intervenientem.

Porro autem, quam humanitatis assumptæ, vel, ut ipsi loquuntur, incarnationis, causam afferant, videamus. Siquidem ut Deus alioqui incomprehensibilis, comprehendatur, ac sub carne, quasi velo quodam, cum hominibus versetur, scita sane hæc ipsis larva est, et hypocrisis fabula: ut interim non dicam alio quoque modo fieri potuisse, ut nobiscum versaretur, quemadmodum prius in ignis rubo[84], et forma humana[85]. Si autem ut simili per simile sanctificato peccati damnationem solvat, profecto quemadmodum carne propter carnem damnatam, et anima propter animam opus habuit, ita etiam mente propter mentem, utpote quæ in Adamo non solum peccaverit, sed et prima affecta fuerit, quemadmodum medici in morbis loquuntur. Quod enim mandatum accepit, hoc mandato quoque minime paruit: quod autem minime paruit, hoc etiam eo audaciæ progressum est, ut illud violaret; quod autem violavit, hoc in primis quoque salute indigebat; quod autem salute indigebat, hoc etiam assumptum est; ita fit, ut mens assumpta sit.

Hoc nunc, velint nolint, demonstratum est, geometricis, ut ipsi aiunt, ac necessariis demonstrationibus. Tu vero perinde facis, ac si, læso hominis oculo, ac pede insuper offenso, pedi quidem medicinam adhiberes, oculum autem incuratum relinqueres: aut, cum pictor aliquid minus recte pinxisset, picturam quidem immutares, pictorem autem, velut munere suo recte functum, præterires. Quod si, his rationibus prohibiti eo confugiunt, ut Deum, remota etiam mente, homini salutem afferre posse dicant, utique potuit etiam, remota carne per solam voluntatem, quemadmodum alia quoque omnia citra corporis operam operatus est, et operatur. Quare cum mente carnem quoque tolle, ut plena et perfecta tibi sit temeritas. Sed scilicet a littera decipiuntur, propterea que ad

Θεὸν πρὸς σάρκα, ὡς οὐκ ἄλλως δεθῆναι δυνάμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἐξαιρεῖς τὸ μεσότοιχον. Ὁ δὲ ἐμὸς λόγος τίς, τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ ἀπαιδεύτου; ὁ νοῦς τῷ νοΐ μίγνυται, ὡς ἐγγυτέρῳ καὶ οἰκειοτέρῳ, καὶ διὰ τούτου σαρκὶ μεσιτεύοντος (71) θεότητι καὶ ταχύτητι.

Proximam superioribus litteris, quas paulo post subsecuta est, sedem occupare debet epistola CXLII, *qua Olympium, ut Nazianzenis parcat, enixe postulat Gregorius.*

Et congressus tui cupiditas ardens est, et rogantium necessitas magna; sed morbus vinci nequit. Ac propterea deprecationem hanc litteris committere non dubitavi. Moveat te nostra canities, quæ te jam antehac, ut par erat, et quidem persæpe movit. Moveat te quoque morbus hic, cui, si quid arroganter dicendum est, partem aliquam suscepti Dei causa sudores contulerunt. Ob eamque causam civibus parce, quorum in nos oculi conjecti sunt, tanquam qui auctoritatem ac fiduciam apud te habeamus. Aliis item, qui nostræ curæ subjecti sunt, parce. Siquidem nullum ex facilitate atque misericordia detrimentum rebus inferetur, quandoquidem tu terrore plura conficis, quam alii suppliciis et cruciatu. Tibi vero pro his rebus talem erga te judicem consequi contingat, qualem te supplicibus, ac nobis, qui pro ipsis deprecamur, præbueris.

B Εἰ καὶ ὁ πόθος (75) τῆς σῆς συντυχίας θερμὸς, καὶ ἡ χρεία τῶν δεομένων μεγάλη· ἀλλ' ἡ νόσος ἀήττητος. Διὰ τοῦτο γράμμασι πιστεῦσαι (76) ταύτην τὴν πρεσβείαν ἐθάρρησα. Αἰδέσθητι μὲν ἡμῶν τὴν πολιὰν, ἣν ἠδέσθης ἤδη καλῶς ποιῶν καὶ πολλάκις. Αἰδέσθητι δὲ καὶ τὴν ἀρρωστίαν ταύτην (77), ᾗ μέρος τι καὶ οἱ κατὰ Θεὸν ἱδρῶτες συνεισήνεγκαν, εἴ τι δεῖ καὶ νεανιεύσασθαι. Καὶ διὰ τοῦτο φεῖσαι μὲν τῶν πολιτευομένων πρὸς ἡμᾶς βλεπόντων, ὡς ἐχόντων ἡμῶν (78) ἐπὶ σοῦ παῤῥησίαν. Φεῖσαι δὲ τῶν ἄλλων τῶν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν φροντίδα. Καὶ γὰρ οὐδεμία ζημία τοῖς πράγμασιν ἐκ τῆς φιλανθρωπίας, ἐπεὶ τῷ φόβῳ (79) πλείονα κατορθοῖς, ἢ ταῖς τιμωρίαις ἕτεροι. Σοὶ δὲ ἀντὶ τούτων γένοιτο, τὸ (80) τοιούτου τυχεῖν τοῦ κριτοῦ, οἷός περ ἂν αὐτὸς γένῃ C τοῖς δεομένοις, καὶ ἡμῖν τοῖς πρεσβεύουσιν.

121 CXLIII. EIDEM.

PMΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (81).

Hic commode se offert epistola CXLIII, ***qua Gregorius plurima se ab Olympio beneficia accepisse testatur, nec tamen ullum sibi metum esse, ne ipsius benignitatem exhauriat. Patronum nihilominus alium pro Leontio deprecans adhibet, eam scilicet quam et imperii et potestatis sociam et consortem habebat, nempe Olympii conjugem.***

Quid multa pertulisse, et beneficia accepisse, hominibus affert? humanitatem ac misericordiam docet, efficitque ut ad eos sese inflectant, qui ipsos-

Τί τὸ πολλὰ παθεῖν, καὶ τὸ εὖ παθεῖν τοῖς ἀνθρώποις χαρίζεται; διδάσκει φιλανθρωπίαν, καὶ κλίνει τοῖς δεομένοις. Οὐδὲν γὰρ (82) τοιοῦτον παίδευμα

At hæc versio nec verba, nec sensum reddit. Optat Gregorius ut, qui tantam gubernat provinciam plures majoresque gubernet sublimioribus insulis ornatus.

(71) *Προσεμπεπτωκότων.* Ita cod. Montac. Morel. ac Combef. In edit. προσπεπτωκότων.

(72) *Νομίσῃς.* Ita cod. In edit. νομίζεις, quod Bill. *quod ex usu esse judicabis.*

(73) *Νικήσειε, χαλεπανοῦμεν*, etc. Ita cod. R. ac Combef. At Montac. et Morel. νικήσειε, ἓν χαριούμεθα μόνον, τῇ ποτὲ πόλει, *vicerit, unum duntaxat tribuemus: eam quæ quondam urbs erat.* In edit. νικήσειεν, ἓν χαλεπανοῦμεν, καὶ τῇ πρότερον πόλει. Bill, *vicerit, rem unam acerbe feremus, eamque quæ prius urbs erat lacrymis prosequemur.*

(74) Alias CLXXII. Scripta paulo post superiorem. — *Τῷ αὐτῷ*, id est, Ὀλυμπίῳ. Ita plures e codd. nostris; at B. 3, Εὐσεβίῳ φίλῳ. In edit. quibusdam, et in cod. Reg. Θεμιστίῳ· sic etiam Montac. Utrumque habet Morel.

(75) *Εἰ καὶ ὁ πόθος.* Ita cod. Reg. R. Morel. ac Combef. Εἰ deest in editis.

D (76) *Γράμμασι πιστεῦσαι.* Ita cod. et Reg. Montac. Morel. et Combef. In edit. πιστεῦσαι deest.

(77) *Ἀρρωστίαν ταύτην.* Ita cod. Reg. Morel. et Combef. In edit. αὐτήν.

(78) *Ἐχόντων ἡμῶν.* Ita cod. Reg. et R. Montac. Morel. et Combef. In edit. ἡμῶν deest.

(79) *Ἐπεὶ τῷ φόβῳ.* Ita cod. et B. 3, ac Combef. In edit. ἐπὶ τῷ φόβῳ.

(80) *Γένοιτο, τό.* Ita cod. In edit. τό deest.

(81) Alias CLXXV. Scripta eodem circiter tempore. — *Τῷ αὐτῷ*, id est, Ὀλυμπίῳ. Cod. Ἀλυπίῳ. Cod. Reg. Ἀλυπίῳ ἄρχοντι. Montac. et Combef. Ἀλυπίῳ, vel Ὀλυμπίῳ, Morel. Ἀλυπίῳ, vel Ὀλυμπίῳ, aut etiam Παλλαδίῳ.

(82) *Οὐδὲν γάρ.* Ita cod. et Combef. In edit. οὐδὲ γάρ

Digitized by Google

πρὸς τὸ ἐλεεῖν, ὡς τὸ προλαβεῖν χρηστότητα. Τοῦτο καὶ αὐτῷ μοι συμβέβηκεν· ἔμαθον τὸ συμπαθὲς ἐξ ὧν ἔπαθον. Καὶ ὁρᾷς (83) τὸ ἡμέτερον μεγαλόψυχον; αὐτὸς χρῄζων τῆς σῆς ἡμερότητος ἐν τοῖς ἐμοῖς πράγμασιν, ὑπὲρ ἄλλων πρεσβεύω, καὶ οὐ δέδοικα μὴ δαπανήσω σου (84) τὸ φιλάνθρωπον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις. Γράφω δὲ ταῦτα ὑπὲρ τοῦ πρεσβυτέρου (85) Λεοντίου, εἴτ' οὖν ποτὲ πρεσβυτέρου· ὃς εἰ μὲν ἄξια πέπονθεν ὧν πεποίηκεν, ἐνταῦθα στῶμεν, μὴ τὸ ὑπερβάλλον ἀδικία γένηται (86). Εἰ δέ τι τῇ τιμωρίᾳ προσχρεωστεῖται, καὶ οὕπω (87) τοῖς ἁμαρτήμασι τὰ τῆς ὕβρεως ἀντισώθη, τοῦτο ἡμῖν (88) συγχώρησον, καὶ τῷ Θεῷ, καὶ τῷ βήματι, καὶ τῷ κοινῷ συλλόγῳ τῶν ἱερέων, οἷς ποτὲ συνηρίθμηται (89), καὶ εἰ νῦν ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀπέφηνεν, οἷς τε πεποίηκεν, οἷς τε πέπονθεν. Εἰ μὲν οὖν πείθομεν, τοῦτο ἄριστον· εἰ δὲ μή, προσάγομέν σοι πρεσβευτὴν αἰδεσιμώτερον, τὴν κοινωνὸν (90) σοι καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς εὐδοξίας.

rum ope indigent. Neque enim ullum tantum ad concipiendam miserationem documentum est, ut benignitatem prius accepisse. Hoc mihi usu venit; ex iis quæ perpessus sum, commiserationem didici. Ac videsne meam animi magnitudinem? Cum mansuetudine tua in meis rebus egeam, pro aliis deprecor; nec metuo ne benignitatem tuam in alienis rebus exhauriam. Hæc autem de Leontio presbytero scribo, vel, ut sic loquar, quondam presbytero: qui, si dignas scelerum pœnas dedit, hic consistamus; ne id, quod ad supplicii magnitudinem accesserit, in iniquitatem degeneret. Sin autem aliquid insuper pœnæ addi debet, et nondum scelerum atrocitatem contumeliæ gravitas adæquavit: hoc nobis concede, ac Deo, et sacrario, communique sacerdotum cœtui, quorum numerum aliquando auxit, etsi nunc, tam per ea quæ patravit, quam quæ perpessus est, indignum se eo honoris gradu reddidit. Si te his verbis permovemus, optime se res habet; sin minus, augustiorem deprecatricem tibi adhibemus, eam nempe, quam et magistratus gloriæ sociam et consortem habes.

ΡΜΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (91).

CXLIV. EIDEM.

Eo tempore quo Nazianzenam Ecclesiam Gregorius regebat, scriptæ sint oportet duæ epistolæ, quarum una ad Olympium, altera ad Verianum. Utraque de Veriani filia, quam ejus pater a marito discedere volebat. Ambæ Theologo et episcopali prudentia et charitate dignissimæ. Priorem, quæ ad Olympium scripta est, jam a Billio vulgatam, Morellus veluti novam iterum edidit, pag. 904. *Hæc est inter epistolas* CCXII.

Οὐ πανταχοῦ τὸ τάχος ἐπαινετόν. Διὰ τοῦτο ἀνεβαλόμην τὴν ἀπόκρισιν εἰς τόδε περὶ τῆς (92) τοῦ αἰδεσιμωτάτου Οὐηριανοῦ (93) θυγατρὸς, τῷ χρόνῳ τι διδοὺς εἰς διόρθωσιν, καὶ ἅμα τῆς σῆς στοχαζόμενος ἀγαθότητος οὐκ ἐπαινούσης τὸ διαστάσιον, ἐξ ὧν ἡμῖν τὴν πεῦσιν (94) ἐπέτρεψας, οὓς οὐ ταχεῖς ἦδεις οὐδὲ ἀπερισκέπτους πρὸς τὰ τοιαῦτα. Διὰ τοῦτο μὲν οὖν κατέσχον ἐμαυτὸν εἰς δεῦρο, καὶ, οἶμαι, οὐκ ἀλογίστως. Ἐπεὶ δὲ (95) εἰς στενὸν ἤκομεν τοῦ καιροῦ, καὶ ἀνάγκη γνωρίσαι τὸ παρὰ τῆς ἐξετάσεως εὑρεθὲν, καὶ δὴ γνωρίσομεν (96). Διπλῆ τις ἡ παῖς εἶναί μοι φαίνεται, μεριζομένη αἰδοῖ τε γονέων, καὶ ἀνδρὸς συνηθείᾳ. Καὶ τὰ μὲν ῥήματα μετ' ἐκείνων ἐστὶν, ἡ δὲ διάνοια, οὐκ οἶδα εἰ μή τι καὶ μετὰ τούτου, ὡς παραδηλοῖ τὸ δάκρυον. Αὐτὸς μὲν οὖν δηλαδὴ πράξεις, ὁ παρίσταται τῇ σῇ δίκῃ καὶ τῷ κατευθύνοντί σε πρὸς πάντα Θεῷ. Ἐγὼ δὲ ἥδιστα ἂν γνώμην ἔδωκα τῷ υἱῷ Οὐηριανῷ πολλὰ

Haud ubique properatio laudanda est. Ac propterea de viri cumprimis honorandi Veriani filia responsum huc usque distuli, ut tempori ad correctionem aliquid darem, simul etiam quod divortium istud minime bonitati tuæ probari, ex eo conjecturam fecissem, quod nobis, quos in hujusmodi rebus haud celeres ac præcipites esse sciebas, percunctationis **122** negotium commiseras. Eaque de causa meipsum huc usque retinui, nec, ut opinor, inconsiderate. Quoniam autem temporis angustiis premimur, teque, quid ex inquisitione a nobis inventum, atque compertum sit, certiorem facere necesse est, id utique notum faciemus. Duplici quodammodo animi affectu mihi puella esse videtur, ut quæ partim pudore parentum partim viri consuetudine distrahatur. Atque ipsius quidem verba cum illis sunt: mens autem haud scio an non cum hoc quoque sit, ut lacrymæ indicant. At

(83) *Καὶ ὁρᾷς.* Combef. καὶ ὅρα, *et vide.*

(84) *Δαπανήσω σου.* Cod. δαπανήσω σοι.

(85) *Ὑπὲρ τοῦ πρεσβυτέρου.* Ita cod. Reg. et Pass. Morel. ac Combef. In edit. περὶ τοῦ πρεσβυτέρου.

(86) *Ἀδικία γένηται.* Cod. Morel. et Combef. ἀδίκημα γένηται, *in injustitiam degeneret.*

(87) *Καὶ οὔπω.* Ita cod. Pass. Morel. et Combef. In edit. οὕτω, verum contextui repugnat.

(88) *Τοῦτο ἡμῖν.* Bill. proponit legendum τοῦτον. Sed nullus conjecturæ locus, ait post Morel. Combef.

(89) *Συνηρίθμηται.* Cod. Reg. ac Combef. συνηρίθμητο.

(90) *Πρεσβευτὴν αἰδεσιμώτερον, τὴν κοινωνόν.* Ita cod. et R. Morel. ac Combef. quæ verba, inquit, conjugem designant. In edit. παιδευτὴν αἰδεσιμώτερον, τὸν κοινωνόν, quod Bill. *Augustiorem præceptorem tibi adhibemus, eum nempe quem et imperii et gloriæ socium.* Inepta hic vox παιδευτήν, alienaque prorsus a deprecantis modestia. Vide supra epist. CXL.

(91) Alias CLXXVI. Scripta eodem tempore.

(92) *Περὶ τῆς τοῦ.* Ita cod. Reg. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. τῆς deest.

(93) *Οὐηριανοῦ.* Ita cod. et Combef. At cod. Reg. Οὐκριτιανοῦ. In edit. Οὐηριτιανοῦ.

(94) *Τὴν πεῦσιν.* Ita cod. Reg. ac Combef., legitque Bill. In edit. τὴν παίδευσιν.

(95) *Ἐπεὶ δέ.* Cod. ἐπειδὴ δέ.

(96) *Καὶ δὴ γνωρίσομεν.* Ita cum Combef. legendum censemus, qui etiam proponit γνωρίζομεν, *hoc notum facimus.* Cod. καὶ δὴ γνωρισόμενον, *quid a nobis inventum atque inveniendum sit.* Morel. καὶ δὴ γνωρίσωμεν, *et vero jam notum faciamus.*

Digitized by Google

tu quidem id scilicet facies, quod æquitati tuæ in mentem subibit, ac Deo, qui te in omnibus regit, gratum erit. Ego autem lubentissime filio Veriano id consilii darem, ut multa eorum, quæ in medio sunt, præteriret, quo divortium minime confirmaret, quod legibus nostris prorsus improbatur, etiamsi Romanæ aliter decernant. Jus enim servari necesse est, quod ut et semper dicas, et facias tibi, optamus.

τῶν ἐν μέσῳ παραόραμεῖν, ἐπὶ τῷ μὴ κυρῶσαι τὸ ἀποστάσιον, ὃ τοῖς ἡμετέροις ἀπαρέσκει πάντως νόμοις, κἂν οἱ Ῥωμαίων ἑτέρως κρίνωσι (97). Τὸ δίκαιον γὰρ φυλαχθῆναι ἐπάναγκες, ὃ καὶ ἡμεῖς σοι εὐχόμεθα ἀεὶ λέγειν τε καὶ ποιεῖν.

CXLV. VERIANO.

ΠΜΕ'. ΟΥΗΡΙΑΝΩ (98)

Verianus, quem filium suum vocat Gregorius, forsan quia Nazianzo oriundus, filiam suam a marito discedere volebat. Præfectus provinciæ Olympius interrogandi filiam munus commisit Gregorio, non ut censori, sed ut episcopo. Qui cum filiam interrogasset, ipsius responsis, vel potius lacrymis, agnovit nullatenus illi discessionem a marito placere. Quam etiam minime probat Gregorius, qui Veriano scripsit hanc epistolam.

Nihil grave carnifices agunt; legibus enim inserviunt. Nec iniquus est gladius, quo de improbis supplicium sumimus. Nec tamen laudatur carnifex, nec cruentus gladius lubenti animo tractatur. Eodem modo ne nos quidem odium nobis conflare sustinemus, dum per manum ac linguam nostram divortium confirmatur. Præstat enim conjunctionis et amicitiæ quam dissidii ac vitæ solutionis arbitrum esse. Quod etiam mihi cumprimis admirandus præses animadvertisse videtur, cum filiæ tuæ interrogandæ munus nobis commisit, ut qui ad matrimonii dissolutionem duro et rigido animo venire minime possemus. Neque enim me, ut censorem, sed ut episcopum proposuit, ac vestræ calamitatis arbitrum constituit. Quamobrem vos rogo, ut nonnihil donetis **123** meæ timiditati, et quidem si ea quæ virtutis sunt prævaleant, nobis utimini ut voluntatis vestræ ministris: ac nobis quidem hujusmodi res imperari lætamur. Sin autem deteriora et crudeliora, et quibus nondum ad hunc usque diem manum adjecimus, ad hæc aptiorem, quam ego sim, quærite. Mihi enim non vacat, ut amicitiæ vestræ morem geram (etiamsi alioqui prorsus vos plurimi faciam), in Dei offensionem incurrere, cui omnis agitationis et cogitationis rationem reddendam habeo. Tuæ autem filiæ tum demum fidem adhibemus (dicam enim quod res est), cum, depulso eo pudore, qui ei a vobis incutitur, verum libere proloqui potuerit. Nam nunc quidem miserandum quiddam perpetitur. Vobis enim verba, marito autem lacrymas tribuit.

Οὐδὲν δεινὸν ποιοῦσιν οἱ δήμιοι· καὶ γὰρ ὑπηρετοῦνται νόμοις· οὐδὲ τὸ ξίφος παράνομον, ᾧ τοὺς πονηροὺς κολάζομεν. Ἀλλ' ὅμως οὐκ ἐπαινεῖται δήμιος, οὐδὲ ἀσμενίζεται φονικὸν ξίφος. Οὕτως οὐδὲ ἡμεῖς ἀνεχόμεθα γενέσθαι μισητοί, διὰ τῆς ἡμετέρας χειρὸς καὶ γλώσσης τοῦ ἀποστασίου βεβαιουμένου. Κρεῖττον γὰρ ἑνώσεως καὶ φιλίας, ἢ διαστάσεως καὶ βίου λύσεως μέσους γίνεσθαι (99). Τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ ὁ θαυμασιώτατος ἄρχων ἐνθυμηθείς, ἡμῖν ἐπιτρέψαι τὴν πεῦσιν τῆς σῆς θυγατρὸς, ὡς οὐκ ἀποτόμως, οὐδὲ ἀπαθῶς ἐλθεῖν δυναμένοις ἐπὶ τὴν λύσιν (1). Οὐ γὰρ ὡς λογιστὴν (2), ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπον δηλαδὴ προσεβάλετο (3), καὶ μέσον ἐποιήσατο τῆς καθ' ὑμᾶς περιπετείας (4). Παρακαλῶ τοίνυν χαρίσασθαί τι τῇ ἐμῇ δειλίᾳ· καὶ εἰ μὲν τὰ κρείττω νικᾷ, χρήσασθε ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑμετέρας βουλήσεως, καὶ χαίρομεν τὰ τοιαῦτα ἐπιτασσόμενοι (5)· εἰ δὲ τὰ χείρω τε καὶ σκαιότερα, καὶ οἷς οὐδέπω καὶ τήμερον ἐνεχειρήσαμεν, ἄλλον ἐπιζητεῖτε τὸν πρὸς ταῦτα ἐπιτηδειότερον (6). Ἐμοὶ δὲ οὐ σχολή, ἵνα τῇ ὑμετέρᾳ φιλίᾳ χαρίσωμαι (εἰ καὶ τὰ πάντα οἶδα ὑμᾶς ἐμαυτῷ τιμιωτάτους), θεῷ προσκρούειν, ᾧ λόγον ὑπέχω παντὸς κινήματος καὶ διανοήματος. Τῇ δὲ σῇ θυγατρὶ τότε πιστεύσομεν (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς), ὅταν δυνηθῇ τὸ αἰδεῖσθαι ὑμᾶς φυγοῦσα παῤῥησιάζεσθαι (7) τὴν ἀλήθειαν. Ὡς νῦν γε (8) τὸ πάθος ἐλεεινόν. Μερίζει (9) γὰρ ὑμῖν μὲν τὰ ῥήματα, τῷ δὲ ἀνδρὶ τὸ δάκρυον.

(97) *Κρίνωσι.* Quæ sequuntur desunt in cod. et R., possentque, ait Combef., nullo detrimento abesse, nec refert Morel. qui hanc epistolam iterum edidit.

(98) Alias CLXXXI. Scripta eodem tempore.

(99) *Μέσους γίνεσθαι.* Ita cod. et Combef., at cod. Reg. μέσον. In edit. γενέσθαι.

(1) *Δυναμένοις ἐπὶ τὴν λύσιν.* Ita Montac., at Morel. δυναμένης. In edit. δυναμένους. Cod. Reg. ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν.

(2) *Ὡς λογιστήν.* Tillemont. *ut judicem.* Athenis λογισταὶ dicebantur magistratus; et juxta Suidam λογιστής, censor est, examinator, judex scilicet vel princeps inter magistratus urbis, ait Tillemontius, vel urbis gerens præfecturam.

(3) *Προσεβάλετο.* Ita cod. et Combef. In edit. προσεβάλλετο.

(4) *Τῆς καθ' ὑμᾶς περιπετείας.* Combef. *Infortunii vestri rerumque eventus, vel subitæ vestræ in contrarium mutationis.*

(5) *Παρακαλῶ τοίνυν χαρίσασθαί τι τῇ ἐμῇ... χαίρομεν τὰ τοιαῦτα ἐπιτασσόμενοι.* Ita cod. Reg. ac Combef. At cod. B. 3, Montac. et Morel. χαρίσασθαι τῇ ἐμῇ δειλίᾳ καὶ εἰς τὰ κρείττω καταχρήσασθαι ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑπερτέρας βουλήσεως. *Quamobrem vos rogo ut meæ jam formidini donetis, et ad ea quæ potiora sunt nobis superioris voluntatis ministris utamini.* In edit. Παρακαλῶ οὖν χαρίσασθαι ἡμῖν ὑπηρέταις τῆς ὑμετέρας βουλήσεως, καὶ χαίρω μὲν τὰ τοιαῦτα ἐπιταττόμενος, quod Bill. *Quamobrem vos rogo ut nobis voluntatis vestræ ministris obsecundetis; ac mihi quidem hujusmodi res imperari lætor.*

(6) *Ἐπιτηδειότερον.* Ita cod. et Reg. ac B. 3, et R. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ἐπιδειότερον.

(7) *Παῤῥησιάζεσθαι.* Ita cod. et Reg. ac Combef. In edit. παῤῥησιάσασθαι.

(8) *Ὡς νῦν γε.* Ita cod. et Combef. In edit. ὡς νῦν γε καί.

(9) *Μερίζει.* Combef. Μερίζεται.

Digitized by Google

ΡΜϚ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (10).

CXLVI. OLYMPIO.

Cæteris ad Olympium Gregorii litteris adjungenda est hæc epistola, quæ tamen paulo tardius scribi potuit. Omnium enim supplicum, ut ita dicam, libellorum, quos Olympio Gregorius obtulit, is postremus haberi possit, in quo præfecti benignitatem a se exhaustam et tandem præ saturitate fastidium reformidat.

Τοῦτο ἦν ὅπερ ἔλεγον ὥσπερ ἔκ τινος προφητείας εἰς πάντα δεξιοῦ σου (11) τυγχάνων, καὶ ἁπλήστως τῆς σῆς ἡμερότητος ἐμφορούμενος, ὅτι δέδοικα μὴ κενώσω τὸ φιλάνθρωπον ὑμῶν ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις. Ἰδοὺ γὰρ ἀγὼν ἐμὸς (εἴπερ ἐμὸς (12), ὁ τῶν ἐμῶν), καὶ οὐ μετὰ τῆς ἴσης παῤῥησίας ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Πρῶτον μὲν ὅτι ἐμός. Τὸ γὰρ ὑπὲρ ἑαυτοῦ δεῖσθαι, εἰ καὶ χρησιμώτερον, ἀλλὰ ταπεινότερον. Ἔπειτα ὑφορῶμαι τὸν κόρον ὡς τὸ ἡδὺ λύοντα, καὶ πᾶσιν ἐναντιούμενον τοῖς καλοῖς. Ἔχει μὲν οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ εἰκάζω (13) λίαν ὀρθῶς. Ὅμως δὲ τῷ τε Θεῷ θαῤῥῶν, ᾧ παρέστηκα (14), καὶ τῇ σῇ περὶ τὸ εὖ ποιεῖν (15) μεγαλοψυχίᾳ, τὴν ἱκεσίαν ταύτην ἐθάῤῥησα.

A Hoc scilicet erat, quod velut ex vaticinio quodam dicebam, cum te in omnibus rebus commodo et benevolo uterer, ac tua lenitate atque facilitate inexplebili quadam aviditate me ingurgitarem; nempe me vereri, ne benignitatem vestram in alienis rebus exhaurirem. Nam ecce discrimen meum (siquidem meum est, quod meorum est) : nec jam pari cum fiducia verborumque libertate te alloquor. Primum, quia meum est. Nam pro seipso rogare, quanquam utilius atque conducibilius, humilius tamen et abjectius est. Deinde quia saturitatem suspectam habeo, ut quæ suavitatem extinguat, et pulchris omnibus rebus adversetur. Atque hæc quidem ita se habent, ac perquam recte conjicio. Nihilominus tamen Deo, cui asto, tuaque in beneficiis dandis liberalitate fretus, hanc tibi supplicationem offerre minime dubitavi.

Ἔστω κάκιστος πάντων Νικόβουλος, ὃς ἐν ἀδικεῖ μόνον ὅτι δι' ἡμᾶς ἐστιν ἐπίφθονος (16), καὶ τοῦ δέοντος ἐλευθεριώτερος. Ἔστω καὶ δικαιότατος ἀνθρώπων, ὁ νῦν ἡμῖν πολεμῶν. Αἰσχύνομαι γὰρ κατηγορεῖν ἐπὶ τῆς σῆς ὀρθότητος, οὗ πρώην ὑπερεμάχουν· ἀλλ' οὐκ οἶδα εἴ σοι παραστήσεται δίκαιον (17) ὑπὲρ ἄλλων ἁμαρτημάτων, ἐν ἄλλοις ἀπαιτεῖσθαι δίκην, καὶ τούτων ἀλλοτρίων, καὶ οὐδὲ ἑκουσίων τὸν οὕτω κινήσαντα τοὺς οἰκέτας, καὶ τοσοῦτον ἀγανακτήσαντα, ὥστε ἐνδοῦναι τῷ ἐγκαλοῦντι προθυμότερον, ἥπερ ἐκεῖνος (18) ἐβούλετο; Ἀλλὰ δεῖ δουλεύειν Νικόβουλον, ἢ τοὺς τούτου παῖδας, ὃ δοκεῖ τοῖς ἐπηρεάζουσι (19); αἰσχύνομαι γὰρ τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἐπηρείας καὶ τὸν καιρὸν, εἰ σοῦ τε ἄρχοντος, καὶ ἡμῶν παρὰ σοὶ δυναμένων τοῦτο γενήσεται. Νῦν βοηθεῖται τὰ δημόσια; νῦν αὔξεται τὰ βουλευτήρια (20), ὅτε λυπεῖ τὰ ἴδια; Μηδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, μὴ τοῦτο παραστήτω τῇ σῇ καθαρότητι. Ἀλλὰ συνεὶς μὲν τῷ πτηνῷ τάχει τῆς διανοίας τὴν ἀφ' ἧς ταῦτα γίνεται κακοήθειαν, αἰδεσθεὶς δὲ ἡμᾶς τοὺς σοὺς ἐπαινέτας, φιλάνθρωπον σεαυτὸν παράσχου τοῖς κινουμένοις κριτὴν (21), ὡς οὐκ ἀνθρώποις μόνον

B Sit sane mortalium omnium sceleratissimus Nicobulus, cujus hoc unum duntaxat scelus est, quod propter nos invidiosus ac liberior est, quam par sit. Sit item rursum omnium justissimus is, qui nunc nos oppugnat. Pudet enim me apud tuam integritatem eum accusare quem nuper defendebam. At haud scio an **124** æquum existimaturus sis, de alienis peccatis pœnas ab aliis expeti, de alienis, inquam, ac ne voluntariis quidem : in crimen vocari hominem, qui usque adeo famulos suos permovit, sicque rem indigne tulit, ut accusatori promptius etiam, quam ille volebat, cesserit? An propterea Nicobulum, aut ejus pueros, in servitutem adduci oportebat, quemadmodum iis qui ipsi infesti sunt, placet? Mihi enim pudorem incutit in- C juriæ causa tempusque, si, te præside, ac cum apud te ipsi valeamus, illud contingat. Nuncne fisci commodis consulitur? Nuncne augentur tribunalia, dum res privatæ laborant? Ne, quæso, vir admirande, ne hoc, inquam, puritati atque integritati tuæ in mentem veniat..Verum pro volucri ingenii tui celeritate ac perspicacia improbitatem eam,

(10) Alias CLXXIX. Scripta eodem circiter tempore. — *Ὀλυμπίῳ.* Cod. Pass. Ὀλυμπίῳ ἄρχοντι. Cod. B. 3. Εὐσεβίῳ φίλῳ.

(11) *Δεξιοῦ σου.* Montac. et Morel. δεξιός σοι.

(12) *Εἴπερ ἐμός.* In cod. Pass. hæc verba desunt.

(13) *Καὶ εἰκάζω.* Cod. Reg. Montac. Morel. et Combef. καὶ ὡς εἰκάζω, *atque ut conjicio.*

(14) *Παρέστηκα.* Ita cod. et Reg. et Pass. Montac. Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. παρέστησαν.

(15) *Περὶ τὸ εὖ ποιεῖν.* Ita cod. et R. Verum cod. Reg. περί τι εὖ ποιεῖν. In edit. περὶ τοῦ.

(16) *Ἔστιν ἐπίφθονος.* Combef. : *Invidia laborat*, aut *invidiæ habetur*, Bill. *Invidia flagrat*, quod magis activum videtur. Mox, ἐλευθεριώτερος. Combef. *Liberaliori ingenio*, vir scilicet ingenuus, cui opponit, quod addicendus sit servituti.

(17) *Παραστήσεται δίκαιον.* Cod. τὸ δίκαιον, quod Combef : *Num jus tibi persuasurum sit, ut*, etc.

(18) *Οὐδὲ ἑκουσίων· τὸν οὕτω κινήσαντα... ἀγαναχτήσαντα, ὥστε ἐνδοῦναι... ἥπερ ἐκεῖνος.* Ita cod. Reg. lt. et Pass. Morel. ac Combef. At Montac. τὸν οὕτε κινήσαντα... ἀγανακτήσαντα. In edit. οὐδὲ ἑκουσίων τοὺς οὕτε κινήσαντας... ἀγανακτήσαντας, ὥστε ἐκδοῦναι... εἴπερ ἐκεῖνος, quod Bill. : *De alienis, inquam, ac ne voluntariis quidem pœnam iis irrogari, qui nec famulos suos concitarunt, admissumque facinus adeo indigno et acerbo animo tulerunt, ut eos accusatori promptius etiam quam* D *volebat dediderint.*

(19) *Τοῖς ἐπηρεάζουσι.* Quæ sequuntur desunt in edit.; sed restituunt codd. Reg. R, B. 3, et Pass. Morel. et Combef., ipse etiam Montac., licet vitiose.

(20) *Νῦν αὔξεται τὰ βουλευτήρια.* Ita omnes codd nostri, Morel. et Combef. In edit. τὰ αὔξει τὰ βουλευτήρια, redditque Bill. *Nuncne tribunalia augebit, cum eum res privatæ discruciant?*

(21) *Τοῖς κινουμένοις κριτήν.* Ita codd. Reg. et Pass. Morel. Combef. et Bill in versione; in

Digitized by Google

unde hæc proficiscuntur, animadvertens, atque honoris etiam nostri causa, qui tuarum laudum præcones sumus, benignum atque humanum te iis, quæ moventur, judicem præbe : tanquam non hominibus duntaxat hodierno die jus dicens, verum etiam virtuti ac vitio. Cujus quidem rei magis, quam singulorum hominum, ratio et cura habenda est, iis qui te virtute referunt, ac præfecti munere probe atque commode funguntur. Pro his autem rebus non preces duntaxat a nobis habiturus es, quas tibi haudquaquam, ut plerisque aliis, contemptui esse scio ; verum illud etiam, ut clarum ac celebre tuum imperium apud eos omnes reddatur, quibus noti sumus.

A δικάζων σήμερον, ἀλλὰ καὶ ἀρετῇ καὶ κακίᾳ· οὗ μᾶλλον, ἢ τοῦ (22) καθ' ἕκαστον, φροντιστέον τοῖς γε κατὰ σὲ τὴν ἀρετὴν, καὶ δεξιοῖς ἄρχουσιν. Ἔσται δέ σοι παρ' ἡμῶν ἐπὶ τούτοις, οὐ τὸ τῶν εὐχῶν μόνον, ὧν οἶδά σε μὴ περιφρονοῦντα κατὰ τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τὸ περιδόητον καταστῆσαι τὴν σὴν ἀρχὴν (23) πᾶσιν, οἷς γνωριζόμεθα.

CXLVII. ASTERIO.

PMZ'. ΑΣΤΕΡΙΩ (24).

Geminæ quæ sequuntur ad Asterium epistolæ, ejusdem sunt argumenti et temporis, ac superiores. Servi Nicobuli facinus aliquod patrarant, cujus causa accusator quispiam, cujus olim patrocinium susceperat Gregorius, Nicobulum, ac veluti esset auctor delicti, judicio persequebatur, quamvis satisfacere, ipsosque servos tradere non recusaret, imo offerret Nicobulus.

Quid Deo justius ? et tamen, cum omnium creator ac dominus sit, peculiariter sibi populum Israeliticum vindicat, suumque nominat : nec veretur, ne hoc nomine injustus existimetur. Quid igitur mirum, si nos quoque, quamvis omnium, qui sub nostra manu et præfectura sunt, curam geramus, arctius tamen filium Nicobulum **125** complectamur, quem et senectutis nostræ et morbi curatorem agnoscimus, ac velut subsidium et baculum infirmitati nostræ subjecimus. Hunc tibi et per te præsidi commendamus, grave admodum et acerbum esse existimantes, si, cum alios ex gravissimis etiam accusationibus opera nostra liberemus, atque imprimis eos, qui nunc sævos accusatores se præbent, hunc tamen ne a calumnia quidem et iniqua vexatione liberare queamus; et quem in exteris honorem obtinemus, hunc in nostris minime consequamur ; idemque nobis accidat, quod oculis, qui alia cernentes seipsos minime cernunt, aut quod fontibus in imo sitis, qui propinqua loca nequaquam alluentes, remota irrigant. Sint sane atrocia vel plusquam atrocia, quæ a puerulis patrata sunt, quanquam fortasse aut nihil omnino esse, aut parva saltem invenirentur, si modo præscripti ad inquisitionem temporis angustiis premi non contigerit. Quid hoc tamen ad dominos, qui eorum, quæ evenerunt, nulla omnino ex parte participes fuerunt? Aut quæ hæc ratio est, ut pro alienis peccatis ab aliis pœnæ expetantur ac nunc publicarum rerum cura subeunda sit, cum privatæ discruciant?

B Τί Θεοῦ δικαιότερον; ἀλλ' ὅμως πάντων ποιητὴς ὢν καὶ δεσπότης, ἐξαίρετον ἑαυτοῦ λαὸν ποιεῖται καὶ ὀνομάζει τὸν Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ αἰσχύνεται, μὴ ἄδικος παρὰ τοῦτο (25) νομίζηται. Τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς πάντων κηδόμενοι τῶν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν χεῖρα καὶ προστασίαν, πλέον τοῦ υἱοῦ Νικοβούλου περιεχόμεθα, ὃν καὶ γηρωκόμον καὶ νοσοκόμον γινώσκομεν, καὶ οἷον ἔρεισμα (26) καὶ βακτηρίαν τῆς ἀσθενείας ἡμῶν ὑποβεβλήμεθα. Τοῦτον ὑπὸ τὰς σὰς τίθεμεν (27) χεῖρας, καὶ διὰ τῶν σῶν ταῖς τοῦ ἄρχοντος, πάνυ δεινὸν νομίζοντες, τοὺς μὲν ἄλλους καὶ τῶν μεγίστων ἐγκλημάτων (28) ἐλευθεροῦν δι' ἡμῶν, καὶ πρώτους γε τοὺς νῦν πικροὺς κατηγόρους· τοῦτον δὲ μηδὲ τῆς ἐπηρείας δύνασθαι, καὶ ἧς τυγχάνομεν ἐπὶ τῶν ξένων τιμῆς, ταύτης ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν (29) μὴ τυγχάνειν, ἀλλὰ ταυτὸν πάσχειν τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἳ τ' ἄλλα ὁρῶντες, ἑαυτοὺς οὐχ ὁρῶσιν, ἢ τῶν πηγῶν ταῖς ἐν βάθει κειμέναις, αἳ τὰ πλησίον οὐχ ὑπορρέουσαι, τὰ πόρρω ποτίζουσιν. Ἔστω δεινὰ τετολμημένα (30) τοῖ; παιδαρίοις ἢ ὑπέρδεινα· ὥσπερ οὖν ἴσως οὐδὲν (31), ἢ μικρὸν εὑρεθήσεται, εἰ μὴ τῷ καιρῷ τῆς ἐξετάσεως στενοχωρηθείημεν. Ἀλλὰ τί τοῦτο πρὸς τοὺς δεσπότας (32), οἳ μηδενὸς τῶν γεγενημένων κεκοινωνήκασιν; ἢ τίς ὁ λόγος, ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἁμαρτημάτων ἐν ἄλλοις ἀπαιτεῖσθαι δίκην, καὶ νῦν τῶν δημοσίων (33) φροντίζειν, ἡνίκα λυπεῖ τὸ ἴδιον;

edit. κρητήν. Nec bene Bill. τοῖς κινουμένοις, *iis qui concitati sunt*, sed potius, *in præsenti negotio, in causa quæ movetur*.

(22) Ἢ τοῦ. Ita cod. et Pass. Morel. ac Combef. At Reg. et Montac. ἢ τῶν. In edit. ἢ τοῖς.

(23) Σὴν ἀρχήν. Ita cod. Reg. et Pass. In edit. σὴν deest.

(24) Alias XLVII. Scripta eodem tempore.

(25) Παρὰ τοῦτο. Ita codd. Montac. Morel. ac Combef., et sic legendum ait Bill. non παρὰ τοῦτον, ut in edit.

(26) Καὶ οἷον ἔρεισμα. Combef. *Ac velut sustentaculum.*

(27) Τίθεμεν. Cod. τιθέμεθα. Mox, καὶ διὰ τῶν σῶν ταῖς τοῦ ἄρχοντος. Bill. *Et per te principi*, quod, ait Combef., nimis imperatorem sonat, melius, *præsidi*, vel *judici*. Revera Nicobulum Gregorius Olympio præsidi commendavit.

(28) Μεγίστων ἐγκλημάτων. Ita cod. et Reg. D In edit. deest ἐγκλημάτων. Supplevit Bill., ut potuit, vertitque, *ex gravissimis periculis*. Pro δι' ἡμῶν, cod. R. Montac. Morel. et Combef. habent δι' ὑμῶν, *opera vestra*.

(29) Ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν. Legit Bill. ἐφ' ἡμετέρων, et sensus postulat.

(30) Δεινὰ τετολμημένα. Cod. τὰ τετολμημένα. Sic etiam Combef. qui vertit : *Quæ a servis præsumpta sunt, iisque minusculis*, ut inquit, ætas facinus levet. Bill. : *Quæ a pueris.*

(31) Ὥσπερ οὖν ἴσως οὐδέν. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ὥσπερ οὐδὲν ἴσως.

(32) Τί τοῦτο πρὸς τοὺς δεσπότας; *Quid hoc*, non *ad Romanos*, ait Combef., ut inepte vertit Bill., sed *quid hoc ad heros?*

(33) Τῶν δημοσίων. Ita cod. et Reg. In edit. τῶν deest. Mox, pro λυπεῖ, Cod. λυπῇ. Sic epist. præced. circa finem.

Digitized by Google

ΡΜΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (34).

CXLVIII. EIDEM.

Vexato per improbitatem Nicobulo manum ut porrigat, Asterium denuo tentat Gregorius flectere.

Τί τοῦτο (35), ἴσως ἐρεῖς; πάλιν ἡμῖν Γρηγόριος; πάλιν ἐπιστολαί (36); πάλιν αἰτήσεις; Ὦ τῆς ἀπληστίας, ἣν αὐτοὶ κεκινήκαμεν. Μηδαμῶς, ὦ θαυμάσιε, μὴ τοῦτο πάθῃς. Τίνων γὰρ οἱ λιμένες, ἢ τῶν χειμαζομένων; τίνων δὲ τὰ φάρμακα, ἢ τῶν ἀῤῥωστούντων; ὥνπερ ἡμεῖς μὴ ἀποστερηθείημεν, καὶ τοσούτῳ (37) μᾶλλον, ὅσῳ πιστευόμεθα δύνασθαι παρὰ σοί. Οὐκ ἔτι γὰρ αἰτοῦμεν, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν (38), ἀεὶ χάριτος χάριν προκαλουμένης (39). Νικόβουλος ἐν ἐπηρείαις, ταυτὸν δὲ εἰπεῖν ὅτι ἡμεῖς· ἡμῶν γάρ ἐστιν ἀνάπαυσις. Καὶ πῶς οἷόν τε σιωπᾷν, καὶ μὴ φορτικὸν εἶναι (40) καὶ τὸν σφόδρα φιλόσοφον; ὃς χεῖρα πιεζομένοις, ἵνα καὶ αὐτὸς τῆς ἐκ Θεοῦ (41) τύχῃς, χρῄζων ταύτης ὡς ἄνθρωπος. Καὶ χρῆσαι πάσῃ τῇ φιλίᾳ (42), καὶ τῇ συνέσει, καὶ τῷ δύνασθαι σὺν Θεῷ, περὶ τὰ ἡμέτερα πράγματα. Οὔτε γὰρ σίδηρος ἔμπυρος πολλῶν δεῖται τῶν παρὰ τοῦ λίθου κρουμάτων (43), ἵνα τὸ ἐγκείμενον πῦρ δημοσιωθῇ (44)· ἀλλ' ἐπλήγη τε ὁμοῦ, καὶ τὸ πῦρ ἤστραψεν. Οὔτε αὐτὸς μακροτέρας δεήσῃ παρακλήσεως, καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τοιούτου τοῦ πείθοντος ὄντος, καὶ οὕτω γνησίου κοινωνοῦ τῆς ἀρχῆς. Ἓν καὶ σύντομον φθέγξομαι· τὰς μὲν ἄλλας χάριτας, ἄλλοι δι' ἡμῶν ἐλάμβανον, ταύτης δὲ ἡμεῖς (45) χρῄζομεν ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, ὃ καὶ μᾶλλον δυσωπησάτω (46) τὴν σὴν λογιότητα.

Quid hoc, fortasse dicturus es? rursus ad nos Gregorius? rursus epistolæ? rursus postulationes? O inexplebilem cupiditatem, quam ipsi excitavimus! Ne, quæso, vir admirande, tibi hoc accidat! Quorum enim sunt portus? Annon eorum, qui tempestate jactantur? Quorum pharmaca? Annon eorum qui morbo laborant? quibus, quæso, ne privemur; idque eo magis quod gratia et auctoritate apud te valere credimur. Non enim jam poscimus, sed exposcimus, nimirum gratia gratiam semper provocante. Nicobulus **126** per summam improbitatem vexatur, quod perinde est ac si dixissem nos; hic quippe nos recreat et reficit. Et quomodo hic silere, minimeque gravis et importunus esse queat vir etiam admodum sapiens? Oppressis manum porrige, ut tibi Dei quoque manus porrigatur, qua, ut homo, opus habes. Atque omni amicitia, et prudentia, et potentia, Deo auspice, in rebus nostris utere. Nam nec ignitum ferrum multis lapidis pulsibus opus habet, ut insitus ignis in apertum proferatur; verum simul atque percussum est, confestim ignis fulget, atque emicat: nec tibi longiore deprecatione opus erit, idque pro nobis ac tali homine suasoris partes obeunte, tamque fido magistratus consorte. Unum idque breve, dicam: alia quidem beneficia alii per nos accipiebant; hoc autem nos pro nobis indigemus; quod magis etiam eloquentiam tuam doctrinamque flectat.

ΡΜΘ'. ΓΕΩΡΓΙΩ (47).

CXLIX. GEORGIO.

Georgius, ad quem scripta est hæc epistola, diaconus erat Theologo charissimus. His illi litteris præscribit, ut alterum diaconum nomine Euthalium, qui Philadelphium verberibus cæsum, etiam in carcerem conjecerat, ad se adducat rationem redditurum, et pœnas luiturum. Istud Gregorii mandatum argumento est eum tunc episcopi munus obiisse.

Τὸ ἀῤῥωστοῦν θεραπεύεται, ἀλλ' οὐ συντρίβεται. Πῶς οὖν ὁ συνδιάκονος ἡμῶν Εὐθάλιος, οὔτε τὸν βαθμὸν αἰδεσθείς, οὔτε τὴν οἰκειότητα τιμήσας, δεσμοῖς καὶ πληγαῖς συνέτριψε τὸν ἄθλιον Φιλαδέλφιον, ὡς δείκνυσι καὶ τῶν πληγῶν (48) τὰ ση-

Quod ægrum est curari debet, non obteri atque confringi. Quonam igitur pacto condiaconus noster Euthalius, nec gradum veritus, nec propinquitatem ac necessitudinem honore prosecutus, miserum Philadelphium vinculis ac plagis obtrivit, quemadmodum ipsius vulnera declarant? Quæ quidem

(34) Alias XLVIII. Scripta paulo post superiorem.

(35) *Τί τοῦτο.* In cod. τί deest.; *hoc fortasse dicturus es.* Mox, in edit. ὁ Γρηγόριος, sed cod. Pass. sequimur.

(36) *Πάλιν ἐπιστολαί.* Ita cod. R. et Pass. ac Combef. In edit. ἐπιστολάς.

(37) *Καὶ τοσούτῳ.* Codd. Pass. καὶ τόσῳ μᾶλλον ὄσον.

(38) *Αἰτοῦμεν, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν.* Cod. αἰτοῦμεν τοῦτο, ἀλλ' ἀπαιτοῦμεν. Casaubonus ad caput Theophrasti περὶ βδελυρίας, pag. 244: αἰτεῖν est poscere quod gratiæ apponatur acceptum; ἀπαιτεῖν, repetere quod sibi debeatur. Eo sensu dixit Andocides Atheniensis, unus ex decem illis oratoribus qui inter reliquos excellunt: Ταῦτα ὑμᾶς, εἰ μὲν βούλεσθε, αἰτῶ, εἰ δὲ μὴ βούλεσθε, ἀπαιτῶ, *hæc si vultis, a vobis posco; si autem non vultis, reposco.*

(39) *Χάριτος χάριν προκαλουμένης. Gratia gratiam provocante.* Quo enim libentius mihi gratificaris, eo me magis ad novas postulationes afferendas allicis. Hæc Bill.

(40) *Καὶ μὴ φορτικὸν εἶναι.* Cod. Pass. καὶ τὸ μὴ φορτικὸν εἶναι φιλοσοφεῖν. Mox, καὶ τὸν σφόδρα φιλόσοφον. Combef. *Vir summa constantia præditus, malorum tolerantissimus.*

(41) *Ἐκ Θεοῦ.* Cod. ἐκ τοῦ Θεοῦ. Mox, pro χρῄζων ταύτης, Cod. Pass. χρῄζων καὶ αὐτός.

(42) *Καὶ χρῆσαι πάσῃ τῇ φιλίᾳ*, etc. Bill.: *Atque omni amicitia, et prudentiæ et potentiæ genere una cum Deo.* Combef. *Amicitia, prudentia ac qua a Deo fultus potentia es, nostris in rebus utere.*

(43) *Τῶν παρὰ τοῦ λίθου κρουμάτων.* Ita cod. R. et Combef. Cod. Pass. κρουσμάτων. Hanc vocem supplevit Bill.; deest enim in edit. Legendum nonnulli mallent οὔτε γὰρ λίθος ἔμπυρος πολλῶν δεῖται τῶν παρὰ σιδήρου κρουμάτων. Λίθος ἔμπυρος, id est, silex in quo lateat ignis: silex enim a ferro percutitur, non ferrum a silice.

(44) *Δημοσιωθῇ.* Cod. et Combef. δημοσιεύσῃ.

(45) *Ταύτης δὲ ἡμεῖς.* Cod. ταύτην δ' ἡμεῖς. Ita et Combef. qui vertit: *Hoc nos in rem ipsi nostram rogamus ac petimus.*

(46) *Δυσωπησάτω.* Cod. Pass. δυσωπήσαιτο. Mox, τὴν σὴν λογιότητα. Combef. *Catum animum tuum flectat.*

(47) Alias CLXXXII. Scripta circa idem tempus.

(48) *Καὶ τῶν πληγῶν.* In cod. καί deest.

Digitized by Google

modum ipsæ quoque plagarum notæ indicant ? Hoc sane demiratus sum. Quocirca ne id, quod factum est, susdeque accipias; verum quod accidit, ipsemet ad nos profectus, nobis expone. Adsit quoque diaconus ipse, ut criminis, cujus arcessitur, rationem subeat, ac de hominis obtriti vita judicium excipiat. Neque enim tam turpe atque indecorum facinus in nostris propemodum oculis perpetrari ferre possumus.

A μεῖα, τοῦτο τεθαύμακα. Μὴ τοίνυν παρέργως δέξῃ τὸ γεγονὸς, ἀλλὰ τὸ συμβὰν, ἐλθὼν διὰ σεαυτοῦ, παράστησον ἡμῖν. Παρέστω δὲ καὶ ὁ διάκονος, καὶ λόγον ὑφέξων τῆς κατηγορίας, καὶ τύπον ληψόμενος (49) περὶ τῆς τοῦ συντριβέντος ζωῆς. Οὐ γὰρ ἀνεχόμεθα τοιαύτην ἀσχημοσύνην τολμᾶσθαι σχεδὸν ἐν ταῖς ἡμετέραις ὄψεσιν

127 CL. ASTERIO. ΡΝ'. ΑΣΤΕΡΙΩ (50).

Ex primis hujus epistolæ ad Asterium verbis colligere possumus, plures Gregorii ad eum litteras excidisse. Cum enim frequenter scripserit, et paucissimæ supersint epistolæ, multæ perierint necesse est. Illud scio me sæpe ac de multis rebus litteras ad te dedisse, *inquit Gregorius. His litteris Georgium diaconum, virum eximium, commendat : non alium hunc esse putamus Georgium ab eo cui superior epistola scripta est.*

Lætor me, et scribere, et tamen hoc nomine B accusari, quod non scribam, si quando hoc contingat. Nam suaves quoque accusationes tuæ sunt. Quanquam illud scio me sæpe ac de multis rebus litteras ad te dedisse, atque adeo ea quoque, quæ precibus a te petieram, consecutum esse. At si nihil aliud, certe eorum, qui beneficiis a te affecti sunt, multitudo litteris meis testimonio est. Quod si tu quidem amicitia locupletior es, quam ullius vota ferant, ego contra in petendo timidior sum. Ipse sane virtutis principatum habeas; mihi autem ignoscatur, importunitatis notam fugienti; quandoquidem optimum esse modum, Sapientis sermone proditum est. Cæterum Deo gratiæ habeantur, qui tibi illud præbuit, ut de aliis bene mereaC ris, communemque benefactorem, imperiique socium nobis præfecit. Ac propterea nunc quoque per hanc meam epistolam fratrem ac condiaconum nostrum Georgium tibi trado, virum et nobis eximium ac selectum, et Ecclesiæ summe utilem, rogans ut in iis rebus, in quibus cum nonnullis contendit, fiduciam obtineat, nec iniqua et tyrannica potentia abripi sinatur

Χαίρω καὶ γράφων, καὶ ἐγκαλούμενος ὅτι μὴ γράφω, εἴποτε τοῦτο συμβαίνει (51). Χρηστὰ γάρ σου καὶ τὰ ἐγκλήματα. Καί τοί γε πολλάκις (52) καὶ περὶ πολλῶν ἐπιστεῖλας οἶδα, καὶ μέν τοι καὶ τυχὼν περὶ ὧν ἐδεήθην σου. Καὶ εἰ μή τι ἄλλο, τό γε πλῆθος τῶν εὖ πεπονθότων μαρτυρεῖ μοι τὰ γράμματα. Εἰ δὲ σὺ μὲν ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, ἤ τις ἂν εὔξοιτο (53), ἐγὼ δὲ περὶ τὰς αἰτήσεις δειλότερος. Σὺ μὲν ἔχε τὰ πρῶτα τῆς ἀρετῆς· ἐμοὶ δὲ συγγνώμη τὸ φορτικὸν φεύγοντι, ἐπειδὴ πᾶν μέτρον ἄριστον (54) οἶδεν ὁ τοῦ σοφοῦ λόγος. Πλὴν τῷ Θεῷ χάρις, ὅτι σοι τὸ εὖ ποιεῖν ἐνεχείρισεν, οὕτω κοινὸν ἐπιστήσας ἡμῖν εὐεργέτην τε (55) καὶ συνάρχοντα. Ἐπεὶ καὶ νῦν ἐγχειρίζω σοι διὰ ταύτης μου τῆς ἐπιστολῆς, τὸν ἀδελφὸν καὶ συνδιάκονον ἡμῶν Γεώργιον, ἄνδρα τῶν ἐξαιρέτων (56) ἡμῖν, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ χρησιμώτατον, ἀξιῶν θάρσους αὐτὸν τυχεῖν (57) ἐν οἷς πρός τινας διαφέρεται, καὶ μὴ συναρπασθῆναι τῇ τυραννίδι.

CLI. NECTARIO. PNA'. ΝΕΚΤΑΡΙΩ (58).

Nectarium rogat ut Georgium variis calamitatibus afflictum domesticorum comiti commendet.

Præclare multi de mente tua conjecturam faciunt; imo potius non conjecturam ducunt, sed nobis glo-

Καλῶς οἱ πολλοὶ στοχάζονται (59) τῆς σῆς διανοίας· μᾶλλον δὲ οὐκ εἰκάζουσιν, ἀλλ' ἡμῖν φιλοτι-

(49) *Τύπον ληψόμενος*. Bill. *Ac de hominis obtriti vita formam atque exemplum accipiat.* Obscura prorsus versio : clarior certe si per vocem τύπος intelligeretur judicium. Τύπος enim judicium erat quo iis interdicebatur foro, qui creditoribus non paria facerent, et quadrarent rationes. Vide Constantini lexicon ad verbum τύπος.

(50) Alias CXXVI. Scripta circa idem tempus.

(51) *Τοῦτο συμβαίνει*. Cod. Pass. τοῦτο συμβῇ νῦν.

(52) *Τοί γε πολλάκις*. Ita cod. et Combef. In edit. τοί γε πολλά.

(53) *Ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, ἤ τις ἂν εὔξοιτο*. Ita codd. Reg. R. et Pass. ac Combef. qui reddit : *Quod si tu amicitiæ legibus liberalior es quam ullus op averit.* Montac. et Morel. ἀφθονώτερος εἶ τὴν φιλίαν, τις ἄν. In edit. ἀφθονώτερος ἤ τις ἂν εὔξαιτο. Vertit autem Bill. *Quod si tu quidem omnium vota liberalitate tua superas*

(54) *Πᾶν μέτρον ἄριστον*. Combef. : *Quidquid mediocritate optimum est.*

(55) *Εὐεργέτην τε*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. τέ decst. Mox, ἐπεὶ καὶ νῦν. Ita Reg. Pass. Montac. Bill. ac Combef. In edit. ἐπὶ καὶ νῦν.

(56) *Τῶν ἐξαιρέτων*. Cod. Pass τὸν ἐξαίρετον.

(57) *Ἀξιῶν θάρσους αὐτὸν τυχεῖν*. Bill. *Dignumque qui in iis rebus fiduciam obtineat.*

(58) Alias CCXXVI. Scripta circa idem tempus.

(59) *Καλῶς οἱ πολλοὶ στοχάζονται*. Parœmiacus senarius est, inquit Morel., cui alludit :

Μάντις γ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Qui bene conjiciet, vatem hunc perhibeto optimum, apud M. Tullium in opere *De divinatione*, lib. II ; unde mox habent codd. nostri Montac. ac Combef. οὐκ εἰκάζουσιν. In edit. autem οὐ στοχάζονται. Vide Erasm. in Adagio : *Vates optimus qui bene conjicit*

Digitized by Google

μουμένοις (60) οὐκ ἀπιστοῦτιν, ὅτι μὴ μικρᾶς (61) ἡμᾶς ἀξιοῖς αἰδοῦς καὶ τιμῆς. Τούτων εἷς ἐστι καὶ ὁ τιμιώτατος υἱὸς ἡμῶν Γεώργιος, ὃς πολλαῖς ζημίαις περιπεσὼν, καὶ κάμνων ἱκανῶς (62) ἐν τοῖς πράγμασιν, ἕνα λιμένα σωτηρίας εὑρίσκει, τὸ προσαχθῆναί σοι δι' ἡμῶν (63), καὶ τυχεῖν τινος φιλανθρωπίας παρὰ τοῦ τιμιωτάτου τῶν οἰκείων Κόμητος. Δὸς οὖν τὴν χάριν, εἰ βούλει μὲν, αὐτῷ καὶ τῇ χρείᾳ· εἰ βούλει δὲ, ἡμῖν, οἷς τὸ πάντα (64) χαρίζεσθαι οἶδ' ὅτι ἐγνωσμένον ἐστί σοι, καὶ αὐτοῖς πείθεις τοῖς πράγμασι (65).

A riantibus fidem non abnuunt, quod nempe non mediocri nos observantia et honore prosequeris. Ex iis unus est etiam honoratissimus Georgius noster, qui cum in magnum damnum incideriit, et plurimum insudet negotiis, unum **128** salutis portum invenit, ut ad te per nos accedat, et benignitatem quamdam obtineat ab amplissimo Comite domesticorum. Da igitur hanc gratiam, si quidem velis, ipsi et necessitati; sin malis nobis, quibus omnia gratificari constitutum tibi esse probe novi, quin etiam rebus ipsis persuades.

PNB'. ΘΕΟΔΩΡΩ (66).

CLII. THEODORO.

Regimen Ecclesiæ Nazianzenæ, hortantibus episcopis, maxime Bosporio Colonieusi, et Theodoro Tyanensi, populisque pastore destitutis cogentibus, Gregorius susceperat; haud quidem statim postquam, abdicata Constantinopolitana sede, Nazianzum reversus est; verum post silentium et Pascha, post Xanxaridis balnea. Nisi enim primum hujus Ecclesiæ regimen recusassel, tot precibus, tot instigationibus non opus fuisset, ut ad illud suscipiendum Gregorius impelleretur. Nazianzenam autem Ecclesiam cum per æstatem totum, vel etiam paulo amplius administrasset, circa initium autumni datis litteris ad Theodorum Tyanensem significavit, se morbo ab Ecclesiæ gubernaculis abductum fuisse, ipsique Theodoro hanc curam incumbere; quod si non audiatur, addit se omnibus publice prædicaturum Ecclesiam hanc pastore indigere.

Καιρός μοι τὸ τῆς Γραφῆς εἰπεῖν· *Πρὸς τίνα βοήσομαι ἀδικούμενος; τίς ἐρέξει μοι χεῖρα πιεζομένῳ;* εἰς τίνα τὸ βάρος τῆς Ἐκκλησίας χωρήσει, κακῶς οὕτω διακειμένης, καὶ λελυμένης (67); διαμαρτύρομαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐκλεκτῶν ἀγγέλων, ὅτι μὴ δίκαια πάσχει τὸ τοῦ Θεοῦ ποίμνιον, ἀποίμαντον ὂν καὶ ἀνεπίσκεπτον διὰ τὴν ἡμετέραν νέκρωσιν. Ἐμὲ γὰρ ἡ νόσος κατέχει, καὶ τάχιον ἀπήγαγε τῆς Ἐκκλησίας, καὶ νῦν παντάπασιν ἀχρειοῖ, ἀεὶ τὰ τελευταῖα πνέοντα, καὶ πλέον τοῖς πράγμασι συντριβόμενον. Εἰ μὲν οὖν ἄλλην τινὰ κεφαλὴν εἶχεν ἡ ἐπαρχία, πρὸς ἐκείνην ἔδει βοᾶν καὶ διαμαρτύρασθαι. Τῆς δὲ σῆς εὐλαβείας ὑπερκειμένης (68), πρὸς σὲ βλέπειν ἀναγκαῖον. Φρόντισον τῆς σῆς Ἐκκλησίας ὃν βούλει τρόπον, καὶ μὴ παρίδῃς ἀναξίως ἑαυτῆς πράττουσαν. Ἵνα γὰρ τ' ἄλλα ἐάσω, οἷα νῦν ἐπιστάντες οἱ Ἀπολλιναριανοὶ, τὰ μὲν πεποιήκασι, τὰ δὲ ἀπειλοῦσι, παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν συμπρεσβυτέρων μαθήσῃ, Εὐλαλίου τοῦ χωρεπισκόπου, καὶ Κελευσίου, οὓς ἐξ ἔργου (69) πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀπεστάλκαμεν. Καὶ τὸ ταῦτα ἐπισχεῖν, οὐ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας καὶ ἀσθενείας,

B Tempus mihi est illud Scripturæ usurpandi: *Ad quem vociferabor injuriam perpetiens*[66]? Quis mihi oppresso manum porriget? Ad quem Ecclesiæ, tam male affectæ ac solutæ, pondus devolvetur? Testificor coram Deo et electis angelis, Dei gregem indigna pati, ut qui ob perditam valetudinem meam nec pascatur, nec visitetur. Nam me morbus constrictum tenet, atque ab Ecclesiæ gubernaculis celerius abduxit, nuncque inutilem prorsus reddit, ut qui, et singulis diebus extremum pene spiritum efflem, et negotiorum mole magis opprimar. Ac si quidem hæc provincia caput quoddam aliud haberet, ad illud clamare, ipsiusque opem obtestari oporteret. Cum autem pietas tua superiore loco sita sit, ad te conjectos oculos habere necesse est.

C Ecclesiam tuam, quo pacto tibi videbitur, cura, nec eam in ea calamitate, qua indigna est, versantem despice. Nam, ut cætera missa faciam, qualia Apollinaristæ nunc impetu facto, partim admiserunt, partim minitantur, ex dominis meis compresbyteris Eulalio chorepiscopo, et Celeusio, quos dedita opera ad pietatem tuam misimus, intelliges.

[66] Habac. I, 2.

(60) *Ἡμῖν φιλοτιμουμένοις.* Combef. : *Nobis officiis glorianlibus, iisque effusis, fidem præstant.* Non apte Morel. *Nobis cupide faventibus.*

(61) *Μικρᾶς.* Ita codd. nostri, Montac. Morel. ac Combef. In edit. μακρᾶς.

(62) *Κάμνων ἱκανῶς.* Cod. Pass., κάμνων περισσῶς. At Combefisio præsens minus congruere videtur. Legit itaque καμὼν ἱκανῶς, ac vertit : *Plurimum negotiis insudarit, satis superque iis sit attritus.*

D (63) *Προσαχθῆναί σοι δι' ἡμῶν.* Combef. : *Ut per nos tibi præsentetur* Morel. *Ut tibi nostra opera adjungatur.*

(64) *Εἰ βούλει δὲ, ἡμῖν, οἷς τὸ πάντα.* Montac. et Morel. εἰ βούλει δὲ καὶ ἡμῖν. Cod. et Pass. οἷς τὰ πάντα.

(65) *Καὶ αὐτοῖς πείθεις τοῖς πράγμασι.* B. 3, καὶ αὐτοῖς πιστοῖς τοῖς πράγμασι, *et utinam rebus ipsis confirmes!* Sic etiam habet Montac., mallet tamen καὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς πράγμασι πείθεις, *rebus enim ipsis persuades.*

(66) Alias LXXXVIII. Scripta initio autumni anni 382.

(67) *Καὶ λελυμένης.* Hæc verba desunt in cod. Pass.

(68) *Ὑπερκειμένης.* Combef. *Superiori loco præsideat, quæsito jam metropolitano jure.*

69) *Οὓς ἐξ ἔργου.* Combef. οὓς ἐξ ἀγροῦ πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν ἀπεστάλκαμεν, *quos rure ad tuam pietatem misimus,* chorepiscopum Eulalium, et Celeusium, ipsum quoque, ut par est, vicarium presbyterum et χωρικόν, sicque meo periculo emendo. Inaudita enim phrasis, ἐξ ἔργου, ac nihil commoda : trita vero vocis alterius constructio cum particulis, ἐν, ἐξ, εἰς, unaque reddunt dictione poetæ, ἀγρόθι, ἀγρόθεν, ἀγρόνδε. Hæc a Gregorio scripta sunt extrema sua senectute post reditum suum Constantinopoli, cum Nazianzenam Ecclesiam coactus est tantisper regere, donec Eulalium ei præficiendum obtinuit. Quod provinciæ præsidem alium non agnoscit quam Theodorum Tyanensem, argumento est Nazianzum quoque Tyanensis metropolitæ juri cessisse tandem, ipsumque concessisse Gregorium.

Digitized by Google

Hæc porro reprimere, non nostræ ætatis et imbecillitatis est, verum solertiæ tuæ ac potestatis : quandoquidem præter cætera hoc quoque ad commune Ecclesiæ præsidium tibi a Deo donatum est, ut viribus **129** polleas. Quod si hæc dicens ac scribens minime audiar, quod unum superest, hoc faciam, nempe ut publice omnibus prædicem ac perspicuum reddam, quod Ecclesia episcopo indigeat; ne alioqui ex adversa nostra valetudine deinceps sequatur, vos intelligetis.

A ἀλλὰ τῆς σῆς ἀγχινοίας καὶ δυνάμεως, ἐπειδή σοι, μετὰ τῶν ἄλλων, καὶ τὸ ἰσχύειν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, ἐπὶ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ (70). Εἰ δὲ ταῦτα λέγων καὶ γράφων οὐκ ἀκουοίμην, ὃ λείπεται μόνον, τοῦτο γενήσεται, δημοσίᾳ κηρύξαι πᾶσι καὶ καταστῆσαι γνώριμον, ὅτι ἐπισκόπου χρῄζει ἡ Ἐκκλησία, ἵνα μὴ παρὰ τῆς ἡμετέρας ἀῤῥωστίας καταβλάπτηται. Τὸ δὲ ἐξῆς ὑμεῖς εἴσεσθε.

incommodo ac detrimento afficiatur. Quid autem

CLIII. BOSPORIO EPISCOPO COLONIÆ.

PNΓ'. ΒΟΣΠΟΡΙΩ ΕΠΙΣΚΟΠΩ ΚΟΛΩΝΙΑΣ (71).

Quod se facturum minabatur superioribus litteris Gregorius, præstitit; gubernacula Ecclesiæ abdicavit, nec cogi ultra potuit ut illa rursus susciperet. Hinc Bosporio, cui primum cesserat, hortanti iterum ut illa capesseret, his Litteris respondet se bis supplantatum et deceptum, ad Deum jam secessurum. *Bis autem se deceptum ait, primo scilicet cum in Constantinopolitanam sedem est collocatus, deinde cum Ecclesiam Nazianzenam, suadente Bosporio, regendam suscepit. Juxta Tillemontium* (72), *Gregorius se queritur supplantatum primo Nazianzi, secundo Constantinopoli. Nobis hæc videntur intelligenda potius de illis, dicamne dolis, an impedimentis, quæ constituendo Nazianzi episcopo ejus provinciæ præsules semel et iterum attulisse queritur Gregorius. Episcopi rogabant ut remaneret tantisper, donec ejus loco episcopum constituissent. Hoc responsum unus ex iis, Gregorii alioqui familiaris, Bosporius habuit. Quare coacti sunt tandem huic Ecclesiæ episcopum præficere, quod anno* 382 *accidisse, electumque Eulalium arbitramur.*

Hoc jam secundo a vobis supplantatus atque deceptus sum (quid dicam nosti) : ac si quidem juste, odoretur a vobis Deus odorem suavitatis [67] ; si autem iniique, hanc noxam vobis Dominus condonet. Sic enim me de vobis loqui æquum est, quandoquidem illatas injurias æquo animo ferre jubemur. Cæterum ut penes vos est voluntatis vestræ potestas, sic meæ quoque penes me est. Non ultra vobis gravis erit gravis ille Gregorius. Ad Deum secedam, qui solus purus est, et a fraude alienus. In meipsum colligar. Hæc mihi ipsi consului. Bis enim ad eumdem lapidem impingere dementibus solum tribuit parœmia.

B Δὶς ἤδη τοῦτο ἐπτέρνισμαι παρ' ὑμῶν, καὶ ἠπάτημαι (οἶδας ὃ λέγω)· καὶ εἰ μὲν δικαίως, ὀσφρανθείη Κύριος παρ' ὑμῶν ὀσμὴν (73) εὐωδίας· εἰ δὲ ἀδίκως, συγγνοίη Κύριος. Οὕτω γὰρ ἐμὲ περὶ ὑμῶν λέγειν εὔλογον, ἐπειδὴ φέρειν καὶ ἀδικούμενοι προστετάγμεθα. Πλὴν ὥσπερ ὑμεῖς κύριοι τῆς ὑμετέρας γνώμης, οὕτω κἀγὼ τῆς ἐμῆς. Οὐκ ἔτι βαρὺς ὑμῖν ἔσται Γρηγόριος ὁ βαρύς (74). Ἀναχωρήσω πρὸς Θεὸν τὸν μόνον καθαρόν τε καὶ ἄδολον. Εἰς ἐμαυτὸν συσταλήσομαι. Ταῦτα ἐμαυτὸν ἐνουθέτησα (75). Δὶς γὰρ πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον προσπταίειν, τοῖς ἀνοήτοις μόνοις ἡ παροιμία δίδωσιν.

CLIV. OLYMPIO.

PNΔ'. ΟΛΥΜΠΙΩ (76).

Scripta est hæc epistola anno, quo Olympius Cappadociæ præfectus, decessit imperio, id est, exeunte anno 382. *Summa æquitate provinciam administraverat Olympius, et ideo magnum sui desiderium apud Cappadocas reliquit; quod quidem his apparet litteris Gregorii, qui eum discedentem flevit, magnisque abeuntem laudibus et faustis ominibus est prosecutus.*

Tu nobis præfectus es, etiam post præfecturam (alio enim modo quam vulgus solet, de rebus judicamus), quoniam virtutes omnes, quæ quidem præfecto dignæ sint, complexu tuo tenes. Plerique enim ex iis, qui sublimibus thronis insident, apud me humi jacent, nimirum quos manus humiles et abjectos efficit, servosque eorum, quibus præsunt.

C Ἡμῖν ἄρχων σὺ καὶ μετὰ τὴν ἀρχὴν (κρίνομεν γὰρ ἑτέρως, ἢ ὡς οἱ πολλοὶ, τὰ πράγματα), ὅτι πᾶσαν ἀρχικὴν ἀρετὴν ἐν σεαυτῷ συλλαβὼν ἔχεις. Πολλοὶ γὰρ τῶν ὑψιθρόνων (77) ἐμοὶ κάτω, ὅσους ἡ χεὶρ ποιεῖ (78) ταπεινοὺς καὶ δούλους τῶν ἀρχομένων. Πολλοὶ δὲ ὑψηλοὶ καὶ μετέωροι, κἂν ἑστήκασι κάτω, ὅσους ἄνω τίθησιν ἀρετὴ, καὶ ποιεῖ μειζόνων ἀρχῶν ἀξίους.

[67] Gen. VIII, 21.

(70) *Ἐπὶ τῇ κοινῇ τῆς Ἐκκλησίας προστασίᾳ.* Ita cod. et Combef. In edit. ἐπὶ κοινῇ προστασίᾳ τῆς Ἐκκλησίας. Cod. Pass. ἐπὶ κοινῇ σωτηρίᾳ τῆς Ἐκκλησίας.

(71) Alias XV. Scripta paulo post superiorem.

(72) *Vita Greg.* § 40 et 71.

(73) *Ὀσφρανθείη Κύριος παρ' ὑμῶν ὀσμήν.* Ita codd. duo Regg. et sic legit Bill. In edit. Κύριος ὑμῶν. Montac. et Combef. Κύριος ὀσμήν. Alludit ad illud Genes. VIII, 21 : *Ædificavit autem Noe altare Domino, et tollens de cunctis pecoribus ac volucribus mundis obtulit holocausta super altare, odoratusque est Dominus odorem suavitatis.*

(74) *Γρηγόριος ὁ βαρύς.* Ita, ait Bill. duo exemplaria Græca; mihi tamen posteriori loco legendum videtur. οὐ βαρύς, ut sic habeat translatio : *Non ultra gravis vobis erit Gregorius, non, inquam, gravis.* At, respondet Combef., vana est Billii conjectura; hanc nec admittit Tillemont

(75) *Ἐνουθέτησα.* Plures Regg. ac Montac. ἐμαυτῷ νενομοθέτηκα· *Hæc mihi ipsi constitui.*

(76) Alias L. Exeunte anno 382 scripta.

(77) *Πολλοὶ γάρ.* Cod. πολλοὶ μὲν γάρ. Mox, pro τῶν ὑψιθρόνων cod. Pass. habet τῶν ὑψηλῶν θρόνων.

(78) *Ὅσους ἡ χεὶρ ποιεῖ.* Combef. : *Quos munerum accepto efficit humiles et abjectos, vel quos manus imperatoris thronis sublimes facit homines abjectos, eorumque servos quibus imperio præsunt.* Male, inquit, Billius jungit et confundit. Ubique Gregorius factitiam istius modi dignitatem ac nobilitatem exagitat.

Digitized by Google

Ἀλλὰ τί τούτων ἐμοί; οὐκ ἔτι μεθ' ἡμῶν ὁ μέγας Ὀλύμπιος, οὐδὲ φέρει τοὺς ἡμετέρους οἴακας. Οἰχόμεθα (79), προδεδόμεθα, γεγόναμεν αὖθις δευτέρα Καππαδοκία (80), πρώτη παρὰ σοῦ γεγονότες. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων τί χρὴ λέγειν (81); ἀλλὰ τίς γηροκομήσει τὸν σὸν Γρηγόριον, καὶ φαρμακεύσει (82) τὴν ἀσθένειαν ταῖς τιμαῖς, καὶ θήσει τιμιώτερον τὸν παρὰ σοῦ πολλοῖς προξενοῦντα τὸ φιλάνθρωπον; Νῦν μὲν οὖν ἀπίοιτε τὴν ὑμετέραν ὁδὸν, τὴν ὁδηγίᾳ καὶ πομπῇ κρείττονι, πολλὰ μὲν δάκρυα καταλιπόντες ἡμῖν, πολὺν δὲ πλοῦτον ἐπικομιζόμενοι παρ' ὑμῶν, καὶ οἷον οὐ πολλοὶ τῶν ἀρχόντων, τὴν εὐδοξίαν, καὶ τὸ ἀνάγραπτοι τυγχάνειν ταῖς πάντων ψυχαῖς, στήλαις οὐκ εὐκινήτοις. Εἰ δὲ πάλιν ἡμῖν ἐπισταίητε, μετὰ μείζονος καὶ λαμπροτέρας τῆς ἀρχῆς (τοῦτο γὰρ ὁ πόθος ἡμῖν μαντεύεται), τελεώτερα τῷ Θεῷ τὰ χαριστήρια πάντως ἀνοίσομεν.

A Permulti rursus alti et sublimes, quamvis inferiori loco atque ordine sint, nempe quos virtus in alto collocat, ac majoribus præfecturis dignos **130** reddit. Sed quorsum hæc mihi? Non jam nobiscum est magnus Olympius, nec gubernacula nostra gerit. Perimus, proditi sumus, facti sumus rursum secunda Cappadocia, qui primæ dignitatem a te consecuti eramus. Atque ut de aliis taceam, ecquis jam Gregorii tui senectutem curabit, corporisque imbecillitatem honoribus velut incantabit, honorationemque ex eo reddet, quod multis hominibus benignitatem tuam conciliaret? Ac nunc quidem itinere vestro, cum meliori ductu ac pompa abite, multas nobis lacrymas relinquentes, multas autem vobiscum opes efferentes, quasque non multi præfecti secum asportant, nimirum bonam existimationem, et quod in omnium animis inscripti atque incisi estis, velut columnis, quæ non facile moveri possunt. Quod si ad nos rursus, cum majori et illustriori magistratu vobis venire contigerit (nam hoc nobis desiderium auguratur), pleniores utique Deo gratias persolvemus.

B

PNE'. ΑΣΤΕΡΙΩ (83).

CLV. ASTERIO.

Eodem tempore quo superiorem epistolam ad Olympium scripsit Gregorius, datis paribus litteris Asterio qui comes Olympii non minora pietatis et æquitatis argumenta ediderat, quique de Cappadocibus perinde ac Olympius bene meritus fuerat, quantum mœrorem atque detrimentum ejus discessus attulerit, significavit. Qui has epistolas legerit, atque etiam 156, quæ proxime sequitur, huic tanquam in speculo contemplari licebit, quam suavi, quam tenero amore, quam toto pectore Gregorius diligeret amicos, quamque grati animi sensu accepta beneficia recoleret; denique quam sancte christianam coleret amicitiam.

Τί τοῦτο πάσχομεν; οἴχεσθε καταλιπόντες ἡμᾶς (84), καὶ ἡμεῖς ἀῤῥωστοῦμεν, οὐδὲ τοσοῦτον παρὰ τοῦ φθόνου (85), συγχωρηθέντες, ὅσον ἐφ' ὑμῖν (86) τὰ προπεμπτήρια φθέγξασθαι. Ὦ τῆς ζημίας (87), καὶ τῆς ἐπηρείας! Κινδυνεύω τι καὶ τολμηρὸν εἰπεῖν. Τί λαμβάνειν (88) ἔδει τὸ ἀγαθὸν, εἰ μὴ παραμένειν ἔμελλεν; Οὐ γὰρ τοσοῦτον εὐφραίνει παρὸν τῶν τερπνῶν οὐδὲν, ὅσον ἀνιᾷ χωριζόμενον. Τετιμήμεθα παρ' ὑμῶν, δεδοξάσμεθα, τῆς ἀρχῆς ἀπελαύσαμεν, C τῆς φιλανθρωπίας ἐνεφορήθημεν (89). Οὔτε γὰρ ἐπιλελήσμεθα τούτων, οὔτε ἐπιλησόμεθα· πρότερον ἡμῶν αὐτῶν, ἢ ὑμῶν. Τί δὲ παρ' ἡμῶν ἀντὶ τούτων ὑμῖν (90); Τί δ' ἄλλο γε, ἢ ὧν ἔχομεν τὸ κάλλιστον; ἔχομεν δὲ τὰς εὐχὰς αἷς σώζοισθε καὶ εὐδοκιμοίητε. Καὶ πάλιν ἡμῖν ὀφθείητε, ἂν ἄρα τοσαύτης τύχωμεν τοῦ ζῆν προθεσμίας (91).

Quidnam hoc est, quod nobis accidit? Relictis nobis abscessistis, ac nos morbo laboramus. Nec livor tantum nobis spatii concessit, ut discessum vestrum oratione prosequeremur. O grave detrimentum, et vim injustam! Periculum est ne audacius quid proloquar. Quid bonum capere attinebat, si permansurum non erat? Nec enim res ulla jucunda tantum voluptatis affert, cum adest, quantum mœroris, cum abscedit. Honore a vobis gloriaque affecti sumus, fructum ex magistratu vestro cepimus, humanitatis officiis repleti sumus. Nec enim hæc oblivione delevimus, nec delebimus: priusque nostri quam vestri memoria nobis elabetur. Quidnam autem pro his rebus vobis beneficii rependemus? Quid aliud quam quod omnium præclarissimum habemus? preces autem habemus, **131** quibus utinam salus vobis et gloria comparetur. Faxitque Deus ut a nobis rursum videamini, si modo nobis tandiu vitæ usura concedatur.

(79) *Οἰχόμεθα.* In cod. deest, nec admittit Combefisius.

(80) *Δευτέρα Καππαδοκία.* Cod. δευτέρα Καππαδόκων. Combef. δεύτεροι Καππαδόκων, πρῶτοι... *secundi rursus Cappadoces, qui a te primi facti eramus.* Nazianzum, inquit Bill., in secunda Cappadociæ provincia situm erat. Hoc igitur vult Gregorius, patriam suam quæ Olympii præfecti virtute supra primam Cappadociam se efferebat, eo decedente jam in ordinem redigi, atque in secundo gradu subsistere.

(81) *Τί χρὴ λέγειν.* Ita cod. et Pass. In edit. τί χρὴ καὶ λέγειν.

(82) *Καὶ φαρμακεύσει*, etc. Combefisius: *Honoribusque ac officiis ceu medicamentis imbecilles vires confovebit.*

(83) Alias CXXV. Scripta eodem tempore.

(84) *Καταλιπόντες ἡμᾶς, καὶ ἡμεῖς*, etc. Legit Combef. καταλιπόντες ἡμᾶς καὶ ὑμεῖς, *vos quoque nobis relictis abscessistis.*

(85) *Παρὰ τοῦ φθόνου.* Montac. et Morel. παρὰ τῆς νόσου. Quæ lectio, ait Combef., simplicior est.

(86) *Ἐφ' ὑμῖν.* Ita codd. Regg. B. 3, et R. ac Combef. In edit. ἐφ' ἡμῖν.

(87) *Ὦ τῆς ζημίας.* Quæ sequuntur usque ad τί λαμβάνειν deerant in edit. Supplemus ex cod. Reg. B. 3. Ita etiam Montac. Morel. et Combef.

(88) *Τί λαμβάνειν.* Cod. B. 3, Montac. et Morel. τί λαβεῖν.

(89) *Τῆς φιλανθρωπίας ἐνεφορήθημεν.* Bill. vertit: *Amicitia expleti sumus. Nec enim hæc oblivione hausimus, nec hauriemus.*

(90) *Ἀντὶ τούτων ὑμῖν.* Ita cod. Reg. B. 3, Montac., Morel., Combef., ipseque Bill. In edit. ἡμῖν.

(91) *Προθεσμίας.* Ita codd. Reg. B. 3, Montac., Morel., Combef. ac Bill. In edit. προθυμίας

Digitized by Google

CLVI. EIDEM.

PNϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (92).

Laudat Asterium quod præsidis adjutor et socius, publicisque deditus commodis, locum tamen det officiis amicitiæ.

Magnus inter homines Hercules, ut ferunt (libet enim tibi, erudito ac diserto viro, tuorum quoque aliquid in memoriam revocare), at non tantus fuisset, nisi Iolaum certaminum socium habuisset ac præsertim adversus hydram, sævam hanc et multis capitibus præditam belluam; cujus ille capita desecabat, hic autem igni cremabat, quemadmodum scilicet vos improbitatis. Multos et Actoris filii curruli certamine superabant, ut Homero placet, dum illi et corporibus et arte gemini habenas et flagellum inter se partirentur, victoriamque alter alteri conciliaret. Vectores multos servat gubernator: at non proinde servaret, nisi bonus proreta ipsi auxilio esset, qui et ventos observat, et scopulos præmonstrat, navisque velut oculus quidam exsistit. Tales nostro judicio vos estis. Nam cum præses ex seipso clarus sit, tu adjuncta opera tua et auxilio, clariorem eum reddis. Quem cum multis nominibus laudemus, tum hoc potissimum nomine admiramur, quod cum tantam publicis commodis benevolentiam conservetis, tamen locum quoque amicitiæ officiis datis, nimirum non morum asperitate (quod multi eorum faciunt, qui modum tenere nesciunt), juris rigorem ostentantes, verum mansuetudine potius imperii austeritatem mitigantes.

Μέγας ἐν ἀνθρώποις ὁ Ἡρακλῆς (93), ὡς λόγος (ἵνα σε λόγιον ὄντα καί τινος ἀναμνήσω τῶν σῶν)· ἀλλ' οὐκ ἂν τοιοῦτος ἦν, εἰ μὴ τὸν Ἰόλαον εἶχε συναγωνιζόμενον, καὶ κατὰ τῆς Ὕδρας (94) μάλιστα, τοῦ πικροῦ τούτου καὶ πολυκεφάλου θηρίου, ἧς ὁ μὲν ἐξέτεμνε (95) τὰς κεφαλάς, ὁ δὲ ἐπέκαιεν, ὥσπερ τας τῆς κακίας (96) ὑμεῖς. Πολλοὺς παρήλαυνον οἱ Ἀκτορίωνες ἅρμασιν, ὡς Ὁμήρῳ δοκεῖ (97)· δίδυμοι γὰρ ἦσαν καὶ τὰ σώματα καὶ τὴν τέχνην· ὁ μὲν τὰς ἡνίας· ὁ δὲ τὴν μάστιγα μεριζόμενοι, καὶ τὸ νικᾷν ἀλλήλοις συνερανίζοντες (98). Πολλοὺς διασώζει κυβερνήτης πλωτῆρας· ἀλλ' οὐκ ἂν ὁμοίως διέσωζε, μὴ καλῷ πρωρεῖ βοηθούμενος, ὃς καὶ διαθρεῖ (99) τοὺς ἀνέμους, καὶ τὰς ὑφάλους προδείκνυσι, καὶ γίνεται τῆς νηὸς οἷόν τις ὀφθαλμός. Τοιοῦτον ἡμῖν καὶ τὸ ὑμέτερον. Λαμπρὸν γὰρ ὄντα τὸν ἄρχοντα καὶ παρ' ἑαυτοῦ, λαμπρότερον αὐτὸς ἐργάζῃ τῇ συνεργίᾳ· ὃν πολλὰ (1) ἐπαινοῦντες, τοῦτο θαυμάζομεν μάλιστα, ὅτι τοσαύτην (2) τοῖς δημοσίοις εὔνοιαν σώζοντες, χώραν δίδοτε καὶ τοῖς φιλικοῖς, οὐ τραχύτητι τρόπου τὸ ἀκριβὲς ἐνδεικνύμενοι, κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀμέτρων, ἡμερότητι δὲ μᾶλλον τὸ τῆς ἀρχῆς αὐστηρὸν τιθασσεύοντες.

CLVII. THEODORO.

PNZ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (3).

Anni 382 finem, vel sequentis initium redolet hæc epistola, cujus exordium belle respondet epistolæ 153, quam anno labente mox collocavimus. Quemadmodum enim in epistola 153 scribit Basporio his verbis: Non ultra vobis gravis ero, etc., *sic ad Theodorum:* Non jam vobis molestiam exhibebo. *Itaque cum exeunte tantum anno 382, vixque ante annum 383 episcopus Nazianzi ordinatus sit Eulalius, in confinitis anni utriusque hæc epistola merito collocatur. Severe canones optat observari, rogatque Theodorum ut Nicobuli pueros paterno velit oculo conspicere.*

Spiritualia finem habent: non jam vobis molestiam exhibebo. Coite, vos ipsos munite, **132** adversum nos consilia inite. Vincant qui nos oderunt: ad unguem observentur canones, a nobis, quibus

Τὰ μὲν πνευματικὰ (4) πέρας ἔχει· οὐκέτι προσθήσω διοχλεῖν ὑμῖν. Συνίοιτε, φράσσοισθε (5), βουλεύοισθε καθ' ἡμῶν. Νικάτωσαν οἱ μισοῦντες ἡμᾶς· φυλαττέσθωσαν ἀκριβῶς οἱ κανόνες, ἀφ' ἡμῶν ἁρ-

(92) Alias CXXVII. Scripta paulo post superiorem.

(93) Ὁ Ἡρακλῆς. Ita codd. Par. Reg. 1405. B. 3, necnon Montac., Morel., Bill. ac Combef. In edit. Ἡρακλεῖς. Mox, ὡς λόγος, sic iidem codd. ac Combef. In edit. ὡς ὁ λόγος.

(94) *Καὶ κατὰ τῆς Ὕδρας.* In cod. et Reg. καὶ deest. Hydra Lernæa serpens erat, ut poetæ fingunt, unicum duntaxat corpus habens et quinquaginta capita. Hæc Hercules secare aggressus, huic rei impar fuisset, uno enim occiso, duo statim repullulabant, nisi Iolaus socius certaminum abscissa capita excussisset. Hinc Ovidius, *Metamorph.* libro IX:

. . . . . *Nec profuit hydræ*
Crescere per damnum, geminasque resumere vires.

(95) Ὁ μὲν ἐξέτεμνε. Ita cod. et duo Regg. In edit. ἐξέτεμε. Mox, in edit. ἐπέκαεν, sed cod. sequimur.

(96) Ὥσπερ τὰς τῆς κακίας. Ita cod. et Combef.: *Quemadmodum vos capita improbitatis*, etc. In edit. ὥσπερ τὰ τῆς κακίας, quod Bill.: *Quemadmodum vos improbitatem.*

(97) Ὡς Ὁμήρῳ δοκεῖ. Homer. *Iliad.* XXIII, 638 et seqq.:

Οἷοισίν μ' ἵπποισι παρήλασαν Ἀκτορίωνε
Πλήθει πρόσθε βαλόντες. . . . .
Οἱ δ' ἄρ ἔσαν δίδυμοι· ὁ μὲν ἔμπεδον ἡνιόχευεν,
. . . . . ὁ δ' ἄρα μάστιγι κέλευεν.
Solis me equis præverterunt Actoris filii
Multitudine superantes. . . . .
Illi vero erant gemini: hic quidem firmiter auri-
[gabatur;
. . . . . Ille vero flagello imperitabat.

(98) Συνερανίζοντες. Cod. Par. ἀντερανίζοντες.

(99) Ὃς καὶ διαθρεῖ. Ita cod Par. et duo Regg.; sic et Bill. ex conjectura.

(1) Ὧν πολλά. Ita cod. et Combef. In edit. ὧν πολλὰ.

(2) Ὅτι τοσαύτην. Ita codd. duo Regg. et Combef. In edit. ὅτι deest.

(3) Alias LXXXIII. Exeunte anno 382, vel ineunte 383 scripta.

(4) Τὰ μὲν πνευματικά. Montac. et Morel. μὲν delent. Paulo infra, pro διοχλεῖν ὑμῖν, cod. Pass. διοχλεῖν ὑμᾶς.

(5) Φράσσοισθε. Montac., Morel. ac Combef. φράζοισθε, *loquimini*, quod magis cohæret.

Digitized by Google

ξάμενοι τῶν ἀμαθεστάτων. Οὐδεὶς ἀκριβείας φθόνος· τὰ φιλικὰ δὲ μὴ κεκωλύσθω. Οἱ τοῦ τιμιωτάτου υἱοῦ Νικοβούλου παῖδες ἦκασιν εἰς τὴν πόλιν ταχυγραφεῖν μαθησόμενοι· τούτους τά τε ἄλλα καὶ οἰκείως (6) ἰδεῖν καὶ πατρικῶς θέλησον (οὐ γὰρ καὶ τοῦτο κωλύουσιν οἱ κανόνες), καὶ ὅπως ἂν γειτονῶσι τῇ ἐκκλησίᾳ φρόντισον (7). Βούλομαι γὰρ αὐτοὺς (8) καὶ τὸ ἦθος τυποῦσθαι πρὸς ἀρετὴν, τῇ σῇ τελειότητι συνεχῶς ἐντυγχάνοντας (9).

A nihil est imperitius, initium ducentes. Nihil est quamobrem quispiam ob leges severe observatas invidia commoveatur : at vero amicitiæ officia minime prohibeantur. Charissimi filii mei Nicobuli pueri ad urbem profecti sunt, ut celeriter scribendi artem addiscant; a te peto, ut, cum in aliis rebus benevolo eos ac paterno oculo conspicias (neque enim quominus id quoque fiat, canones vetant), tum etiam id cures, ut non longe ab ecclesia habitent. Cupio enim ipsorum perpetuam tecum, hoc est, cum homine omnibus virtutum numeris absoluto, consuetudinem habentium, mores etiam ad virtutem informari.

ΡΝΗ'. ΕΥΛΑΛΙΩ (10).

CLVIII. EULALIO.

Eulalius ad quem hæc scripta est epistola, non alius quam qui recens Ecclesiæ Nazianzenæ præfectus fuerat. Proinde scribi ante annum 382 *exeuntem non potuit, quo tempore perfecit tandem Gregorius quod multis precibus et conatibus frustra diu tentaverat, nempe ut Nazianzo episcopus præficeretur. Gregorius, explorato Alypianæ proposito, rationem reddit Eulalio, simulque hortatur ut* pro puella preces fundat, et quod salutis initium accepit, excolat ad Dei gloriam : *quibus verbis aperte et episcopi erga sacras Deo virgines officium, et ipsa Nazianzi designatur Ecclesia.*

Οὐδὲν ἰσχυρότερον ἀληθείας, ὡς τῷ Ἔσδρᾳ κάμοὶ B δοκεῖ· ἡ γὰρ παρθένος Ἀλυπιανὴ κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν (11) λόγον ἀπαιτουμένη παρ' ἡμῶν τοῦ οἰκείου φρονήματος (12), ὡς προσέταξας, ἐπαῤῥησιάσατο (13) καθαρῶς τὴν ἀλήθειαν, παρθενίαν ὁμολογοῦσα, καὶ ταύτης ἐχομένη θερμότερον μὲν ἢ ὡς προσεδοκῶμεν (14), εὐσταθέστερον δὲ ἢ θερμότερον, ζήλῳ μὲν παρθενικῷ (15), πολιαῖς δὲ ταῖς ἀποκρίσεσι· καὶ τὸ τραχὺ τῆς ἐρωτήσεως ἡμῶν τῷ τέλει χρηστὸν ἐφάνη· τὸ γὰρ στερρὸν τῆς γνώμης μᾶλλον διέδειξε. Ταῦτ' οὖν (16) εἰδὼς ὑπερεύχου τε τῆς παιδός· καὶ ἣν ἔλαβεν (17) ἀρχὴν τῆς σωτηρίας γεώργησον, εἰς δόξαν Θεοῦ τε καὶ ἡμῶν, καὶ παντὸς τοῦ τῶν εὐλαβῶν τάγματος (18).

Nihil veritate fortius, ut et Esdræ et mihi videtur. Nam Alypiana virgo, cum omni diligentia ab ea exposceremus sui ipsius propositi rationem, ut injunxeras, libere et ingenue veritatem confessa est, virginitatem professa, eique adhærens majori fervore quam exspectabamus, majori tamen constantia quam fervore, fervore, inquam, virgineo, sed senilibus responsis. Proinde interrogationis nostræ asperitas, exitu lenis visa est, nam consilii firmitatem ac propositi magis ostendit. Hæc igitur sciens pro puella preces funde; et quod salutis initium accepit, excole, ad Dei gloriam et nostram, ac totius religiosi cœtus.

ΡΝΘ'. ΘΕΟΔΩΡΩ (19).

133 CLIX. THEODORO.

Hanc ad Theodorum epistolam, aliasque plures hic collocamus, quæ ad annum 382 *vel* 383 *referri possunt, ut cuique libuerit. Nihil enim continent quo veluti nota quadam dignosci certove argumento probari possit, quo tempore fuerint scriptæ. In ista Gregorius Theodoro (quem Tyanensem credimus) Amazoniam propinquam suam, piam virginem, commendat.*

Αἷμα μὲν ἐμὸν, θρέμμα δὲ ὑμέτερον (20), κτῆμα C δὲ Θεῷ τῶν τιμίων προσάγω τῇ σῇ εὐλαβείᾳ τὴν αἰδεσιμωτάτην θυγατέρα ἡμῶν (21) Ἀμαζονίαν τὴν

Propinquam quidem meam, tuam autem alumnam, possessionem vero Deo charam, pietati tuæ offero, nimirum cumprimis venerandam filiam

(6) *Τούτους τά τε ἄλλα καὶ οἰκείως*. Cod. Reg. τούτους γὰρ τά τε ἄλλα οἰκείως. Mox, pro πατρικῶς, cod. Pass. πνευματικῶς.

(7) *Φρόντισον*. Cod. Pass. φρόντισαι.

(8) *Βούλομαι γὰρ αὐτούς*. Ita codd. Reg. R. et Pass. In edit. βούλομαι γὰρ αὐτοῖς, quod Bill. : *Cupio enim mores quoque ipsis ad virtutem informari, quod scilicet assequentur, si*, etc.

(9) *Ἐντυγχάνοντας*. Ita codd. Reg. et Pass., Montac., Morel. et Combef. In edit. ἐντυχόντας.

(10) Alias CCXXXII. Scripta eodem tempore. —*Εὐλαλίῳ*. Est ubi Helladio inscribatur hæc epistola. Sic in cod. Reg. et B. 3, necnon apud Montac. et Morel. Helladius Cæsariensis antistes fuit, Eulalius Nazianzenus. Utravis in urbe virgo nomen dederit sponso Christo, fuit sororis Gregorii Gorgoniæ neptis, Alypianæ filia Nicobulo nuptæ.

(11) *Κατὰ πᾶσαν ἀκρίβειαν*. Morel. : *Omni accurato genere*. Combef. : *Severiori examine*.

(12) *Τοῦ οἰκείου φρονήματος*. Morel. : *Constantis animi*. Combef. : *Obfirmati animi*.

(13) *Ἐπαῤῥησιάσατο*, etc. Morel. : *Libere, ut injunxeras, et pure professa est veritatem confitens atque adhæren..*

(14) *Θερμότερον μὲν ἢ ὡς προσεδοκῶμεν*. Cod. Reg. et Montac. θερμότερον ἢ προσεδοκῶμεν. Vertit Morel. : *Fervidius illa quidem quam exspectabamus*. Mox, εὐσταθέστερον. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. εὐσταθμότερον, quod Morel. *Sedet constantius quam calidius*.

(15) *Ζήλῳ μὲν παρθενικῷ*. Ita cod. Reg. B. 3, et R. ac Combef. In edit. λέγω δὲ ζήλῳ μὴ παρθενικῷ, quod Morel. : *Dico autem fervore non virgineo*. Apud Montac. λέγω deest.

(16) *Ταῦτ' οὖν*. In cod. Reg. et apud Montac. οὖν deest, et τί paulo post.

(17) *Ἣν ἔλαβεν*. Codd. Reg. et R. ἣν ἔλαβες, *quod accepisti*.

(18) *Τάγματος*. Cod. Reg. et Montac. συντάγματος.

(19) Alias LXXXII. Scripta anno 382 vel 383.

(20) *Θρέμμα δὲ ὑμέτερον*. Ita codd. tres Regg. In edit. vitiose ἡμέτερον.

(21) *Θυγατέρα ἡμῶν*. Cod. Reg. 1405. Montac. et Morel. non θυγατέρα, sed Θεοδώραν. At si Θεοδώραν, ait Combef, τὸ Ἀμαζονίαν adjectivum vi-

Digitized by Google

nostram virginem Amazoniam, cujus tu si et fidem honori habeas, et adversæ corporis valetudini opem feras, ob idque in omnibus rebus manum ipsi porrigas, ejusque curam suscipias, rem sane ingenuam, tuaque pietate, addam et amicitia nostra, dignam facies.

παρθένον, ἧς καὶ τὸ πιστὸν αἰδούμενος, καὶ τῇ ἀῤῥωστίᾳ τοῦ σώματος βοηθῶν, καὶ διὰ τοῦτο ἐν πᾶσι χεῖρά τε ὀρέγων καὶ κηδόμενος, πρᾶγμα ποιήσεις ἐλεύθερον καὶ τῆς σῆς εὐλαβείας ἄξιον, προσθήσω δὲ, καὶ τῆς ἡμετέρας φιλίας.

CLX. EIDEM.

ΡΞ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (22).

Jus Eugeniæ ad hæreditatem adeundam commendat Gregorius Theodoro.

Et tu, et nos hoc volumus, filiam nostram Eugeniam jus suum apud tuam pietatem obtinere, nec permittere ut a suis hæredibus injuria afficiatur. Afficeretur autem, si quid ei ex his rebus eriperetur, quæ ab avia nepti relictæ sunt; quam illa summa cura educavit ac reliquit, paucis ipsi rebus legatis, cum tamen multa tunc promisisset, seque ei relicturam speraret.

Σὺ καὶ ἡμεῖς τοῦτο βουλόμεθα (23), τὰ δίκαια γενέσθαι τῇ θυγατρὶ ἡμῶν Εὐγενίᾳ (24) παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, καὶ μὴ περιιδεῖν αὐτὴν ἀδικουμένην ὑπὸ τῶν αὐτῆς κληρονόμων· ἀδικηθείη (25) δ' ἄν, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, εἴ τινος στερηθείη τῶν τῇ ἐγγόνῃ παρὰ τῆς τιτθῆς καταλειφθέντων, ἣν ἀνεθρέψατο κατὰ πᾶσαν ἐπιμέλειαν· καὶ ἀπέλιπεν ἐπ' ὀλίγοις ἀντὶ πολλῶν ὧν ὑπεισχνεῖτό τε (26) καὶ ἤλπιζεν.

CLXI. EIDEM.

ΡΞΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (27).

Significat Theodoro se dictæ in quemdam hominem sententiæ acquiescere, eamque validis ipse rationibus confirmat. Hæc epistola in editis Leontio inscribitur, sed in Parisiensi Ecclesiæ, nunc Regio codice, τῷ αὐτῷ, adeoque Theodoro.

Quæ mihi æqua videbantur, scripsi. Quod si aliud quiddam, ac non illa tibi in mentem venerint (non autem dubito, quin optima ratione veniant), id quoque accipiemus. Alioqui enim adversus ipsammet pietatem iniqui et injurii essemus, si tibi, ut juste atque integre judicanti, eos qui ad nos accedunt, offeramus, at non item iis, quæ statueris, acquiescamus, quod quidem plerique ex iis, qui perquam miseri et imperiti sunt, facere consueverunt.

Ἃ δίκαια ᾤμην, ἐπέσταλκα (28). Εἰ δὲ ἄλλο τι, καὶ μὴ ταῦτα παρέστη (29) (πείθομαι γὰρ ὡς ὀρθῶς παρέστη), καὶ τοῦτο δεξόμεθα. Ἠ ἀδικοῖμεν ἂν καὶ παρανομοῖμεν εἰς αὐτὴν τὴν εὐσέβειαν, ὡς μὲν τὰ δίκαια κρίνοντι, τοὺς προσιόντας ἡμῖν προσάγοντες, οἷς δ' ἂν δικάσῃς, μηκέτι ἐμμένοντες· ὃ τοῖς πολλοῖς ποιεῖν σύνηθες τῶν λίαν ἀθλίων καὶ ἀπαιδεύτων.

134 CLXII. EIDEM.

ΡΞΒ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (30).

Laudatur tom. V Conciliorum hæc epistola, qua Theodoro ingenuas *matronas ita commendat Gregorius, ut adversus* potentioris tyrannidem, *si deserantur,* acrioribus ipse animis insurgere, *earumque tueri innocentiam paratum se confitealur.*

Quæ a venerabilissimis dominis meis episcopis ad pietatem tuam scripta sunt, eadem a nobis quoque scripta esse ducens, ingenuis matronis dextram, quæso, præbe, nec eas viri illius, adversus quem progressæ sunt, tyrannica potentia vexari atque opprimi patere: verum iis, ut par est, opitulare, si scis quæ patiantur, et ob quam causam patiantur; si autem nescis quoniam idipsum patiuntur, propterea quod injustitia tibi ignota est, nec fidem meretur. Quod si nos quispiam curiosio-

Ἃ παρὰ τῶν κυρίων μου τῶν τιμιωτάτων ἐπισκόπων ἐπέσταλται πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν, ταῦτα καὶ παρ' ἡμῶν ἐπεστάλθαι νομίσας, δὸς, παρακαλῶ, χεῖρα ταῖς ἐλευθέραις, καὶ μὴ περιίδῃς αὐτὰς τυραννουμένας, καὶ περιωθουμένας ὑπὸ τῆς τοῦ ἀνδρὸς δυναστείας, καθ' οὗ προελήλυθασιν (31)· ἀλλ' ἐπικούρησον τὰ εἰκότα, εἰ μὲν οἶδας ἃ πάσχουσι, καὶ δι' ἃ πάσχουσιν (32)· εἰ δ' ἀγνοεῖς, ὅτε καὶ τοῦτο πάσχουσι, τῷ σοι μὴ γινώσκεσθαι τὴν ἀδικίαν, μηδὲ πιστεύεσθαι. Εἰ δέ τις αἰσθοιτο περιερ-

deri posset. Verum non esse liquet ex epist. 39, ubi Sophronio præfecto commendat reverendissimum fratrem Amazonium. Est hic ergo proprium nomen, nec edito mutandum aliquid.

(22) Alias LXXXV. Scripta iisdem temporibus.

(23) *Τοῦτο βουλόμεθα.* Ita Montac. et Morel. In edit. διὰ τοῦτο, etc., quod Bill., *Ob hanc causam volumus.* Sed quæ sit illa causa?

(24) *Εὐγενίᾳ.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. Εὐγενείᾳ.

(25) *Περιιδεῖν αὐτὴν ἀδικουμένην ὑπὸ τῶν αὐτῆς κληρονόμων· ἀδικηθείη*, etc. Ita cod. Par. et alii duo Regg. In edit. hæc desunt.

(26) *Ὑπεισχνεῖτό τε.* Ita Combef. In edit. ὑπεισχνεῖτο τότε.

(27) Alias LXXXVI. Scripta circa idem tempus.

(28) *Ἐπέσταλκα.* Ita cod. Reg. 1405, et Combef. In edit. ἀπέσταλκα.

(29) *Καὶ μὴ ταῦτα παρέστη.* Bill.: *At non hoc tibi in mentem venerit.* Combef.: *Et illa visa tibi probataque non fuerint.*

(30) Alias LXXXIX. Scripta iisdem temporibus.

(31) *Προελήλυθασιν.* Cod. Reg., Morel. et Combef. προσελήλυθασιν, *adversum quem accesserunt, scilicet interpellaturæ.*

(32) *Καὶ δι' ἃ πάσχουσιν.* Ita Montac. ac Combef. In edit. καὶ deest Vertit Bill.: *Ob eam causam propter quam patiuntur.* Mox, εἰ δ' ἀγνοεῖς, etc. Combef.: *Si autem nescis, quoniam hoc ipsum patiuntur, quod injustitiam non cognoscas, nec illi fidem habeas, ut quibus nihil salebrosum.*

Digitized by Google

γοτέρους εἶναι ἡμᾶς, ὡς οὐδὲν προσήκουσαν δίκην οἰκειουμένους, πειθέτω τοῦτο, καὶ στέρξομεν (33). Νῦν δὲ δέδοικα μὴ οὐχ οὕτως ἔχῃ· μάλιστα μὲν γὰρ οὐδὲ (34) μεμέρισται τὰ Χριστοῦ, καὶ Χριστός· οὐδὲ ὅροις ἔχει φιλανθρωπία. Εἰ δὲ καὶ μεμερίσθαι θείη (35) τις, δύο τοὺς ἐν τῷ πράγματι βαρουμένους γινώσκω, τήν τε σὴν εὐλάβειαν καὶ ἡμᾶς, εἰ παροφθείη τὸ δίκαιον. Ὑπὸ γὰρ τὴν ἀμφοτέρων οἰκονομίαν οἱ κρινόμενοι. Καὶ δέος μὴ παρασυρῇ λόγων πιθανότητι τὸ ἀληθές. Διὰ τοῦτο καὶ συνδίκαζε, καὶ προδίκαζε (36), καὶ ὑπερμάχει τῆς ἀσθενείας ἡμῶν, μή πως εἰς ἀνάγκην καταστῶμεν, καίπερ οὕτω τοῦ σώματος ἔχοντος (37), θερμότερον τῇ ἀληθείᾳ συναγωνίζεσθαι μετὰ Θεοῦ, καὶ τῆς τῶν σῶν εὐχῶν συνεργίας (38).

A res quam par sit, esse existimet, ut qui litem nihil ad nos attinentem nobis asciscamus, id probet, et acquiescemus. At nunc vereor ut ita sit. Maxime enim ne Christi quidem res, ut nec ipse Christus, divisæ sunt, nec finibus ullis circumscripta est benignitas. Atque si etiam divisas esse quispiam statuat, duos, qui hac in re graventur, esse scio, nimirum pietatem tuam et nos, si quod justum est, negligatur : etenim sub utriusque curam et administrationem sunt ii, de quibus judicatur. Ac metuendum est, ne verborum lenocinio veritas convellatur. Ac propterea jus una dicito, et anteverte, ac pro nostra imbecillitate depugna; ne alioqui in eam necessitatem adducamur, ut, in hac licet corporis valetudine, Dei ope, ac tuarum pre-
B cum adjumento freti, acrioribus animis veritati subsidium feramus.

ΡΞΓ. ΤΩ ΑΥΤΩ (39).

CLXIII. EIDEM.

Hic commode subsequetur alia ad eumdem Theodorum epistola, quam merito canonicam appellare possumus. Lecta est in concilio generali quinto. In ea Theologus damnat Georgium Paspasinum, qui se promissis stare non teneri, nec juramento se astrictum esse, propterea existimabat quod membranis inscripta non essent, nec facta cum exsecrationibus promisso. Quo errore depulso, Gregorius Georgio persuasit ut delictum fleret coram Deo et Theodoro, quem magnum *appellat* animarum medicum, *eumque rogat ut juxta canones peccatorem medicatus,* pro compunctionis modo tempus benigne contrahat.

Ὁ Θεὸς χαρίσαιτό σε ταῖς Ἐκκλησίαις, εἰς δόξαν τε ἡμῶν καὶ πολλῶν ὄφελος, οὕτως ὄντα περιεσκεμμένον (40), καὶ ἀσφαλῆ περὶ τὰ πνευματικὰ (41), ὥστε καὶ ἡμᾶς (42) ποιεῖν ἀσφαλεστέρους, τοὺς πλέον ἔχειν τι τῷ χρόνῳ νομιζομένους. Ἐπειδὴ τοίνυν ἠθέλησας κοινωνοὺς ἡμᾶς λαβεῖν πνευματικοῦ σκέμματος (λέγω δὴ τοῦ ὅρκου ἕνεκεν, ὃν Γεώργιος ὁ Πασπασινὸς (43) ἄνθρωπος ὁμωμοκὼς φαίνεται), τό γε παραστὰν (44) ἡμῖν τῇ σῇ εὐλαβείᾳ δηλώσομεν. Παίζουσιν οἱ πολλοὶ ἑαυτοὺς, κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, τοὺς μὲν μετὰ τῶν ἀρῶν (45) προκειμένους ὅρκους, ὅρκους νομίζοντες· τοὺς ἐγγράφους δὲ δίχα τῶν ῥημάτων (46) ἀφοσίωσιν, ἀλλ' οὐχ ὅρκον ὑπολαμβάνοντες. Πῶς γὰρ τὸ (47) μὲν τῶν χρεῶν χειρόγραφον δεσμεῖ πλέον τῆς ἁπλῆς ὁμολογίας· τὸν δὲ ἐγγεγραμμένον ὅρκον, ἄλλο τι ἢ ὅρκον ὑποληψό-

Deus concedat te Ecclesiis, cum ad gloriam nostram, tum ad multorum emolumentum, qui ita circumspectus es et cautus in spiritualibus, ut nos etiam cautiores **135** efficias, qui plus aliquid ætate consecuti existimamur. Quando igitur voluisti consortes nos accipere disquisitionis spiritalis
C (dico jurisjurandi causa, quo se Georgius Paspasinus vir noscitur obstrinxisse), quod in mentem venit nobis tuæ reverentiæ declarabimus. Plerique seipsos illudunt, ut mea fert sententia, dum juramenta quidem cum exsecrationibus proposita, juramenta censent; scripta vero sine verbis, perfunctorium quiddam arbitrantur, sed non juramentum. Quomodo enim debitorum chirographum plus obligare putabimus, quam simplex pactum : scriptum vero juramentum, aliud quiddam, quam jura-

(33) *Στέρξομεν.* Cod. et Combef. στέργομεν, *acquiescimus.* Mox, pro ἔχῃ, cod. ἔχει.

(34) *Γὰρ οὐδέ.* Cod. et Combef. γὰρ οὔ.

(35) *Θείη.* Cod. R. et Combef. οἰηθείη, *esse quispiam existimet.*

(36) *Συνδίκαζε, καὶ προδίκαζε. Una judica et præjudica,* prior ipse judica, judicium instrue, more Atheniensium : qui enim apud eos cædis accusabantur, in Prytaneo per tres menses ante judicium permanebant, eoque tempore ab utraque parte rationes in medium proferebantur, quod προδικασίαν vocabant. Hæc Suidas. At in versione προδίκαζε Bill. omisit.

(37) *Ἔχοντος.* Ita cod. et Combef. In edit. ἔχοντες.

(38) *Εὐχῶν συνεργίας.* Ita cod. Reg. B. 3, R. et Combef. In edit. συνεργίας deest.

(39) Alias CCXIX. Scripta iisdem temporibus.

(40) *Περιεσκεμμένον.* Germana est hæc versio, ait Morel.; depravata illa παρεσκευασμένον. Sic tamen cod. B. 3 et Montac. : *qui ita instructus es.*

(41) *Ἀσφαλῆ περὶ τὰ πνευματικά.* Morel. *Non bene firmus,* ait Combef., *sed cautus et circumspectus in spiritalibus,* ut in eis falli non possit, nec sibi

sinat fucum fieri. Apud Montac. et Combef. *περὶ* deest.

(42) *Ὥστε καὶ ἡμᾶς.* Ita cod. et Reg. ac Montac. In edit. ὥστε καὶ πάντας. Combef. ὥστε καὶ ἡμᾶς πάντας.

D (43) *Πασπασινός.* Cod. Πασπασηνός. Reg. Παπηνός. B. Παστηνός. Montac. et Morel. Πασσηνός, et sic legit, ut notat Tillemont., in concilio generali v Euphrantes Tyranensis archiepiscopus.

(44) *Τό γε παραστάν.* Cod. B. 3, παριστάμενον. Vertit παραστάν Morel. : *Quod saltem nobis constitit.* Combef. : *Quod visum est et judicavimus.*

(45) *Μετὰ τῶν ἀρῶν.* Ita Combef. cujus lectio versioni respondet. In edit. κατὰ τῶν ἀρῶν, *in exsecrationibus posita.*

(46) *Δίχα τῶν ῥημάτων.* Ita legimus cum Montac. Quæ lectio videtur explodenda Morello, qui saniorem habet eam quæ in edit. δερμάτων. Legendum putat Combef. διὰ τῶν δερμάτων, et sic scripsisse Gregorium, non δίχα. Quomodo enim, inquit, scripto consignata juramenta, si deerant membranæ in quibus tunc scribebant?

(47) *Πῶς γὰρ τό.* Ita cod. B. 3, et Combef. Edit. πᾶν γὰρ τό.

Digitized by Google

mentum arbitrabimur? et, ut summatim dicam, jurramentum nobis est rata ei qui interrogavit et credidit facta fides. Haudquaquam tamen usquam vi adactum fuisse sufficit ad excusationem (vis enim fuit ei lex, quam sibi imposuit), nec eo quod in prætorio postea superior causa fuit; etenim ipsum litigium juramenti violatio est. Hoc etiam fratri Georgio persuasi, ne excusationem in peccatis prætexeret, neque rationes comminisceretur ad culpæ patrocinium; sed jusjurandum esse sciret quod scriptum fuit, et coram Deo fleret ac reverentia tua pro delicto, etiamsi prius aliter opinatus esset, seipsum decipiens. Hæc itaque ipsi disseruimus viro: ac manifestum est si tu ipsum alloquaris diligentius, fore ut multo magis eum compungas, tanquam magnus animorum medicus, et canone regulave medicatus ipsum, quanto visum fuerit tempore, conferes postea temporis indulgentiam. Tempus autem remittes pro modo compunctionis.

μεθα; καὶ, συντόμως εἰπεῖν, ὅρκος ἡμῖν ἐστιν ἡ τοῦ ἐπερωτήσαντος (48) καὶ πεισθέντος πληροφορία. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ βεβιᾶσθαι φάσκειν ἱκανὸν (49) εἰς παραίτησιν (ἡ βία γὰρ ἦν ὁ νόμος, ὃν ἔδησεν [50]), οὐδὲ ἐν τῷ δικαστηρίῳ (51) ὕστερον ὑπερέχειν· αὐτὸ γὰρ τὸ δικάσασθαι, παρορκίας (52). Τοῦτο καὶ τὸν ἀδελφὸν Γεώργιον ἐπείσαμεν μὴ προφασίζεσθαι προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, μηδὲ λόγους ἀνευρίσκειν συνηγόρους τοῦ πλημμελήματος· ἀλλ' ὅρκον εἰδέναι τὸν ἐγγεγραμμένον, καὶ ὑποκλαίειν τῷ Θεῷ καὶ τῇ σῇ εὐλαβείᾳ περὶ τῆς ἁμαρτίας, εἰ καὶ πρότερον ἄλλως ὑπελάμβανεν, ἑαυτὸν ἀπατῶν. Ταῦτα οὖν αὐτοί τε διελέχθημεν τῷ ἀνδρί· καὶ σὺ δῆλον ὅτι διαλεχθεὶς ἐπιμελέστερον, ἐπὶ πλέον (53) αὐτὸν κατανύξεις, ὡς μέγας τῶν ψυχῶν θεραπευτής, καὶ τῷ κανόνι φαρμακεύσας (54) αὐτὸν, ἐφ' ὅσον ἂν δοκῇ χρόνον, οὕτως ἐποίσεις τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ χρόνου (55). Τοῦ χρόνου δὲ μέτρον, τὸ μέτρον τῆς κατανύξεως.

136 CLXIV. TIMOTHEO. ΡΞΔ'. ΤΙΜΟΘΕΩ (56).

Hæc vel ab anno 382 dari potuit epistola. Si tamen finem attendas, anno potius 383 convenit; quo Eulalio tandem episcopo Nazianzi consecrato, negotii nihil deinceps Gregorio fuit, nisi preces Deo adhibere ac vitæ discessum cogitare. Quis sit ille Timotheus ipsæ docebunt epistolæ. Ejus laudat virtutes: ab ipso laudatus laudes ejus miro modo excipit, hortatur ut pro Trinitate viriliter decertet.

Bonus ego semper bonorum virorum venator sum (libet enim nonnihil juvenum more gloriari), quippe qui eruditionem quoque tuam sese occultantem atque incognitam esse studentem, et ipse indagatricibus quibusdam rationibus inveni, et aliis cognitam reddidi: et ut aliquid ex nostra doctrina usurpem, lumen sub modio abditum candelabro imposui [88], atque in medium protuli. Ut enim alias tuas virtutes præteream, hoc est, doctrinam, pietatem, morum facilitatem ac modestiam (quæ quidem omnia ut unus obtineat, perdifficile est), en id quoque, quod nunc facis, quanti existimandum est! Et nostri recordaris, et per litteras complecteris, et laudes adjungis: non ut nos laudes (tuam enim philosophiam intelligo), verum ut melio-

Ἀεὶ καλὸς ἐγὼ τῶν (57) καλῶν θηρευτὴς (ἵνα τι καὶ (58) νεανιεύσωμαι), ὃς καὶ τὴν σὴν λογιότητα κρυπτομένην καὶ τὸ λανθάνειν φιλοσοφοῦσαν, ἀνεῦρόν τε λόγοις ἰχνευτικοῖς, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐγνώρισα. Καὶ ἵν' εἴπω τι τῶν ἡμετέρων, τὸ ὑπὸ τῷ μοδίῳ φῶς ἐπὶ τῆς λυχνίας ἐδημοσίευσα. Ἵνα γὰρ ἐάσω τ' ἄλλα τῶν σῶν καλῶν, τὴν παίδευσιν, τὴν εὐσέβειαν, τὸ τοῦ ἤθους ἐπιεικές τε καὶ μέτριον (ἃ πάντα ἑνὸς γενέσθαι, τῶν λίαν ἐστὶ χαλεπῶν), ἰδοὺ τό γε παρὸν πηλίκον! Καὶ μνημονεύεις ἡμῶν, καὶ δεξιοῦσαι τοῖς γράμμασι, καὶ προστίθης ἐπαίνους, οὐχ ἵν' ἐπαινέσῃς (συνίημι γάρ σου τῆς φιλοσοφίας), ἀλλ' ἵνα κρείττους ποιήσῃς, καὶ προαγάγῃς εἰς τοὔμπροσθεν (59), αἰσχυνομένους μὴ τοιούτους φαίνεσθαι, οἵους ὑπολαμβάνεις. Τὰ μὲν οὖν ἡμέτερα

[88] Matth. v, 15.

(48) *Ἡ τοῦ ἐπερωτήσαντος*, etc. Morel.: *Ejus qui interrogavit, et ejus qui stipulatus et assensus est, plena persuasio*, quasi duos Gregorius velit.

(49) *Φάσκειν ἱκανόν*. Ita codd. Reg. B. 3, et R. Combef. ac Montac. qui vertit: *Non satis est dicere se vi compulsum*. In edit. φάσκει Νικανόν. At secundis curis Morel. emendavit, redditque: *Nequaquam tamen satis idonea fuerit excusatio, asserere se vi adactum fuisse.*

(50) *Ὃν ἔδησεν*. Combef.: *Lex quam colligavit, quam struxit, sibique imposuit.* Proponit Montac. ὃν ἔδεισεν, *vis ei lex fuit quam metuebat;* sed lectionem hanc indignabundus respuit Morel. retinetque ὃν ἔδησεν, *vis enim fuit ei quem lex ligavit.* Vim patitur, inquit, hoc ipso quod obligatur ac vincitur ab illa; et quis nescit leges reipublicæ vincula a Græcis et Latinis passim dici?

(51) *Ἐν τῷ δικαστηρίῳ*. Cod. et R. τὸ δικαστηρίῳ. Montac. et Morel. τῶν δικαστηρίων ὕστερον ὑπερέχειν, nempe φάσκειν ἱκανόν, *neque vero sufficit in prætorio postea superiorem causa fuisse.*

(52) *Παρορκίας*. Montac. et Morel. ἐπιορκίας. Perjurium est quod spectat ad eum, inquit Morel., qui fraudem tueri jurejurando parat.

(53) *Διαλεχθεὶς ἐπιμελέστερον, ἐπὶ πλέον*. Ita cod. B. 3, Montac. et Morel. διαλεχθήσῃ ἐπιμελέστερον, ἐπὶ πλέον αὐτὸν κατανύξας, *si accuratius cum eo verba feceris, multo magis eum compunxeris.* In edit. deest ἐπιμελέστερον.

(54) *Κανόνι φαρμακεύσας*. Combef.: *Canonis ritu*, lata canone pœna, *eum medicatus.*

(55) *Φιλανθρωπίαν τοῦ χρόνου. Temporis indulgentiam*, quæ semper episcoporum fuit. Morel.: *Benignitatem temporis. Temporis autem mensura modus est compunctionis.*

(56) Alias CLXXXVII. Scripta anno 382, vel 383. — *Τιμοθέῳ*. Combef. Εὐλαλίῳ.

(57) *Ἀεὶ καλὸς ἐγὼ τῶν*. In cod. Pass. 2, ἀεὶ deest. Cod. Reg. καὶ τῶν.

(58) *Ἵνα τι καί*. In cod. καί deest.

(59) *Εἰς τοὔμπροσθεν*. Ita cod. et Combef. In edit. εἰς τὸ ἔμπροσθεν.

Digitized by Google

πέρας ἔχει. Ὑπεχωρήσαμεν τῷ φθόνῳ, φιλοσοφοῦμεν ἐφ' ἡσυχίας τῷ Θεῷ, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς συγγινόμεθα ταῖς εὐχαῖς, τῶν ἐν μέσῳ κλόνων καὶ θορύβων ἠλευθερώμεθα. Σὺ δὲ ἡμῖν ἀνδρίζου, καὶ κραταιοῦ, καὶ ὑπεραγωνίζου τῆς Τριάδος εἰς δύναμιν. Καὶ ὁ πραΰς ἔστω μαχητής, ὃ καὶ ἡμᾶς ἐώρας (60) ποιοῦντας· οὐ γὰρ βούλομαι κέρκωπας μὲν εὐδοκιμεῖν, ἠρεμεῖν δὲ λέοντας. Καὶ ἡμῶν ὑπερεύχου σφόδρα καμνόντων, ἵν' εἰρηνικῆς τύχοιμεν (61) τῆς ἐξόδου, ἤδη πρὸς τοῦτο νεύοντες (62).

A res reddas, atque ad ulteriora promoveas, erubescentes videlicet non tales nos præbere, quales esse arbitraris. At nostræ quidem res finem habent. Invidiæ cessimus, Deo tranquille philosophamur, soli degimus, atque in precibus versamur, mundi strepitibus ac tumultibus liberati sumus Tu vero viriliter age et confortare [69], ac pro Trinitate, quantum vires tuæ ferent, dimica. Et qui mansuetus est, pugnax fiat, quemadmodum etiam nos facere videbas : neque enim mihi placet, ut simii floreant celebresque sint, leones autem quiescant. Ac pro nobis, qui magnis ærumnis premimur, Deum precare, ut pacatum e vita discessum, ad quem jam vergimus, consequamur.

ΡΞΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (63).

CLXV. EIDEM.

Cum nescio quid molesti Timotheo contigisset, nimioque cum dolore factum accepisset Gregorius, datis ad illum litteris, amica simul et acri nonnihil objurgatione, animum ejus erexit.

Πυνθάνομαι σὲ πρὸς τὸ πάθος ἀφιλοσόφως ἔχειν, καὶ οὐκ ἐπῄνεσα· δεῖ γὰρ τἀληθῆ γράφειν, ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα φίλον, καὶ καλοκαγαθίας μεταποιούμενον. Ἔχω γὰρ οὕτω περὶ τούτων, ὡς γε ἐμαυτὸν πείθω, καὶ λίαν (64) ὀρθῶς. Οὔτε τὸ λίαν ἀπαθὲς ἐπαινῶ, οὔτε τὸ ἄγαν περιπαθές. Τὸ μὲν γὰρ ἀπάνθρωπον, τὸ δὲ ἀφιλόσοφον (65). Ἀλλὰ δεῖ τὴν μέσην βαδίζοντα, τῶν μὲν ἄγαν ἀσχέτων φιλοσοφώτερον (66) φαίνεσθαι, τῶν δὲ φιλοσοφούντων ἀμέτρως ἀνθρωπινώτερον (67). Καὶ εἰ μὲν πρὸς ἄλλον τινὰ ἐπέστελλον, ἴσως ἂν μοι μακροτέρων ἐδέησε λόγων, καὶ τὰ μὲν συμπαθεῖν ἔδει, τὰ δὲ παραινέσαι, τὰ δὲ ἴσως ἐπιτιμῆσαι. Τό τε γὰρ συναλγεῖν, ἱκανὸν εἰς παραμυθίαν, καὶ δεῖται τὸ ἀῤῥωστοῦν τῆς ἐκ τοῦ ὑγιαίνοντος θεραπείας. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ἄνδρα πεπαιδευμένον ποιοῦμαι τοὺς λόγους, ἀρκεῖ τοσοῦτον εἰπεῖν· Γενοῦ σεαυτοῦ καὶ τῶν βίβλων, αἷς καθωμίλησας, ἐν αἷς πολλοὶ μὲν βίοι, πολλοὶ δὲ τρόποι, πολλαὶ δὲ ἡδοναὶ καὶ λειότητες (68)· πολλαὶ δὲ, ὡς τὸ εἰκός, συμφοραὶ καὶ τραχύτητες. Πλέκει δὲ ταῦτα δι' ἀλλήλων ὁ Θεός· ἐμοὶ δοκεῖ, ἵνα μηδὲ τὸ λυποῦν ἀθεράπευτον ᾖ, μηδὲ τὸ εὐφραῖνον ἀπαιδαγώγητον, καὶ, ἵνα τὸ ἐν τούτοις ἄστατον καὶ ἀνώμαλον θεωροῦντες, πρὸς αὐτὸν μόνον βλέπωμεν. Ταῦτα οὖν ὥσπερ κανόνα καὶ γνώμονα προσάγομεν (69) σῷ πάθει. Καὶ εἰ μὲν ἐπαινούμενόν τινα ἔγνως τῶν λίαν ὑποπεσόντων τοῖς ἀλγεινοῖς, ἤ τι τῷ ἀλγεῖν κατορθώσαντα (70), χρῶ τῷ λυποῦντι καὶ τοῦ πένθους ἀπόλαυε (71) (οὐδεὶς φθόνος συμφορᾶς

B Te calamitatem minime philosophico animo ferre audio, nec laudo : vera enim scribere oportet, præsertim ad hominem amicum, ac probitatis et honestatis studiosum. De his enim rebus sic sentio, et quidem, ut mihi persuadeo, rectissime. Nec enim nimiam indolentiam probo, nec nimiam doloris acerbitatem. Illud enim inhumanum est, hoc a philosopho alienum. Verum medium ita tenere convenit **137** ut et iis, qui nimis effrenato dolore præcipites aguntur, sapientiores nos præbeamus, et iis qui immodice philosophantur, humaniores. Ac si quidem ad alium quemdam scriberem, longiori fortasse oratione opus habuissem, neque partim vicem tuam dolere, partim monere, partim etiam objurgare oportuisset. Nam et commiseratio magnam ad levandum dolorem vim habet; et qui æger est, ejus qui integra valetudine utitur medicam manum requirit. Quoniam autem mihi cum erudito viro sermo est, hæc dicere sufficiet : Ad te redi, atque ad eos libros, quos familiares habuisti, in quibus et multæ vitæ sunt, et multi vitæ modi, et multæ voluptates et lenitates : multi vero, ut par est, adversi casus et asperitates. Deus enim hæc alia aliis nectit : ob id scilicet, meo quidem judicio, ut nec mœror medicina careat, nec lætitia expers disciplinæ sit ; atque, ut inconstantiam et varietatem, quæ in his rebus est, contemplantes, oculos in eum conjiciamus. Hæc igitur tanquam normam ac regulam, tuo dolori admovemus. Ac si

C

D

[69] Psal. xxx, 25.

(60) *Ἡμᾶς ἑώρας*. Cod. et Combef. ἡμᾶς ὁρᾷς.

(61) *Τύχοιμεν*. Ita codex et Combefisius. In editis τύχωμεν.

(62) *Νεύοντες*. Ita codd. Reg., Pass. 2, et Combef. In edit. νεύοντας.

(63) Alias CLXXXIX. Scripta paulo post superiorem. — Cod. Reg., Montac. et Morel. Τιμοθέῳ καὶ Στρατηγίῳ σοφιστῇ. Cod. Στρατειρίῳ. Cod. R. et Combef. Στραγειρίῳ.

(64) *Ὡς γε ἐμαυτὸν πείθω, καὶ λίαν*. Ita cod. et Reg. ac Combef. In edit. ὡς γε ἐμαυτὸν πείθω λίαν.

(65) *Ἀφιλόσοφον*. Ita codd. Reg. B. 3, et R. Montac., Morel. et Combef., sicque legit Bill. In edit. φιλόσοφον.

(66) *Φιλοσοφώτερον*. Combef. : *Majori constantia ac firmitate præditos*. Cod. Reg. φιλοσοφώτατον.

(67) *Ἀνθρωπινώτερον*. Cod. Reg. et Combef. ἀνθρωπικώτερον.

(68) *Καὶ λειότητες*. Montac. et Morel. καὶ τελειότητες, *et summæ virtutes*. Mox quæ sequuntur deerant in edit. usque ad πλέκει δέ. Sed ea nobis exhibent codd. Reg., B. 3, Montac., Morel. et Combefisius.

(69) *Προσάγομεν*. Ita cod. et R. ac Combef. In edit. προσάγω. Ibid. τῷ abundat.

(70) *Κατορθώσαντα*. Combef. : *Aliquid quod virtutis est præstitisse*.

(71) *Πένθους ἀπόλαυε*. In edit. πείθους ἀπόλαβε. Cod. B. 3, πείθους ἀπόλαυε.

Digitized by Google

quemdam ex iis, qui rerum acerbitatibus nimium succubuerunt, laude affectum fuisse, aut etiam dolendo aliquid perfecisse cognovisti, da te mœrori, ac luctu fruere (nemo est cui calamitas deplorata invidiam conflare debeat); sin autem eum vituperari ac reprehendi, vetus quidem adagium ait : Qui vulneravit, medebitur [99]; nunc autem commodum fuerit dicere : Qui vulneratus est. Quin alioqui etiam nobis turpe, atque a nostra lege alienum fuerit, in hujusmodi rebus vulgus imitari : quandoquidem nos præsentibus quoque rebus sublimiores divinus sermo reddit, monetque ut hæc tanquam umbras et ænigmata prætereamus, ac, nec res molestas, nec jucundas, pro veris rebus ducamus, verum alibi vivamus, illucque intentos oculos habeamus, atque unam molestiam peccatum, unam lætitiam virtutem et cum Deo conjunctionem agnoscamus. Hæc tibi ipsi accine. ac melius habebis. Imo vero non dubito, quin et jam accinueris, et rursum accinas, etiamsi ad te minime scribamus.

A θρηνουμένης)· εἰ δὲ κακιζόμενον καὶ ψεγόμενον. ἡ μὲν παροιμία φησὶν, Ὁ τρώσας ἰάσεται (72)· νῦν δὲ καλῶς ἔχει λέγειν, Ὁ τετρωμένος. Ἡμῖν δὲ καὶ ἄλλως αἰσχρὸν, καὶ παρὰ τὸν ἡμέτερον νόμον, μιμεῖσθαι τοὺς πολλοὺς ἐν τοῖς τοιούτοις· ἐπειδὴ καὶ τῶν παρόντων ἡμᾶς ὑψηλοτέρους ὁ λόγος ποιεῖ, καὶ πείθει ταῦτα μὲν παρατρέχειν, ὡς σκιὰς καὶ αἰνίγματα, καὶ μήτε τὸ λυποῦν, μήτε τὸ εὐφραῖνον νομίζειν ἀληθειαν· ζῆν δὲ ἀλλαχοῦ, κἀκεῖσε ὁρᾶν, καὶ μόνον μὲν λυπηρὸν εἰδέναι κακίαν, μόνον δὲ ἡδὺ τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν (73). Ταῦτα κατέπαδε σεαυτοῦ, καὶ ῥᾴων ἔσῃ· μᾶλλον δὲ κατέπῃσάς τε οἶδ' ὅτι ἤδη, καὶ κατεπᾴσεις (74), κἂν αὐτὸ μὴ γράφωμεν.

138 CLXVI. EIDEM. ΡΞϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (75).

Objurgatione Gregorii nonnihil læsus Timotheus ipsi rescripsit, haud magnum esse e terra de navigantibus judicium, majusque esse dimicare, quam ad perferendas calamitates alios hortari. *Quod telum in se contortum, æquo animo* se excipere *Gregorius respondit hac epistola* 166, modo illi curæ esset, ut adversus mœrorem fortem et philosophicum animum exhiberet. *Non longo tempore post superiorem epistolam hæc scripta.*

Nonnihil fructus, vir eximie, imo etiam haud parum fortasse, ex epistola mea percepi, utpote peritus hujusmodi morborum medicus. Mœrorem tibi objurgatio extrusit, dolorisque locum pudor occupavit; atque ad repugnandum excitaris perquam sophistice et strenue. Ac mihi videris, quemadmodum apud Homerum Achillis equi, sublato in altum capite, atque excusso pulvere (quandoquidem jam tempus postulabat, ut Patrocli mortem lugere desinerent), camporum rursus et armorum et ostentandi ingenii cupiditate flagrare. Adeo luculentæ et ambitiosæ, ac nonnihil etiam aculeatæ tuæ ad me litteræ sunt, si quid tamen te intelligo. Verum illud modo tibi curæ sit, ut adversus mœrorem, fortem et philosophicum animum adhibeas : et nos illud æquo animo accipiemus, haud magnum esse e terra de navigantibus judicium ferre, majusque esse dimicare, quam ad perferendas calamitates alios cohortari. Nisi quis illud dicat, quod

B Ἔχω τι τῆς ἐπιστολῆς, ὦ θαυμάσιε, ὄφελος, καὶ οὐ μικρὸν ἴσως, ὡς δεινὸς τῶν τοιούτων θεραπευτής. Ἐξέκρουσέ σοι τὴν λύπην ἡ ἐπιτίμησις, καὶ τοῦ πάθους τὸ ἐρυθριᾶν ἀντεισῆλθε, καὶ πρὸς ἀντίρρησιν διανίστασαι μάλα (76) σοφιστικῶς καὶ γενναίως. Καί μοι δοκεῖς, καθάπερ οἱ Ἀχιλλέως ἵπποι, παρ' Ὁμήρῳ, τὴν κεφαλὴν διάρας, καὶ τὴν κόνιν ἀποσεισάμενος (77) (ἐπειδὴ τοῦ ἀποπενθεῖν Πάτροκλον καιρὸς ἦν), αὖθις πεδίων ἐπιθυμεῖν, καὶ ὅπλων, καὶ ἐπιδείξεων· οὕτως σοι τὸ γράμμα τὸ πρὸς ἡμᾶς λαμπρὸν, καὶ φιλότιμον, καί τι καὶ πληκτικὸν, εἴ τι ἐγὼ σοῦ συνίημι (78). Ἀνδρίζου μόνον καὶ φιλοσόφει κατὰ τοῦ πάθους, καὶ ἡμεῖς δεξόμεθα μὴ μέγα εἶναι τὸ ἀπὸ γῆς κρίνειν τοὺς πλέοντας, καὶ μεῖζον εἶναι τὸ ἀγωνίζεσθαι, ἢ ἀλείφειν πρὸς συμφοράς· εἰ μή C τις ἐκεῖνο λέγοι, ὅτι οὔτε σοὶ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, ἢ ἀνάγεσθαι ἀνάγκη τις ἦν· εἴπερ κρεῖττόν τι φιλοσοφία (79) τῶν ἐν οἷς ἐστι νῦν· ἡμῖν τε πρὸς πολλὰ, καὶ πολλάκις, καὶ ὅλον, οἶμαι, τὸν βίον ἡ παράτα-

[99] Job v, 17, 18.

(72) *Ὁ τρώσας ἰάσεται.* Ad illud Job v, 17 et 18 alludere videtur : *Beatus homo qui corripitur a Domino, quia ipse vulnerat et medetur; percutit, et manus ejus sanabunt.*

(73) *Καὶ τὴν πρὸς Θεὸν οἰκείωσιν.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. καὶ πρὸς τὴν οἰκείωσιν.

(74) *Καὶ κατεπᾴσεις.* Ita cod. et B. 3, ac Combef. In edit. κατεπῄσεις.

(75) Alias CXC. Scripta non multo post superiorem.—*Τῷ αὐτῷ.* id est, Τιμοθέῳ. Juxta cod. Στρατειρίῳ. Cod. Reg. Τιμοθέῳ καὶ Στρατηγίῳ σοφιστῇ. Combef. Σταγειρίῳ.

(76) *Διανίστασαι μάλα.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. διανίστασαι εὖ μάλα. Montac. et Morel. διανίσταται, *excitat.*

(77) *Κόνιν ἀποσεισάμενος* Cod. Reg., Montac. et Combef. κόμην ἀποσεισάμενος, *excussa juba.* At Homer., *Iliad.* XVII, 457 :

Τὼ δ' ἀπὸ χαιτάων κονίην οὐδάσδε βαλόντε.

(78) *Συνίημι.* Cod. et Combef. σύνειμι.

(79) *Κρεῖττόν τι φιλοσοφία.* Montac. et Morel. κρειττόνων ἡ φιλοσοφία, quod non longe abest ab edit. *Philosophia siquidem præstantiorum est quam ii sint in quibus nunc versatur.* Ac si ille, inquit Combef., eam habere sibi blandiatur philosophiam quæ major sit quam pro mortalium conditione, cui nulla probatione opus sit, cum in nobis vita omnis dimicatio sit ac pugna. Ubi aliquid ironicum. Legendum proponit Bill. ἐν οἷς εἶ νῦν, vertitque, *in quibus nunc versaris*, sed nulla fretus auctoritate.

Digitized by Google

ξις, ἐν οἷς εἰ μὴ λίαν ἀμαθῶς, μηδὲ ἀνάνδρως ἀλεί- A tibi ne dimicare quidem, aut mare conscendere
ζομεν (80), ἢ ἀγωνιζόμεθα, πολλοὶ δοκιμάζουσιν. necesse erat : siquidem philosophia præstantior
quædam res est, quam sint ii, in quibus nunc versatur. Nobis contra adversus multa, et sæpe, imo
per totum, ut puto, vitæ tempus dimicatio est, in quibus, num inscite atque ignave alios ad
pugnandum acuamus, aut etiam ipsi pugnemus, multi explorant.

ΡΞΖ'. ΕΛΛΑΔΙΩ (81). CLXVII. HELLADIO.

Hæc epistola Helladio commendat Nicobulum. Scripta videtur anno 382 vel 383 ; et certe aliis ea eumdem Helladium, qui eximio cuidam viro re et nomine Sacerdoti negotia facessebat, epistolis præmittenda est ; quippe quæ ante factam Sacerdoti injuriam scripta est.

Ἰδοὺ σοι καὶ ὑπόμνημα τῆς ἡμετέρας φιλίας, ὁ γλυκύτατος υἱὸς ἡμῶν (82) Νικόβουλος, τὸ πρῶτον ἡμῖν τῶν ἐν τῷ γένει σπουδαζομένων· ὃν χαριῇ μὲν ἡμῖν καὶ διδασκάλων συστήσας τοῖς σπουδαιοτέροις· χαριῇ δὲ πλέον καὶ τὸ ἦθος πρὸς ἀρετὴν ῥυθμίσας. Ἔσται δὲ τοῦτο, εἰ προτραπείη (83) συχνὰ πλησιά- B ζειν σοι, καὶ τὸ μέγιστον, εἰ γινώσκοι (84) μὴ παρορώμενος· ἐπεὶ καὶ ὀφθαλμὸς παιδευτοῦ σιωπῶσα διδασκαλία. Χρεωστεῖς δὲ ἡμῖν, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, καὶ τὰ πνευματικά, ὡς ἀρχιερεὺς ἀρχιερεῦσι (85), καὶ τὰ λογικά, ὡς λόγιος φιλολόγοις.

En tibi etiam amicitiæ nostræ monimentum, dulcissimus filius noster Nicobulus, primum nobis ex iis qui propinqui sunt genere curæ et studio : quem si doctorum diligentioribus commendaveris, gratum nobis facies; sed multo gratius erit, si mores ejus ad virtutem composueris. Hoc vero fiet si tuo hortatu **139** frequenter ad te accedat; et quod maximum est, si noverit se non despici : quandoquidem oculus præceptoris tacita disciplina est. Debes autem nobis, nisi importunum dictu sit, etiam spiritualia, ut episcopus episcopis ; et ad orationem pertinentia, ut vir eloquens eloquentiæ cupidis.

ΡΞΗ'. ΦΩΤΙΩ (86). CLXVIII. PHOTIO.

Sacerdoti Constantinopolim, rerum suarum causa, proficiscenti tres perferendas dedit epistolas Gregorius ; quarum prima ad Photium, qui in ea urbe sophistam agebat, nempe dicendi et scribendi artem profitebatur. Secunda ad Strategium, tertia ad Palladium. Gregorii sunt quæ habet Photius ; sic Photii vult esse quæ sua sunt.

Πάντα ὅσα ἔχεις ἐμά ἐστι (Θεοῦ γὰρ φωνὴν ποιήσομαι τὸ προοίμιον), ἐμὰ δὲ λέγω, οὐ κατὰ τὴν C κοινωνίαν μόνην τοῦ πνεύματος, ἀλλ' ὅτι καὶ τῇ παρούσῃ καταστάσει τῆς Ἐκκλησίας (87) ἴσως οὐκ ὀλίγην μοῖραν συνεισηνέγκαμεν, ἕως ἦμεν ἔτι ἐν τοῖς πράγμασι, καὶ τοῦ καιροῦ προειστήκειμεν (88). Νῦν γὰρ ἓν φροντίζεται ἡμῖν μόνον, ἡ ἐκδημία (89), πρὸς ἣν συστελλόμεθα, καὶ συσκευαζόμεθα. Ἔστω δὴ καὶ τὰ ἐμὰ σά, τῇ ἀγάπῃ κοινοποιούμενα. Κάλλιστον δὲ τῶν ἐμῶν ὁ τιμιώτατος ἀδελφὸς (90) καὶ συμπρεσβύτερος ἡμῶν Σακερδὼς, δι' οὗ σὲ καὶ προσφθεγγόμεθα καὶ ὁρᾶν νομίζομεν.

Omnia, quæ habes, mea sunt[91] (a divina enim voce initium scribendi ducam), mea autem dico non tantum ob spiritus communionem, verum hoc etiam nomine quod ad præsentem Ecclesiæ statum haud parum fortasse momenti atque opis attulimus, cum in rerum administratione adhuc versaremur, ac tempori præessemus. Nunc enim nihil aliud nobis curæ est, quam discessus ad quem nos ipsos colligimus, et comparamus. Sint igitur mea quoque tua, per charitatem scilicet communicata. Porro meorum omnium pulcherrimum est in primis honorandus et compresbyter noster Sacerdos, per quem te salutamus, atque intueri existimamus.

ΡΞΘ'. ΣΤΡΑΤΗΓΙΩ (91). CLXIX. STRATEGIO.

Strategii, ad quem scripta est hæc epistola, domum summis laudibus ipsumque labellarium extollit Gregorius.

Ὦ πόσον ἀλλήλων διετειχίσθημεν, οὕτω τοῦ Θεοῦ D τὰ ἡμέτερα φέροντος! Ὦ τῆς ἱερᾶς ἑστίας, καὶ συ-

O quantum inter nos disjuncti sumus, Deo res nostras ita moderante! O sacram domum, et conju-

[91] Joan. xvi, 15.

(80) *Ἀνάνδρως ἀλείφομεν*. Ita cod. et Combef. In edit. ἀνάνδρως ἢ ἀλείφωμεν.

(81) Alias CCXVIII. Scripta anno 382, vel 383.

(82) *Υἱὸς ἡμῶν*. Ita Combef. In edit. deest ἡμῶν.

(83) *Προτραπείη*. Ita cod. Reg., Montac. et Morel. In edit. προτραπείης.

(84) *Εἰ γινώσκοι*. Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. εἰ γινώσκει.

(85) *Ἀρχιερεὺς ἀρχιερεῦσι*. Ita cod. et Combef., sicque legendum proponit Morel. In edit. ἀρχιερεὺς ἱερεῦσι, *pontifex sacerdotibus*. At Gregorius episcopali fungebatur munere.

(86) Alias XCI. Scripta anno 382, vel 383. — *Φωτίῳ*. Ita cod.; Reg. Φωτίνῳ. Montac., Morel. et Combef. Φωτείνῳ.

(87) *Παρούσῃ καταστάσει τῆς Ἐκκλησίας*. Combef. : *Ad præsentem Ecclesiæ constitutionem, tranquillitatem ac pacem.*

(88) *Καιροῦ προειστήκειμεν*. Cod. Reg. 2022, et Combef. κοινοῦ προειστήκειμεν, *ac publico præsemus.*

(89) *Ἡ ἐκδημία*. Combef. : *Quam emigratio seu excessus e vita ad quem accingimur.*

(90 *Ἀδελφός*. Ita Combef. In edit. deest.

(91) Alias XCII. Scripta eodem tempore.

Digitized by Google

gium, et communem omnium eorum, qui Deum metuunt, portum! Alii bonis vestris fruuntur : mihi autem recordatio sola relicta est, ac zelotypiæ affectus adversum eos, qui ea participant. Ut autem ipse quoque bonorum nostrorum particeps sis, cum primis honorandi fratris et compresbyteri nostri Sacerdotis notitiam tibi concilio ; quem non dubito quin ubi conspexeris, illud dicturus sis : Vere omnis boni amator est Gregorius.

A ζυγίας, καὶ τοῦ κοινοῦ λιμένος πάντων τῶν φοβουμένων τὸν Κύριον! Ἄλλοι τῶν ὑμετέρων (92) καλῶν ἀπολαύουσιν· ἐμοὶ δὲ ὑπελείφθη ἡ μνήμη μόνον, καὶ τὸ ζηλοτυπεῖν τοὺς μετέχοντας (93). Ἵνα δὲ καὶ αὐτὸς τῶν ἡμετέρων μετάσχῃς (94) καλῶν, γνωρίζω σοι τὸν τιμιώτατον ἀδελφὸν καὶ συμπρεσβύτερον ἡμῶν Σακερδῶτα (95), ὃν οἶδα ὅτι θεασάμενος ἐρεῖς· Ὄντως καλοῦ παντὸς ἐραστὴς ὁ Γρηγόριος.

140 CLXX. PALLADIO.

ΡΟ'. ΠΑΛΛΑΔΙΩ (96).

De Palladio jam satis dictum. In his ad eum datis litteris, scribit Gregorius, Sacerdoti gratificari magis non potuisse, quam si eum probitati Palladii notum faciat.

Quod sæpe ad te scribere audeam, non audaciæ B nostræ, sed humanitati tuæ tribuendum est. Nulla quippe nos satietas capit per litteras vobiscum colloquendi, quandoquidem non alia datur facultas, Deo res nostras ita dispensante. Jam vero charissimo filio nostro et compresbytero Sacerdoti (quem eximie dilexímus atque amamus), vere serioque philosophanti, et Deo per vitæ moderationem unito, qui rerum suarum causa ad civitatem magnam, te procurante, profectus est, haud scio quid majus gratificari possimus, quam si eum tuæ notum fecerimus probitati.

Τὸ πολλάκις θαρρεῖν ἐπιστέλλειν, οὐ τῆς ἡμετέρας θρασύτητος, ἀλλὰ τῆς σῆς ἡμερότητος· οὐδεὶς γὰρ κόρος ἡμῖν τοῦ διὰ γραμμάτων ὑμῖν ὁμιλεῖν (97), ἐπειδή γε ἄλλως οὐκ ἔχομεν (98), οὕτως οἰκονομήσαντος τοῦ Θεοῦ τὰ ἡμέτερα. Τῷ δὲ τιμιωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν καὶ συμπρεσβυτέρῳ Σακερδῶτι (ὃν διαφερόντως ἠγαπήσαμέν τε καὶ ἀγαπῶμεν), γνησίως φιλοσοφοῦντι, καὶ τῷ Θεῷ (99) διὰ τῆς πολιτείας ἑνουμένῳ, ὁρμήσαντι (1) τῶν οἰκείων ἕνεκεν ἐπὶ τὴν μεγάλην διὰ σὲ πόλιν, οὐκ οἶδα τί ἂν ἐχαρισάμεθα μεῖζον, ἢ τῇ σῇ καλοκαγαθίᾳ γνωρίσαντες.

CLXXI. AMPHILOCHIO.

ΡΟΑ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (2).

Quamvis incerti temporis sit hæc epistola, commode tamen hic collocari posse videtur. Anno namque 383, vel si mavis, alicui ex sequentibus optime conveniunt, quæ ibi de se et Amphilochio scribit Gregorius.

Ἔσχε τι παρ' ἡμῖν ὁ φθόνος, ὃν οὐδεὶς ῥᾳδίως διέφυγεν. Ἰδοὺ καὶ Καππαδόκαι στασιάζομεν (11), ἵν' οὕτως εἴπω· τὸ μὴ πρότερον ἀκουσθὲν, μηδὲ πιστευθὲν κακὸν, ὅπως μὴ καυχήσηται πᾶσα σὰρξ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' εἰδῶμεν, ἅπαντες ὄντες ἄνθρωποι, καὶ μὴ (12) προχείρως ἑτέρων (13) κατηγινώσκωμεν. Ἀλλ' ἐμοί τι κέρδος καὶ παρὰ τῆς συμφορᾶς (εἰ δεῖ παραδόξως εἰπεῖν), καὶ ὄντως (14) ῥόδα ἐξ ἀκανθῶν, ὡς ἡ παροιμία, συλλέγομεν. Ἐγὼ γοῦν οὔπω πρότερον οὔτε κατ' ὄψιν συντετυχηκὼς τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, οὔτε διὰ γραμμάτων ὡμιληκὼς, ἀλλὰ τῇ περὶ σοῦ φήμῃ μόνῃ καταυγαζόμενος, νῦν εἰς ἀνάγκην (15) ἦλθον τῆς διὰ τῶν γραμμάτων

B Habuit quiddam et apud nos livor, quem non facile potuit ullus effugere. Ecce etiam seditione Cappadoces laboramus, ut ita dicam; quod non prius auditum est, neque creditum malum; ut non glorietur omnis caro coram Deo [97]: sed videamus, ut, omnes cum simus homines, non facile alios increpemus. At mihi aliquid est lucri, et a calamitate (si fas est contra vulgi opinionem loqui), profecto et ex spinis, sicut proverbium habet, rosas collegimus. Ego igitur nequaquam præsentia tuæ pietatis antea usus, neque te litteris allocutus: sed tua solum fama et opinione illustratus, nunc in necessitatem veni te per litteras

[97] I Cor. I, 29.

(6) *Εἰς χεῖράς σου τίθημι.* Montac., Morel. et Combef. *παρατίθημι, quem apud te quoque in manus depono.*

(7) *Θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον.* Ita cod. Montac., Morel. et Combef. In edit. θεοφιλῆ ἐπίσκοπον, quæ verba Bill. non reddidit.

(8) *Μὴ χρῆναι ζῶντος ἐπισκόπου.* Montac. et Morel. ὅτι μὴ χρὴ ὄντος ἐπισκόπου. Combefisio ὄντος magis placet quam ζῶντος. Potest enim, inquit, et vivere qui episcopus fuit, et episcopus non esse, quia gradu motus sit, vel alia occasione.

(9) *Ἵστω μηδ' ἐνταῦθα κρατῶν.* In edit. ἵστω μηδὲν ταῦτα κρατῶν ἡμῶν. In Froben., ait Bill., eodem modo legitur, nisi quod pro κρατῶν est κρατεῖς. Hic autem locus restituendus est ex vetustissimo Reginæ codice, apud quem in margine cujusdam orationis finem hujus epistolæ citatum reperi atque hæc verba ita habere, ἵστω μηδ' ἐνταῦθα κρατῶν ἡμῶν. Itaque nos eo sensu vertimus, et quidem commodissimo. Nobis eamdem lectionem exhibent codd. Reg. et Pass., sic et volunt Morel. et Combef. At Montac. μηδ' ἐνταῦθα κρατεῖν ἡμῶν. Mox Montac. et Morel. ἀλλὰ Σασίμων.

(10) Alias CCXXV. Scripta eodem tempore. — *Θεοδώρῳ ἐπισκόπῳ.* Cod. et Combef., sicut edit. addunt Θυάνων, et Reg. Θυάνεων. Vide Tillem. in *Vita Greg.* not. 58, ubi probat perperam hanc epistolam Theodoro Tyanensi episcopo inscriptam fuisse.

(11) *Στασιάζομεν.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐστασιάζομεν, quod Morel.: *Seditionem suscitavimus.*

(12) *Καὶ μή.* Legendum Morel. proponit ὡς καὶ μή, sic edit. ad marginem.

(13) *Ἑτέρων.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. ἑτέρους.

(14) *(Εἰ δεῖ παραδόξως εἰπεῖν), καὶ ὄντως*, etc. Sic legit et interpungit Montac., nec Morel. improbat. In edit., absque parenthesi. Quoad proverbium de quo Gregorius, illud Morel. refert, Amm. Marcel. XVI, ex antiqui poetæ disticho:

Ὡς ἀν' ἐχινόποδας καὶ ἀνὰ τρηχεῖαν ὄνωνιν
Φύονται μαλαχῶν ἄνθεα λευκοΐων.
Ut inter vepres et simul aspera cum ononi
Gignuntur mollium flores violarum.

(15) *Νῦν εἰς ἀνάγκην.* Ita codd. et Combef. In edit. νῦν καὶ εἰς ἀνάγκην.

Digitized by Google

alloquendi; et gratia multa ei, qui hoc largitus est. Scribere autem de hoc aliis episcopis, de quibus scripsisti, jam non est tempus, ideoque omittam. Simul etiam et infirmitas nos pigriores in eam rem efficit : quæ autem tibi scribimus, et illis per te scribimus. Desinat perscrutari quæ circa nos sunt, dominus meus et Dei amator Helladius episcopus. Neque enim spiritali, sed contentioso hæc quærit ambitu, neque ob tenacem canonum disciplinam, sed ut iram expleat, sicut est ex tempore manifestum, dum sunt multi qui cum eo præter rationem permoti sunt; oportet enim taliter dicere, et non contristare. Ego certe si corpore quidem ita me haberem, ut præesse possem Ecclesiæ Nazianzenæ, **151** cujus ab initio præsul sum renuntiatus, minus autem Sasimorum, ut vobis non recte aliqui suadent, non adeo fui infelix, neque ita divinarum constitutionum indoctus, ut vel Ecclesiam despicerem, vel vitæ otia consectarer præ repositis præmiis, iis qui laborant secundum Deum, et iis qui commissum talentum exercent. Quid autem mihi tanti labores prosunt, et magnæ spes, qui de maximis male consilium inierim? Quoniam autem et corpus mihi imbecillum est, sicut est omnibus manifestum; nihilque oneris ac molestiæ ex recessione hac pertimui ob eam quam dixi causam, atque videbam Ecclesiam nobis hærentem, gravique damno periclitantem, et ex mea dissolutione propemodum dissolutam, supplicavi et prius et nunc dominis meis et Dei amantissimis episcopis patriotis, ut darent caput Ecclesiæ, quod cum Dei adjutorio dederunt dignum et meis desideriis et vestris orationibus. Hæc ergo et ipse cognosce, domine charissime, et reliquos doceto episcopos recipere eum, et calculo suo approbare, nec onerare meam senectutem, calumniis fidem accommodando. Additum sit autem et illud bis

A ἐντεύξεως, καὶ χάρις πολλὴ τῷ τοῦτε χαρισαμένῳ. Τὸ μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ἐπισκόποις, περὶ ὧν ἐπέστειλας (16), γράφειν, οὔπω γὰρ τούτου καιρὸς, παραλείψομαι (17). Καὶ ἅμα ἡ ἀῤῥωστία ὀκνηροτέρους ἡμᾶς πρὸς τοῦτο καθίστησιν· ἃ δέ σοι γράφομεν, κἀκείνοις διὰ σοῦ γράφομεν. Παυσάσθω περιεργαζόμενος τὰ παρ' ἡμῖν, ὁ κύριός μου καὶ θεοφιλέστατος Ἑλλάδιος ὁ ἐπίσκοπος (18). Οὐ πνευματικῇ γὰρ, ἀλλὰ ἐριστικῇ ταῦτα ζητεῖ περιόδῳ (19)· οὐδὲ ἀκριβείᾳ κανόνων, ἀλλ' ὀργῆς ἐκπληρώσει, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐκ τοῦ καιροῦ, καὶ πολλῶν τῶν σὺν τούτῳ κεκινημένων (20) ἔξω τοῦ λόγου· χρὴ γὰρ οὕτω λέγειν, καὶ μὴ λυπεῖν (21). Ἐγὼ γὰρ εἰ μὲν τοῦ σώματος οὕτως εἶχον ὡς Ἐκκλησίας δύνασθαι προστατεῖν Ναζιανζοῦ (22), ἧ τὴν ἀρχὴν ἐπεκηρύχθην,

B ἀλλὰ μὴ Σασίμοις (23), ὧς τινες ὑμᾶς πείθουσιν οὐκ ὀρθῶς· οὐχ οὕτως ἤμην ἄθλιος, οὐδὲ τῶν θείων διατάξεων ἀμαθὴς, ὡς ἢ τῆς Ἐκκλησίας ὑπεριδεῖν, ἢ τὴν τοῦ βίου ῥᾳστώνην μεταδιώκειν (24), πρὸ τῶν ἀποκειμένων μισθῶν τοῖς κάμνουσι κατὰ Θεὸν. καὶ τὸ πιστευθὲν τάλαντον ἐπεργαζομένοις (25). Τί γάρ μοι τῶν πολλῶν πόνων ὄφελος, καὶ τῶν μεγάλων ἐλπίδων, περὶ τῶν μεγίστων βουλευσαμένῳ κακῶς; ἐπειδὰν δὲ καὶ τὸ σῶμα κακῶς ἔχει μοι (26), ὃ πᾶσι δῆλόν ἐστι· καὶ βάρος οὐδὲν ἐκ τῆς ὑποχωρήσεως ἔδεισα ταύτης, δι' ἣν εἶπον αἰτίαν· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἑώρων ἐχομένην ἡμῶν, βλαπτομένην δὲ περὶ τὰ καίρια, καὶ λελυμένην (27) σχεδὸν ἐκ τῆς ἐμῆς

C λύσεως, ἐδεήθην καὶ πρότερον καὶ νῦν τῶν κυρίων μου καὶ τῶν (28) θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν πατριωτῶν λέγω, δοῦναι τῇ Ἐκκλησίᾳ κεφαλὴν, ἣν σὺν Θεῷ δεδώκασιν, ἀξίαν καὶ τῆς ἐμῆς ἐπιθυμίας καὶ τῶν ὑμετέρων (29) εὐχῶν. Ταῦτ' οὖν αὐτὸς γίνωσκε, κύριε τιμιώτατε (30), καὶ τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἀναδίδαξον καὶ ἀποδέχεσθαι, καὶ συνεπιψηφίζειν, καὶ μὴ βαρεῖν τὸ ἡμέτερον γῆρας, ταῖς διαβολαῖς πεθομένους. Προσκείσθω δὲ κἀκεῖνο τοῖς

(16) *Ἐπέστειλας*. Ita codd. nostri et Combef. In edit. ἐπέστειλα, quod versio non reddidit.

(17) *Παραλείψομαι*. Cod. Reg. 1405, παραλείψομεν, *omittemus*.

(18) *Θεοφιλέστατος Ἑλλάδιος ὁ ἐπίσκοπος*. Ita cod. et Combef. In edit. καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Ἑλλάδιος.

(19) *Ἐριστικῇ ταῦτα ζητεῖ περιόδῳ*. Vetus versio : *Contentioso hæc quærit spiritu, neque ipsi scrupulositas regularum est, sed furoris expletio.*

(20) *Πολλῶν τῶν σὺν τούτῳ κεκινημένων*. Legit vetus interpres κεκινημένων καὶ κινουμένων, vel κινηθησομένων. Reddit : *Namque et multis cum eo præter rationem motis similiter et movendis.*

(21) *Καὶ μὴ λυπεῖν*. Legendum forte, ait Combef. κἂν με λυπεῖ, *etsi molestum est, etsi me male res habet.*

(22) *Ναζιανζοῦ*. Ita cod. Montac. ac Morel. In edit. Ναζιανζῷ, vertitque vetus interpres : *Ego enim si sic haberem corpus, ut præessem Ecclesiæ, in Nazianzo sum olim ordinatus, et non in Sasimis, quæ quidam persuadent vobis non recte.* Legit cum edit. Combef. Ναζιανζῷ, et levi mutatione contendit suum Gregorio sensum constare, et quod alibi passim inculcare videtur. Pro προστατεῖν Ναζιανζῷ, ἧ τὴν ἀρχὴν ἐπεκηρύχθην, proponit προστατεῖν, καὶ Ναζιανζῷ τὴν ἀρχὴν ἐπεκηρύχθην, *ut Ecclesiæ possem præesse, et a principio Nazianzo episcopus præfectus essem et ordinatus, non vero Sasimis.* Sed vide præfationem præviam editionis nostræ, tom. I, § IV, pag. 34, ubi plurima disputavimus, quæ, ut diximus, aperta, vera, certa, necessaria erant ad propulsandas a Gregorio nostro calumnias : apta etiam et commoda ad abstergendam a textu Græco corruptionis notam, atque ad tollendam ab innumeris locis qui pugnare inter se videntur repugnantiam.

(23) *Σασίμοις*. Montac. et Morel. Σασίμων.

(24) *Μεταδιώκειν*. Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. ὑπερδιώκειν.

(25) *Ἐπεργαζομένοις*. Duo codd. ἀπεργαζομένοις. Montac. et Morel. κατεργαζομένοις.

(26) *Ἔχει μοι*. Ita duo codd. Edit. ἔχομι.

(27) *Λελυμένην*. Ita codd. nostri, Combef. et Morel. qui vertit : *Hærentem nobis et læsam periculose.* In edit. λελυπημένην, redditque vetus interpres : *Videbam enim Ecclesiam Dei nos habere in principalibus rebus, et ex nostra dissolutione propemodum mœstitia affectam.*

(28) *Τῶν κυρίων μου καὶ τῶν*. Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. τῶν κυρίων μου καὶ desunt.

(29) *Ὑμετέρων*. Montac. et Morel. ἡμετέρων.

(30) *Κύριε τιμιώτατε*. Ita codd. nostri, Montac., Morel. et Combef. In edit. κύριε ἐμοῦ τιμιώτατε.

Digitized by Google

γράμμασι· τὸν κύριόν μου τὸν θεοφιλέστατον συλλειτουργὸν Βοσπόριον, εἰ μὲν ἡ παρ' ὑμῶν (31) ἐξέτασις εὑρίσκει περὶ τὴν πίστιν κακὸν, ὃ μηδὲ λέγειν ἐστὶ θεμιτὸν (ἐῶ γὰρ τὸν (32) μακρὸν χρόνον καὶ τὴν μαρτυρίαν τὴν ἡμετέραν), αὐτοὶ τοῦτο κρίνατε. Εἰ δὲ ἡ τῶν παροικιῶν (33) ζήτησις τὴν κακοδοξίαν δημιουργεῖ, καὶ νέον τὸ ἔγκλημα, μὴ ταῖς διαβολαῖς παρασύρεσθε, μηδὲ ἰσχυροτέρας τῆς ἀληθείας ποιεῖσθε, παρακαλῶ, μὴ πολλοὺς εἰς ἀθυμίαν καταστήσητε τῶν εὖ πράττειν προῃρημένων. Ἐρρωμένος, εὔθυμος, προκόπτων κατὰ Θεὸν, χαρισθείης ἡμῖν, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τὸ κοινὸν σεμνολόγημα.

litteris : dominum meum et Dei amantissimum consacerdotem Bosporium, si male in fide sentientem inquisitio vestra offenderit, quod dicere nefas est (dimitto enim longum tempus, et testimonium nostrum), ipsi hoc judicate. Sin autem, quæ de paroeciis inquisitio est, efficit ut perversæ circa fidem illi opiniones affingantur, et novo crimine insinuletur, nolite, quæso, calumniis abripi, nec apud vos plus valeant obtrectationes, quam veritas : ne multos contristetis qui bene agere disponunt. Salvus, lætus, proficiens secundum Deum, nobis tribuaris, et Ecclesiæ, quorum es commune decus.

ΡΠΔ'. ΑΜΦΙΛΟΧΙΩ (34).

152 CLXXXIV. AMPHILOCHIO.

Ad calcem superioris epistolæ, Bosporii defensionem suscipit. Variæ huic episcopo illatæ fuerant calumniæ a nefariis hominibus, qui, a pastore suo redargui ægre ferentes, eo usque rem perduxere, ut, orta de juribus Ecclesiæ diœcesisque descriptione controversia, ipsa etiam fides in dubium ab orthodoxis episcopis vocaretur. Cum itaque causa agitari cœpit, Gregorius atrocitate rei et Bosporii amicitia commotus, datis ad Amphilochium litteris, petiit, ut Parnassum usque profectus illatam cumprimis honorando, Deoque charo episcopo, calumniam refutaret. *Quod cum egregie præstitisset, gratias amplissimas in hac epistola agit Theologus ; simulque Bosporii doctrinæ, quam alias sæpe viva voce, et litteris, aliisve modis ipse docuisse profitetur, ipsiusque laudes prosequitur. Quæ omnia de Bosporio, haud quidem Doarensi, qui nullus tunc uspiam legitur, verum de Coloniensi episcopo, viro tum temporis celeberrimo, intelligenda esse probant et Gregorii cum episcopo Coloniensi necessitudo, de hujus epistola cum aliis litteris in quibus Bosporii nomen habetur, ipsaque rerum, quæ ibi tractantur, affinitas ; neque moramur auctoritatem Theodoreti, quem in multis falli constat. Ad Amphilochium quoque, ut habent Græca, non vero ad Eutropium, ut Latina præ se ferunt, scriptam hanc epistolam putamus. Eutropium enim alium non novimus Gregorio familiarem, nisi illum, qui primum Asiæ proconsul, deinde prætorio præfectus fuit. Cui profecto non potuit nec debuit Gregorius scribere,* ut cum cæteris episcopis Bosporii controversiam disceptaret.

Πληρώσαι Κύριος πάντα τὰ αἰτήματά σου (καὶ μὴ ἀπαξιώσῃς (35) πατρὸς εὐχήν)· ἱκανῶς γὰρ τὸ γῆρας ἡμῶν ἀνέπαυσας, καὶ γενόμενος μέχρι Παρνασσοῦ, καθὼς προεκλήθης (36), καὶ τὴν ἐπενεχθεῖσαν τῷ τιμιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἐπισκόπῳ συκοφαντίαν ἐλέγξας. Ἐπειδὴ φιλοῦσιν οἱ πονηροὶ τὰς ἑαυτῶν αἰτίας περιτρέπειν εἰς τοὺς ἐλέγχοντας. Ἰσχυρότερος μὲν γὰρ πάσης κατηγορίας ὁ χρόνος τοῦ ἀνδρὸς, καὶ ὁ βίος, καὶ ἡμεῖς οἱ πολλάκις τὰ αὐτὰ καὶ ἀκούσαντες παρ' αὐτοῦ (37) καὶ διδάξαντες, οἵ τε ἐκ τῆς πλάνης ἐπαναχθέντες, καὶ προστεθέντες τῷ κοινῷ σώματι τῆς Ἐκκλησίας· ἐδεῖτο δὲ ὅμως πονηρὸς ὁ καιρὸς ὤν, καὶ ἀκριβεστέρας ἀποδείξεως, διὰ τοὺς ἐπηρεαστὰς καὶ κακοήθεις, ἣν αὐτὸς ἡμῖν ἐχαρίσω, μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς κουφοτέροις, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τοιούτων ἀπατωμένοις. Ταῦτα δὲ εἰ θελήσειας καὶ μακροτέραν ὁδὸν ὑποστὰς διὰ σεαυτοῦ μαρτυρῆσαι, καὶ διαιτήσεις τοῖς ἀμφισβητουμένοις, μετὰ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων, ἔργον ποιήσεις πνευματικὸν, καὶ τῆς σῆς τελειότητος ἄξιον. Τὴν σὺν σοὶ (38) ἀδελφότητα ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ (39) πάντες προσαγορεύομεν.

Impleat Dominus omnes petitiones tuas [98] (nec patris votum dedigneris) : abunde quippe senectutem nostram recreasti, dum et Parnassum usque, quemadmodum provocatus eras, profectus es, et illatam cumprimis honorando ac Deo charo episcopo calumniam refutasti. Quandoquidem improbi homines hoc libenter faciunt, ut culpas suas in eos, a quibus arguuntur, convertant. Quanquam enim ipsius ætas et vita omni accusatione valentior est, et nos, qui sæpe res ipsas ab eo audivimus, aliosque docuimus, et ii, qui ex errore revocati sunt, communique Ecclesiæ corpori adjuncti : accuratiori tamen ac certiori argumento propter calumniatores et pravi ingenii homines, tempus hoc, utpote malum, indigebat ; quod quidem tu nobis, vel iis potius, qui animi levitate laborant, atque ab hujusmodi hominibus facile in fraudem inducuntur, præbuisti. Hæc autem si longiore quoque itinere suscepto ipsemet pro testimonio dicere, ac cum cæteris episcopis hanc controversiam disceptare volueris, spirituale opus feceris, tuaque integritate dignum. Fraternitatem, quæ tecum est, ego et omnes, qui mecum sunt, salutamus.

[98] Psal. XIX, 7.

(31) *Παρ' ὑμῶν*. Ita tres Regg. Edit. ἡμῶν. Vetus interpres : *Si quidem examinatio apud vos reperierit circa fidem (ingratum) malum.*

(32) *Ἐῶ γὰρ τόν*. Ita codd. nostri. Edit. ἐῶ γὰρ λέγειν τόν.

(33) *Εἰ δὲ ἡ τῶν παροικιῶν*. Vetus interpres : *Quod si circumanentium inquisitio malam ei opinionem operatur, et crimen novum est.*

(34) Alias CLXIV. Scripta paulo post superiorem.

(35) *Καὶ μὴ ἀπαξιώσῃς*. Cod. Reg, Montac. et Morel. καὶ μὴ ἀπαξιώσῃ, *et non dedignetur.*

(36) *Προεκλήθης*. Cod. B 3., παρεκλήθης, *quemadmodum precibus a te petitum erat*, ut vertit Bill.

(37) *Τὰ αὐτὰ καὶ ἀκούσαντες παρ' αὐτοῦ*. Ita cod. Reg. 1405. In edit. τὰ αὐτοὺς καὶ ἀκούσαντες καί. Mox, pro οἵ τε cod. Reg. εἴτε. Ita Montac. et Morel.

(38) *Τὴν σὺν σοί*. Sic cod. Reg. 1405, sicque legit Bill. In edit. τὴν σήν, etc.

(39) *Οἱ σὺν ἐμοί*. Cod. B. 3, οἱ σὺν ἡμῖν.

Digitized by Google

CLXXXV. NECTARIO.

ΡΠΕ'. ΝΕΚΤΑΡΙΩ (40).

Bosporii causam cum audisset Gregorius Constantinopolim traducendam, controversiamque hanc apud judices prætorios disceptandam, Nectario protinus scripsit minime ferendum, ut hujusmodi negotium apud tales judices, quamvis Christiani essent, disceptaretur. Quod quidem non solum obtinuit, verum etiam causa forsan fuit, vel occasionem præbuit piissimo imperatori Theodosio condendi legem (41), *quæ, dato ad præfectum Augustalem Optatum pridie Nonas Februarii anni* 385, *vel potius* 384 *rescripto, sancivit ne* nomen episcoporum, vel eorum qui Ecclesiæ serviunt, ad judicia sive ordinariorum, sive extraordinariorum judicum pertraheretur; et omnia, quantum ad causas ecclesiasticas pertinet, auctoritate episcopali decidi. *In hac autem epistola Gregorius commendando Bosporium, ipsius laudes sic permiscet, ut ad commiserationem nemo non trahatur.*

Quando alius aliud quiddam e tuis laudat, et omnes ut in foro bonam tuam existimationem promovent, ego, quæ mearum virium sunt confero, ac nullo minus; quia **153** et honorare nos dignaris, velut filius dilectus patris senectam solari. Idcirco etiam nunc hanc tibi precationem ausus sum offerre pro reverendissimo et Dei amantissimo episcopo Bosporio, pudore quidem suffusus, partim quod vir tantus litteris nostris opus habet, cui et vitæ ratio et ætas reverentiam stabiliunt: nec vero minori pudore affectus, quod sileam, et quod nullum de eo sermonem instituam, qui voce præditus sim, et fidem colam, atque maxime virum cognoscam. Controversiam certe de parœciis exortam ipse dissolves juxta Spiritus gratiam, quæ in te est, et canonum tenorem. Illud autem minime ferendum tuæ reverentiæ videatur, quod nostra publicis prætoriis traducantur. Nam tametsi sint Christiani, ut certe Dei benignitate sunt, ejusmodi negotiorum judices, quid commune gladio et Spiritui? Quod si etiam concesserimus, quomodo aut ubinam justum, disputationem de fide cum aliis controversiis implicari? Num hodie nobis hæreticus Dei amantissimus episcopus Bosporius? num hodie canities ejus expendetur, qui tot devios ab errore reduxit, tantum etiam sanæ in recta fide opinionis specimen exhibuit, et omnium nostrum doctor fuit? Ne, quæso, ne des locum ejusmodi calumniis; verum, si fieri potest, pace compone quæ dissident, et hoc etiam tuis laudibus addatur. Sin secus, hoc saltem ne admiseris, ut nos omnes dedecoremur hujusmodi calumnia, cum quibus et vitam exegit, et consensit; nos, inquam, quos nosti sedulos Deitatis præcones, et cum periculo,

Ὅταν ἄλλος ἄλλο τι τῶν σῶν ἐπαινῇ, καὶ πάντες ὡς ἐν ἀγορᾷ προβάλλωνται (42) τὴν σὴν εὐφημίαν, ἐγὼ τὰ κατ' ἐμαυτὸν συνεισφέρω, καὶ οὐδενὸς ἔλαττον, ὅτι καὶ τιμᾷν ἡμᾶς ἀξιοῖς (43), καὶ ὡς τέκνον ἀγαπητὸν πατρὸς γῆρας παραμυθεῖσθαι (44). Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ἐθάρρησα ταύτην προσαγαγεῖν τὴν παράκλησιν ὑπὲρ τοῦ αἰδεσιμωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου (45) ἐπισκόπου Βοσπορίου, αἰσχυνόμενος μὲν, εἴγε (46) τοσοῦτος ἀνὴρ τῶν ἡμετέρων δεῖται γραμμάτων, ᾧ καὶ πολιτεία καὶ χρόνος βεβαιοῖ τὸ αἰδέσιμον· αἰσχυνόμενος δὲ οὐχ ἧττον τὸ σιωπᾷν (47), καὶ τὸ μή τινα περὶ αὐτοῦ ποιήσασθαι λόγον, φωνὴν ἔχων, καὶ πίστιν τιμῶν, καὶ πάντων μάλιστα τὸν ἄνδρα γινώσκων. Τὴν μὲν οὖν περὶ τῶν παροικιῶν (48) ἀμφισβήτησιν δηλαδὴ αὐτὸς διαλύσεις κατὰ τὴν ἐν σοὶ τοῦ Πνεύματος χάριν, καὶ τὴν τῶν κανόνων ἀκολουθίαν. Ἐκεῖνο δὲ μὴ ἀνεκτὸν φανήτω τῇ σῇ εὐλαβείᾳ, τὸ δημοσίοις δικαστηρίοις τὰ ἡμέτερα στηλιτεύεσθαι (49). Κἂν γὰρ ὦσι Χριστιανοὶ, ὥσπερ οὖν εἰσι τῇ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίᾳ, οἱ τῶν τοιούτων κριταὶ, τί κοινὸν ξίφει καὶ Πνεύματι; Ἂν δὲ καὶ τοῦτο συγχωρήσωμεν, πῶς ἢ ποῦ δίκαιον τὸν περὶ πίστεως λόγον συμπλέκεσθαι τοῖς ἄλλοις ἀμφισβητήμασι; σήμερον ἡμῖν κακόδοξος ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Βοσπόριος; σήμερον πολιὰ ταλαντεύεται τοῦ τοσούτους μὲν ἐκ τῆς πλάνης ἐπαναγαγόντος (50), τοσαύτην δὲ ἀπόδειξιν δεδωκότος ὀρθοδοξίας, διδασκάλου δὲ πάντων ἡμῶν; Μὴ, παρακαλῶ, μὴ δῷς χώραν ταῖς τοιαύταις συκοφαντίαις· ἀλλ' εἰ μὲν δυνατὸν, εἰρήνευσον (51) τὰ διεστῶτα, καὶ προστεθήτω τοῦτο τοῖς σοῖς ἐπαίνοις· εἰ δὲ μὴ, τοῦτό γε μὴ δέξῃ, καθυβρίζεσθαι πάντας ἡμᾶς διὰ τῆς τοιαύτης ἐπηρείας, οἷς καὶ συνεβίωσε καὶ συνεγήρασεν (52)· οὓς οἶδας ἀκριβεῖς τῆς θεότητος κήρυκας, καὶ μετὰ

(40) Alias CCXXVII. Scripta anno 383.

(41) *Cod. Theod.* in append. ed. a Sirm. 1696, t. 1, p. 719, *Constit.* 111.

(42) *Ὡς ἐν ἀγορᾷ προβάλλωνται.* In cod. Pass. ὡς deest. Edit. προβάλλωνται.

(43) *Τιμᾷν ἡμᾶς ἀξιοῖς.* Apud Combef. ἡμᾶς deest.

(44) *Παραμυθεῖσθαι.* Addit Montac. διανοῇ, et recte quidem, ut ipsi videtur; at necessarium minime, cum textus habeat τιμᾷν ἀξιοῖς, καὶ παραμυθεῖσθαι.

(45) *Καὶ θεοφιλεστάτου* Hæc desunt in edit., sed leguntur in cod. Reg. B. 3, et Pass., necnon apud Montac. ac Morel.

(46) *Μὲν, εἴγε.* Ita codd. nostri, Montac., Morel. ac Combef. In edit. μέν deest. Mox, iidem τῶν ἡμετέρων. Deerat τῶν in editis.

(47) *Τὸ σιωπᾷν*, etc. Nullo sensu, ait Combef., hæc in tertia persona Morel. reddidit, *quod sileat, sermonem instituat*, cum de se omnia dicat Gregorius, ac momenta afferat, unde ad viri commendationem quasi necessario accedit.

(48) *Περὶ τῶν παροικιῶν.* Combef.: *de parœciis vicanisque plebibus*, utri scilicet metropolitæ attineant, in ea Cappadociæ divisione nuper Basilio episcopo facta, de qua et epist. CLXXXIII. Ubique Morel. æque rudis in re ecclesiastica, *circummanentium, circummanentibus.*

(49) *Τὰ ἡμέτερα στηλιτεύεσθαι.* Ita cod. Reg. B. 3, et Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit. τὰ ἡμέτερα desunt.

(50) *Ἐπαναγαγόντος.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐπανάγοντος.

(51) *Εἰρήνευσον.* Ita codd. nostri et Combef. In edit. εἰ δυνατὸν εἰρηνεύειν, quod Morel.: *si fieri potest ut quæ dissita sunt concilientur.*

(52) *Οἷς καὶ συνεβίωσε καὶ συνεγήρασεν.* Montac. et Morel. οἷς καὶ συνεβίωσας καὶ συνεγήρασας, *quibuscum et vitam exegisti et consenuisti.*

Digitized by Google

κινδύνων καὶ ἀκινδύνως, καὶ μηδὲν ὑφαιρεῖν ἀνεχομένους τῆς μιᾶς καὶ ἀπροσίτου (53) Θεότητος. Καὶ ὑπὲρ ἡμῶν προσεύχου, παρακαλῶ, τρόδρα καμνόντων τῇ ῥῥωστίᾳ. Τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα (54) ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ πάντες προσαγορεύουσι. Ἐῤῥωμένος, εὔθυμος, εὐδόκιμος ἐν Κυρίῳ χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ κοινὸν στήριγμα (55).

et extra periculum; et qui nihil subtrahi ab una et inaccessa Deitate patiamur. Ora pro nobis, obsecro, valde laborantibus infirmitate. Fratrum cœtum qui tecum est, ego et mei omnes salutant. Valens, lætus et laude præstans nobis et Ecclesiis in Domino tribuaris commune columen.

ΡΠΣ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (56).

154 CLXXXVI. EIDEM.

Altera ad eumdem Nectarium epistola circa idem tempus scripta, commode subjicietur. Cognatam, seu neptem suam Nectario prolixe commendat.

Τί ἂν ἐποίησας, εἰ παρὼν αὐτὸς εἶχον πράγματα; ἢ δῆλον, ὅτι πᾶσαν ἂν ἔθου σπουδὴν, ἐλευθερῶσαί με τῆς ἐπηρείας, εἴπερ τι δεῖ τοῖς προλαβοῦσι τεκμαίρεσθαι. Τοῦτο καὶ νῦν ἡμῖν χάρισαι διὰ τῆς κοσμιωτάτης ἀνεψιᾶς ἡμῶν, τῆς προσπιπτούσης (57) σοι δι' ἡμῶν, αἰδεσθεὶς μὲν τὴν ἡλικίαν τῆς ἱκέτιδος, αἰδεσθεὶς δὲ καὶ τὸν τρόπον (58) καὶ τὴν εὐλάβειαν, οὐ κατὰ τὰς πολλὰς (59) οὖσαν γυναῖκας· αἰδεσθεὶς δὲ καὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τῆς γυναικὸς, καὶ τὸ παρὰ τῶν οἰκείων νῦν ἔχειν πράγματα, πρὸ πάντων δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν (60) παράκλησιν. Ἡ μείζων δὲ χάρις, τὸ τάχος τῆς εὐεργεσίας, ἣν ἀπαιτοῦμεν. Τὸ μὲν γὰρ φιλάνθρωπον τῇ χήρᾳ καὶ ὁ ἄδικος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κριτὴς (61) ἐχαρίσατο, ἀλλὰ μετὰ πολλὴν ἱκεσίαν καὶ προσεδρείαν. Παρ' ὑμῶν δὲ ὑπαρχέτω τὸ τάχος, ἵνα μὴ κάμνῃ μακρὰ ταῖς φροντίσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς κακοπαθείαις· εἰ καὶ τὰ μάλιστα οἶδα σαφῶς, ὅτι οἰκείαν αὐτῇ ποιήσει (62) καὶ τὴν ἀλλοτρίαν ἡ σὴ θεοσέβεια.

Quid fecisses, si præsens ipse negotia habuissem? Perspicuum utique est, te nihil omnino studii ac diligentiæ prætermissurum fuisse, quo me ab injuria et fraude liberares, si quid conjecturæ duci potest ex his quæ præcesserunt. Hoc igitur nunc quoque nobis per ornatissimam neptem nostram, pedibus tuis per me advolutam, concede, tum (supplicis ætate permotus, tum) et morum integritate et pietate (longe enim ab aliarum muliercularum moribus aliena est); tum præterea ipsius quiete et negotiorum gerendorum imperitia, tum quia a propinquis nunc ipsi negotium exhibetur, tum denique et maxime, quia id ego a te precibus contendo. Porro eo majorem a nobis gratiam inieris, quo in eo, quod petimus, beneficio celeritatem majorem adhibueris. Nam ille quoque in Evangelio iniquus judex humanum se viduæ clementemque præbuit, sed post diuturnam et importunam supplicationem. A vobis autem celeritatem requirimus, ne diuturnis curis, gravibusque in externa regione afflictionibus et ærumnis conficiatur: tametsi illud maxime novi tuam pietatem effecturam, ut extera tellus illi patria sit.

ΡΠΖ'. ΕΥΔΟΞΙΩ (63).

CLXXXVII. EUDOXIO.

De Eudoxio rhetore, cujus auditor fuit Nicobulus, satis jam supra dictum. Cum autem variis in locis, varios habuerit magistros Nicobulus, revocare quis posset in dubium, num Eudoxio scripta sit hæc epistola, quæ alii ex his magistris scribi potuit, ut Photio, quem Constantinopoli morantem et docentem audiit Nicobulus, ut ex datis ad ipsum Gregorii litteris certum est. Verum tanta hujus epistolæ cum aliis, quas Eudoxio scriptas esse constat, convenientia, ut qui has legerit, istam quoque ipsi datam esse non sit dubiturus. Quod non scribat, Eudoxium expostulantem Gregorius arguit, monetque non creditum se, nisi documento præbito, quæ de Nicobulo magna scripsit et miranda.

Αἰτιᾷς τὸ μὴ γράφειν, οὐδὲ αὐτὸς ὢν, οἶμαι, τῶν πλεῖστα ἐπεσταλκότων, εἰ μή με (64) ἡ νόσος λῆρον ποιεῖ, καὶ ὧν εὖ πέπονθα ἐπιλήσμονα. Καί τοί γε εἰ μή τι ἄλλο, ὡς ἀποθανοῦσιν ἡμῖν ὁ παρὰ τῶν

Quod non scribam, expostulas, cum ipse, ut puto, non multas litteras miseris, nisi forte me morbus delirum reddit, acceptorumque beneficiorum immemorem. Atqui si nihil aliud, certe nobis,

(53) *Καὶ ἀπροσίτου.* Cod. Reg., Montac. et Morel. καὶ ἀσυγχύτου, *ab una et minime confusa Deitate.*

(54) *Τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα.* Montac. τὴν σὴν ἀδελφότητα, *tuam fraternitatem.*

(55) *Χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ κοινὸν στήριγμα.* Ita codd. nostri. At Combef. χαρισθείης ἡμῖν καὶ ταῖς Ἐκκλησίαις τὸ τῶν Ἐκκλησιῶν κοινὸν στήριγμα. In edit. χαρισθείης ἡμῖν, τῶν Ἐκκλησιῶν τὸ κοινὸν στήριγμα, quod Morel.: *Lætus et probatus nobis in Domino gratificeris, Ecclesiarum commune columen.* Verum, ait Combef., inscitum prorsus *gratificeris.* Morel. sic jam epist. CLXXXIII, idem χαρισθείης active reddiderat, *gratum feceris.*

(56) Alias LII. Scripta eodem circiter tempore.

(57) *Τῆς προσπιπτούσης.* Ita Montac. et Morel. In edit. αὐτῆς προσπιπτούσης.

(58) *Καὶ τὸν τρόπον.* Ita cod. In edit καὶ deest.

(59) *Κατὰ τὰς πολλάς.* Deest τάς in cod. Pass.

(60) *Καὶ τὴν ἡμετέραν.* Ita cod. Pass. In edit. καὶ deest.

(61) *Καὶ ὁ ἄδικος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κριτής.* Cod. 2022 et Combef. καὶ ὁ τῆς ἀδικίας κριτὴς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις.

(62) *Ὅτι οἰκείαν αὐτῇ ποιήσει,* etc. Combef.: *Quin tua pietas, quæ illi externa regio est, faciat propriam,* sic officiis demerendo, ut patriæ commoda et in aliena minime desideratura sit. At quam Billius abscessit, dum vertit: *Quin tua pietas externam quoque mulierem tibi conciliatura sit.*

(63) Alias CXVIII. Scripta anno circiter 384. — *Εὐδοξίῳ.* Ita codd. Pass. B. 3, Montac., Morel. ac Combef. In edit. Φωτίῳ.

(64) *Εἰ μή με.* Ita codd. Reg. B. 3, et Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit. εἰ μή γε.

Digitized by Google

ut morte functis, oratio funebris a te, cujus ars in declamando ac scribendo sita est, debebatur. Atque hic arguendi finis sit : neque enim, cum amice accusemus, id ultra amicitiæ limites facere convenit. Quæ autem de suavissimo filio Nicobulo scribis, magna quidem admodum, et miranda sunt, atque **155** ejusmodi, quæ patris facilitatem iis rebus, quas vult, fidem facile adhibentem, abripere queant. Nos autem tum denique vera esse credemus, cum adolescens documento nobis præbito, nec tuis promissis, nec nostra spe indignum se præbuerit.

A σῶν (65) λόγων ὠφελετο ἐπιτάφιος, ᾧ τέχνη τὸ λέγειν καὶ γράφειν. Ὁ μὲν οὖν ἔλεγχος τοσοῦτος (66)· οὐδὲ γὰρ δεῖ φιλικῶς ἐγκαλοῦντας, ἔξω τῶν τῆς φιλίας ὅρων (67) τοῦτο ποιεῖν. Ἃ δὲ περὶ τοῦ γλυκυτάτου υἱοῦ Νικοβούλου γράφεις, μεγάλα μὲν σφόδρα, καὶ θαυμαστὰ, καὶ ἱκανὰ συναρπάσαι (68) πατρὸς εὐκολίαν, ῥᾳδίως οἷς βούλεται καὶ πιστεύουσαν. Τότε δὲ ἀληθῆ εἶναι δεξόμεθα, ὅταν πεῖραν διδοὺς ἡμῖν ὁ νέος, μὴ ἀνάξιος φάνηται (69), ἢ τῶν σῶν ὑποσχέσεων, ἢ τῶν ἡμετέρων ἐλπίζων.

CLXXXVIII. STAGIRIO.

ΡΠΗ'. ΣΤΑΓΕΙΡΙΩ (70).

Ad audiendum Stagirium Nicobulus suomet ipse consilio se contulit, et patris etiam voluntate, nullatenus vero ex Gregorii sententia, qui tamen his eum litteris Stagirio commendavit.

Eruditione Atticus es? Attici nos quoque. Adolescentibus præes? nos omni ætati. Ad sermonem informas? nos ad mores. Multa nobis inter nos communia sunt. Unum autem pro omnibus, ac præ omnibus, suavissimus noster filius Nicobulus in medio positus; cui tu, ut par est, et doctrinam tuam ostendes, et nostram amicitiam, si modo ea tibi curæ est. Est autem, ni opinione fallor. Nam et veteres athletæ a juvenibus honore habentur, et quidem tantum, quantum etiam victoriæ præmia ipsis offerentes juxta palæstræ leges, grati animi officio fungi existimantur.

B Ἀττικὸς σὺ τὴν παίδευσιν; Ἀττικοὶ καὶ ἡμεῖς. Νέων προκαθέζῃ; πάσης ἡλικίας ἡμεῖς. Τυποῖς (71) πρὸς λόγον; ἡμεῖς πρὸς ἦθος. Πολλὰ κοινὰ πρὸς ἀλλήλους ἡμῖν· ἓν δὲ ἀντὶ πάντων καὶ πρὸ πάντων, ὁ γλυκύτατος υἱὸς ἡμῶν Νικόβουλος ἐν μέσῳ κείμενος. ὯΙ σὺ καλῶς ποιῶν, ἐπιδείξῃ καὶ τὴν παίδευσιν, καὶ τὴν ἡμετέραν φιλίαν, εἴπερ σοι μέλει ταύτης. Οἶμαι δέ· καὶ γὰρ ἀθληταὶ παλαιοὶ νέοις τιμῶνται· καὶ τοσοῦτον, ὅσον (72) καὶ τὰ τῆς νίκης ἆθλα προσφέροντες τούτοις, εὐγνώμονες εἶναι νομίζονται περὶ νόμους ἀθλήσεως.

CLXXXIX. EUSTOCHIO SOPHISTÆ.

ΡΠΘ'. ΕΥΣΤΟΧΙΩ ΣΟΦΙΣΤΗ (73).

Huic sophistæ, quem Athenis in litterarum studio socium et amicum videtur habuisse, præclarum juvenem Pronoium commendat.

Fac Alexandrum imiteris, vir admirande : ac quemadmodum ille, ut Atheniensibus placeret, liberalior erat atque magnificentior, et propterea regni sui theatrum Athenas nunquam non appellabat, eodem modo tu quoque nos aliquid esse arbitratus, quamvis nihil simus, tamen propter idem litterarum studium, et propter ipsas Athenas, ac præterea communes eloquentiæ parentes veritus, da operam ut præclaro Pronoio litterarum ac doctrinæ studium conduplices. Omnino id quod in adolescentem contuleris, in nos conferes, qui et ad accipiendum beneficium idonei sumus, et oratio-

C Μίμησαί μοι τὸν Ἀλέξανδρον, ὦ θαυμάσιε· καὶ ὥσπερ ἐκεῖνος ἵν' Ἀθηναίοις ἁρέσῃ, φιλοτιμότερος ἦν, διὰ ταῦτά τοι (74) καὶ θέατρον ἀεὶ τῆς ἑαυτοῦ (75) βασιλείας τὰς Ἀθήνας ὠνόμαζεν, οὕτω καὶ σὺ τὸ καθ' ἡμᾶς εἶναί (76) τι νομίσας, εἰ καὶ μηδαμῇ, ἀλλ' ἢ τῶν λόγων εἵνεκα καὶ τῶν Ἀθηνῶν αὐτῶν, πρὸς δὲ καὶ τοὺς κοινοὺς πατέρας τῶν λόγων αἰδούμενος, διπλασιάσαι προθυμήθητι τῷ καλῷ Προνοΐῳ τὴν περὶ λόγους σπουδήν. Πάντως ὅ τι ἂν εἰσανέγκῃς τῷ νέῳ, ἡμῖν τοῦτο εἰσοίσεις, οἳ καὶ παθεῖν (77) εὖ ἐπιτήδειοι, καὶ λόγων ἐπαινέται ἴσως οὐ φαῦλοι· εἰ καὶ κατωτέρω σοφιστικῶν θρόνων καθήμεθα. σιωπῇς

(65) *Ὁ παρὰ τῶν σῶν.* Ita codd. Reg. B. 3, ac Combef. In edit. ὁ deest.

(66) *Ἔλεγχος τοσοῦτος.* Ita cod. et Combef. In edit. ἔλεγχος οὗτος

(67) *Τῆς φιλίας ὅρων.* Cod. τῆς φιλοσοφίας ὅρων. Mox τοῦτο deest in cod. Pass.

(68) *Καὶ θαυμαστὰ καὶ ἱκανὰ συναρπάσαι.* Ita Combef. et sic legit Bill. In edit. καὶ ἱκανὰ καὶ θαυμαστὰ συναρπάσαι.

(69) *Ἀνάξιος φάνηται.* Cod. et Combef. φαίνεται. Cod. Reg. ἂν φάνηται. Cod. Pass. ἂν φαίνεται.

(70) Alias CLXXXVIII. Scripta anno circiter 384. — *Σταγειρίῳ.* Cod. Reg. 2022, Στρατηγίῳ.

(71) *Τυποῖς.* Ita cod. 1405 et alter Reg., sicque legit Bill. In edit. τυπεῖς.

(72) *Καὶ τοσοῦτον, ὅσον.* Ita cod. 2022, et R. ac Combef. In edit. καὶ τοσοῦτον, ὥστε.

(73) Alias CXI. Scripta eodem forte anno vel etiam superiori.

(74) *Φιλοτιμότερος ἦν, διὰ ταῦτά τοι.* Ita codd. Reg. B. 3, R. et Combef. At Montac. et Morel. φιλοτιμότερος ἦν ταῦτά σοι. In edit. φιλοτιμούμενος ἦν ταύτῃ τοι, quod Bill. : *Atheniensibus placere studens, propterea regni sui theatrum Athenas appellabat.* Melius forte, *magnifice liberalis erat, ac propterea*, etc.

(75) *Τῆς ἑαυτοῦ.* Ita cod. Montac. et Morel. In edit. αὐτοῦ.

(76) *Τὸ καθ' ἡμᾶς εἶναι.* Ita cod. et Combef. qui reddit : *Sic quemadmodum aliquo nos habuisti in numero, quanquam nulla alia ratione quam litterarum, ipsarumque Athenarum causa, ac præterea communium litterarum, parentum reverentia motus.* In edit. τό deest.

(77) *Οἳ καὶ παθεῖν.* Montac. et Morel. οἳ καὶ τὸ παθεῖν.

Digitized by Google

ἀκίνδυνον γέρας ἡμῖν αὐτοῖς ἐπιτάξαντες (78).

num haud mali fortasse atque contemnendi laudatores ; etiamsi infra sophisticos thronos desideamus, quod videlicet periculo vacuum silentii munus nobis ipsis indixerimus.

ΡΙϛ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (79).

156 CXC. EIDEM.

Eustochius, iniquo ferens animo Nicobulum, se posthabito, ad audiendum Stagirium accessisse, non tantum Eudoxium artis ejusdem sectatorem et professorem, quæ erat sophistarum invidia et æmulatio, maledica oratione laceravit, verum etiam Gregorium, ex ejus sententia ratus Nicobulum ad audiendum Stagirium accessisse, dicteriis insectatus est, ipsi per litteras Stagirismum *exprobrans. Gregorius hac epistola primum se purgat quod Nicobulum Stagirio commendarit. Deinde graviter admodum in maledicendi sophistarum impotentiam invehitur, remque indignam prorsus viro hujus ætatis publice alium infamare, ac vicissim infamari, asserit, tam pernicioso iis, quos instituunt, adolescentibus exemplo, etc.*

Ὦ Ὀδυσεῦ (80), μᾶλα πῶς με καθίκετο, Σταγειρισμὸν ὀνειδίζων, καὶ κατασοφιστεύων ἡμῶν ἐπιμελέστατα. Καὶ σοῦ τὴν παῤῥησίαν ἐπαινῶ, ἐφ' οἷς γράφεις (81) ἃ γράφεις. Κρεῖσσον γὰρ, ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἠρεμεῖν, ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας (82). Ἔχω τι καὶ ἐγκαλεῖν. Ὅμως δὲ ἵνα νόμον (83) φυλάξω δικαστικὸν, ἀπολογήσομαι πρότερον, εἶτα κατηγορήσω· καὶ ἀμφότερα μετὰ τῆς ἴσης εὐνοίας. Τῷ καλῷ Σταγειρίῳ προσῆλθεν Νικόβουλος ὁ ἐμὸς, οὔ τι καθ' ἡμέτερόν γε νόον (84), μὴ τοῦθ' ὑπολάβῃς· οὐχ οὕτως ἢ τῶν Ἀθηνῶν ἐπιλήσμων ἐγὼ, ἢ τῆς σῆς φιλίας καὶ ἑταιρείας· ἀλλ' ὥρμησε παρ' ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ πατρὸς οὕτω θελήσαντος· παρ' ἐμοῦ δὲ διὰ τῶν γραμμάτων ἐνεχειρίσθη. Τί τοῦτο ἄφιλον ἢ ἀπάνθρωπον; Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀπολογίαν ἔχεις, δέξαι καὶ τὴν κατηγορίαν.

A O Ulysses, scite sane me perstrinxisti, Stagirismum exprobrans, sophisticoque artificio studiosissime me versans et exagitans. Atque istam animi libertatem laudo, quod ea scribas, quæ scribis. Præstat enim id eloqui quod animum ægre habet, quam quiescere, perinde atque eloqui nesciamus. Ipse quoque aliquid habeo, quod te accusem. Verumtamen ut fori ac judiciorum legem servem, prius tibi ad ea, quæ objicis, respondebo, postea autem accusabo ; atque utrumque pari cum benevolentia faciam. Ad Stagirium virum optimum Nicobulus meus accessit, haudquaquam de nostra sententia, ne hoc existimes ; non enim ita vel Athenarum, vel amicitiæ tuæ et sodalitatis, immemor sum : verum suomet ipse consilio et de patris voluntate ad eum se contulit, a me autem illi per litteras traditus est et commendatus. Quid hic ab amicitia aut humanitate alienum feci? Quoniam autem purgationem nostram habes, accusationem quoque accipe.

Οὐκ ἐπαινῶ σου τοὺς κοροπλάθους, καὶ τοὺς Τελχῖνας (85), οἷς βάλλεις κακῶς τὸν ἀντίτεχνον,

B Coroplathos illos tuos, et Telchinas minime laudo, quibus artis æmulum perperam insectaris ;

(78) *Αὐτοῖς ἐπιτάξαντες.* Montac. et Morel. ἐπιτεύξαντες. Ita et Combef. qui vertit : *Qui ipsi vacantis periculo silentii præmium munusque felici faustoque successu simus adepti.*

(79) Alias LXI. Scripta anno 384.

(80) *Ὦ Ὀδυσεῦ.* Verba sunt Menelai ad Ulyssem, cum ab eo ignaviæ nomine verbis acerrimis perstrictus esset. *Iliad.* lib. XIV, 104.

(81) *Ἐφ' οἷς γράφεις.* Legendum nonnulli vellent ἐφ' ἧς γράφεις, *qua scribis, quæ scribis.*

(82) *Ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας.* « Ex tot corruptis codicibus, inquit Bill., minus corruptum hic secutus sum, eum nempe qui Haganoæ typis Joan. Sec. excusus est, anno 1528, ubi habetur ὡς ἐκεῖνον ἀγνοοῦντας, ubi tamen ἐκεῖνο legendum. In duobus aliis exemplaribus ita legitur : Κρεῖσσον ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἠρεμεῖν ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας, hic quid significare possit, ὡς ἐρεῖν ἀγνοοῦντας, equidem non video, nec quis sensus erui queat. Proinde pro ἐρεῖν, ἐλεῖν, potius legendum censerem, ut sit sensus : *Præstare animi dolorem præ se ferre ac detegere quam premere et occultare, eosque tacite condemnare qui nullius culpæ sibi conscii sint, facile se purgaturi, si doloris causa ipsis aperiretur.* Quam tamen conjecturam non quasi ex tripode prolatam accipi volo, sed ut ab animo studiorum sacrorum pro virili juvandorum cupidissimo profectam. » Lectionem Billii retinendam censuimus, non versionem ; reddit autem : *Præstat enim id quod animum male habet, efferre atque expromere, quam quiescere, perinde atque id ignoremus.* Hæc versio nobis non recte Græco respondere videtur. Aliam lectionem exhibent cod. et Reg., quam Combef. cognovit, nobisque non displicet : Κρεῖσσον γὰρ ἐκλαλεῖν τὸ λυποῦν, ἢ ἐρήμην αἱρεῖν ἀγνοοῦντας. *Præstat enim id eloqui quod animum ægre habet, quam ignorantes indicta causa damnare.* Ἡ ἐρήμη subaudito substantivo δίκη, causa indicta, id est altera parte absente : ἐρήμην αἱρεῖν, indicta causa damnare, vulgo *par contumace* et *par défaut.* Ἐρήμη δίκη dicitur de reo, ait Suidas, qui vadimonium deserens, nec in judicio se sistens, a judicibus condemnatur.

(83) *Ἐγκαλεῖν. Ὅμως δὲ ἵνα νόμον.* Ita cod. et Combef. In edit. ἐγκαλεῖν ὅμως. Ἵνα δὲ νόμον.

(84) *Οὐ τι καθ' ἡμέτερόν γε νόον.* Aliud Homeri hemistichium, *Iliad.* IX, 108. Verba sunt Nestoris quibus Agamemnonem hortatur ut cum Achille in gratiam redeat. Hæc Billius.

C (85) *Οὐκ ἐπαινῶ σου τοὺς κοροπλάθους καὶ τοὺς Τελχῖνας.* His verbis adversarium suum Eustochius insectabatur. Κοροπλάθος autem, ut Christodulus docet, figulum proprie significat puparum et hujusmodi imaguncularum. Hæc Bill. At Suidas : *Qui effigies puerorum*, inquit, *et quorumvis animalium, quibus pueri vel puellæ decipiuntur, ex cera vel gypso conficiunt, qui ex luto vel alia hujusmodi materia pupas fingunt, κοροπλάθοι vocantur.* De Telchinibus, ait Bill., varia est opinio. Quidam enim eosdem fuisse credunt Curetas, Cabyros, Telchinas, Corybantes et Idæos Dactylos, qualem Sceptium fuisse scribit Strabo lib. x. Alii cognatos fuisse existimant, nonnihilque differre, omninoque furore quopiam motos. Telchinas porro fascinatores fuisse ferunt et maleficos quod Stygiam aquam animalibus et stirpibus perniciei gratia inspergerent ; qua ex re calamitates, fames et pestes consequerentur. Cujus sententiæ est Tzetzes *Hist.* lib. CXIII, qui etiam Telchinas numerat Adæum, Magalesiam, Omenum, Lycum, Myconem, Mimonem. Nonnulli tamen contrarium sentiunt, et arti-

Digitized by Google

quandoquidem usus obtinuit, ut ejusdem artis professores ἀντίτεχνοι, id est, artis æmuli atque adversarii vocentur. **157** Quousque enim ista? Nunquamne sophisticæ huic obtrectationi et maledicentiæ finem statuemus? An exspectabimus, dum mors ab hac improbitate nos abrumpat? Juveni enim fortasse, honoris cupiditate flagranti, opibusque inhianti, qui hæc modo parce faciat, nonnihil veniæ dari possit (libet enim in gratiam tuam Demosthenis verbis aliquantulum uti): hominem autem id ætatis, atque hoc rerum statu, publice alium infamare ac vicissim infamari, intempestivum prorsus et pertinacis contentionis plenum; non solum quia hoc omnino inhonestum et sordidum est, sed etiam quia mira est hujus rei facilitas, perinde ac *fluctus reciprocantis*. Etenim ut cum Homero rursus loquar:

Dictum tale feres, quale et jam dixeris ipse.

Radentem porro vicissim radere nequaquam reprehendendum est.

Quæ igitur hæc sapientia est cum virtute vincere liceat, vitio superari, aut etiam superare, quod multo pejus est? At hoc quoque nomine, ut vere loquar, judices accusandos esse censeo, quod, quæ pro tribunali damnant, eadem cum audiunt, laudant. Nec id solum, sed multos etiam habent, qui simul laudent, ac vitium accendant, atque huc usque in partes et studia dissecti sint. Atqui convenit ut, si hæc falsa existimentur, non laudentur: si autem vera esse credantur publice, judicentur; aut etiam hanc rationem adhibere, ut si falsa objiciuntur, accusatores coarguantur: sin vera, ii adversus quos oratio habetur; non autem permittere ut nobilium virorum existimatio, res maximi ponderis, tam facile ludibrio adhibeatur.

Quare, si meo consilio paretis (utrumque enim alloquor), hujusmodi sermones et vituperationes valere sinite, si nihil aliud, canitiei certe reverentia, aut etiam rerum turpissimarum lassitudine. Ipsi vero in animum inducite veteri proverbio obsequi, quod virtutis cultum amplecti jubet, cum satis ad victum amplæ facultates sunt. Nec cum vobis ipsis, tum juvenum spei insidias comparate,

ἐπειδὴ νενίκηκε τοὺς ὁμοτέχνους ἀντιτέχνους καλεῖν. Μέχρι τίνος γὰρ ταῦτα; καὶ ποῦ στησόμεθα τῆς σοφιστικῆς ἐπηρείας; ἕως ἂν τί γένηται; ἕως ἂν θάνατος ἡμᾶς διακόψῃ τῆς πονηρίας; Ταῦτα γὰρ νέον μὲν ὄντα, φιλοτιμίας ἡττώμενον, κέρδους μεταποιούμενον, καὶ τότε μετρίως ποιεῖν, ἔχει τινὰ συγγνώμην (μικρὸν γάρ τι Δημοσθενίσω σὴν χάριν)· ἐν τούτῳ δὲ τῆς ἡλικίας, καὶ οὕτω πράττοντα, κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι (86), παντελῶς ἄωρον καὶ φιλόνεικον, οὐ μόνον ὅτι ἀπρεπὲς καὶ παντάπασιν ἀνελεύθερον, ἀλλ' ὅτι καὶ ῥᾳστώνη πολλὴ τοῦ πράγματος,

Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις (87),

καθάπερ *ῥεύματος ἀντιστρέφοντος*· πάλιν γὰρ Ὁμήρῳ συγχρήσομαι·

. . . *Τὸν ξύοντα δὲ ἀντιξύειν*

παντελῶς ἀνεπίφθονον.

Τίς οὖν ἡ σοφία, ἐξὸν ἀρετῇ πρωτεύειν, ἡττᾶσθαι κακίᾳ, ἢ καὶ νικᾷν, ὃ πολλῷ χεῖρόν ἐστιν; ἀλλ' ἐγώ γε καὶ τῶν δικαστῶν τοῦτο μέμφομαι, εἰρήσεται γὰρ τἀληθές, ὅτι ἃ κολάζουσι κρίνοντες, ταῦτα ἐπαινοῦσιν ἀκροώμενοι. Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ πολλοὺς ἔχουσι τοὺς συνεπαινέτας, καὶ τὴν κακίαν ἀνάπτοντας, καὶ ταῖς σπουδαῖς ἄχρι τούτου μεμερισμένους· δέον, εἰ μὲν ἀπιστεῖται, μὴ ἐπαινεῖσθαι· εἰ δὲ πιστεύεται, δημοσίᾳ κρίνεσθαι· ἢ οὕτω, εἰ μὲν ψευδῆ, τοὺς κατηγόρους ἐλέγχεσθαι (88)· εἰ δὲ ἀληθῆ, τοὺς καθ' ὧν ὁ λόγος· καὶ μὴ οὕτω, μέγιστον πρᾶγμα, τὴν τῶν εὖ γεγονότων ὑπόληψιν, οὕτω ῥᾳδίως παίζεσθαι.

Εἴ τι οὖν ἐμοὶ πείθεσθε (πρὸς γὰρ ἀμφοτέρους ὁ λόγος), τοὺς μὲν τοιούτους λόγους καὶ ψόγους χαίρειν ἐάσατε (89), εἰ μή τι ἄλλο, τὴν πολιὰν αἰδούμενοι, ἢ καὶ ἀποκάμνοντες (90) ἐν τοῖς αἰσχίστοις. Αὐτοὶ δὲ βουλεύσασθε (91) τὴν παλαιὰν τιμῆσαι παραίνεσιν, τὴν, ὅταν ὁ βίος ἱκανὸς ᾖ (92), ἀρετὴν ἀσκεῖσθαι κελεύουσαν. Καὶ οὐκ ἐπιβουλεύσετε μὲν ὑμῖν αὐτοῖς (93), ἐπιβουλεύσετε δὲ ταῖς τῶν νέων ἐλπίσιν,

bus illos præstantes fuisse volunt. De toto hoc maleficiorum genere, vide Gyraldum lib. *De diis gentium*. De Telchinibus autem vide Suidam ad vocem Τελχῖνες, et Erasmum in Adagio, *Novi Simonem, et Simon me*.

(86) *Κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι*. Non male Bill. metaphoram reddidit, sed legisse videtur κηρύττειν τε καὶ κηρύττεσθαι. Sic habet cod. Reg. Combef. κυρίττειν τε καὶ κυρίττεσθαι, *cornibus petere ac vicissim peti*, petulcorum arietum more; quæ grammaticis, inquit, usitata vocis acceptio et auctoribus probata. Hoc fortasse significavit Horatius in *Odis*: *Parata tollo cornua*.

(87) *Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις*. *Talia audies, qualia in alios dixeris*. Billius:

Dictum tale feres quale ante interseris ipse.

Verba sunt Æneæ ad Achillem, *Iliad.* lib. xx, vers. 250.

(88) *Κατηγόρους ἐλέγχεσθαι*. Cod. et Reg. κατηγόρους κολάζεσθαι, *accusatores coerceantur*. Sic etiam Montac. et Morel.

(89) *Χαίρειν ἐάσατε*. Forte legendum ἐάσετε, *valere sinetis*.

(90) *Ἀποκάμοντες*. Ita cod. In edit. ἀποκαμόντες.

(91) *Βουλεύσασθε*. Legendum forte βουλεύσεσθε. Combef. βουλεύσισθε.

(92) *Ὅταν ὁ βίος ἱκανὸς ᾖ*, etc. Ad hoc proverbium alludit Horatius, *Epist.* I.

..... *O cives, quærenda pecunia primum est,*
Virtus post nummos.....

(93) *Οὐκ ἐπιβουλεύσετε μὲν ὑμῖν αὐτοῖς*. Ita cod. et Reg. At Montac. et Morel. οὐκ ἐπιβουλεύσεταί μὲν οὖν ὑμῖν αὐτοῖς. Legisse videtur Bill., aut saltem legendum censuisse μηδὲ ὑμῖν αὐτοῖς. In edit., ἡμῖν αὐτοῖς. Mox, μηδὲ ταῖς τῶν νέων.

Digitized by Google

οἳ πάντως ἂν τὰ δεινότατα πάθοιεν, εἰ λόγους ἀσκούμενοι κακίαν μάθοιεν, καὶ ταύτην οὐκ ἄμισθον, ὥσπερ οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ ταύτης ἔχοντες ὑμᾶς διδασκάλους. Εἰ δέ σοι φορτικὸς εἶναι δοκῶ ταῦτα γράφων, ἄμυνέ με (94) τοῖς ἴσοις, καὶ αὐτός τι παραινέσας τῶν χρησίμων, ἵν' ἢ πειθόμενον ὠφελῇς, ἢ ἐγκαλῇς (95) ἀντιτείνοντι.

A qui profecto gravissima injuria afficientur, si litterarum studia colentes, vitium addiscant, et quidem non sine mercede; perinde **158** ac vos, non virtutis, sed vitii magistros habeant. Quod si molestus esse videor, hæc scribens, iisdem rebus me ulciscere, utile quoque aliquod consilium mihi offerens, ut vel præceptis tuis obtemperanti prosis, vel repugnantem accuses.

ΡΙΑ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (96).

CXCI. EIDEM.

Ut veritas odium parit, Eustochium quasi crabronem *tam sapiens, tamque amica* irritavit *admonitio,* linguamque ad maledicendum paratiorem *facile concitavit Gregorius. Eustochii maledictis hac brevi, sed acutissima epistola, rescripsit Theologus, se* admodum non cruciari, *simulque monet, ut* linguam, si fieri potest, coerceat.

Οἷον ἠγνόησα! ὡς σκαιὸν λίαν καὶ ἀπαίδευτον! ἄνδρα σοφιστὴν ἐνουθέτησα τῆς ἀπονοίας (97), καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς παροιμίας τῆς ἰδιωτικῆς ἐπαιδεύθην, φαλακρὸς ὢν κατὰ κριοῦ μὴ νυστάζειν ἀντὶ προσώπου (98), μηδὲ σφηκίαν ἐγείρειν κατ' ἐμαυτοῦ (99), γλῶσσαν πρὸς τὸ κακῶς λέγειν ἑτοιμοτέραν. Τούτῳ μὲν οὖν οὐ πάνυ τι (1) δυσχεραίνω (μετὰ πολλῶν γὰρ προσετέθην, ὥς γε τυνθάνομαι, εἰ δὲ ζώοις (2), καὶ πρὸ πολλῶν)· ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον, ὅτι μὴ ἐπιστεύθην φιλικῶς τοῦτο ποιεῖν. Πλὴν ὑγιαίνοις καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν, καὶ τὴν γλῶσσαν κατέχοις, εἰ δυνατόν· ἀλλὰ νῦν τό γε ἡμέτερον (3) στέρξομεν.

B Quale illud est, quod ignoravi! quam stultum et ineptum! Virum sophistam commonui vecordiæ, ac ne a vulgari quidem proverbio eruditus sum, ut, cum calvus essem, cum ariete obversa fronte ne congrederer, nec crabronem in meipsum irritarem, hoc est, linguam ad maledicendum paratiorem. Quanquam illud quidem non admodum me discruciat (multis enim, ut audio, adjunctus sum : ac si vixeris, multis etiam anteponar). Hoc vero acerbius me angit, quod tibi minime probavi me hoc amico animo facere. Et tamen opto, ut tum corpore, tum animo valeas, ac linguam, si fieri possit, coerceas : nunc autem, quod ad nos attinet, æquo animo feremus.

ΡΙΒ'. ΣΤΑΓΕΙΡΙΩ (4).

CXCII. STAGIRIO.

Eudoxii maledicta non tulit Stagirius ; sed cum par esset certare, et respondere paratus, ipse etiam Eustochium lingua dicaciori mutuo incessit. Quos inter medius, pacisque sequester prodiit Gregorius, datis ad Stagirium etiam ea de re litteris. Hæc enim ad eum scripta est epistola, ut manuscriptis constat, non autem ad Timotheum, ut editi libri præ se ferunt, contra codicum auctoritatem ; quæ tametsi non adesset, epistolæ tamen argumentum dicere non sineret eam ad Timotheum scriptam. Sophistis ut arma deponant quidvis pollicetur, amicitiam, laudes, suam ipsorum et omnium utilitatem ; alioquin et sibi et Nicobulo injuriam fieri, ac eos vitii potius quam virtutis magistros adolescentulis reipsa futuros, spesque eorum qui se illorum fidei commisere, falli contestatur.

Παῤῥησιάσομαί τι πρὸς σέ· καὶ γὰρ πέφυκα οὕτω, καὶ βούλομαι. Εἰ δὲ μὴ μεταδοίης ἡμῖν (5) τὸν Νικό-

C Liberius aliquanto ad te loquar : sic enim natura comparatus sum, ac volo. Si Nicobulum

(94) *Ἄμυνέ με.* Ita cod. Reg., Montac. et Morel. At Combef. ἄμυναί με. In edit. ἄμυναί μοι. Mox Montac. et Morel. παραινέσων.

(95) *Πειθόμενον ὠφελῇς, ἢ ἐγκαλῇς.* Ita cod. Reg. et R. In edit. πειθόμενον ἐπαινῇς, ἢ ἐγκαλεῖς, quod Bill.: *vel obtemperantem præceptis tuis laudes, vel accuses.*

(96) Alias LXII. Scripta eodem anno.

(97) *Ἐνουθέτησα τῆς ἀπονοίας.* Ita cod. et Reg. In edit. ἐνουθέτησα. Ὦ τῆς ἀπονοίας, quod Bill.: *Virum sophistam castigare institui. O singularem audaciam!*

(98) *Μὴ νυστάζειν ἀντὶ προσώπου.* Ita cod. At cod. Reg. μὴ νευστάζειν. Cod. R. et Pass. κατὰ προσώπου. In edit. νυστάζειν ἀντιπρόσωπος. Suo periculo legendum proponit Combef. κερατίζειν κατὰ προσώπου, sicque reddit Bill.: *Cum calvus sis, cum ariete obversa fronte ne congrediaris ;* et, *Crabonem ne provoces;* parœmiæ sunt quibus docemur minime lacessendos esse homines suapte natura irritabiles. A Gregorio adagium hoc mutuatur Erasmus.

(99) *Μηδὲ σφηκίαν ἐγείρειν κατ' ἐμαυτοῦ.* Ita cod. Montac., Morel. ac Combef. At Pass. ἀνεγείρειν. In edit. ἐγείρειν deest. Vide Erasmum in adagio, *Irritare crabrones.*

(1) *Τούτῳ μὲν οὖν οὐ πάνυ τι.* Montac. et Morel., τι omisso, τοῦτο μὲν οὖν οὐ πάνυ.

(2) *Εἰ δὲ ζώοις.* Combef., εἰ δὲ ζώῃς. *Multis adjunctus sum,* id est, ait Bill., multos alios virulenta lingua procidisti ; quod si etiam vita longior tibi contigerit, primum inter eos locum tenebo. In me enim stylum potissimum acues, atque impurissimo ore debacchaberis.

(3) *Ἀλλὰ νῦν τό γε ἡμέτερον.* Cod. Pass. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ νῦν τὸ ἡμέτερον. At Combef. τό γε ὑμέτερον, *vestra illa probra feremus.*

(4) Alias CXCI. Scripta eodem circiter tempore. —*Σταγειρίῳ.* Ita cod. Reg., Tillem. ac Combef. At Montac. et Morel. Σταγιρίῳ. In edit. τῷ αὐτῷ, id est, Timotheo.

D (5) *Εἰ δὲ μὴ μεταδοίης ἡμῖν.* Addenda Bill. videntur ἐμέ τε καὶ Νικόβουλον ἀδικήσεις. Vertit autem : *Quod si hanc libertatem,* loquendi scilicet, *minime concedas, et mihi, et Nicobulo injuriam facies.* Combef. intricatas esse primas voces, et aliquid desiderari existimat, quod sic possit restitui : Μετάδος ἡμῖν τὸν Νικόβουλον, εἰ δὲ μὴ μεταδοίης, ἡμῖν ἀδικήσεις, *cede nobis Nicobulum ; quod si non ceseris, injuste feceris.* Contendebant enim sophistæ, uter Nicobulum puerum litteris imbuendis acciperet. Hunc hortatur ut cedat, ne ipse incurrat in

Digitized by Google

m hi minime concesseris, injuste ages. Nam et amici animum offenderimus, et nihil amplius a te habuerimus. **159** Sin autem, quantum speramus dederis, probi candidique viri officio fungeris, atque utrumque nobis præclarissime se habebit. Nam et illi satisfaciemus, et te laudabimus. Quod si etiam hoc nobis concedis, ut te quoque paterne moneamus, ne tu pro tua imperandi consuetudine consilium nostrum asperneris : viri in hujusmodi rebus haud rudis et imperiti sermonem accipe. Tandem aliquando tela deponite, ac fundas, et atrociores hastas, id est, linguas, quibus vos mutuo incessitis et vulneramini, idque applaudentibus ac laudantibus iis, quos vestri studiosos habetis. Et quidem eas hoc magis deponite, quod promptius paratiusque armis telum istud est; ne alioqui vitii potius quam virtutis duces adolescentulis exsistatis, si non verbis, at certe rebus ipsis. Nam quibus rebus, cum fiunt, quisque delectatur, easdem etiam tacens, suadet. Hoc si feceritis, tum vobis ipsis proderitis, tum nos amicos habebitis, nec spes eorum qui fidei vestræ se commiserunt, falletis Atque hæc tibi, pro laboribus Nicobuli causa susceptis, merces sit. Quod si plenius experimentum sumpserimus, pleniorem etiam his laudem tibi persolvemus.

A textus corpore avulsum : *Secundus homo de cœlo* [1]. Deinde hominem illum cœlitus venientem mente minime præditum esse asserit, verum Unigeniti deitatem mentis naturam supplentem, tertiam humanæ coagmentationis et conjunctionis partem exstitisse : quod nimirum anima et corpus juxta humanitatem in eo sint, mens autem minime ; verum ejus locum Verbi divinitas suppleat. Nec hoc adhuc grave est ; sed, quod omnium indignissimum atque atrocissimum, ipsum unigenitum Deum, omnium judicem, vitæ auctorem, mortis exstinctorem, mortalem esse docet, ac probare nititur, propriaque sua divinitate passum esse, atque in triduana illa corporis morte divinitatem quoque simul cum corpore mortuam fuisse, sicque rursus Patris opera a morte ad vitam revocatam. Alia autem omnia, quæ hujusmodi absurditatibus adjicit, longum fuerit commemorare.

Εἰ τοίνυν οἱ τοιαῦτα φρονοῦντες ἐν ἐξουσίᾳ τοῦ συνάγειν γίνονται, σκοπείτω σου ἡ ἐν Χριστῷ εὐδόκιμος φρόνησις, ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς ἐκεῖνοι φρονοῦσι (21), τὸ λαβεῖν αὐτοὺς ἐξουσίαν συνάξεως, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν, ἢ ἀληθεστέρους τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος νομισθῆναι. Εἰ γὰρ ὡς εὐσεβοῦντες ἐκεῖνοι διδάσκειν ὡς φρονοῦσι, καὶ κηρύττειν ἐν παῤῥησίᾳ τὸ καθ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέπονται δόγμα (22), δῆλον ὅτι κατέγνωσται ὁ τῆς Ἐκκλησίας λόγος, ὡς τῆς ἀληθείας παρ' αὐτοῖς οὔσης. Δύο γὰρ ἐναντίους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ πράγματος ἀληθεῖς εἶναι, φύσις οὐκ ἔχει. Πῶς οὖν ὑπέμεινέ σου ἡ μεγαλοψυχὴ καὶ ὑψηλὴ διάνοια, μὴ χρήσασθαι τῇ συνήθει παῤῥησίᾳ εἰς διόρθωσιν τοῦ τοσούτου κακοῦ; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον τοῦτο γέγονε, νῦν γοῦν διαναστήτω ἡ ἀμίμητός (23) σου ἐπ' ἀρετῇ τελειότης, καὶ διδαξάτω τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα, ὅτι οὐδὲν κέρδος ἔσται τῆς λοιπῆς αὐτοῦ περὶ τὰς Ἐκκλησίας σπουδῆς, εἰ τὸ τοιοῦτο κακὸν ἐπὶ καθαιρέσει τῆς ὑγιαινούσης πίστεως, διὰ τῆς παῤῥησίας αὐτῶν κατισχύσει (24).

B Proinde si iis, qui talia sentiunt, cœtus habere licet, illud velim cogitet atque expendat tua in Christo illustris prudentia, quod nobis non idem sentientibus ac illi, cœtus habendi potestas illis facta, nihil aliud sit, quam eorum doctrinam nostra veriorem existimari. Nam si illis, ut et pie sentientibus, ea, quæ sentiunt, docere libereque promulgare permittitur, quis non videt Ecclesiæ doctrinam condemnari, perinde ac veritate ab illorum partibus stante? Neque enim rerum natura fert, duas de eadem re contrarias doctrinas veras esse. Quomodo igitur excelsus et præstans animus tuus ad tanti mali correctionem **169** consueta libertate non uti sustinuit? Verum etiamsi nondum factum est, nunc saltem inimitabilis tua numerisque omnibus absoluta virtus excitetur ac pientissimum imperatorem doceat, nihil ex reliquo ipsius erga Ecclesias studio rediturum esse utilitatis, si tale malum ad fidei sanæ eversionem per eorum libertatem licentiamque prævaleat.

C

ΣΓ'. ΟΥΑΛΕΝΤΙΝΙΑΝΩ (25).

CCIII. VALENTINIANO.

Cæteras Gregorii epistolas quæ supersunt, extremis ejus vitæ temporibus scriptas fuisse licet affirmare. Cum autem illæ omni prorsus temporum charactere sint destitutæ, in tanta rerum obscuritate, cum ipsis annum assignare possibile non sit, sat erit hunc inter illas ordinem servare, ut quæ prius datæ videluntur, priori quoque loco collocentur ; quæ eidem, eodemve de argumento scriptæ, juxta se invicem ponantur, ut mutuam sibi lucem et claritatem præbeant.

[1] I Cor. xv, 47.

(19) Ἀνθρωπείου συγκράματος. Reg. et Or. 2, ἀνθρωπίνου συγκρίματος.

(20) Κριτὴν τῶν πάντων. Ita Reg. et Or. 2. In edit. τῶν deest. Refert Montac. ex Reg. κριτὴν πάντων, ὄντων ἀρχηγόν. At in Mediceo, inquit Morel., legitur tantum κριτὴν τῶν ἁπάντων. In cod. vero Francisci I, κριτὴν τῶν ὄντων, τὸν ἀρχηγόν.

(21) Ὅτι μὴ συμβαινόντων ἡμῶν οἷς φρονοῦσι. Billius : *quod cum nobis cum eorum dogmatibus non conveniat, cœtus habendi potestatem illis factam esse, nihil aliud est quam eorum doctrinam nostra veriorem existimare.*

(22) Ἐπιτρέπονται δόγμα. In oratione 2 verbum δόγμα deest, nec legitur etiam in tribus codicibus Colbertinis, nempe in iis quæ signantur 3, 6, 9.

(23) Ἡ ἀμίμητος. Ita Coisl. 1, Reg., Montac. et Combef. Quam lectionem secutus est Bill. In edit. ἀμώμητος, *inculpata.*

(24) Κατισχύσει. Addunt Coisl. 1, Reg., necnon Montac. et Morel. ἐρρωμένον σε καὶ ὑπερευχόμενον ἡμῶν ὁ Χριστὸς χαρίσαιτο ταῖς αὐτοῦ Ἐκκλησίαις τὸν κοινὸν προστάτην τῶν Ἐκκλησιῶν, *incolumem te ac pro nobis orantem Christus Ecclesiis suis largiatur communem Ecclesiarum defensorem.* Similem clausulam nonnullis Gregorius apposuit epistolis, nec rara est apud sanctos Patres ; hanc tamen, inquit Combef, non habet Colb. maximus, nec codd. exhibent meliores.

(25) Alias CXCVI. Scripta eodem anno.

Digitized by Google

Priorem inter eas locum obtineat epistola ad Valentinianum, quæ quidem post illam scripta est quam pro ipso Valentiniano ante scripserat, ut eum præfecto commendaret. In ista vero de eo queritur; quippe qui eum Arianzo per summum scelus exire coegit, sive, ut ait ipse Gregorius, Carbala ejecit. Carbalam *enim et Arianzum eumdem locum esse, non immerito Bollandi volunt continuatores* (26); *sic tamen, ut Arianzus ipsius nomen fuerit vici, intra quem et ecclesiam habebant sancti martyres, et prope ecclesiam prædiolum suum habuerit Gregorius proprio nomine dictum* Carbala, *ut solent etiam domus hortique singuli suum in pagis nomen habere.*

Valentinianus e regione prædioli feminas collocarat, quibus conspectis Gregorius, cui castitatis servandæ summa cura fuit, relictis et manuum suarum laboribus et iis rebus quarum spe ducebatur, *effugit et alio emigravit.* Transiliit ut cervus, *inquit Baronius,* senex infirmis pedibus, etc.

Carbala per summum scelus ejicimur. Atque, ut tragœdiæ verbis nonnihil immutatis utar, ejicimur, non quidem sermone, sed re ipsa summaque cum violentia. Multo enim melius erat, tabula publice proposita nobis secessionem indicere, quam per mulieres, quas e regione nostri collocasti, vitæ gravitatem et sanctitatem intercidere, ac quotidianum dedecus et maledicentiam adjungere, ab illis profiscentem, qui libenter iis, qui ita sibi vivendum proposuerunt, ut nos vivimus, obtrectant. Ac nisi hoc dictu audax est, nos quoque per Evam e paradiso expulisti. Est quidem facile speciosum aliquem prætextum invenire, teque excusare, atque æqua dicere videri, nempe nos a te minime ejici, verum hinc potius honore a te affici, quod nobis vicinus esse cupias : addes etiam fortasse, quod nos amice, et, ut cognatos decet, complecti velis, atque etiam aliquem ex amicitia nostra fructum capere. Hoc autem merus sermo est, non res. Vos enim, cum ad hunc locum acceditis, et excipimus, et amplectimur. Ad domesticum autem feminarum imperium **170** ita nos proripiemus, ut ad viperinos impetus. Ac nostræ quidem res finem habent. Circumscripti sumus, nos ipsos collegimus, multam nobis imposuimus, relictis et manuum nostrarum laboribus, et iis rebus quarum spe ducebamur, longaque ad sanctos martyres, excusandi nostri causa, oratione habita. Omnino, etsi hæc gravia et acerba sunt, attamen modo consentaneo vitæ nostræ instituto a nobis perferuntur, nec graviora et molestiora sunt, quam (quod ferre jussi sumus) ex urbibus in urbes migrare. Tu vero locum quidem velim diutius incolas, quam ii, qui prius eum incoluerunt; castius

Ἐξελαυνόμεθα (27) Καρβάλης ἀνοσιώτατα. Συγχρήσομαι γὰρ τῷ τῆς τραγῳδίας (28), μικρὸν ἐναλλάξας. Ἐξελαυνόμεθα δὲ (29) λόγῳ μὲν οὐδαμῶς, ἔργῳ δὲ καὶ πάνυ σφοδρῶς. Πολλῷ γὰρ βέλτιον ἦν προγράμματι κηρύξαι τὴν ὑποχώρησιν, ἢ γυναιξὶν (30), ἃς ἀντιπροσώπους ἡμῶν συνῴκισας, τὸ σεμνὸν τοῦ βίου περικόπτων, καὶ καθημερίην ἀσχημοσύνην καὶ βλασφημίαν παραζευγνὺς, παρὰ τῶν ῥᾳδίως ἐπηρεαζόντων τοῖς οὕτω ζῆν ἑλομένοις, ὥσπερ ἡμεῖς. Εἰ δὲ μὴ τολμηρὸν εἰπεῖν, καὶ ἡμᾶς τοῦ παραδείσου διὰ τῆς Εὔας ἐκβέβληκας. Ῥᾴδιον μὲν γὰρ εὑρεῖν εὐπρεπές τι, καὶ (31) ἀφοσιώσασθαι καὶ δόξαι δίκαια λέγειν, ὡς οὔτε ἐξωθούμεθα παρὰ σοῦ, καὶ τιμώμεθα γειτνιᾷν ἡμῖν θέλοντος (32)· προσθήσεις δὲ ἴσως, ὅτι καὶ δεξιοῦσθαι φιλικῶς τε καὶ συγγενικῶς, καί τι παραπολαύειν τῆς φιλίας τῆς ἡμετέρας. Τὸ δὲ λόγος, οὐκ ἔργον ἐστίν. Ὑμᾶς μὲν γὰρ (33) ἐπιδημοῦντας τῷ τόπῳ, καὶ δεχόμεθα, καὶ ἀσπαζόμεθα. Οἰκαρχίαι; δὲ γυναικῶν οὕτως ὑποχωρήσομεν, ὥσπερ ἐχιδναίοις ἐπιδρομαῖς. Τὸ μὲν οὖν ἡμέτερον ἔχει πέρας. Κατεσοφίσθημεν (34), συνεστάλημεν, ἡμᾶς αὐτοὺς τετιμήκαμεν, ἀφέντες καὶ πόνους χειρῶν ἡμῶν καὶ ἐλπίδας, καὶ πολλὰ τοῖς ἁγίοις ἀπολογησάμενοι μάρτυσι. Πάντως εἰ καὶ βαρέα ταῦτα καὶ δύσφορα, ἀλλὰ καθ' ὁδόν γε τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου (35) φιλοσοφούμενα, καὶ οὔπω (36) τοῦ πόλεις ἐκ πόλεων ἀμείβειν (ὃ φέρειν ἐκελεύσθημεν), φορτικώτερα. Σὺ δὲ τὸν τόπον οἰκοίης (37) μακρότερα μὲν ἢ κατὰ τοὺς προενοικήσαντας (38), σωφρονέστερον δὲ ἢ ἐλπίζομεν, ὡς ἂν μήτε τοὺς ἁγίους ὑβρίζητε (39) μάρτυρας, μήτε αὐτοὶ πλήσησθε τῇ παροικίᾳ. Ἐκεῖνο δὲ πρὸ πάντων ἀσφαλίσασθε, τῶν καθιερωμένων τοῖς μάρτυσι φείσασθε (40)· ἵνα μὴ κακῶς περί τε ὑμῶν αὐτῶν, καὶ τῶν ὑμετέρων βου-

(26) 9 *Maii*, pag. 424.

(27) *Ἐξελαυνόμεθα.* Ita cod. Reg. 1405, et alii. In edit. ἐξελαυνόμενα.

(28) *Τῷ τῆς τραγῳδίας.* Ita cod. 2022, et 1405. In edit τό.

(29) *Ἐξελαυνόμεθα δέ.* Ita codd. duo Regg. In edit. δέ deest. Alludere videtur nobis Gregorius ad illud Euripidis in *Phœniss.* 391, ubi Polynicen interrogat Jocaste : *Esse exsulem, nonne malum magnum est? Maximum*, respondet Polynices, *re vero majus est quam verbis.* Ἔργῳ δ' ἐστὶ μεῖζον, ἢ λόγῳ.

(30) *Γυναιξὶν.* Ita Par. 1405 et alii. Edit. ἐν γυναιξὶν. Mox ἡμῶν. Ita cod. 2022 et Combef. In edit. ἡμῖν.

(31) *Εὐπρεπές τι, καί*, etc. Addimus καί ex cod. 1405. Montac. et Morel. τὶ ἁπρεπὲς, καί, etc.

(32) *Θέλοντος.* Cod. Reg. ἐθέλοντος.

(33) *Ὑμᾶς μὲν γάρ.* Ita cod. 1405, etc. In edit. μὲν deest.

(34) *Κατεσοφίσθημεν*, etc. Combef. : *Compressi ac coerciti sumus, nos ipsi æstimavimus, multamque nobis indiximus;* quasi qui sponte cedere malimus, quam e vicino feminas habere. Nihil clarius; nec Bill. bene ex trito vocum usu, qui etiam legendum pro τετιμήκαμεν proponit τετιμωρήκαμεν.

(35) *Καθ' ὁδόν γε τοῦ καθ' ἡμᾶς βίου.* Bill. : *modo superiori nostræ vitæ consentaneo.* Combef. : *ejus quam instituimus, vitæ ratione.*

(36) *Καὶ οὔπω.* Ita cod. Reg., Morel., Combef. ac Bill. In edit. καὶ οὕτω.

(37) *Οἰκοίης.* Ita cod. Edit. οἰκείοις.

(38) *Προενοικήσαντας.* Cod. 1405, πρόσθεν οἰκήσαντας. Ita et Morel., qui etiam legit προενοικίσαντας.

(39) *Ὑβρίζητε.* Ita cod. In edit. ὑβρίζοιτε. Mox πλήσησθε. Ita cod. et Morel. In edit. πλήσοισθε.

(40) *Τῶν καθιερωμένων τοῖς μάρτυσι φείσασθε.* Bill. : *Ne quid durius in eos qui martyribus sese consecrarunt, statuatis.*

Digitized by Google

λεύσησθε, πονηρῷ τῷ ἐπεισοδίῳ τὰ ὄντα φθείροντες. A autem, quam speramus : ut nec martyribus contumeliam inferatis, nec ipsi hujusmodi incolatu percutiamini. Illud autem ante omnia providete, ut ab iis quæ martyribus sunt consecrata manum abstineatis ; ne alioqui, et vobis, et rebus vestris male consulatis, facultatibus vestris per malam accessionem, labem et perniciem afferentes.

ΣΔ'. ΑΔΕΛΦΙΩ (41).

CCIV. ADELPHIO.

Prima hæc ad Adelphium nobilem juvenem epistola, aliud nihil est quam officiosa salutatio qua virtutis Adelphii primordia, animi simplicitatem, candorem morum atque integritatem laudat. Pollicetur etiam ad eum se venturum, ut iis, quæ præjecit, fundamentis, ac veluti columnis aureis, admirandum quoque in eo juvene palatium Deo super-truat. Bis excusa est in eodem volumine hæc epistola, pag. 859, ex versione Billii, et iterum pag. 910, n. 223, Latine reddita a Morello, qui hanc ut novam obtrudit.

Εἶεν (42)· τὰ μὲν δὴ πρῶτα ἡμῖν ἔχει καὶ πάνυ καλῶς. Ἀρετὴν ἐπαινοῦμεν, ἄμφω πρὸς Θεὸν νεύομεν, οὐ δεδέμεθα πρὸς τὰ κάτω, ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη (43), τὴν κρείττω καὶ θειοτέραν φιλίαν ἀσπαζόμεθα, χεῖρας ἀλλήλων εἰλήφαμεν, καὶ ἐπιστωσάμεθα (44). Φέρε δὲ ἤδη καὶ περὶ τῆς δευτέρας οἰκειότητος πρεσβεύσωμεν πρὸς ὑμᾶς, Θεὸν προστησάμενοι τοῦ λόγου, καὶ σὺν τούτῳ κινούμενοι, ὅνπερ δὴ παντὸς ποιούμεθα καὶ ἔργου καὶ λόγου προστάτην. Εἰ δὲ γράμμασι πρᾶγμα τοσοῦτον πιστεύομεν, μὴ θαυμάσῃς. Μάλιστα μὲν γὰρ ἡ σὴ δεξιότης, καὶ τὸ τῶν σῶν ἠθῶν ἁπλοῦν τε καὶ ἐλευθέριον (ὅπερ ὀλίγον καὶ παρ' ὀλίγοις (45) εὕροι τις ἄν), ἐπῆρεν ἡμᾶς καὶ ταῦτα (46) θαρρεῖν. Ἔπειτα οὐδὲ γράμμασι τὸ πᾶν ἐπιτρέπομεν (οὐχ οὕτως ἐσμὲν ἀρχαῖοι, καὶ μικρῶς τὰ μεγάλα πράττοντες (47), οὐδὲ τὰ σπουδαῖα παρέργως), ἀλλὰ νῦν μὲν, ὡς φησι Πίνδαρος, οἷον χρυσέας ὑφίσταμεν εὐτυχεῖ θαλάμῳ (48) κίονας, μικρὸν ὕστερον δι' ἡμῶν αὐτῶν, ἡνίκα ἂν διδῷ ὁ Θεὸς, καὶ θεητὸν μέγαρον πήξομεν, ἔργον, ὅ φασι, λόγῳ συνάπτοντες. Πολλοὶ πρόσεισι τῶν ἐν ὑμῖν εὐπατρίδαι (49), (καὶ γὰρ πείθομαι προσιέναι πολλούς. Τίς δὲ οὐχ ὑμῶν ἐρᾷ καὶ τῆς συναφείας τῆς ὑμετέρας ;) πολλοὶ τῶν τῆς μεγάλης ὀφρύος. χρήματα, συγγένειαν, φίλους, δυναστείαν ἐν πόλεσι, δυναστείαν ἐν βασιλείοις, πάντα προτείνοντες ὅσα ἐστὶ περιφορᾶς ἀλόγου καὶ καιροῦ παίγνια, νῦν μὲν τοῖς προσπίπτοντα, νῦν δὲ τοῖς, καὶ ὥσπερ ἐν πεττῶν θέσει ἄλλοτε εἰς ἄλλους μεταῤῥιπτούμενα.

Esto : prima quidem nobis perbelle se habent. Virtutem laudamus; ambo ad Deum tendimus ; rebus terrenis, nisi quantum ineluctabilis necessitas cogit, haudquaquam alligati sumus ; præstantiorem ac diviniorem amicitiam amplexamur ; alter alterius manus cepimus, fidem mutuo dedimus. Age jam de secunda propinquitate ac necessitudine legationem ad vos obeamus, Deum orationi præficientes, atque una cum illo impulsi et agitati ; quippe **171** quem et operis omnis et sermonis patronum atque antistitem nobis proponamus. Quod si rem tantam litteris committo, ne tibi mirum istud videatur. Maxime enim dexteritas et facilitas tua, morumque tuorum simplicitas et integritas (quod quidem raro et apud paucos quispiam reperiat), ad hanc fiduciam nos extulit. Deinde ne litteris quidem rem totam committimus (non enim ita stolidi sumus ac magna demisse agentes, et seria negligenter ac perfunctorie), verum nunc quidem, ut Pindarus loquitur, velut aureas columnas felici thalamo subjicimus : paulo post autem per nos ipsos, cum id Deus concesserit, admirandum quoque palatium exstruemus, opus nimirum, ut dici solet, cum sermone connectentes. Multi inter vos nobili loco nati ad te adeunt, (non enim dubito, quin multi adeant. Quis enim est qui te conjunctionemque tuam non amet ?) multi, inquam, alti supercilii, opes, cognationem, amicos, potentiam in urbibus, potentiam in imperatorum aulis, ac deni-

(41) Alias CXXVIII. Scripta extremis vitæ Gregorii temporibus, annisque forte 387, 388 aut 389.

(42) *Εἶεν.* Τὸ εἶεν, ἀντὶ τοῦ Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως. Ἔστι γὰρ ἐπίῤῥημα ἀφοριστικόν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἤδη εἰρημένοις λεγόμενον, περιορίζει αὐτά· σημαίνει γὰρ τὸ Ἄγε δή, ἔστι καὶ ἀναφάνσις. Ab illis verbis duxit olim exordium hæc epistola. Miror, ait Montac., hæc a Billio versa : non enim illa quæ sequuntur usque ad τὰ μὲν δὴ πρῶτα, sunt τοῦ Θεολόγου, sed cujusdam scholiastæ notatio : ideo nec in Morelli codice erant, qui hanc epistolam inter suas ἀνεκδότους dedit, nec in Bodl. exemplari. Hæc Montac., qui nequaquam, inquit Morel., debet insultare Parisiensibus, quod hanc inter ἀνεκδότους dederint, hoc decepti glossemate, quod ejus initium deformarat, cum in eumdem offenderit ipse lapidem, ut videri potest pag. 138. Illic enim est epistola CLXVII Ἰδού σοι, quam velut ἀνέκδοτον nobis obtrusit pag. 122 editionis suæ. Litigent inter se, ac sese dilacerent viri sapientissimi : non mirandum minus, quæ retulimus verba, reddita fuisse a Billio. Scholium enim sunt male assutum, potuitque vir doctus rem sic claram advertere. Vertit tamen Εἶεν, hoc εἶεν *idem est ac si dicam, Atque hæc ad hunc modum se habent. Est enim adverbium distinguens. Etenim cum post ea quæ jam dicta sunt, usurpatur, ea circumscribit. Significat etiam idem quod, Age vero. Vim item declarandi habet.*

(43) *Ὅτι μὴ πᾶσα ἀνάγκη.* Bill. : *nisi quantum necessitas cogit.* Vim phrasis, ait Combef., non intellexit Morel., nec bene *quia non urgens necessitas est, præstantiorem ac diviniorem.*

(44) *Καὶ ἐπιστωσάμεθα* Morel. sequimur ; at Bill. : *eamque* scilicet amicitiam *confirmarimus.*

(45) *Ὅπερ ὀλίγον καὶ παρ' ὀλίγοις.* Combef. ὅπερ ὀλίγων. Cod. R. et Morel. καὶ παρ' ὀλίγοις. Bill. καὶ παρ' ὀλίγων.

(46) *Καὶ ταῦτα.* Morel. καὶ τὰ τοιαῦτα.

(47) *Πράττοντες.* Morel. πράττομεν.

(48) *Εὐτυχεῖ θαλάμῳ.* Cod. B. 3, εὐτειχεῖ. Morel. εὐτειχεῖ προθύρῳ, *bene structo vestibulo.* Verum, ut notat Combef., Pindarus ad VI *Olymp.*, stroph. 1, εὐτειχεῖ προθύρῳ θαλάμου, *bene structo vestibulo domus;* τὸ προθύρῳ missum fecit Bill., nec Morel. τὸ θαλάμῳ reddidit. Vide supra epist. IX.

(49) *Πρόσεισι τῶν ἐν ὑμῖν εὐπατρίδαι.* Morel. πρόσεισιν ὑμῖν εὐπατρίδαι, *multi accedunt ad vos patricii.*

Digitized by Google

que omnia ea protendentes, quæ temerariæ jactationis, et temporis ludibria sunt, quæ nunc ad hos, nunc ad illos cadunt, ac velut in talorum situ alias ad alios trajiciuntur atque immutantur. Nos autem unum pro omnibus tibi offerimus, hoc est, nos ipsos : vicissimque unum pro omnibus quærimus, hoc est, vos. Quod si alios meliores ac melioribus natos pro amicis habiturus es (confitemur enim, quandoquidem hoc quoque nostrum efficitur), at una re saltem (quod favente Deo a me dictum velim) nequaquam nobis superiores futuros, nimirum fide ac sinceritate in colenda amicitia. Cujus quidem rei major habenda est ratio, quam omnium aliarum rerum in unum congestarum, iis quidem certe, qui mente præditi sunt. Pluribus verbis ad tuam excellentiam minime opus est, imo etiam plura fortasse diximus, quam epistolæ modus postulet. Superest. ut et mihi ipsi et vobis aliquid optem. Deus, qui, et hæc, et alia iis, quos sui amantes habet, procurat, id vobis in mentem inducat, quod optimum, atque et nobis et vobis æque in rem futurum sit, ac præsertim de tantis rebus consilium sumentibus.

A Ἡμεῖς δὲ ἓν ἀντὶ πάντων (50) προσάγομεν ὑμῖν, ἡμᾶς αὐτούς, καὶ μέντοι καὶ ζητοῦμεν ἓν ἀντὶ πάντων, ὑμᾶς. Εἰ τοίνυν καὶ βελτίους καὶ ἐκ βελτιόνων (ὁμολογοῦμεν γὰρ, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἡμέτερον γίνεται), ἀλλ' ἑνί γε οὐχ ὑπερέξοντας ἡμῶν (ἐν Θεῷ δὲ εἰρήσεται), τῷ πιστῷ καὶ γνησίῳ περὶ τὴν οἰκειότητα· οὗπερ δεῖ μᾶλλον ποιεῖσθαι λόγον, ἢ πάντων ὁμοῦ τῶν ἄλλων, τούς γε νοῦν ἔχοντας. Ἀρκεῖ τοσαῦτα πρὸς τὴν σὴν τελειότητα, καὶ ταῦτα πέρα ἴσως ἢ κατὰ μέτρον ἐπιστολῆς. Λοιπόν τι καὶ ἐμαυτῷ καὶ ὑμῖν ἐπεύξομαι. Θεὸς ἐπὶ νοῦν ὑμῖν ἀγάγοι, παρ' οὗ καὶ ταῦτα καὶ τ' ἄλλα οἰκονομεῖται τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὅ τι ἂν ᾖ βέλτιστον καὶ σύμφορον ἡμῖν τε καὶ ὑμῖν ἐπίσης, ἄλλως τε καὶ περὶ τηλικούτων βουλευομένοις.

172 CCV. EIDEM.

ΣΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (51).

Navilos ad visendum Adelphium Gregorius se venturum pollicitus fuerat, negotiis autem et morbo impeditus, promissa non perfecit. Excusat se hac epistola, atque iterum spondet se venturum.

Nec filius contemnitur, nec patri diffiditur. Quocirca ne nobis fidem abroges, illud purgandi nostri causa dicentibus, quod occupatio et morbus spiritalis, quominus Navilos proficisceremur, ac concilio interessemus (præsertim cum tanto studio animique affectu vocati fuissemus), impedimento fuit, non autem pigritia quædam aut contemptio, quemadmodum fortasse suspicatus es. Ac nunc quidem infirmitate adhuc tenemur. Si autem Deus sanitatem nobis dederit, illud etiam adjungemus, ut rebus ipsis tibi satisfaciamus, atque usque ad nobilitatem tuam curramus, plenasque domui nostræ benedictiones persolvamus. Nostra enim esse, quæ tua sunt, volumus et optamus.

B Υἱὸς οὐκ ἀτιμάζεται, ἀλλ' οὐδὲ ἀπιστεῖται πατήρ. Διὰ τοῦτο μὴ ἀπιστήσῃς ἡμῖν ἀπολογουμένοις, ὅτι ἀσχολία καὶ ἀῤῥωστία πνευματικὴ (52) τὸ κωλύσαν ἦν ἡμᾶς (53) γενέσθαι μέχρι Ναυΐλων, καὶ τῆς συνόδου μετασχεῖν, ἄλλως τε καὶ τοσαύτῃ σπουδῇ κεκλημένους, ἀλλ' οὐκ ἦκνος τις, οὐδὲ περιφρόνησις, ὅπερ ἴσως ὑπέλαβες. Νῦν μὲν οὖν ἔτι τῇ ἀσθενείᾳ κρατούμεθα. Εἰ δὲ δοίη τὸ ὑγιαίνειν Θεὸς, καὶ τὴν διὰ τῶν ἔργων ἀπολογίαν προσθήσομεν, καὶ δραμόντες (54) μέχρι τῆς σῆς εὐγενείας, καὶ πλήρεις τὰς εὐλογίας τῷ οἴκῳ ἡμῶν ἀποδώσοντες (55). Ἡμέτερα γὰρ εἶναι τὰ σὰ καὶ βουλόμεθα καὶ εὐχόμεθα (56).

C

CCVI. EIDEM.

ΣϚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (57).

Adelphium turpiter et misere prolapsum amore mulierum, erigere et corrigere conatur Gregorius.

Honorandum te adhuc voco, etiamsi ea quæ honore minime digna sunt, consilia ineas. Ac velim hanc meam loquendi libertatem in bonam partem accipias, qui paternis visceribus inciter, nec propter benevolentiam patientia uti possim. Multo enim melius est brevi atque exiguo mœrore illato maximam utilitatem afferre, quam dum ea, quæ jucunda sint, sequimur, in eo, quod summum ac præcipuum est, detrimentum tibi conflare. Sacer-

Ἔτι σε καλῶ τίμιον, καίπερ οὐ τίμια βουλευόμενον. Καί μου δέξαι (58) τὴν παῤῥησίαν σπλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένου (59), καὶ καρτερεῖν οὐ δυναμένου διὰ τὴν εὔνοιαν. Πολλῷ γὰρ βέλτιον βραχέα λυπήσαντα, μέγιστα ὠφελῆσαι, ἢ τὰ πρὸς ἡδονὴν (60) διώκοντα ζημιῶσαι τῷ κεφαλαίῳ. Ἱερεὺς ἦν ὁ Ἥλεῖ (61), καὶ τοῖς παισὶν ἀσεβοῦσιν ἐπέπληττε μὲν, *Οὐκ ἀγαθὴ ἡ ἀκοὴ*, λέγων, *ὦ τέκνα, ἣν ἐγὼ ἀκούω περὶ ὑμῶν.* Ὅτι δὲ μὴ σφοδρῶς ἐπέπληττε,

(50) *Ἐν ἀντὶ πάντων.* Bill. ἐναντίον πάντων.

(51) Alias CXXIX. Scripta eodem circiter tempore.

(52) *Ἀῤῥωστία πνευματικὴ.* Forsan *ἀῤῥωστία πνευμονική, pulmonis ægritudo*, qua et se teneri adhuc mox significat; τῇ ἀσθενείᾳ. Bill. : *corporis imbecillitate.*

(53) *Κωλύσαν ἦν ἡμᾶς.* Ita cod. R. et Combef. In edit. ἡμᾶς deest.

(54) *Καὶ δραμόντες.* Cod. Reg. et Harl. ad marg. καμόντες.

(55) *Ἀποδώσοντες.* Cod. 1405, ἀποδώσομεν.

(56) *Βουλόμεθα καὶ εὐχόμεθα.* Ita cod. et Combef. In edit. εὐχόμεθα καὶ βουλόμεθα.

(57) Alias CXXX. Scripta post superiorem.

(58) *Καί μου δέξαι.* Ita omnes codd. et interpretes. In edit. καί μοι δέξαι.

(59) *Σπλάγχνοις πατρικοῖς κινουμένου.* Bill. : *Hoc est ejus qui paternis visceribus inciteltur, nec patientia uti possit.*

(60) *Ἢ τὰ πρὸς ἡδονήν.* Ita cod. et Combef. In edit. ἢ τὸ πρὸς ἡδονήν.

(61) *Ὁ Ἥλεῖ.* Cod. et Combef. ὁ Ἡλί.

Digitized by Google

σφοδρῶς ἐνεκλήθη, καὶ δίκην ὑπέσχε πατὴρ εὐσεβὴς παίδων παρανομίας. Τοῦτο φοβούμενος τὸ ὑπόδειγμα καὶ αὐτὸς, ἐπὶ ταύτην ἦλθον τὴν παραίνεσιν. Τί ἐστιν ὃ πέπονθας, ἀγνοῶ. Τίς ἡ τοσαύτη περὶ σὲ σκοτομήνη; Πῶς αἰσχύνεις μὲν σεαυτοῦ τὸ γένος; αἰσχύνεις δὲ τὴν ἡμετέραν πολιὰν, καὶ τὰς ἐλπίδας ἃς εἴχομεν ἐπὶ σοὶ, ἡνίκα ἐπέστημεν Ναυΐλοις, πᾶν ἀγαθὸν καὶ διαλεχθέντες, καὶ πείσαντες, ὡς ᾠόμεθα; Πῶς οὐκ ἀκούεις λεγούσης τῆς Γραφῆς, Μὴ δὸς γυναιξὶ τὸν σὸν (62) πλοῦτον καὶ τὰ σὰ χρήματα εἰς ὑστεροβουλίαν; Εὖ γὰρ ἴσθι (63), μεταμελήσει σοι τούτων μικρὸν ὕστερον, ἡνίκα ἂν κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου (64), κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ δυνηθῇ διασχὼν ὥσπερ ἐκ νέφους ὁ νοῦς πρὸς Θεὸν ἰδεῖν, καὶ λογίσασθαι καθαρῶς (65) τὰ συμφέροντα. Φύλαξαι τὴν παγίδα (66), μὴ ἀγρευθῇς τοῖς ὀφθαλμοῖς· καὶ εἰ ἠγρεύθης, ἔκνηψον (67), μὴ καὶ τὸ θρυλλούμενον βεβαιώσῃς (68), ὅτι φαρμάκοις τὸν νοῦν ἐκλάπης (69)· ἐπειδὴ δεινὸν εἰς κακῶν ἐπίνοιαν ἡ ἀσέλγεια. Ἀλγεινὸν μὲν γὰρ τὸ καὶ οἶκον τοσοῦτον (70), καὶ τοσούτοις πόνοις συνειλεγμένον, οὕτως ἐν βραχεῖ διασπεῖραι, καὶ καταλῦσαι, καὶ μάλιστα ἐν ἀρχαῖς βίου, ἡνίκα, ἢ τὴν καλὴν, ἢ τὴν πονηρὰν δόξαν ἕκαστος ἑαυτῷ καταβάλλεται. Πολλῷ δὲ δεινότερον τὸ καὶ γυναῖκας παρθένους οὔσας, ἃς καὶ οἱ σοῦ (71) γονεῖς, καὶ αὐτὸς, ὡς ἡμᾶς ἔπειθες, καθιέρωσας τῷ Θεῷ, ταύτας ἱεροσυλεῖν καὶ ἁρπάζειν· καὶ τὰς μὲν ἔχειν ἤδη, τὰς δὲ πτοεῖν ὡς τὰ αὐτὰ πεισομένας. Τὸν οὖν Θεὸν φοβηθεὶς, ᾧ λατρεύεις, καὶ ἡμᾶς αἰδεσθεὶς, ἐπίσχες σεαυτὸν τοῦ λοιποῦ πάσης πονηρᾶς προαιρέσεως. Εἰ γὰρ οἷόν τε ἦν παρακύψαντά σε γνῶναι τὴν ἀδοξίαν (72), ἣν πάντων ἡμῶν κατέχεας, τάχα ἂν οὐκ ἐδεήθης ἄλλης παραινέσεως, ἀλλ' αὐτὴν τὴν αἰσχύνην σύμβουλον (73) ἐποιήσω τῶν σῶν πρακτέων. Τούτων ἤδίω (74) μὲν εἶχον γράφειν, λυσιτελέστερα δὲ οὐδαμῶς (75). Καὶ τὰ πλείω παρήσω γράφειν, ἐκεῖνο εἰδὼς, ὡς εἰ μή σε ὁ τοῦ Θεοῦ φόβος παιδαγωγήσειε, μικρὸν ἢ οὐδὲν οἱ λόγοι δυνήσονται· ἐπεὶ καὶ σιδήρῳ κηρὸς μὲν εὐκόλως χαράσσεται, σίδηρος δὲ ἐργωδέστερον, ἀδάμας δὲ οὐδὲ τῷ στερροτάτῳ, διὰ σκληρότητα φύσεως.

dos erat Heli, atque filios quidem impia crimina patrantes objurgabat. *Non enim bona fama est*, inquiebat, *o filii, quam de vobis audio*[a]. Quoniam autem haud acriter ac vehementer objurgabat, vehementer ipse accusatus est, scelerisque filiorum pius pater pœnas luit. Hoc exemplum ipse quoque reformidans, ad hanc admonitionem veni. Quid tibi acciderit, ignoro. Quæ hæc tanta caligo te circumfundit? Quonam pacto genus tuum dedecoras? Dedecoras etiam canitiem nostram, spesque eas, quas de te conceptas habebamus cum Navilos perrexissemus, atque omne boni genus, et disseruissemus, et, ut quidem nobis videbatur, persuasissemus? Quin tu Scripturam audis, dicentem: Ne dederis mulieribus divitias tuas, et opes **173** tuas in serum consilium[b]? Hujus rei, mihi crede, aliquanto post, te pœnitebit, cum obtritæ corporis tui carnes fuerint[c], ut Scripturæ verbis utar, ac mens, velut diffissa et penetrata nube, Deum prospicere, atque ea quæ commoda et frugifera sunt, pure ac liquido considerare poterit. Cave laqueum, ne oculis tuis capiaris; et, si captus es, expergiscere, ne illud etiam, quod rumore celebratur, confirmes: nempe quod veneficiis quibusdam mens tibi subrepta sit, siquidem ad comminiscenda mala mire solers est lascivia. Atque acerbum quidem est, tantam domum, ac tot laboribus collectam, brevi adeo temporis spatio dissipare et evertere, ac præsertim vitæ initiis, cum vel bonæ, vel malæ famæ et existimationis sibi quisque fundamenta jacit. At longe gravius et acerbius, virgines et feminas, quas et tui parentes, et tu etiam, ut nobis fidem fecisti, Dei cultui consecrasti, sacrilega manu rapere, atque alias quidem jam habere, aliis autem, tanquam idem perpessuris, terrorem injicere. Quamobrem et Dei, quem colis, metu, et nostri reverentia permotus, ab omni improbo et flagitioso animi instituto deinceps te reprime. Nam si fieri posset, ut velut per transennam spectans, ignominiam, qua nos omnes perfudisti, cognitam haberes, fortasse ne alia quidem admonitione opus habuisses, verum ipsam quoque

[a] I Reg. II, 24. [b] Prov. XXXI, 3. [c] Prov. V, 11.

(62) *Μὴ δὸς γυναιξὶ τὸν σόν.* Cod. R. μὴ δῷς. Mox τὰ σὰ χρήματα. Horum loco legitur apud LXX, Prov. XXXI, 3, *Μὴ δῷς γυναιξὶ σὸν πλοῦτον, καὶ σὸν νοῦν, καὶ βίον εἰς ὑστεροβουλίαν. Ne dederis mulieribus divitias tuas et mentem tuam et vitam in pœnitentiam.* Hebr.: *Unde aboleantur consilia regum.* Vulg.: *Ad delendos reges;* nec facile Græca eis conciliare.

(63) *Εὖ γὰρ ἴσθι, μεταμελήσει σοι.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. γάρ et σοι desunt.

(64) *Κατατριβῶσι σάρκες σώματός σου.* Ita LXX interpretes, *quando conterentur carnes corporis tui;* Vulg.: *Cum consumpseris carnes tuas.* Legendum forte videretur κατατρίβωνται σάρκες, sicque legit Billius.

(65) *Καθαρῶς.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. καλῶς. Melius tamen edit.

(66) *Φύλαξαι τὴν παγίδα.* Bill.: *Sagenam observa.*

(67) *Ἔκνηψον.* Ita cod. Reg., Par., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit ἔκληψον.

(68) *Βεβαιώσῃς.* Ita cod. Reg. In edit. διαβεβαιώσῃς.

(69) *Φαρμάκοις τὸν νοῦν ἐκλάπης.* Ita cod. Reg. In edit ἐκλάμπης. Pro φαρμάκοις, legit Bill. βλεφάροις.

(70) *Οἶκον τοσοῦτον.* Cod. τοιοῦτον.

(71) *Γυναῖκας παρθένους οὔσας, ἃς καὶ οἱ σοῦ,* etc. Sic cod. 2022. Edit. παρθένους, ἃς καὶ οἱ σοί.

(72) *Τὴν ἀδοξίαν.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. τὴν δόξαν, quod Bill.: *opinionem eam.*

(73) *Σύμβουλον.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. σύμβολον. Notat Combef. alias legi συμβούλην.

(74) *Ἥδίω.* Cod. 1405, ἡδίως.

(75) *Οὐδαμῶς.* Id. cod. οὐδαμοῦ.

Digitized by Google

familiam in rerum gerendarum consilium adhibuisses. His jucundiora quidem habebam, quæ scriberem, utiliora autem haudquaquam. Ac multo etiam plura scribere prætermittam, quod illud sciam, nisi Dei metus te coerceat, parvam aut nullam omnino vim sermones habituros esse : quandoquidem ferro quoque cera facile imprimitur, ferrum autem difficilius : adamas vero ne firmissima quidem re, propter naturæ duritiem.

174 CCVII. JACOBO. ΣΖ'. ΙΑΚΩΒΩ (76).

Jacobus, ad quem scripta est hæc epistola præfectus fuit Cappadociæ ; Alypius autem, cujus uxorem viduam ipsi commendat Gregorius, idem esse videtur, ac ille qui anno 380 *Cappadociæ præfectus erat, ad quem etiam scriptas a Gregorio litteras vidimus. Porro Simplicia hæc, Alypii vidua, illa sit necne ad quam Basilii et Gregorii exstant epistolæ, divinare non licet. Hæretica quidem ista tum erat ac soluta, sed agnita forsan veritate nupta, imo jam et vidua. Si Muratorio fides* (77), *Alypius, de quo in hac epistola agitur, maritus Gorgoniæ sororis Gregorii fuit,* qui etiam Simpliciæ quondam maritus fuerat. *Quæ quomodo possint conciliari minime intelligo. Precibus contendit, ut Jacobus* Simpliciæ causa rectissime perpensa et explorata, hilariorem eam ad se remittat.

Si corpore ita valerem, ut laboribus ferendis par A essem, ipsemet ad vos me contulissem, ut et congressus vestri desiderium explerem, et de quibus vellem, colloquerer. Non enim de levibus rebus nobis sermo est. Quoniam autem adversa valetudine teneor, ad litteras venire necesse habui. Ornatissimam filiam nostram Simpliciam, probi atque honesti viri Alypii, totius patriæ nostræ ornamenti, quondam uxorem, cum miseris viduitatis, atque orbitatis nominibus tibi offero, ut a te, de his rebus, in quibus ope tua indigebit, jus suum obtineat. Ac calamitatis magnitudinem, quæso, conspice. Nondum luctibus finem imposuit, et de pupillis laborat, ac longas peregrinationes in tam imbecilli corpore ac negotiorum insolentia suscipit, quæ ne quidem ultra domus limen progredi con- B suevit. Quo quid miserabilius ? nempe ne luctibus quidem locum dari, ac nobilitatis honorem calamitate opprimi. Hæc igitur omnia tecum reputans, atque etiam precibus nostris permotus, ne exspectes, dum alius tibi judex sit, magno, inquam, ac probo Jacobo : neu eam in hanc necessitatem adducas, ut longiorem peregrinationem inire cogatur, cum æquitati causæ suæ magnopere confidat, ut quidem multis, ac nobis item, fidem facit. Verum litteris nostris perlectis, causaque rectissime perpensa et explorata, hilariorem eam ad nos remitte, illud ante omnia cum animo tuo considerans, multa te Dei beneficio consecutum esse, potentiam, opes, famam atque existimationem, quæ ad majorem felicitatem aditum muniant. Hæc tibi C per præsentem benignitatem conserva : sicque cogita, ut liberorum pater, partim e periculis extractus, partim ingressus pericula, lætasque ac commodas tibi ipsi per præsentem materiam spes apud Deum effice.

Εἰ μὲν οὕτως εἶχον τοῦ σώματος, ὡς ἐξαρκεῖν πρὸς τοὺς πόνους, αὐτὸς ἂν ἀφικόμενος πρὸς ὑμᾶς, τόν τε τῆς συντυχίας (78) πόθον ἐπλήρωσα, καὶ διελέχθην περὶ ὧν ἐβουλόμην. Οὐ γὰρ περὶ μικρῶν ἡμῖν ὁ λόγος. Ἐπεὶ δὲ τῇ ἀῤῥωστίᾳ κατέχομαι, ἀναγκαίως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα. Τὴν κοσμιωτάτην θυγατέρα ἡμῶν (79) Σιμπλικίαν, τὴν τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ Ἀλυπίου ποτὲ γυναῖκα, τοῦ κόσμου πάσης ἡμῶν τῆς πατρίδος, προσάγω τῇ σῇ εὐγενείᾳ, μετὰ τῶν οἰκτρῶν ὀνομάτων χηρείας καὶ ὀρφανείας, τῶν δικαίων παρὰ σοῦ τευξομένην, περὶ ὧν σοῦ δεήσεται (80). Καὶ σκόπει τῆς συμφορᾶς τὸ μέγεθος. Οὔπω τῶν θρήνων πέπαυται, καὶ ἀγωνιᾷ περὶ τῶν ὀρφανῶν, καὶ ὁδοὺς ἐκδημεῖ μακρὰς, ἐν οὕτω ἀσθενεῖ τῷ σώματι καὶ ἀπειρίᾳ πραγμάτων, ἡ μηδὲ προκύπτειν τῆς οἰκίας (81) εἰθισμένη. Τούτου τί ἐλεεινότερον ; μηδὲ θρήνοις γενέσθαι χώραν, καὶ τὴν τῆς εὐγενείας αἰδῶ (82) λυθῆναι τῷ πάθει. Ταῦτα οὖν πάντα ἐνθυμηθεὶς, καὶ πρός γε τὴν ἡμετέραν παράκλησιν αἰδεσθεὶς, μὴ ἀναμείνῃς ἄλλον γενέσθαι σοι δικαστὴν τῷ μεγάλῳ καὶ χρηστῷ Ἰακώβῳ· μηδὲ εἰς ἀνάγκην αὐτὴν καταστῆσαι (83) μακροτέρας ἀποδημίας, σφόδρα θαῤῥοῦσαν τοῖς ἑαυτῆς δικαίοις, ὡς πείθει πολλοὺς καὶ ἡμᾶς. Ἀλλὰ ταῖς ἐπιστολαῖς ἐντυχὼν, καὶ μετὰ πάσης ὀρθότητος τὰ δίκαια βασανίσας, εὐθυμωτέραν ἡμῖν ἀπόπεμψον, ἐκεῖνο πρὸ πάντων ἐνθυμηθεὶς, ὅτι ἔστι σοι πολλὰ (84) παρὰ Θεοῦ, δυναστεία, χρήματα, δόξα, μείζονος εὐπραξίας ὁδός. Ταῦτα φύλαξον σεαυτῷ διὰ τῆς παρούσης φιλανθρωπίας, καὶ ὡς τέκνων πατὴρ, καὶ τῶν μὲν ἐξαιρεθεὶς κινδύνων, τοῖς δὲ ἐμβεβηκόσι, οὕτω διανοήθητι, καὶ δεξιὰς σεαυτῷ ποίησον ἐκ τῆς παρούσης ὑποθέσεως τὰς κατὰ Θεὸν ἐλπίδας.

(76) Alias CXLVI. Scripta iisdem circiter temporibus.

(77) *Anecd. Gr.* p. 66.

(78) *Τόν τε τῆς συντυχίας.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. τῆς deest.

(79) *Θυγατέρα ἡμῶν.* Ita cod. Reg., Par. ac Combef. In edit. μητέρα ἡμῶν.

(80) *Δεήσεται.* Cod. et Combef. δεηθήσεται.

(81) *Προκύπτειν τῆς οἰκείας.* Ita emendavimus ex cod. Reg. et Par. In edit. προκεῖπτειν τῆς οἰκείας.

(82) *Τῆς εὐγενείας αἰδῶ.* Bill.: *Nobilitatis pudorem.*

(83) *Καταστῆσαι.* Bill. καταστήσαις. Ita edit. ad marginem.

(84) *Ὅτι ἔστι σοι πολλά.* Ita cod. et Reg. In edit. ὡς ἔστι πολλή σοι, quod Bill. : *Te Dei beneficio ingentem potentiam obtinere opesque et famam... aditum tibi muniat.*

Digitized by Google

ΣΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (85).

175 CCVIII. EIDEM.

Quamvis epistola quæ sequitur, eidem inscripta sit, vix adduci possim ut credam geminas hasce epistolas uni scriptas Jacobo, quarum, licet eadem de causa sint scriptæ, neutra tamen ab altera ullatenus pendet, nec ulla sui parte cum altera cohæret. Quapropter libentissime doctissimi Tillemontii conjecturam amplectimur, qui non ad Jacobum, sed ad ejus præfecturæ socium et assessorem hanc alteram datam esse epistolam existimat.

Ἀκοῇ μὲν γινώσκω τὴν σὴν τιμιότητα. Θαυμάζω δὲ εἰς ὅσον ὀλίγοι (86) τῶν ἐπὶ πλεῖστον ὡμιληκότων· τοσοῦτος παρὰ πᾶσι τῆς σῆς καλοκαγαθίας ὁ λόγος (87). Διὰ τοῦτο καὶ αὐτὸς ταύτην ἐθάρρησα τὴν πρεσβείαν. Ἀπέλιπεν ἡμᾶς ὁ θαυμαστὸς (88) Ἀλύπιος, ὁ κοινὸς τῶν φίλων (89) προστάτης, καὶ τῶν ὀρφανῶν κηδεμών. Οὐ μικρὸν τοῦτο ἡμῖν πρὸς συμφοράν (90). Δεύτερον προσεγένετο τὸ καὶ τὴν κοσμιωτάτην ἐλευθέραν (91) αὐτοῦ φροντίζειν ὑπὲρ τῶν ὀρφανῶν. Ταύτην παραμύθησαι τῇ νῦν φιλανθρωπίᾳ, καὶ τὸ ἀσφαλὲς τοῖς σοῖς τέκνοις χάρισαι διὰ τῆς εἰς τοὺς ὀρφανοὺς εὐποιίας, καὶ δεῖξον πλέον ἔχουσαν τῶν ξένων τὴν οἰκειότητα. Προσέσται δὲ καὶ τὸ ἡμῖν χαρίσασθαι, οὓς ὅ τι ἂν τιμήσῃς, Θεὸν ἔσῃ τετιμηκώς, οὗπερ ἡμεῖς ἠξιώμεθα εἶναι παραστάται καὶ λειτουργοί, καὶ εἰ τῆς ἀξίας ἐλάττονες. A Auditione quidem ac fama duntaxat excellentiam tuam cognitam habeo. Miror autem quod tam pauci ex iis, qui diuturnam tecum consuetudinem habuerunt, eam cognoscant. Tanto videlicet omnium sermone probitas tua prædicatur. Eam ob causam ipse quoque hoc deprecationis munus fideli animo suscepi. Reliquit nos admirandus Alypius, communis amicorum ille patronus, ac pupillorum curator. Hoc nobis haud parvæ calamitati est. Deinde illud accessit, quod ornatissima illius vidua, pupillorum causa, in cura et sollicitudine versatur. Hanc tu, quæso, per præsentem humanitatem ac misericordiam consolare, tuisque liberis, per tuam erga pupillos benignitatem, securitatem præbe, atque illud ostende, meliori conditione propinB quos, quam alienos esse. Accedet hic quoque cumulus, quod hac ratione gratiam a nobis initurus es, in quos quidquid honoris contuleris, in Deum collaturus es; cujus beneficio id consecuti sumus, ut astemus ac ministremus, etsi tanti muneris dignitate inferiores simus.

ΣΘ'. ΚΑΣΤΟΡΙ (92).

CCIX. CASTORI

Sacerdos re et nomine, vir fuit eximius, Basilio et Gregorio pro pietate charissimus, patientia in ferendis laboribus ac persecutionibus, aliisque virtutibus clarissimus. Pauca jam de eo a nobis prælibata sunt, plura etiam hic adderemus, nisi satis videretur ex ipsis fontibus haurire, id est, ex ipso ore Gregorii audire in epistolis, quas vel ad Sacerdotem, vel Sacerdotis causa scripsit. Quis enim ille Sacerdos, quæ negotia fuerint, quæ calumniæ, quibus ejus constantia probata fuit, epistolæ satis exponent. Ideoque hic eas simul collocare visum est, maxime vero quia extremis vitæ Gregorii temporibus causa Sacerdotis fuit agitata et ipsius morte finita.

Ὡς τυραννικὸς εἶ καὶ βίαιος! Γράμμα σὸν ὤφθη μόνον, καὶ ἡμεῖς ὑπερώφθημεν. Ἀλλ' ἰδού σοι καὶ ὁ πολύτλας (93) Σακερδὼς, ὁ σὸς μὲν ἀδελφὸς, υἱὸς δὲ ἐμὸς, καὶ τῶν παθῶν κοινωνός. Ἵνα δὲ μὴ παντελῶς (94) ἡττηθῶμεν, τοῦτον τάχιστα ἡμῖν ἀπόδος τὴν τοῦ βίου παραμυθίαν, φιλοσοφεῖν καὶ διδαχθησόμενον, καὶ διδάξοντα. Μέγιστον γὰρ εἰς μὲν ὁμόνοιαν (95) τὸ συμπάσχειν, εἰς δὲ συμβουλὴν ἡ ὁμόνοια. Quam tyrannicus ac violentus es! Litteræ tuæ tantummodo conspectæ sunt, et nos in contemptum venimus. At en tibi vir multa passus Sacerdos, tuus quidem frater, meus autem filius, et calamitatum socius ac particeps. Porro ne prorsus atque omni ex parte superemur, fac quam celerrime hunc nobis, vitæ solatium, reddas, ut philosophari possit, tum edocendus, **176** tum edocturus. Siquidem ut ad concordiam permagni momenti est doloris societas : sic ad consilium animorum consensio et concordia.

(85) Alias CXLVII. Scripta eodem tempore ac præcedens.

(86) *Θαυμάζω δὲ εἰς ὅσον ὀλίγοι.* Ita cod. Reg., Par., Montac. et Morel. θαυμάζω δὲ ὅσον ὀλίγοι. In edit. θαυμάζω δὲ ὅσον ὀλίγος, quod Bill.: *Tantum autem eam suspicio atque admiror, quantum pauci ex iis qui diuturnam tecum consuetudinem habuerunt.*

(87) *Ὁ λόγος.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. ὁ deest.

(88) *Ὁ θαυμαστός.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. θαυμάσιος.

(89) *Τῶν φίλων.* Iid. codd. ita. In edit. τῶν φιλοσόφων, *philosophorum patronus*, scilicet monachorum et ascetarum; eos enim nonnunquam philosophorum nomine designat Gregorius.

(90) *Πρὸς συμφοράν.* Ita cod. Reg. In edit. εἰς συμφοράν. Pro συμφοράν, legunt Montac. et Morel. συμφωνίαν.

(91) *Κοσμιωτάτην ἐλευθέραν.* Ita cod. Par., Montac., Morel. ac Combef., ipse etiam Bill. In edit. κοσμικὴν ἐλευθέραν. Vertit Bill.: *ornatissima uxor.* Combef.: *ingenua femina.* Melius forte, *ornatissima vidua.* Dum enim eam Gregorius ἐλευθέραν dicit, ut viduam nominet, attendere videtur ad illud Apost. I Cor. vii, 8, Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ ὁ ἀνὴρ, ἐλευθέρα ἐστὶν ἀπὸ τοῦ νόμου. Ea fuit Tillemontii sententia.

(92) Alias XCIII. Scripta iisdem circiter temporibus.

(93) *Καὶ ὁ πολύτλας.* Ita cod. Reg., Montac, Morel. ac Combef., hancque lectionem confirmant quæ sequuntur. In edit. ὁ πολύτιμος, quod Bill.: *vir summi pretii.*

(94) *Μὴ παντελῶς.* Combef.: *Ne prorsus forte simus impares.* Mox, τοῦτον τάχιστα. Ita cod. et Combef. In edit. τοῦτον deest. Hunc locum Bill. reddit: *Quam celerrime nobis vitæ solatium reddas, philosophari, tum edocendum, tum edocturum.*

(95) *Εἰς μὲν ὁμόνοιαν.* Ita cod. R. et Combef. In edit. μέν deest.

Digitized by Google

CCX. EIDEM.

ΣΙ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (96).

Ejusdem ac superior argumenti, et ad eumdem scripta hæc est epistola. Gregorius, ingravescente podagra, lecto affixus, atque, ut ipse loquitur, plane immobilis, *Castorem rogat, ut* dominam communem sororem, quam ocissime *ad se remittat, ut* et piorum omnium et suæ ipsius infirmitatis commune sustentaculum. *Quænam illa sit soror communis, an Thecla, ignoramus.*

Mihi, ut apparet, benigniorem se præbebat extera regio, quam patria. Nam illa hoc mihi dabat, ut amicitia tua fruerer : hæc autem nihil hujusmodi nobis concessit. Atque hoc mihi morbus attulit, qui me velut pedibus devinctum tenet, atque ad multa torpidum, aut etiam, si verius loquendum est, plane immobilem reddit. Sed enim hoc detrimentum, mœsto licet animo, feremus. Quid autem molestiarum est, quod homo non ferat? Tantum valeas ipse, tibique omnia ex sententia cedant, ac res tuæ in manu Dei sint. Erunt autem, si animo sincero eum prehendas. Dominam autem, communem nostram sororem, velim quam ocissime ad nos remittas, ut et piorum et nostræ infirmitatis commune sustentaculum, aut alioqui sacerdotem tuam magnis clamoribus exagitabimus, ob quam hoc detrimento afficimur, ac proprio eam nomine appellabimus. Quodnam autem illud sit, exploratum habebis, si eam interroges.

Ἐμοὶ τῆς πατρίδος, ὡς ἔοικεν, ἡ ἀλλοδαπὴ χρηστοτέρα. Ἡ μὲν γὰρ ἐδίδου τῆς σῆς ἀπολαύειν φιλίας (97), ἡ δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἡμῖν ἐχαρίσατο. Καὶ τοῦτό μοι παρὰ τῆς ἀῤῥωστίας, ἣ με κατέχει πεδήσασα, καὶ πρὸς πολλὰ ποιεῖ δυσκίνητον, ἢ ἀκίνητον, εἰ χρὴ λέγειν τὸ ἀληθέστερον. Ταύτην μὲν οὖν τὴν ζημίαν λυπούμενοι μὲν (98) οἰσομεν. Τί δὲ οὐ φέρει τῶν ἀνιαρῶν (99) ἄνθρωπος; μόνον ὑγιαίνοις, καὶ πράττοις τὰ κατὰ νοῦν (1), καὶ ἐν χειρὶ Θεοῦ εἴη τὰ σά. Ἔσται δὲ, εἰ γνησίως αὐτοῦ λαμβάνοιο. Τὴν δὲ κυρίαν, τὴν κοινὴν ἡμῶν ἀδελφὴν (2), τάχιστα ἡμῖν ἀποπέμψασθαι θέλησον, ὡς κοινὸν ἔρεισμα καὶ τῶν εὐλαβῶν, καὶ τῆς ἀσθενείας τῆς ἡμετέρας· ἢ πολλά σου τῆς σακερδώτιδος καταβοησόμεθα, δι' ἣν ζημιούμεθα (3), καὶ καλέσομεν αὐτὴν τῇ οἰκείᾳ προσηγορίᾳ. Γνώσῃ δὲ ἥ τις, παρ' αὐτῆς πυθόμενος.

CCXI. CYRIACO.

ΣΙΑ'. ΚΥΡΙΑΚΩ (4).

Cyriacum rogat Gregorius, ut pauperum hospitalem domum, cui præerat Sacerdos, cui Castor duo prædia largitus fuerat, ab omni liberet insultu atque injuria (*quod de vectigalibus interpretatur Tillemontius*), eorumque in posterum provideat securitati. *Hic incerti temporis epistola erat collocanda, eo quod Sacerdotis et Castoris in ea mentio fiat.*

Religiosos honoras, probe novi, et pauperibus benigne facis : utriusque virtutis tibi nunc se offert occasio; sic enim res se habet. Charissimus et Deo acceptissimus filius noster Sacerdos compresbyter, præfectus est pauperum mendicorumve domui, insigni et hominibus refertæ, ob pietatem et diligentiam quæ in hac re desideratur. Inter ea autem, quæ domui hospitali suppeditantur, Liriandus et Caberina prædia his locis vicina ad utilitatem domus liberalitate honoratissimi Castoris conferunt. Hæc si omni injuria et insultu liberaveris, non minimam conferes partem, et pauperibus curationis, ac tibi **177** ipsi remunerationis, quam piis deberi nosti. Perspicuum est autem, cum semel animum induxeris ad benefaciendum, etiam te securitati in posterum provisurum, ut ne volenti quidem ulli damnum liceat inferre iis locis, eo modo quem sagacitas tua excogitaverit.

Τιμᾷς τοὺς εὐλαβεῖς, εὖ οἶδα, καὶ πτωχοὺς εὖ ποιεῖς (5). Τούτων ἀμφοτέρων σοι νῦν καιρός· ἔχει γὰρ οὕτως. Ὁ τιμιώτατος καὶ θεοφιλέστατος υἱὸς ἡμῶν Σακερδὼς, ὁ συμπρεσβύτερος, πτωχείου προέστηκε τῶν ἐπισήμων πολυανθρώπου, εὐσεβείας τε ἕνεκα καὶ τῆς εἰς τὸ πρᾶγμα σπουδῆς. Ἔστι δὲ τῶν ὑπηρετουμένων τῷ πτωχείῳ κτήματα Λιριάνδος καὶ Καβερίνα (6) ὁμοροῦντα τόποις τοῖς τῆς οἰκίας, ἐξ ἐπιδόσεως τοῦ τιμιωτάτου Κάστορος, τῷ πτωχείῳ τι συνεισφέροντα (7). Ταῦτα πάσης ἐπηρείας ἐλευθερώσας, μέρος οὐκ ἐλάχιστον συνεισοίσεις, καὶ τοῖς πτωχοῖς τῆς θεραπείας, καὶ σεαυτῷ τῆς ἀντιδόσεως, ἣν οἶδας ὀφειλομένην τοῖς εὐσεβέσι. Δῆλον δὲ, ὅτι ἅπαξ ὁρμήσας εἰς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ τῆς εἰς τὸ μέλλον ἀσφαλείας ποιήσεις (8) πρόνοιαν, ὡς μηδὲ βουλομένῳ τινὶ ἐξεῖναι κακὸν γενέσθαι (9) περὶ τοὺς τόπους, τρόπον ὃν ἐπινοήσειεν ἡ σὴ σύνεσις

(96) Alias XCIV. Scripta circiter eodem tempore.

(97) *Ἀπολαύειν φιλίας.* Coc. Reg., Montac. Morel. ac Combef. *ὠφελείας, ut utilitate quæ ex te est fruerer.* Combef. : *ut ex te commodum reportarem.*

(98) *Λυπούμενοι μέν.* Ita cod. et Combef. In edit. μέν deest. Mox, pro τί δέ, Combef. *τί γάρ, quid enim.*

(99) *Τῶν ἀνιαρῶν.* Ita cod. Pass. et Combef. In edit. τῶν deest.

(1) *Τὰ κατὰ νοῦν.* Ita cod. Pass. et Combef. In edit. τά deest.

(2) *Τὴν κοινὴν ἡμῶν ἀδελφήν.* Cod. Reg., Montac., Morel. et Combef. τὴν γνησίαν ἡμῶν ἀδελφήν, *veram sororem nostram.* Mox in edit. τάχιστα ἡμῖν ὡς. Verum cum Combef. ὡς expungendum putavimus.

(3) *Δι' ἣν ζημιούμεθα.* Ita cod. In edit. δι' ἣν καί.

(4) Alias CCXXXIII. Scripta tempore incerto.

(5) *Εὖ οἶδα, καὶ πτωχοὺς εὖ ποιεῖς.* In cod. 2022 εὖ deest.

(6) *Καβερίνα.* Id. cod. Καβαρίνα. Mox, τοῖς τῆς οἰκείας τόποις.

(7) *Συνεισφέροντα.* Id. cod. συνεισφέροντος.

(8) *Ποιήσεις.* Cod. 2022, ποιήσῃ.

(9) *Κακὸν γενέσθαι.* Reddit Morel. : *Ut ne volenti quidem ulli integrum sit maligno esse circa hæc loca.*

Digitized by Google

ΣΙΒ'. ΣΑΚΕΡΔΩΤΙ (10).

CCXII. SACERDOTI.

Commode etiam hic se offert ad ipsum Sacerdotem epistola. Nihil in ea de mox futura persecutione, sed officiosa tantum salutatio est et generalis adhortatio. Ideoque iis præire debet litteris in quibus de persecutione sermo est.

Προσαγορεύω σε τὴν νέαν ἡμῶν ἐλπίδα, τὸν πολιὸν (11) ἐν νεότητι· καὶ πᾶν ὅτι σοι κάλλιστον βούλομαί τε καὶ εὔχομαι (12). Τῶν δὲ καλῶν τὸ πρῶτον οὐκ ἀγνοεῖς· ὅπερ ἐστὶν ἀεὶ Θεὸν κτᾶσθαι, καὶ γενέσθαι κτῆμα Θεοῦ διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεώς (13) τε καὶ ἀναβάσεως· ὃ καὶ σαυτὸν οἶδ' ὅτι νουθετήσεις (14). A

Saluto te novam spem nostram, qui canus es in juventute; et omnia tibi præclarissima volo, atque precor. Eorum vero quæ pulchra et honesta sunt, quid primum sit, non ignoras; videlicet semper Deum possidere, et in rem possessionemque Dei ex necessitudine cum eo et ascensu transire: de quo teipsum etiam, certo scio, submonebis.

ΣΙΓ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (15).

CCXIII. EIDEM.

Adhortatio quoque est hæc epistola, sed ita tamen ut imminens tentationis tempus designare merito videre possit. Habetur in Criticis sacris, *ad caput* xxxi *Ecclesiastici.*

Εἴ σοι μηδὲν ἠλπίζετο δυσχερὲς, ἡνίκα φιλοσοφίᾳ προσέβαινες (16), ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχὴ (17), καὶ τοὺς πλάστας μέμφομαι. Εἰ δὲ ἠλπίζετο, εἰ μὲν οὐκ ἀπήντησε (18), τῷ Θεῷ χάρις· εἰ δὲ ἀπήντησεν, ἢ καρτέρει πάσχων, ἢ ἴσθι ψευδόμενος τὴν ὑπόσχεσιν (19). B

Si nihil a te asperum ac difficile sperabatur, cum philosophiæ animum adjungeres, alienum a philosophia initium, et fictores reprehendo. Quod si exspectabatur, si quidem non occurrit, Deo sit gratia; quod si occurrit, aut patiens constanter tolera, aut scito te votum fallere ac pollicitationem.

ΣΛΔ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (20).

CCXIV. EIDEM.

Sacerdotem ut de accepta injuria Deo gratias agat, *tum suo ipsius exemplo, tum gravibus momentis hortatur, nullum solitæ humanitatis condimentum admiscens; quippe qui Sacerdotem virum fortem norat, adeoque non lacte, sed solidioris veritatis cibo concoquendo exercitatum.*

Οὐ δόκιμον τὸ ἀπείραστον· τὸ δὲ βασανισθὲν ἐν τοῖς πράγμασι, δοκιμώτερον (21)· ὡς ἐν καμίνῳ χρυσός. Καὶ εἰ μὲν ἱκανῶς σοι τοῦτο πεφιλοσόφηται (22), τῷ Θεῷ χάρις. Εἰ δὲ οὔπω τελέως, ἐμαυτὸν προστίθημί σοι καὶ τὰ ἐμά. Ὑβρίσμεθα, μεμεσήμεθα· τί γὰρ οὐ πεπόνθαμεν τῶν δεινῶν, ὅσον ἐπὶ τοῖς βουληθεῖσι; Εἶτα τῶν λυπούντων (23) ἡμᾶς ἀπηλλάγμεθα. Τούτων τί ἂν μεῖζον εὐεργετηθείημεν (24); Ταῦτ' οὖν ἐννοῶν καὶ αὐτὸς χάριν ὁμολόγει τῷ Θεῷ τῆς ἐπηρείας, εἰ καὶ μὴ τοῖς δράσασιν. C

Non probatum quod tentationis expers est: sed quod exploratum est in negotiis, hoc probatum magis, ut in camino aurum. Ac si quidem satis hoc tibi perceptum et meditatum est, Deo sit gratia. Sin minus **178** adhuc perfecte, meipsum et mea adjungo. Affecti sumus injuria, in odium incurrimus; quid enim gravium non pertulimus, quantum in iis fuit, qui animo destinarant? Postea ab iis qui nos afficiebant injuria, liberati sumus. Ecquod majus beneficium isto accipere potuissemus? Hoc igitur ipse cogitans, Deo gratiam habeto acceptæ injuriæ, licet non habeas iis qui intulerunt.

10) Alias CCXII. Scripta incerto tempore.

(11) *Τὸν πολιόν*. Montac. et Morel. τὴν πολιάν.

(12) *Καὶ εὔχομαι*. Combef.: *et votis a Deo exposco.* Int. *voveo.*

(13) *Καὶ γενέσθαι κτῆμα Θεοῦ διὰ... οἰκειώσεως*. Ita cod. 1405, Montac. ac Combef. In edit. οἰκειότητος. Vertit Morel.: *et Dei mancipium esse factum per familiarem cum eo conjunctionem.* Combef. vero: *in rem peculiumque Dei ex necessitudine cum eo transire.*

(14) *Νουθετήσεις*. Id. cod. et Montac. addunt καὶ νενουθέτηκας, *et jam submonuisti.* D

(15) Alias CCXIV. Scripta circa eadem tempora.

(16) *Προσέβαινες*. Ita cod. 1405, Pass., Par., Montac. et Combef. In edit. προσέβαλλες, quod Morel.: *Quando ad philosophiam accedebas; philosophiam*, id est, ut Tillemont. intelligit, *vitam monasticam.*

(17) *Ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχή*. Edit.: *a philosophia alienum imperium.* Combef.: *abhorrens a philosophia auspicatio.* Mox, τοὺς πλάστας. Vertit Morel., *sculptores.* At, inquit Montac., non sculptores, sed *fictores* reprehensi, tales de quibus Cicero: *Irascor jam magistr.s tuis qui te tanta mercede nihil sapere docuerunt.* Rursum iratus Montacutio Morel. πλάστας interpretatur, *fabros ingeniorum;* et ut suam firmet opinionem, illud Gregorii ipsius in Epitaphio Basilii refert: Διαπλάττεται πλάσιν τὴν ἀρίστην, quod tamen Bill. reddidit: *Optimo illo figmento effingitur.*

(18) *Ἀπήντησε*. Cod. Pass. ἀπήντηκε, et sic paulo inferius.

(19) *Ψευδόμενος τὴν ὑπόσχεσιν*. Combef.: *falsum esse quod profiteris*, hoc est, philosophum falso præferre. Morel.: *sic habeto te mentitum in promissis.*

(20) Alias CCXV. Scripta circa eadem tempora.

(21) *Δοκιμώτερον*. Ita cod. Pass., Par., Montac., Combef. ac ipse Morel. In edit. δοκιμώτατον, *probatissimum.*

(22) *Πεφιλοσόφηται*. Combef.: *satis animo tibi constitutum est.*

(23) *Εἶτα τῶν λυπούντων*. Cod. Pass. et Montac. cum interrogatione, εἶτα τί; τῶν λυπούντων. *Quid postea? Ab iis qui malis nos afficiebant.*

(24) *Εὐεργετηθείημεν*. Cod. Pass. et Montac εὐηργετήθημεν.

Digitized by Google

CCXV. EIDEM. ΣΙΕ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (25).

Amotum tandem ab administratione ptochotrophii Sacerdotem, præclara hac epistola ad cœlum usque proveхit Gregorius. In illa siquidem diaboli lucta (*sic motam adversus Sacerdotem appellat persecutionem*), *prævaluit livor.*

Quid grave nobis? Nihil præterquam a Deo et divinis decerrare. Cætera ut Deus tulerit, ita se habeant, sive per arma justitiæ dextra et leniora dispenset et regat nos, sive per sinistra et incommodiora[a]. Novit horum rationes vitæ nostræ dispensator. Unum tantum formidemus, ne quid philosopho indignum patiamur. Pauperes aluimus, fraterno invicem nos amore prosecuti sumus, psalmodiis incumbentes oblectati sumus, quandiu integrum fuit. Non hoc nobis conceditur : aliud quiddam philosophemur; non pusilla gratia est. Privatam vitam degamus, contemplemur, mentem expurgemus divinis visis; quod fortasse etiam prædictis sublimius est. At non ita nos affecti sumus : sed quia ab uno aberravimus, a toto excidisse existimamus : absit! Verum bonam adhuc spem retineamus, si quid nobis reliquum viderimus : neque eadem patiamur quæ equulei, qui, quod assuefacti non sint terroribus, ad strepitus exasperati. ascensores suos deturbant, atque excutiunt.

A Τί δεινὸν ἡμῖν; Οὐδὲν, ὅτι μὴ Θεοῦ (26) καὶ τῶν θείων διαμαρτάνειν. Τἆλλα δὲ, ὡς ἂν φέρῃ Θεὸς, οὕτως ἐχέτω, εἴτε διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων (27) καὶ χρηστοτέρων οἰκονομεῖ τῆς δικαιοσύνης ἡμᾶς, εἴτε διὰ τῶν ἀριστερῶν τε καὶ σκαιοτέρων. Οἶδε τοὺς λόγους (28) τούτων ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν οἰκονόμος (29). Ἓν φοβηθῶμεν μόνον, τὸ μήτι παθεῖν ἀφιλόσοφον. Ἐπτωχοτροφήσαμεν, ἐφιλαδελφήσαμεν, ψαλμῳδίαις ἐνετρυφήσαμεν, ἕως ἐξῆν. Οὐ συγχωρούμεθα (30) τοῦτο· ἄλλο τι φιλοσοφήσωμεν· οὐ πενιχρὰ ἡ χάρις. Ἰδιάσωμεν, θεωρήσωμεν, τὸν νοῦν καθάρωμεν ταῖς θείαις ἐμφάσεσιν (31), ὃ τάχα καὶ τῶν προειρημένων (32) ὑψηλότερον. Ἡμεῖς δὲ οὐχ οὕτως ἔχομεν· ἀλλ' ὅτι τοῦ ἑνὸς διημάρτομεν, τοῦ παντὸς ἐκπεπτωκέναι (33) νομίζομεν. Μὴ οὕτως· ἀλλ' ἔτι κρατῶμεν τῆς χρηστῆς ἐλπίδος, εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν (34)· καὶ μὴ ταυτὰ πάσχωμεν τοῖς πώλοις, οἳ τῷ μὴ συνειθίσθαι ταῖς πτόαις, πρὸς τοὺς ψόφους (35) ἐξαγριαίνοντες, τοὺς ἐπιβάτας ἑαυτῶν καταβάλλουσιν.

179 CCXVI. EUDOCIO. ΣΙϚ'. ΕΥΔΟΚΙΩ (36).

Is Eudocius in miserrima illa tragœdia, sive in Sacerdotis persecutione actor primarius atque pars maxima fuit. Primum quidem amicitia cum Sacerdote conjunctus fuerat, observantia eum ut patrem coluerat, ejusque monasterii, ut videtur, monachus erat. Deinde ab ejus amicitia turpi dissidio sponte discessit : aliis etiam, ut credibile est, instigantibus, litem movit Sacerdoti et apud Helladium accusavit, sive calumniatus est. Helladius vero, Sacerdotis occultus forte adversarius et instigator Eudocii, venerabili illi presbytero curam pauperum, sollicitudinemque sacrarum ædium *et fratrum, uno verbo,* membris indigne ferentibus, *corpori caput abstulit, ægrique in Sacerdotem animi dolorem et dictis et scriptis patefacere non dubitavit. Quæ tamen Sacerdoti objecta fuerint crimina, adhuc ignoratur. Gregorius, qui Sacerdotis pietatem norat et innocentiam, Eudocio et Helladio, a quibus tam indigna perpessus fuerat Sacerdos, scripsit in hac ad Eudocium epistola, mirum est quam blande, quam amice delinquentem admoneat; quam paterne juvenem senex alliciat, ut se* litis et dissidii cum Sacerdote velit mediatore uti, *et ideo convenire. Nam ipse aderat Sacerdos, qui ad Gregorium confugerat.*

Qui concors est, idem condolet : et quod condolet, sincerum est : quod autem sincerum est, dignum est cui fides in consilio adhibeatur. Cum

C Ὁ σύμπνους, καὶ συμπαθής· τὸ δὲ συμπαθὲς, καὶ γνήσιον· τὸ γνήσιον δὲ, καὶ εἰς συμβουλὴν ἀξιόπιστον. Ἐπειδὴ τοίνυν ἡμεῖς μὲν ἀρχαιότεροι τὴν

[a] II Cor. vi, 7.

(25) Alias CCXIII. Scripta circa eadem tempora.

(26) *Ὅτι μὴ Θεοῦ.* Ita Montac. et Combef. In edit. ὅτι μὴ καὶ Θεοῦ.

(27) *Διὰ τῶν δεξιῶν ὅπλων.* Ad illud respicit Apost. II Cor. vi, 7 : Διὰ τῶν ὅπλων τῆς δικαιοσύνης τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν, quod Vulgata : *Per arma justitiæ a dextris et a sinistris.*

(28) *Οἶδε τοὺς λόγους.* Combef. : *Novit horum causas.* Morel. : *Novit horum sermones.* Sed illa profecto parum contentus interpretatione, aliam in notis tacite proponit, dum illud refert August. *De civitate Dei,* lib. v, cap. 21 : *Hæc plane Deus unus et verus regit et gubernat, ut placet, et si occultis causis, nunquid injustis?* Montac. : *Novit horum rationes.* Siquidem Gregorius ipse orat. I *in Julian.* tom. I, pag. 90, ait : *Deus impietatem non repressit... ob eas causas quas ipse pro ineffabili sua potentia gubernandique ratione cognitas et exploratas habet,* οἷς αὐτὸς ἠπίστατο λόγοις.

(29) *Ἡμῶν οἰκονόμος.* In cod. Pass. ἡμῶν deest.

(30) *Οὐ συγχωρούμεθα.* Ita cod. 1405, Pass. ac Combef. In edit. οὐ συγχωροῦμαι.

(31) *Θείαις ἐμφάσεσιν.* Combef. : *divinis cogitationibus et sensis.*

(32) *Προειρημένων.* Ita cod. Pass., Par. ac Montac. In edit. εἰρημένων.

(33) *Ἐκπεπτωκέναι.* Male edit. ἐκπεπτωμέναι.

(34) *Ἀλλ' ἔτι κρατῶμεν τῆς... εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν.* Ita cod. Pass., Par., Montac. ac Combef. Hanc tamen lectionem depravatam contendit Morel. Ac si cui displicet edita, ἀλλ' εἴ τι τῆς χρηστῆς ἐλπίδος ἴδωμεν ἡμῖν ὑπολειπόμενον, *verum si quid adhuc bonæ spei nobis relictum videamus,* aliam ad oram libri quam potiorem castigationemque prædicat, adnotavit, nempe : εἴ τι κρατῶμεν τῆς χρηστῆς ἐλπίδος, εἴ τι ἡμῖν ὑπολειπόμενον ἴδωμεν, *imo si quid adhuc bonæ spei habemus, videamus nunquid residuum sit nobis.* Mox cod. Pass. ac Combef. καὶ μὴ ταυτόν.

(35) *Πρὸς τοὺς ψόφους.* Ita cod. Reg. et Par. In edit. καὶ τοὺς ψόφους.

(36) Alias CCXXXV. Scripta eodem tempore. *Εὐδοκίῳ.* Cod. Reg. Εὐδοκίμῳ.

Digitized by Google

εὐσέβειαν, καὶ πολλῶν καὶ ἀνδρῶν (37) καὶ ἠθῶν ἐν πείρᾳ γεγόναμεν (πεῖρα δὲ μήτηρ συνέσεως), ὑμεῖς δὲ οἷον πῶλοι νεοζυγεῖς, καὶ ἄρτι τῶν κατὰ Θεὸν ἀγώνων (38) ἀρχόμενοι (τὸ δὲ ἀρχόμενον ἅπαν θερμότερον, καὶ δυνάμενον (39) τῇ ζέσει τοῦ πνεύματος πολλὰ μὲν κατορθῶσαι τῶν δεόντων (40), πολλὰ δὲ διαμαρτεῖν ἐξ ἀγνοίας), θέλησον, γενόμενος μέχρις ἡμῶν, καὶ ὡς γέροντας τιμῆσαι, καὶ ὡς πατέρας αἰδεσθῆναι, καὶ μεσίταις (41) χρήσασθαι τῆς πρὸς τὸν αἰδεσιμώτατον ἀδελφὸν καὶ συμπρεσβύτερον ἡμῶν Σακερδῶτα διαφορᾶς, πάρεστι γὰρ αὐτός· ἵνα τὰ πρὸς ἀλλήλους εὖ θέμενοι (42), καὶ τὸν ἐπίσκοπον θεραπεύσητε, καὶ τὸ σκάνδαλον τῶν πολλῶν λύσητε, καὶ, τὸ μέγιστον ἁπάντων, τὸν Θεὸν ἱλεώσησθε, μὴ πρᾶγμα τοσοῦτον καὶ οὕτως ἔνδοξον (λέγω δὲ τὴν σύμπνοιαν ὑμῶν, καὶ τὰς κατὰ Θεὸν τοῦ βίου (43) συνθήκας) οὕτως ἐν βραχεῖ καταλύσητε.

A igitur nos antiquiores pietate simus, et multorum tum virorum, tum morum experimentum fecerimus (experientia autem mater prudentiæ), vos vero tanquam equulei nuper jugo subditi, et recens religiosa adorsi (omne autem quod incipit fervidius est, et fervore spiritus multa præstare potest eorum quæ officii sunt, sed et in multis deerrare ignorantia), velis nos convenire, et ut senes honorare, et ut patres revereri, et nobis uti mediatoribus litis et dissidii cum venerando fratre et collega nostro Sacerdote exorti, nam ipsemet adest : ut rebus inter vos rite compositis, et episcopum obsequio foveatis, et multorum offendiculum tollatis, et quod omnium maximum est, Deum propitium reddatis, ne tantum negotium, et tam B gloriosum (concordiam vestram dico et vitæ pacta ex Dei præscripto), sic parvo momento diruatis.

ΣΙΖ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (44).

CCXVII. EIDEM.

Deliberaturum se, et quid facto opus esset consulturum, rescripsisse videtur Eudocius, siquidem hæc satis ostendunt Gregorii verba, quibus sequentem orditur epistolam : Post bellum auxilium... post factum consulimus *Tum mediam inter assentationem et objurgationem viam carpens, sic in alios culpam rejicit, ut ea minime liberet Eudocium. Imo magis ad delictum curandum, obducendamque cicatricem, quam ut suam deploret, hortatur; eique demum offert colloquium, si ejus desiderio teneatur.*

Μετὰ τὸν πόλεμον ἡ συμμαχία· μετὰ τὴν ζάλην ὁ κυβερνήτης (45)· καὶ δέον βουλεύσασθαι πρότερον, εἶτα πρᾶξαι, τὴν τάξιν ἀντεστρέψαμεν (46)· μετὰ τὴν πρᾶξιν, βουλευόμεθα. Εἰ μὲν οὖν κολακεύειν ἔδει, καὶ χεῖρω ποιεῖν (47), πολλὰς ἂν εὗρον κολακείας ὁδοὺς, ὅσῳ καὶ ῥᾷον τὸ πρᾶγμα, καὶ πολλοῖς νῦν κατορθούμενον. Ἐπειδὴ δὲ (48) τὸ βλάπτειν οὐ πρὸς ἡμῶν, καὶ μάλιστα ψυχὴν ἔτι νεοτελῆ, καὶ ἄρτι τῷ καλῷ προσβαίνουσαν, ἄκουε τἀληθῆ. Ἀφιλόσοφος ἡ ἀρχή· καὶ κακῶς ἠγάπησάν σε οἱ θεραπεύσαντες, καὶ ὑπ' ἄλλῳ προσωπείῳ τὰ ἑαυτῶν παίξαντες (49). Εἰ μὲν οὖν ἀλλὰ νῦν μεταβάλοις (50), καὶ θεραπεύσοις τὴν ἁμαρτίαν, τάχα ἄν τις (51) ὑμῖν ἔλθοι συνούλωσις, εἰ καὶ μόγις (52). Εἰ δ' ἐπὶ

Post bellum auxilium : post tempestatem gubernator : et cum prius deliberandum sit, deinde agendum ; ordinem invertimus : post factum consulimus. Quare si adulari oporteret, et pejora facere, multas certe adulationis vias invenissem; C **180** quanto et facilius est negotium, et a multis nunc præstatur. Quoniam vero lædere minime ad nos pertinet, ac præsertim animum recens initiatum, et recens honesto se applicantem, audi, quæ vera sunt. Initium a philosophia alienum : et male te cultores tui dilexerunt, etiam cum sub aliena persona res suas lusere. Si igitur saltem nunc mutatus fueris, et delictum curaveris, forte quædam vobis cicatricis obductio evenict, etiamsi ægre.

(37) *Πολλῶν καὶ ἀνδρῶν.* In cod. 1405 καὶ deest.

(38) *Κατὰ Θεὸν ἀγώνων.* Morel. : *recens certamina a Deo proposita subeuntes.* Cod. Pass. : ἄρτι τὸν κατὰ Θεὸν βίον ἀρχόμενοι, *recens acceptam Deo vitam degentes.*

(39) *Θερμότερον, καὶ δυνάμενον.* Cod. 2022, θερμότερον καὶ δυνατώτερον, δυναμούμενον.

(40) *Πολλὰ μὲν κατορθῶσαι τῶν δεόντων.* Morel. : *Multa emendare eorum quæ dirigenda sunt.* Combef. : *Multa felici implere exitu eorum quæ officii sunt.*

(41) *Καὶ μεσίταις.* Ita cod. Pass. et R. In edit. καὶ ὡς μεσίταις.

(42) *Πρὸς ἀλλήλους εὖ θέμενοι.* Cod. Pass., εὖ διαθέμενοι. Vertit Morel. : *Ut bene affecti et animati invicem et episcopum curetis.*

(43) *Κατὰ Θεὸν τοῦ βίου.* In cod. τοῦ βίου desunt.

44) Alias CCXXIV. Scripta eodem tempore.

(45) *Μετὰ τὴν ζάλην ὁ κυβερνήτης.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. Hæc in edit. desunt.

(46) *Ἀντεστρέψαμεν.* Morel. : *evertimus.* At cod. Reg. ἀπεστρέψαμεν.

(47) *Χεῖρω ποιεῖν.* Cod. Pass. χαροποιεῖν, *lætitia afficere.* Mox id. cod. Montac. et Combef. πολλὰς ἂν εὗρον. In edit. πολλὰς μὲν εὗρον, vertitque non bene Morel. : *Si adulari oportet, multas certe assentationis vias inveni.* Nec melius paulo post, πολλοῖς νῦν κατορθούμενον, *multis nunc recte ac feliciter institutum.* Quid enim opus, *recte ac feliciter*, ubi spurcissimi vitii tabes notatur ?

(48) *Ἐπειδὴ δέ.* Ita Montac. In edit. ἐπεὶ δέ. At, inquit Morel., ἐπεὶ δέ ferri potest, ut ἐπεί τοι· usitatius tamen ἐπειδὴ δέ.

(49) *Καὶ ὑπ' ἄλλῳ προσωπείῳ τὰ ἑαυτῶν παίξαντες.* Combef. : *et sub aliena persona scenam suam egere.* Morel. : *Etiam cum sub aliena persona sua ipsorum ludibrio habuerint.* Perperam Montac. pro παίξαντες proponit πράξαντες.

(50) *Μεταβάλοις.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. μεταβάλλοις. Mox, cod. Pass. θεραπεύσοις. Montac. et Morel., θεραπεύοις. In edit. θεραπεύσεις.

(51) *Τάχα ἄν τις ὑμῖν.* Post Montac. recte inquit Morel., τάχα ἄν τις ἡμῖν, *quædam nobis cicatricis obductio*, quia sequitur ποιοῦμαι ἐμαυτοῦ τὰ ὑμέτερα.

(52) *Εἰ καὶ μόγις.* Ita cod. Reg., Pass. ac Combef. In edit. μόλις.

Digitized by Google

Quod si in iisdem cuncteris, et de mala victoria magnos animos gesseris: *Acerba mea plaga est*, inquit divina Scriptura, *unde sanabor*[7]? Nam res vestras, meas esse reputo : et quamvis ita sim affectus, si colloquii tenet te desiderium, non denegabo.

A τῶν αὐτῶν μένοις (53), καὶ τῇ κακῇ νίκῃ μεγαφρονοίης (54), Ἀλγηρὰ ἡ πληγή μου, φησὶν ἡ θεία Γραφὴ (55), *πόθεν ἰαθήσομαι;* ποιοῦμαι γὰρ ἐμαυτοῦ τὰ ὑμέτερα· καίπερ δὲ οὕτως ἔχων καὶ γράφων, εἰ τὴν συντυχίαν ποθεῖς, οὐκ ἀρνήσομαι.

CCXVIII. EIDEM.

ΣΙΗ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (56).

Eudocius acceptis superioribus litteris offensus respondit Gregorio, eique Sacerdotis amicitiam objecit, colloquium tamen a se desiderari significavit. Rescribens iterum Gregorius, amicum se Sacerdotis fatetur; qui quidem in iis quæ expostulavit, vim charitatis non deseruit, et fraternam magis instituit reprehensionem, quam odii plenam æmulationem. Addit se non adeo inscitum ac temerarium esse, ut litem, priusquam utrumque audierit, disceptare atque judicare velit. Denique si colloquium hiems impediat, Eudocium hortatur, ut in concordiam et amicitiam cum Sacerdote quantocius redeat.

Amicus certe mihi est, fateor, et sit utinam, honestus et probus Sacerdos compresbyter, et eo magis quod te amore complectitur. Nec enim in iis quæ expostulabat, vim charitatis deseruit; verum fraternam magis reprehensionem instituebat, quam accusationem odii plenam. Non adeo tamen inscitus ac temerarius sum, ut litem disceptare ac judicare velim, priusquam utrumque audierim (cave ne ita existimes), quippe qui per epistolam quidem, quam tu condemnas ut audaciorem, nisi oscitantius et aliud agens eam legistis, non tantum te perstrinxi, quantum eos qui vobis iras accendunt, et ex vestra simultate suas ipsi lucrantur delicias. Quid est igitur quod feci? ita noveris. Equorum domitores equuleos exercent ad colores et strepitus, et loca tum declivia pronaque, tum supina et acclivia, non **181** ut exterreant, sed ut non exterreri doceant. Hoc equidem cum in animum induxissem, asperiorem utique epistolam scripsi. Etenim multæ philosophiæ exercitationes sunt; et Deo sit gratia, quod te non alienum a studio sapientiæ inveni, nec rebus terrenis addictum, sed admodum mitem, et nostri contubernii, ex quo tum modeste scribis, tum congressum colloquiumque desideras. Si hoc igitur nobis concesseris, melius facies, teque admittemus, sic habeto, paternis oculis. Quod si aliquatenus hiems impedit, adhortatione interim te excipimus. Nihil præferas etiamnum amicitiæ et concordiæ cum fratre Sacer-

Ἐμοὶ φίλος μέν ἐστιν, ὁμολογῶ, καὶ εἴη, ὁ καλός τε καὶ ἀγαθὸς Σακερδὼς ὁ συμπρεσβύτερος, καὶ ταύτῃ μᾶλλον (57) ὅτι σου περιέχεται. Οὐδὲ γὰρ ἐν οἷς ἠτιᾶτο, τὸ φίλτρον ἀπέλιπεν, ἀλλ' ἀδελφικὴν μᾶλλον ἐποιεῖτο μέμψιν ἢ κατηγορίαν φιλαπεχθήμονα. Οὐ μέντοι τοσοῦτον ἀμαθῶς ἔχω καὶ προπετῶς, ὥστε δίκην δικάζειν πρὶν ἀμφοτέρων ἀκοῦσαι (μὴ τοῦθ' ὑπολάβοις), ὅς γε καὶ δι' αὐτῆς τῆς ἐπιστολῆς, ἧς κατέγνωκας ὡς θρασείας (εἰ μὴ παρέργως ταύτην ἀνέγνωκας), οὐ τοσοῦτόν σου καθηψάμην, ὅσον τῶν ἀναπτόντων ὑμᾶς, καὶ παρακερδαινόντων ἐκ τῆς ὑμετέρας (58) μικροψυχίας ἰδίαν ἀπόλαυσιν. Τί οὖν ἐστιν ὃ πέπονθα (59); Γνοίης ἂν οὕτως. Οἱ πωλοδάμναι τοὺς πώλους γυμνάζουσι πρὸς τὰ χρώματα καὶ τοὺς ψόφους (60), καὶ τῶν χωρίων τὰ πρηνῆ τε καὶ ὕπτια, οὐχ ἵνα πτοήσωσιν, ἀλλ' ἵνα μὴ πτοεῖσθαι διδάξωσι. Τοῦτο κἀγὼ διανοηθείς, τραχυτέραν (61) πως καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἐποιησάμην. Πολλὰ γὰρ τὰ φιλοσοφίας γυμνάσματα· καὶ τῷ Θεῷ χάρις, ὅτι σε μὴ ἀφιλόσοφον εὗρον, μηδὲ τῆς ὕλης, ἀλλ' ἥμερον ἱκανῶς, καὶ τῆς ἡμετέρας αὐλῆς, ὑφ' ἧς καὶ γράφεις (62) ἐπιεικῶς, καὶ τὴν συντυχίαν ποθεῖς. Εἰ μὲν οὖν καὶ ταύτην ἡμῖν χαρίζοιο, κρεῖττον ποιεῖς, καί σε δεξόμεθα, εὖ ἴσθι, πατρικοῖς ὄμμασιν. Εἰ δ' ἄρα τι ὁ χειμὼν (63) ἐμποδίζει, τῇ παραινέσει τέως σε δεξιούμεθα. Μηδὲν προτιμήσῃς ἔτι καὶ νῦν τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Σακερδῶτα φιλίας καὶ ὁμονοίας (ἐμοὶ πείσθητι), μηδ' ἄλλο τι νομίσῃς, ἢ πεῖραν εἶναι τοῦ πονηροῦ τὸ γινόμενον, τῇ σῇ φι-

[7] Jerem. x, 19.

(53) *Μένοις*. Ita iidem. At Montac. μένῃς. Mallem, ait Morel., μένοις. In ed. μένεις.

(54) *Μεγαφρονοίης*. Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., quod est *altum spirare*. In edit. μεγαλοφρονοίης.

(55) *Θεία Γραφή*. Ita cod. Reg., Pass., Montac., Morel. ac Combef. In edit. θεία deest.

(56) Alias CCXXXVI. Scripta eodem tempore.

(57) *Καὶ ταύτῃ μᾶλλον*. Morel. : *et eatenus potius qua te complectitur*. Mox, in cod. R. περιέχεται deest.

(58) *Παρακερδαινόντων ἐκ τῆς ὑμετέρας*. Ita cod. Reg. et Combef. In edit. παρὰ τῆς ἡμετέρας, vertitque Morel. : *et obiter quæstum faciunt oblectationis suæ ex pusillo animo nostro*. Combef. : *exque vestra simultate, et per ejus occasionem facto compendio sese oblectant*.

(59) *Τί οὖν ἐστιν ὃ πέπονθα;* Combef. : *Quid est igitur quod mihi accidit?* Morel. : *Quid est igitur quod me dolet ac pungit? Sic cognitum et perspicuum habebis*.

(60) *Καὶ τοὺς ψόφους*. Ita cod., ac Morel. in not., sic etiam Gregorius ipse supra epist. CCXV, πρὸς τοὺς ψόφους ἐξαγριαίνοντες. In edit. καὶ τοὺς φόβους, quod Morel. : *et strepitus horrificos*.

(61) *Τραχυτέραν*. Morel. : *Procaciorem epistolam*; et sic, inquit, exposui, ut Plinius secundus in præf. ad Titum imper. : *Questus in alia procaci epistola nostra*.

(62) *Ὑφ' ἧς καὶ γράφεις* etc. Morel. : *Sub quo et sapienter scribis et conversationem desideras*. Combef. : *Ex quo ac cujus nutu tum sedate scribis atque modeste, tum colloquium desideras*.

(63) Ἄρα τι ὁ χειμών. Ita cod. et R. In edit. ἄρα τί σε ὁ χειμών. Paulo infra, post τέως, cod. σέ restituit.

Digitized by Google

λοσοφίᾳ βασκαίνοντος. Ἀλλὰ πρὸς τὴν πρώτην πεῖραν ἀγώνισαι γενναίως καὶ ἀνδρικῶς, ἵνα μὴ τὴν δευτέραν καὶ τρίτην ποιήσηται πάλην (64), καὶ ἄλλας ἐξῆς, ἀλλ' ἡττημένος ἀπέλθῃ καὶ ἡσχυμμένος. Ἴσμεν γὰρ αὐτοῦ τὰ παλαίσματα (65), τῷ μακρῷ χρόνῳ τοῦτο μαθόντες, καὶ τοῖς πρὸς αὐτὸν ἀγωνίσμασι.

dote (mihi crede), neve quod factum est aliud quidquam existimes, quam tentationem mali qui tuæ philosophiæ invidet. Verum ad primum tentamentum fortiter et generose decerta, ne secundum et tertium moveat certamen, et alia deinceps, sed victus abscedat et erubescens. Nam ejus luctas novimus, id longo tempore edocti, et certaminibus cum illo susceptis.

ΣΙΘ'. ΕΛΛΑΔΙΩ (66).

CCXIX. HELLADIO.

Helladii de Sacerdote judicium plurimis offendiculo erat, piosque viros, Sacerdoti impensius addictos, illatam ipsi injuriam ægre ferentes mœstitia afficiebat; nemo tamen erat qui se quasi murum opponeret iniquitati. Unus Gregorius, pro sua constantia, et æquitatis amore, innocentiam tueri et defendere aggressus est. Id quidem miro artificio præstat in his ad Helladium litteris; quas qui legerit, scribendarum litterarum artis antistitem agnoscet qui eas scripsit.

Οὓς ποιήσομαι πρὸς σὲ λόγους, ὑπὸ εὐνοίας ποιήσομαι, ὥστε δίκαιος ἂν εἴην μάλιστα μὲν ἀκουσθῆναι παρακαλῶν (67)· εἰ δ' οὔ, ἀλλὰ (68) συγγνωσθῆναι τῆς παραινέσεως. Οὐ πολλοὶ τὴν πρᾶξιν ὑμῶν ἀποδέχονται, τὴν περὶ τὸν τιμιώτατον ἡμῶν ἀδελφὸν καὶ συμπρεσβύτερον Σακερδῶτα (69), ὡς ἐκ διαβολῆς τινων (70) μᾶλλον ἢ κρίσεως οἰκείας γεγενημένην, οἳ τὴν μὲν ἀκολουθίαν τῶν πραγμάτων τυχὸν ἀγνοοῦσι, τὸ δὲ τέλος αὐτὸ καθ' αὑτὸ θεωροῦντες οὐκ ἐπαινοῦσι. Ταῦτα μὲν οὖν αὐτὸς ἂν εἰδείης. Οὐ γὰρ ἡμῶν τὰ σὰ πολυπραγμονεῖν, ὃς καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ πρακτέα νομοθετεῖς. Ἡμεῖς δὲ παρακαλοῦμεν τὴν σὴν ἀγαθότητα, τὸ μὲν πρῶτον συγχωρῆσαι τῷ ἀνδρὶ πᾶσαν τὴν ἐπιμέλειαν, ὧν ἐφρόντιζεν (71). Οὐδὲ γὰρ οὕτω ῥᾴδιόν τινι φιλοσοφῆσαι (72), κἂν ὁ καρτερικώτατος ᾖ καὶ φιλοσοφώτατος, ὥστε πόνων τοσούτων καὶ συνηθείας τοσαύτης ἀποστερούμενον (73) φέρειν. Εἰ δὲ μή, τόγε δεύτερον, τὴν μὲν τῶν πτωχῶν ἐπιμέλειαν, ὡς βούλει, διαθέσθαι, καὶ δι' ὧν (74) αὐτὸς δοκιμάσεις, τὴν δὲ τῆς μονῆς (75) φροντίδα καὶ τῶν ἀδελφῶν, ἐπ' αὐτῷ ποιήσασθαι· καὶ μὴ λυπῆσαι μὲν αὐτὸν τῇ καινοτομίᾳ, λυπῆσαι δὲ πλέον ἐκείνους τῆς συνηθείας ἀντεχομένους, καὶ ὥσπερ σώματος ἑνὸς διασπασμὸν μελῶν οὐ φέροντας (76). Τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἐλθόντες τινὲς αὐτῶν ἀπωδύραντο. Εἰ μὲν οὖν τί σοι καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ ἀνὴρ αἰδέσιμον ἔχειν φαίνεται (ὥσπερ οὖν ἄξιον), αὐτὸν δι' αὐτὸν αἰδέσθητι, καὶ τὴν πολιὰν, καὶ τοὺς καμάτους, τούς τε ἄλλους (77),

Quæ tecum verba facturus sum, præ benevolentia faciam : quare dignus sim maxime quidem, qui audiar adhortando : sin minus, cui condonetur adhortatio. Non multi actionem vestram approbant erga venerabilissimum fratrem nostrum et compresbyterum Sacerdotem, velut ex calumnia quorumdam potius quam ex proprio judicio profectam, qui quidem rerum seriem forsitan ignorant, finem vero ipsum per se considerantes non laudant. Hæc sane ipse noveris. Non enim nostrum est, res tuas curiose scrutari, qui cæteris etiam quæ agenda sunt, præscribis. Cæterum nos probitatem tuam obsecramus, primum quidem ut concedas viro omnem curam eorum quibus studium atque operam impendebat. Neque enim **182** tam facile est cuipiam philosophari, tametsi patientissimus sit et constantia maxime philosophica præditus, ut tot laboribus et tali sodalitate privari se patiatur : sin minus, alterum certe, ut arbitrio tuo, et per quos ipse judicaveris, pauperum curam geras, monasterii autem et fratrum per ipsum administrationem suscipias; nec novarum rerum institutione molestiam illi exhibeas, hisque potius sis molestus qui consuetudinem propugnant, ac tanquam unius corporis membrorum distractionem non ferunt. Nam hoc etiam nonnulli eorum qui ad nos venerunt, deplorarunt. Quocirca si tibi vir vel a semetipso venerabile quid habere videtur (ut certe æquum est), ipsum propter se reverere, et

(64) *Δευτέραν καὶ τρίτην ποιήσηται πάλην.* Ita cod. Edit. habent τὴν δευτέραν ποιήσηται, καὶ τρίτην πάλιν, quod Morel.: *Ne secundum adjiciat et tertium quoque, et alia deinceps tentamina.*

(65) *Τὰ παλαίσματα.* Cod. R. τὰ πλάσματα.

(66) Alias CCXVI. Scripta eodem tempore.

(67) *Ἀκουσθῆναι παρακαλῶν.* Vertit Morel.: *Maxime quidem qui dum hortor, audiar.* At in notis monet legendum, *qui dum hortor, moneove, audiar.*

(68) *Ἀλλά* deest in edit. Addidimus ex auctoritate quinque codd.

(69) *Σακερδῶτα*, nomen proprium; non igitur, ut Morel. vertit, *presbytero*, *collega in sacerdotio*, sed *presbyterii gradu collega Sacerdote.*

(70) *Διαβολῆς τινων.* Ita cod. 2022, ac Montac., qui mox pro δικαίας, ut erat in edit., habet cum cod. Reg. ac Combef. οἰκείας. Verterat Morel.: *quasi calumnia quadam potius quam justo judicio.*

(71) *Ἐφρόντιζεν.* Cod. Reg. ἐφρόντισεν, *quibus studium et operam dedit.*

(72) *Φιλοσοφῆσαι.* Combef.: *Sic animi constantiam tenere.*

(73) *Ἀποστερούμενον.* Montac. ἀποστερουμένους, *tot laboribus et tanta consuetudine fraudatos.*

(74) *Καὶ δι' ὧν* etc. Ita cod. 1405 et Montac. In edit. *καὶ* deest.

(75) *Τῆς μονῆς.* Ita cod. Reg. Edit. τῶν μονῶν. Non bene Morel.: *sacrarum ædium*, quod universalius est, aliisque vocibus Græcis exprimitur.

(76) *Ἑνὸς διασπασμὸν μελῶν οὐ φέροντας.* Ita cod. ac Combef. In edit. ἑνὸς ἢ μέλους διαπαρασσομένου, quod Morel.: *tanquam unum corpus vel membrum distractum non ferunt.*

(77) *Τούς τε ἄλλους* etc. Vertit Morel.: *tum quos secundum Deum exantlavit, priorem ac potiorem ætate pietatem indicando, quam quos ad pauperum alimentum et fratrum defensionem ac subsidium pertulit.*

Digitized by Google

canitiem et labores, tum quos pie religioseque exantlavit, majorem quam pro ætatis ratione pietatem exhibens, tum quos impendit alendis pauperibus, fratrumque regendis collegiis. Quod si parvum hoc tibi videtur, nos saltem et nostram obsecrationem prorsus ne despicias : et ante alia omnia, dimitte illi iram animique dolorem : quæso te, ut tanquam pater tibi filium conjungas : si qua in re mœrore te affecerit, quod non arbitror, hoc nobis condonans, et nihil indignum illo, ac tua lenitate, vel dicens, vel scribens de ipso; si quid autem jam scriptum sit, remittens. Neque dolorem publices, quem occultare melius est, quam notum facere externis; ut cum alia, tum etiam æquo et patienti animo ipsum esse doceas exemplo.

A οὓς κατὰ Θεὸν ὑπέστη, πρεσβυτέραν τῆς ἡλικίας τὴν εὐλάβειαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ τοὺς (78) ἐπὶ τῇ πτωχοτροφίᾳ καὶ προστασίᾳ τῶν ἀδελφῶν. Εἰ δὲ τοῦτο μικρόν σοι δοκεῖ, ἀλλ' ἡμᾶς γε καὶ τὴν ἡμετέραν πρεσβείαν πάντως μὴ ἀτιμάσῃς· καὶ πρὸ πάντων τῶν ἄλλων (79), ἄνες αὐτῷ τὴν ὀργὴν καὶ τὴν λύπην, ναὶ παρακαλῶ, καὶ ὡς πατὴρ τέκνῳ οἰκείωσαι· εἴ τι καὶ λελύπηκεν, ὅπερ οὐκ οἶμαι, τοῦτο ἡμῖν συγχωρήσας, καὶ μηδὲν ἀνάξιον μὲν αὐτοῦ, ἀνάξιον δὲ τῆς σῆς ἡμερότητος ἢ εἰπὼν, ἢ γράψας περὶ αὐτοῦ· εἰ δέ τι καὶ γέγραπται, λύσας. Μηδὲ τὴν λύπην δημοσιεύσῃς, ἣν κρύπτειν βέλτιον (80) ἢ γνωρίζειν τοῖς ἔξωθεν· ὡς ἂν τά τε ἄλλα καὶ αὐτὸν μακροθυμεῖν διδάξῃς τῷ ὑποδείγματι.

CCXX. EIDEM.

ΣΚ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (81).

Benigna *verbis quidem suavisque Helladii responsio fuit Gregorio, se autem* molestissima, *quippe quæ varia et gravissima Sacerdoti objecta fuisse crimina, vel certe invidos admodum imposvisse Helladio significabat. Quibus eo minus fidem Gregorius adjungebat, quod Sacerdos, qui tum aderat, ad defendendum se probandumque omnia esse falsa et conficta paratum se esse contestabatur. Quocirca ipsum cum hac epistola ad Helladium misit, ut per se, si quid illum contristasset, sanaret ipse, eumdemque omnia ex rei veritate doceret.*

Quæ ad me scripsisti, partim admodum suavia et benigna, partim ejusmodi sunt, ut quid de his dicam, non habeam, nisi quod nobis molesta sint: et jure merito, ut mihi persuadeo. Nam sive jure accusetur **183** frater noster, et compresbyter Sacerdos, quod quidem non arbitror, molestum est. Qui enim id non esset? tantam religionem, et tot C ac tantos labores, tam parvo temporis momento periisse? Sive calumnia hæc fuerit ab invidentibus ipsi comparata; et hoc acerbum, virum, cujus tibi conjuncta vitæ ratio et disciplina, hunc, quibus appetitur injuriis, abalienari. Quod igitur in præsenti rerum statu optimum et utilissimum novi consilium, hoc accipe : ipsum ad te misi fratrem, vel potius profectum deduxi, qui ipse per se quod moleste habet, sanaturus sit, et omnia ex rei veritate edocturus. De aliis enim ad defensionem offerendam paratum se dicit, et ad probandum alia ut falsa dolo fuisse composita. Hoc enim etiam nobis persuasit, quippe qui Dei metu sermones instituit.

Ὧν ἐπέστειλας τὰ μὲν λίαν ἥμερα καὶ φιλάνθρωπα, τὰ δὲ οὐκ ἔχω (82) τί λέγειν, πλὴν ἡμῖν λυπηρά· καὶ μάλα εἰκότως, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. Εἴτε γὰρ δικαίως ἐγκαλεῖται ὁ ἀδελφὸς ἡμῶν καὶ συμπρεσβύτερος Σακερδὼς (83), ὅπερ οὐκ οἶομαι, λυπηρόν. Πῶς γὰρ οὔ; τοσαύτην εὐλάβειαν καὶ τοσούτους πόνους οὕτως ἐν βραχεῖ καταλυθῆναι; Εἴτε διαβολὴ ταῦτά ἐστι παρὰ τῶν φθονούντων αὐτῷ κατασκευασθεῖσα (84), καὶ τοῦτο ἀνιαρὸν, οὗ ἡ πολιτεία συνῆπταί σοι, τοῦτον ἀλλοτριοῦσθαι ταῖς ἐπηρείαις. Ἣν οὖν ἐν τοῖς παροῦσι ἀρίστην γνώμην καὶ λυσιτελεστάτην ἔγνων, ταύτην ἀπόδεξαι· αὐτὸν ἔπεμψά σοι τὸν ἀδελφὸν, μᾶλλον δὲ ὡρμημένον προέπεμψα (85), δι' αὐτοῦ καὶ τὸ λυποῦν θεραπεύσοντα, καὶ πάντα μετὰ ἀληθείας ἀναδιδάξοντα (86). Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀπολογήσασθαί φησιν ἕτοιμος εἶναι, τὰ δὲ ὡς ψεύδη κατασκευᾶσθαι, δεῖξαι. Τοῦτο γὰρ καὶ ἡμᾶς ἔπεισεν, ὡς φόβῳ (87) Θεοῦ τοὺς λόγους ποιούμενος.

(78) *Καὶ τούς.* Ita cod. 2022 etc. In edit. καὶ τήν.

(79) *Πρὸ πάντων τῶν ἄλλων.* Montac. πρὸ τῶν ἄλλων, *ante alia.* Non recte Morel. ad personas refert, vertitque *ante alios omnes.* Mox, idem Morel. ἄνες αὐτῷ τὴν ὀργὴν καὶ λύπην, *iram adversus eum ac molestiam coerce.*

(80) *Κρύπτειν βέλτιον.* Legendum proponit Bill. κρύπτεσθαι ἄξιον, et paulo post, pro μακροθυμεῖν, μακροθυμοῦντα, sed huic lectioni non favent codd. nostri, nec Montac. nec Combef.

(81) Alias CCXVII. Scripta paulo post superiorem.

(82) *Οὐκ ἔχω.* Ita cod. Reg., Morel. ac Combef. In edit. οὐδὲ ἔχω.

(83) *Συμπρεσβύτερος Σακερδώς.* Morel. *presbyter collega.*

(84) *Αὐτῷ κατασκευασθεῖσα.* Ita Combef. In edit. αὐτῷ desit. Mox, καὶ τοῦτο ἀνιαρόν, etc. reddit Morel. : *Id etiam infestum est, virum conversatione tibi conjunctissimum alienari injuriarum insolentia.* Combef.: *hunc malevolorum calumnia atque fraudibus alienari.*

(85) *Προέπεμψα.* Montac. et Morel. προσέπεμψα. Reddit Combef. ὡρμημένον προέπεμψα, *properantem et a se incitatum deduxi.*

(86) *Ἀναδιδάξοντα.* Ita Combef. In edit. ἀναδιδάξαντα.

(87) *Ὡς φόβῳ.* Montac. et Morel. ὡς ἐν φόβῳ.

Digitized by Google

ΣΚΑ'. ΟΜΟΦΡΟΝΙΩ (88).

CCXXI. HOMOPHRONIO.

Has litteras eo tempore datas, quo Sacerdos vexabatur, his epistolæ verbis patet: Suade charissimo filio nostro Sacerdoti ne despondeat animum, etc. *Scripta autem epistola Homophronio, qui forte unus e primoribus ptochotrophii illius administris erat, Gregoriumque ad festi cujusdam in eo loco celebrandi lætitiam invitarat.*

Ἐπὶ τὴν σύνοδον ἡμᾶς καλεῖς· ἐγὼ δὲ ηὐχόμην οὕτως ἔχειν τοῦ σώματος, ὥστε παρεῖναι ὑμῖν καὶ αὐτόκλητος (89), ἵνα ἴδω τὸν ἱερὸν οἶκον ὑμῶν, τὸ Χριστοῦ καταγώγιον, τὴν τῶν ἁγίων κλάδων ῥίζαν (90), τὴν ὡς ἀληθῶς μητέρα τέκνων εὐφραινομένην τε καὶ εὐφραινομένων. Οἶδα τοῦτο καὶ πέπεισμαι ἐν Κυρίῳ, καὶ διὰ τοῦτο λέγω θαῤῥῶν, καὶ εἴ τι (91) λυπηρὸν νῦν ἡμῖν ἀπήντηκεν, οὐ μὴ ἀποσβεσθῇ ὁ λύχνος τοῦ Ἰσραὴλ, κἂν ταῖς αὔραις τοῦ πονηροῦ ῥιπίζηται· οὐδὲ ἡ τοῦ Θεοῦ χρηστότης ἐπὶ πλεῖον κρυφθήσεται, ἣν κρύπτει τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν λόγοις ἀῤῥήτοις οἰκονομίας, ἀλλ' ἐνδοξασθήσεται μᾶλλον καὶ θαυμασθήσεται διὰ τῆς ὑμετέρας ὑπομονῆς καὶ τῆς μὴ καταισχυνούσης ἐλπίδος. Τοῦτο δὲ παραίνει καὶ τῷ τιμιωτάτῳ υἱῷ ἡμῶν Σακερδῶτι, μηδὲν ἀθυμεῖν, μηδὲ ἀνάξιον ἑαυτοῦ τι πάσχειν (92), ἀλλ' οὕτω τὸν καιρὸν διαθέσθαι, ὡς φιλοσοφίας ὕλην τὰ λυπηρὰ λαβεῖν. Ἔτι θεραπευσάτω τὸν τιμιώτατον ἡμῶν ἐπίσκοπον· ἔτι ῥωννύτω τοὺς ἀδελφούς, ἵνα μάλιστα μὲν μὴ καταλυθῇ τὸ ἔργον ἡμῶν ὃ προεθέμεθα ἐν Κυρίῳ, τοσοῦτόν τε ὄν, καὶ οὕτω περιβόητον. Εἰ δὲ μή, τὸ γοῦν ἐπιεικὲς δείξομεν, καὶ τὸν φθόνον νικήσομεν (93), ὡς μηδεμίαν δεδωκότες καθ' ἑαυτῶν λαβὴν τοῖς πονηροῖς ματαίως (94) ἡμῖν ἐχθραίνουσιν.

Ad synodum nos vocas : equidem optarem ita valere corpore ut vobis interessem etiam ultro accedens, ut sacram ædem vestram viderem, Christi domicilium, sanctorum ramorum radicem, illam revera matrem filiorum lætantem [8] et lætantium. Hoc novi, ac persuasum habeo in Domino, et propterea dico confidens, licet quid triste nunc ac molestum nobis occurrerit, haudquaquam exstinguetur lucerna Israelis, etiamsi mali ventis flabelletur : neque Dei bonitas amplius occultabitur, quam timentibus se abscondit [9] rationibus dispensationis arcanis, sed magis glorificabitur et admirationi erit per patientiam vestram et spem, quæ non confundit [10]. Hoc etiam suade charissimo filio nostro Sacerdoti, ne despondeat animum, neque indignum se quidquam patiatur ; sed ita tempus disponat, ut tristia pro philosophiæ subjecto accipiat. Ad hæc episcopum nostrum maxime honorandum curet; quin etiam fratres corroboret, ideo maxime ne opus nostrum quod in Domino proposuimus dissipetur, cum tanti momenti sit, et ita pervagatum. Sin minus, æquitatis **184** specimen dabimus, et livorem vincemus; quippe cum nullam adversus nos ansam dederimus improbis incassum nos odio prosequentibus.

ΣΚΒ'. ΘΕΚΛΗ (95).

CCXXII. THECLÆ.

Irrita fuere omnia quæ gessit scripsitque Gregorius, ut Sacerdotem cum Helladio in gratiam reduceret; pius enim ille presbyter inter vexationes et calumnias interiit. Theclam ejus sororem hac epistola consolatur et utriusque laudes prosequitur.

Ὥρμησα μὲν καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν σὴν εὐλάβειαν, καίπερ ἀσθενοῦντος ἡμῖν τοῦ σώματος, ἐπισκεψόμενός τε ὁμοῦ, καὶ τῆς καρτερίας ἐπαινεσόμενος, ἣν ἐπὶ τῷ (96) μακαριωτάτῳ ἀδελφῷ σου φιλοσοφεῖς· τοῦτο γὰρ οὐκ ἀμφίβολον. Ἐπειδὴ δὲ ὑπό τινος περιστάσεως ἐκωλύθην, ἀναγκαίως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα, καὶ συμφιλοσοφήσω σοι διὰ βραχέων τὰ σά. Πόθεν ὁ καλὸς Σακερδὼς ἡμῖν, ὁ γνήσιος τοῦ Θεοῦ παραστάτης καὶ νῦν καὶ πρότερον ; ἐκ Θεοῦ. Ποῦ δὲ Σακερδὼς νῦν ; πρὸς Θεόν· οὐκ ἀηδῶς ὑποχωρήσας, εὖ οἶδα, τῷ φθόνῳ καὶ τοῖς τοῦ πονηροῦ παλαίσμασι. Πόθεν δὲ ἡμεῖς ; οὐκ ἐκεῖθεν ; ποῦ δὲ ἡμεῖς ἀναλύσομεν ; οὐ πρὸς τὸν αὐτὸν Δεσπότην ; καὶ εἶθε μετ' ἴσης τῆς παῤῥησίας ! Τοῦ αὐτοῦ προσκυνηταὶ

Equidem ipse quoque ad pietatem tuam proficisci parabam, etiamsi alioqui infirma corporis valetudine, tum ut te inviserem, tum ut tolerantiæ illius nomine laudibus efferrem, quam ob beatissimum fratrem tuum adhibes : neque enim id dubium est. Quoniam autem casu quodam hoc meum iter impeditum est, ad litteras venire necesse habui, ut de tuis rebus tecum paucis philosopher. Unde, quæso, præclarus noster Sacerdos, sincerus, inquam, ille et nunc et prius Dei astes ac minister, ortum traxit? Ex Deo. Ubi autem nunc Sacerdos? Apud Deum : postquam scilicet haud illibenter (hoc probe scio) livori sese ac diaboli luctis subduxit. Unde item nos ortum duximus? Annon

[8] Psal. cxii, 9. [9] Psal. xxx, 20. [10] Rom. v, 5.

(88) Alias CCXXXVII. Scripta eodem tempore.

(89) *Αὐτόκλητος.* Ita cod. Reg. ac Morel. in notis. Edit. habent αὐτόκλητον.

(90) *Τῶν ἁγίων κλάδων ῥίζαν.* In illud intendit Pauli ad Rom. xi, 16, *Εἰ ἡ ῥίζα ἁγία, καὶ οἱ κλάδοι, si radix sancta est, etiam rami.*

(91) *Καὶ εἴ τι.* Ita cod. Reg. ac Morel. in notis. Edit. habent εἴ τι καί.

(92) *Τι πάσχειν.* Ita cod. et R. In edit. τι deest.

(93) *Δείξομεν, καὶ τὸν φθόνον νικήσομεν.* Ita iidem codd. In edit. δείξωμεν, καὶ τὸν φθόνον νικήσωμεν.

(94) *Πονηροῖς ματαίως.* Ita cod. In edit. πονηροί; καὶ ματαίως.

(95) Alias CCII. Scripta eodem circiter tempore.

(96) *Ἦν ἐπὶ τῷ.* Ita cod. Reg. 1405. Alii codices ἐπὶ τῶν μακαριωτάτων ἀδελφῶν. In editis ἣν ἐν τῷ.

Digitized by Google

indidem? Quonam autem migrabimus? Annon ad eumdem Dominum? atque utinam cum pari libertate ac fiducia! Ejusdem adoratores, et producti sumus, et transferemur, paucis in hac vita ærumnis ac miseriis exantlatis, siquidem cum futuræ vitæ spe conferantur : ac fortasse ut per ea, quæ perpessi fuerimus, divinam gratiam intelligamus. Pater, mater, frater, antecessores; quidnam hoc est? Numerus proborum viatorum. Hos, Dei ancilla, et bonorum primitiæ, Thecla, paulo post sequetur, postquam aliquantum exspectarit : tum ut illos per patientiam honore afficiat, tum ut permultis philosophiæ in ejusmodi rebus præstandæ exemplum præbeat. Quamobrem eumdem Dominum laudemus, ipsiusque consilium et dispensationem sublimius, quam vulgus soleat, accipiamus. Hæc nostri loco nunc habe, atque in his cogitationibus versare; etiamsi alioqui meliores ac præstantiores per teipsam invenias. Quod si divino beneficio illud nobis concedatur, ut te quoque coram, omnemque eum cœtum, qui tecum est, videamus, ampliorem ei, a quo id beneficii acceperimus, gratiam habebimus.

καὶ παρήχθημεν, καὶ μεταχθησόμεθα, ὀλίγα ἐνταῦθα κακοπαθήσαντες (97), ὡς γε πρὸς τὴν ἐκεῖθεν ἐλπίδα· καὶ ἴσως ἵνα γνῶμεν τὴν χάριν, ἐξ ὧν ἐνταῦθα πεπόνθαμεν. Πατὴρ, μήτηρ, ἀδελφὸς, οἱ προειληφότες· τί τοῦτό ἐστιν; ἀριθμὸς ἐπαινετῶν ὁδοιπόρων (98). Τούτοις ἀκολουθήσει καὶ Θέκλα μετὰ μικρὸν, ἡ τοῦ Θεοῦ δούλη καὶ ἀπαρχὴ τῶν καλῶν (99), ὀλίγον ὑπομείνασα· ὅσον ἐκείνους τε τιμῆσαι (1) τῇ καρτερίᾳ, καὶ πολλοῖς ὑπόδειγμα γενέσθαι τῆς περὶ ταῦτα φιλοσοφίας. Ἐπαινῶμεν οὖν τὴν (2) αὐτὴν δεσποτείαν, καὶ δεχώμεθα τὴν οἰκονομίαν τῶν πολλῶν ὑψηλότερον (3). Ταῦτα ἔχε νῦν ἀνθ' ἡμῶν, καὶ τούτοις σύνεσο τοῖς λογισμοῖς, εἰ καὶ κρείττονας παρὰ σεαυτῇ (4) ἀνευρίσκεις. Εἰ δέ σε καὶ κατ' ὄψιν ἰδεῖν καταξιωθείημεν, μετὰ παντὸς τοῦ σοῦ καὶ περὶ σὲ πληρώματος, πλείων ἡ χάρις (5) τῷ εὐεργέτῃ.

185 CCXXIII. EIDEM. ΣΚΓ'. ΤΗ ΑΥΤΗ (6).

Epistolæ sequentis ad eamdem Theclam hæc verba : Illud quoque considera quasnam ob res divexemur, annon propter eos qui ex hac vita migrarunt? *hæc, inquam, verba non nisi Sacerdotem qui ex hac vita migraverat, significare videntur; ideoque cum Tillemontio ad illud tempus referri et commode hic collocari posse visa est hæc epistola. Hinc etiam liquet Theclam post fratris mortem, vexatam etiam fuisse ab ejus adversariis, qui de patrimonio pauperum male administrato forte calumniabantur; et qui, eo defuncto, Theclam sororem, ad quam hæreditate fratris mortui bona devenerant, vexabunt. Digna sane quæ communicaret fratris passionibus ancilla Dei, cujus hic virtutes, ut sint in exemplum, Gregorius testis oculatus exponit. Etenim quod promiserat in epistola superiori, illam inviserat, ut statim ab initio testatur. Observare juvat quod Gregorius ait, inter proposita Theclæ patientiæ momenta,* Sanctorum animas res nostras sentire, gratiamque nos ab iis inituros, si illatas propter illos injurias toleremus.

Cæteras epistolas quæ præterquam cum aliis bene multis incerti sunt temporis, nullam neque argumenti, neque nominis cum aliis habent affinitatem, rejectas ad calcem collocare visum est.

Doles, ut verisimile est, nobis relictis : nos autem magis, quod a tua pietate disjuncti simus. Deo tamen gratias agimus, quod usque ad te pervenerimus, neque nos suscepti laboris pœnituit. Siquidem tuæ in Christum fidei firmitatem, et laude dignam solitudinem, ac philosophicum secessum perspeximus; nempe quia ab omnibus mundi voluptatibus separata, soli Deo ac sanctis martyribus, apud quos habitas, teipsam conclusisti, ac Deo una cum charissimis filiis tuis hostiam viventem, gratamque et acceptam obtulisti, atque etiamnum offers. Hæc igitur tuis quoque molestiis solatio sint. Quandoquidem et magnus ille David in futuris illis

Ἀλγεῖς ἀπολειφθέντων ἡμῶν (7), ὡς εἰκός· ἡμεῖς δὲ πλέον ἐπὶ τῷ χωρισμῷ τῆς σῆς εὐλαβείας. Πλὴν εὐχαριστοῦμεν τῷ Θεῷ, μέχρι σοῦ φθάσαντες, καὶ οὐ μεμψάμενοι τῷ κόπῳ. Εἴδομεν γάρ σου τὸ στερέωμα τῆς εἰς Χριστὸν (8) πίστεως, καὶ τὴν ἐπαινετὴν ἐρημίαν, καὶ τὸν φιλόσοφον ἰδιασμόν· ὅτι πάντων χωρισθεῖσα τῶν τοῦ κόσμου τερπνῶν, Θεῷ μόνῳ (9) συνέκλεισας ἑαυτὴν, καὶ τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν, οἷς παροικεῖς (10), καὶ προσήγαγες τῷ Θεῷ, καὶ προσάγεις μετὰ τῶν (11) ἀγαπητῶν σου τέκνων θυσίαν ζῶσαν, εὐάρεστον. Ταῦτα οὖν ἔστω σοι καὶ παραμυθία τῶν λυπηρῶν. Ἐπεὶ καὶ Δαβὶδ ὁ μέγας ἐγκρύπτει τοῖς ἐκεῖθεν ἀγαθοῖς, εἰς ἃ πέμπει τοὺς

(97) *Κακοπαθήσαντες.* Ita cod. Pass. Bill. et Combef. In edit. vitiose κακοπαθήσαντας.

(98) *Ὁδοιπόρων.* Ita iidem. In edit. ὁδοιπόροι.

(99) *Ἀπαρχὴ τῶν καλῶν. Bonorum primitiæ,* inter eos præstans, primaque laude virtutum; sic Tillemont. intellexit. Quod reddit Bill.: *Virtutum primitiæ,* non probandum ait Combef., nec enim matrona virtus, ut sic virtutum dicatur primitiæ.

(1) *Ἐκείνους τε τιμῆσαι.* Ita Combef. At cod. Pass. ἐκείνους τετιμῆσθαι. In edit. ἐκείνους τετιμῆσαι

(2) *Οὖν τήν.* Ita cod. Reg. et Pass. In edit. οὖν γε τήν

(3) *Ὑψηλότερον.* Combef. ὑψηλοτέραν, *dispensationem sublimiorem, quam vulgus cogitat.*

(4) *Παρὰ σεαυτῇ.* Ita cod. et Combef. In edit. παρὰ σεαυτήν, quod Bill.: *Per teipsam.*

(5) *Πλείων ἡ χάρις.* Ita cod. Bill. ac Combef. In edit. πλεῖον ἡ χάρις.

(6) Alias CCI. Scripta paulo post superiorem.

(7) *Ἀπολειφθέντων ἡμῶν.* Ita cod. 1405. Combef.: *Absentia nostra.* Edit. ὑπολειφθέντων.

(8) *Τῆς εἰς Χριστόν.* Ita cod. 1405 et B. 3, Bill. ac Combef. In edit. τῆς ὡς Χριστόν, et ad marginem εἰς.

(9) *Θεῷ μόνῳ.* Bill.: *Cum solo Deo;* at non bene, ait Combef.

(10) *Οἷς παροικεῖς.* Ita cod. 1405, B. 3, Bill. ac Combef. In edit. αἷς παροικεῖς.

(11) *Μετὰ τῶν.* Addidimus μετά ex cod. Par. et aliis. Poterat tamen non addi, et sic verti : *Charissimorum filiorum tuorum hostiam viventem gratamque,* etc.

Digitized by Google

λογισμοὺς, τὰ ἐντεῦθεν ὀδυνηρὰ, ὅταν λέγῃ· *Ὅτι ἔκρυψέ με ἐν σκηνῇ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν.* Καὶ οὐκ ἀποτίθεται μόνον τὸ ἀλγεινὸν, ὅταν μνησθῇ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ εὐφραίνεται. *Ἐμνήσθην* γὰρ, φησὶ, *τοῦ Θεοῦ* (12), *καὶ εὐφράνθην.* Ἀλγοῦσι καὶ οἱ τῷ κόσμῳ προστετηκότες, καὶ πολὺ πλείονα τῶν Θεῷ δουλευόντων. Ἀλλ' ἄμισθον αὐτοῖς τὸ ἀλγεῖν· ἡμῖν δὲ καὶ τὸ (13) πάσχειν ἔμμισθον, ὅταν διὰ τὸν Θεὸν καρτερῶμεν.

A bonis, ad quæ cogitationes suas mittit, hujus vitæ acerbitates occultat, cum ait : *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum* [11]. Nec vero dolores duntaxat et molestias deponit, cum Deus ipsi in animo et memoria versatur; sed etiam voluptate afficitur. *Memor fui Dei*, inquit, *et delectatus sum* [12]. Dolent etiam qui mundo prorsus addicti sunt, ac multo quidem amplius, quam qui Deo serviunt. At dolor ipsis mercede caret : contra dolori nostro merces sua constat, cum Dei causa tolerantiam adhibemus.

Φέρε γὰρ ἀντισταθμήσωμεν τὰ λυπηρὰ τοῖς ἡδέσι, καὶ τὰ παρόντα τοῖς μέλλουσι· καὶ οὐδὲ πολλοστὸν μέρος εὑρήσομεν ταῦτα ἐκείνων· τοσοῦτον ὑπερβάλλει τὰ χρηστότερα. Καλὸν οὖν φάρμακον ἡμῖν, ὅταν ὀδυνώμεθα, τό γε μεμνῆσθαι (14) Θεοῦ καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἐλπίδων, καὶ τὸ τοῦ Δαβὶδ πάσχειν, ἐν θλίψει πλατύνεσθαι· καὶ μὴ (15) στενοχωρεῖσθαι τοῖς λογισμοῖς, μηδὲ ὥσπερ νέφει τῇ λύπῃ καλύπτεσθαι, ἀλλὰ τότε (16) μάλιστα τῆς ἐλπίδος ἔχεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν διαβλέπειν (17) μακαριότητα τὴν ἀποκειμένην τοῖς ὑπομένουσι. Μάλιστα δ' ἂν οὕτω πεισθείημεν ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς, καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς εἶναι ὅταν ἀλγῶμεν, εἰ ἐνθυμηθείημεν τί ἐπηγγειλάμεθα τῷ Θεῷ (18), καὶ τί ἠλπίσαμεν ὅτε φιλοσοφίᾳ προσέβημεν (19). Πλουτεῖν; εὐθυμεῖν; εὐημερεῖν κατὰ τὸν βίον τοῦτον; ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων (20) θλίβεσθαι; κακοπαθεῖν; στενοχωρεῖσθαι; πάντα στέγειν, πάντα ὑπομένειν διὰ τὴν τῶν μελλόντων ἐλπίδα; ταῦτα, οἶδα, οὐκ ἐκεῖνα προσεδοκήσαμεν. Φοβοῦμαι οὖν μὴ καὶ τὰς συνθήκας τὰς πρὸς Θεὸν ψευδώμεθα, ὅταν καὶ ταῦτα ζητῶμεν ἔχειν, κἀκεῖνα ἐλπίζωμεν. Μὴ καταλύσωμεν (21) τὴν πραγματείαν, ἀλλ' ἐνέγκωμεν ταῦτα ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν ἐκείνων. Ἔθλιψαν ἡμᾶς οἱ θλίψαντες (22), ἠνίασαν οἱ μεταχωρήσαντες· ἀλλ' ἡμεῖς ἀδούλωτον τοῖς πάθεσι τὴν ψυχὴν φυλάξωμεν. Οὕτω τῶν λυπούντων κρατήσομεν (23).

Age enim molestias cum voluptatibus, et præsentia cum futuris perpendamus : ac ne minimam quidem horum partem illa esse reperiemus : usque adeo læta exsuperant. Commodum ergo pharmacum nobis fuerit, cum in dolore sumus, Deum ac futuræ vitæ spes in animum revocare, atque eodem modo, quo David, affici, hoc est, in tribulatione dilatari, non autem cogitationum angustiis premi, nec mœrore, tanquam nube, obduci, verum tum maxime spei inhærere, atque ad cœlestem beatitudinem, quæ iis, qui res **186** adversas patienti animo ferunt, recondita est, oculorum aciem intendere. Hac autem potissimum ratione adducemur, ut rerum acerbitates æquo animo perferamus, atque cum in dolore versamur, supra vulgus assurgamus, si quid Deo promiserimus, et quid, cum ad philosophiam accederemus, spe nobis finxerimus, cogitemus. Utrum opibus abundare, læto et hilari animo esse, atque in hac vita florere, an contra vexari, afflictari, premi, et propter rerum futurarum spem omnia perferre ac sustinere? Hæc nimirum, non autem illa, exspectavimus. Quocirca vereor, ne pacta quoque cum Deo inita violemus, cum et hæc habere studemus, et illa speramus. Ne, quæso, negotiationem dissolvamus : verum hæc, ut illis potiamur, feramus. Afflixerunt nos affligentes; contristaverunt nos ex humanis migrantes : at nos animum a perturbationum servitute liberum et immunem conservemus. Ita tristibus rebus atque molestis superiores erimus.

Κἀκεῖνο σκόπει, διὰ τίνα (24) θλιβόμεθα. Οὐ διὰ τοὺς μεταστάντας; Τί δ' ἂν ποιοῦντες ἐκείνοις χαρίσασθαι ὀφθείημεν (25); Οὐ καρτεροῦντες; Τοῦτο

Quin illud quoque considera, ob quæ divexemur. Annon propter eos, qui ex hac vita migrarunt? Quibusnam autem operibus videbimur illis

[11] Psal. XXVI, 5. [12] Psal. LXXVI, 4.

(12) *Ἀλλὰ καὶ εὐφραίνεται. Ἐμνήσθην γὰρ, φησὶ, τοῦ Θεοῦ.* Hæc deerant in edit. Supplevimus ex cod. et Reg.

(13) *Ἡμῖν δὲ καὶ τό.* Sic iidem codd. In edit. καὶ deest. Mox iidem, διὰ τὸν Θεόν. In edit. τόν deest.

(14) *Τό γε μεμνῆσθαι.* Ita cod. 1405, ac Combef. In edit. τότε μεμνῆσθαι.

(15) *Καὶ μή.* Ita codd. quatuor, Par., 1405, ac Combef. In edit. ἀλλά μοι.

(16) *Ἀλλὰ τότε.* Ita cod. Reg. 1405, Par. ac Combef. In edit. ἀλλὰ τό.

(17) *Διαβλέπειν.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. In edit. βλέπειν.

(18) *Τί ἐπηγγειλάμεθα τῷ Θεῷ.* Combef.: *Quid Deo voverimus?*

(19) *Προσέβημεν.* Ita cod. ac Combef. In edit. πρεσβαίνομεν.

(20) *Ἐκ τῶν ἐναντίων.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἐκ τοῦ ἐναντίου.

(21) *Μὴ καταλύσωμεν.* Bill.: *Ne delemus.*

(22) *Οἱ θλίψαντες.* Ita cod. Reg. et R. ac Combef. In edit. οἱ μισήσαντες, quod Bill.: *Qui nos invisos habuerunt.* Mox, ἠνίασαν οἱ μεταχωρήσαντες. Sic iidem codd. ac Combef. At Montac. et Morel. ἠνίασαν ἡμᾶς οἱ μεταχωρήσαντες. Hæc in edit. deerant. Quæ quidem duo dicta sunt in solatium matronæ, cujus filii morte sublati fuerant.

(23) *Τῶν λυπούντων κρατήσομεν.* Ita Combef. et Bill. qui vertit : *Ita fiet ut eos qui nobis molestiam exhibent, superemus.* In edit. κρατήσωμεν.

(24) *Διὰ τίνα.* Combef. διὰ τίνας, *quinam sint, ob quos*, etc.

(25) *Χαρίσασθαι ὀφθείημεν.* Ita cod. et Combef. In edit. χαρισαίμεθα, quod Bill.: *Gratiam ab iis in-*

Digitized by Google

gratificari? annon forti animo sustinentes? Hoc igitur in eorum gratiam faciamus : siquidem illud persuasum habeo, sanctorum animas res nostras sentire. Præter omnia, et ante omnia, illud nobiscum reputemus, absurdum et præposterum esse, cum nulla necessitas urget philosophari : in calamitatibus autem philosophiæ expertes apparere, non autem multitudini exemplum fieri, ut gratiarum actionis in rebus lætis et jucundis, ita etiam tolerantiæ in gravibus et acerbis. Hæc porro scribo, non ut ignorantem doceam, sed ut scientem submoneam. Deus autem consolationis, tum te a calamitatibus illæsam custodiat, tum nobis concedat, ut pietatem tuam rursum videamus, resque ipsæ nobis fidem faciant, laborem nostrum haudquaquam inanem et irritum fuisse, verum nos majorem, quam alios, auctoritatem apud te obtinere; atque, ut nos in calamitatis societatem tecum venimus, ita vicissim te **187** philosophiæ ac patientiæ sociam accepisse : quod quidem fortasse huic nostræ canitiei, ac Dei causa susceptis laboribus debetur.

A οὖν αὐτοῖς χαρισώμεθα· καὶ γὰρ πείθομαι τὰς τῶν ἁγίων ψυχὰς τῶν ἡμετέρων αἰσθάνεσθαι. Ἐπὶ πᾶσι, καὶ πρὸ πάντων, ἐκεῖνο λογιζώμεθα, ὅτι τῶν ἀτόπων ἐστὶν, ἔξω μὲν τῆς ἀνάγκης (26) φιλοσοφεῖν· ἐν δὲ τοῖς πάθεσιν ἀφιλοσόφους φαίνεσθαι, ἀλλὰ μὴ τοῖς πολλοῖς τύπον γίνεσθαι, ὥσπερ τῆς ἐν τοῖς εὐθύμοις εὐχαριστίας, οὕτω καὶ τῆς ἐν τοῖς δεινοῖς καρτερίας. Καὶ ταῦτα (27) γράφω, οὐχ ὡς ἀγνοοῦσαν διδάσκων, ἀλλ' ὡς ἐπισταμένην ὑπομιμνήσκων (28). Ὁ δὲ Θεὸς τῆς παρακλήσεως, σέ τε ἄτρωτον φυλάξειε τοῖς πάθεσι, καὶ ἡμῖν γε χαρίσαιτο (29) πάλιν ἰδεῖν σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ διὰ τῶν ἔργων πεισθῆναι, ὅτι ὁ κόπος ἡμῶν οὐκ εἰς κενὸν ἐγένετο, ἀλλ' ἐσμέν τι παρὰ σοὶ πλέον τῶν ἄλλων· ὡς τῆς θλίψεως ἐκοινωνήσαμεν, οὕτω καὶ τῆς φιλοσοφίας κοινωνόν B λαβόντες· ὃ τάχα τῇ πολιᾷ ἡμῶν ταύτῃ, καὶ τοῖς κατὰ Θεὸν καμάτοις ὀφείλεται.

CCXXIV. AFRICANO.

ΣΚΔ'. ΑΦΡΙΚΑΝΩ (30).

Cur non adeat Africanum adversam causatur valetudinem. Anno 385 serius scripta non est hæc epistola; siquidem Nicobulus, per quem hanc Africano scripsit Gregorius, hoc ipso anno mortuus est.

Quibusnam rebus equi maxime gaudent? non dubium quin equis. Quibus aquilæ? aquilis profecto. Graculum porro graculo assidere ipsa quoque parœmia docet. Eodem proinde modo Atticum quoque Atticis oblectari puta : et probitatis studiosum ejus amatore et antistite. Nam mihi præses nihil aliud esse videtur, quam virtutis adjutor, et C vitii adversarius; sive incruentum imperium gerat, ut nos, sive id, quod gladium et lorum junctum habet. Cruorem enim tibi minime adjiciemus, quippe quem virtute imperium tenere scimus, non vi cohibere, ac metu potius, quam suppliciis improbos coercere; quæ quidem optimi imperii lex est. His itaque de causis magnopere quidem congressum tuum expetebam, ac nunc etiam expeto. Verum quia per adversam valetudinem id mihi consequi non licet, necessario ad litteras veni; et quod commodissimum est, te per virum amicum et familiarem ac cognatum saluto, hoc est, per charissimum mihi Nicobulum, qui et me apud te excusabit (vir autem est fide dignus, si quisquam alius, quantum quidem ipse cognosco), et per nos sese præstantiæ tuæ noscendum præbebit.

Τίσιν ἵπποι μάλιστα χαίρουσι; δῆλον ὡς ἵπποις. Ἀετοὶ δὲ τίσιν; οὐκ ἄλλοις ἢ ἀετοῖς. Κολοιὸν δὲ ποτὶ (31) κολοιὸν ἰζάνειν, καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις. Οὕτω δὴ καὶ Ἀττικὸν Ἀττικοῖς οἷου χαίρειν, καὶ τὸν καλοκαγαθίας μεταποιούμενον τῷ ταύτης ἐραστῇ καὶ προστάτῃ. Τοῦτο γὰρ (32) ὁ ἄρχων εἶναί μοι φαίνεται, βοηθὸς ἀρετῆς καὶ ἀνταγωνιστὴς κακίας, κἂν τὴν ἀναίμακτον ἀρχὴν ἀρχὴν (33), καθάπερ ἡμεῖς, κἂν τὴν μετὰ ξίφους καὶ τελαμῶνος. Αἷμα γὰρ οὐδέ σοι προσθήσομεν, ἀρετῇ κρατοῦντα γινώσκοντες, οὐ βίᾳ καθειργοντα, καὶ φόβῳ μᾶλλον ἢ ἔργῳ κολάζοντα τοὺς κακούς, ὅπερ τῆς ἀρίστης ὅρος ἀρχῆς. Διὰ δὴ ταῦτα, σφόδρα μὲν τὸ τῆς συντυχίας ἐσπουδάζετό μοι, καὶ νῦν ἔτι σπουδάζεται. Οὐκ ἔχων δὲ ὅπως τούτου τύχοιμι διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν, ἀναγκαίως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα (34), καὶ τὸ κάλλιστον, ὅτι προσφθέγγομαί σε δι' ἀνδρὸς (35) οἰκείου καὶ φίλου καὶ συγγενοῦς, τοῦ τιμιωτάτου πάντα ἐμοὶ Νικοβούλου, ὃς καὶ ἀπολογήσεταί σοι περὶ ἡμῶν (ἀξιόπιστος δὲ ὁ ἀνὴρ, εἴπερ ἄλλος τις, ὅσα δὴ ἐμὲ γινώσκειν), καὶ δι' ἡμῶν ἑαυτὸν γνωρίσει τῇ σῇ τελειότητι.

ituri sumus. Mox iidem, οὐ συγκαρτεροῦντες pro οὐ καρτεροῦντες, quod Bill. vertit : *Annon illatas injurias tolerantes?* sed perperam, cum sermo sit de dolore ex suorum obitu.

(26) *Ἔξω μὲν τῆς ἀνάγκης.* Ita fere epist. XXXII ad Philagrium.

(27) *Καὶ ταῦτα.* Ita cod. In edit. καί deest.

(28) *Ὑπομιμνήσκων.* Ita cod. Par. et 1405. In edit. ἀναμιμνήσκων. Mox pro, ὁ δὲ Θεὸς τῆς, etc. Cod. 1405, ὁ δὲ Θεὸς πάσης.

(29) *Ἡμῖν γε χαρίσαιτο.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. χαρίσαι, τό.

(30) Alias XLVI. Scripta incerto tempore; forte tamen ante ann. 385.

(31) *Κολοιὸν δὲ ποτί*, etc. Hoc adagio significatur, homines ejusdem artis et conditionis vitæ libenter simul versari; unde illud : *Similis simi-* D *lem quærit.* Hoc proverbium quemadmodum et alia nonnulla ab hoc auctore usurpata, ab Erasmo in doctissimis illis Chiliadibus prætermissum est. Sic *Bill.* At certe vir bonus, dum hæc scriberet, dormitavit. Erasmus enim refert adagium *Semper graculus assidet graculo;* quin et hunc citat locum Gregorii. Errat tamen dum hæc Eudoxio scripsisse Gregorium asserit.

(32) *Τοῦτο γάρ.* Montac. et Morel. τούτῳ γάρ.

(33) *Ἀναίμακτον... ἀρχήν.* Ἡ ἀναίμακτος ἀρχὴ, *ecclesiastica potestas;* ἡ ἀρχὴ μετὰ ξίφους καὶ τελαμῶνος, *secularis.* Perperam igitur legendum proponunt Montac. et Morel. καθάπερ ὑμεῖς.

(34) *Ἐπὶ τὰ γράμματα.* Ita Cod. Edit. πράγματα, *res ipsas.*

(35) *Δι' ἀνδρός.* Cod. διὰ τοιούτου ἀνδρός. Paulo infra, cod. τὰ πάντα μοι.

Digitized by Google

ΣΚΕ'. ΕΛΛΕΒΙΧΩ (36).

CCXXV. ELLEBICHO.

Dolere se significat, quod morbo prohibitus sit, quominus Ellebicho occurreret; missionem scripto dari Mamanti, filio militis, postulat.

Οἷα ζημιούμεθα παρὰ τῆς ἀῤῥωστίας (37)! Προσδραμεῖν ἔδει καὶ περιπτύξασθαι, καὶ τῆς παλαιᾶς ἀναμνῆσαι φιλίας καὶ συνηθείας. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως ἡμῖν τὰ τοῦ σώματος. Διὰ τοῦτό σοι πρόσιμεν διὰ τῶν γραμμάτων, καὶ τῇ προσηγορίᾳ δεξιούμεθα. Ἐπεὶ δὲ καὶ δωροφορεῖν ἔδει τι, τοῦτο (38) προσφέρομεν, Μάμαντα τὸν ἀναγνώστην, ὄντα μὲν ἀπὸ στρατιώτου πατρὸς, καθιερωθέντα δὲ τῷ Θεῷ διὰ τὸν τρόπον. Ἄφες τῷ Θεῷ καὶ ἡμῖν, ἀλλὰ μὴ συναριθμήσῃς τοῖς πλάνησι· καὶ δὸς ἔγγραφον τὴν ἐλευθερίαν, ἵνα μηδὲ ὑπὸ ἄλλων ἐπηρεάζηται. Δώσεις γὰρ σεαυτῷ δεξιὰς τὰς τοῦ πολέμου καὶ τῆς στρατηγίας ἐλπίδας. Ναὶ παρακαλῶ, τούτου φρόντισον. Οἷς γὰρ τὰ μέγιστα ἐν χερσὶ, καὶ ἐν οἷς τὸ πᾶν ταλαντεύεται, τούτοις μάλιστα φροντιστέον Θεοῦ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐπικουρίας.

Quanto nos detrimento morbus afficit! Accurrere ad te oportebat, teque amplexari, ac veterem amicitiam et consuetudinem in memoriam tibi revocare. At non ea corporis valetudine sumus. Ac proinde per litteras te adimus, ac salutando excipimus. Quoniam autem munus quoque aliquod offerre conveniebat, hoc offeremus, nempe Mamantem lectorem, qui cum militem patrem habeat, **188** Deo tamen ob morum probitatem consecratus est. Hunc, quæso, Deo ac nobis missum fac, nec inter errones numera: atque libertatem ac vacationem ei scripto consignatam tribue, ut ne ab aliis quidem per calumniam vexetur. Sic enim faustas quoque tibi ipsi belli atque militaris imperii spes dabis. Te, inquam, obsecro, ut ea res tibi curæ sit. Nam quibus res maximæ in manu sunt, et in quibus rerum omnium summa, tanquam in trutina, nutat, his potissimum Deus, ipsiusque auxilium curæ esse debet.

ΣΚϚ'. ΑΝΥΣΙΩ (39).

CCXXVI. ANYSIO.

Commoda valetudine utenti Anysio æger ipse rescribit Gregorius.

Ἦκεν ἡμῖν παρὰ σοῦ γράμματα, τήν τε ὑγίειαν (40) δηλοῦντα, καὶ ὅτι σοι κατὰ νοῦν ἐξέβη τὰ τῆς ἐκδημίας. Καὶ πᾶσα τῷ Θεῷ χάρις. Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς ἔχοιμέν τι τοιοῦτον περὶ ἡμῶν αὐτῶν ἐπιστέλλειν, πλείων ἡ χάρις.

Redditæ sunt nobis tuæ litteræ, quæ te commoda valetudine esse, profectionemque tuam tibi ex animi sententia cessisse significant. Quo nomine ingentes Deo gratias habeo. Quod si nos quoque aliquid ejusmodi de nobis scribere possimus, majores gratias habiturus sim.

ΣΚΖ'. ΟΥΡΣΩ (41).

CCXXVII. URSO.

Adversa minus valetudine utebatur Gregorius, cum has ad Ursum dedit litteras, anno forsitan 382 *quo scripta est epistola* XCII. *Ursi vellet frui charitate, sed cur ad eum non proficiscatur, causam aperit.*

Ἡδὺ μὲν τὸ προσαγορεύειν τοὺς φίλους· τὸ δὲ καὶ διὰ φίλων ἥδιον. Ὧν ἐστιν ὁ τιμιώτατος (42) υἱὸς ἡμῶν Ἀνύσιος, ὃς καὶ τὴν ὑγείαν ὑμᾶς εὐαγγελίσεται τὴν ἡμετέραν· εἴπερ ὑγεία τοῦτό ἐστιν ἡ βραχεῖα πρὸς τὸ κρεῖττον ῥοπή. Καὶ περὶ ὧν ἠξιώθη (43), κοινώσεται. Ὡς τό γε μέχρις ὑμῶν (44) γενέσθαι, ὥσπερ ἐπιζητεῖτε φιλικῶς καὶ γνησίως, καὶ τῆς ἀγάπης ἀπολαῦσαι τῆς ὑμετέρας, ἐμοὶ μὲν ἥδιστον, εὖ ἴσθι, καὶ οἷον οὐκ ἄλλο τι τῶν σπουδαζομένων, ὡς ἴσασιν οἷς βοῶμεν τὴν ὑμετέραν δεξίωσιν. Εἰ δὲ καὶ δυνατὸν, ἢ ἄλλως (45) εὐπρεπὲς, ἡ σὴ δοκιμάσειε (46) σύνεσις, μή πως ἀκαιρίαν καταγνωσθῶμεν, καὶ φορτικοί τισι δόξωμεν, ὡς ἄνευ λόγου παραφανέντες καὶ

Suave quidem est amicos salutare; suavius autem per amicos. Quorum in numero est charissimus filius noster Anysius, qui etiam de nostra sanitate læta vobis nuntiabit: si quidem sanitas appellanda est exigua in melius inclinatio. Ac de iis rebus de quibus rogatus est, vobiscum communicabit. Nam ad vos, ut amico ac sincero animo requiritis, proficisci, ac vestra charitate frui, mihi quidem (velim hoc credas) jucundissimum fuerit, atque ita, ut earum rerum, quarum cupidissimi sumus, nulla perinde, quemadmodum ii norunt, apud quos vestram in excipiendis amicis humanitatem prædicamus. Num autem id fieri possit, aut etiam alio-

(36) Alias CXXIII. Scripta eodem circiter tempore.

(37) *Παρὰ τῆς ἀῤῥωστίας.* Post ἀῤῥωστίας, Montac. interrogationis notam apponit.

(38) *Δωροφορεῖν ἔδει τι, τοῦτο.* Cod. fretus auctoritate, sic legit distinguitque Combef. δωροφορεῖν ἔδει· τί τοῦτο; προσφέρομεν Μάμαντα, *quoniam autem munus quoque offerre conveniebat: quodnam hoc erit? offerimus Mamantem.*

(39) Alias CXLIV. Scripta eodem tempore.

(40) *Ὑγίειαν.* Ita cod. Reg. Edit. ὑγείαν.

(41) Alias CXXII. Scripta incerto tempore; forte circa annum 382.

(42) *Ὁ τιμιώτατος.* Cod. et Combef. ὁ αἰδεσιμώτατος. Mox iidem, υἱὸς ἡμῶν. In edit. ἡμῶν deest.

(43) *Περὶ ὧν ἠξιώθη.* Putem legendum, ait Combef, ἠξιώθην, *de quibus rogatus sum.* Non enim amici res, sed suas prosequitur. Mox pro κοινώσεται, Montac. et Morel. κοινωνήσεται. Ita etiam cod. Reg. et R.

(44) *Μέχρις ὑμῶν.* Ita cod. Reg. 1405, Par., Montac. et Morel. In edit. μέχρις ἡμῶν. Mox, pro ὥσπερ, Cod. 1405 et Combef. ὅπερ, et pro ἐπιζητεῖτε, Montac. et Morel. ἐπιζητεῖται.

(45) *Ἢ ἄλλως.* Combef. ἢ καὶ ἄλλως.

(46) *Δοκιμάσειε.* Cod. 1405 et Combef. δοκιμάσοι.

Digitized by Google

qui conveniat, prudentia tua perpendat. Verendum enim est, ne importunitatis notam subeamus, ac graves et molesti quibusdam esse videamur, ut qui sine ratione ac perspicua ulla causa in conspectum prodierimus. Quandoquidem multis fidem non facimus, nos citra fucum philosophari, ac res omnes nostras Deo donare.

A προδήλου τινὸς αἰτίας. Ἐπειδὴ μὴ πείθομεν (47) τοὺς πολλοὺς ὡς ἀδόλως φιλοσοφοῦμεν, καὶ πάντα δίδομεν Θεῷ τὰ ἡμέτερα.

189 CCXXVIII. PANSOPHIO.

ΣΚΗ'. ΠΑΝΣΟΦΙΩ (48).

Si hujus epistolæ annum assignare non possumus, saltem affirmare licet post annum 379 *scriptam esse. Cum enim in ea Gregorius Evagrium* condiaconum *appellet, atque etiam ad* philosophiam non ignavo animo accedere *scribat, post annum* 379 *scripta sit epistola necesse est; si quidem Evagrius idem, ut videtur, ille sit quem, mortuo Basilio, diaconum vult Baronius cum Socrate a Gregorio Nazianzeno ordinatum, Palladius autem verisimilius a Gregorio Nysseno. Forte etiam post annum* 381 *vel* 382 *differri posset hæc epistola, cum profectus Constantinopoli, ubi apud Nectarium ab alterutro Gregorio relictus fuerat, Evagrius ille philosophiam non tantum profiteri, sed et in ea magnos potuit facere progressus.*

Quis stirpem jam floribus abundantem non laudat? Quem non oblectat seges, cum jam ligatur, ac maturam spicam pollicetur? Quem item lætitia non afficit anima recens initiata, jam Deo ornata, et terrenas compedes excutere incipiens, ut Deo se adjungat, earumque rerum, quarum nunc umbras duntaxat cernimus, veritatem conspiciat? His nimirum de causis charissimo fratre ac comministro nostro Evagrio majorem in modum delector, eum ad philosophiam haud ignavo animo accedentem cernens : quandoquidem philosophia quoque est sapientiæ amore teneri. Quin hoc quoque nomine lætor, quod mihi tuam amicitiam conciliat; atque impensius adhuc lætabor, si plures ad nos litteras des, ac plura amicitiæ signa nobis rependas.

B Τίς οὐκ ἐπαινεῖ φυτὸν ἄρτι βρύον τοῖς ἄνθεσι; τίνα οὐκ εὐφραίνει λήϊον ἄρτι δεσμούμενον (49) καὶ στάχυν ὥριμον ὑπισχνούμενον; τίνα δὲ οὐ νεοτελὴς ψυχὴ, ἄρτι Θεῷ κοσμουμένη, καὶ τὰς χοϊκὰς ἀποσείεσθαι πέδας ἀρχομένη, ἵνα μετὰ Θεοῦ γένηται, καὶ ἴδῃ τὴν ἀλήθειαν ὧν νῦν τὰς σκιὰς ὁρῶμεν (50); Χαίρω μὲν οὖν διὰ ταῦτα διαφερόντως τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συνδιακόνῳ ἡμῶν Εὐαγρίῳ, οὐκ ἀγεννῶς αὐτὸν ὁρῶν (51) φιλοσοφίᾳ προσβαίνοντα· ἐπειδὴ φιλοσοφία (52) καὶ τὸ σοφίας ἐρᾶν. Χαίρω δὲ ὅτι μοι καὶ τὴν σὴν προξενεῖ φιλίαν, καὶ ἔτι χαρήσομαι ἐὰν ἐπιστέλλῃς πλείονα, καὶ πλείοσιν ἡμᾶς ἀμείβοιο τοῖς τῆς φιλίας (53) γνωρίσμασιν.

CCXXIX. EIDEM.

ΣΚΘ'. ΤΩ ΑΥΤΩ (54).

Etsi loco remotus a Pansophio Gregorius, ipsi tamen semper propinquus amicitia.

Quantum inter Hispanos, tantum inter nos quoque interjectum est spatium, hoc est, dierum haud paucorum iter! At amicitia etiam ea, quæ inter se disjuncta et remota sunt, propinqua efficit. Festi porro symbola, quam læta et jucunda! Quantum item illud est, quod a te vocamur, congressusque noster expetitur! Quidnam igitur tibi pro his tantum optabo? talis nimirum ut sis. Quod si etiam quiddam majus dicendum est, teipsum superes.

C Ὅσον Ἰβήρων καὶ ἡμῶν τὸ μέσον, ἡμερῶν οὐκ ὀλίγων ὁδός. Ἀλλ' ἡ φιλία, καὶ τὰ διεστῶτα ποιεῖ πλησίον. Τὰ δὲ σύμβολα τῆς ἑορτῆς ὡς ἡδέα! Τὸ δὲ τῆς κλήσεως ὅσον, καὶ τὸ ποθεῖν τὴν συντυχίαν τὴν ἡμετέραν! Τί οὖν ἀντὶ τούτων ἐπεύξομαί σοι τοσοῦτον ἀγαθόν; εἶης τοιοῦτος (55). Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ (56) μεῖζον εἰπεῖν, σαυτὸν ὑπερβάλλοιο.

CCXXX. THEODOSIO VEL THEODORO.

ΣΛ'. ΘΕΟΔΟΣΙΩ Η ΘΕΟΔΩΡΩ (57).

Epithalamium, cum duabus sequentibus, censeri potest hæc epistola, in qua de Euphemio, quem de Gregorii familia fuisse his verbis significari videtur : Nunc quoque genera copulantur,... ut amor noster capiat incrementum.

Pictores imitamur, qui corpora prius adumbrant et delineant, ac postea secunda et tertia manu addita, ea accuratius expoliunt, atque coloribus

D Μιμούμεθα τοὺς ζωγράφους, οἱ ταῖς σκιαῖς τὰ σώματα προχαράττοντες, δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ χειρὶ ταύτας ἀπακριβοῦσι (58) καὶ τελειοῦσι τοῖς χρώμασι.

(47) *Μὴ πείθομεν.* Cod. μὴ πείθωμεν.

(48) Alias CXII. Scripta incerto tempore; forte post ann. 379.

(49) *Ἄρτι δεσμούμενον.* Combef. : *Cum jam geniculis nodis ligatur.*

(50) *Ὡς νῦν τὰς σκιὰς ὁρῶμεν.* Ita cod. 2022 ac Combef. In edit. ὧν νῦν ὁρᾷ τάς, *quarum nunc umbras cernit.* Mox, pro χαίρω μὲν οὖν, iidem χαίρομεν οὖν.

(51) *Ὁρῶν.* Iidem ὁρῶντες.

(52) *Ἐπειδὴ φιλοσοφία.* Ita cod. Reg. ac Combef. In edit. φιλοσοφίας.

(53) *Τοῖς τῆς φιλίας.* Ita iidem. In edit. τῆς deest.

(54) Alias CXIII. Scripta eodem tempore.

(55) *Τοσοῦτον ἀγαθόν; εἶης τοιοῦτος.* Ita cod. 1405, Montac., Morel. et Combef. in edit. τοσοῦτον; Ἀγαθὸς εἶης τοιοῦτος, quod Bill.: *Quidnam igitur tibi pro his tantum optabo? Bonus utinam sis, cum talis sis.* Post τοιοῦτος, ὢν subintelligit.

(56) *Εἰ δὲ δεῖ τι καὶ.* Combef. εἰ δέ ἐστι καί, *quod si etiam majus dicendum est.* Mox, pro ὑπερβάλλοις, Combef. ὑπερβάλοις.

(57) Alias CXIV. Scripta ad summum ann. 371. — *Θεοδοσίῳ ἢ Θεοδώρῳ.* Cod. et Combef. Θεοδώρῳ. Reg. Θεοδοσίῳ.

(58) *Ἀπακριβοῦσι.* Cod. 1405, Montac., Morel. ac Combef. ἐπακριβοῦσι.

Digitized by Google

Πρὸς τί βλέπει μοι τὸ παράδειγμα; Ἦν ἡμῖν πρὸς ἀλλήλους φιλία καθαρά τε καὶ ἄδολος (πρᾶγμα τῶν σπανίων νῦν μάλιστα, καὶ παρ' ὀλίγοις εὑρισκόμενον), καὶ ταύτην ἡμῖν ἐποίει οὔτε συγγένεια τοσοῦτον, οὔτε κοινωνία πατρίδος, οὔτε, ὃ φησιν Ὅμηρος, *ὁμηλικίη ἐρατεινὴ*, ὅσον ὁμοτροπία, καὶ τὸ τοῖς αὐτοῖς χαίρειν· ὃ μάλιστα πήγνυσι τὰς φιλίας, καὶ βεβαιοτέρας ἐργάζεται. Νῦν καὶ τὰ γένη συνάπτεται (σὺν Θεῷ δὲ ὁ λόγος), ἵνα τῇ φιλίᾳ προσθήκη γένηται, καὶ μᾶλλον ὦμεν (59) ἀλλήλων. Καὶ τοῦτο πραγματεύεται (60) φίλτρῳ δικαίῳ βοηθῶν ὁ Θεός. Ἔχε οὖν καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦ γλυκυτάτου υἱοῦ ἡμῶν Εὐφημίου· καὶ ἔχομεν ὑμᾶς διὰ τῆς γλυκυτάτης θυγατρὸς ὑμῶν. Τὸ δὲ ἑξῆς, οὐκ οἶδα ὑπὲρ τίνος μᾶλλον, ἢ τίνι διαλεχθῶ, ὑπὲρ τοῦ νέου τῇ ὑμετέρᾳ τιμιότητι (61), ἢ τῷ νέῳ περὶ ὑμῶν. Εὔνοια γὰρ πατρὸς τέκνοις ὁμότιμος. Πλὴν ἐπεύχομαι ὑμῖν ἐπὶ παντὶ βελτίστῳ γενέσθαι τὴν συζυγίαν, καὶ οἵαν εἰκὸς, Θεοῦ συναρμόζοντος.

absolvunt. Quorsum mihi spectat hoc exemplum? Erat **190** jam inter nos pura minimeque fucata amicitia (res sane nunc præsertim rara, quæque in paucis inveniatur), atque hanc nobis, non tam cognatio, et communis patria, et ut Homeri verbis utar, *amabilis ætatum æqualitas* efficiebat, quam morum similitudo, quodque iisdem rebus gauderemus; quod quidem amicitias maxime coagmentat, firmioresque reddit. Nunc quoque genera copulantur (faveat velim huic sermoni Deus), ut amor noster incrementum capiat, magisque alter alterius simus. Atque id agit ac molitur Deus, justo amori opem ferens. Quamobrem, et tu nos per suavissimum filium nostrum Euphemium habe: et nos item per suavissimam filiam vestram vos habemus. Quod autem sequitur, utrius potius causa, aut ad quem loquar, non novi, nempe juvenisne causa ad vestram præstantiam, an vestra causa ad juvenem? Patris enim benevolentia par erga liberos. Cæterum id vobis opto, ut hoc matrimonium quam optime cedat, atque ita ut par est, cum Deus id copulat.

ΣΛΑ'. ΕΥΣΕΒΙΩ ΦΙΛΩ (62).

CCXXXI. EUSEBIO AMICO.

Festiva admodum est hæc epistola quamvis a viro morbo laborante scripta, Eusebio de hujus filii nuptiis; benedictione et votis solemnibus claudilur.

Εὐώπιον ἡ φιλτάτη (63), καὶ γάμου καιρὸς, καὶ βίου κρηπὶς, καὶ πατέρων εὐχαὶ πληρούμεναι. Ἡμεῖς δὲ ἄπεσμεν, οὓς μάλιστα παρεῖναι καὶ συνεύχεσθαι δίκαιον ἦν. Καί τοι καὶ ὑπεσχόμην, τὸ γὰρ ἐλπίζειν ὑπῆν τῷ ποθεῖν· ἱκανὸν γὰρ εἰς ἀπάτην (64) τὸ βούλεσθαι. Καὶ πολλάκις μὲν ὁρμήσας, πολλάκις δὲ κατοκνήσας, τέλος ἠττήθην τῆς ἀῤῥωστίας (65). Ἄλλοι μὲν οὖν καλείτωσαν ἔρωτας (ἐπειδὴ γαμικὸν καὶ τὸ παίζειν), καὶ παρθένου κάλλος γραφέτωσαν, καὶ νυμφίου χάριν ἀντεγειρέτωσαν, καὶ βαλλέτωσαν λόγοις μετὰ τῶν ἀνθῶν (66) τὰς παστάδας. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν προσάσω (67) τὸν ἐμὸν ἐπιθαλάμιον. *Εὐλογήσαι ὑμᾶς Κύριος ἐκ Σιὼν*, καὶ αὐτὸς ἁρμόται τὴν συζυγίαν, *καὶ ἴδοις υἱοὺς τῶν υἱῶν σου*, οὐ πολὺ δ' εἰπεῖν, ὅτι καὶ κρείσσονας. Τοῦτο καὶ παρὼν ἐπηυξάμην ἂν ὑμῖν, καὶ νῦν ἐπεύχομαι. Τἄλλα δὲ ὑμῖν μελέτω, καὶ στεφανούτω πατὴρ, ὡς ἠῦξατο. Τοῦτο γὰρ καὶ εἴ που γάμοις παραγεγόναμεν, ἐτυπώσαμεν· ἐκείνων μὲν εἶναι τοὺς στεφάνους, ἡμῶν δὲ τὰς εὐχὰς, ἃς οἶδα μὴ τόποις ὁριζομένας.

Evopia amantissima, et nubendi tempus, et vitæ fundamentum, et parentum vota expleta. Nos autem absumus, quos maxime adesse ac simul vota facere oportebat. Quin id quoque promiseram, siquidem cupiditati spes suberat: magnam enim ad fallendum vim habet aliquid velle. Atque ipse quidem, cum sæpe proficisci parassem, ac sæpe rursum cunctatus essem, tandem a morbo superatus sum. Alii igitur amores vocent (quandoquidem nuptiis consentaneus est lusus), ac virginis pulchritudinem pingant, sponsique venustatem vicissim attollant, thalamumque ut floribus, ita sermonibus conspergant. Ego vero nuptiale meum carmen vobis accinam: *Benedicat vos Dominus ex Sion*[13]; atque ipse matrimonium concinnet: *Et videas filios filiorum tuorum*[14]; pene addidi, te quoque meliores ac præstantiores. Hoc et vobis, si adessem, orassem; et nunc opto. Cætera autem vobis curæ sint, ac pater filiam vittis redimiat, ut optavit. Hoc enim, et sicuti nuptiis interfuimus, præscripsimus; nempe ipsorum coronas esse, nostrum autem esse preces, quas scio locis minime definitas ac circumscriptas.

[13] Psal. cxxvii, 5. [14] ibid. 6.

(59) *Μᾶλλον ὦμεν.* Pro ὦμεν Bill. proponit ἐρῶμεν, *nosque mutuo majori amore prosequamur.*

(60) *Πραγματεύεται.* Cod. πραγματεύηται, *atque id agat ac moliatur Deus.*

(61) *Τιμιότητι.* Nonnulli codd. ac Combef. λογιότητι, *ad vestram facundiam.* Mox, pro περὶ ὑμῶν, Bill. proponit ὑπὲρ ὑμῶν.

(62) Alias CLXXI. Scripta eodem forte tempore.

(63) *Εὐώπιον ἡ φιλτάτη.* Bill. *Evopia tui amores ac deliciæ.*

(64) *Εἰς ἀπάτην.* Cod. 2022, et R. εἰς ἀγάπην, *ad amandum.*

(65) *Ἠττήθην τῆς ἀῤῥωστίας.* Combefisius: *Morbo succubui.*

(66) *Μετὰ τῶν ἀνθῶν.* Ita cod. et Combef. In edit. μετὰ τῶν ἀνθέων.

(67) *Προσάσω.* Ita cod. 1405, ac Combef. In edit. προσάσων.

Digitized by Google

191 CCXXXII. DIOCLI. ΣΛΒ'. ΔΙΟΚΛΕΙ (68).

Ejusdem ac duæ superiores argumenti hæc est epistola ad Diocletem de filiæ nuptiis, quibus optat ut Christus intersit ac modestia, omniaque in melius, velut aqua in vinum, convertantur. Modesta enim et composita Christianorum matrimonia esse oportet.

Etsi ad filiæ nostræ nuptias minime vocati, adsumus tamen, et festum simul agitantes, et animi alacritatem præferentes, et vobis optima et pulcherrima quæque optantes. Unum autem bonorum illud est, ut Christus nuptiis intersit (porro ubi Christus est, modestia quoque est), atque aqua in vinum convertatur, hoc est, ut cuncta in melius immutentur, sic nimirum, ut quæ misceri nefas est, inter se minime misceantur, nec episcopi cum sannionibus copulentur, nec preces cum plausibus, nec psalmodiæ cum tibicinum cantibus. Operæ pretium enim est, ut, quemadmodum cætera omnia, sic etiam Christianorum nuptiæ modestæ et compositæ sint. Modestia porro in gravitate sita est. Hæc nuptiis munera offerimus : tu vero pro his obedientiam nobis repende. Generum autem, si his obsequitur, filium velim habeas; sin minus, militem.

A Οὔτε κεκλήμεθα (69) πρὸς τοὺς γάμους τῆς θυγατρὸς ἡμῶν, καὶ πάρεσμεν, καὶ συνεορτάζοντες, καὶ συμπροθυμούμενοι, καὶ ἐπευχόμενοι πᾶν ὑμῖν ὁ κάλλιστον. Ἓν δὲ τῶν καλῶν παρεῖναι Χριστὸν τοῖς γάμοις (οὗ δὲ ὁ Χριστὸς (70), εὐκοσμία), καὶ τὸ γενέσθαι οἶνον τὸ ὕδωρ, τὸ δέ ἐστι, πάντα μεταποιεῖσθαι εἰς τὸ βέλτιον (71)· οὕτως, ὡς μὴ τὰ ἄμικτα μίγνυσθαι, μήτε εἰς ταυτὸν ἄγειν ἐπισκόπους καὶ γελωτοποιούς, εὐχὰς καὶ κρότους, ψαλμῳδίας καὶ συναυλίας. Δεῖ γὰρ ὥσπερ τἄλλα πάντα, οὕτω καὶ τοὺς γάμους Χριστιανῶν ἔχειν τὸ εὔκοσμον· κόσμος δὲ ἡ σεμνότης (72). Ταῦτα δωροφοροῦμεν τῷ γάμῳ· σὺ δὲ ἡμῖν ἀντιδοίης τὴν εὐπείθειαν (73). Τὸν δὲ γαμβρὸν, εἰ μὲν ἕπεται τούτοις, ἕξεις (74) υἱόν· εἰ δὲ μή, στρατιώτην.

CCXXXIII. ABLABIO. ΣΛΓ'. ΑΒΛΑΒΙΩ (75).

Ablabium monet ne, dum cupit sophista esse, virtutis oblitus, nihil aliud sit quam sophista; simulque sophisticum supercilium ludicre pingit.

Sophistices amore te flagrare audio, ac mirificum quiddam existimare, graviter ac magnifice loqui, excelsum vultum præferre, alte ac sublimiter ingredi, atque ingentes tuos spiritus in Marathonem et Salaminem, illa, inquam, vestra ornamenta, tendere, nihilque aliud quam Miltiades et Cynægiros, Callimachos et Telemachos cogitare, ac denique omnibus rebus sophistice, ac quam proxime ad conatum tuum et institutum tuum, instructum esse. Quod si igitur una cum hac re virtutis quoque nonnulla tibi ratio est, noster es, atque gloria nominisque celebritas tibi via et ordine progreditur. Sin autem nihil aliud, quam sophista es, nostramque amicitiam obliviscaris, eaque, quæ de bono et honesto persæpe inter nos disseruimus, nihil aliud gravius ac molestius dicam. Illud **192** autem fortasse dictu non immoderatum fuerit : scito te parumper quidem inter adolescentes lusurum; quam plurimum autem te tibi ipsi lusui ac ludibrio fore, cum ad bonam mentem veneris. Sed id serius.

B Πυνθάνομαί σε σοφιστικῆς ἐρᾶν, καὶ τὸ χρῆμα εἶναι θαυμάσιον, οἷον σοβαρὸν φθέγγεσθαι, μέγα βλέπειν, βαδίζειν ὑψηλὸν καὶ μετέωρον, τὸ λῆμά (76) σοι φέρειν ἐκεῖσε εἰς Μαραθῶνα καὶ Σαλαμῖνα, ταῦτα δὴ τὰ ὑμέτερα καλλωπίσματα, καὶ μηδὲν (77) ἐννοεῖν, ὅτι μὴ Μιλτιάδας καὶ Κυναιγείρους, Καλλιμάχους τε καὶ Τηλεμάχους, καὶ πάντα ἐσκευάσθαι (77') σοφιστικῶς, καὶ ὅτι ἐγγύτατα τῆς ἐγχειρήσεως. Εἰ μὲν οὖν (78) μετὰ τούτου καὶ ἀρετῆς ποιῇ τινα λόγον, ἡμέτερος εἶ, καὶ καθ' ὁδόν σοι πρόεισι (78') τὰ τῆς εὐδοκιμήσεως· εἰ δὲ τὸ ὅλον εἶ σοφιστὴς, καὶ τῆς (79) ἡμετέρας ἐπιλανθάνῃ φιλίας, ὧν τε πρὸς ἀλλήλους πολλάκις περὶ τοῦ καλοῦ διελέχθημεν, ἄλλο μὲν οὐδὲν ἐρῶ δυσχερές (79'). Ἐκεῖνο δὲ εἰπεῖν ἴσως μέτριον· ἴσθι, βραχέα μὲν παίζων ἐν τοῖς μειρακίοις, πλεῖστα δὲ ὑπὸ σεαυτοῦ παιχθησόμενος (80), ἡνίκα ἂν ἔλθῃ σοι τὸ φρονεῖν· ἀλλ' εἰς ὕστερον.

C

(68) Alias CXCIII. Scripta eodem forte tempore.

(69) *Κεκλήμεθα.* Ita cod. Par., Montac., Morel. ac Combef. In edit. κεκληρώμεθα.

(70) *Οὗ δὲ ὁ Χριστός.* Ita quatuor codd. Regg. Edit. τοῦ δὲ Χριστός.

(71) *Εἰς τὸ βέλτιον.* Cod. 1405 et Morel. πρὸς τὸ βέλτιον.

(72) *Κόσμος δὲ ἡ σεμνότης.* Ita cod. 2022, Morel. et Combef. In edit. vitiose κόσμον δὲ τῆς σεμνότης.

(73) *Εὐπείθειαν.* Cod. 1405, et Montac. εὐπάθειαν.

(74) *Ἔχεις.* Forte melius ἔχοις.

(75) Alias CXXXI. Scripta incerto tempore. — *Ἀβλαβίῳ.* Cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef. Εὐλαβίῳ.

(76) *Τὸ λῆμα.* Ita cod. et Combef. Legendum proponunt Montac., Morel. ac Bill. τὸ λῆμμα. Sed aliud est, ait Combef., neque hic aptum. Mox, pro ἐκεῖσε, cod. Reg. et Combef. ἐκεῖθεν.

D

(77) *Καὶ μηδέν.* In cod. Reg. καί deest.

(77') *Καὶ πάντα ἐσκευάσθαι.* Ita codex et Combefisius. In edit. καί deest. Montac. et Morel. πάντα σε ἐσκευάσθαι.

(78) *Εἰ μὲν οὖν.* Ita cod. Reg. ac Combef.; ita etiam Montac. et Morel., qui pro μετὰ τούτου καὶ ἀρετῆς, habent μετὰ ταύτης ἀρετῆς. In edit. οὖν deest.

(78') *Σοὶ πρόεισι.* Ita cod. et Combef. In edit. προῖοι, quod Bill. : *Atque ut gloria nominisque celebritas tibi via et ordine progrediatur velim.*

(79) *Εἰ δὲ τὸ ὅλον εἶ σοφιστὴς, καὶ τῆς*, etc. Ita cod. et Combef. In edit. εἰ δὲ ὅλον εἶ σοφιστὴς, καὶ τὰ τῆς.

(79') *Οὐδὲν ἐρῶ δυσχερές.* Ita cod. Reg., Montac., Morel. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ἐρῶ deest.

(80) *Ὑπὸ σεαυτοῦ παιχθησόμενος.* Ita cod. Reg. Vitiose in edit. πηχθησόμενος.

Digitized by Google

ΣΛΔ'. ΟΛΥΜΠΙΑΝΩ (80*).

CCXXXIV. OLYMPIANO.

***Olympianus**, judex optimus et orator eloquentissimus, Cappadociæ præfectus, librum* Epistolarum *Aristotelis a Gregorio acceperat, quem exposcit Gregorius, significatque his litteris se recipere, ne* tam incorrupti judicis *tentata a se integritas dicatur.*

Τὸ πυκτίον ὅπερ εἴληφας παρ' ἡμῶν, τὰς Ἀριστοτέλους *Ἐπιστολὰς*, ἐδυνάμην μὲν μὴ ἀνακομίσασθαι, ἀλλὰ παρὰ σοὶ μένειν ἐᾶσαι, λογίῳ τε δῶρον οἰκεῖον, καὶ φιλίας ὑπόμνημα δεξιόν. Ὡς ἂν δὲ μὴ γραφὴν ἀπενέγκῃς καθ' ἡμῶν τῆς εἰς ἀρχὴν παρανομίας καὶ ὕβρεως, ὡς καὶ ῥήτωρ (81) δεινότατος καὶ δικαστὴς ἄριστος, ὅτι διαφθείρειν ἐπιχειροῦμεν δικαστὴν οὕτως ἀνάλωτον, καὶ παντὸς ὑψηλότερον λήμματος, ἡκέτω πάλιν ἡμῖν ὃ δεδώκαμεν. Μισθὸν δὲ ζητοῦμεν παρὰ τῆς σῆς λογιότητος, ἄλλο μὲν οὐδὲν, (τί γὰρ ἂν καὶ δοίης ἡμῖν τὸ μηδὲ ἔχειν φιλοσοφοῦσιν;) αὐτὸ δὲ τὸ ἐπιστέλλειν· ἵνα σοι καὶ πρὸς λόγον ᾖ τὸ τῆς ἀντιδόσεως, τὴν ἐπὶ ταῖς *Ἐπιστολαῖς* χάριν δι' ἐπιστολῶν διαλύοντι.

A Librum quem a nobis accepisti, quo Aristotelis *Epistolæ* continentur, poteram quidem non recipere, verum penes te relinquere, munus videlicet erudito viro aptum, et commodum amicitiæ monimentum. Verum ne, ut orator eloquentissimus et judex optimus, iniquitatis et contumeliæ adversus præfecturæ dignitatem admissæ dicam nobis impingas, quod tam integrum et incorruptum judicem atque omni quæstu sublimiorem, corrumpere tentamus, redeat ad nos id quod dedimus. Mercedem autem a te, viro erudito, nullam aliam postulamus, (quid enim nobis dares, quibus nihil habere studio est?) quam hoc ipsum, ut ad nos scribas.
B Sic enim æqua tibi remuneratio erit, *Epistolarum* beneficium per epistolas dissolventi.

ΣΛΕ'. ΑΔΑΜΑΝΤΙΩ (81*).

CCXXXV. ADAMANTIO.

***Rhetoricæ libros postulanti Adamantio, scribit Gregorius petendos potius sacræ Scripturæ libros utpote utiliores et aptiores. Mittit tamen quos postulaverat, quotquot lineas et mures effugerunt, monetque iis cum praclare usurum,* si Dei metus, quem ab omnibus et ubique coli oportet, superet vanitatem. *Si minus philosophicum Adamantio videatur quod pretium librorum postulet, Gregorius respondet :* Tu mihi pretium solve, objectionem autem solvent pauperes.

Αἰτεῖς (82) πυκτία παρ' ἡμῶν εἰς ῥητορικὴν ἀνηβάσκων (82*), ἣν ἡμεῖς κατελύσαμεν, ἐκ Θεοῦ τε καὶ διὰ Θεὸν ἄνω νεύσαντες. Ἐπειδὴ ἐχρῆν ποτε παύσασθαι παίζοντας ἡμᾶς, καὶ τὰ μειρακίων ψελλιζομένους, καὶ πρὸς τὴν ἀληθινὴν ἀνακύψαι παίδευσιν, καὶ δοῦναι τῷ Λόγῳ τοὺς λόγους μετὰ τῶν ἄλλων, ἃ ποτε εἴχομεν. Κάλλιον μὲν εἰ θεϊκὰς ᾔτεις βίβλους, ἀλλὰ μὴ ταύτας· ἐπεὶ καὶ λυσιτελεστέρας σοι καὶ οἰκειοτέρας ἐκείνας οἴδαμεν. Ἐπειδὴ δὲ τὰ χείρω νικᾷ καὶ μεταπείθειν οὐκ ἔστιν, ἰδού σοι καὶ τὰ πυκτία παρ' ἡμῶν ἅπερ αἰτεῖς (83), ὅσα τοὺς σῆτας διέφυγε, καὶ τὸν καπνὸν, ὑπὲρ οὗ κατέκειτο, καθάπερ τοῖς ναυτικοῖς τὰ πηδάλια (83*) μετὰ τὸν πλοῦν καὶ τὴν ὥραν. Σὺ δέ μοι προεισένεγκε τῆς σοφιστικῆς μὴ μικρολόγως, μηδὲ ἀμυδρῶς, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπιδεικτικῶς καὶ γενναίως, ἐπειδὴ καὶ πολλοῦ ἄξιον ὑμῖν οἱ Κυναίγειροι, καὶ οἱ Καλλίμαχοι, καὶ τὰ τρόπαια Μαραθών τε καὶ Σαλαμὶς, ὑφ' ὧν αὐτοί τε εὐδαίμονες εἶναι νομίζετε, καὶ ποιεῖν τοὺς νέους. Ταῦτα μὲν εἰς τοσοῦτον παιζέσθω (84), εἰ καὶ ἔξω τοῦ καιροῦ καὶ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως· ἀλλ' ἐκ τῆς παλαιᾶς συνηθείας. Σὲ δὲ εἴη καὶ κτήσασθαι ταῦτα, καὶ χρήσασθαι εἰς καλὸν τοῖς κτηθεῖσι. Χρήσῃ δὲ οὕτω, τοῦ θείου φόβου νικῶντος τὴν ματαιότητα (ὃν πᾶσι καὶ πανταχοῦ τιμητέον), ὅσον

C Libros a nobis petis, ad rhetoricen repubescens, quam nos abjecimus, cum divino instinctu ac Dei causa in cœlum oculos ereximus. Siquidem nos aliquando tandem finem ludendi, ac puerili more balbutiendi facere oportebat, atque ad veram eruditionem aspirare, ac Verbo sermones una cum iis omnibus, quæ quondam habebamus, muneri dare. Ac pulchrius quidem faceres, si divinos libros, non autem hos peteres; quandoquidem illos quoque tibi utiliores atque aptiores esse scimus. Quoniam autem deteriora superiores partes obtinent, nec a sententia deduci potes, en libros eos a nobis habes, quos postulas, eos, inquam, omnes qui lineas effugerunt fumumque supra quem siti erant, quemadmodum nautis gubernacula post navigationem ac navigandi tempus. Tu vero sophisticen adhibe, non minute **193** et ignave, sed perquam ambitiose ac fortiter : quandoquidem
D apud vos quoque magno in honore ac pretio sunt Cynægiri et Callimachi, ac Marathonis et Salaminis trophæa : ob quæ et felices vos ipsos esse existimatis, et felicitatem adolescentibus afferre. Atque hæc joco dicta sint, etiamsi a tempore et a nostro instituto aliena, at ex veteri nostra consuetudine. Tibi autem hæc adipisci contingat, et

(80*) Alias CLXV. Scripta incerto tempore. — *Ὀλυμπιαρῷ*. Cod. 1405, Ὀλυμπίῳ.

(81) *Ὡς καὶ ῥήτωρ*. Ita iidem codd. et alii quorum auctoritate delevimus ὁ. In edit. ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ.

(81*) Alias CXCIX. Scripta incerto tempore.

(82) *Αἰτεῖς*. Ita cod., Montac., Morel., Bill. ac Combef. In edit. ᾔτεις.

(82*) *Ἀνηβάσκων*. Cod. 1405, Montac. et Morel. ἀναβαίνων.

(83) *Ἅπερ αἰτεῖς*. Ita id. cod. et Combef. In edit. ἅπερ ζητεῖς.

(83*) *Τοῖς ναυτικοῖς τὰ πηδάλια*. Hanc comparationem ab Hesiodo mutuavit Gregorius. Vide notas ad epistolam XI.

(84) *Εἰς τοσοῦτον παιζέσθω*. Cod. 1405 πεπαίχθω. In eo cod. deest ἡμῖν, quod habent editi Montac., Morel. et Combef. εἰς τοσοῦτον πεπαίχθω. In edit. εἰς τοσοῦτον ἡμῖν παιζέσθω.

Digitized by Google

adeptis commode uti. Sic porro uteris, si Dei metus (qu m ab omnibus et ubique coli oportet) vanitatem, quantum fieri potest, superet, etiamsi hanc non omnino excutiamus. Quod si hæc quidem tibi recte dici videntur, at minime philosophicum esse librorum pretium postulare : tu mihi pecuniam solve, objectionem autem tuam solvent pauperes.

A ἐνδέχεται, εἰ καὶ μὴ παντελῶς αὐτὴν ἀποσκευαζόμεθα. Εἰ δέ σοι ταῦτα μὲν ὀρθῶς δοκεῖ λέγεσθαι, οὐ φιλόσοφον δὲ εἶναι τὸ τιμὴν τῶν πυκτίων αἰτεῖν· σύ μοι τὰ χρήματα (85), λύσουσι δὲ οἱ πένητες τὴν ἀντίθεσιν.

CCXXXVI. LIBANIO SOPHISTÆ.

ΣΛϚ'. ΛΙΒΑΝΙΩ ΣΟΦΙΣΤΗ (86).

Hæc epistola, brevissima omnium, Libanio, sophistæ famoso, ut videtur, matris nomine scripta est, cum Gregorius ejus esset auditor.

Mater patri filium misi : naturalis, inquam, mater, eloquentiæ patri. Ut igitur mihi curæ sit, tibi curæ erit.

Μήτηρ πατρὶ πέπομφα παῖδα (87), ἡ κατὰ φύσιν τῷ κατὰ λόγους (88). Ὅπως οὖν μοι μελήσῃ, σοὶ μελήσει.

CCXXXVII. MACEDONIO.

ΣΛΖ'. ΜΑΚΕΔΟΝΙΩ (89).

Incertioris adhuc temporis sunt quam superiores, epistolæ quæ sequuntur. Ista ad Macedonium mera est gratiarum actio de acceptis beneficiis. Suum ipsi psalten remittit.

Nos in beneficiis ab amicis accipiendis haudquaquam insaturabiles sumus, etsi tu ad beneficia danda uberrimus et copiosissimus sis. Ac propterea psalten quoque, ut inter nos convenerat, ad te remisimus, virum cum alioqui optimum (quantum brevi temporis spatio perspeximus), tum etiam fortasse tibi gratum, propter psalmodiam, Dei ac salutis memoriam perpetuo refricantem. Quod si rursum, cum tibi visum fuerit, atque occasio sese obtulerit, beneficio nos complectaris, melius facies, idque tuo erga nos amori magis consentaneum erit.

B Οὐκ ἄπληστοι περὶ τὸ πάσχειν (90) εὖ παρὰ τῶν φίλων ἡμεῖς, εἰ καὶ σὺ πρὸς τὸ ποιεῖν ἄφθονος. Διὰ τοῦτό σοι τὸν ψάλτην ἀπεπέμψαμεν (91) κατὰ τὰ συγκείμενα, βέλτιστόν τε ἄλλως ὄντα (ὅσον ἐν βραχεῖ χρόνῳ καταμαθεῖν), καί σοι κεχαρισμένον ἴσως διὰ τὴν ψαλμῳδίαν, ὑπόμνησιν ἔχουσαν ἀεὶ Θεοῦ καὶ τῆς σωτηρίας. Εἰ δὲ καὶ πάλιν εὐεργετήσεις ἡμᾶς, ἡνίκα ἂν ᾖ τοῦτό σοι φίλον, καὶ καιρὸς φαίνηται (92), ποιήσεις ἄμεινον, καὶ μᾶλλόν τι τῆς σῆς τοῦτο φιλίας.

C

194 CCXXXVIII.

ΣΛΗ' (93).

Consolatoria est hæc epistola ad monachos et virgines, in eodem monasterio, sive mistum esset, ut vocant, sive duplex, degentes, qui de morte abbatis contristabantur. Gratiarum actionis causam, non vero mœroris esse id quod contigerat, docet Gregorius ; nempe quod athleta, post præclarum certamen, ab arbitro certaminis assumptus sit et justitiæ coronam acceperit. *Deinde hortatur ut defuncti virtutes,* puritatem, lenitatem et humilitatem, *in suis quique moribus effingant, ut ejus viva sint mortui* monimenta, *atque in ipsis ille reviviscat.*

Pientissimæ atque omnibus rebus in Christo ornatissimæ fraternitati, quæ est in Sannabadaa beati Leucadii, inter monachos et virgines, in Christo Jesu sanctificatos, Gregorius in Domino salutem.

Id quidem, quod Dei consilio ac providentia contigit, prudentibus viris gratiarum actionis, non lacrymarum materia est, nempe quod athleta post præclarum certamen quo perfunctus est, ex arena excesserit, atque a certaminis arbitro assumptus sit, ut justitiæ coronam acciperet, ac per eum

C Τῇ εὐλαβεστάτῃ καὶ κατὰ πάντα (94) κεκοσμημένῃ ἐν Χριστῷ ἀδελφότητι τῇ κατὰ Σανναβαδάην (95) τοῦ μακαρίου Λευκαδίου, ἐν μονάζουσι καὶ παρθένοις (96) ἡγιασμένοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, Γρηγόριος ἐν Κυρίῳ χαίρειν (97).

Τὸ μὲν γενόμενον κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ, εὐχαριστίας, οὐ δακρύων (98) ὑπόθεσίς ἐστι τοῖς γε νοῦν ἔχουσι, τὸ ἔξωθεν (99) τοῦ σταδίου γενέσθαι τὸν ἀθλητὴν μετὰ τῆς καλῆς ἀγωνίας ἧς ἠγωνίσατο, καὶ παραληφθῆναι παρὰ τοῦ ἀγωνοθέτου, ὥστε ἀπολαβεῖν τὸν τῆς δικαιοσύνης στέφανον, καὶ πλεονάσαι

(85) *Σύ μοι τὰ χρήματα.* Bill. legendum censet χρήματα πάρεχε vel λύε, sed plana satis et elegans locutio, etiamsi nihil addatur.

(86) Alias CCIII. Scripta incerto tempore.

(87) *Πέπομφα παῖδα.* Cod. Reg. πέπομφα παῖδας.

(88) *Τῷ κατὰ λόγους.* Ita cod. 1405 et Combef. In edit. τὸ κατὰ λόγους.

(89) Alias CXXIV. Scripta incerto tempore.

(90) *Περὶ τὸ πάσχειν.* Cod. Pass. παρὰ τὸ πάσχειν.

(91) *Ἀπεπέμψαμεν.* Ita cod. Reg. ac Combef., sicque legit Bill. In edit. ὑπεπεμψάμην.

(92) *Φαίνηται.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. φανεῖται.

(93) Alias CLXXX. Scripta incerto tempore.

(94) *Κατὰ πάντα.* Ita cod. In edit. διὰ πάντων.

(95) *Σανναβαδάην.* Montac. Σανναβόδα. Ita et Morel. qui etiam cum Combef. Σανναβοδάην.

(96) *Ἐν μονάζουσι καὶ παρθένοις.* Combef. : *Monachorum et virginum.*

(97) *Χαίρειν.* Ita cod. Reg., Morel. et Combef. In edit. χαίνειν.

(98) *Εὐχαριστίας, οὐ δακρύων.* Ita cod. 1405 ac Combef. At Montac. et Morel. κατὰ πάντα εὐχαριστίας, οὐ δακρύων, *omnino gratiarum actionis, non lacrymarum.* In edit. εὐχαριστίας deest.

(99) *Τὸ ἔξωθεν.* Ita cod., Morel. ac Combef. In edit. τὸ ἔξω.

Digitized by Google

δι' ἑαυτοῦ τὸν τῶν (1) ἀγγέλων χορόν. Πάντα ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα χαρᾶς καὶ εὐφροσύνης ἀφορμὴ (2) τοῖς πρὸς τὴν ἀλήθειαν βλέπουσι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον γίνεται. Ἐπειδὴ δὲ συνήθειά τις ἐκράτησεν ὥστε καὶ σκυθρωπάζειν ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῶν ἁγίων, καὶ τῆς παρὰ τῶν ἀγαπητῶν παρακλήσεως ἀξιοῦσθαι, τούτου ἕνεκα σκυθρωπὸν μέν τι καὶ κατηφὲς, οὔτε λαλῆσαι καταδεχόμεθα (3), οὔτε ὑμῖν συμβουλεύομεν ὑποσχεῖν τὰς ἀκοὰς τοῖς τοιούτοις τῶν λόγων. Τὴν δὲ χρεωστουμένην παράκλησιν ἀποπληροῦμεν, ἐν τῷ συμβουλεῦσαι (4) τῇ κοσμιότητι ὑμῶν, ἀεὶ πρὸς ἐκεῖνον βλέπειν, διὰ τοῦ πρὸς ἀλλήλους ὁρᾶν. Τοῦτο γὰρ εὐχόμεθα, ἕκαστον καὶ ἑκάστην τῷ βίῳ τοῦ μακαρίου μορφωθῆναι, ὥστε ὅταν ἀλλήλους ὁρᾶτε, πληροφορεῖσθαι ὑμᾶς, ὅτι τῷ ἐκείνου χαρακτῆρι ἐνατενίζετε. Μορφούτω τὴν ζωὴν ὑμῶν τὸ ἐκείνου καθαρὸν, τὸ ἀόργητον, ἡ ταπεινοφροσύνη, ἡ ἐνεργὴς φιλοσοφία (5), τὸ ἀεὶ πρὸς τὸν Θεὸν συντεταμένην τὴν ψυχὴν ἔχειν, τὸ μὴ πρὸς τὰς ἀπάτας τοῦ βίου τούτου μετεωρίζεσθαι (6)· ἵνα ταῦτα ἐν ἀλλήλοις (7) βλέποντες, τὸ ἐκείνου μνημόσυνον ἐν ἑαυτοῖς ζωγραφήσητε, καὶ οὔτε ἐκεῖνος, οὔτε ὑμεῖς ἐν θανάτῳ γενήσησθε. Ἐν γὰρ τῷ ὑμετέρῳ βίῳ κἀκεῖνος ζῶν διαπαντὸς ἐπιδειχθήσεται, καὶ ὑμεῖς διὰ τῆς ἀγαθῆς πολιτείας, τῆς τοῦ θανάτου κοινωνίας ἀλλοτρίους ἑαυτοὺς καταστήσετε. Ἐρρωμένους ὑμᾶς, ψυχῇ καὶ σώματι προκόπτοντας (8), ἐν τῇ δυνάμει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁ Κύριος σκεπάζοι (9) μεμνημένους ἡμῶν ἐν ταῖς προσευχαῖς.

A angelorum chorus augeretur. Hæc, inquam, atque alia ejusmodi, iis, qui ex Evangelii præscripto conjectos in veritatem oculos habent gaudii ac lætitiæ argumentum exsistunt. Quoniam autem usus quidam et consuetudo hoc obtinuit, ut ob sanctorum virorum ex hac vita discessum et mœrore afficiamur, et ab iis, qui chari nobis sunt, consolationem accipiamus; eam ob causam triste quidem ac mœstum aliquid, nec loqui sustinemus, nec, ut hujusmodi sermonibus aures subjiciatis, auctores vobis sumus. At vero eo, quod debemus, consolationis munere fungimur, illud scilicet vos monentes, ut per mutuum vestrum conspectum semper eum ante oculos propositum habeatis. Hoc enim optamus, ut quisque et quæque ad beati illius viri vitam sese componant, ita ut, dum vos invicem conspicitis, illud vobis persuasum sit, vos ipsius notas ac formam intueri. Vestram vitam informet ipsius puritas, lenitas, humilitas, actuosa philosophia, perpetua animi ad Deum contentio, nec ad hujus vitæ fraudes suspendi ac distrahi. Sic enim fiet, ut hæc alii in aliis perspicientes ipsius monimentum in vobis ipsis effingatis, nec aut ille, aut vos in morte sitis. Nam et ille in vestra vita perpetuo vivens ostendetur, et **195** vos rursum per probam et honestam vitæ rationem a mortis commercio alienos vos reddetis. Sanos vos et incolumes, atque et animo et corpore proficientes, nostrique in precibus vestris memores, in Spiritus sancti virtute Dominus protegat.

B

ΣΛΘ'. ΕΠΙΦΑΝΙΩ (10).

CCXXXIX. EPIPHANIO.

Epiphanium quemdam ad amicitiæ certamen, ac litteris ultro citroque mittendis dimicandum, festive prorsus juvenem provocat senex, seque Nestore nihilo spondet ignaviorem.

Νόμῳ προκαλοῦμαι νόμον, τὸν κελεύοντα τιμᾶσθαι πατέρα (11), τῷ κελεύοντι διδάσκεσθαι παῖδας. Νῦν μὲν οὖν (12) ἐξηγοῦμαί σοι πρὸς τὰ κάλλιστα, καὶ οἷον δεξιὰν φιλίας δέχου τὰ γράμματα. Εἰ δὲ ἀντεπιθείης (13), καὶ πολλάκις τοῦτο ποιεῖν βουληθείης, ἴσως ποιήσεις καὶ γέροντα αἰχμητὴν, οὐδὲν τοῦ Νέστορος ἀγεννέστερον.

C Lege legem provoco, ea nimirum quæ filios erudire jubet, eam quæ patri honorem habere imperat. Nunc igitur ad res præclarissimas ducem me tibi præbeo: ac velut amicitiæ dextram litteras nostras accipe. Quod si impetum contra facias, ac sæpe id facere in animum inducas, fortasse senem quoque pugnacem reddes, Nestore nihilo ignaviorem.

ΣΜ'. ΜΕΛΕΤΙΩ (14).

CCXL. MELETIO.

Non absimilis argumenti est epistola, qua Meletium, studiorum aliquando socium, ad scribendum excitat; desidiam exprobrans, suam ipse fatetur, amicumque hortatur ut litteris deinceps ostendat quid illi sua curæ sit amicitia.

Οὔτε ἐδεξάμην σου γράμματα (15) πώποτε, τοσοῦτος ἐξ οὗ χρόνος ἦδη, πῶς οἴει, ποθῶν· οὔτε

Tanto jam tempore nec ullas a te litteras accepi, tametsi, ut putas, id expetens: nec ipse ad

D

(1) *Δι' ἑαυτοῦ τὸν τῶν.* Sic iidem. In edit. δι' αὐτοῦ τῶν.

(2) *Ἀφορμὴ.* Vocem hanc addimus ex cod. 1405, et aliis pluribus auctoritatibus.

(3) *Καταδεχόμεθα.* Cod. δυνάμεθα.

(4) *Συμβουλεῦσαι.* Ita cod. 1405, Montac., Morel. ac Combef. In edit. συμβουλεύειν.

(5) *Ἐνεργὴς φιλοσοφία.* Ita codex 2022, ac Combefisius qui sic vertit hunc locum: *Strenua et acris philosophia.* Editi ἐνεργός.

(6) *Μετεωρίζεσθαι.* Combef.: *Nec ad ejus sæculi fraudes animis efferri ac insolescere.*

(7) *Ἐν ἀλλήλοις.* Ita cod. Morel. ac Combef. sicque legit Bill. In edit. ἐν ἄλλοις.

(8) *Προκόπτοντας.* Ita cod., Morel. ac Combef. Vitiose in edit. προκόπτον.

(9) *Σκεπάζοι.* Ita cod., Morel. ac Combef. In edit. σκεπάζῃ.

(10) Alias CIV. Scripta incerto tempore.

(11) *Τιμᾶσθαι πατέρα.* Cod. 1405, et Combef. πατέρας, *parentes.*

(12) *Νῦν μὲν οὖν.* Sic iidem. In edit. οὖν deest.

(13) *Ἀντεπιθείης.* Ita cod. Reg. et Combef. In edit. ἀντεπιτιθείης.

(14) Alias CXLIII. Scripta incerto tempore.

(15) *Σοῦ γράμματα.* Montac. et Morel. σοῦ γράμμα.

Digitized by Google

te scripsi, minime dubito quin id etiam expetentem. O ingentem cessationem ac desidiam, ne dicam stuporem! Pene quoque nobis, quantum ad somnum attinet, Arganthonius rediit : ita diu dormiimus. Ubi nobis illa sodalitas? ubi communes sermones et cœtus, et dulcis ille ac perennis fons, unde hauriebamus? Equidem ipse et exsurgo et pulverem excutio, quemadmodum Achillis equi, serius id licet (vereor enim dicere), ac setam succutio. Ne me, quæso, cavillari existimes. Tu vero ecquid amicitiam nostram cures, et litteris tuis conspicuum fiet.

A ἐπέσταλκα (16), πείθομαι δὲ ὅτι καὶ αὐτῷ ποθοῦντι. Ὢ τῆς ἀργίας, ἵνα μὴ εἴπω τῆς ἀναλγησίας! Μικρὸν καὶ ὁ Ἀργανθώνιος (17) ἡμῖν εἰς ὕπνου λόγον, οὕτως ἐκαθευδήσαμεν. Ποῦ μὲν ὁ θίασος (18) ἡμῖν ἐκεῖνος; ποῦ δὲ οἱ κοινοὶ λόγοι καὶ σύλλογοι, καὶ ἡ γλυκεῖα πηγὴ καὶ ἄφθονος, ἀφ' ἧς ἠρυόμεθα; Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ διανίσταμαι, καὶ τὴν κόνιν ἀποσείομαι, κατὰ τοὺς Ἀχιλλέως ἵππους, ὀψὲ γοῦν (ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν), καὶ τὴν χαίτην ἀνασείομαι. Μή με κωμῳδεῖν ὑπολάβῃς. Σοὶ δὲ εἴ τι μέλει τῆς ἡμετέρας φιλίας, ἐξ ὧν ἐπιστέλλεις δηλωθήσεται.

CCXLI. ABUGRIO.

ΣΜΑ'. ΑΒΟΥΓΡΙΩ (19).

Hanc epistolam extremis vitæ Gregorii diebus scriptam constat ; quippe quam scripsit cum vix tantilla vitæ scintilla *superesset, ut spirare liceret. Abugrio fausta precatur.*

Fama bonorum nuntia nobis memorare non intermittit, te emicare stellarum instar, qui modo in hac, modo in illa barbaricæ oræ parte exoriaris : nunc stipendia militaria et annonas erogando, nunc in **196** regis conspectum cum splendido ornatu prodeundo. Deum precamur ut tibi fausto, prout æquum est, conatu, ad summum evadas dignitatis gradum, utque contabescenti quandoque conspicuus appareas : tanta enim vitæ nobis inest scintilla, quanta ad respirationem solam sufficiat.

B Διάττειν σε ὡς τοὺς ἀστέρας, ἄλλοτε κατ' ἄλλο μέρος τῆς βαρβαρικῆς ἀνίσχοντα, νῦν μὲν σιτηρέσια στρατιωτικὰ παρέχοντα, νῦν δὲ βασιλεῖ φαινόμενον μετὰ λαμπροῦ τοῦ σχήματος, ἡ τῶν ἀγαθῶν ἄγγελος φήμη ἀγγέλλουσα ἡμῖν οὐ διαλείπει. Εὐχόμεθα δὲ τῷ Θεῷ κατὰ λόγον μέν σοι προϊοῦσαν τὴν ἐπιχείρησιν, ἐπὶ μέγα σε προελθεῖν ἀξίωμα, καὶ φανῆναί ποτε τηκομένῳ (20). Τοσοῦτον γὰρ μέτεστιν ἡμῖν τοῦ βίου, ὅσον ἀναπνεῖν μόνον.

CCXLII. PETRO.

ΣΜΒ'. ΠΕΤΡΩ (21).

Germanarum Gregorii epistolarum agmen claudit hæc, quam ad Petrum scripsit. Jam enim annis, senectute morboque fractus, *e vita discessurus*, metu ac sollicitudine discessus laborans, *imminentem mortem exspectabat.*

Diuturno tempore alter ab altero remoti fuimus, atque nec mutuo conspectu nobis frui, nec per litteras colloqui contigit. Verum hanc disjunctionem corporum duntaxat, ac non item animorum esse confido. Nunc autem cum occasio se offert, et pietatem tuam saluto, et vicissim a te peto, ut pro nobis, qui et senectute, et morbo, et vitæ actæ, ac discessus e vita metu ac sollicitudine laboramus, preces ad Deum adhibeas.

C Πλεῖστον ἐμακρύναμεν ἀπ' ἀλλήλων, μήτε κατ' ὄψιν πλησιάσαντες, μήτε δι' ἐπιστολῶν ὁμιλήσαντες. Θαῤῥῶ δὲ ὅτι σωμάτων ἐστὶ διάστασις, ἀλλ' οὐ πνεύματος. Ἀλλὰ νῦν ὅτε καιρὸς, καὶ προσαγορεύω σου τὴν εὐλάβειαν, καὶ προσεύχεσθαι περὶ ἡμῶν ἀξιῶ, καὶ γήρᾳ, καὶ νόσῳ καμνόντων, καὶ ἀγωνίᾳ τῆς πολιτείας καὶ τῆς ἐκδημίας (22).

CCXLIII. AD EVAGRIUM MONACHUM, DE DIVINITATE.

ΣΜΓ'. ΠΡΟΣ ΕΥΑΓΡΙΟΝ ΜΟΝΑΧΟΝ, ΠΕΡΙ ΘΕΟΤΗΤΟΣ (23).

Legitur in scholiis, Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος ἀμφιβάλλεται. Sciendum est hunc tractatum in dubium vocari, « forte, inquit Combef., quod paulo sit intricatior, nec iis luminibus niteat, quibus Gregorii reliqua. Ego potius spurium existimem, sic abesse videntur omnes Gregorii characteres. » *Colb. tamen maximus, nulla censura aut observatione, integrum repræsentat. — Sic D. de Cosniac in notis ; Pater autem D. Clemencet in argumento sic habet. — Epistola ad Evagrium, quæ inter orationes olim* 45, *non*

(16) *Οὕτε ἐπέσταλκα.* Ita cod. 1405, et Combef. In edit. ἐπέστειλα. Mox, καὶ αὐτῷ. Supplendum videtur, ait Combef., καὶ αὐτῷ σοι, sicque legit Bill., qui pro αὐτῷ proponit αὐτό.

(17) *Ἀργανθώνιος.* Arganthonius, rex Tartessiorum, cui Anacreon poeta centum et quinquaginta tribuit annos; trecentos vixisse volunt alii. Mox, pro εἰς ὕπνου λόγον, Montac. et Morel. legunt εἰς ὕπνον λόγου.

(18) *Ὁ θίασος.* Ita cod. 1405 et Par., sicque legisse videtur Bill. In edit. θείασος.

(19) Alias CCXLII. Scripta in extrema vita, et forte ann. 389.

(20) *Φανῆναί ποτε τηκομένῳ.* Hanc lectionem D quam sensus postulare videtur, proponit Combef. ; levi namque mutatione sibi textus cohæret. In edit. τήκομεν. Hunc locum vertit Morel.: *Deum precamur ut cœpta tua rationi consentaneo et felici progressu ad summum dignitatis gradum promoveat, utque videaris aliquando. Nos utique tabescimus ; tantum enim vita nobis vitalis est, ut spirare solum liceat.*

(21) Alias CLXXXVI. Scripta extremis diebus Gregorii.

(22) *Καὶ τῆς ἐκδημίας.* Cod. Pass. καὶ τῆς Ἐκκλησίας.

(23) Alias Oratio XLV. Dubia. vel potius supposititia. — *Περὶ Θεότητος.* Colb. 5 addit μαθητὴν αὐτοῦ, *discipulum suum.*

Digitized by Google

genuinus, sed suppositilius est fetus. Fas sit dicere cum Petavio (23*) : Ut enim germanam esse non putem, cogit tum styli dissimilitudo, tum pedestris illius ac plebeius sermo, minimeque Nazianzeni elegantiam et granditatem redolens. *Tillemontius quoque hanc epistolam non esse Gregorii existimat, nec eloquentissimi stylum oratoris redolere, imo ineptis rationibus vocibusque ipso indignis scatere. Observat doctus Cotel.* (24), *epistolam ad Evagrium Theologo tribui in ms. Regio* 1789 *circa finem quæstionum Anastasii. Verum et in editis ejusdem Anastasii quæstionibus Basilio eadem ascribitur, multoque etiam probabilius in ms. itidem Regio* 1472, *itemque Cæsareo apud Lambecium* 706 *Gregorio Nysseno tribuitur, et tanquam illius laudatur ab Euthymio*, Panopliæ *prima parte, titulo secundo. A Gregorio Nazianzeno scriptam hanc non esse epistolam sat cum viris doctis affirmare.* [*Adde quod neque Nicetas eamdem orationem tanquam Nazianzeni fetum agnovisse videtur, qui eam videlicet in suis commentariis præterierit.*]

Σφόδρα τε θαυμάζω καὶ λίαν ἐκπλήττομαι τῆς νηφαλιότητος, κ. τ. λ.

Vehementer te suspicio, ac summopere prudentiam tuam admiror, etc.

Vide inter opera sancti Gregorii Nysseni mox edenda.

MONITUM IN SEQUENTEM EPISTOLAM.

(Galland. *Vet. Patr. Biblioth.*, t. VI.)

197 *Sequentem epistolam Basilissæ inscriptam ex amplissimæ Venetæ S. Marci bibliothecæ codice LXXXI, qui S. Gregorii Nazianzeni epistolas* 231 *continet, eruit V. C. Antonius Bongiovanni ac Latine redditam vulgavit anno* 1754 *in opere cui titulus :* Memorie per servire all' Istoria letteraria d'Italia, *t. IV, p.* III, *p.* 55. *Est in codice epistola* 186. *De cujus quidem epistolæ integritate nemo, ut videtur, jure ambigat, si sermonis in primis elegantiam sententiarumque gravitatem spectet. Neque novum præterea Basilissæ nomen apud Nazianzenum. Duo enim carmina funebria prostant inter ea quæ in lucem extulit Muratorius, quorum alterum* in Eusebium et Basilissam, *alterum* in Georgium Basilissæ fratrem *videas exarata* (*carm. olim* 46 *et* 50, *nunc* 121, 122, *p.* 1159); *ut proinde haud immerito quis conjiciat Basilissam carmine a Gregorio celebratam eamdem cum illa esse cui epistola hæc inscribitur. Cæterum Theologus eidem fortasse Basilissæ scripserit ad quam ea ipsa tempestate aliam dedit epistolam Gregorius Nyssenus.*

ΣΜΔ'. ΒΑΣΙΛΙΣΣΗ

Εἰ μὴ περιττὸν τὴν πονοῦσαν ἐγεῖραι πρὸς πόνους. οὐκ ὀκνήσω, τῆς κοινῆς ἕνεκεν ἀσφαλείας, ὅπως ἂν δύνωμαι, τὴν σὴν ἐπιῤῥῶσαι προθυμίαν, οὐ κατὰ προσθήκην ἑτέρων τινῶν, ἢ ξένων παραγγελμάτων, ἀλλὰ πρὸς ὑπόμνησιν τῶν ἡμῖν τε πολλάκις εἰρημένων, καὶ σοὶ συνήθως ἐκπονουμένων. Ταῦτα δέ ἐστιν· ἄγειν τὴν ψυχὴν τῶν λυπηρῶν ἀνωτέραν τῇ περὶ τὰ κράτιστα διατριβῇ, ἀποχρίνειν τῆς διανοίας πᾶν, ὅσον ἀρετῆς ἀλλότριον, καὶ τῆς σῆς ἀνάξιον γνώμης, συντείνειν ἑαυτὴν πρὸς εὐσέβειαν καὶ πᾶσαν εὐκοσμίαν, λεπτύνειν τὸν νοῦν εἰς τὸ μηδὲν μήτε δέχεσθαι μήτε φρονεῖν ἀνεξέταστον, κρατύνειν τὴν φρόνησιν κατὰ πάντα καιρὸν, καὶ πάντα τρόπον τῷ προσομιλεῖν ἂν ταῖς τῶν προλαβόντων ὑποθήκαις ὁσίων, προτάττειν πάσης ἀπεχθείας καὶ φιλίας τὴν πρὸς τοὺς οἰκείους καὶ ξένους δικαιοσύνην, σύνοικον ἔχειν καὶ συνόμιλον πάντοτε τὴν σωφροσύνην, ἐρίζωμένην εἰλικρινῶς τῇ ψυχῇ, καὶ παγίως ἱδρυμένην, μὴ συμμεταβάλλειν τὸν τρόπον ταῖς ἀνωμαλίαις τοῦ βίου καὶ μεταβολαῖς. Οὔτε γὰρ ἐν πενίᾳ τὸ φρόνημα τοῦ βίου συστέλλειν εὐπρεπὲς, οὔτε ἐν περιουσίᾳ μέγα φρονεῖν ἀσφαλές· διὸ δὴ κράτιστον ἀσκεῖν ἐν μὲν τοῖς τέρπουσι τὴν ἐγκράτειαν, ἐν δὲ τοῖς λυπηροῖς τὴν καρτερίαν, ἀμνημονεῖν τῆς παλαιᾶς περιουσίας, αἰτεῖν τὴν αὐτάρκειαν, στέργειν τὸ διδόμενον, ἐλπίζειν τὸ βέλτιον, καὶ φέρειν πράως τὴν τοῦ σώματος ἀῤῥωστίαν, ἐπὶ μηδενὶ μεμψιμοιρεῖν, μηδὲ σχετλιάζειν, ἀλλ' εὐχάριστον εἶναι περὶ τὴν Πρόνοιαν, ὅση τις εἴη, καὶ κρύπτειν πολλάκις τὰς αἰτίας τῶν γινομένων, ἀλλ' οὐκ ἀμελεῖν τοῦ πρὸς ἀξίαν, πρὸς ἣν ἀποδιδοῦσα (24*) λογίζου πρὶν ἐξειπεῖν τὸ λεκτέον,

CCXLIV. BASILISSÆ.

Ni supervacaneum videatur te ultro jam laborantem ad labores incitare, tuum in hanc rem alacre studium pro virili confirmare communis utilitatis gratia non recusabo : non alia quidem plane nova tibi monita tradens, sed ea commemorans, quæ sæpe diximus, in quibus exercere te maxime consuevisti. Ea sunt : animum afflictionibus superiorem constituere, magnanimis in rebus versando : secernere a mente tua quidquid a virtute sit alienum, animoque tuo prorsus indignum : temetipsam ad pietatem et moderationem omnem componere : tuam acuere mentem, ne quid amplectatur, neve quid cogitet, quod non fuerit antea bene discussum : te tuumque animum omni tempore et modis omnibus confirmare, sanctorum qui nos præcessere, monita contemplando : odio et amicitiæ omni præferre justitiam æquitatemque in tuos et extraneos : temperantiam **198** incessanter colere, quæ solidas in animam radices agat, cique firma et fixa semper hæreat : non committere, ut ad hujusce vitæ vicissitudines immutationesque simul immutentur et mores. Nam cum in paupertate ac miseria frangi animum turpe est, tum rerum omnium affluentibus copiis insolenter efferri, minime tutum. Quam ob rem pulcherrimum est secundis in rebus exercere continentiam et moderationem; in adversis contra præ se ferre patientiam atque constantiam. Veteris præterea abundantiæ oblivisci decet; quærere quantum victui sat esse possit; oblatis acquiescere; sperare meliora; patienter ferre corporis infirmitates; nulla

(23*) Petav. tom. I *Dogm. Theol.* c. 6. § 3, p. 137.
(24) Tom. III *Monument. Eccles. Græc.* in not., p. 550.

(24*) Ἀποδιδοῦσα. Fortasse legendum ἀποβλέπουσα. Bongiovanni.

Digitized by Google

de re conqueri, neque dolere, sed Providentiæ, quantulacunque demum sit, gratias agere; legere sæpe causas eorum, quæ fiant; minime vero negligas, quod tuæ dignitatis sit, ad quam fac respicias, antequam quidquam dicas aut agas. Ita enim fiet, ut nullius te dicti neque facti unquam pœniteat. Velim sic existimes te non externis indumentis decorari. Genuinas ac solidas opes habeto, paucarum rerum indigentiam atque frugalitatem. Solidæ quippe divitiæ non in eo sitæ sunt, quod multa possideas; sed in hoc, quod rebus multis non egeas. Hoc enim in te ipsa est; illud in rebus externis. Fac animum componas æquitate, mores modestia, linguam breviloquentia; atque ita cura, ut ornes caput operimentis, supercilia contractione, oculos modesto intuitu, ora decenti sermone, aures honesti duntaxat sermonis auditu; totam denique faciem eo colore, qui verecundiam præ se ferat. In omnibus autem et per omnia fac temet ipsam intactam custodias, uti rem pretiosam. Ornamentum enim mulierum proprium, eisque maxime conveniens est sanctimonia, castitas atque modestia. Delicias pulcherrimas simul et comparatu facillimas ducito frugalem victum; hic enim cum ipse per se laudabilis est, tum ad moderate vivendum optabilis, tum saluti maxime conferens, et reliquæ temperantiæ et modestiæ rectæque disciplinæ non inutilis.

A καὶ πρὸ τοῦ πρᾶξαι τὸ πρακτέον· οὕτω γὰρ δὴ ἔσται σοι πᾶν τὸ ῥηθὲν, ἢ πραχθὲν ἀμεταμέλητον. Εὐσχημονεῖν ἡγοῦ μὴ τοῖς ἔξωθεν προκαλύμμασι, πλοῦτον νόμιζε γνήσιον καὶ βέβαιον τὴν ὀλιγοδειαν· οὐ γὰρ ἐν τῷ πολλὰ κεκτῆσθαι τὸ πλουτεῖν ἐστι βεβαίως, ἀλλὰ τῷ μὴ πολλῶν δεῖσθαι. Τὸ μὲν γὰρ ἐπὶ σοὶ, τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν. Ῥύθμιζε τὸν μὲν τρόπον ἐπιεικείᾳ, τὸ δὲ ἦθος ἀταραξίᾳ, τὴν δὲ γλῶτταν βραχυλογίᾳ. Διὰ δὲ τούτων κόσμει τὴν κεφαλὴν τῷ σκέπειν, τὰς δὲ ὀφρῦς τῷ κατεσταλμένως ἔχειν, τοὺς δὲ ὀφθαλμοὺς τῷ συνιδεῖν, καὶ κοσμίως βλέπειν, τὸ δὲ στόμα τῷ μηδὲν ἀπρεπῶς λαλεῖν, τὰ δὲ ὦτα τῷ μόνῳ τοῖς σπουδαίοις ὑπέχειν, σύμπαν δὲ τὸ πρόσωπον τῷ ἐξ αἰδοῦς χρώματι. Ἐν πᾶσι δὲ, καὶ διὰ πάντων φύλασσε σεαυτὴν ἀμόλυντον, ὥσπερ τι B κειμήλιον ἄψαυστον. Κόσμος γὰρ οἰκεῖος, πρέπων γυναιξὶ, σεμνότης, εὐστάθεια, σωφροσύνη. Τρυφὴν νόμιζε καλλίστην ὁμοῦ καὶ ῥᾴστην, τὴν χρειώδη τροφήν· αὕτη γὰρ καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐπαινετὴ, καὶ πρὸς τὸν ἐν σωφροσύνῃ βίον αἱρετὴ, καὶ πρὸς ὑγείαν ἀρίστη, καὶ συμμετρίαν, καὶ τὴν ἄλλην εὐκοσμίαν, καὶ παιδείαν οὐκ ἀνόητος.

MONITUM

DE SANCTI GREGORII TESTAMENTO

199-200 Prodiit primum Græce Testamentum istud anno 1583, Barnabæ Brissonii cura, lib. VII *De formulis*, pag. 760. J. vero Sirmondus, duos nactus antiquissimos Vaticanæ bibliothecæ codices, idem Testamentum Græce accuratius et Latine redditum vulgavit. Suis etiam *Annalibus* inseruit Baronius (25), ab objectionibus vindicatum, scholiisque illustratum. Sunt tamen qui dubitent an sincerum sit Gregorii monumentum. Hos inter Andreas Rivetus (25*), ex heterodoxis. « Id sane mihi mirum visum est, inquit, si illud sit Gregorii Testamentum quod theologus tantus, et vir adeo sanctus, in postremæ voluntatis testatione, ne verbo quidem attigerit vitam anteactam, fidem et dogmata quæ docuerat, in genere saltem non confirmaverit, illo præsertim turbulentissimo tempore, neque animam suam Deo commendaverit de temporalibus suis bonis sollicitus. In quo etsi eluceat sollicitudo ejus erga pauperes non vulgaris, in tanti tamen episcopi Testamento aliud quid non injuria circumspectus lector requisiverit. » Hactenus Rivetus. Sunt etiam ex nostris, qui an legitimum sit Testamentum dubitent. « Nullus tamen dubitandi locus, ut ait vir doctissimus Tillemontius; nullæque objiciuntur rationes, quæ non levi opera possint refutari. » Quod autem annum et diem hujus Testamenti spectat, die 31 mensis Maii anni 382 conditum fuisse videtur, cum adhuc Constantinopolitanæ Ecclesiæ præesset Gregorius, siquidem subscripsit : *Gregorius episcopus catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ.*

(25) Tom. IV, p. 592, ad an. 389.
(25*) *Critic. sacr. specimen.* p. 363.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΙΣΟΝ ΤΗΣ ΔΙΑΘΗΚΗΣ

ΜΕΤΑΓΡΑΦΕΝ ΕΚ ΤΟΥ ΑΡΧΕΤΥΠΟΥ ΔΙΚΑΙΩΜΑΤΟΣ, ΕΝ Ω ΚΑΙ ΙΔΙΟΧΕΙΡΟΙ ΥΠΟΓΡΑΦΑΙ ΣΩΖΟΝΤΑΙ ΥΠ' ΑΥΤΟΥ ΤΕ ΚΑΙ ΤΩΝ ΥΠΟΓΡΑΨΑΝΤΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ.

—

SANCTI GREGORII THEOLOGI

EXEMPLUM TESTAMENTI

DESCRIPTUM EX ARCHETYPO EXEMPLARI, IN QUO PROPRIÆ MANUS SUBSCRIPTIONES EXSTANT, TAM IPSIUS QUAM TESTIUM QUI SUBSCRIPSERUNT.

—

Ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν λαμπροτάτων, πρὸ μιᾶς Καλανδῶν Ἰανουαρίων.

A **201** *Flavio Eucherio et Flavio Evagrio, viris clarissimis, consulibus, pridie Kalendas Januarias.*

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ζῶν καὶ φρονῶν, καὶ ὑγιεῖ γνώσει, καὶ ἐρρωμένοις τοῖς λογισμοῖς, διεθέμην τὴν Διαθήκην μου (26) ταύτην· ἣν κελεύω καὶ βούλομαι εἶναι κυρίαν καὶ βεβαίαν ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. Ἤδη μὲν (26') γὰρ τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην κατέστησα φανερὰν, καὶ πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν καθιέρωσα τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν, εἰς τὴν τῶν πτωχῶν διακονίαν, τῶν ὑπὸ τὴν προειρημένην Ἐκκλησίαν. Διόπερ καὶ τρεῖς προεστησάμην πτωχοτρόφους εἶναι, κατὰ ταύτην μου τὴν προαίρεσιν· Μάρκελλον τὸν διάκονον καὶ μονάζοντα, καὶ Γρηγόριον τὸν διάκονον, τὸν ἐκ τῆς B οἰκίας μου γενόμενον, καὶ Εὐστάθιον τὸν μονάζοντα, τὸν καὶ αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας μου γενόμενον. Καὶ νῦν δὲ τὴν αὐτὴν συνείδησιν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τῇ κατὰ Ναζιανζὸν φυλάττων, ἔχομαι τῆς αὐτῆς προαιρέσεως. Ἐὰν οὖν συμβῇ με τέλει τοῦ βίου χρήσασθαι, ἔστω μου κληρονόμος ὁ προειρημένος Γρηγόριος ὁ διάκονος καὶ μονάζων, ὁ γενόμενος ἐκ τῆς οἰκίας μου, ὃν πάλαι ἠλευθέρωσα, ἐξ ὁλοκλήρου πάσης μου (27) τῆς οὐσίας, κινητῆς τε καὶ ἀκινήτου, τῆς πανταχοῦ μοι ὑπαρχούσης· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἔστωσάν μου ἀποκληρονόμοι. Οὕτω μέντοι, ὥστε αὐτὸν πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν, κινητήν τε καὶ ἀκίνητον, ἀποκαταστῆσαι τῇ ἁγίᾳ (28) καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ ἐν (29) Ναζιανζῷ, μηδὲν τὸ παράπαν ἐπεξελόμενον (30), πλὴν C ὧν ἂν ἐν ταύτῃ τῇ Διαθήκῃ μου τισὶν ἰδικῶς καταλίπω, λεγάτου ἢ φιδεκομμίσσου χάριν· ἀλλὰ πάντα, ὡς προεῖπον, ἀκριβῶς ἀποσῶσαι τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔχοντα τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον πρὸ ὀφθαλμῶν, καὶ εἰδότα, ὅτι εἰς διακονίαν τῶν πτωχῶν τῆς αὐτῆς Ἐκκλησίας προσέταξα πᾶσάν μου τὴν οὐσίαν προσχωρῆσαι, καὶ ἐπὶ τούτῳ αὐτὸν ἐνεστησάμην κληρονόμον, ὥστε δι' αὐτοῦ τῇ Ἐκκλησίᾳ πάντα ἀπαραλείπτως ἀποσωθῆναι.

Gregorius episcopus catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ, vivens ac prudens, sanoque judicio, et integris animi sensibus, condidi hoc Testamentum : quod quidem jubeo et volo in quovis foro, et quavis potestate ratum ac firmum esse : jam enim mentem meam declaravi, omnemque meam substantiam catholicæ Nazianzi Ecclesiæ consecravi, ad pauperum, qui sub eadem sunt Ecclesia, ministerium. Qua etiam de causa tres juxta hanc meam voluntatem alendis pauperibus curatores institui, Marcellum diaconum et monachum, Gregorium item diaconum, qui fuit e familia mea, et B Eustathium monachum, qui et ipse fuit e domo mea. Nunc vero eumdem animum retinens erga sanctam Ecclesiam Nazianzenam, eodem persto in proposito. Cum igitur contigerit me ex vita decedere, hæres meus esto prædictus Gregorius diaconus et monachus, domesticus quondam meus, quem pridem manumisi; ex universa substantia mea, mobili et immobili, ubicunque ea mihi sita est. Cæteri omnes, exhæredes mihi sunto. Ita quidem, ut ipse meam omnem substantiam, mobilem et immobilem, sanctæ catholicæ Nazianzi Ecclesiæ restituat, nihil penitus subducens, præterquam quæ hoc Testamento quibusdam privatim reliquero, legati aut fidei commissi gratia : sed omnia, ut prædixi, diligenter **202** servet Ecclesiæ, Dei timorem præ oculis habens, sciensque jam a me decretum, uti omnia mea illius Ecclesiæ pauperum ministerio cedant : in eamque rem se institutum hæredem, ut per ipsum Ecclesiæ omnia sine fraude conserventur.

(26) *Μοῦ*. Hæc vox deest in cod. Chig.
(26') *Ἤδη μέν*. Forte cum profectus est Constantinopolim.
(27) *Πάσης μου*. Cod Chig. πάσης μοι.
(28) *Ἁγίᾳ*. Cod. Chig. addit καί.
(29) *Ἐν*. Deest in cod. Chig.
(30) *Ἐπεξελόμενον*. Cod. Chig. ὑπεξελόμενον.

Digitized by Google

Servos quoscunque vel mea voluntate, vel beatissimorum parentum meorum mandato manumisi : hos omnes nunc etiam liberos manere volo, et peculia sua ipsis absque ullo impedimento firma permanere. Volo præterea hæredem meum, Gregorium diaconum, una cum Eustathio monacho, ambos olim e domo mea, possidere prædium Arianzenum, quod ex Rhegini bonis ad nos pervenit. Gregales vero equas et oves, quotquot jam ipsis præsens dari jussi, quarumque proprietatem ipsis ac dominium tradidi, has ipsis quietas manere volo, jure dominii. Per præceptionem item Gregorium diaconum, et hæredem meum, qui mihi fideliter ministravit, privato jure dominii habere volo aureos numero quinquaginta. Russianæ virgini venerandæ, propinquæ meæ, certa quædam in annos singulos dari jussi, unde liberaliter vivat; quæ quidem omnia eidem, quemadmodum præscripsi, volo ac jubeo quotannis sine mora præstari. De habitatione autem tum quidem nihil propterea statui, quod nescirem ubinam ipsa degere mallet. Nunc vero, et hoc volo, quocunque ipsa loco elegerit, parari ei domum ingenuæ congruentem, ad honestam virginis habitationem : quam utique domum sine interpellatione habebit ipsa in usumfructum, quoad vixerit : postea vero restituet Ecclesiæ. Addi præterea eidem volo puellas duas, quas ipsa delegerit : hoc nimirum pacto, ut cum ea morentur puellæ usque dum vivet : et si quidem illis ita visum fuerit, liceat ipsi libertate eas donare, sin minus, et illæ quoque ad Ecclesiam pertineant. Theophilum puerum, qui mecum manet, jam manumisi. Volo autem ei nunc etiam dari legati nomine nummos quinque. Eupraxium vero ejus fratrem liberum esse volo, eique legati nomine dari nummos aureos quinque. Volo præterea Theodosium notarium meum liberum esse, eique legati nomine dari aureos nummos quinque. Alypianam filiam meam dulcissimam (cæterarum enim Eugeniæ **203** et Nonnæ, exigua ratio ducenda est, ut quarum vita reprehensione non vacat) veniam mihi dare volo, quod nihil possim ipsi relinquere, quippe qui omnia jam pauperibus destinavi, aut potius beatissimis parentibus, qui ita polliciti erant, obsecutus sum; quorum voluntatem irritam reddere nec sanctum nec tutum arbitror. Quæcunque tamen ex beati fratris mei Cæsarii rebus in veste serica, aut linea, aut lanea, aut burichaliis supersunt, hæc ad ipsius liberos pertinere volo; et nulla in re ipsam vel sorores ipsius molestas

A Τοὺς οὖν οἰκέτας, οὓς (31) ἠλευθέρωτα, εἴτε ἐξ ἐμῆς προαιρέσεως, εἴτε ἐξ ἐντολῶν τῶν μακαριωτάτων (32) γονέων μου, τούτους πάντας βούλομαι καὶ νῦν ἐπ' ἐλευθερίας μένειν, καὶ τὰ πεκούλια αὐτοῖς πάντα μένειν βεβαίως καὶ ἀνενόχλητα. Ἔτι βούλομαι κατασχεῖν τὸν κληρονόμον μου Γρηγόριον τὸν διάκονον, ἅμα τῷ μονάζοντι Εὐσταθίῳ, τοὺς γενομένους ἐκ τῆς οἰκίας μού ποτε, κτῆμα ἐν Ἀριανζοῖς (33), τὸ ἐκ τῶν Ῥηγίνου κατελθὸν εἰς ἡμᾶς. Τὰ δὲ φοράδια, καὶ τὰ πρόβατα, ὅσα ἤδη αὐτοῖς παρὼν ἐκέλευσα δοθῆναι, ὧν καὶ τὴν νομὴν αὐτοῖς καὶ τὴν δεσποτείαν παρέδωκα, ταῦτα μένειν αὐτοῖς ἀνενόχλητα βούλομαι δεσποτείας δικαίῳ. Ἔτι δὲ ἐξαιρέτως Γρηγόριον τὸν διάκονον καὶ κληρονόμον μου, γνησίως ὑπηρετήσαντά μοι, βούλομαι κατασχεῖν ἰδίῳ δεσποτείας δικαίῳ
B χρυσίνους τὸν ἀριθμὸν πεντήκοντα. Τῇ αἰδεσιμωτάτῃ παρθένῳ Ῥουσσιανῇ, τῇ συγγενίδι μου, ῥητὰ ἐκέλευσα καθ' ἕκαστον ἔτος δίδοσθαι πρὸς τὸ ἐλευθερίως (34) αὐτὴν διάγειν· ἅπερ βούλομαι καὶ κελεύω πάντα κατὰ τὸν τύπον, ὃν προσέταξα, ἀνυπερθέτως αὐτῇ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον ἔτος. Περὶ δὲ οἰκήσεως αὐτῆς, τότε μὲν οὐδὲν διεταξάμην, μὴ εἰδὼς ποῦ μᾶλλον ἀρεστόν ἐστιν αὐτῇ διάγειν· νῦν δὲ καὶ τοῦτο βούλομαι, ὥστε, ἐν οἵῳ ἂν (35) ἐπιλέξηται χωρίῳ, κατασκευασθῆναι αὐτῇ οἰκίαν ἐλευθέρᾳ πρέπουσαν, εὐσχήμονι διαγωγῇ παρθένου· ἥνπερ οἰκίαν ἕξει δηλαδὴ ἀνενοχλήτως εἰς χρῆσιν καὶ καρπίαν μέχρι
C βίου ζωῆς, μετὰ δὲ ταῦτα ἀποκαταστήσει τῇ Ἐκκλησίᾳ. Προστεθῆναι δὲ αὐτῇ βούλομαι καὶ δύο κόρας, ἃς αὐτὴ ἐπιλέξηται, οὕτω μέντοι, ὥστε αὐτῇ παραμεῖναι τὰς κόρας μέχρι τοῦ τῆς ζωῆς αὐτῆς χρόνου. Καὶ εἰ μὲν αὐταῖς εὐχαριστήσειεν, ἐξεῖναι αὐτῇ ἐλευθερίᾳ αὐτὰς τιμῆσαι· εἰ δὲ μή, καὶ αὐτὰς διενεγκεῖν τῇ αὐτῇ Ἐκκλησίᾳ. Θεόφιλον τὸν παῖδα τὸν παραμένοντά μοι, ἤδη ἠλευθέρωσα. Βούλομαι οὖν αὐτῷ καὶ νῦν δοθῆναι λεγάτου χάριν, νομίσματα ε'. Εὐπράξιον δὲ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ βούλομαι ἐλεύθερον εἶναι, καὶ δοθῆναι αὐτῷ λεγάτου λόγῳ χρυσᾶ νομίσματα ε'. Ἔτι βούλομαι Θεοδόσιον τὸν νοτάριόν μου ἐλεύθερον εἶναι, δοθῆναι δὲ αὐτῷ καὶ λεγάτου λόγῳ χρυσοῦ νομίσματα ε'. Τὴν γλυκυτάτην μου θυγατέρα Ἀλυπιανὴν (36) (τῶν γὰρ ἄλλων, Εὐγενείας (37) τε καὶ Νόννης, ὀλίγος λόγος, ὧν καὶ ὁ βίος ἐπιλήψιμός ἐστι) βούλομαι συγγνώμην ἔχειν μοι, εἰ μηδὲν αὐτῇ κατα-
D λιπεῖν κύριος ἐγενόμην, πάντα προεπαγγειλάμενος τοῖς πτωχοῖς, μᾶλλον δὲ τοῖς μακαριωτάτοις γονεῦσιν ὑποσχομένοις ἀκολουθήσας, ὧν ἀθετῆσαι τὴν γνώμην οὔθ' ὅσιον, οὔτ' ἀσφαλὲς ἡγοῦμαι. Ὅσα μέντοι ἐκ τῶν τοῦ μακαρίου μου ἀδελφοῦ Καισαρίου πραγμάτων, ἐν ἐσθῆτι σηρικῇ ἢ λινῇ, ἢ ἐρεᾷ, ἢ βουρικαλίοις περι-

(31) *Οὕς*. Deest in cod. Chig.
(32) *Μακαριωτάτων*. Cod. Chig. μακαρίων.
(33) *Ἀριανζοῖς*. Cod. Chig. Ἀριανζῷ.
(34) *Ἐλευθερίως*. Cod. Chig. ἐλευθερίας.
(35) *Ἐν οἵῳ ἄν*. Cod. Chig. ἐν οἵῳ δ' ἄν.
(36) *Τὴν μου θυγατέρα Ἀλυπιανὴν, Alypianam filiam meam*. Nihil magis certum ac exploratum ex omnibus Gregorii rebus gestis videri potest, ut cum Baronio loquar, quam ipsum perpetuam coluisse virginitatem. Filiam igitur non habuit. Sic tamen vocat Alypianam, quæ filia erat Gorgoniæ sororis suæ.

(37) *Τῶν γὰρ ἄλλων, Εὐγενείας*, etc. Cod Chig. Εὐγενίας. *Cæterarum enim, Eugeniæ et Nonnæ, exigua ratio ducenda est.* Mirum forte videri possit Gregorium turpitudinem sempiternam publicis tabulis inurere affinibus suis. Sic postea Gregorius Magnus coram frequenti populo Gordianæ virginis amitæ suæ lapsum narrare veritus non fuit. Viri sancti suos, si quando impii sunt, despiciunt.

Digitized by Google

λέλειπται, ταῦτα διαφέρειν τοῖς τέκνοις αὐτῆς βούλομαι, καὶ ἐν μηδενὶ, μήτ' ἐκείνην, μήτε τὰς ἀδελφὰς αὐτῆς ἐνοχλεῖν, μήτε τῷ κληρονόμῳ μου, μήτε τῇ Ἐκκλησίᾳ. Μελέτιος ὁ γαμβρός (38) μου, τὸ κτῆμα τὸ ἐν Ἀπηνζινσῷ τὸ ἐκ τῶν Εὐφημίου, ἵστω κακῶς κατέχων. Καὶ ὑπὲρ τούτου καὶ πρότερον ἐπέστειλα πολλάκις τῷ Εὐφημίῳ, ἀνανδρίαν αὐτοῦ καταγινώσκων, εἰ μὴ τὸ ἑαυτοῦ ἀναῤῥύσαιτο. Καὶ νῦν μαρτύρομαι πάντας καὶ ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, ὅτι ἀδικεῖται ὁ Εὐφήμιος· χρὴ γὰρ Εὐφημίῳ ἀποκατασταθῆναι τὸ κτῆμα. Τὴν ὠνὴν τοῦ χωρίου Κανοτάλων τῷ αἰδεσιμωτάτῳ υἱῷ τῷ ἐπισκόπῳ Ἀμφιλοχίῳ ἀποκατασταθῆναι βούλομαι. Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς χαρτίοις ἡμῶν, καὶ πάντες ἴσασιν, ὅτι καὶ τὸ συνάλλαγμα ἐλύθη, καὶ τὴν τιμὴν ἀπέλαβον, καὶ τὴν νομὴν καὶ δεσποτείαν τοῦ κτήματος πάλαι παρέδωκα.

Εὐαγρίῳ τῷ διακόνῳ πολλά μοι συγκαμόντι καὶ συνεκφροντίσαντι, διὰ πλειόνων τε τὴν εὔνοιαν παραστήσαντι, χάριν ὁμολογῶ καὶ ἐπὶ Θεοῦ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων. Καὶ τοῖς μείζοσι μὲν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἀμείψεται· ἵνα δὲ ῥηδὲ τὰ μικρὰ τῆς φιλίας σύμβολα παρ' ἡμῶν ἐλλείπῃ, βούλομαι αὐτῷ δοθῆναι κάμασον (39) ἕν, στιχάριον ἕν, πάλλια β', χρυσᾶ νομίσματα λ'. Ὁμοίως καὶ τῷ γλυκυτάτῳ συνδιακόνῳ ἡμῶν Θεοδούλῳ τῷ ἡμῶν ἀδελφῷ δοθῆναι βούλομαι κάμασον ἕν, στιχάρια β', τῶν ἐν τῇ πατρίδι, χρυσᾶ νομίσματα κ' ἐκ τοῦ ἐν τῇ πατρίδι λόγου. Ἐλαφίῳ τῷ νοταρίῳ εὐτρόπῳ ὄντι (40), καὶ καλῶς ἡμᾶς ἀναπαύσαντι ὃν ὑπηρετήσατο χρόνον, βούλομαι δοθῆναι κάμασον ἕν, στιχάρια β', πάλλια γ', σιγιλλιῶνα (41), ἐν τῇ πατρίδι χρυσᾶ νομίσματα κ'.

Ταύτην μου τὴν διαθήκην κυρίαν καὶ βεβαίαν εἶναι βούλομαι ἐπὶ παντὸς δικαστηρίου καὶ πάσης ἐξουσίας. Εἰ δὲ καὶ ὡς διαθήκη μὴ ἰσχύσειεν, εἰς βούλησιν, εἴτ' οὖν (42) κωδίκελλον, αὐτὴν ἰσχύειν βούλομαι. Ὁ δ' ἐπιχειρῶν αὐτὴν ἀνατρέπειν, δώσει λόγον ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, καὶ ἕξει τὸν λόγον.

Πρὸς τοῦνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Γρηγόριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ἀναγνοὺς τὴν διαθήκην, καὶ ἀρεσθεὶς πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ, καὶ ἰσχύειν αὐτὴν κελεύω καὶ βούλομαι.

Ἀμφιλόχιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ (43), ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Ὄπτιμος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν καθολικῆς Ἐκκλησίας, παρὼν διατιθεμένῳ (44) τῷ αἰδε-

esse, vel hæredi meo, vel Ecclesiæ. Meletius gener meus sciat se prædium Apenzinsenum, quod Euphemii fuerat, mala fide possidere: de quo quidem et jam antea scripsi sæpius Euphemio, ignaviæ eum condemnans, nisi sua recuperaret. Et nunc testor omnes magistratus, et qui sub magistratu sunt, injuriam fieri Euphemio: oportet enim prædium Euphemio restitui. Emptionem fundi Canotalorum reverendissimo filio episcopo Amphilochio redintegrari volo. Constat enim ex chartis nostris, idque sciunt omnes, quod et solutus fuerit contractus, et pretium receperim, proprietatemque ac dominium possessionis jampridem tradiderim.

Evagrio diacono, qui multorum mecum laborum et curarum particeps, in multis suam mihi benevolentiam commendavit, gratiam habeo coram Deo et coram hominibus. Ac majora quidem ipsi Deus retribuet. Ne vero parva etiam amoris symbola prætermittamus, volo ei dari camasum unum, tunicam unam, pallia duo, aureos nummos triginta. Similiter dulcissimo condiacono nostro et fratri Theodulo dari volo camasum unum, tunicas duas ex iis quæ sunt in patria, aureos viginti ex patriæ item rationibus. Elaphio notario, qui et bene moratus est, et, quo tempore fuit in obsequio, bello nos refocillavit, dari volo camasum unum, tunicas duas, pallia tria, sigillionem, in patria nummos aureos viginti.

Hoc meum testamentum ratum ac firmum esse volo in omni judicio et 204 quomodocunque. Quod si tanquam testamentum vim non habuerit, tanquam voluntatem ipsum, seu codicillum, valere volo. Qui vero ipsum evertere tentaverit, rationem reddet in die judicii, et pœnam sustinebit.

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.

Gregorius episcopus catholicæ Constantinopolis Ecclesiæ relegi testamentum, et omnia probans subscripsi manu mea, et vim obtinere volo ac jubeo.

Amphilochius episcopus catholicæ Iconii Ecclesiæ interfui testamento reverendissimi episcopi Gregorii, et eo rogante subscripsi manu mea.

Optimus episcopus catholicæ Antiochenæ Ecclesiæ interfui, cum reverendissimus episcopus Gre-

(38) *Γαμβρός*. Vox illa ex Græco Latine reddita, *gener* est, et hic est vocis hujus frequentior usus. Verum linguæ Græcæ peritissimi, ut Henricus Stephanus, Budæus, etc., profitentur γαμβρός interdum quemlibet affinem significare. Imo vero et apud Latinos eadem est vis hujus vocis *gener*. Justinus, *Hist.* lib. XVIII, virum sororis generum appellat. Itaque non proprie generum, sed Gregorii affinem, qui forte Eugeniam vel Nonnam Gorgoniæ sororis suæ filiam uxorem duxerat, fuisse Meletium existimare debemus

(39) *Κάμασον*. Cod. Chig. κάμοσον.

(40) *Εὐτρόπῳ ὄντι*. Cod. Chig. εὐτρόπῳ τε.

(41) *Σιγιλλιῶνα*. De Sigillione apud Trebellium Pollionem in Claudio fit mentio. In eo testamento voces sunt, quibus vestimenta significantur, ut Camosum, vel Comasum, quæ ob nimiam antiquitatem inter exoticas abierunt.

(42) *Εἴτ' οὖν*. Cod. Chig. ἤγουν.

(43) *Παρ' αὐτοῦ*. Cod. Chig. ὑπ' αὐτοῦ.

(44) *Διατιθεμένῳ*. Cod. Chig. διαθεμένῳ.

Digitized by Google

gorius, testamentum suum, ut supra scriptum est, disponeret, et eo rogante subscripsi manu mea.

Theodosius episcopus catholicæ Idæ Ecclesiæ præsens testamento reverendissimi episcopi Gregorii, et ab eo rogatus subscripsi manu mea.

Theodulus episcopus sanctæ catholicæ Apameæ Ecclesiæ, præsens, et cætera.

Hilarius episcopus catholicæ Isauriæ Ecclesiæ, præsens, et cætera.

Themistius episcopus sanctæ catholicæ Adrianopolis Ecclesiæ, præsens, et cætera.

Cledonius presbyter catholicæ Iconii Ecclesiæ, præsens, et cætera.

Joannes sanctissimæ Nazianzi ecclesiæ lector et notarius, exemplum divini Testamenti, quod in sanctissima ecclesia mea reconditum est, sancti et illustris ac Theologi Gregorii, exscripsi et edidi.

A σιμωτάτῳ Γρηγορίῳ ἐπισκόπῳ κατὰ τὰ προγεγραμμένα, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεοδόσιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Ἴδῃ, παρὼν τῇ διαθήκῃ τοῦ αἰδεσιμωτάτου ἐπισκόπου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ, ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ.

Θεόδουλος ἐπίσκοπος τῆς ἁγίας (45) καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀπάμειαν, παρὼν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἱλάριος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἰσαυρίαν, παρὼν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Θεμίστιος ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς κατὰ Ἀδριανούπολιν, παρὼν (46), καὶ τὰ ἑξῆς.

Κληδόνιος πρεσβύτερος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας B τῆς ἐν Ἰκονίῳ, παρὼν, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἰωάννης ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ναζιανζοῦ, πεποιηκὼς τὸ ἴσον τῆς θείας Διαθήκης, τῆς ἀποκειμένης ἐν τῇ κατ' ἐμὲ ἁγιωτάτῃ ἐκκλησίᾳ, τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ Θεολόγου Γρηγορίου, ἐκδέδωκα.

(45) Ἁγίας. Deest in cod. Chig.

(46) Θεμίστιος... παρών. Cod. Chig. παρήμην ἐν τῇ διατυπώσει τοῦ αἰδεσιμωτάτου Γρηγορίου, καὶ παρακληθεὶς παρ' αὐτοῦ ὑπέγραψα χειρὶ ἐμῇ, *præsens fui in testamento reverendissimi Gregorii, et eo rogante suscripsi mea manu.*

MONITUM

DE SANCTI GREGORII POEMATIBUS.

205 Pluribus causis ad condenda poemata inductus fuit sanctus Gregorius. Præcipua hæc est, quam exponit scribens ad Cledonium (epist. CI, alias orat. LI), ut scilicet veritatem tueretur adversus Apollinaristas, qui errores suos carminum a se scriptorum ope disseminabant. Alias enarrat in poemate *de versibus suis* (libro II, sectione I, poemate 37, alias 162 apud Billium), nimirum ut pauciora scriberet, ob difficultatem in elaborandis versibus sitam; ut juvenibus gratum quoddam præberet pharmacum, illecebrosis ducens ad utilia, et præceptorum molestiam arte deliniens; ut ostenderet Christianos scriptores ethnicis non esse inferiores; demum ut morbis suis aliquod levamen afferret.

Omnia sancti Gregorii poemata in duos distribuimus libros: quorum primo complectimur poemata theologica; secundo autem poemata historica repræsentamus. Liber autem prior, ubi de carminibus theologicis agitur, rursum in duas sectiones dividitur; quarum prima continentur poemata dogmatica, secunda vero poemata moralia. Duplicem pariter sectionem habebit liber posterior, in quo carmina historica colliguntur, ita ut in una legantur poemata quæ ad ipsum Gregorium spectant, in altera vero quæ spectant ad alios. Imo et varia hujusce libri poemata ordine chronologico, quantum licet, disponimus, prætermisso tali ordine in primi libri carminibus, quorum tempus nulla prorsus regula potest determinari.

Arduum sane et plenum laboris opus suscepit Billius, cum Græcos Gregorii versus Latinis versibus expressit: sed opus istud plus ipsi difficultatis quam lectoribus utilitatis attulit. Sæpissime enim interpres ita metri legibus fuit astrictus, ut auctoris nec verba nec etiam sententias commode redderet. Quapropter e re lectorum fore visum est, si Gregoriana poemata, a Billio metrice versa, oratione soluta verterentur. Verumtamen ne Billiana versio injusta premeretur oblivione, ipsam in inferiori margine collocari placuit. Idem factum est in quibusdam poematibus quæ a Federico Morello metrice versa fuerant. Versiones autem a Tollio et Muratorio soluta oratione compositæ, plurimis in locis emendatæ sunt.

Huc usque Benedictini, quorum monito hoc ego novus editor adjungam, me videlicet, ne tam sapienter excogitati ordinis ulla pars manca videretur, hoc laboris aggredi præsumpsisse, ut omnia carmina, quæ nondum metrice fuerant translata, metris pro meis viribus comprehensa in publicum proferrem, quanquam ad duo millia et amplius condendorum versuum numerus exsurgeret. Quæ quidem nostræ infirmitatis tentamenta indulgentius, benigne lector, accipias.

Digitized by Google

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

ΕΠΗ.

ΒΙΒΛΟΣ Α΄. ΕΠΗ ΘΕΟΛΟΓΙΚΑ.

ΤΟΜΗ Α΄. ΕΠΗ ΔΟΓΜΑΤΙΚΑ.

SANCTI PATRIS NOSTRI

GREGORII THEOLOGI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

CARMINA.

LIBER I. POEMATA THEOLOGICA.

SECTIO I. POEMATA DOGMATICA.

Α΄. *Περὶ τοῦ Πατρός.*

Οἶδα μὲν ὡς σχεδίῃσι μακρὸν πλόον ἐκπερόωμεν,
Ἠ τυτθαῖς πτερύγεσσι πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα
Σπεύδομεν, οἷσιν δρωρε νόος Θεότητ' ἀναφαίνειν,
Ἣν οὐδ' οὐρανίοισι σέβειν σθένος, ὅσσον ἐοικὸς,
Ἣ μεγάλης Θεότητος ὅρους, καὶ οἷακα παντός.

1. *De Patre*[1].

206-207 Scio nos exiguis cymbis magnum mare trajicere,
Parvisque pennis in cœlum astris ornatum
Properare, quibuscunque fert animus Divinitatem prædicare,
Quam ne cœlestes quidem, quantum par est, colere valent,
Aut magnæ Divinitatis decreta et mundi gubernaculum.

[1] Alias Billius *Arcan. carm.* 70, p. 161.

ARGUMENTUM. *In isto poemate et in aliis decem subsequentibus res theologicas abstrusissimas et difficillimas de Trinitate, de Deo Patre, de Filio, de Spiritu sancto, de mundo, de Providentia, de substantiis mente præditis, de anima, de Testamentis et adventu Christi, necnon de ipsius Incarnatione, ita pie, docte ac sublimiter prosequitur Gregorius, ut virum omni doctrina excultum, poetamque insignem facile agnoscas.*

I. Tit. *Περὶ τοῦ Πατρός.* Plerique codices et editi *Τοῦ αὐτοῦ.* Vat. simpliciter *Περὶ ἀρχῶν, ἤτοι περὶ Τριάδος.*

2 *Πρός.* Vat. ἐς.

3 *Ἀναφαίνειν.* Langus ἀμφαίνειν.

4 *Σέβειν.* Coisl. οὐρανίοις σέμνειν.

METRICA VERSIO.

1. De Patre.

(*Billio interprete.*)

Immensum exigua pelagus sulcare carina,
Parvisque ætthereum pennis volitare per axem
Aggredimur (non me fugit hoc), quicunque Tonantis
Tendimus arcanum verbis expromere numen :
(Quod neque sat digno chorus immortalis honore
Cœlicolum cumulare potest), Triadisque referre

Ἔμπης δ' (οὐδὲ Θεὸν γὰρ ἀρέσσατο πολλάκι δῶρον
Πλειοτέρης ἀπὸ χειρὸς ὅσον φιλίης ὀλίγης τε),
Τοὔνεκα θαρσαλέως ῥήξω λόγον. Ἀλλ' ἀπὸ τῆλε
Φεύγετε, ὅστις ἀλιτρός· ἐμὸς λόγος, ἢ καθαροῖσιν,
Ἢὲ καθαιρομένοισιν ὅδ' ἔρχεται· οἱ δὲ βέβηλοι,
Ὡς θῆρες, Χριστοῖο κατ' οὔρεος ἀκροτόμοιο
Ἀαμπομένου, Μωσῆϊ νόμον τ' ἐνὶ πλαξὶ γράφοντος,
Αὐτίκα ῥηγνυμένοισιν ὑπὸ σκοπέλοισι δαμεῖεν.
Κεῖνοι μὲν δὴ τοῖα· καὶ ὡς Λόγος ὥσε κακίστους
Ἡμετέροιο χοροῖο θεημάχον ἦτορ ἔχοντας.
Αὐτὰρ ἐγὼν ὅπα τήνδε προοίμιον ἐν σελίδεσσι
Θήσομαι, ἣν τὸ πάροιθε θεόφρονες ἄνδρες ἔηκαν,
Λαῷ τάρβος ἄγοντες ἀπηνέϊ μάρτυρε μύθων,
Μωσῆς, Ἡσαΐας τε (ἐπισταμένοις δ' ἀγορεύω),
Ἦτοι ὁ μὲν νεόπηγα διδοὺς νόμον, ὃς δὲ λυθέντος,
Οὐρανὸς εἰσαΐοι, χθὼν δέχνυσο ῥήματ' ἐμοῖο.
Πνεῦμα Θεοῦ, σὺ δ' ἔμοιγε νόον καὶ γλῶσσαν ἐγείροις
Ἀτρεκίης σάλπιγγα ἐρίβρομον, ὥς κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν ὅλῃ Θεότητι μιγέντες.
Εἷς Θεός ἐστιν ἄναρχος, ἀναίτιος, οὐ περίγραπτος
Ἤ τινι πρόσθεν ἐόντι, ἢ ἐσσομένῳ μετέπειτα,
Αἰῶν' ἀμφὶς ἔχων, καὶ ἀπείριτος, Υἱέος ἐσθλοῦ
Μουνογενοῦς μεγάλοιο Πατὴρ μέγας, οὗ τι πεπονθὼς
Υἱεῖ, τῶν ὅσα σαρκὸς, ἐπεὶ νόος. Εἷς Θεὸς ἄλλος,
Οὐκ ἄλλος θεότητι, Θεοῦ Λόγος, οὗτος ἐκείνου
Σφρηγὶς κινυμένη πατρώϊος, Υἱὸς ἀνάρχου

Sed tamen (sæpe enim Deo non placet donum
Divitis manus, quantum amicæ et pauperis),
Idcirco sermonem fidenter proferam. At procul
Fugite, scelesti. Sermo meus ad puros
Dirigitur, aut ad eos qui expurgantur. Profani autem,
Velut feræ, cum Christus e summo monte
Fulgeret, ac Moysi legem in tabulis scriberet,
Protinus sub scopulis disruptis profligentur.
Illis quidem sic fiat, itidem ut improbis, quos Verbum
E nostro cœtu expulit, inimicum Deo cor habentes.
Rursus ego vocem, proœmii loco, tabulis
Apponam, quam olim viri a Deo afflati emisere,
Populo terrorem duro incutientes, testes verborum
Moyses et Isaias (scientibus loquar),
Ille legem recens structam tradens, iste, cum lex violata esset.
208-209 *Audiant cœli, et terra verba mea accipiat.*
Tu vero, Spiritus Dei, mentem meam et linguam excita
Veritatis tubam valde sonoram, ut omnes
Gaudeant toti Divinitati ex corde immisti.
Unus Deus, principii et causæ expers, non circumscriptus
A quoquam ante exsistente, aut postea futuro;
Ævum circumplectens et infinitus, boni Filii
Magni Unigeniti magnus Pater, nihil eorum passus
In Filio, quæcunque carnis sunt, siquidem mens est. Unus Deus alius,
Non tamen alius deitate, Dei Sermo : hic illius
Vivum sigillum Patris, solus principio carentis

14 *Κεῖνοι μέν*. Minus recte Billius : *Atque ita fecerunt Hebræi.*

15 *Θεημάχον*. Coisl. θεόμαχον.

17 *Ἄνδρες ἔηκαν*. Plures codices ἔδρες ἔειπον.

20 *Νεόπηγα, recens conditam*. Male Billius : *Novam legem*, qua voce nonnisi lex Christi, ceu Evangelium, debet appellari. Ibidem λυθέντος. Male edit. λυθέντες.

24 *Μιγέντες*. Hoc est, ut Cyrus exponit, *veritati totius religionis assentientes, eique mente per fidem conjuncti*. Billius.

27 *Ἀπείριτος*. Coisl. ἀπείρητος. Hesych. ἀπείρατος.

METRICA VERSIO.

Dogmata, quæ totum moderatur legibus orbem.
Sed tamen intrepido mea vox erumpet ab ore,
Quandoquidem et Christo non tam sunt grata frequenter
Munera, quæ gravida dives largitur ab arca,
Quam quæ (sit modo chara) manus pauperrima fundit.
Ergo procul, procul extemplo, scelerata caterva,
Hinc fuge; namque meus puras tantummodo mentes
Sermo petit, vel quæ sese purgare laborant.
Quod si quisquam animo, si moribus atque profanis
Huc veniat, densa saxorum mole peribit
Obrutus : ut quondam cum summo in vertice montis
Omnipotens claro radiaret lumine Christus,
Mosique in tabulis sanctissima jura notaret.
Atque ita fecerunt Hebræi : nosque perinde
Sacrilega a nostris submovimus agmina verbis.
Ast mihi scribendi exorsus vox illa futura est,
Quam prius, ut duram quaterent formidine gentem,
Persancti misere viri (dum quærit uterque
Quos testes sermonum habeat), Mosesque piusque
Isaias, legem ille novam cum prodidit, iste
Cum sacrata Dei plebs impia jura resolvit :
Audite, æthereæ sedes, tuque excipe, terra,
Quæ dicam. Ac mihi tu, quæso, cum pectore linguam,
Pneuma, move, quæ sit tanquam tuba persona veri :
Ut cunctos supero penitus cum numine junctos
Non levis ex nostro capiat sermone voluptas.
Unicus omnino Deus est, ab origine nulla,
Causæque ignarus, quem circumscribere quidquam
Quod queat haud unquam fuit, aut quandoque futurum est :
Ævum ipse amplectens, immenso robore, nati
Unigenæ magnus genitor; quem dicere passum
Grande nefas cuiquam fuerit, dum gignit, eorum,
Quæ carnis natura capit; nam spiritus ipse est.
Unus item est alius Deus alti Sermo parentis
(Non alius deitate tamen), qui manat ab illo,
Ac viva est Patris effigies, atque unica proles.

Digitized by Google

Οἷος, καὶ μούνοιο μονώτατος, ἰσοφέριττος,
Ὡς κεν ὁ μὲν μίμνῃ γενέτης ὅλος, αὐτὰρ ὅγ' Υἱὸς
Κοσμοθέτης νωμεύς τε, Πατρὸς σθένος ἠδὲ νόημα.
35. Ἓν Πνεῦμ' ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ Θεός. Ἔρρετε πάντες,
Οὓς μὴ Πνεῦμ' ἐτύπωσεν ἐὴν θεότητ' ἀναφαίνειν,
Ἀλλ' ἢ βένθος ἔχουσι κακῶς, ἢ γλῶσσαν ἄναγνον,
Ἡμιφαεῖς, φθονεροί τε, νοήμονες αὐτοδίδακτοι,
Πηγὴ κευθομένη, λύχνος σκοτίοις ἐνὶ κόλποις.

B'. *Περὶ τοῦ Υἱοῦ.*

Υἱέα δὲ πρώτιστον ἀείσομεν, αἷμα σέβοντες
Ἡμετέρων παθέων τὸ καθάρσιον. Ἦ γὰρ ἀνάγκη

A Καὶ βροτὸν οὐρανίοιτιν ἀρηγέμεν εἵνεκα γλώσσης
Μαρναμένης θεότητι, κακοφρονος, αὐτοφόνοιο.
5 Οὐδὲν ἦην μεγάλοιο Πατρὸς πάρος. Ὅς γὰρ ἅπαντα
Ἐντὸς ἔχει, καὶ Πατρὸς ὑπέρτερον οὐδέν· ὁ Πατρὸς
Ἐκπεφυὼς μεγάλοιο Θεοῦ Λόγος· ἄχρονος Υἱὸς,
Εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἴση.
Πατρὸς γὰρ κλέος ἐστὶ πάϊς μέγας, ἐκ δὲ φαάνθη,
10. Ὡς μόνος οἶδε Πατήρ τε καὶ ὃς Πατρὸς ἐξ-
[εφαάνθη.
Οὐδὲν γὰρ θεότητος ἦην πέλας· ἀλλὰ τόδ' ἔμπης
Πᾶσιν ὁμῶς μερόπεσσιν ἀριφραδὲς, ὥσπερ ἔμοι γε,
Οὐδὲν ἐμῆς θέμις ἐστὶ φέρειν θεότητι γενέθλης,
Οὐ ῥύσιν, οὐδὲ τομὴν κακοαισχέα. Εἰ γὰρ ἔγωγε

Filius, solus ex solo, æqualis,
Ita ut ille quidem maneat totus genitor, Filius autem
Mundi creator et gubernator sit, Patris robur et intelligentia.
35 Unus Spiritus ex bono Deo Deus. Abeant omnes,
Quos non signavit Spiritus, ut ipsius divinitatem prædicent,
Quique cor habent perversum, aut linguam incestam,
Semilucidi, et invidi, prudentes a se ipsis docti,
Fons occultus, lucerna in tenebrosis angulis.

II. *De Filio.*[*]

Filium primo cantabimus, sanguinem venerantes
Qui vitiorum nostrorum expiatio fuit. Necesse est enim
Etiam mortalem auxilio venire cœlestibus, ob linguam
Detrahentem divinitati, prave sentientem, sui ipsius homicidam.
5 Nihil ante magnum Patrem erat. Omnia enim
Intus habet. Nihil Patre majus. E Patre
Genitum magni Dei Verbum, Filius expers temporis,
Imago exemplaris, natura Genitori æqualis.
Patris enim gloria est magnus Filius. Resplenduit autem,
10 Ut solus scit Pater, et qui ex Patre resplenduit :
Nihil enim divinitati vicinum erat ; sed tamen
Omnibus hoc persuasum est hominibus, ut et mihi,
Nihil fas est ex mea generatione in divinitatem conferre,
Non fluxionem, non sectionem fœdam. Ego enim

[*] Alias Bill. 71, pag. 161.

37 Ἀλλ' ἢ *βένθος ἔχουσι κακῶς*. His verbis eos Gregorius insectatur, qui perversam doctrinam colunt, et qui sanam libera voce profiteri verentur.

II. 3 *Οὐρανίοισιν*. Nicetas exponit δόγμασι, de Deo et æternis decretis. Billius, *angelos*, inquit, *potius acceperim*. Verum quid ad angelos, ut recte Combefisius observat, restringere, cum primo et principalius personarum fidem Gregorius exponat et tueatur adversus linguas detrahentes Divinitati.

4 *Αὐτοφόνοιο*. Vat. αὐτοφονῆος.

6 *Πατρὸς ὑπέρτερον οὐδέν*. Sic Vat. Quæ lectio præferenda nobis visa est. Edit. Πατρὸς ἀπήορος οἶδεν, quod vertit Billius : *A magno pendetque Parente*, quæ quidem verba theologi facile non admiserint.

8 *Γεννήτορος*. Coisl. aliique plures γεννήτορι. Alii autem γενετῆρος.

METRICA VERSIO.

Solus et e solo planeque æqualis : ut ille
Duntaxat Pater, hic maneat tantummodo natus :
Mens Patris et robur, mundi moderator et auctor.
Unus item Deus est ex summo Numine manans
Spiritus. Este procul cuncti fœdeque perite,
Vos quibus hoc medio non ille in pectore fixit,
Pneuma Deum ut clara dicatis voce palamque.
Sed male vel vobis sceleratum perfida morbum
Corda fovent, vel lingua timet, languetque profana.
Ac tantum media lucetis parte, malusque
Vos nimis exagitat livor, doctique penes vos
Estis, et abstrusi latices, hominumque negati
Usibus, atque sinu tenebroso tecta lucerna.

II. De Filio.

(*Billio interprete.*)

Ac primum Nati præconia sancta canemus,
Mortem, qua vitii macula est detersa, colentes.

B Cœlicolis etenim mortalem ferre necesse est
Auxilium adversus linguam, quæ perfida bello,
Seque ipsam jugulans, numen cœleste lacessit.
Nil erat ante Patrem magnum. Nam cuncta coercet
Complexu ille suo. A magno pendetque Parente
Editus ex illo Sermo, qui temporis expers
Effigiem in sese Patris exprimit undique, et illi
Par est natura : namque inclyta gloria Patris
Filius est, et grande decus. Fuge quærere quonam
Sit pacto genitus : soli cum prole parenti
Cognitus hic modus est. Quis enim mortalis adesse
Tum potuit, Triademque oculis spectare beatam ?
Sed tamen id nulli dubium est quin sectio nulla,
Nullaque sit supero prorsus tribuenda parenti
Fluxio, quæ nimium spurca est, nec denique quid-
[quam,
Quod cadat in nostros ortus, quos cæca libido
Prægreditur. Nam si idcirco me passio tangit,

Digitized by Google

15 Οὐκ ἀπαθὴς γενέτωρ· καὶ γὰρ δετός· οὔτι πα- A
[θητὸς,
Ὅς τις πάμπαν ἄπηκτος, ἀσώματος. Ὧν γὰρ ἄπωθεν
Εἰσὶ φύσεις, τί τὸ θαῦμα καὶ εἰ γεννήσιες ἄλλαι;
Εἰ χρόνος ἐστὶν ἐμεῖο παροίτερος, οὐ πρὸ Λόγοιο
Ὁ χρόνος, οὗ γενέτης ἔστ' ἄχρονος. Ἥμος ἄναρχος
20 Ἦε Πατὴρ θεότητος ὑπέρτερον οὔτι λελοιπὼς,
Τῆμος καὶ Πατρὸς Υἱὸς, ἔχων Πατέρ' ἄχρονον ἀρχὴν,
Ὡς φάος ἠελίοιο μέγαν περικαλλέα κύκλον·
Εἰ καὶ εἴδεα πάντα κάτω μεγάλοιο Θεοῖο,
Ὅφρα κε μή τι Πατρὸς καὶ Υἱέος αἰὲν ἐόντων
25 Μεσσηγὺ στήσαντες, ἀποῤῥήξωμεν ἄνακτα
Υἱὸν Πατρὸς ἄνακτος. Ὁ γὰρ πάρος ἐστὶ Θεοῖο,
Ἢ χρόνος, ἠὲ θέλησις, ἐμοὶ τιμῆξις θεότητος.
Ὡς Θεὸς, ὡς γενέτης, γενέτης μέγας. Εἰ δὲ μέγιστον
Πατρὶ τὸ μή τιν' ἔχειν κεδνῆς θεότητος ἀφορμὴν,
30 Οὐδ' ἧσσον μεγάλοιο Πατρὸς γεννήματι σεπτῷ
Τοίην ῥίζαν ἔχειν. Τῷ μὴ Θεὸν εἴργε Θεοῖο.
Οὐ γὰρ ἀπόπροθι Πατρὸς ἔγνως Παῖν. Ἡ δ' ἀγένητος
Φωνὴ, γέννησίς τε Πατρὸς ἄπο, οὐ θεότητος
Ἔπλετο εἶδεα διττά· τὶς ἔπλασεν, ἀμφὶ δ' ἑκείνην
35 Ἀμφότερ' ἐκτὸς ἐόντα, φύσις δ' ἀκέαστος ἔμοιγε·
Εἰ μὲν δὴ γέννησιν ἔχει Λόγος, οὔτε Πατήρ τι
Σαρκὸς, ἄσαρκος ἐὼν ἐπιδέξεται (οὔποτε τόσσον
Ἀνθρώπων νόος ἐστὶν ἀτάσθαλος ὥστε νοῆσαι),
Καὶ Θεὸν Υἱὸν ἔχεις, γεννήτορος ἄξιον εὖχος.
40 Εἰ δ' ἐπίηρα φέρων Πατρὸς μεγάλου θεότητι
Μαψιδίως, κενεόν τε δέος πραπίδεσσι χαράσσων,

210-211 15 Non sum sine passione genitor, sum enim compositus : at minime passi-
Qui omnino incompositus est et incorporeus. Quorum enim discrepantes sunt [bilis.
Naturæ, quid mirum si et generationes diversæ?
Si antiquius me tempus est, non ante Verbum
Tempus est, cujus genitor temporis est expers. Quando principio carens
20 Exsistebat Pater, nihil supra divinitatem relinquens,
Tum et Patris Filius, principium habens Patrem principii expertem,
Ut splendor magnum et præclarum solis orbem :
Quanquam exempla omnia infra magnum Deum sunt;
Sed ne quid inter Patrem et Filium, qui semper exsistunt,
25 Medium statuentes, abscindamus regem
Patris regis Filium. Nam ante Deum
Tempus aut voluntas, mihi sectio est divinitatis.
Ut Deus, ut genitor, magnus est genitor. Quod si maxima
Est Patri gloria, nullam habere adorandæ deitatis causam,
30 Non decus est venerandæ magni Patris soboli
Talem habere radicem. Quare Deum a Deo non arceas.
Non enim remotum a Patre nosti Filium. Voces autem
Ingenitus et generatio a Patre nequaquam divinitatis
Duplex idea sunt : finxit id aliquis : sed circa divinitatem
35 Utraque extrinsecus est. Natura autem inseparabilis est.
Sed si generationem habet Verbum, neque Pater quidquam
Carnis admittet, cum carne careat (nunquam profecto
Humana mens ita erit impia, ut id cogitet);
Et Deum Filium habes, dignum genitore decus.
40 Quod si nequidquam magni Patris divinitati
Gratificans, vanumque terrorem pectori imprimens,

16 *Ὅς τις*. Sic Regii plures. Coisl. ὅστις. Edit., ὅς τι. Græcus interpres, ὅστις παντελῶς ἀσύνθετος καὶ ἁπλοῦς, πάντως οὐ παθητός, *qui enim omnino compositionis est expers et simplex, prorsus est impassibilis.*

18 *Ἐμεῖο*. Ita Hesych. Edit. ἐμοῖο.

19 *Ἥμος ἄναρχος*. Ita tres mss. Edit., ἀνάρχου.

26 *Ὁ γὰρ πάρος*. Græcus interpres, ὁ γὰρ ἂν πρεσβύτερον ἢ τοῦ Θεοῦ, ἢ χρόνος, etc., *quidquid enim Deo antiquius fuerit aut tempus, aut voluntas, Divinitatem separat et dividit.*

27 *Τμῆξις*. Alii τμῆσις.

30 *Οὐδ' ἧσσον*. Vat. cum tribus aliis, οὐχ ἧσσων. Μοχ Θεοῦ pro Πατρός. *Non minor gloria est Filio.*

32 *Ἀπόπροθι*. Ita Coisl. Ibid. ἡ δ' ἀγένητος, etc. Græcus interpres : Ἡ γὰρ γέννησις καὶ ἡ ἀγεννησία, τὸ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς εἶναι δηλοῦσι τὸν Υἱὸν, οὐ θεότητος; σημαντικαί. *Hæ voces a Patre Filium esse ostendunt, divinitatem vero non significant.*

36 *Ἔχει*. Tres mss., ἔχοι.

38 *Ὥστε*. Vat., ὡς τό.

39 *Ἔχεις*. Sic Vat. et Coisl. Edit., ἔχειν.

METRICA VERSIO.

Haud simplex quia sum, sed mente et corpore consto, B
Qua jam fronte Deo tribuetur passio, cum sit
Corporis et rerum, proprii quæ corporis exsors?
Nam quorum sunt dissimiles longeque remotæ
Naturæ, similes quisnam horum dixerit ortus?
Si prius est tempus quam sim, prius attamen haud est
Quam Verbum, cujus Pater est sine tempore. Cum-
Nil penitus deitate sua majusve prinsve [que
Esset habens Genitor, Natus quoque tunc erat, atque
Principium ipse Patrem, qui tempus nescit, habebat :
Non secus ac magnum Phœbi lux ignea discum :
Sit licet exemplum divino Numine quodvis
Inferius. Nec enim debet committere quisquam,
Ut Patris ac Nati, quorum est æternus uterque,
Quidquam interjiciat medium, sobolemque nefando
Crimine dissociet, charoque a Patre secare
Audeat. Ille etenim deitatem dissecat audax,
Ante Deum, aut tempus quicunque, aut velle locarit,

Ac sane magnus Deus est, orbisque creator.
Quod si non ullam causam deitatis habere
Ad decus est amplum Genitori : non minus hercle
Illustre est Nato tali fluxisse Parente,
Ducereque hinc causam. Quocirca a numine numen
Truncare, et stolida disjungere parcito mente.
Nam neque tu sobolem nosti unquam a Patre remo-
Ingeniti porro ac geniti vocabula, quæ tu [tam.
Incassum metuis, non sunt ea verba, patescat
Queis nobis natura Dei, certisque notetur
Indiciis. Nam si species hinc bina probatur,
Dic age quis genitor fuerit, quis fictor earum?
Ast ambo circa naturam, extrinseca cum sint,
Versantur, manet autem omnino insectilis ipsa.
Quod si ortum Verbo tribuas, duo lucra sequentur,
Nam neque propterea, careat cum corpore, quid-
[quam
Admittet carnale Pater (non tam impius unquam

Digitized by Google

Τὴν μὲν ἀπαρνήσαιο, βάλοις δ' ἐς κτίσματα Χριστὸν,
Ἀμφοτέρων θεότητα καθύβρισας, ὦ κενεόφρον,
Τὸν μὲν Παιδὸς ἄμερσας, ὁ δ' οὐ Θεὸς, εἴπερ ἐτύχθη.
Πᾶν γὰρ ὃ μή ποτε ἦν, αὐτῶν τόδε · κἂν τι Θεοῖο
Τοῖς μεγάλοισι λόγοισι μένοι, καὶ ἔμπεδον εἴη.
Τίς δὲ λόγος σὲ μὲν ἔνθεν ἀφορμηθέντα, φέριστε,
Τοῖς Χριστοῦ παθέεσσι Θεὸν μετέπειτα γενέσθαι,
Τὸν δ' ὑπὸ δεσμὰ φέρειν, καὶ σὸν καλέειν ὁμόδουλον
Δουλοσύνης γεράεσσι τεμώμενον ἀντὶ Θεοῖο;
Εἰ μιν ἔτευξεν ἔπειτα Θεὸς μέγας ὄργανον ἐσθλὸν
(Χαλκεὺς ὡς ῥαιστῆρα πονησάμενος δι' ἄμαξαν),
Ὅς κεν ἔμ' Ἀρχεγόνοιο Θεὸς χειρὶ κτεατίσσῃ·
Ὅδ' ἂν καὶ Χριστοῖο πέλοι κτίσις οὐρανίοιο.

Hollân ἀρειοτέρη, κείνης Λόγος εἴ περ ἔκητι
Οὐ κείνη Χριστοῖο. Τίς ἂν τάδε μυθήσαιτο;
Εἰ δ' ὅτι σῶμ' ὑπέδεκτο τεοῖς παθέεσσιν ἀρήγων,
Τοὔνεκα καὶ θεότητι μεγακλεῖ μέτρ' ἐπιθήσεις·
Ἥλιτεν ὅς σ' ἐλέῃρεν; ἐμοὶ δέ γε πλεῖον ἀγητός·
Οὔτε τι γὰρ θεότητος ἀπέξεσε, καί μ' ἐσάωσεν,
Ἰητὴρ δυσόδμοισιν ἐπικύψας παθέεσσιν.
Ἦν βροτὸς, ἀλλὰ Θεός. Δαβὶδ γένος, ἀλλ' Ἀδάμοιο
Πλάστης. Σαρκοφόρος μὲν, ἀτὰρ καὶ σώματος ἐκτός.
Μητρὸς, παρθενικῆς δέ· περίγραφος, ἀλλ' ἀμέτρητος.
Καὶ φάτνη μὲν ἔδεκτο, Μάγοις δέ τε ἡγεμόνευεν
Ἀστὴρ, ὡροφόροι δ' ἄρ' ἔβαν, καὶ γούνατ' ἔκαμψαν.
Ὡς βροτὸς ἦλθ' ἐπ' ἀγῶνα, ὑπέρσχεθε δ' ὡς ἀδάμαστος

Generationem neges, Christumque detrudas inter res creatas;
Utriusque divinitati injuriam fecisti, o stolide,
Illum Filio spoliasti : iste vero non jam Deus, si quidem conditus.
Quidquid enim aliquando non erat, res creata est, etiamsi Dei
Magnis consiliis maneat, et stabile futurum sit.
Quæ autem ratio, ut tu quidem hinc ortum habens,
Christi passionibus Deus postea fias,
Illum vero in vincula conjicias, et tuum, pro Deo, conservum
212-213 Servitutis præmiis ornatum voces?
Si illum postea magnus Deus condidit, ut bonum instrumentum
(Velut faber plaustri causa malleum elaborans),
Ut me Primogeniti manu factum Deus possideat:
Sic et Christo cœlesti res creata longe
Præstaret, siquidem illius causa Verbum exsisteret,
Non illa Christi causa. Quis autem hæc proferat?
Quod si quia corpus suscepit, tuis morbis opem ferens,
Idcirco gloriosæ divinitati modum imponis,
Num peccavit, qui tui misertus est? Mihi vero magis admirandus.
Nam nec de divinitate quidquam amisit, et me salvum fecit,
Medicus fetentibus inclinans se vulneribus.
Mortalis erat, sed Deus. Davidis genus, sed Adami
Opifex; carnem quidem gerens, sed et corporis expers.
Matrem habuit, sed virginem : circumscriptus, sed et immensus.
Illum stabulum excepit, sed Magis dux fuit
Stella, et dona ferentes venerunt, ac genua flexerunt.
Ut homo venit ad certamen, sed superavit, ut insuperabilis,

44 *Ἀμερσας*. Sic Coisl. Male edit. ἄμεσας.
45 *Ποτε ἦν, αὐτῶν*. Vat., ποτ' ἔην, αὐτῶν, *ex ipsis*, scilicet ex rebus creatis, κτισμάτων.
59 *Ἥλιτεν*. Mendose edit. ἤλιπεν.
63 *Πλάστης*. Ita Coisl. Edit. πλάστος.
65 *Ἡγεμόνευεν*. Alii ἡγεμονεύει.
67 *Ὑπέρσχεθε*. Ita Coisl. et Combef. qui interpretatur ὑπερενίκησε. Editi ὑπέρχετε.

METRICA VERSIO.

Ullus erit scelus ut tantum vel pectore verset);
Et (dignum genitore decus) Deus insuper ipse
Natus erit. Sin, dum patriæ deitatis amore
Afficeris nimis, atque metus tibi fingis inanes,
Perfidus hanc tollas, redigasque ad condita Christum,
Amborum numen stultus violabis eodem
Crimine. Namque Patri soboles tam chara peribit:
Ac rursus propria Natus deitate carebit,
Si modo conditus est : nam quidquid tempore cœ-
Hoc etiam prorsus statui inter condita debet. [pit,
Quod vero certum ac stabile est, et temporis expers,
Id colito, idque Deum lingua haud trepidante vocato.
Quæ porro hæc ratio est, ut cum per vulnera Chri-
Atque salutiferos Deus efficiare dolores, [sti,
Reprimere hunc contra et servili classe locare
Non dubites, nomenque illi Dominique Deique
Eripias, sat habens meliorem dicere servum,
Quique gradu primas tantum mereatur in isto?
Jam si instrumenti Genitor vice condidit ipsum
(Non secus atque faber gnavus, dum condere cur- [rum
Destinat, aut aliud quidquam, prius organa condit);
Ut per primigenam ipsius me denique dextram
Efficeret, Christo multis quoque partibus esset
Condita res potior, siquidem non propter honorem
Exstiterit Christi, sed contra Christus ob illam. [ces
Quisnam autem nisi stultus, in has prorumpere vo-
Sustineat? Quod si, quia carnem assumpserit, ut te
Eximeret gravibus vitiis, morbisque levaret,
Inferiore putas idcirco sede locandum,
Divinæque gradus naturæ figere pergis,
Scilicet erravit, tua quem flexere malorum
Agmina, quique tulit tantis medicamina morbis.
At contra illius magis hoc quoque nomine numen
Suspicio et vereor, quia nec deitatis ab ipso
Facta ulla est prorsus jactura, mihique salutem
Attulit, ut facilis medicus, dum fetida tract.t
Ulcera, pallentes seseque inclinat ad ægros.
Ipse quidem mortalis erat : verum et Deus idem;
Davidica de stirpe satus : sed qui tamen ipse
Condiderat primævum hominem; carnalis, at idem
Carne vacans; de matre quidem, sed virgine natus,
Inclususque loco, sed quem mensura nequiret
Finire. Exceptus stabulo; duce sidere verum
Accessere Magi, flexisque haud parva dedere
Munera poplitibus puero. Certamina, tanquam
Mortalis, subiit : triplici sed agone tyrannum
Fregit, ut indomitus. Sumpto jejuna refecit

Digitized by Google

Πειραστὴν τρισσοῖσι παλαίσμασιν· εἶδαρ ὑπέστη,
Θρέψε δὲ χιλιάδας, ὕδωρ τ' εἰς οἶνον ἄμειψε.
Λούσατο, ἀλλ' ἐκάθηρεν ἁμαρτάδας, ἀλλ' ἐβοήθη
Πνεύματι βρονταίης φωνῆς ὑπο Υἱὸς Ἀνάρχου·
Ὡς βροτὸς ὕπνον ἔδεκτο, καὶ ὡς Θεὸς εὗνασε πόντον.
Γοῦνα κάμεν, παρέτοις δὲ μένος καὶ γούνατ' ἔπηξεν.
Εὔξατο· τίς δ' ἐσάκουσε λιταζομένων ἀμενηνῶν;
Ἦν θύος, ἀρχιερεὺς δέ· θυηπόλος, ἀλλὰ Θεός περ.
Αἷμ' ἀνέθηκε Θεῷ, κόσμον δ' ἐκάθηρεν ἅπαντα.
Καὶ σταυρός μιν ἄειρε, πάγη δ' ἥλοισιν ἁμαρτάς.
Ἀλλὰ τί μοι τὰ ἕκαστα λέγειν; νεκύεσσιν ἐμίχθη,
Ἔγρετο δ' ἐκ νεκύων, νεκροὺς δ' ἀνέγειρε πάροιθεν.
Ἐκεῖνα βροτέης πενίης, ὅδε πλοῦτος ἀσάρκου·

A Μὴ σύ γε τοῖς βροτέοισιν ἀτιμάζοις θεότητα,
Κείνῃ δὲ χθονίην μορφὴν ἐρικυδέα τεύχειν,
Ἦν, σοί γ' εὐμενέων, μορφώσατο ἄφθιτος Υἱός.

Γ'. *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.*

Θυμὲ, τί δηθύνεις; καὶ Πνεύματος εὖχος ἄειδε,
Μηδὲ τέμῃς μύθοισιν, ὃ μὴ φύσις ἐκτὸς ἔθηκε.
Πνεῦμα μέγα τρομέωμεν, ὁμοίθεον, ᾧ Θεὸν ἔγνων,
Ὅς Θεός ἐστιν ἐναντα, καὶ ὃς Θεὸν ἐνθάδε τεύχει·
Πανσθενὲς, αἰολόδωρον, ἀγνῆς ὕμνημα χορείης,
Οὐρανίων χθονίων τε φερέσβιον, ὑψιθώκων,
Πατρόθεν ἐρχόμενον, θεῖον μένος, αὐτοκέλευστον,
Οὔτε Πάϊς (μοῦνος γὰρ ἑνὸς Πάϊς ἐσθλὸς ἀρίστου),

Tentatorem triplici pugna. Cibus appositus :
Sed aluit plura millia, et aquam in vinum convertit.
Baptizatus est, sed peccata expiavit, sed acclamatus est
Spiritu tonitrui voce Filius Æterni.
Ut homo somnum cepit, sed, ut Deus, mare compescuit.
Genibus fatigatus est, sed paralyticis robur et genua firmavit.
Precatus est ; sed quis infirmos precantes exaudivit ?
Victima fuit, sed et pontifex ; sacerdos, sed tamen Deus.
Sanguinem obtulit Deo, sed mundum universum mundavit.
Illum crux extulit, sed clavis confixum peccatum.
Sed quid singula recenseo ? mortuis permistus est,
Sed ex mortuis surrexit, ac multos antea mortuos suscitavit :
In his humana paupertas : in hoc divitiæ incorporei.
Ne vero tu ob humana divinitati dedecus inure :
Sed ob deitatem terrestri formæ plurimum honoris habeto,
Quam, tui amore adductus, incorruptus Filius suscepit.

214-215 III. *De Spiritu sancto**.

Anime, quid moraris ? Spiritus quoque gloriam canta,
Ne sermone scindas quod natura non dissociavit.
Contremiscamus coram magno Spiritu, pariter Deo, per quem Deum cognovi,
Qui Deus est manifeste, et hic me Deum efficit :
Omnipotens, variorum donorum auctor, hymnorum sancti chori incentor,
Cœlestibus terrestribusque vitam impertiens, in altis sedens.
Ex Patre procedens, divinum robur, nulli potestati subjectus ;
Nec Filius (unus est enim unius optimi bonus Filius),

* Alias Bill. 74, p. 167.

70 *Ἀλλ' ἐκάθηρεν.* Ita Vat. Editi, ἀλλὰ κάθηρεν.
71 *Υἱὸς ἀνάρχου.* Coisl., Πατρός.
72 *Καὶ ὡς Θεὸς εὗνασε πόντον.* Vat., Θεὸς δ' ὡς πᾶϊς θάλασσαν.
73 *Παρέτοις.* Id est, παρειμένοις τὰ μέλη καὶ παραλελυμένοις.
77 *Σταυρός μιν ἄειρε.* Ita Coisl. et Hesych. Quæ lectio melior quam in editis, σταυρὸς μὲν ἄειρε.
80 *Βροτέης.* Sic Coisl. Editi βροτέοις. Mox, ἀσάρκου. Vat. ἀνάρχου. Ibid. Ἐκεῖνα. Forte, ut stet versus, κἀκεῖνα. Mox τοῖς deest in edit.
81 *Ἀτιμάζοις.* Vat. et Hesych., ἀτιμάζειν.
III. 4 *Καὶ ὅς.* Ita Vat. Editi, καὶ ὡς. Legendum videtur ὅ.
5 *Αἰολόδωρον.* Vat., ὁλδιόδωρον. Ibid. ἀγνῆς ὕμνημα χορείης, *casti laudatio chori* (virginum), *angelorum hominumque vitæ auctor.*

METRICA VERSIO.

Membra cibo : verum numerosæ pabula turbæ
Præbuit, et vinum liquidis expressit ab undis.
Tinctus item est, verum maculas et crimina mundi
Abluit, et grandi ipsius sanctissima voce
A Patre testata est deitas, Natusque vocatus.
Quin, ut homo, dulci recreavit membra sopore :
At, velut omnipotens, compescuit æquoris æstum.
Lassos ipse pedes sensit, cum longa viarum
Confieeret spatia : at lassis fractisque refudit
Vim genibus, fixitque recens in corpore robur.
Incubuit precibus : sed quid ? nonne ille precan-
Supplicibus votis attentam præbuit aurem ? [tum
Victima erat ; sed et antistes, magnusque sacerdos
Sacrificus, verum simul et Deus. Ipse Parenti
Obtulit hunc, quem sævi homines fudere, cruorem
At totum obscenis lustravit sordibus orbem,
Inque crucem est actus, verum in cruce fixa pependit
Noxa hominum, nobisque salus hinc parta. Quid autem
Singula commemoro ? Tenebrosæ spicula mortis
Sensit : at ipse brevi jugulata morte revixit,
Atque prius multos superas revocavit ad auras.

B Quidnam igitur ? Nempe illa parit mortalis egestas ;
Hæc opibus tribuenda Dei, quem carne vacare
Non dubium est. Ideoque cave ne, dum anxius hæres
Humana expendens, minuas deitatis honorem.
Quin ob eam potius mortalem extollere formam
Esto memor, quam chara, tui dum flagrat amore,
Ætherei assumpsit proles æterna Parentis.

III. De Spiritu sancto.
(*Billio interprete.*)

Mens mea, rumpe moras, etiam præconia pande
Pneumatis, et verbis ea quæ natura ligavit
Dissociare cave. Sanctus pia corda tremore
Spiritus afficiat, qui Patri condens atque
Est Nato, per quem mihi summi Numinis orta est
Notitia, et qui nos divina in Numina vertit.
Omnipotens, variusque in donis, cantio cœtus
Angelici, atque hominum, pietas quibus insita cordi
A Patre progressus, divino robore pollens. [est ;
Vivificus, celsæ residens in culmine sedis,
Arbitriique sui liber. Non Filius (absit ;
Una etenim est superi soboles tantummodo Patris).

Digitized by Google

Οὔτ' ἐκτὸς θεότητος ἀειδέος, ἀλλ' ὁμόδοξον.
Ὅστις δ' ἐν σελίδεσσι θεοπνεύστοιο νόμοιο
Πνεύματος οὐρανίοιο λαβεῖν ποθέει θεότητα,
Πολλὰς μὲν πυκινάς τε τρίβους εἰς ἓν συνιούσας
Ὄψεται, ἢν ἐθέλῃσι, καὶ εἴ τι Πνεύματος ἀγνοῦ
Εἵρυσεν ᾗ κραδίῃ, καὶ εἰ νόος ὀξὺ δέδορκεν.
Εἰ δὲ γυμνὴν ποθέει φωνὴν θεότητος ἐραννῆς,
Ἴστω μὴ πινυτὸν ποθέων λόγον. Οὐ γὰρ ἐῴκει,
Μή πω τῆς Χριστοῖο βροτῶν πλεόνεσσι φανείσης,
Ἄχθος ἄγειν κραδίῃσιν ἀφαυροτάτῃσιν ἄπιστον.
Οὐδὲ γὰρ ἀρχομένοισι τελειοτέροιο λόγοιο
Καιρός. Τίς δ' ἀμυδροῖσιν ἔτ' ὄμμασιν ἢ πυρὸς [αὐγὰς
Δείξειν ὅλας, ἢ φωτὸς ἀπλητοτέροιο κόρεσσεν;
Λώϊον, ἢν κατὰ μικρὸν ἄγῃς πυριθαλπέας αὐγὰς,
Μή πως καὶ γλυκεροῖο φάους πηγάς τι χαλέψῃς.
Ὡς γὰρ Πατρὸς ἄνακτος ὅλην θεότητα προφαίνων
Πρόσθε λόγος, Χριστοῖο μέγα κλέος αὐγάζεσκε
Παύροισιν πινυτοῖσι φαεινόμενον μερόπεσσιν,
Ὡς καὶ Παιδὸς ἔπειτα φαεινοτέρην ἀναφαίνων,
Πνεύματος αἰγλήεντος ὑπήστραψεν θεότητα.
Βαιὸν τοῖσδ' ὑπέλαμψε, τὸ δὲ πλέον ἡμῖν ἔλειπεν,
Οἷς ἅ καὶ ἐν γλώσσῃσι πυρὸς μετέπειτ' ἐμε- [ρίσθη,
Σῆμα φέρον θεότητος, ὅτ' ἐκ χθονὸς ἅλτο Σωτήρ.
Καὶ γὰρ πῦρ Θεὸν οἶδα κακοῖς, ὡς φῶς ἀγαθοῖσιν.
Οὕτω σοι θεότητα συνήγαγον. Εἰ δὲ τέθηπας
Υἱόν τ' οὐχ Υἱόν τε μιῆς θεότητος ἀκούων,
Μύθοις τ' ἀντιθέτοισιν ἐϋστροφέεσσι πέποιθας·
Δώσει κἀνθάδ' ἔμοιγε Θεὸς λόγον αὐτὸς ἐπελθών.

Nec extra divinitatem invisibilem, sed par honore.
Quisquis autem in tabulis divinitus inspiratæ legis,
Spiritus cœlestis deprehendere cupit divinitatem,
Multas quidem crebrasque vias in unum coeuntes
Perspiciet, si modo volet, et si quid Spiritus sancti
Hausit suo in corde, si mens illius acutum cernit.
Sed si nudam vocem amabilis divinitatis desiderat,
Sciat se rem desiderare non prudentem. Non enim conveniebat,
Cum nondum Christi divinitas plerisque hominibus manifesta esset,
Onus imponere infirmis cordibus periculosum.
Non enim tironibus perfectior doctrina
Tempestiva est. Quis enim debilibus adhuc oculis totam ignis
Flammam ostendat, aut lumine abundantiore satiet?
Satius est paulatim ardentes radios adducere,
Ne forte dulcis etiam lucis angulos lædas.
Quemadmodum enim Patris regis totam divinitatem ostendens
Antiqua doctrina, magnum Christi decus illustrabat
Paucis prudentibus hominibus manifestum;
Ita et Filii postea divinitatem apertius declarans,
Spiritus coruscantis divinitatem splendide promulgavit.
Leviter quidem illis illuxit (Spiritus), nobis autem pleraque servavit,
Quibus postea in linguis igneis divisus est,
Signum efferens divinitatis, postquam Servator e terra assumptus est.
Deum enim scio malis ignem esse, ut lucem bonis.
Sic tibi divinitatem collegi. Quod si stupes,
Filium ex eadem divinitate, et non Filium audiens,
216-217 Contrariisque sermonibus apte contortis confidis,
Hic quoque verba mihi suggeret Deus ipse auxilio veniens.

11 *Οὐρανίοιο.* Sic Coisl. Editi, οὐρανίου.
18 *Ἄπιστον. Incredibile, fidem excedens.*
32 *Καὶ γὰρ πῦρ,* etc. *Deus ignis est, qui vitium omne in malis absumat et adurat; lux contra bonis ac sanctis, ut qui eis sanctitatem afferat, mentisque eorum abdita illuminet.* Bill.
34 *Υἱόν τ' οὐχ Υἱόν τε, Filium ac non Filium,* id est, *Unigenitum et Spiritum sanctum.* Ib. μιῆς. Vat. τῆς.

METRICA VERSIO.

Nec rursus deitate carens, ab eaque remotus :
Sed Patri et Nato unigenæ par prorsus honore.
Quod si quis sacris testatum forte libellis
Hoc reperire cupit, quod sit Deus ille, ducentos
Perspiciet calles, qui congrediantur in unum,
Si volet, atque aliquid si flatus pectore traxit
Ætherei, viget atque animis, et cernit acutum.
Sin cupit, et vocem poscit deitatis apertam, [dum
Haud satis est prudens. Nam, Christi numine non-
Humano generi patefacto, imponere pondus
Infirmis humeris aliud, quod ferre nequirent,
Quisnam æquum, nisi mentis inops, hoc diceret esse?
Nam neque doctrinam pueris proponere plenam
Convenit, ut nec adhuc teneris ostendere totum
Solem oculis, nimiaque illos perfundere luce.
Flammivomos etenim radios inducere sensim
Præstiterit, quam, dum plus æquo cernere gestis,
Perpetuam læsis oculis offundere noctem.

B Nam velut ante Patris totum divinus aperte
Numen pandebat sermo, contraque micabat
Gloria perpaucis Christi, qui mente valerent,
Sic etiam post, Unigenæ dum clarius orbi
Exsereret numen, tamen almi parcius idem
Pneumatis, et tecta prodebat imagine numen.
Namque parum antiquis fulsit, nobisque reliquit
Splendidius lumen, quibus est divisus in igne
Linguarum in formam efflicto (quo sancta patebat
Ipsius deitas), tum cum Servator ab imis
Sedibus æthereas cœli remeavit ad arces.
Ἔσπειρας· ὄψει τῆς σπορᾶς καὶ τὸν στάχυν.
Εἰ δ' ἀγνοεῖς σὺ τοὺς λόγους, οὐ καὶ Λόγος·
Οὐδὲ γὰρ, εἰ σὺ τῆς γραφῆς, καὶ ζωγράφος·
Οὐδ' εἰ σὺ γραμμῶν, καὶ γεωμέτρης ὁ σύ.
Τὸ μὲν κατείληφάς τι, τῷ δ' ἔπου σοφῶς.
Ἔστιν λόγος καὶ τοῦτο, πείθεσθαι λόγῳ.
Εἰ πάντα δῆλα, ποῦ τὸ πιστεύειν, λέγε.
Πίστις γάρ ἐστιν ἀπράγμων συναίνεσις
Ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτ' ἐννοῶ σοφῶς ἴσως·

Si quidem a Deo, quomodo primum quod versat Deus ?
Illius enim, qui texuit, est et retexere.
Si autem a Deo non moventur, quomodo stabunt, cum careant capite,
Aut pugnent contra potentiorem ? quomodo namque non esset pugna ?
Etenim sublata providentia, tollitur quoque Deus ;
Nisi tu Deum statuis fato alligatum,
Qui ferat invite nexus tyrannidem.
Sic enim illi suismet capiuntur verbis.
Nobis autem unus Deus regit hanc universitatem,
Sapienter volvens et nectens, ut voluerit,
Suis ipse nutibus ac rationibus,
Quamvis non omnia recte moderari videatur.
Multi quidem torquentur etiam inter sapientissimos,
Ob inæqualitatem rerum, tum olim, tum etiam nunc.
Quid necesse est cunctos referre ? sed velim attendas,
Davidi quid acciderit. Malos cernens prospero
Rerum statu florere (ut nonnulli videntur), vehementer angitur,
Veritus ne quis casui tribuat hanc naturam rerum,
Ac veluti nemo sit, qui nobis præsit.
At ipsemet hunc nodum norat solvere : Finem enim
Rerum omnium considera mihi, inquit, quam sit contrarius.
Seminasti : videbis ex semine provenientem culmum.
Si tu hujus rei ignoras rationes, non eas ignorat Verbum.
Neque enim, si tu picturæ rationes nescis, eas etiam nescit pictor.
Neque demum, si tu linearum rudis es, geometres rudis est, perinde ac tu.
Hoc quidem tu percepisti, in aliis autem acquiesce sapienter :
Rationis enim istud est, obtemperare rationi.
Si cuncta sunt perspicua, dic, obsecro, ubi sit fides.
Fides enim simplex est et nihil perscrutans assensus.
Ego vero illud etiam cogito, sapienter forsan :

25 *Καὶ πάλαι καὶ νῦν ἔτι. Tum superioribus sæculis, tum isto etiam tempore.*

26 Ἅπαντας. Vat. ἅπαντα.

32 *Ὡς ἀντίστροφον. Quam sit contrarius.* Nam qui delicias et voluptates per omnem vitæ cursum amplexus est, eas in morte cum acerbissimis doloribus commutat, et contra. Billius. Leuv. *Quam is accurate respondeat.*

37 *Σοφῶς.* Combef. legit σοφοῖς, *artis peritos sequere.*

METRICA VERSIO.

Nectentis etenim est vertere id quod nexuit.
Si non movetur a Deo, ex anarchia
Stabuntne, pugna vel Dei ? Pugna est enim.
Nam providentem qui negat, bellum Deo
Infert : Deum ni forte fatalem invehis,
Qui nexionis illibens vim sufferat.
Suismet istos sic vides dictis capi.
Mundum gubernat unus at nobis Deus,
Sapienter ipse nutibus volvens suis,
Nectensque cuncta prorsus ad libitum suum,
Quædam putetur volvere haud recte licet.
Multi laborant, et quidem sophi admodum
Et nunc, et olim, disparem ob vitæ statum.
Referre cunctos quid decet ? Spectes velim
David quid ipse sentiat, cernens malos

B Florere, ut ipsi judicant. Valde æstuat,
Ne cuncta temere quispiam ferri putet,
Nec esse quemquam, nostra qui prudens regat.
At solvit istud ipsemet. Finem omnium
Specta, inquit ille, quamque sit contrarius.
Quod seminaris, certus hoc tandem metes.
Ignota ratio si tibi est, non est Deo :
Ignota nam si lineæ est, tabulæ et tibi,
Utriusque novit hanc vel hanc tamen artifex.
Quædam ipse nosti : in cæteris esto sequax.
Prudentis hoc est nam viri, Verbo obsequi.
Si cuncta clara, dic velim fides ubi.
Simplex profecto est nam fides assensio.
Quin illud etiam cogito, haud forsan male.
Non, cum venires, ista promisi tibi,

Digitized by Google

Οὐ ταῦτα εἰσιόντι σοι καθυπεσχόμην,
Πλουτεῖν, ἀμεριμνεῖν, εὐσθενεῖν, ἢ εὐτεχνεῖν·
Εὐζωΐαν δὲ καὶ τὰ προσδοκώμενα·
Ὡς ἀντὶ τῶν νῦν προσδοκᾷν τὰ μείζονα.
Πῶς οὖν δίκαιον, ὥσπερ ἐν συναλλαγῇ,
Καὶ τὸ πραθὲν ζητεῖν σε, καὶ τὸ χρῆμ' ἔχειν;
Εἰ μὴ μόνῳ σοι τοῦτο τῶν πάντων γέρας.
Ὦ; σφόδρ' ἄπληστον, καὶ ξένης συνεισφορᾶς!
Ἢ κεῖνα ῥῖψον, φίλτατ', ἢ καὶ ταῦτα δός·
Εἴ πέρ τι δεῖ σοι τὸν σὸν ἑστάναι λόγον,
Μηδ' ἐκτὸς ἔρχῃ τῶν καλῶς συγκειμένων.
Πῶς οὖν, ἂν εἴποις, τοῖς πάλαι καὶ ταῦτα ἦν;

A Οὔπω τότ' ἦν ἡ πίστις ἐρριζωμένη,
Καὶ πίστις ἦν τὰ τῇδε τῶν νοουμένων,
Ὥσπερ γάλακτι νηπίοις ἀνδρουμένοις.
Τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου. Καὶ γὰρ τότ' ἦν
Τὰ μὲν μέγιστα τῶν κακῶν συγγνωστά πως·
Τὰ δ' οὐ μέγιστα τῶν κακῶν τιμητέα·
Ἀντιζυγούσης τῆς ἐν ἀμφοῖν ἀξίας.
Αἱ δ' ἐκδικήσεις τῶν σοφῶν ὑπέρμετροι.
Δαυῒδ σε ταῦτα πειθέτω, καὶ Μωϋσῆς,
Ἐλισσεός τε, οὗ τρέμω μεμνημένος·
Ὁ μὲν κολασθεὶς ἐνδεῶς τοῖς πταίσμασι,
Ὁ δ' ἀντὶ μικρῶν, καὶ Θεοῦ λαβὼν θέαν·

Non ista tibi fidem amplectenti pollicitus sum,
Scilicet opes, curarum expertem vitam, robur corporis, inclytam prolem,
Sed vitam illam beatam et bona quæ exspectantur,
Ut pro his præsentibus sperares majora.
Quo pacto igitur æquum sit, ut velut in contractu
Et rem venditam requiras, et pretium præ manibus habeas?
Nisi tibi uni hunc præ omnibus vindices honorem.
Quam magna aviditas, et novum commercii genus!
Aut illa projice, vir optime, aut etiam hæc largire,
Si quidem necesse est ut tuis stes verbis,
Nec iis excedas quæ præclare sunt pacta.
Quomodo igitur, inquies, priscis hominibus hæc bona erant?
Nondum eo tempore fides altas satis egerat radices,
Et vitæ præsentis bona erant certitudo de bonis quæ intellectu conspiciuntur,
Ac veluti pueris qui lacte vescuntur, donec vires colligant.
Planum est hujus rei argumentum. Etenim tunc erant
Vel maxima peccata quodam modo ignoscibilia;
Et culpæ non maximæ pœnis afficiebantur,
Expenso velut in bilance utriusque merito.
Vindictæ autem quædam sanctorum modum excessere.
Hoc tibi suadeat exemplum Davidis, Mosis
Et Elisæi cujus non sine horrore mentionem facio.
Ille quidem (David) pœnas dedit impares culpis,
Iste vero (Moyses) pro levibus graviter punitus est, qui Dei visione dignatus erat,

232-233

46 *Πῶς οὖν δίκαιον*, etc. Sic fere cap. 25 Epicteti legitur: Ἄδικος οὖν ἔσῃ καὶ ἄπληστος, εἰ μὴ προέμενος ταῦτα, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνα πιπράσκεται, προῖκα αὐτὰ βουλήσῃ λαμβάνειν. *Injustus eris et inexplebilis, si non numerato eo pretio, quo illa veneunt, gratis illa accipere velis.*

49 *Καὶ ξένης συνεισφορᾶς. Et novæ collectæ.*

52 *Συγκειμένων*. Id est, ὁμολογουμένων, πεφωνημένων.

55 *Καὶ πίστις ἦν τά*, etc. *Fidem ipsis faciebant de bonis quæ mente tantum percipiuntur.*

59 *Κακῶν*. Sic ipse legit Billius et vertit: *Non gravibus autem juncta laus culpis erat.* Et in nota ad hunc locum: *Levia peccata honori quodammodo*, inquit, *et laudi dabantur.* Quod quam absurdum sit, quam Gregorio et Scripturis repugnet, nemo non intelligit. Nunquam certe laudata, nunquam honori habita leguntur in Scripturis peccata, quasi Deo probante minora vitia. Mundi sunt oculi ejus, ne malum videant. Obscuri ac difficilioris hujus loci sensus iste est: *Tunc temporis gravissima peccata veniam aliquando consequebantur; quæ vero non admodum gravia, plectebantur, inæquali ac veluti contraria lance, appenso utrorumque merito.* In ed. καλῶν. Mox, τιμητέα. Vocis hujus notissima est in jure hæc acceptio. Inscrutabilis hujus Dei judicii exemplum suppeditant David et Moyses: ille quidem ob gravissima peccata leviter pœnas luit; iste vero ob leviusculum delictum promissa terra, in cujus desiderio erat, exclusus fuit.

65 *Ὁ δ' ἀντὶ μικρῶν, καὶ Θεοῦ λαβὼν θέαν. Pro levibus alter conspicit rebus Deum.* Ita Billius. Leuv. *Moyses autem pro re una non magna consecutus est, ut ipsum Deum aspiceret, legemque promulgaret.* Nihil ineptum magis, magisque a Gregorii mente alienum, quam utraque hæc versio. Planus est vatis sensus: *David*, inquit, *gravioribus delictis minores pœnas dedit*; deinde prosequitur: *Iste autem* (Moyses) *pro levioribus punitus est gravissime, cum esset vir tantus, quem suo Deus aspectu dignatus fuerat.* —

METRICA VERSIO.

Opes, quietem, robur, et prolem inclytam,
Felix sed ævum, quæque sperantur bona,
Majora speres ut loco præsentium.
Estne igitur æquum, te, velut in contractibus,
Et res habere, et venditam rem poscere?
Ni forte honoris vis tibi hoc uni dari.
Nimis avidi hoc est, et novi commercii.
Aut illa, bone vir, projice, aut hæc da quoque.
Si stare verbis tu cupis firmus tuis,
Nec, pacta quæ sunt commode, his excedere.
Ista quoque, dices, ergo cur priscis erant?
Fundata nondum tunc satis fides erat:

B Fidemque cernis fluxa præstabant bona;
Velut puellis, lacte qui vires trahunt.
Planum hinc fit istud: tunc enim gravissimis
Etiam solebat venia criminibus dari,
Non gravibus autem juncta laus culpis erat.
In utroque dispar sic erat libræ bilanx.
At vindicandis optimis viris modus
Aberat: docent hoc David et Moses, docet
Elisæus etiam, mente quem versans tremo.
Culpis minores ille nam pœnas luit.
Pro levibus alter conspicit rebus Deum,
Capitque legem, maximam et servat manum.

Digitized by Google

Νόμον τε, καὶ τοσοῦτον ἐκσώσας στρατόν·
Ὁ δ' ἐκ βραχείας ὕβρεως καὶ νηπίοις
Πληγὴν τοσαύτην ἀντιδοὺς παρ' ἐλπίδας.
Οὕτω σκιώδης τηνικαῦτ' ἦν καὶ νόμος.
Οὕτω κάθαρσις θυσιῶν δι' αἵματος,
Σαρκῶν τ' ἀνάγνων ἀσθενῆ ῥαντίσματα·
Οὕτως ἄριστον ἡ φυγὴ τῶν χειρόνων,
Εἰ καὶ πλέον τι μὴ προσῆν, μικροῖς ὅροις
Τῆς εὐσεβείας περιγραφομένης τοῖς τότε.
Εἶπω τι μεῖζον, ὧν ἔφην; Λελέξεται.
Οὐδ' εἰσφορὰν τοσαύτην εἶχον οὐδέπω,
Ὅσην περ ἡμεῖς, τοῖς Θεοῦ παθήμασιν,
Ἀμνῷ τε τῷ σφαγέντι τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.
Ὥστ' ἦν τὸ κείνων πλεῖον· εἰ δὲ πλεῖον ἦν,
Δὸς πλεῖον εἶναι τῶν πόνων καὶ τὸ χρέος,
Ἡμῖν δ' ἔλαττον τοῖς τυχοῦσι πλειόνων.
Ὁ δ' ἀντὶ πάντων καὶ πρὸ πάντων χρὴ λέγειν·
Μὴ σφόδρ' ἐπαίνει τοῦ βίου τὸ εὔδρομον,
Ὁ μεῖζον εἰδὼς τῶν ὁρωμένων φρονεῖν·
Μή πως ἐμοὶ μὲν ὕψος ᾖ τὸ δύσβατον,
Σοὶ δ' ἀμφίκρημνον τοῦ δρόμου τὸ εὐπετές.
Ἐμοῦ τὸ λυπρὸν κρεῖσσον ἢ τὸ σὸν καλόν.
Βοῶν ποτ' εἶδες τὸν μὲν ἐν φάτνῃ μέγαν,
Ἐπηρμένον, στίλβοντα τῇ εὐσαρκίᾳ,

Qui legem acceperat et tantum servaverat exercitum.
Elisæus autem levi affectus injuria, pueris ob levem subsannationem
Tantam inflixit ac inopinatam plagam.
Sic umbris involuta tunc lex erat.
Sic scelerum purgatio per victimarum sanguinem :
Sic immundorum leves corporum lustrationes :
Sic maxima virtus erat fuga criminum,
Etiamsi nihil præterea adesset ; adeo angustis limitibus
Pietas horum virorum erat tum circumscripta.
Dicamne aliquid majus his, quæ prolocutus sum ? Dicam profecto.
Nondum illi beneficium tantum erant consecuti,
Quantum nos adepti sumus Christi cruciatibus,
Et Agno illo occiso propter crimina mea.
Sic erat illorum laus major : si autem laus erat major,
Da quoque majus esse laborum debitum ;
Nobis vero minus qui majora accepimus beneficia
Quod autem loco omnium et ante omnia dicendum est :
234-235 Ne nimium laudes hujus vitæ prosperitatem,
Tu qui nosti majora iis, quæ videntur, sapere ;
Ne forte mihi aspera semita sit sublimitas,
Tibi vero utrinque periculum habeat expeditus rerum cursus.
Tristitia mea præstat felicitati tuæ.
Bovem aliquando ad præsepe vidisti ingentem,
Ferocem, nitentem corporis pinguedine,

Sic Benedictini quorum lectionem et versionem referre nobis est necessarium. Sed falsa utraque videtur. Forte ponendum est, ut in editis, versu 58, Οὐ μέγιστα τῶν καλῶν τιμητέα, et interpretandum : *Virtutes non maximæ honori habebantur.* Deinde vertendus est cum Leuv. versus 65, in hunc modum : *Moyses autem consecutus est pro meritis non magnis, ut videret Deum,* etc. Quo facto, omnia optime quadrant. Exemplum Davidis ostendit maxima peccata pœnis imparibus puniri ; Moysis historia, mediocribus meritis magna conferri munera ; Elisæi vindicta, ultiones sanctorum, id est, ultiones pro sanctis a Deo intentatas, modum quasi excessisse. Videat lector et judicet. (Caillau.)

72 *Χειρόνων.* De idolorum cultu intelligit Leuv. ; sed latius patet hæc dictio, et ad omnia vitia se porrigit.

79 *Ὥστ' ἦν τὸ κείνων πλεῖον.* Carpit Billius Leuvenclavium, qui sic vertit : *Quamobrem illorum fuit conditio potior.* Quonam enim pacto eorum qui Christum adhuc exspectabant, nihilque præter umbras et figuras habebant, melior conditio esse potuisset, quam eorum qui Christo et veritate fruuntur ?

85 *Τὸ δύσβατον.* Evidens est vatis sensus : *Ne forte,* dicit, *dum ego per asperam semitam sublime feror, tu in facili via continua reperias pericula.* Benedictini verterunt, nescio qua ratione : *Ne forte mihi contingat sublimitas inaccessa ;* simulque in nota addiderunt : *Ad quam pertingere arduum sit.* Sensus clare determinatur articulo τό, qui positus ante δύσβατον, indubitanter indicat hoc verbum esse phrasis subjectum, μή πως τὸ δύσβατον ᾖ ἐμοὶ ὕψος. Billius ergo jure vertendum putat : *Ne forte itineris difficultas me in altum evehat.* (Caillau.)

87 *Ἐμοῦ τὸ λυπρόν.* Alii : *Mea deformitas præcellit decori tuo.*

METRICA VERSIO.

Postremus autem, non gravi a pueris probro
Affectus, ipsos afficit pœna gravi.
Umbrosa sic tum lex erat : sic victimis
Sita in cruentis criminum purgatio ;
Aspersiones carnis et spurcæ leves ;
Vitare culpam summa sic virtus (licet
Nil plus adesset), parvulis tum temporis
Pietate clausa terminis. An quidpiam
Iis majus ipse proloquar ? Certe loquar.
Nondum illi habebant, quale nos, munus, Dei
Perpessiones scilicet, et innoxius
Quem fudit Agnus sanguinem ob labes meas.
Horum ergo major laus erat, quod si amplior,
Majus laborum da quoque esse debitum ;
At, plura quoniam cepimus, nobis minus.
Quod instar autem est omnium, atque ante omnia ;
Cursus secundos ne nimis vitæ efferas,
Qui sapere nosti res supra, quas cernimus.
Me forte callis arduus in altum vehit.
Te vero facilis cursus in præceps rapit.
Macies decori nostra præcellit tuo.
Bovemne cernis alterum, in stabulo caput

Digitized by Google

Τραχηλιῶντα, τὸν δὲ κάτω νενευκότα,
Ῥικνὸν, δυσειδῆ συμβόλοις γεωργίας·
Ἔπειτα τὸν μὲν εἰς σφαγὴν τηρούμενον,
Τὸν δὲ τρέφονθ' αὑτόν τε καὶ τὸν δεσπότην.
Τούτων τίς ἐστιν εὐτυχέστερος, δοκεῖς;
Οὐχ ὁ στενός τε, καὶ ζυγῷ τετρυμμένος;
Εὔδηλον. Ἀλλὰ σοί γε τὸ πλάτος φίλον,
Κἂν ᾖ κακόν τε καὶ κακῷ συγκείμενον.
Ἢ καὶ τὸν ὄγκον ὑδεριῶντος αἰνέσῃς;
Ἢ καὶ φρενοπλὴξ ἰσχύειν σοι φαίνεται;
Τὸ δ' ἡδὺ πάντως φάρμακον σωτήριον;
Πολλοὺς τὸ πικρὸν ἐξέσωσε πολλάκις·
Τὸ δ' ἡδὺ πρὸς τὸ χεῖρον ὡς τὰ πόλλ' ἄγει.
Υἱῷ δὲ πατρὸς ῥάβδος οὐ σεβασμία
Τῷ νοῦν ἔχοντι; τῷ δὲ κακὸν ἡ χρηστότης

Οὔτ' ἐστὶν υἱὸς, οὔτε ῥάβδῳ πλήσσεται.
Τί δ' εἰ παλαίεις, ὡς Ἰὼβ, ὑπὲρ στέφους;
Ἔπαδε σαυτῷ ταῦτα, καὶ ῥᾴων ἔσῃ,
Παρηγόρημα τοῦ πονεῖν ποιούμενος,
Τῷ δ' εὐχαρίστῳ κτώμενος τὴν ἐλπίδα.
Δούλου κακοῦ γὰρ, προσγελῶντα μὲν σέβειν
Τὸν δεσπότην· πλήττοντα δ' ἡγεῖσθαι κακόν.
Δέον δέχεσθαι πᾶσαν οἰακος στροφὴν,
Ὅ μ' ἐκ πάλης τε καὶ ζάλης διεξάγει,
Ἕως ἂν ὁρμοις εὐδίοις προσορμίσῃ·
Εἴπερ γε τὴν ναῦν μὴ μάτην ἐπήξατο,
Ἀλλ' εἰς καλόν τε κἀπιδέξιον τέλος.

Z'. Περὶ νοερῶν οὐσιῶν.

Οἵη δ' ὑετίοιο κατ' ἠέρος εὐδιόωντος,

90 Cervices attollentem, contraque alium, demisso capite,
Rugosum, deformem, quæ sunt indicia laboris in arando:
Deinde illum quidem jugulationi reservatum,
Istum vero nutrientem se ipsum et herum.
Horum quis tibi felicior videtur?
95 Nonne macilentus et jugo attritus?
Id profecto perspicuum est. Verum te sagina delectat,
Licet mala sit et ad malum compacta.
Nunquid tumorem hydropici laudaveris?
An mente captus tibi fortis videtur?
100 An dulce prorsus pharmacum salutare est?
Plurimos amarum sanavit sæpius;
Dulce autem ut plurimum est noxium.
Annon filio virga patris est venerabilis,
Si mente sit præditus? Cui autem noxia est (patris) bonitas
105 Neque filius est, neque virga cæditur.
Quid autem, si certas, ut Job, pro corona?
Accine tibi ipsi hæc, et agilior eris,
Lenimen doloris nactus,
Et gratiarum actione spem comparans.
110 Mali enim est servi, arridentem colere
Dominum; et eumdem, cum cædit, durum arbitrari.
Decet enim ferre quamlibet gubernaculi inflexionem,
Quo me (Deus) ex palæstra et tempestate dirigit,
Donec ad tranquillam stationem appellat:
115 Siquidem non frustra navem compegit,
Sed ad bonum et felicem exitum.

VII. *De substantiis mente præditis* [*].

Qualis pluvio et sereno aere,

[*] Alias Bill. 75, pag. 168.

97 *Συγκείμενον. Et noxium in finem concessa.*
107 *Καὶ ῥᾴων. Facilius ærumnas perferes.*
VII. Tit. *Περὶ νοερῶν οὐσιῶν.* Reg. 992, Coisl., Vat. *Περὶ λογικῶν φύσεων· περὶ λογικῶν οὐσιῶν· ἤτοι περὶ ἀσωμάτων φυσίων.*

METRICA VERSIO.

Alte efferentem, carnis et pinguedine
Nitidum ac ferocem, pronum humi contra alterum,
Curvum, indecorum ruris ob culti notas;
Quorum ille, dandus post brevi certe neci,
Servetur, at hic seque alat, dominum et suum.
Horum videtur quis tibi felicior?
Nonne macilentus, et gravi pressus jugo?
Sagina sed te forte delectat, mala
Sit illa quamvis, atque compacta improbe.
Quid? an tumorem tu probas hydropici?
Fortemne censes, cui furor mentem abstrahit?
An dulce prorsus pharmacum morbos fugat?
Multis amarum poculum bono fuit;
Persæpe contra dulce perniciem parit.
Annon paternam filius virgam colit,
Si mente constet; at malum est hinc suavitas.

B Nam gnatus haud est, virga quem nunquam ferit.
Quid, pro corona, Job velut, si dimicas?
Hæc si tibi ipse concinas, levaberis,
Ac mollietur protinus labor tuus,
Spem comparabis et bonam, grates agens.
Qui blandientem sedulus dominum colit,
Malumque censet, cum ferit, servum hunc malum
Dico. Decet nam, quo trahit clavus, sequi,
Quo me ex palæstra, turbine et sævo regit,
Donec procellis liberum in portum ferar.
Namque ille summus artifex frustra ratem
Haud fecit, ast in commodum finem et bonum.

VII. DE SUBSTANTIIS MENTE PRÆDITIS.

(*Billio interprete.*)

Ut Phœbi radius, cœlum cum forte serenum est,

Digitized by Google

Ἀντομένη νεφέεσσιν ἀποκρούστοις περιωγαῖς,
Ἀκτὶς ἠελίοιο πολύχροον ἶριν ἐλίσσει,
Ἀμφὶ δέ μιν πάντη σελαγίζεται ἐγγύθεν αἰθὴρ,
Κύκλοισιν πυκινοῖσι καὶ ἔκτοθε λυομένοισι·
Τοίη καὶ φαέων πέλεται φύσις, ἀκροτάτοιο
Φωτὸς ἀποστιλβοντος ἀεὶ νόας ἠσσονας αὐγαῖς.
Ἤτοι ὁ μὲν πηγὴ φαέων, φάος οὔτ' ὀνομαστὸν,
Οὔθ' ἑλετὸν, φεῦγόν τε νόου τάχος ἐγγὺς ἰόντος,
Αἰὲν ὑπεκπροθέον πάντων φρένας, ὥς κε πόθοισι
Τεινώμεσθα πρὸς ὕψος ἀεὶ νέον. Οἱ δέ τε φῶτα
Δεύτερα ἐκ Τριάδος βασιλήϊον εὖχος ἐχούσης,
Ἄγγελοι αἰγλήεντες, ἀειδέες, οἵ ῥα θόωκον
Ἀμφὶ μέγαν βεβαῶτες, ἐπεὶ νόες εἰσὶν ἑλαφροὶ,
A 15 Πῦρ καὶ πνεύματα θεῖα δι' ἠέρος ὦκα θέοντες
Ἐσσυμένως μεγάλῃσιν ὑποδρήσσουσιν ἐφετμαῖς,
Ἁπλοῖ τε, νοεροί τε, διαυγέες, οὔτ' ἀπὸ σαρκῶν
Ἐρχόμενοι (σάρκες γὰρ ἐπεὶ πάγεν αὖθις ὀλοῦνται),
Οὔτ' ἐπὶ σάρκας ἰόντες, ὅπερ δ' ἐγένοντο μένοντες.
20 Ἤθελον εἰπεῖν πάμπαν ἀτειρέες· ἀλλ' ἄνεγ' ἵππον
Καὶ μάλα θερμὸν ἐόντα, νόου ψαλίοισιν ἐέργων.
Καί ῥ' οἱ μὲν μεγάλοιο παραστάται εἰσὶ Θεοῖο·
Οἱ δ' ἄρα κόσμον ἅπαντα ἑαῖς κρατέουσιν ἀρωγαῖς,
Ἄλλην ἄλλος ἔχοντες ἐπιστασίην παρ' ἄνακτος,
25 Ἄνδρας τε, πτόλιάς τε, καὶ ἔθνεα πάνθ' ὁρόωντες,
Καὶ λογικῶν θυέων ἐπιίστορες ἠμερίοισι.
Θυμὲ, τί καὶ ῥέξεις; τρομέει λόγος οὐρανίοισι

Incurrens in nubes per repercussos circulos,
Radius solis multicolorem formal iridem.
236-237 Ac circa illum fulget undique proximus æther
Variis circulis qui statim solvuntur;
Talis est et luminum natura, summo
Lumine minores mentes semper radiis illustrante.
Atque illud quidem luminum fons est, lumen quod nec nominari
Nec apprehendi potest, fugiens mentis appropinquantis celeritatem,
Semper subducens se omnium mentibus, ut desideriis
Tendamus ad altitudinem semper novam. Illi autem sunt lumina
Secunda, ex Triade regium decus habente,
Angeli, splendidi, forma carentes, qui dum circa solium
Magnum versantur, cum mentes sint agiles,
Ignis et spiritus divini per aerem cito currentes,
Alacriter magnis ministrant mandatis,
Simplices, intelligentes, lucidi, neque a carne
Ortum habentes (caro enim, quia compacta est, rursum peribit),
Neque in carnem venientes, sed id quod facti sunt, permanentes.
Addere volebam, omnino inviolabiles; sed siste equum
Quamvis valde ferventem, eumque mentis habenis coerce.
Horum alii magno assistunt regi:
Alii mundum universum suis continent auxiliis,
Alius aliam habentes a rege præfecturam,
Viros et urbes et omnes gentes inspicientes,
Rationaliumque victimarum conscii mortalibus.
Anime, quid facies? tremit ratio ad cœlestes

2 *Περιωγαῖς*. Sic mss. Edit περιωπαῖς.
5 *Ἔκτοθε*. Reg. 992, ἑκτοθι.
8 *Ὁ μὲν πηγή*. Int. Græc. ὁ μὲν γὰρ Θεὸς πηγή ἐστιν, ἤτοι ἀρχή. etc. *Deus enim est fons*, etc.
10 *Ὑπεκπροθέον*. *Celeriore cursu anteverlens*. Combefis. Vide infra sect. II, poem. moral. I, *in laudem virginitatis*. Bill. 3, v. 15, ubi eadem leguntur.
18 *Ἐρχόμενοι*. Vat. ἀρχόμενοι.
20 *Ἤθελον εἰπεῖν, πάμπαν ἀτειρέες*. Vat. cum aliis tribus εἰ καὶ πάμπαν. Int. ἀκλινεῖς πρὸς τὴν κακίαν, *ad vitium inflexibiles*.
26 *Θυέων*. Fallitur Cyrus, qui hæc intelligit de sacrificiis quæ Deo in templis offeruntur. Mox, ἐπιίστορες. *qui fidelium vota et sacrificia dirigunt Deoque offerunt, et ita sunt conscii testes, arbitri et magistri*.

METRICA VERSIO.

In nubem incurrens, omnique ex parte repulsus,
Efficit ut variis distincta coloribus iris
Protinus exsistat, totusque effulgeat æther
Vicinus, crebrique orbes nascantur, et una
Intereant: summum cœlestia lumina lumen
Haud secus illustrat radiis, mentesque minores.
Atque ille et lux est, et luminis omnis origo,
Cui dare nec nomen, quem nec comprendere possis.
Mentis enim cursum celer effugit usque propinquæ;
Scilicet ut dulci correpta cupidine semper
Ulterius tendat, seseque extollat in altum.
Ast ab eo, decus eximium carpente, secunda
Lumina sunt mentes superæ, formaque carentes,
Quæ solium stantes circum regale (leves nam
Sunt mentes, ignisque; et pneumata dia, per altum
Æthera præpetibus pennis volitantia), prompte
Numinis æterni sanctissima jussa capessunt.

B His simplex natura data est, ac prædita mente.
Nec vero aut fluxis traxerunt carnibus ortum
(Rursus enim, fluxa constant qui carne, peribunt),
Aut carnem assument, venientque in corpora: verum
Incolumis status ipsarum per sæcla manebit.
Quin etiam sceleri exemptas, culpæque periclo
Dicere gestirem: sed equus retinendus habena est,
Sit licet ille ferox valde, calidusque feratur.
Ac pars æthereum circumstat sedula numen,
Pronaque ad obsequium pars altera sustinet orbem,
Auxilio servatque suo: sic scilicet, illi
Diversa ut curent, cœlestia jussa sequentes,
Illi homines, urbes isti gentesque gubernent,
Et sacra consciscant, quæ spiritualia, nobis.
Mens, quid ages? mihi lingua pavet, quatiturque tremore
Ingrediens superas mentes. Caligine densa

Digitized by Google

Κάλλεσιν ἐμβεβαώς· ἀχλὺς δέ μοι ἀντεβόλησεν,
Οὐδ' ἔχω ἢ προτέρω θεῖναι λόγον ἢ ἀναδῦναι.
Ὡς δ' ὅτε τρηχαλέῳ ποταμῷ περάων τις ὁδίτης
Ἐξαπίνης ἀνέπαλτο, καὶ ἴσχεται ἱέμενός περ,
Πολλὰ δέ οἱ κραδίη πορφύρεται ἀμφὶ ῥεέθρῳ·
Χρειὼ θάρσος ἔπηξε, φόβος δ' ἐπέδησεν ἐρωήν·
Πολλάκι ταρσὸν ἄειρεν ἐφ' ὕδατι, πολλάκι δ' αὖτε
Χάσσατο, μαρναμένων δὲ, φόβον νίκησεν ἀνάγκη.
Ὡς καὶ ἐμοὶ θεότητος ἀειδέος ἐγγὺς ἰόντι,
Τάρβος μὲν καθαροῖο παραστάτας ὑψιμέδοντος
Θεῖναι ὑπ' ἀμπλακίῃ, φωτὸς κεκορημένον εἶδος,
Μή πω καὶ πλεόνεσσιν ὁδὸν κακίης στορέσαιμι.
Τάρβος δ' ἄτροπον ἐσθλὸν ἐμοῖς ἐπέεσσι χαράξαι,

A Μέσφ' ὅτε καὶ σκολιόν τιν' ὁρῶ κακίης μεδέοντα.
Οὔτε γὰρ ἦν ἀγαθοῖο, κακοῦ φύσιν ἄμμι φυτεῦσαι,
Ἠὲ μόθον προφέρειν καὶ ἔχθεα οἷσι φίλοισιν·
Οὔτε μὲν ἀντιθόωκον ἀναστῆναι κακότητα
Ὕστατον, ἢ καὶ ἄναρχον ἔχειν φύσιν ὥσπερ ἄνακτα.
Ὧδέ μοι ἀσχαλόωντι Θεὸς νόον ἔμβαλε τοῖον.
Πρῶτον μὲν Θεότητος ἀγνὴ φύσις ἄτροπος αἰεὶ,
Ἀνθ' ἑνὸς οὔ ποτε πολλά. Τί γὰρ Θεότητος ἄρειον
Εἰς ὃ μετακλίνοιτο; τὸ δὲ πλέον ὄντος ἄλυξις.
Δεύτερον ἀκροτάτοιο φάους μεγάλοι θεράποντες,
Τόσσον πρωτοτύποιο καλοῦ πέλας, ὁσσάτιόν περ
Αἰθὴρ ἠελίοιο. Τὸ δὲ τρίτον ἠέρες ἡμεῖς.

Ubi pervenit pulchritudines : in me incurrit caligo :
Nec habeo quid agam : proferam sermonem, an retro cedam?
Quemadmodum asperum fluvium trajecturus viator,
Subito resilit, et quamvis cupidus, retinetur ;
Plurima cor ejus cogitat circa fluvium.
Necessitas fiduciam confirmat, metus impetum reprimit.
Sæpe plantam attollit ad aquam, sæpe rursus
Recedit. In conflictu metum vincit necessitas.
Sic et ego dum ad Deitatem forma carentem prope accedo,
Metuo puri ac summi regis ministros,
Genus lumine satiatum, peccato subjicere,
Ne pluribus quemadmodum vitii viam sternerem.
238-239 Metuo etiam bonum immutabile meis verbis prædicare,
Quandiu serpentem quemdam video vitii regnatorem.
Nam nec boni erat, naturam mali in nobis plantare,
Ac bellum et inimicitias amicis suis procreare,
Nec æmulum vitium exoriri
Posterius, aut principii expertem naturam, instar regis habere.
Mihi autem his in angustiis, talem Deus cogitationem injecit.
Primum quidem divinitatis sancta natura semper est immutabilis,
Nec unquam pro uno multa. Quid enim divinitate præstantius,
In quod illa mutetur? Qui autem plus admittit, illius, quod est, jacturam facit.
Secundo summi luminis magni ministri,
Tantum bono primario propinqui, quantum
Æther soli. Tertio nos aer sumus.

29 *Οὐδ' ἔχω*, etc. Cyrus legit οὐδ' ἔχω τί πράξαι. Int. οὐκ ἔχω τί πράξω, εἰπεῖν τὸν λόγον ἢ καταλιπεῖν.
30 *Περάων*. Vat. πελάων. Int. μέλλων διαπερᾶν.
32 *Πορφύρεται*. Int. πολλὰ διαλογίζεται περὶ ῥεέθρου.
33 *Χρειώ*. Coisl. χρεία. Cyrus ἀνάγκη.
35 *Μαρναμένων δέ*. Subauditur φόβου καὶ ἀνάγκης.
38 *Ἀμπλακίῃ*. Coisl. ἀμπλακίην. Mox, φωτὸς κεκορημένον εἶδος. Int. εἶδος ὑπάρχοντας πεπληρωμένον φωτός.
43 *Ἔχθεα*. Coisl. ἔχθρα. Int. ἔχθραν.
44 *Ἀναστῆναι*. Reg. 992, ἀναστῆσαι.
45 *Ὕστατον*. Int. ὕστερον.
47 *Πρῶτον*. Coisl. cum aliis tribus πρώτη.
48 *Ἀνθ' ἑνός*. Int. οὐ μεταβάλλουσα τὸ ἓν αὐτῆς εἰς πολλά.
52 *Τὸ δὲ τρίτον ἠέρες ἡμεῖς*. Int. καὶ τρίτη, οἱ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ πλασθέντες ἡμεῖς, καὶ τῷ νοητῷ ἡλίῳ φωτιζόμενοι, καθάπερ τῷ αἰσθητῷ ἀήρ. *Tertia natura nos homines sumus ad imaginem Dei formati, intelligibili sole illustrati, ut aer sensibili.*

METRICA VERSIO.

Obruor inceptumque ultra producere carmen
Nec queo, nec rursus cœptos abrumpere versus.
Utque parans amnem gelidum tranare viator,
Mente licet prompta, resilit tamen ipse repente,
Ac reprimit gressus, secumque in margine ripæ
Multa agitat volvitque animis, atque anxius hæret.
Hinc vis exstimulat, roburque in pectore condit :
Dejicit hinc contra pavor hinc, gressumque mo-[ratur.
Sæpe pedem tollit, gelidasque immittit in undas :
Sæpe pedem rursus retrahit, timidusque recedit :
Denique vis urgens superat pellitque timorem.
Sic ego cum Triadi sanctæ informique propinquem,
Cœlicolas, puri solio quæ principis astant,
Luceque sunt saturæ, vitio submittere mentes
Pertimeo, deturne pluribus ansa ruendi
In scelus : atque illas rursus formido negare

B Ad mala flexibiles, vitii cum cerno parentem.
Namque bono plantare malum non convenit, hisque,
Quos adamat, lites atque horrida bella creare :
Nec rursum vitii adversas inducere sedes
Post orti, vel quod sit prorsus originis expers,
Haud secus ac celsi magnus dominator Olympi,
Tandem alternanti Deus intulit hanc mihi mentem.
Prima quidem Triadis pura est natura, nec un-[quam
Mobilis, ex uno quæque in permulta secetur.
Numine divino quid enim præstantius esse
Omnibus in rebus queat, ut vertatur in illud?
Nam si plus uno quis dixerit, excidit ente.
Post illam superæ mentes, lucisque ministræ
Supremæ, quantum soli purissimus æther,
Tantum etiam primæ luci firmæque propinquæ.
Postrema est hominum classis, velut infimus aer.

Digitized by Google

Εἰς πάντ' ἄτροπός ἐστι Θεοῦ φύσις· εἰς κακίην δὲ
Δύστροπος ἀγγελική, καὶ τὸ τρίτον εὔτροπος ἡμεῖς,
Ὅσσον τῆλε Θεοῖο, τόσον κακίης πελάοντες.
Τοὔνεκεν ὁ πρώτιστος Ἑωσφόρος ὑψόσ' ἀερθεὶς
(Ἡ γὰρ δὴ μεγάλοιο Θεοῦ βασιληΐδα τιμὴν
Ἵλπετο, κῦδος ἔχων περιώσιον), ὤλεσεν αἴγλην,
Καὶ πέσεν ἐνθάδ' ἄτιμος, ὅλον σκότος ἀντὶ Θεοῖο·
Καὶ κοῦφός περ ἐὼν χθαμαλὴν ἐπὶ γαῖαν ὄλισθεν,
Ἔνθεν ἀπεχθαίρει πινυτόφρονας, οὐρανίης δὲ
Εἴργει πάντας ὁδοῖο, χολούμενος ἦν διὰ λώβην.
Οὐδ' ἐθέλει θεότητος, ὅθεν πέσεν, ἄσσον ἱκέσθαι
Πλάσμα Θεοῦ· ξυνὴν γὰρ ἔχειν ἐπόθησε βροτοῖσιν
Ἀμπλακίην σκοτίην τε· τῷ ἔκβαλεν ἐκ παραδείσου,

A Κύδεος ἱμείροντας ὁ βάσκανος ἰσοθέοιο.
Ὣς ἄρ' ὅγ' οὐρανίης ἐξ ἄντυγος ἦλθεν ἀερθείς·
Ἀλλ' οὐ μοῦνος ὄλισθεν, ἐπεὶ δέ μιν ὤλεσεν ὕβρις,
Κάππεσε σὺν πλεόνεσσιν, ὅσους κακίην ἐδίδαξεν
(Ὡς στρατὸν ἐκ Βασιλῆος ἀποῤῥήξας τις ἀλιτρὸς),
Βασκανίῃ τε χοροῖο θεόφρονος ὑψιμέδοντος,
Καὶ πλεόνεσσι κακοῖσιν ἔχων πόθον ἐμβασιλεύειν.
Ἔνθεν ἄρ' ἐβλάστησαν ἐπιχθόνιοι κακότητες,
Δαίμονες ἀνδροφόνοιο κακοῦ βασιλῆος ὀπηδοί,
Ἀδρανέα, σκιόεντα, θυσαντέα φάσματα νυκτὸς,
Ψεῦσταί θ', ὑβρισταί τε, διδάσκαλοι ἀμπλακιάων,
Πλάγκται, ζωροπόται, φιλομειδέες, ἐγρεσίκωμοι,
Χρησμολόγοι, λοξοί, φιλοδήριες, αἱματόεντες,
Ταρτάρεοι, μυχόεντες, ἀναιδέες, ἀρχιγόητες,

Ad omnia immutabilis Dei natura; in vitium
Difficile mutatur angelica, nos tertii facile flectimur,
Quantum a Deo remoti, tantum vitio propinqui.
Quare primus Lucifer in altum elatus
(Jam enim magni Dei regiam gloriam
Sperabat, præcellenti decore præditus), amisit splendorem,
Atque huc cecidit inglorius, pro Deo totus tenebræ:
Et quanquam levis in humilem terram delapsus,
Unde prudentes odit, et a cœlesti
Deterret omnes via, iratus ob suam plagam;
Nec patitur ut ad Deum, a quo cecidit, prope accedat
Dei figmentum: communem enim cupit habere cum hominibus
Nequitiam et caliginem. Hinc etiam invidus e paradiso
Gloriæ Deo æqualis appetentes ejecit.
At ille quidem e cœlesti abside, dum superbit, lapsus est;
At non solus lapsus est: sed postquam illum perdidit superbia,
Cecidit cum multis, quotquot improbos esse docuit
(Veluti si exercitum a rege scelestus quis abstrahat):
Pio summi regis choro invidens,
Ac pluribus improbis imperandi cupidus.
Inde pullularunt terrestria scelerum portenta,
Dæmones, improbi et homicidæ regis pedisequi,
Infirma, tenebrosa, dira noctis simulacra,
240-241 Mendaces, contumeliosi, scelerum magistri,
Errones, vini potores, risus amatores, comessationem excitantes,
Harioli, tortuosi, litium amatores, cruenti,
Tartarei, lucifugi, impudentes, præstigiatorum duces,

54 *Δύστροπος ἀγγελική*. De prima angelorum creatione hæc sunt intelligenda.

65 *Τῷ ἔκβαλεν*. Tres mss. Τῷ καὶ βάλεν. Bene quidem quoad sensum, male autem quoad metrum, quod prorsus deficit. Paucis litteris mutatis, stat versus et sensus. (Caillau.) Int. διὰ τοῦτο. Edit. τό.

67 *Ὡς*. Sic Coisl. et Vat. cum aliis tribus. Edit. ἧς. Ibidem ἄντυγος. Int. ἀψίδων.

73 *Ἔνθεν*. Int. Græc. ἐντεῦθεν οὖν ἐβλάστησαν ἐπὶ γῆς αἱ κακίαι· *Hinc igitur super terram pullularunt vitia. Hinc dæmones*, etc.

77 *Φιλομειδέες*. Coisl. φιλομηδέες. Ibidem ἐγρεσίκωμοι, *ad ridendum et bibendum excitantes*. Hæc sunt pleraque dæmonum epitheta, quod ad ea homines impellant.

79 *Μυχόεντες*. Int. ἐκ μυχαιτάτων ἀναδύντες ᾅδου. *Ex abditissimis Orci penetralibus emergentes.*

METRICA VERSIO.

Inverti Deitas prorsus nequit. Angelus ægre
Flectitur in vitium. Facilis mortalibus autem
Est flexus, lapsusque celer: vitioque propinquant
Hoc magis, quo summo magis a genitore recedunt.
Quocirca primus malesana mente tumescens
Lucifer (eximio nam quod frueretur honore.
Sperabat regale Dei soliumque, decusque),
Corruit amisso vilis splendore, miserque;
Dum Deus esse cupit, tetra caligine totus
Obrutus est, levis atque licet, prostratus ad ima.
Quo fit ut infestis odiis, ac fervidus ira,
Ob labem acceptam, quotquot prudentibus uti
Consiliis videt, incessat, studeatque ferentem
Omnibus ad superas sedes præcludere callem.
Mortales etenim propius cum numine jungi,
Unde ipse est lapsus, non sustinet, atque tenebras
Nobiscum, et noxas communes gestit habere.
Ergo divinos Adamus dum quærit honores,

B Præcipitem extrusit paradiso lividus hostis.
Sic ille ætherea, fastu dum turget, ab arce
Corruit: at quoniam fastus gravis attulit ipsi
Exitium, haud solus cecidit, verum agmine septus
Ingenti, sceleris cui dux fuit atque magister.
Nam velut avertit commissum proditor agmen
Regis ab imperio: multas sic ille cohortes
Regis ab obsequio magni, cœtuque piorum
Abductos ad se allexit; nam scilicet ipse
Imperium in multos pravos cupiebat habere.
Hinc generi humano noxæque et crimina mille
Fluxerunt, hinc pestiferi sævique tyranni
Dira cohors, hinc umbrosæ spectacula noctis
Horrida: mendaces, petulantes, atque magistri
Cujusvis sceleris, vinique et fraudis amantes,
Et risus, ludosque leves de nocte cientes,
Ambigua edentes stultis oracula, pugnæ
Rixarumque avidi gravium, fusique cruoris:

Digitized by Google

80 Ἐρχόμενοι καλέουσιν, ἀπεχθαίρουσι δ' ἄγοντες·
Νὺξ, φάος, ὥς κεν ἕλωσιν, ἢ ἀμφαδὸν, ἢ λοχόωντες.
Τυίη μὲν κείνων στρατιὴ, τοῖος δὲ καὶ ἀρχὸς,
Χριστὸς δ' οὔτε μιν ἔσχεν ἀϊστώσας ἰότητι,
Ἦ καὶ κόσμον ἔτευξεν ὅλον· καὶ τόνδ' ἂν ὄλεσσεν,
85 Αἰψ' ἐθέλων (χαλεπὴ δὲ Θεοῦ κοτέοντος ἄλυξις),
Οὐδὲ μὲν οὐδ' ἀνέηκεν ἐλεύθερον ἐχθρὸν ἐμεῖο,
Ἀλλὰ μέσον μεθέηκεν ὁμῶς ἀγαθῶν τε κακῶν τε,
Δῶκε δ' ἐπ' ἀλλήλοισι κακὸν μόθον, ὡς ὁ μὲν αἰνὸν
Αἶσχος ἔχῃ, καὶ τῇδε, χερείονί περ πολεμίζων,
90 Οἱ δ' ἀρετῇ μογέοντες ἐὸν κλέος αἰὲν ἔχωσιν,
Ὡς χρυσὸς, χοάνοισι καθαιρόμενοι βιότοιο,

A Ἦ τάχα κεν μετέπειτα δίκας τίσειεν ἀτειρὴς,
Ὕλης δ' ἀπτομένης, ὅτε ἔμπυρός ἐστιν ἀμειψις,
Πολλὰ πάροιθεν ἑοῖσιν ἐνὶ δρηστῆρσι δαμασθεὶς
95 Τειρομένοις· τὸ γάρ ἐστι κακοῦ γεννήτορι τίσις.
Ταῦτα μὲν ἀγγελικῆς αἴγλης πέρι Πνεῦμ' ἐδίδαξε
Πρώτης θ', ὑστατίης τε. Μέτρον δέ τε κἀνθάδ' ἀνεῦρε.
Μέτρον δ' αὖ Θεός ἐστιν. Ὅσον πελάει τις ἄνακτι,
Τοσσάτιον φάος ἐστὶν, ὅσον φάος, εὖχος ὁμοῖον.

Η'. *Περὶ ψυχῆς.*

Ψυχὴ δ' ἐστὶν ἄημα Θεοῦ, καὶ μίξιν ἀνέτλη
Οὐρανίη χθονίοισι, φάος σπήλυγγι καλυφθὲν,

80 Veniunt, cum vocantur, odere cum abducunt;
Nox et lux, ut capiant, vel aperte, vel ex insidiis.
Talis quidem illorum exercitus, talisque dux:
Quem quidem Christus eodem consilio quo mundum
Universum creavit, nec prorsus delevit: perdidisset autem
85 Protinus, si voluisset (difficile enim Dei iram fugere):
Neque etiam liberum reliquit hostem meum,
Sed medium dimisit inter bonos pariter et malos;
Movitque grave bellum inter eos, ut ille quidem magnum
Etiam in hac re probrum haberet, dum certat cum debiliore,
90 Illi vero virtutis laboribus æternam gloriam consequantur,
Velut aurum, vitæ fornacibus expurgati;
Et fortasse pœnas deinceps indomitus Satan persolvet,
Materia accensa, cum ignea erit merces,
Multa prius in suis ministris perpessus
95 Dum illi torquentur. Hoc mali parenti supplicium est.
Atque hæc quidem me de angelico lumine Spiritus edocuit
Primo et posteriore. Mensuram hic quoque invenit;
Mensura autem hæc est, Deus ipse. Quantum quis ad regem accedit,
Tantum habet lucis, quantum lucis, tantum gloriæ.

VIII. *De anima* *.

Anima flatus est Dei, mistionemque cœlestis
Pertulit cum terrestri, lux antro cooperta,

* Alias Bill. 76, p. 170.

80 *Ἐρχόμενοι καλέουσιν.* Int. ἡμᾶς πρὸς ἡδονὰς, μισοῦσι δὲ λαβόντες.

81 *Νύξ*, etc. Int. ὅπερ εἰσὶ, φαινόμενοι, ἢ φῶς, ὅπερ δοκοῦσιν, ὑποκρινόμενοι. *Veniunt ut lux, quod sunt, cum ad apertum scelus nos trahere conantur, ut nox autem, cum per objectam virtutis speciem falsam, ad vitium callide nos alliciunt.*

82 *Τοῖος δὲ καὶ.* Sic Reg. 992. Edit. τοῖος δέ τε.

83 *Χριστὸς δ' οὔτε.* Int. ὁ Χριστὸς δὲ καὶ ὁ Θεὸς ἡμῶν οὔτε ἐπέσχεν αὐτὸν, καὶ ἠφάνισεν (ἴσχυσε γὰρ, εἰ ἐβούλετο, τῇ παντουργῷ αὐτοῦ δυνάμει ἀνελεῖν ἐκεῖνον). *Christus autem et Deus noster neque eum repressit et penitus sustulit (poterat enim, si voluisset, omnipotenti sua virtute eum delere).*

91 *Κοάνοισι.* Sic Coisl. et Vaticanus. Mendose editi χράνοισι.

92 *Δίκας τίσειεν ἀτειρὴς.* Int. ἢ τάχα διὰ τοῦτο, καὶ ἵνα πλείονα δίκην δῷ κατὰ τὸν αἰῶνα μέλλοντα. *Et fortasse ut acrioribus suppliciis in ævo futuro afficiatur.*

93 *Ὕλης δ' ἀπτομένης.* Forte ὕλης δαπτομένης.

95 *Κακοῦ.* Sic Coisl. Mendose ed.t. κακῶν.

97 *Πρώτης θ' ὑστατίης τε. Primos* vocat bonos angelos, *ultimos* vero malos.

98 *Μέτρον δ' αὖ Θεός.* Coisl. Hesych. μέτρον αὐθίς ἐστιν ὅσον.

VIII. 2 *Σπήλυγγι.* Sic Coisl. et Vat. cum tribus aliis. Edit. σπήλιγγι.

METRICA VERSIO.

Tartarei, clausique antris, sine fronte, ducesque
Præstigiosorum; veniunt cum forte vocantur:
Atque odere tamen quos ad certissima damna
Exitiumque trahunt; nox sunt et lumen, aperto
Marte, vel insidiis ut nos superemur et astu.
Ac tale illorum est agmen, talis quoque princeps.
Consilio at Christus nec eum compressit eodem,
De medioque tulit, quo totum condidit orbem,
Quoque illum extemplo, si vellet, perdere posset;
(Ecquis enim fugiat commoti fulmina Christi?)
Nec rursus faciles hosti laxavit habenas:
Verum interque malos, virtutis et inter amicos
Liquit eum medium, violentaque prælia movit.
Scilicet ut fracto gravius sit dedecus hosti,
Inferiore cadit præceps dum victus ab hoste:
Qui vero ærumnas subeunt virtutis amore,
Ut fulvum rapidis purgatur in ignibus aurum,
Sic illi ardenti vitæ in fornace probati,
Insignem obtineant mansura in sæcula laudem.

B Postea quin etiam pœnas dabit ille perennes
(Tum cum materies tandem accendetur, eritque
Flamma ultrix scelerum) graviter cruciatus eorum
Ante oculos, habuit quos ad sua jussa ministros.
Namque ea pœna decet culpæ scelerisque parentem.
Hæc me de primis, de posterioribus atque
Mentibus angelicis docuit sanctissimus ille
Spiritus. At vero quis sit modus alta petendi,
Ipse quoque invenit. Namque hic modus est Deus [ipse.
Quanto etenim Triadi propior mens quæque superna [est,
Lucidior tanto est etiam: quantoque vicissim
Lucidior, tanto majori gaudet honore.

VIII. DE ANIMA.

(*Billio interprete.*)

Numinis est animus flatus, qui, cœlitus ortus,
Nexum terrena subiit cum carne jugalem,

Digitized by Google

Ἀλλ' ἔμπης θείη τε καὶ ἄφθιτος. Οὐ γὰρ ἔοικεν
Εἰκόνα τὴν μεγάλοιο Θεοῦ λύεσθαι ἀκόσμως,
Ἑρπυστῆρσιν ὁμοῖα βοτοῖσί τε ἀφραδέεσσιν,
Εἰ καί μιν θνητήν γε βιήσατο θεῖναι ἁμαρτάς.
Οὔτε πυρὸς μαλεροῖο πέλει φύσις· οὐ γὰρ ἐοικὸς
Δάπτον δαπτομένοιο πέλειν κέαρ· οὔτ' ἀποπνευστοῦ
Ἤέρος, ἢ πνευστοῖο, καὶ οὔ ποτε ἱσταμένοιο·
Οὐδὲ μὲν αἱματόεσσα χύσις διὰ σάρκα θέουσα·
Ἀλλ' οὐδ' ἁρμονίη τῶν σώματος εἰς ἓν ἰόντων.
Οὐ γὰρ ἴη σαρκῶν τε καὶ εἴδεος ἀθανάτοιο
Ἔστι φύσις. Τί δὲ πλεῖον ἀρειοτέροισι κακίστων,
Οὓς κράσις ἠὲ κακοὺς τεκτήνατο ἠὲ φερίστους;
Πῶς δ' οὐ καὶ ἀλόγοισι λόγου φύσις; Ἁρμονίη γὰρ

A Ἡ σαρκῶν βροτέων τε καὶ εἴδεός ἐστ' ἀλόγοισιν,
Εὐκραέες δ' ἄρα πάντες ἀρείονες, ὡς ὄγε μῦθος.
Κεῖνοι μὲν δὴ τοῖα· τὸ δ' αἴτιον, ὧν ἀπεόντων
Ψυχὴ σῶμα λέλοιπε, κέαρ τάδε μυθήσαντο.
Φορβὴ δ' οὔ ποτέ σοι κέαρ ἔπλετο, ἧς ὄχα θνητὸν
Ζώειν πάμπαν ἄπιστον, ἐπεὶ σθένος ἐστὶν ἀδητύς.
Οἶδα δὲ καὶ λόγον ἄλλον, ὃν οὔ ποτε δέξομ' ἔγωγε,
Οὐδὲ γὰρ ἂν ξυνή τις ἐμοὶ καὶ πᾶσι μεριστή
Ψυχή, πλαζομένη τε δι' ἠέρος. Ὧδ' ἂν ὁμοίη
Πᾶσι πέλοι πνευστή τε καὶ ἔκπνοος· ἐν δ' ἄρα [πᾶσι,
Πάντες, ὅσοι ζώουσι μεταπνείοντες, ἔκειντο,
Εἰ δὲ καὶ ἠέρος ἐστὶ χυτὴ φύσις ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις.

Sed tamen divina et immortalis. Non enim fas est,
Imaginem magni Dei, non secus ac reptilia,
Et pecudes mutas, solvi indecore.
Quamvis illam mortalem reddere conatum sit peccatum.
Neque ignis fervidi natura est. Non enim credibile
Id quod peredit, cor esse illius, quod peredit. Neque etiam efflati
242-243 Aeris, aut tracti, ac nunquam immobilis natura;
Nec sanguineus est humor per carnem diffusus;
Nec temperatio partium corporis in unum coeuntium :
Non enim una carnium et formæ immortalis
Natura est. Quid autem bonis amplius inesset quam pessimis,
Quos temperatio malos finxisset, aut optimos?
Quomodo etiam non inesset pecudibus rationis natura? Temperatio enim
Carnium mortalium et formæ inest pecudibus.
Qui autem bene temperati, essent omnes, ut isti ratiocinantur, boni.
Atque illi quidem talia. Hac autem nituntur ratione : quibus absentibus
Anima corpus relinquit, hæc animam esse statuerunt.
Nunquam alimentum animam tibi esse credidisti, sine quo mortalem
Vivere omnino incredibile, siquidem robur est cibus.
Novi et aliam sententiam, quam equidem non amplector.
Non enim communis mihi et omnibus participata
Anima, percurrens aerem. Sic enim similis esset
In omnibus tracta et efflata; atque in omnibus
Omnes essent, quicunque spirando vivunt,
Si quidem aeris diffusa est natura alias in aliis.

5 *Ἑρπυστῆρσιν.* Sic Coisl. et alii tres. Edit. ἑρπυστῆρον. Mox, βοτοῖσι. Ita legit Combef. Male edit. βροτοῖσι.

7 *Μαλεροῖο.* Edit. mendose, ταλεροῖο. *Neque ignis, qui absumendi vim habet, anima corporis, quod absumitur, esse potest.*

9 *Ἱσταμένοιο.* Ita Coisl. Male edit. ἰσαμένοιο.

12 *Ἀθανάτοιο.* Reg. 991 ἀνθρώποιο.

16 *Βροτέων τε καὶ.* Sic codex Regius 991. Τέ deerat in editis.

17 *Εὐκραέες.* Juxta hanc rationem, ut exponit Cyrus, omnes ii meliores essent, qui meliori temperamento, ac corporum harmonia forent.

26 *Μεταπνειόντες ἔκειντο.* Leuv. *Et simul exspirantes morerentur.*

27 *Εἰ δὲ καὶ.* Leuv. *Quod si etiam aeris est natura, sequitur eam esse aliam in aliis.*

METRICA VERSIO.

Haud secus ac lumen quod cæco obducitur antro;
Divinus tamen est, mortisque ignarus acerbæ.
Non etenim, ut bruta et pecudes ratione carentes,
Numinis effigiem procumbere morte decebat;
Mortalem hanc quamvis nitatur reddere noxa.
Ignea porro animæ non est natura putanda.
Confecti quis enim mentem quod conficit esse
Crediderit? Nec item est aer; namque ipse vicissim
Efflatur trahiturque, nec unquam immobilis hæret.
Non etiam est toto diffusus corpore sanguis.
Quin neque concentus, quem humorum gignit amica
Temperies. Neque enim est eadem carnisque ani- [mæque,
In quam nil juris letho est, natura. Quid autem
Præstiterint, decorat quos virtus pulchra, scelestis,
Si probitate graves homines, aut crimine fœdos
Temperies diversa facit? Quin hinc quoque fiet

B Ut mens et ratio brutis animantibus insit.
Bruta etenim et formæ concentum et carnis habebunt.
Adde quod hinc etiam probiores esse necesse est,
Corpore qui gaudent sano, rectoque valente.
Atque hæc senserunt homines de mente profani,
Scilicet ista animam statuentes esse, remota
Quæ simul ac fuerint, mens frigida membra relinquit.
Atqui non illis animus cibus exstitit unquam,
Quo tamen exempto, nullus, qui vivere possit,
Esse queat : robur nam pabula sumpta tuentur.
Quin alia est etiam nobis sententia nota,
Quam dum luce fruar, non unquam admisero. [Namque
Non mihi communis mens est, quæque omnibus æque
Secta sit, aerea quæque in regione vagetur.
Sic etenim cunctis eadem mortalibus esset,
Tractaque et efflata : atque omnes vitalibus auris

Digitized by Google

Εἰ δὲ μένει, τί μὲν ἔσχε, τί δ' ἐν σπλάγχνοισι τεκούσης A
Ζῶν ἔτ', εἰ κείνη με προέσπασεν ἐκτὸς ἐόντα;
Εἰ δὲ πλειοτέρων τεκέων σύ γε μητέρα θείης,
Ψυχαῖς δαπτομένῃσιν ἔτι πλεόνεσσι γέρηρας.
Οὐ πινυτῶν ὅδε μῦθος, ἐτώσια παίγνια βίοτων,
Οἵ καὶ σώματα πολλὰ βίοις προτέροισιν ὅμοια
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖς, ψυχῇ δόσαν αἰὲν ἀμείβειν,
Ἢ τιμὴν ἀρετῆς, ἢ ἀμπλακίης τινὰ ποινήν·
Εἵμασιν ὥς τινα φῶτα κατενδύοντες ἀκόσμως,
Ἠὲ μετεκδύοντες, ἐτώσια μοχθίζοντες,
Ἰξίονος κύκλοισιν ἀλιτροτάτοιο φέροντες,
Θῆρα, φυτὸν, βροτὸν, ὄρνιν, ὄφιν, κύνα, ἰχθὺν ἐτεύξαν.
Πολλάκι καὶ δὶς ἕκαστον, ἐπὴν τό δε κύκλος [ἀνώγῃ.

Μέχρι τίνος; Θηρὸς δὲ σοφοῦ λόγον οὔποτ' ὄπωπα,
Οὐδὲ θάμνον λαλέουσαν. Ἀεὶ λαχέρυζα κορώνη·
Αἰεὶ δ' ἰχθὺς ἄναυδος ὑγρὴν διανήχεται ἅλμην.
Εἰ δὲ καὶ ὑστατίη ψυχῆς τίσις, ὡς ἐνέπουσι
Κεῖνοι, τῶν ὅδ' ἐλεγμὸς ἐτώσιος. Εἰ μὲν ἀσάρκου,
Θαῦμα μέγ'. Εἰ δ' ἅμα σαρκὶ, τίν' ἐκ πλεόνων πυρὶ [δώσεις;
Καὶ τότε θαῦμα μέγιστον, ἐπεὶ πλεόνεσσιν ἔδησας
Σώμασι, καὶ πλεόνων με δαήμονα θήκατο δεσμὸς,
Πῶς τόδε μοῦνον ἅλυξεν ἐμὴν φρένα, τίς με πάροιθεν
Εἶχε δορή; τίς ἔπειτα; πόσοις θάνον; οὐ γὰρ [ἐπλούτει
Ψυχαῖς, ὡς θυλάκοισι, δέτης ἐμός. Ἦ ἄρα μακρῆς
Καὶ τόδ' ἅλης, λήθην με παθεῖν προτέρης βιότητος.

Si autem manet, quid igitur habuit mater, quid in ejus visceribus
Vivum fuit, si me prius, cum essem foris, illa attraxit?
Quod si plurium filiorum matrem esse ponas,
Eo pluribus illam animabus, quæ consumuntur, decorabis.
Vana librorum ludibria, ac hominum minime sapientium est opinio;
Qui etiam in multa corpora vitæ præcedenti consentanea,
Sive bonæ, sive malæ, animas semper transferunt,
Vel ob virtutis præmium, vel ob pœnas sceleris:
Velut hominem vestibus induentes indecore
Aut exuentes, inanem laborem suscipientes,
Ixionis sceleslissimi rotæ affigentes,
Feram, arborem, hominem, avem, serpentem, canem, piscem fabricantur,
Sæpe etiam bis unumquemque, cum id circulus postulaverit.
Usquequo hæc? Equidem sapientis belluæ nunquam audivi ratiocinationem,
Nec arborem loquentem. Semper garrula cornix:
Natat semper in mari humido mutus piscis.
244-245 Quod si postrema est animæ pœna, ut ipsi dicunt,
De his inutile judicium. Nam si sine carne,
Magnum hoc miraculum. Si cum carne, quamnam ex pluribus igni trades?
Ac tunc maximum erit miraculum. Nam pluribus me illigasti
Corporibus, fecitque vinculum ut multa scirem.
Quomodo autem hoc unum meam mentem effugit, quæ me prius
Habuerit pellis, quæ posterius, quot in corporibus interii? Non enim,
Ut saccis, ita animabus dives, alligator meus. At profecto magnum
Hoc erratum est, quod me oblivio prioris vitæ ceperit.

28 *Εἰ δὲ μένει.* Sic int. exponit: *Quod si negas eodem modo animam diffundi, ut aerem, verum in uno eodemque loco permanere.*

34 *Ἐσθλοῖς ἠδέ.* Pythagorei, qui metempsychosim, seu animarum in alia atque alia corpora migrationem induxerunt, eas animas, quæ virtutem coluissent, in præstantissima quæque corpora migrare, iis vero qui se vitiorum illecebris dedissent, obscœnissima quæque corpora tribui docebant.

38 *Ἰξίονος.* Poetæ fingunt Ixionem ob scelus admissum, rotæ affixum fuisse, atque in orbem perpetuo volvi et contorqueri; sic illi miseram animam ex homine in belluam et canem et serpentem, etc., postea rursus ad hominem reducunt.

41 *Λόγον οὔποτ' ὄπωπα. Nunquam vidi ratiocinationem.*

45 *Τῶν δ' ἐλεγμός.* Leuv.: *Quorum hoc vanum est dogma.* Mox, εἰ μὲν ἀσάρκου. Super. lin. ψυχῆς τίσις.

47 *Καὶ τότε.* Vatic. τόδε.

METRICA VERSIO.

Et qui pascuntur, truculentæ quique dedere
Colla neci, in cunctis essent: quod dicere stultum est.
Namque etiam nunc hos aer, nunc rursus ad illos
Se fundit. Quod si certis mens sedibus hæret,
Dic age, quisnam habuit, quid item vivebat in alvo
Materna, si me traxit cum extrinsecus essem?
Quod si multiplicis quoque fingas esse parentem
Hanc sobolis, magnos hercle a te carpit honores,
Quam multis decoras animis, qui mole malorum
Confecti intereant. Stulta hæc sunt dogmata plane,
Ludicra vanorum auctorum, qui corpora multa,
Vel male, vel pure transactæ æqualia vitæ,
Perpetuis animo vicibus mutanda dederunt,
In sceleris pœnam, vel honestæ præmia vitæ;
Haud secus ac variis tectum nunc vestibus illum,
Nunc etiam rursus spoliatum, Ixionis instar,
Volvere cogentes vanis conatibus orbem.
Plantam, hominem, volucrem, piscemque, ca- [nemque, feramque,

B Cæruleumque anguem fecerunt, bisque frequenter
Quodlibet, id quando revolutus jusserit orbis.
Quantisper, quæso, has voces fundetis inanes?
Nam mihi brutorum non vox audita sophorum est,
Non etiam arbusti: sed semper garrula cornix,
Semper et in salso mutus natat æquore piscis.
Quod si etiam, ut memorant, in mundi calce da- [tura est
Mens scelerum pœnas, frustra hæc censura feretur.
Nam si pendendas habeat sine corpore pœnas,
Hoc equidem miror: quod si cum corpore, quodnam
Ex tot corporibus flammis ultricibus ipse
Injicies? Quin hoc quoque miror, corpora multa
Cum mihi tradideris, multarum meque peritum
Fecerit hic nexus rerum, qui fiat ut unum
Ignotum hoc mihi sit, quænam me pellis habebat
Antea, quæ deinceps? quotnam mihi corpora morte
Occiderint? etenim qui me cum corpore vinxit,
Haud animis tam dives erat, quam follibus (istud

Digitized by Google

Ἡμέτερον δ' ἄλλοις ψυχῆς πέρι μῦθον ἄριστον.
Ἔνθεν ἐλὼν, τέρψιν δὲ μικρὴν ἀναμίξομεν οἴμῃ.
Ἦν ποτε ἦν ὅτε κόσμον ἐπήξατο νοῦ Λόγος αἰπὺς,
Ἑσπόμενος μεγάλοιο νόῳ Πατρὸς, οὐ πρὶν ἐόντα.
Εἶπεν ὅδ', ἐκτετέλεστο ὅσον θέλεν. Ὡς δὲ τὰ πάντα
Κόσμος ἦην, γαίη τε καὶ οὐρανὸς ἠδὲ θάλασσα,
Δίζετο καὶ σοφίης ἐπίστορα μητρὸς ἁπάντων,
Καὶ χθονίων βασιλῆα θεουδέα, καὶ τόδ' ἔειπεν·
« Ἤδη μὲν καθαροὶ καὶ ἀείζωοι θεράποντες
Οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν ἀγνοὶ νόες, ἄγγελοι ἐσθλοὶ,
Ὑμνοπόλοι μέλποντες ἐμὸν κλέος οὔποτε λήξον·
Γαῖα δ' ἔτι ζώοισιν ἀγάλλεται ἀφραδέεσσι.
Ξυνὸν δ' ἀμφοτέρωθεν ἐμοὶ γένος εὔαδε πῆξαι
Θνητῶν τ' ἀθανάτων τε νοήμονα φῶτα μεσηγὺ,
Τερπόμενόν τ' ἔργοισιν ἐμοῖς, καὶ ἐχέφρονα μύστην
Οὐρανίων, γαίης τε μέγα κράτος, ἄγγελον ἄλλον
Ἐκ χθονὸς, ὑμνητῆρα ἐμῶν μενεών τε, νόου τε. »
Ὡς ἄρ' ἔφη, καὶ μοῖραν ἑλὼν νεοπηγέος αἴης,
Χείρεσιν ἀθανάτῃσιν ἐμὴν ἐστήσατο μορφὴν,
Τῇ δ' ἄρ' ἐῆς ζωῆς μοιρήσατο. Ἐν γὰρ ἔηκε
Πνεῦμα, τὸ δὴ θεότητος ἀειδέος ἐστὶν ἀπορρώξ.
Ἐκ δὲ χοὸς πνοιῆς τε πάγην βροτὸς ἀθανάτοιο
Εἰκών· ἡ γὰρ ἄναασσα νόου φύσις ἀμφοτέροισι.
Τοὔνεκα καὶ βίοτον τὸν μὲν στέργω διὰ γαῖαν,
Τοῦ δ' ἕρον ἐν στήθεσσιν ἔχω θείαν διὰ μοῖραν.
Ἧδε μὲν ἀρχεγόνοιο βροτοῦ δέσις. Αὖτάρ ἔπειτα

Nostram audi de anima optimam doctrinam :
Hinc incipiens, aliquid oblectamenti admiscebo sermoni.
Mundum olim condidit summæ mentis sublime Verbum,
Parens magni Patris consilio, antea non exsistentem.
Dixit ille, et factum est quidquid volebat. Cum autem omnia creata
Mundum ita constituissent, terra, cœlum et mare,
Quærebat agnitorem suæ sapientiæ genitricis omnium,
Et terrestrium regem Deo similem ; ac sic fatus :
« Jam quidem puri et semper victuri ministri
Latum habitant cœlum, mentes sanctæ, boni nuntii,
Et hymnis perpetuis gloriam meam celebrare nunquam desinunt.
Terra autem adhuc brutis tantum gaudet animalibus,
Itaque conflatum ex duobus mihi placet genus condere,
Mortales inter et immortales, intelligentia præditum hominem, qui medius sit,
Oblecteturque operibus meis, prudentem investigatorem
Cœlestium, terræ magnum imperatorem, angelum alterum
Ex terra, præconem meæ potentiæ et sapientiæ. »
Sic dixit, et partem sumens creatæ recens terræ
Manibus suis immortalibus, meam expressit formam ;
Cui etiam vitam suam impertivit. In eam enim immisit
Spiritum qui a Divinitate formæ experte fluit.
Sic ex pulvere divinoque flatu concretus sum homo, immortalis Dei
Imago ; mentis enim natura imperat utrique.
Quamobrem vitam hanc diligo terræ causa
Et alterius desiderium in corde habeo, divinam ob particulam.
Talis fuit primum creati hominis colligatio. Verum deinceps

55 Ἦν ποτε ἦν. *Erat aliquando tempus*, etc.
59 Δίζετο. Hic versus et octodecim sequentes leguntur sect. II, in poemate jam laudato moral. I, *in laudem virginitatis*. Bill. 3.
66 Μεσηγύ. Reg. 991, μεσηγόν.
74 Πάγην. Ita Reg. 991. Edit. παγή.
75 Ἡ γὰρ ἄνασσα. *Mentis enim natura utrique imperat, animo scilicet et corpori.*

METRICA VERSIO.

Credere si fas est), quin hic quoque maximus error
Dicere me vitæ memorem non esse prioris.
Optima jam de mente fides doctrinaque nostra
Quænam sit, breviter referam : tu sedulus audi.
Atque ego verborum (quo carmina dulcius aures
Nostra tuas feriant), hinc demum exordia ducam.
Principio mundum ex nihilo produxit in ortum
Consiliis parens æternus Sermo Tonantis.
Dixit, et effectum est quidquid divina voluntas
Ipsius tulit. Ut vero jam cuncta decorem
Accepere suum, tam cœli fervidus axis,
Quam mare, quam tellus, sed qui sophiamque perennem
Nosceret, imperiumque in terrea cuncta teneret,
Deerat adhuc, tales emisit pectore voces :
« Jam puri omnino servi, æternumque futuri.
Sunt mihi, qui cœlos habitent sedesque beatas,
Angelicæ ac sanctæ mentes, quibus hoc opus unum est
Carminibus celebrare meas in sæcula laudes.
Quin etiam tellus animantibus exsilit illis,
Quæ ratione carent. Mihi porro condere utrinque
Conflatum genus est cordi, mortalia quod sit
Inter, et hæc rigidæ quæ non obnoxia morti,
Nempe hominem instructum rationis munere, quique
Gaudeat et lustrans oculis quæcunque creavi,
Contemplansque animo cœlestia cuncta sagaci :
Terræque imperium teneat, sitque angelus alter,
E terra nomenque meum dextramque potentem
Ore pio, sophiamque canens. » Hæc ille locutus,
Particulam terræ, quam paulo struxerat ante,
Divinis sumpsit manibus, formamque creavit
Protinus ipse meam, vitamque impertiit illi.
Pneuma etenim inseruit, quod numine fluxit ab alto.
Sic ego cœlesti flatuque et pulvere terræ
Sum concretus homo, patris immortalis imago
Regia mens siquidem parti dominatur utrique.
Quo fit ut hanc vitam complectar corporis ergo,
Quod mihi terrenum est ; ac rursus vita futura.
Divinam ob partem stimulos mihi subdat amoris.
En quæ primigeni fuerit structura parentis.

Digitized by Google

Σῶμα μὲν ἐκ σαρκῶν, ψυχὴ δ' ἐπιμίσγετ' ἄϊστως, A
Ἔκτοθεν εἰσπίπτουσα πλάσει χοός. Οἷδεν ὁ μίξας
Πῶς πρῶτόν τ' ἔπνευσε, καὶ εἰκόνα δήσατο γαίῃ
Εἰ μὴ τόνδε λόγον τις, ἐμοῖς ἐπέεσσιν ἀρήγων,
Θήσει θαρσαλέως τε, καὶ ἑσπόμενος πλεόνεσσιν·
Ὡς καὶ σῶμα τὸ πρῶτον ἀπὸ χθονὸς ἄμμι κερασθὲν,
Σπέρματος ἐκ πρώτοιο μεριζομένη πλεόνεσσι,
Ἄλλοτε ἄλλον ἔχουσα βροτὸν πλαστῆς ἀπὸ ῥίζης·
Ἀνδρομέοισι τύποισι συνέρχεται ἀρτιγένεθλος,
Θνητοῖς ἐν μελέεσσιν ἀεὶ μένον εἶδος ἔχουσα.
Καὶ ψυχὴ πνευσθεῖσα Θεοῦ πάρα, κεῖθεν ἔπειτα
Ἐκ πρώτοιο μεριζομένη πλεόνεσσι,
Ἀνδρομέοισι τύποισι συνέρχεται ἀρτιγένεθλος,
Τοῦνεκεν ἡγεσίην νοερὴν λάχεν. Ὡς δ' ἐνὶ τυτθοῖς
Πνεῦμα μέγα στεινόν τε καὶ ἔκτροπον ἔσχεν αὐλοῖς,
Καὶ μάλα ἴδριος ἀνὴρ, ἐπὴν δ' εἰς χεῖρας ἵκωνται
Εὐρύποροι, τημόσδε τελειοτέρην χέον ἠχὴν,
Ὡς ἦγ' ἀνδρανέεσσιν ἐν ἄψεσιν ἀδρανέουσα,
Πηγνυμένοις συνέλαμψε, νόον δέ τε πᾶντ' ἀνέφηνεν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξεν ἐὸν βροτὸν ἄφθιτος Υἱὸς,
Ὄφρα κε κῦδος ἔχῃσι νέον, καὶ γαῖαν ἀμείψας
Ἡμασιν ὑστατίοισι Θεῷ Θεὸς ἔνθεν ὁδεύσῃ,
Οὔτε μιν οὔτ' ἀνέηκεν ἐλεύθερον, οὔτε τι πάμπαν
Δήσατο· θεὶς δὲ νόμον τε φύσει, καὶ ἐσθλὰ χαράξας
Ἐν κραδίῃ, γυάλοισιν ἀειθαλέος παραδείσου
Θῆκέ μιν ἀμφιτάλαντον, ὅπῃ ῥέψειε δοκεύων,
Γυμνὸν ἄτερ κακίης τε καὶ εἴδεος ἀμφιθέτοιο.
Ζωὴ δ' οὐρανίη πέλεται παράδεισος ἔμοιγε.
Τοῦ ῥά μιν ἐντὸς ἔθηκε λόγων δρηστῆρα γεωργόν.

Corpus a carne propagatur, anima autem immiscetur modo incognito,
246-247 80 Extrinsecus illapsa terreno huic figmento. Novit qui miscuit,
Quomodo et primum insufflaverit, et imaginem suam terræ alligaverit,
Nisi quis rationem hanc, verbis meis opem ferens,
Ponat fidenter, et sententiam secutus plurimorum :
Quemadmodum corpus primum e terra nobis temperatum,
85 Deinceps humanæ gentis origo fuit, nec desinit
Alios ex aliis semper proferens homines ex prima condita radice ;
Sic quoque animam a Deo inspiratam, exinde
Ad humanas formas accedere modo natam,
Ex primo illo semine distributam pluribus,
90 Humanis in membris perpetuam formam habentem.
Propterea principatum intellectilem nacta est. Ut autem in exiguis
Flatus magnus exile quiddam et inconcinnum sonat tibiis,
Etiamsi canendis peritus sit tibicen ; verum si in manus venerint
Latiores tibiæ, tunc perfectiorem edunt sonum :
95 Sic et anima debilibus in membris debilis,
Cum solidiora facta sunt, collucet, totamque mentem explicat.
Postquam autem suum condidit hominem immortalis Filius,
Ut gloria frueretur nova, et terram relinquens
Extremis diebus, hinc ad Deum Deus pergeret,
100 Neque ipsum reliquit plane liberum, neque etiam omnino
Constrinxit ; sed legem naturæ statuens et bona quæque infigens
Ejus pectori, in vallibus semper florentis paradisi
Collocavit eum utrinque libratum, quo se inclinaret exspectans,
Nudum absque scelere et prava simulatione.
105 Vita cœlestis erat, ut mihi videtur, hic paradisus,
In quo eum locavit, ut operaretur, et mandatum servaret.

79 Ἄϊστως. Combef. legit in cod. Reg. ἀϋτμαῖς, et vertit : *Admiscetur spiraculo.*
80 *Πλάσει.* Ita Reg. 992. Edit. πλάσιν.
83 *Θαρσαλέως.* Ita Reg. 992. Edit. θαρσαλέος.
94 *Εὐρύποροι.* Vat. εὐρύπορος.
96 *Ἀνέφηνεν.* Ita Vatic. et Coisl. Edit. ἐνέφηνεν.
106 *Λόγων δρηστῆρα γεωργόν.* Schol. Reg. 991, ἐργάζεσθαι καὶ φυλάσσειν δοθεῖσαν αὐτῷ ἐντολήν.

METRICA VERSIO.

Post autem in reliquis carnes ex carnibus ortum B
Ducunt : exterius mens vero illapsa latenter
Pulvereæ moli sese conjungit, ut ille
Novit, qui primum effigiem cum carne ligavit ;
Ni forte intrepidus quisquam multosque secutus,
Hoc mea præsidio defendere verba laboret :
Nempe quod ut corpus, quod primum e pulvere [fluxit,
Post concretum in nos humanæ gentis origo
Exstitit, ac semper prima ex radice vicissim
Ex aliis alii nascentur ; sic quoque plane
Mens ea, quam primum Deus inspiravit ab alto,
Orta recens, hinc deinde coit cum corpore nuper
Effecto, in plures divisa ex semine primo :
Et formam in membris mortalibus usque tuetur.
Idcirco imperium divino munere nacta est.
Ast ut, habet parvum cum tibia longa foramen,
Angustum quiddam resonat tenerisque molestum
Auriculis ingens flatus, quantumlibet arte
Præstantem aulœdum placeat tibi fingere : quod si
Illa foraminibus latis adaperta peritum
Aulœdum inveniat, sonus est tum denique plenus :
Sic anima infirmis in membris languida primum,
Mox cum membra suum jam collegere vigorem,
Collucet, viresque suas jam detegit omnes.
At quia mortales hominem cœlestis ad auras
Filius extulerat, mutatis sedibus ille
Ut tandem splendore novo frueretur, et istinc
Pergeret ad superum donatus Numine Numen,
Hoc sibi proponens, non omni ex parte solutum
Vivere jure suo voluit, nec rursus eumdem
Constrictum prorsus tenuit, verum optima quæque.
Naturæ ac medio legem cum corde notasset,
Protinus in viridis paradisi sede locavit
Ancipitem (observans partem inclinaret in utram),
Nudum etiam, et sceleris purum fraudisque malignæ.
Ac vitæ cœleste genus paradisus, opinor,
Hic erat, in cujus media regione parentem
Fixerat humani generis, pia sensa probosque
Ut coleret mentis fetus, alereique colendo.

Digitized by Google

Οἷου μιν ἀπέεργε τελειοτέροιο φυτοῖο,
Ἐσθλοῦ τ' ἠδὲ κακοῖο διάκρισιν ἐντὸς ἔχοντος
Τὴν τελέην. Τελέη γὰρ ἀεξομένοισιν ἀρείων,
Ἀλλ' οὐκ ἀρχομένοισιν· ἐπεὶ τόσον ἐστὶ βαρεῖα,
Ὅσσον νηπιάχοισι τελειοτέρη τις ἐδωδή.
Ἀλλ' ἐπεὶ οὖν φθονεροῖο παλαίσμασιν ἀνδροφόνοιο,
Θηλυτέροιο λόγοιο παραιφασίῃσι πιθήσας,
Γεύσατο μὲν καρποῖο προώριος ἠδυόδροιο,
Δερματίνους δὲ χιτῶνας ἐφέσσατο σάρκα βαρεῖαν
Νεκροφόρος (θανάτῳ γὰρ ἁμαρτάδα Χριστὸς ἔκορσεν),
Ἦλθε μὲν ἄλσεος ἐκτὸς ἐπὶ χθόνα τῆς γένος ἦεν,
Καὶ ζωὴν πολύμοχθον ἐδέξατο. Τῷ δ' ἄρ' ἔθηκε
Ζῆλον ἐὸν πυρόεντα φυτῷ κληῖδ' ἐριτίμῳ,

Μή τις Ἀδάμ, ὁ πρόσθε, προώριος ἐντὸς ἵκηται,
Πρὶν πτόρθου γλυκεροῖο φυγεῖν δαπτρεῖαν ἐδωδήν,
Καὶ ζωῆς πελάσειε φυτῷ κακός· ὡς δ' ὑπ' ἀήταις
Χειμερίοις παλίνορσος ἀλίπλοος ἦλθεν ὀπίσσω,
Αὖθις δ' ἠὲ πνοιῇσιν ἐλαφροτέρῃσι πετάσας
Ἰστίον, ἢ ἐρέτῃσι μόγῳ πλόον αὖθις ἄνυσσεν,
Ὣς ἡμεῖς μεγάλοιο Θεοῦ ἀπὸ τῆλε πεσόντες,
Ἔμπαλιν οὐκ ἀμογητὶ φίλον πλόον ἐκπερόωμεν.
Τοίη πρωτογόνοιο νεόσπορος ἦλυθεν ἄτη
Δειλοῖσιν μερόπεσσιν, ὅθεν στάχυς ἐβλάστησε.

Θ'. *Περὶ Διαθηκῶν καὶ Ἐπιφανείας Χριστοῦ.*

Δεῦρ' ἄγε καὶ δισσοῖο νόμου λόγον ἐξερέεινε.

Una ei interdixit perfectiore arbore,
Quæ boni et mali dijudicationem habebat
Perfectam. Perfecta enim cognitio adultis est utilior
Quam imperfectis: siquidem istis perinde gravis est
Atque infantulis solidior cibus.
Postquam autem invidi dolis homicidæ,
Femineæ voci et consiliis obsecutus,
Gustavit suavem hunc ante tempus fructum,
Pelliceaque tunica induit crassam hanc carnem,
Morti obnoxius (morte enim peccatum Christus multavit),
Ejectus e paradiso venit in terram e qua ortus erat,
Vitamque laboribus plenam suscepit. Huic autem obdidit
Præclaræ arbori zelum suum igneum quasi pessulum,
Ne quis Adamus, ut ante, præmaturus ingrediatur,
Priusquam dulcis rami noverit vitare noxium cibum,
Neve ad vitæ arborem accedat quispiam malus. Sicut autem per ventos
Hibernos coactus quis mare navigans retro rediit,
Rursum aut ventis mitioribus expandens
Velum, aut ope remigum, magno labore cursum conficit,
Ita nos a magno Deo longe prolapsi,
Rursus non sine labore charam navigationem perficimus.
Talis semper ex recenti semine virescens supervenit calamitas
Miseris hominibus a primo parente, unde totius iniquitatis spica germinavit.

IX. *De Testamentis et Adventu Christi*[a].

Eia age, et utriusque legis rationem expende;

[a] Alias Bill. 77, p. 173.

115 *Σάρκα βαρεῖαν*. Gregorius, ut observare juvat, non dixit simpliciter Adamum, postquam peccavit, carnem suscepisse, qui error Origenis fuit, ab Epiphanio confutatus hæresi 64, sed *carnem gravem*, id est, ut exponit Cyrus, *gravem et mortalem* pro pellucido ac tenuissimo corpore induit, cadaverque gestavit.

119 *Σῆλον ἐὸν πυρόεντα*. Flammeum gladium vocat Scriptura, et cherubim nuncupat. Mox, in iisdem codicibus δαπτρίαν pro δαπτρεῖαν.

121 *Φυγεῖν*. Ita Reg. 991, et Vat. Sic legendum suspicatus fuerat Billius pro φαγεῖν, quod habent editi.

126 *Πεσόντες*. Cod. Sirlæus habet πλέοντες. Billius præfert πεσόντες.

129 *Στάχυς*. Reg. 992 στάχυν. Schol. Reg. 991, ἡ τῆς συμπάσης ἀδικίης στάχυς.

IX. TITUL. *Περὶ Διαθήκων*. Vaticanus habet Περὶ Διαθηκῶν. Alii tres Περὶ παλαιοῦ τε καὶ νέου νόμου, *De lege veteri et nova*.

METRICA VERSIO.

Una, quæ reliquis perfectior, arbore tantum
Interdixit ei, plenum discrimen habebat
Quæ recti et vitii. Namque ut conducit adultis,
Sic teneris gravis est animis damnosaque plena
Cognitio, firma ut pueris solet esca tenellis:
Pestiferi at postquam sævis insultibus hostis,
Femineisque levis præbens sermonibus aures,
Nectaream dentes præ tempore misit in esc am,
Pelliceas vestes, hoc est grave corpus et atræ
Subjectum morti, tunc induit ipse (secari
Nam Deus immissæ voluit per spicula mortis
Crimina, ne toto se noxa extenderet ævo):
Atque etiam viridi confestim ejectus ab horto
In terram infelix venit, qua traxerat ortum,
Ac duram subiit vitam plenamque laboris.
Quin etiam ardentem zelum Moderator Olympi
Collocat ante fores, aditum qui pervigil omnem

Occlusum teneat, ne primi more parentis
Ante quis huc præcox veniat, quam sumpserit escam,
Qua male demulcens animum consumitur arbor,
Ac vitæ ligno scelerata mente propinquet.
At vero infesto jactatus turbine venti
Nauta quidem invitus cedit, ferturque retrorsum;
Post autem passis faveant si flamina velis,
Aut ope remigii, cursum non segnis initum
Conficit: haud aliter nos magno a Numine longe
Avulsi, rursus cursum non absque labore
Exsequimur, superasque citi properamus ad oras.
Sic Adamus sceleris lethalia semina jecit,
Unde seges tandem vitiorum amplissima nata est.

IX. DE TESTAMENTIS ET ADVENTU CHRISTI.

(*Billio interprete.*)

Eia age binarum rationem expendere legum

Digitized by Google

Ὅς τε παλαιότερος, καὶ ὃς νέος ἐξεφαάνθη,
Πρῶτα μὲν Ἑβραίοισιν, ἐπεὶ Θεὸν ὑψιμέδοντα
Πρῶτοι καὶ γνώσαντο, ἔπειτα δὲ πείρασιν αἴης.
Οὐ γὰρ μαρναμένοισι Θεὸς βροτὸν ἡγεμονεύει
Δόγμασιν, ὥς τις ἴδρις ἐὼν, Λόγος ἴδρις ἁπάντων,
Οὐδὲ παλιμβούλοισιν, ὃ καὶ θνητοῖσιν ὄνειδος.
Ἀλλ' ὃδ' ἐμὸς λόγος ἐστὶ Θεοῦ φιλέοντος ἀρωγῆς.
Λυσσήεις ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ βάλεν ἐκ παραδείσου,
Κλέψας ἀνδροφόνοιο φυτοῦ δηλήμονι καρπῷ,
Ὡς στρατὸν ἡγητῆρος ὀλωλότος αἴσχεϊ τύπτων,
Δίζετο καὶ τεκέεσσι κακὸν καὶ κῆρα φυτεῦσαι,
Ῥήξας δ' οὐρανίοιο Θεοῦ κλεψίφρονι βουλῇ,
Τρέψατο ὅσσε βροτοῖο πρὸς οὐρανὸν ἀστερόεντα,
A 15 Κάλλεσι παμφανόωσι τεθηλότα, πρός τε θα-
[νόντων
Μορφὰς, ἃς ἐτύπωσε πόθος, καὶ μῦθος ἔτισε,
Πιστὸς ἐν οὐ ξείνοισι κακοῖς, ψεύστης ἀνέλεγκτος,
Αἰὲν ἐπερχομένοισιν ἀεξόμενος λυκάβασιν.
Ἑβραίων ἱερῶν ὅλοὸν γένος, οὐχ ὑποφῆται
20 Εἶκον ὀδυρομένοισι, λιταζομένοισιν, ἄναχτος
Μῆνιν ἀεὶ προφέρουσι. Πάρος γε μὲν ὤλλυον αὐτούς.
Οὐδὲ μὲν οὐ βασιλῆες ἐτάρβεον, ἀλλ' ἄρα καὶ τῶν
Οἳ πλέονες κακίους, οὐδ' ἄλσεα πάμπαν ἔλειπον,
Οὐδ' ὀρέων κορυφὰς, καὶ δαίμονας αἱματόεντας.
25 Τοὔνεκα καὶ μεγάλοιο Θεοῦ ζηλήμονα μῆνιν
Εἴρυσαν, ἐκ δὲ τίναχθεν. Ὁ δ' ἀντεισῆλθον ἔγωγε

Alia antiquior, et alia postea effulsit,
Primum quidem Hebræis, siquidem Deum supremum dominatorem
Primi noverunt, post hæc finibus terræ.
Non enim pugnantibus Deus hominem regit
Dogmatibus, quasi quis ignarus, cum Verbum novit omnia,
Aut mutabilibus, quod vel ipsis mortalibus probro foret.
Hæc autem mea est sententia de providentia Dei homines diligentis.
Postquam rabidus hostis primum hominem ejecit e paradiso,
In fraudem inducens illius homicidæ arboris pestifero cibo,
Ut qui exercitum, duce cæso, perturbatum armis profligat,
Parabat soboli etiam mala et mortem inferre;
Disjungens a cœlesti Numine fraudulento consilio,
Convertit oculos hominis ad stelliferum cœlum
Omnimoda pulchritudine splendens; adque mortuorum
Simulacra, quæ finxit desiderium, quibus honorem tribuit fabula,
Fidem inveniens in propriis calamitatibus, mendax quæ convinci nequit,
Semper advenientibus crescens annis.
Ipsa etiam Hebræorum gens, sanctorum soboles, depravata est, nec prophetis
Obtemperarunt cum lacrymis monentibus, et Dei
Iram semper proponentibus. Imo et ipsos morte affecerunt.
250-251 Ne quidem principes Deum metuebant : nam eorum
Plerique populo pejores, nec lucos linquebant,
Nec montium cacumina, nec dæmonia sanguine gaudentia.
Quapropter magni Dei gravem iram
Concitarunt, et e terra sua ejecti sunt. Ego vero ingressus sum

6 Δόγμασιν, *decretis, doctrinis, legibus.*

8 Ἐμὸς. Vatic. ἐμῆς. *Hæc mea est doctrina, is orationis scopus, circa Dei in homines benigni providentiam, curam, opem,* etc.

11 Αἰσχεϊ. Græc. Int. κοντοῖς καὶ βέλεσι καὶ πᾶσιν ὅπλοις. — Forte ἔγχεϊ, quod supponit versio. (Caillau.)

17 *Πιστὸς ἐν οὐ ξείνοισι κακοῖς.* Bene Billius idem esse scripsit, quod οὐκ ἀλλοτρίαις συμφοραῖς, id est, *propinquorum calamitatibus.* Mox, ψεύστης ἀνέλεγκτος, *mendax quæ convinci nequit,* ob longam scilicet annorum seriem, qua hujusmodi mendacia, de mortuis conficta, velut obvoluta sunt.

18 *Αἰὲν ἐπερχομένοισιν.* Sic infra lib. II, sect. 2, 18, Bill. 50, v. 126, Nicobuli filii ad patrem... et ibid. VII, Bill. 62, v. 296.

19 Ἱερῶν. IIa Vatic. Edit. ἱερόν.

METRICA VERSIO.

Jam propera, quarum illa prius, post altera fulsit :
Hebræis primum, quoniam novere priores
Æthereum numen, post autem finibus orbis.
Non etenim adversis, velut inscius ac rudis, ille
Quem res nulla fugit, mortalia corda gubernat
Dogmatibus, vel quæ vario pro tempore semper
Evarient : namque hoc etiam mortalibus ipsis
Haud parvam attulerit labem. Quodnam ergo juva-
[men
Ingenti generis nostri successus amore
Præstiterit Deus, et quæ sit sententia nostra,
Accipe. Pestifera postquam ferus arboris esca
Illectum primævum hominem dejecit ab horto
Hostis, ut, occiso duce, qui perterrita fundit
Agmina, sic etiam sobolem mactare parabat.
Ergo oculos hominum divino a Numine vafris
Artibus abripiens, ad cœlum et sidera vertit;
Atque hominum, abstulerant quos fata immitia, for-
[mas,
B Quas desiderium finxit, queis fabula honorem
Præbuit, haudquaquam notis in casibus ægre
Nacta fidem, et mendax, quam non convincere pos-
[ses,
Acquirensque novas vires crescentibus annis.
Quinetiam Hebræos inter, scelerata parentum
Sanctorum soboles, in eamdem perfida fraudem
Incidit, obsistens prædura fronte prophetis
(Qui lacrymis precibusque animos mollire feroces
Tentabant, iramque Dei proponere nullo
Tempore cessabant ipsis), et recta monentes
Vesano afficiens crudeli morte furore.
Quin neque terror eos, qui regia sceptra tenebant,
Pulsabat. Magna namque hi quoque parte nefando
In scelere hærebant, virides nec linquere lucos,
Aut rigidos poterant montes, aut dæmonas atro
Sanguine gaudentes. Quo crimine Numinis iram
Contraxere gravem, meritoque est illa repulsa
Gens tota, inque locum confestim inductus eorum

Digitized by Google

Ἀτραπιτὸν ζήλοιο ποδηγεσίῃ σφίσιν ἕλκων,
Πίστιν ἐς εὐσεβέα Χριστοῦ παλίνορσα φέρεσθαι,
Ὀψὲ μεταστρεφθεῖσιν, ἐπὴν κορέσωνται ἀνίης,
Βασκανίῃ λαοῖο νεήλυδος, ᾧ διάμειφθεν.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μετόπισθ'. Οἱ δ' ὡς νόμον εἶχον ἄτιμον,
Ὑστάτιον τοιῇσδε βροτῶν γένος ἔμμορε τιμῆς.
Νεύμασιν ἀθανάτοιο Πατρὸς, καὶ ἔργμασι Παιδός·
Χριστὸς ὅσον βροτέων ἐνὶ σώματι κάτθετο μοίρης
Οὐρανίης, λεύσσων κακίης ὕπο θυμοβόροιο
Δαπτόμενον, σκολιόν τε βροτῶν μεδέοντα δράκοντα,
Ὅς κεν ἀναστήσειεν ἐὸν λάχος, οὐκ ἔτι νοῦσον
Ἄλλοισιν ἐφέηκεν ἀρηγόσιν (οὐ γὰρ ἐπαρκὲς
Τοῖς μεγάλοις παθέεσσι μικρὸν ἄκος)· ἀλλὰ κενώσας
Ὃν κλέος ἀθανάτοιο Θεοῦ Πατρὸς Υἱὸς ἀμήτωρ

A Αὐτὸς καὶ δίχα πατρὸς ἐμοὶ ξένος υἱὸς ἐφάνθη·
Οὐ ξένος, ἐξ ἐμέθεν γὰρ ὃδ' ἄμβροτος ἦλθε βροτωθείς
Παρθενικῆς διὰ μητρὸς, ὅλον μ' ὅλος ὄφρα σαώσῃ.
Καὶ γὰρ ὅλος πέπτωκεν Ἀδὰμ διὰ γεῦσιν ἀλιτρήν.
Τοὔνεκεν ἀνδρομέοισι καὶ οὐ βροτέοισι νόμοισι,
Σεμνοῖς ἐν σπλάγχνοισιν ἀπειρογάμοιο γυναικὸς
Σαρκωθεὶς (ὦ θάμβος ἀφαυροτάτοισιν ἄπιστον!)
Ἦλθε Θεὸς θνητός τε, φύσις δύο εἰς ἓν ἀγείρας,
Τὴν μὲν κευθομένην, τὴν δ' ἀμφαδίην μερόπεσσιν·
Ὧν Θεὸς ἡ μὲν ἔην, ἡ δ' ὕστατον ἡμῖν ἐτύχθη.
Εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθεν, ἐπεὶ θεότητι κερασθείς,
Καὶ βροτὸς ἐκ θεότητος ἄναξ καὶ Χριστὸς ὑπέστη·
Ὅς κεν Ἀδὰμ νέος ἄλλος ἐπιχθονίοισι φανθείς,
Τὸν πάρος ἐξακέσαιτο, πετάσματι δ' ἀμφὶ καλυφθείς

Viam, zeli ductu eos provocans
Ad salutiferam Christi fidem amplectendam,
Sero tandem a contumacia abductos, cum satiati fuerint calamitatibus
Ortis ex concepto livore in populum juniorem ipsis subrogatum.
Verum hæc postea. Cum igitur Hebræi vilem habuissent legem,
Tandem hominum genus hunc sortitum est honorem,
Nutibus æterni Patris, et operationibus Filii :
Quidquid Christus humano corpori immiscuerat naturæ
Cœlestis, videns id pestifera malitia
Peresum, et tortuosum hominibus imperantem draconem,
Ut suam exsuscitaret hæreditatem, non jam morbum
Aliis commisit medicis (non enim idonea
Gravibus morbis levis medicina); sed exuens se
Sua gloria æterni Dei Patris Filius matre carens,
Ipse et sine patre novus mihi filius visus est :
Nec vero novus : propter me enim, cum immortalis esset, mortalis prodiit
Ex matre virgine, totum totus ut me salvaret.
Etenim totus cecidit Adam funesto gustu.
Propterea more humano et contra humanum morem,
Venerandis in visceribus virginis mulieris
Incarnatus (o miraculum infirmis animis incredibile!),
Venit Deus et mortalis, duas naturas in unum colligens,
Alteram absconditam, alteram manifestam hominibus :
Quarum illa Deus erat, hæc autem postremo nobis formata est,
Unus Deus utrinque, siquidem deitati mistus,
Et homo per deitatem rex et Christus exstitit,
Ut novus Adamus alter mortalibus exortus,
Veterem Adamum sanaret velamine carnis coopertus

27 *Ζήλοιο ποδηγεσίῃ. Abjecto propter suam contumaciam Israele, ego vicissim fidei viam ingressus sum, quæ quidem illis est zeli directio, ac manuductio ad salutiferam Christi fidem viam sternens.* Nam, ut ait Apostolus, Rom. XI, 11, *sed illorum delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur.*

29 *Ἐπὴν κορέσωνται ἀνίης. Postquam calamitatibus, quas de gentium salute concepta invidia illis parit, satiati fuerint*, etc.

32 *Ὑστάτιον.* Sic infra sect. II, poem. I, vers. 137, ubi iidem versus leguntur.

37 *Ἐὸν λάχος.* Τὴν ἰδίαν κληρονομίαν.

METRICA VERSIO.

Ipse fui, ut zeli ductu ad legemque fidemque
Christi dirigerem errantes, cum scilicet illi
Tristitia fessi, parit his quam livor iniquus
Ob populum juvenem, ipsorum est qui sede locatus,
Induerint meliorem animum, tandemque reversi
Ad Christum fuerint. Verum hoc non ante futurum [est,
Vergat ad interitum quam moles maxima mundi.
Isacidæ porro legalia solvere jura
Cum minime horrerent, nutu Patris omnipotentis
Hoc soboles æterna homines affecit honore.
Nam cum, divinæ quodcunque in corpore partis
Condiderat primum, funesto a crimine redi
Cerneret, obliquumque homini dare jura draconem,
Ut partem ipsa suam erigeret, committere morbum
Non jam aliis voluit medicis (nam parva medela
Pellendis gravibus non est accommoda morbis):
Sed decus evacuans æterno qui Patre natus
Matre caret, rursus mihi filius exstitit idem

B Absque parente novus : quanquam haud novus : [exstitit ex me
Namque ille, et mortis qui non sub fata cadebat,
Matre tamen fluxit mortalis virgine, totis
Integer ut nobis certam daret ipse salutem.
Namque et totus Adam per pabula noxia primum
Corruit. Humanaque ideo ratione, simulque
Humanum superante modum incarnatus, in ortum
Et Deus et processit homo (res mira profecto,
Quamque fide haud firma qui sunt, non credere pos-
Naturasque duas simul est complexus in unum, [sint);
Quarum tecta est una, oculis patet altera nostris.
Semper erat Deus illa : hæc autem in fine creata est.
Unus utrinque Deus, quoniam cum numine sancto
Mistus homo, atque homini deitas commista vicis-
Exstitit et Christus, magni dominator et orbis, [sim,
Scilicet antiquum novus ut mortalibus ortus
Instauraret Adam, morbis gravibusque levaret.
At quoniam languens, dirisque obnoxia morbis,

Digitized by Google

55 (Οὐ γὰρ ἔην χωρητὸς ἐμοῖς παθέεσσι πελάσσαι),
Καὶ πινυτὸν δοκέοντα δφιν σφήλειεν ἀέλπτως,
Ὡς μὲν Ἀδὰμ πελάσοντα, θεῷ δέ τε ἀντιάσοντα,
Τῷ πέρι κάρτος ἔμελλεν ἐῆς ἄξειν κακότητος,
Τρηχείην περὶ πέτραν ἁλίκτυπον ὥς τε θάλασσα.
60 Ὡς ἐφάνη, γαῖα τε καὶ οὐρανὸς ἀμφὶ γενέθλῃ
Σείετο. Οὐρανίη μὲν ὕμνους κατέπεμπε χορείη,
Ἀστὴρ δ' ἀντολίηθε Μάγοις ὁδὸν ἡγεμόνευε,
Δωροφόροις λάτρισι νεηγενέος βασιλῆος.
Οὗτος ἐμοὶ Χριστοῖο νέης λόγος ἐστὶ γενέθλης.
65 Αἶσχος δ' οὐδὲν ἔπεστιν, ἐπεὶ μόνον αἶσχος ⟦ἁμαρτάς·
Τῷ δ' οὐκ αἶσχος ἔπεστιν, ἐπεὶ Λόγος αὐτὸν ἔπηξεν.

A Οὐδὲ ῥύσει βροτέῃ βροτὸς ἔπλετο, ἐκ δ' ἄρα σαρκὸς,
Τὴν Πνεῦμ' ἤγνισε πρόσθεν ἀνυμφέα μητέρα κεδνὴν,
Αὐτοπαγὴς βροτὸς ἦλθε, καθήρατο δ' εἵνεκ' ἐμεῖο.
70 Καὶ γὰρ πάνθ' ὑπέδεκτο, νόμῳ θρεπτήρια τίνων,
Ἣ καὶ χαζομένῳ πεμπτήρια, ὥσπερ δίῳ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ μεγάλοιο φάους ἐριλάμπεῖ λύχνῳ
Κηρυχθεὶς προθέοντι γόνου, προθέοντι δὲ μύθου,
Χριστὸν ἐμὸν βοόωντι Θεὸν μεσάτῃ ἐν ἐρήμῳ,
75 Ἐξεφάνη, λαῶν μὲν ἕβη μέσος ὅς τ' ἀπὸ τηλοῦ,
Ὅς τε πέλας (ξυνὸς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροις ἀκρόγωνος
Λᾶας ἔην)· δισσὸν δὲ καθάρσιον ὤπασε θνητοῖς
Πνεύματος ἀενάοιο, τό μοι προτέρην ἐκάθηρε
Σαρκογενῆ κακίην, καὶ αἵματος ἡμετέροιο.

55 (Neque enim languores mei ad Deum me sinebant accedere),
Et versutum serpentem falleret præter spem,
Quasi quidem ad Adamum accessurum, Deo vero obstiturum,
252-253 Ut illi totas suæ vires illideret nequitiæ,
Quemadmodum ad maximos scopulos franguntur fluctus maris.
60 Cum prodiit Christus, terra et cœlum ad ortum ejus
Movebantur. Hymnos emittebat cœlestis chorus.
Stella ab Oriente Magis iter monstrabat
Dona ferentibus, et cultoribus recens nati regis.
Hæc mea est doctrina de novo Christi ortu.
65 Nec vero quidquam turpe hic fuit. Nihil enim turpe est præter peccatum :
Huic autem nihil fœdum fuit : quippe Verbum hunc finxit.
Neque humano ex semine homo est conditus : verum ex carne
Quam Spiritus sanctam prius fecerat, virginis matris venerandæ,
A seipso factus homo venit : purgatus est autem in mei gratiam.
70 Omnia enim suscepit, legi educationis mercedem pendens,
Aut recedenti prosecutionis munus persolvens, ut arbitror.
Postquam magni luminis præfulgente lucerna
Nuntiatus, præcurrente ortum, præcurrente evangelicam doctrinam,
Christum Deum meum inclamante in media eremo,
75 Prodiit, medius incessit inter populos quorum alter longe remotus,
Alter prope erat (communis enim utrique populo angularis
Lapis erat), duplicemque præbuit purgationem mortalibus :
Nimirum baptismum Spiritus sancti qui pristinam delevit
Carne contractam labem, et baptismum sanguinis nostri.

55 *Οὐ γὰρ ἔην. Etenim supra vires meas erat accedere ad divinitatem.*

56 *Καὶ πινυτὸν δοκέοντα δφιν. Ut serpentem, qui bestiarum omnium callidissimus, conspicua humanitate inescatum, divinitate sua tanquam homo transfigeret, naturam generis humani assumpsit*, inquit S. Leo, *ut inventor mortis diabolus per ipsam, quam vicerat, ipse vinceretur.*

60 *Γαῖα.* Cod. Vatic. γαὶη. Mox idem, γενέθλην, pro γενέθλῃ, *Cœli et terra movebantur, quasi gestientes in obsequium pueri nascentis.*

64 *Ἐμοί.* Cod. Vatic. ἐμοῦ.

66 *Ἔπηξεν. Scilicet ex venerandæ Virginis matris utero.*

69 *Αὐτοπαγής.* Communius hoc Spiritui sancto tribuitur. Mox, καθήρατο δ' εἵνεκ' ἐμεῖο. Hæc Billius de Christi baptismo intelligit, repugnante Gregorio, qui, versu sequenti, exponit de legali expiatione, νόμῳ θρεπτήρια τίνων. Videtur Gregorius alludere ad hæc Luc., II, 22, verba, *et cum impleti essent dies purgationis eorum*, τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, *Mariæ* nimirum et *Jesu*, quam lectionem Origenes et alii plerique veteres scriptores atque etiam mss. exhibent. Porro purgationis viri nulla mentio in Lege aut Evangelio. Purgatio infantis erat oblatio et redemptio.

71 *Ἣ καὶ χαζομένῳ.* Veluti eo digna esset honore.

METRICA VERSIO.

Numinis accessum divini ferre nequibat
Gens hominum, idcirco carnis velamine textus
Prodiit : atque etiam versutum ut falleret anguem,
Dum, velut aggrediens male cauta mente parentem
Primigenum, incideret stellati in Numen olympi,
Nequitiæque suæ vim totam illideret ipsi ;
Non secus ac rigidis fluctus franguntur inanes
Rupibus allisi. Porro cum Christus in ortum
Prodiit, et tellus et cœli fulgidus axis
Intremuit. Superæ nam dulcia carmina mentes
Fundebant, et stella Magos ducebat ab ortu
Dona recens nato regi non parva ferentes.
Ortu de Christi nostra hæc doctrina secundo est.
Nec vero hic labes ulla est, nam crimine dempto
Nil fœdum : vitii caret autem sordibus ille.
Nam satus est Verbo mortalis seminis expers,

B Virginis ac matris, sanctam quam Spiritus ante
Fecerat, ex utero factorque parensque suimet
Prodiit. Ast hominum causa lustralibus undis
Est tinctus, velut et suscepit cætera cuncta :
Scilicet altrici persolvens præmia legi,
Aut abscedentem deducens non sine honore.
Postquam autem ingentis lucis præclara lucerna,
Præcedens ortu, præcedens vocibus atque,
In media Christi Numen clamavit eremo,
Tum vero eluxit soboles æterna Tonantis,
Vicinumque inter populum, longeque remotum
Incessit (communi etenim gens utraque juncta
Est lapide), ac duplicem tribuit mortalibus ægris
Baptismum, sancti nimirum Pneumatis unum
(Pristina quo vitii labes, a carne profecta,
Funditus extersa est), unum nostrique cruoris :

Digitized by Google

Καὶ γὰρ ἐμὸν, τὸ Χριστὸς ἐμὸς Θεὸς ἐξεκένωσε
Ῥύσιον ἀρχεγόνων παθέων, κόσμοιό τ' ἄποινον.
Εἰ μὲν δὴ μὴ τρεπτὸς ἔην βροτὸς, ἀλλ' ἀδάμαστος,
Οἵης καὶ μεγάλοιο Θεοῦ χρῄζων ἐφετμῆς,
Ἦ μ' ἐκόμει τ', ἐσάωσε, καὶ ἐς μέγα κῦδος ἄεξε.
Νῦν δ', οὐ γάρ με θεὸν τεῦξεν Θεὸς, ἀλλά μ' ἔπηξεν
Ἀμφιρεπῆ, κλιτόν τε, τὸ καὶ πλεόνεσσιν ἐρείδει,
Ὧν ἓν καὶ λοετροῖο βροτοῖς χάρις. Ὡς γὰρ ὄλεθρον
Ἑβραίων ποτὲ παῖδες ὑπέκφυγον αἵματι χριστῷ,
Τὸ φλιὰς ἐκάθηρεν, ὅτ' ὤλετο πρωτογένεθλος
Αἰγύπτου γενεὴ νυκτὶ μιῇ, ὡς καὶ ἔμοιγε

Σφρηγὶς ἀλεξικάκοιο Θεοῦ τόδε, νηπιάχοις μὲν
Σφρηγὶς, ἀεξομένοισι δ' ἄκος καὶ σφρηγὶς ἀρίστη,
Χριστοῦ φωτοδότεω θεόῤῥυτος, ὥς κεν ἀλύξας
Βένθος ἄχους καὶ βαιὸν ἀπ' ἄχθεος αὐχέν' ἀνασχὼν,
Πρὸς ζωὴν παλίνορσον ἄγω πόδα. Καὶ γὰρ ὁδίτης
Ἀμπνεύσας καμάτοιο, νεόσσυτα γούνατ' ἐγείρει.
Ξυνὸς μὲν πάντεσσιν ἀὴρ, ξυνὴ δέ τε γαῖα,
Ξυνὸς δ' οὐρανὸς εὐρὺς, ἄθ' ὧρια κύκλος ἑλίσσει·
Ξυνὸν δ' ἀνθρώποισι σαόβροτον ἔπλετο λουτρόν.

80 Etenim meus ille est sanguis, quem Christus Deus meus effudit,
Veteris in expiationem sceleris, mundique redemptionis pretium.
Equidem, si non essem homo inconstans, sed immutabilis,
Uno Dei magni opus haberem mandato,
Quod me regeret, servaret magnoque honore afficeret.
85 Nunc autem, non me deum fecit Deus, sed me finxit
Consilii mentisque ancipitem, utrinque pendulum, et me pluribus præsidiis fulcit,
Quorum unum lavacri gratia est hominibus collata. Quemadmodum enim mortem
Hebræorum filii olim effugerunt oblito cruore,
Quo tincti erant postes, cum perierunt primigenii
90 Ægyptiorum fetus nocte una, sic mihi est
Signum Dei malorum depulsoris lavacrum, infantibus quidem
254-255 Signum, adultis autem remedium et signum optimum,
A Christo lucis datore divinitus manans, ut emergens
E profundo mœroris, et paululum excusso onere collum attollens,
95 Ad vitam pedem reflectam. Etenim viator
Qui a labore respiravit, alacrius e lassitudine recreatos pedes movet.
Communis quidem omnibus aer, communis etiam terra,
Commune latum cœli spatium, et anni tempestates quas axis volvit :
Commune mortalibus salutiferum baptisma.

I'. *Κατὰ Ἀπολλιναρίου, περὶ ἐναν θρωπήσεως.*

Νοῦν τὸν μέγιστον ἴσμεν ἀνθρώπου φύσιν

X. *De Incarnatione, adversus Apollinarium*[*].

Mens suprema, ut scimus, hominis naturam

[*] Alias Bill. 161, p. 247.

86 *Τὸ καὶ*, pro διὰ τοῦτο, *idcirco*, etc.

89 *Τὸ φλιὰς ἐκάθηρεν*, *qui postes mundavit*. Cod. Vatic. φλιὰς καθῆραντες.

91 *Νηπιάχοις μὲν σφρηγὶς*. Difficilis ille locus qui doctrinæ Pelagianæ de peccato originali favere videtur, difficilior redditur versione Billii, qui metro serviens sic habet : *Signum pueris tantummodo*, ac veluti Gregorius docuerit baptisma non esse remedium pueris, quo deleatur peccatum, sed tantummodo signum, quo Deo consecrantur, quod olim Pelagianorum dogma fuit. Mollius ergo interpretari debuisset Billius Gregorii verba, nec addere vocem *tantummodo*, quæ Pelagiano dogmati favet, a quo tum Gregorius, tum ipsius interpres abhorrent. Comparate igitur loquitur Gregorius, vultque magis in adultis, quam in pueris, remedii rationem habere baptismum, qui in pueris *peccatum duntaxat originale*, in adultis autem etiam contractas propria voluntate labes abstergit : nec vero, pace doctissimi Billii dixerim, idem est de omnibus ac de Gorgonia et similibus adultis, qui ante baptismum sic vixerunt, ut jam omnem peccati reatum depulisse viderentur, quibus hoc unum supererat, ut exteriori baptismatis signo, Christo adjungerentur.

95 *Καὶ γὰρ ὁδίτης*. Eadem similitudine utitur Gregorius in orat. *De bapt.*, tom. I, pag. 695, n. VII.

X. TITUL. *Ἀπολλιναρίου*. Cod. Vatic. Ἀπολιναριστῶν. Idem argumentum fusius pertractat Gregorius in ep. CI, 1ª ad Cledonium, alias orat. L. — In Anastasii presbyteri lucubratione cui titulus : *Patrum Doctrina de Verbi incarnatione*, quam edidit card. Ang. Mai tom. VII *Veterum Scriptorum*, legi-

METRICA VERSIO.

Namque meum, fudit quem Christus, jure vocarim,
Quo pulsum est Adami vitium, mundusque redemptus.
Ac si equidem constans atque immutabilis essem,
Numinis edicto tantum cœlestis egerem,
Quod me ornaret, magnoque servaret honore.
At quia divinum divina potentia non me,
Sed dubium finxit, quique in contraria mentem
Inclinare queam, idcirco me pluribus illa
Præsidiis fulsit : quorum unum est lustrica lympha.
Nam velut Hebræis perfusi sanguine postes
A pueris olim arcebant pestemque necemque,
Una primigeni fetus cum nocte perirent
Ægypti, signum nobis est haud secus unda

Lustralis ; signum pueris tantummodo, verum
Grandibus et signum simul, et medicina salubris
Munifico a Christo manans lucisque datore :
Mœstitiæ ut fundo emersus, duroque levatus
Pondere, jam vitam repetam, callemque relictum.
Namque etiam cum quis gressu defessa quieti
Membra dedit, posthæc alacris vestigia firmat.
Omnibus est tellus communis, et omnibus aer,
Omnibus et cœlum, partes quoque quatuor anni,
Quas axis creat æthereus, dum fertur in orbem ;
Lustrica communis mortalibus omnibus unda est.

X. DE INCARNATIONE, ADVERSUS APOLLINARIUM.
(*Fed. Morello interprete.*)

Mentem supremam scimus humanam indolem

Digitized by Google

Πᾶσαν παγέντα, ἐκ τριῶν συγκειμένην,
Ψυχῆς τε καὶ νοῦ καὶ πάχους τοῦ σώματος,
Ἀδὰμ ὅλον τὸν πρόσθεν πλὴν ἁμαρτίας.
Ὅ. Ἐπεὶ γὰρ οὖν ἐγίγνετ' ἄνθρωπος Θεὸς,
Θεὸς τελεῖτ' ἄνθρωπος εἰς τιμὴν ἐμήν·
Ἵν' οἷς περ εἴληφεν ὁ δέδωκ' ἀναπλάσας,
Λύσῃ τὸ κρῖμα τῆς ὅλης ἁμαρτίας,
Κτείνῃ τε τὸν κτείναντα τῷ τεθνηκότι.
10 Ἁπλοῦς ἄνωθεν, εἶτα συμπαγεὶς, Θεός·

A Παγεὶς ἔπειτα χερσὶ ταῖς θεοκτόνοις.
Οὗτος Θεοῦ σοι τοῦ μεμιγμένου λόγος.
Θεὸς μὲν ἦν ἄνωθεν, ἐξ οὗ καὶ Πατὴρ,
Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος τε καὶ κτίστης ὅλων,
15 Κρείσσων χρόνου τε καὶ παθῶν καὶ σώματος.
Ἐπεὶ δ' ἔπληγε τῷ ξύλῳ τῆς γνώσεως,
Καὶ πᾶσαν ἡμῶν τὴν φύσιν κατέτρεχεν,
Ὡς εὐάλωτον καὶ κατάκριτον, ὁ φθόνος·
Ὡς ἂν λύσειε τὴν ἔπαρσιν τοῦ φθόνου,

Totam assumpsit ex tribus constantem
Anima, et mente et corpore,
Totum Adamum priorem, excepto peccato.
5 Posteaquam itaque factus est Deus homo,
Homo Deus efficitur, quæ mea est gloria,
Ut per ea quæ assumpsit, quod dederat, reformans,
Solveret judicium totius sceleris,
Et occideret interfectorem per eum qui mortuus est.
10 Simplex ab æterno, postea compositus Deus,
Fixus dehinc cruci manibus deicidis.
Hæc de Deo tibi misto oratio.
Deus quidem erat ab æterno, coævus Patri,
Dei Verbum et creator omnium,
15 Nec tempori obnoxius, nec affectibus corporis.
Verum postquam vulneravit ligno scientiæ,
Et totam naturam nostram pervasit diabolus,
Utpote fragilem et obnoxiam crimini,
(Deus Verbum) quo retunderet superbiam inimici,

tur (p. 63) exemplar *Iamborum adversus Apollinarium* quod omnino ab editis differt. Sic enim se habet :

Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκ τῶν ἐπῶν κατὰ Ἀπολιναρίου.

Ὅλοιτο κεῖνος ὀρθοδόξων ἐξ ἀνὴρ
Ὅς τὴν πρὸς ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ Λόγου κρᾶσιν,
Ἣν οὐ τραπεὶς ἐδέξατ' ἄνθρωπον λαβὼν
Ἔμψυχον ἔννουν ἐμπαθῆ τὰ σώματος
Ἀδὰμ ὅλον τὸν πρόσθε, πλὴν ἁμαρτίας,
Ταύτην τέμνων, ἄνουν τιν' εἰσάγει Θεὸν,
Ὥσπερ δεδοικὼς μὴ θεῷ μάχητ' ὁ νοῦς.
Οὕτω γὰρ ἂν δείσαιμι καὶ σαρκὸς φύσιν,
Μᾶλλον γὰρ αὐτὴ καὶ Θεοῦ πορρωτάτω·
Ἡ τῶν μὲν ἄλλων δεομένων σωτηρίας
Τὸν νοῦν δ' ὁλέσθαι παντελῶς δεδεγμένον
Ὁ δὴ μάλιστα τῷ θεῷ μου σωστέον·
Καὶ γὰρ μάλιστ' ὄλισθεν ἡ πρώτου πλάσις
Ὁ γὰρ δέδεκτο καὶ παρῆδε τὸν νόμον·
Μὴ τοίνυν ἡμισύν με σωζέτω Λόγος
Ὅλον παθόντα, μηδ' ἀτιμούσθω Θεὸς
Ὡς οὐχ ὅλον λαβὼν με, πηλὸν δὲ μόνον
Ὁ δ' ἦν πάριδον τοῦτο καὶ προσλήψιμον,
Ψυχὴν δ' ἄνουν τε καὶ λόγου ζώου τινὸς,
Ὡς καὶ σέσωσται δηλαδὴ τῷ σῷ λόγῳ.
Καὶ ληξάτω τοιαῦτα εὐσεβῶν ἅπας.
Ἴσον γάρ τι πταίουσιν ἐξ ἐναντίας
Τοῖς εἰσάγουσιν ἀσκόπως υἱοὺς δύο·
Ἢ προσκυνοῦμεν ἀνὺ' ἑνὸς δύο θεοὺς,
Ἢ τοῦτο μὴ πάθωμεν εὐλαβούμενοι,
Πέμπωμεν ἔξω τοῦ Θεοῦ τὸ σύνθετον·
Ὧν μὲν γὰρ ἡ σὰρξ οὐδὲν ἂν πάθοι Θεὸς,
Θεοῦ δ' ὅλου μετέσχεν ἀνθρώπου φύσις,
Οὐχ ὡς προφήτης ἤ τις ἄλλος ἐνθέων,
Ὅς οὐ Θεοῦ μετέσχε, τῶν Θεοῦ δέ γε,
Ἀλλ' οὐσωθεὶς ὥσπερ αὐγαῖς ἥλιος·
Οὗτοι μὲν συνέῤῥοιεν ἐκ μέσου λόγου,
Εἰ μὴ σέβοιεν ὡς ἓν ἄνθρωπον Θεὸν,
Τὸν προσλαβόντα σύν τε τῷ προσλήμματι,
Τὸν ἄχρονόν τε, καὶ τὸ συμμιγὲς χρόνῳ,
Τὸν ἐκ μόνου Πατρός τε καὶ Μητρὸς μόνης,
Δύο φύσεις εἰς Χριστὸν ἐλθούσας ἕνα,
Ἕνα Χριστὸν Υἱόν τε, οὐ φύσιν μίαν.

Edit.

2 *Ἀνθρ... παγέντα.* Morellus a Gregorii mente longius aberrat cum vertit : *Humanam indolem omnem struxisse tribus partibus*, quasi sermo esset de creatione hominis, cum agatur de incarnatione, qua Verbum, seu mens suprema, totam humanam naturam tribus constantem partibus, sibi assumpsit, παγέντα, cum sensu reflexo.

3 *Πάχους τοῦ σώματος, crassitie corporis.*

4 *Τὸν πρόσθεν.* Ita cod. Vatic. Edit τό.

5 *Οὖν ἐγίγνετ'.* Ita Combef. Edit. οὐκ ἐγένετ', et in margine, ἐγίγνετ'.

6 *Θεὸς τελεῖτ'.* Male Morel. *Perficitur omnino Deus.*

8 *Τῆς ὅλης.* Cod. Vatic. ἐν ὅλοις, *in omnibus.*

12 *Οὗτος. Hæc de Deo, qui tuam assumens naturam, tibi mistus est. Hoc Dei tibi misti Verbum.*

15 *Κρείσσων χρόνου. Expers temporis et affectuum corporis.*

16 *Ἔπληγε.* Sic omnino legendum putat Combef., pro ἐπλήγη, *postquam vulneravit*, nempe Adamum scientiæ ligno diabolus, φθόνος, qua voce solet Gregorius diabolum significare. Hinc peccat Morelli versio.

METRICA VERSIO.

Omnem ex tribus struxisse prorsus partibus,
Et mente, et animo, et crassitate corporis.
Priusque totum excepto Adamum crimine :
Nam posteaquam effectus est homo Deus,
Perficitur omnino Deus decus ad meum,
Ut cum refinxerit data his quæ assumpserat,
Erroris omne crimen antiqui eluat,
Cædatque cæsorem, per hunc qui mortuus est.
Simplex ab antiquo Deus, concretus hinc,

B Et postea fixus cruci manu impia.
Hæc orsa de misto Deo est oratio.
Deus ævo ab omni, qui coævus est Patri,
Verbum Dei nempe et creator omnium,
Et tempus idem corpusque et affectus habet
Sub se : ast ubi ictus est scientiæ arbore,
Et pertulit naturæ onera nostræ omnia
(Ut livor indicio perit semper suo),
Quo solveret livoris astum turgidum,

Digitized by Google

20 Καὶ τὴν φθαρεῖσαν εἰκόνα κτίσῃ πάλιν,
Ἐγγίνεθ' ἡμῖν. Ἐν γὰρ ἁγνῇ παρθένῳ
Κυΐσκεταί τε καὶ προέρχεται Θεός.
Ὅλος Θεός τε καὶ βροτὸς, σώζων μ' ὅλον,
Υἱὸς νοούμενός τε καὶ ὁρώμενος.
25 Ἀνθρωπολάτρης εἰμί σοι, σέβων ὅλον
Τὸν συντεθέντα μυστικῶς ἐμοὶ Λόγον
Αὐτὸν Θεόν τε καὶ βροτὸν σωτήριον.
Σὺ σαρκολάτρης, εἰσάγων ἄνουν ἐμέ,
Ἂν σου τὸ κομψὸν πειθανῶς ἀντιστρέφω.
30 Ἢ τοῦτο δέξαι, φίλτατ', ἢ κἀμοὶ πάρες,
Εἴπερ δίκαιος τοῦ λόγου μένεις βραβεὺς,
Εἴ σοι τὸ χεῖρόν ἐστιν ἐκ Θεοῦ Θεὸς
(Χεῖρον γὰρ ἡ σὰρξ τοῦ κατ' εἰκόνα πολύ),
Κἀμοὶ τὸ κρεῖσσον· νοῦς γὰρ ἔγγιον Θεοῦ.

A 35 Πλὴν σοί γε κινδυνεύεθ' ἥμισυς βροτός·
Ὃ μὴ προσείληπται γὰρ, οὐδὲ σώζεται.
Τί φῄς, ἀμύντωρ τοῦ Λόγου σοφώτατε,
Ὁ τοῖς τέμνουσι τὴν θεότητα δυσφορῶν;
Οὐ καὶ σὺ τέμνεις τοῦ Θεοῦ τὸ σύνθετον,
40 Τὸ μὲν διδούς τι τῶν ἐμῶν, τὸ δ' οὐκέτι,
Τὴν σάρκα κιρνῶν, τὸν δὲ νοῦν ἀποξέων,
Ὥσπερ δεδοικὼς τοῦτο, μὴ συνθῇς ὅλος;
Πῶς οὖν δύω τέλεια χωρήσει τὸ Ἕν
Ἢ καὶ ῥαγῆναι τὴν δορὰν δεδοίκαμεν;
45 Ὦ τῆς ἀνοίας! νοῦν δὲ καὶ λόγον μία
Ψυχὴ δέδεκται· ποῦ δ' ὅλως σοι καὶ μέγα
Νοῦς, τοῦ Θεοῦ παρόντος; Εἰ δ' ἡ σὰρξ ἄνους
Ἐξηπάτημαι. Δέρμ' ἐμόν· ψυχὴ τίνος;
Τίς ἡ Θεοῦ γέννησις ἐκ τῆς Παρθένου;

20 Et depravatam imaginem iterum crearet,
Nascitur nobis. In casta enim virgine
Concipitur et progreditur Deus,
Totus Deus et homo, me servans integrum,
Filius mente perceptus, et oculis visus.
25 Hominis cultor tibi videor, colens totum
256-257 Coagmentatum mystice mihi Verbum,
Ipsum Deum et hominem salutis auctorem.
Tu vero carnis cultor es, qui inducis me mentis expertem,
Si tuas solerter in te facetias retorqueo.
30 Aut hoc accipe, o bone, aut mihi quoque permitte,
Si quidem æquus es sermonis arbiter,
Si tibi pejus est ex Deo Deus
(Pejus enim multo est caro, quam id quod imaginem refert),
Et mihi melius. Mens enim propius ad Deum accedit.
35 Verumtamen tibi periclitatur dimidius homo;
Quod enim non est assumptum, neque servabitur.
Quid ais, vindex Verbi sapientissime,
Qui secantes divinitatem ægre fers?
Nonne et tu ipse secas Dei compositum,
40 Dando quidem ex meis quidpiam, aliud autem eripiendo,
Carnem Christo compingens, animamque ipsi adimens;
Ac veluti timeres ne totus in compositionem venires?
Quomodo igitur bina perfecta unum capiet?
Nunquid ne rumpatur cutis, veremur?
45 O stultitia! mentem et rationem una
Accepit anima. Ubi autem omnino tibi et magna res est
Mens, Deo præsente? Si autem caro absque mente,
Ego deceptus sum : mea cutis; cujus anima est?
Quænam Dei nativitas ex Virgine?

21 *Ἐγγίνεθ'*. Ita cod. Vatic. Edit. καὶ γίνεθ'.
35 *Ἥμισυς βροτός, dimidia pars hominis.*
38 *Δυσφορῶν. Qui secantibus divinitatem infensus es.*
40 *Τῶν ἐμῶν*. Ita cod. Vatic. Edit. τοῖς ἐμοῖς.
41 *Τὴν σάρκα κιρνῶν*. Id est, *carnem a Christo assumptam concedens. mentem abradis.*

METRICA VERSIO.

Lapsamque imaginem excitaret denuo,
En nascitur nobis. Pudica in virgine
Concipitur et procedit augustus Deus,
Totus Deusque homoque, servans me integrum,
Qui filius percipitur animo, et cernitur.
Cultor hominis videor tibi, totum colens
Verbum, ut mihi arcane coagmentatur hic,
Salutis auctorem hominem, et excelsum Deum.
Imo ipse cultor carnis es, qui me facis
Mentis inopem, si commode facetias
Verto tuas : aut hoc cape, aut mihi sine,
Si justus es sermonis assertor sacri.
Si pejus exsistit tibi, ex Deo genitus Deus
(Namque caro pejus multo quam quod imaginem
Refert), mihi at quod melius : est enim Deo

B Mens propius : atqui tibi periclitabitur
Dimidius homo, quando nec id servabitur
Quod minime erit sumptum : quid ais, acerrime
Verbi patrone, cui graves sunt qui secant
Deitatem; et ipse non secas quod in Deo est
Compositum? ut aliquid cum meis des, hoc neges.
Carnemque temperando mentem ipsam eripis :
Ac si timeres usque ne componeres.
At quomodo unum bina perfecta caperet?
An pertimescimus cutis ne rumperet?
Quis hic furor? mentem una rationemque habet
Anima. Ast ubi omnino tibi res est magna mens,
Præsente summo Numine? At si amens caro est,
Deceptus ego sum : mea cutis; cujus anima est?
Quænam Dei de Virgine est nativitas?

Digitized by Google

50 Πῶς εἰς ἓν ἦλθε τῶν διεστώτων φύσις;
Ἀῤῥητόν ἐστιν, ὡς δ' ἔμοιγε φαίνεται,
Μικρῷ λόγῳ μετροῦντι τὰ κρείσσω λόγου.
Τὸ Πνεῦμ' ἐπῆλθε παρθένῳ καθάρσιον,
Λόγος δ' ἑαυτῷ πήγνυτ' ἔνδοθι βροτὸν,
55 Ὅλου βροτοῦ θανόντος ἀντάλλαγμ' ὅλον.
Ἐπεὶ δ' ἄμικτός ἐστι σαρκίῳ Θεὸς,
Ψυχὴ δὲ καὶ νοῦς οἷον ἐν μεταιχμίῳ,
Σαρκὸς μὲν, ὡς σύνοικος, ὡς δ' εἰκὼν, Θεοῦ·
Τῷ συγγενεῖ μιγεῖσα ἡ Θεοῦ φύσις,
60 Ἐκεῖθεν ἔσχε καὶ πάχους κοινωνίαν.
Οὕτω τὸ θεῶσαν καὶ θεωθὲν εἷς Θεός.
Τί οὖν πέπονθεν ἀμφότερ'; ὡς ἐμὸς λόγος,
Τὸ μὲν κερασθὲν τῷ πάχει, τὸ δ' ὡς πάχος

A Ἐμῶν μετασχὸν, πλὴν παθῶν ἁμαρτίας.
65 Ζητῶ τὸ αἷμα τῷ προσερῤῥύη Θεοῦ;
Εἰ μὲν πονηρῷ· φεῦ, τὸ Χριστοῦ τῷ κακῷ·
Εἰ τῷ Θεῷ δέ· πῶς, ἑτέρῳ κρατουμένων
Ἡμῶν; ἐπεὶ κρατοῦντός ἐστ' ἀεὶ λύτρον.
Ἢ τοῦτ' ἀληθὲς, αὐτὸν προσφέρειν Θεῷ,
70 Ἵν' αὐτὸς ἡμᾶς τοῦ κρατοῦντος ἁρπάσῃ,
Λάβῃ τε ἀντάλλαγμα τοῦ πεπτωκότος
Τὸν Χριστόν· ὁ χρίσας γὰρ οὐχ ἁλώσιμος.
Οὕτω φρονοῦμεν. Τοὺς τύπους δ' αἰδούμεθα.
Ἔχεις τὰ τῇδε· προσκύνει τὴν Τριάδα.

ΙΑ'. *Περὶ Ἐναῤῥωπήσεως.*

Νήπιος, ὅστις ἄνακτα Θεοῦ Λόγον αἰὲν ἐόντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως Πατρὸς ἐπουρανίου.

50 Quomodo in unum convenit dissidentium natura?
Ineffabile istud est, ut mihi videtur,
Infirma metienti oratione, quæ quamlibet superant orationem.
Spiritus supervenit Virgini expiator,
Verbum autem sibi ipsi compegit in ipsius sinu hominem,
55 Qui totius hominis peccato mortui pretium integrum ac redemptio esset.
Cum autem carunculæ misceri non possit Deus,
Anima et mens sunt veluti quoddam intermedium quo carni unitur
Anima quidem, ut carnis contubernalis; mens vero, ut Dei imago;
Affini conjuncta est Dei natura,
60 Hinc habuit et carnis societatem.
Sic et quod deificat, et quod deificatur, unus est Deus.
PASSUM! Quid igitur [factum] utrique est? ut assero,
Alterum quidem fuit unitum crassæ substantiæ; alterum vero, ceu crassa substantia
Meorum fuit particeps, præter peccati affectum.
258 259 65 Quæro cui effusus sit sanguis Christi?
Si quidem malo, heu! Christine sanguis effusus improbo?
Sin autem Deo: quomodo, alteri mancipatis
Nobis? Siquidem ejus qui dominatur, semper est redemptionis pretium.
Profecto id verum est, ipsum se offerre Deo,
70 Ut nos servitio eximat,
Et Deus accipiat, in permutationem ejus qui cecidit,
Christum. Qui enim unxit, capi non potest.
Ita sentimus. Typos autem veneramur.
Habes ista hic: adora Trinitatem.

XI. *De Christi Incarnatione**.

Stultus, quicunque supremum Dei Verbum, semper exsistens,
Non veneratur honore pari ac Patrem supercœlestem.

* Alias Murat. 224.

61 *Θεῶσαν. Quod deificat*, id est, divinitas, θεωθέν, *quod deificatur*, id est, humanitas.

63 *Τὸ μέν.* Alterum quidem, id est, τὸ θεῶσαν. *Verbum ac Deitas* crassæ substantiæ ut uniretur. Ibid. τὸ δ' ὡς πάχος. Alterum autem, τὸ θεωθέν, nempe *humanitas, crassa substantia*, meorum esset particeps, ἐμῶν μετασχόν, meis esset affectibus obnoxia, præter peccatum.

65 *Τῷ*, pro *τίνι*.

66 *Κακῷ*. Ita cod. Vat. Edit. κακῶν.

67 *Ἑτέρῳ κρατουμένων*. Cod. Vat. ἄλλῳ, *cum alteri mancipati nos essemus.*

70 *Ἡμᾶς τοῦ κρατοῦντος ἁρπάσῃ. Ut nos e manibus dominantis eripiat.*

73 *Τοὺς τύπους δ' αἰδούμεθα.* Videtur intelligere Eucharistiam et mysteria, quæ vere typi effusi sanguinis ac immolatio Christi mystica.

METRICA VERSIO.

Qui coaluit natura dissidentium?
Effabile haud est, videtur quidem ut mihi,
Dum metior sermone quod potius vocibus.
In Virginem almus Spiritus purgans venit,
Verbumque fingit sibimet hominem in intimo.
Defuncti hominis hæc est redintegratio.
At quia nefas jungi Deum est carunculæ:
Sed mens et anima sicut interstitia sunt,
Carnis quidem, ceu contubernalis, velut,
Dei imago, natura Dei ut affini addita;
Hinc societatem crassitatis obtinet:
Sic quod Deum fecit, deificatumque idem,
Deus unus est. Quid ergo utrumque [passus] est?
Ut assero, hoc mistum cuti crassæ: istud, ut
Affectuum consors meorum crassitas,

B Sine labe. Quæso cui cruor fusus Dei?
Si quidem malo, heu! Christi cruorne pessimo?
At si Deo, qui mancipatis alteri
Nobis? utique redemptio Dominantis est.
Hoc nempe verum, se quod offerat Deo,
Ut ipse nos a detinente liberet,
Et capiat in vicem illius qui concidit,
Unctum, quia is qui unxit, capi haudquaquam potest.
Sentimus hoc modo. Reveremur ac typos.
Isthæc habes hic. Trinitatem almam cole.

XI. DE CHRISTI INCARNATIONE.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Stultus, qui Verbum Patris immortale, supernum
Non simili ac Patrem pronus honore colit.

Digitized by Google

Νήπιος, ὅστις ἄνακτα Λόγον βροτὸν ἔνθα φανέντα
Οὐ σέβετ' ἰσοθέως οὐρανίοιο Λόγου.
Τέμνει δ' ἢ μεγάλοιο Πατρὸς Λόγον, ἠὲ Λόγοιο
Μορφὴν ἀνδρομέην, καὶ πάχος ἡμέτερον.
Ἦν Θεὸς, ἀλλ' ἐπάγη Πατρὸς Λόγος ἡμέτερος φώς,
Ὡς κε Θεὸν μίξῃ, μικτὸς ἐὼν χθονίοις.
Εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθε· τόσον βροτὸς, ὅσσον ἐμ' ἔρδειν
Ἀντὶ βροτοῖο Θεόν. Ἴλαθι, τρωτὸς ἄνω.
Τόσσον ἔχοις. Τί δ' ἔμοιγε νόον, καὶ μίξιν ἄφραστον;
Ἀμφὶ Θεὸν, θνητοὶ, στέργετε μέτρα λόγου.
Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, τὸ λώϊον. Εἰ δὲ μελαίνεις
Τὸν χάρτην πολλαῖς χιλιάσιν ἐπέων,
Δεῦρ' ἄγε, πλαξὶ τεαῖς ὀλιγόστιχα ταῦτα χαράξω
Γράμματ' ἐμῇ γραφίδι, ἣ μέλαν οὐδὲν ἔχει.

A IB'. *Περὶ τῶν γνησίων βιβλίων τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς.*

Θείοις ἐν λογίοισιν ἀεὶ γλώσσῃ τε νόῳ τε
Στρωφᾶσθ'· ἢ γὰρ ἔδωκε Θεὸς καμάτων τόδ' ἄεθλον,
Καί τι κρυπτὸν ἰδεῖν ὀλίγον φάος, ἢ τόδ' ἄριστον,
Νύττεσθαι καθαροῖο Θεοῦ μεγάλῃσιν ἐφετμαῖς·
Ἢ τρίτατον, χθονίων ἀπάγειν φρένα ταῖσδε μερίμναις.
Ὄφρα δὲ μὴ ξείνῃσι νόον κλέπτοιο βίβλοισι
(Πολλαὶ γὰρ τελέθουσι παρέγγραπτοι κακότητες),
Δέχνυσο τοῦτον ἐμεῖο τὸν ἔγκριτον, ὦ φίλ', ἀριθμόν.
Ἱστορικαὶ μὲν ἔασι βίβλοι δυοκαίδεκα πᾶσαι
Τῆς ἀρχαιοτέρης Ἑβραΐκης σοφίης.

Stultus, quicunque supremum Verbum humana carne hic indutum,
Pari non veneratur honore ac cœleste Verbum;
Separat autem, aut a magno Patre Verbum, aut a Verbo
Formam humanam et nostram crassitudinem.
Erat Deus, sed compactum est Patris Verbum noster homo,
Ut misceat nobis Deum, mistum ipsum mortalibus.
Unus Deus utrinque: tantum mortalis quantum me faciat
Pro mortali Deum. Propitius esto, vulneratus supra!
Tantum accipito. Quid vero mihi mentem et mistionem ineffabilem (quærere)?
Erga Deum, mortales, diligite mensuras sermonis.
Si igitur persuasero, hoc melius. Sin autem denigras
Chartam multis verborum millibus,
Eia age, tabulis tui cordis paucorum versuum has inscribam
Litteras meo stylo qui atramenti nil habet.

XII. *De veris Scripturæ libris*[*].

Divinis in Litteris semper et lingua et mente
Versare. Aut enim Deus hoc dedit laborum præmium,
Ut occultam aliquam lucem percipias, vel, quod optimum est,
Pungaris Dei sancti magnis præceptis;
Vel demum ut his sollicitudinibus avoceris a rebus terrenis.
260-261 Sed ne peregrinis libris mens tua subripiatur
(Sunt enim multæ ascriptitiæ pravitates),
Accipe a me selectum hunc, amice, numerum.
Sunt quidem historici libri omnes duodecim
Antiquioris Hebraicæ sapientiæ:

[*] Alias Bill. 34, p. 98.

XI. 6 *Πάχος*. Ita schol. Cod. Vat. πάθος.
8 *Μίξῃ*. Addit schol. ἡμῖν.
9 *Εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθε· τόσον βροτός*. Murat. pro τόσον quod habet ms. legit τόσσον · melius ratione metri scripsisset vir doctissimus τόσον vel τόσα et ἀμφοτέρωθε, ut Billius qui ita restituit hunc locum: εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθε· τόσα βροτός. Sic autem habebatur mendose apud Hervagium: εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθεν ὅπ' ἄμβροτος.
10 *Ἄνω*. Forte legendum ἄναξ.
XII. TITUL. *Περὶ τῶν*. Cod. Vat. ὅσαι ἐνδιάθετοι βίβλοι τῆς Παλαιᾶς τε καὶ Νέας Διαθήκης.
5 *Ἀπάγειν*. Ita duo Regg., Vat. et Coisl. Edit. ἀπάγει.
6 *Ξείνῃσι*. Cod. Reg. 990, ξείνασι.

METRICA VERSIO.

Stultus, qui Verbum latitans sub carne, supernum
Non colit ac Verbum pronus honore pari.
Hic magni Patris Verbum, Verbive resolvit
Humanam speciem, corporeumque lutum.
Numen erat, sed noster homo compingitur ultro,
Ut mistus nobis, misceat ipse Deum.
Unus utrinque Deus; fit homo, ut me Numine donet;
Me miserum sane vulnere, Christe, pio.
Hæc habeas. Quid enim mistam mihi quærere mentem?
Terrea, Numen ubi, verba modum teneant.
Si credar, melius; sin vero sordibus atram
Verbosis chartam commaculare velis,
Eia age, verba tuo inscribam paucissima cordi,
Sepia quæ nigro nulla colore notat.

B XII. DE VERIS ET GERMANIS SCRIPTURÆ LIBRIS.

(*Billio interprete.*)

In libris sacris linguaque et mente frequenter
Versare. Aut etenim donat Deus ista laborum
Præmia, ut absconsæ lucis mens sedula quiddam
Conspiciat; vel certe istinc ea commoda carpit,
Ut per sancta Dei capiat præcepta dolorem;
Aut, quod postremum est, animos hæc lectio rebus
Abstrahit a fluxis, studia ad meliora vocatos.
At, tua ne libris fallatur mens alienis
(Namque ascriptitii multi falsique vagantur),
Hunc habeas certum numerum, a me, lector amice.
Bisseni libri Veteris sunt Fœderis, omnes
Historici. Genesis primus liber. Exodus inde

Digitized by Google

Πρωτίστη, Γένεσις, εἶτ' Ἔξοδος, Λευιτικόν τε.
Ἔπειτ' Ἀριθμοί. Εἶτα Δεύτερος Νόμος.
Ἔπειτ' Ἰησοῦς, καὶ Κριταί. Ῥοὺθ ὀγδόη.
Ἡ δ' ἐνάτη δεκάτη τε βίβλοι, Πράξεις βασιλήων,
Καὶ Παραλειπόμεναι. Ἔσχατον Ἔσδραν ἔχεις.
Αἱ δὲ στιχηραὶ πέντε, ὧν πρῶτός γ' Ἰώβ·
Ἔπειτα Δαυΐδ· εἶτα τρεῖς Σολομωντίαι·
Ἐκκλησιαστής, Ἆσμα καὶ Παροιμίαι.
Καὶ πένθ' ὁμοίως Πνεύματος προφητικοῦ.
Μίαν μέν εἰσιν ἐς γραφὴν οἱ δώδεκα·
Ὡσηὲ κ' Ἀμὼς, καὶ Μιχαίας ὁ τρίτος·
Ἔπειτ' Ἰωήλ, εἶτ' Ἰωνᾶς, Ἀβδίας,
Ναούμ τε, Ἀββακούμ τε, καὶ Σοφονίας,
Ἀγγαῖος, εἶτα Ζαχαρίας, Μαλαχίας.
Μία μὲν οἵδε. Δευτέρα δ' Ἡσαΐας.

A

Ἔπειθ' ὁ κληθεὶς Ἱερεμίας ἐκ βρέφους.
Εἶτ' Ἰεζεκιὴλ, καὶ Δανιήλου χάρις.
Ἀρχαίας μὲν ἔθηκα δύω καὶ εἴκοσι βίβλους,
Τοῖς τῶν Ἑβραίων γράμμασιν ἀντιθέτους.
Ἤδη δ' ἀρίθμει καὶ νέου μυστηρίου.
Ματθαῖος μὲν ἔγραψεν Ἑβραίοις θαύματα Χριστοῦ·
Μάρκος δ' Ἰταλίῃ, Λουκᾶς Ἀχαΐδι·
Πᾶσι δ' Ἰωάννης, κήρυξ μέγας, οὐρανοφοίτης.
Ἔπειτα Πράξεις τῶν σοφῶν ἀποστόλων.
Δέκα δὲ Παύλου τέσσαρές τ' ἐπιστολαί.
Ἑπτὰ δὲ καθολικαί, ὧν, Ἰακώβου μία,
Δύω δὲ Πέτρου, τρεῖς δ' Ἰωάννου πάλιν·
Ἰούδα δ' ἐστὶν ἑβδόμη. Πάσας ἔχεις.
Εἴ τι δὲ τούτων ἐκτὸς, οὐκ ἐν γνησίαις.

Primus Genesis, deinde Exodus et Leviticus;
Postea Numeri, tum Deuteronomium.
Deinde Josue et Judices. Ruth octavus est.
Nonus decimusque liber, res gestæ Regum,
Et Paralipomena; Esdram habes ultimo loco.
Quinque versibus scripti sunt, quorum primus Job,
Postea David, tum Salomonis tres,
Ecclesiastes, Canticum et Proverbia.
Similiter quinque Spiritus prophetici.
Ac uno quidem continentur libri duodecim,
Osee, et Amos, et Michæas tertius;
Deinde Joel, postea Jonas, Abdias,
Nahum, Habacuc et Sophonias,
Aggæus, deinde Zacharias, Malachias.
Uno hi continentur libro: secundo Isaias,
Tertio qui vocatus est Jeremias ab infantia,
Quarto Ezechiel, quinto Danielis gratia.
Veteres quidem numeravi duos et viginti libros,
Hebræorum elementorum numero respondentes.
Jam vero recense et Novi Fœderis libros.
Matthæus quidem scripsit Hebræis Christi miracula,
Marcus Italis, Lucas Græcis,
Joannes omnibus, præco ad cœlos usque pertingens.
Deinde gesta sapientium apostolorum.
Decem et quatuor sunt Pauli Epistolæ,
Septem catholicæ e quibus Jacobi una,
Duæ Petri, tres autem iterum Joannis,
Judæ vero est septima. Habes omnes libros.
Si quid est extra hunc numerum, non est ex germanis Scripturis.

11 *Λευιτικόν τε.* Deest τε in pluribus.
12 *Δεύτερος Νόμος.* Cod. Reg. 992, δευτερονόμιον.
16 *Πρῶτός γ' Ἰώβ.* Cod. Reg. 990, ἔστιν Ἰώβ.
17 *Σολομωντίαι.* Ita codd. duo Regg. Ed. Σολομώντειαι.
25 *Μία μέν.* Codd. duo Regg. ἡ μία.
26 *Ἐκ.* Codd. duo Regg. ἀπό.
27 *Δανιήλου.* Cod. Chig. et alii Δανιῆλος, alii Δανιήλ.
28 *Ἀρχαίας*, etc. Hunc versum a Billio in versione metrica omissum supplevimus, et descripsimus italicis.
39 *Γνησίαις.* Sic Regii tres, Chig., Vat. et Coisl. Edit. γνησίοις. Plurimos et quidem genuinos Scripturæ libros a catalogo suo excludit, quos tamen Ecclesia veros ac legitimos esse pronuntiavit. Sed ignoscendus est error, cum hæc scriberet Gregorius, quo tempore nondum quidquam certe ea de re fuerat definitum.

METRICA VERSIO.

Leviticus, Numeri, Legis tunc scita Secundæ.
Post Jesus, Critæ, Ruth, Regum gestaque bini
Describunt libri. Sequitur liber ille, vocatur
Qui Paralipomenon. Cunctorum est ultimus Esdras.
Quinque metris constant, Job, David, tres Salomonis,
Concio, et insignes Cantus, Proverbia sacra.
Quinque prophetarum sunt libri rursus, in uno
Bisseni vates sunt juncti, nomina quorum,
Oseas, Amos, Michæas tertius, inde
Joel, ac Jonas, Abdias sextus, at hunc post
Naumque, Habbacucque octavus. Tum Sophonæus,
Aggæus, post Zacharias, atque ultimus horum
Malachias. Liber hos unus complectitur omnes;
Esaiam est alter, Jeremiam tertius autem.

B

Ezechiel quarto, Daniel post ordine quinto.
Hinc libros numerare duo datur atque viginti,
Tot nempe Hebrææ quot sunt elementa loquelæ.
Perge age jam Pacti libros numerare Recentis.
Matthæus Christi Hebræis miracula scripsit,
Ausonibus Marcus, Lucas at doctus Achivis,
Cunctis Joannes, penetrans cœlestia mente.
Inclyta apostolicæ classis tum gesta sequuntur.
Hinc bis septenæ literæ, quas numine Paulus
Æthereo scripsit. Sequitur post una Jacobi
Atque duplex Petri, tres rursum auctore beato
Joanne; ac Judæ postremo est unica. Sunt hæc
Omnia divinæ germana voluminа chartæ.
Quidquid præterea est, haud inter certa locandum

Digitized by Google

ΙΓ'. *Πατριάρχαι υἱοὶ τοῦ Ἰακώβ.*

Δώδεκα δ' ἐξ Ἰακὼβ πατρὸς μεγάλοιο πάτραρχοι·
Ῥουβείμ, καὶ Συμεών, καὶ Λευΐ, τοῖς δ' ἔπ' Ἰούδας.
Αὐτὰρ ἔπειτα νόθοι, Δάν, Νεφθαλείμ, Γάδ τε Ἀσήρ τε·
Ἄψθις δ' εὐγενέες μνηστῶν ἄπο, Ἰσσάχαρ ἦεν,
Ζαβουλών, καὶ Ἰωσὴφ, καὶ πύματος Βενιαμίν.

ΙΔ'. *Μάστιγες Αἰγύπτου.*

Μάστιγας Αἰγύπτοιο κακόφρονος αἰὲν ἀρίθμει,
Ὡς κεν ὑποτρομέῃς κάρτεῖ τῷ μεγάλῳ.
Αἵματι μὲν πρώτιστον ὕδωρ ἐρυθαίνετο γαίης,
Δεύτερον αὖ βατράχους ἔβρασεν οὐλομένους.
Τὸ τρίτον αὖ, σκνίπεσσιν ἀὴρ καὶ γαῖα καλύφθη.
Καὶ κυνόμυια φάνη τέτρατον ἐξαπίνης.
Πέμπτον, τετραπόδεσσιν ἐπέχραε λυγρὸς ὄλεθρος.
Φλυκτίδες ἀνθρώπων σώμασιν, ἕκτον ἄχος.
Ἕβδομον, ὕσε χάλαζα μέση πυρὸς, ὄμβρος ἄμικτος.
Ὄγδοον, ἐξ ἀκρίδος ὤλετο χλωρὸν ἅπαν.
Εἶνατον, Αἰγύπτοιο πέδον κατὰ νὺξ ἐκάλυψε
Πρωτοτόκων δὲ μόρος ἡ δεκάτη βάσανος.

ΙΕ'. *Ἡ τοῦ Μωϋσέως Δεκάλογος.*

Τοὺς δὲ νόμους ἐχάραξε Θεὸς δέκα ἔν ποτε πλαξὶ
Λαΐνέαις· σὺ δέ μοι ἔγγραφε τῇ κραδίῃ.
Οὐ γνώσῃ Θεὸν ἄλλον, ἐπεὶ σέβας οἷον ἑνός γε.
Οὐ στήσεις ἔνδαλμα κενὸν, καὶ ἄπνοον εἰκώ.

262-263 XIII. *Patriarchæ filii Jacob* *.

Duodecim ex Jacob magno patre patriarchæ :
Ruben, et Simeon, et Levi, insuper his Judas ;
Postea spurii, Dan, Nephthalim, Gad et Aser ;
Rursus nobiles ex sponsis, Issachar,
Zabulon, et Joseph, et ultimus Benjamin.

XIV. *Plagæ Ægypti* **.

Plagas impiæ Ægypti semper animo recense,
Ut formides magnam Dei potentiam.
Primum quidem fuit sanguine tincta aqua terræ ;
Secundo ranas edidit perniciosas.
Tertio culicibus aer et terra obducta sunt.
Quarto cynomyia repente apparuit.
Quinto jumenta dira lues invasit.
Ulcera in hominum corporibus orta, sexta sunt plaga.
Septima, pluit grando igne mista, imber insociabilis.
Octava, locustis periit quidquid erat viride.
Nona, Ægypti solum nox involvit.
Primogenitorum autem mors decima fuit plaga.

XV. *Moysis Decalogus* ***.

Has decem leges insculpsit olim Deus in tabulis
Lapideis. Tu vero mihi eas in corde inscribe.
Non agnosces alium Deum, siquidem adoratio sola unius est.
Non fabricabis tibi vanum simulacrum et mortuam imaginem.

* Alias Bill. 37, p. 99. ** Alias Bill. 35, p. 99. *** Alias Bill. 33, 36, p. 99.

XIII. TITUL. *Πατριάρχαι υἱοὶ τοῦ Ἰακώβ.* Sic cod. Reg. 992 et Vatic. Edit. περὶ τῶν δυοκαίδεκα Πατριαρχῶν.

1 *Μεγάλοιο πατριάρχοι.* Codd. Regg. duo et Chig. μεγάλου πατριάρχαι.

XIV. 4 *Ἔβρασεν.* Sup. lin. Reg. 991, ἀνέδωκεν.

5. *Σκνίπεσσιν.* Cod. Vat. σκνίφεσσιν.

6 *Κυνόμυια, musca canina.*

7 *Λυγρός.* Ita codd. Regg. tres, Chig. et Vat. Edit. λοιγός.

9 *Ἄμικτος.* Int. ἀκατάμικτος. Exod. IX, 24, ἦν δὲ χάλαζα, καὶ τὸ πῦρ φλογίζον ἐν τῇ χαλάζῃ.

XV. 1 *Σέβας οἷον ἑνός γε.* Int. ἡ τιμὴ μόνη τοῦ ἑνός.

METRICA VERSIO.

XIII. PATRIARCHÆ FILII JACOB.

(*Billio interprete.*)

Bis senos magnus patriarchas femore Jacob
Eduxit ; primos Ruben, Simeona Levimque
Et Judam. Tum deinde notho fluxere cubili
Ancillis nati, Dan, Nephtalimus, Gad, Aserus.
Post autem veris uxoribus Issachar, atque
Zabulon, et Joseph. Postremus Benjamin exit

XIV. ÆGYPTI PLAGÆ.

(*Billio interprete.*)

Ægypti plagas semper numerare memento,
Ut paveas sancti robora magna Dei.
Flumina purpureo sunt primum tincta cruore.
Hinc tellus ranas edidit innumeras
Aera post ciniphes texerunt, arvaque cuncta.
Tum cynomya ferox visa repente fuit.
Quinto quadrupedes omnes mors sæva peremit :
Sexto afflixerunt ulcera Nilicolas.
Horrida post grando cecidit, simul igneus imber.
Octava at rursum plaga locusta fuit.
Hanc plagam horribilis caligo deinde secuta est.
Ultima primigenum mors inopina fuit.

XV. MOYSIS DECALOGUS.

(*Billio interprete.*)

Has Patris æterni bis quinas dextera leges
Insculpsit saxis : tu vero inscribito cordi :
Nullum aliud tibi numen erit, nec, quem mihi debes
Cultum, divinumque alii præstabis honorem.

Digitized by Google

Οὔ ποτε μαψιδίως μνήσῃ μεγάλοιο Θεοῖο.
Σάββατα πάντα φύλασσε μετάρσια καὶ σκιόεντα.
Ὄλβιος, ἢν τοκέεσσι φέρῃς χάριν, ἢν ἐπέοικε.
Φεύγειν ἀνδροφόνον παλάμης ἄγος, ἀλλοτρίης τε
Εὐνῆς, κλεπτοσύνην τε κακόφρονα, μαρτυρίαν τε
Ψευδῆ, ἀλλοτρίων τε πόθον, σπινθῆρα μόροιο.

ΙΣ'. *Εἰς τὰ θαύματα Ἠλίου τοῦ προφήτου καὶ Ἐλισαίου.*

Τοσαῦτα θαύματ' Ἠλίου τοῦ Θεσβίτου.
Κόραξι πρῶτον ἐτράφη· καὶ δεύτερον
Ἔθρεψε χήραν πλουσίως Σαραφθίαν,
Μικροῖς ἐλαίου καὶ ἀλεύρου λειψάνοις·
Ἧς καὶ τὸν υἱὸν ἐκ νεκρῶν φυσήμασιν
Ἤγειρεν. Ὑετόν τ' ἀνέσχεν ἐκ Θεοῦ,

A Ἔπειτ' ἀφῆκε. Θυσίαν καταγνίσας
Πυρὶ ξένῳ τε καὶ ξένοις, εἶτ' ἤρκεσε
Τροφῆς ἄγευστος ἡμέρας ἐν πλείοσι
Ἔφλεξεν ἄρδην πεντηκοντάρχας δύω.
Ἰορδάνην διῆλθε μηλωτῇ τεμών·
Πυρὸς δ' ἀνῆλθεν ἅρματι πρὸς οὐρανὸν
Ὁμοῦ δοράν τε καὶ χάριν Ἐλισσαίῳ
Ἀφῆκεν. Ἄθρει καὶ τὰ τούτου θαύματα·
Ἰορδάνην διῆλθε μηλωτῇ τεμών.
Πηγὰς ἔθηκεν ἁλσὶν εὐτέκνους πόλει.
Παῖδας δ' ὑβριστὰς θηρίοις ἀπώλεσεν
Διψῶντι ῥεύματ' ἐξ Ἐδὼμ ἐπήγασε
Στρατῷ· γυναικά τε χρέους ἐῤῥύσατο
Πηγαῖς ἐλαίου· τῇ δὲ Σουναμίτιδι

5 Nunquam inaniter memineris magni Dei.
Dies omnes festos celebra, sive insignes, sive minus solemnes.
Felix, si parentibus gratiam referas quam decet referre.
Fuge homicidæ manus crimen, extraneique
Cubilis, furtum malignum, testimonium
10 Falsum, alieni appetitionem, igniculum mortis.

264-265 XVI. *Eliæ et Elisæi miracula* *.

Hæc sunt miracula Eliæ prophetæ Thesbitæ.
A corvis primum pastus est. Deinde
Pavit ipse copiose viduam Sarephta,
Ex exiguis olei et farinæ reliquiis;
5 Cujus et filium a mortuis insufflando
Excitavit. Pluviam continuit verbo Dei,
Postea demisit. Victimam postquam lustravisset
Igne novo, et novo apparatu ac inaudito, vixit
Cibi nihil degustans diebus plurimis.
10 Igne interemit geminos quinquagenarios duces.
Jordanem trajecit, aquas pallio dividens.
Igneo curru ascendit in cœlum,
Simul vestem et gratiam Elisæo
Reliquit. Cerne et istius miracula:
15 Jordanem pertransiit, divisis pallio aquis.
Fontes sale fertiles reddidit civitati.
Pueros conviciatores ferarum morsibus necavit.
Sitienti aquarum rivos ex Edome duxit
Exercitui. Viduam a creditoribus liberavit
20 Fontibus olei. Sunamitidi liberis carenti

* Alias Bill. 154, p. 204.

Μνήσῃ. Id est, *pronuntiaveris nomen Dei.*

7 *Τοκέεσσι.* Codd. tres Regg. et alii τεκέεσσι.

8 *Ἀνδροφόνον.* Ita codd. Regg. quatuor. Edit. ἀνδρόφονον.

10 *Ἀλλοτρίων.* Rerum alienarum cupiditas, mortis est fomes.

XVI. τιτ. *Εἰς τὰ θαύματα.* Cod. Vatic. Θαύματα Ἠλίου.

8 *Καὶ ξένοις.* Quippe aquam infundi rogo jusserat Elias. Nihilominus ignis rogum corripuit et absumpsit.

10 *Πεντηκοντάρχας.* Cod. Vat. πεντηκοντάρχους.

16 *Εὐτέκνους.* Non solum dulces aquas ad bibendum reddidit propheta, sed etiam fertiles, ita ut agri antea steriles, iis irrigati fontibus, fertiles evaderent.

METRICA VERSIO.

Ne statuas unquam simulacraque mortua fingas;
Neve tui Domini lingua tere nomen inani.
Sabbata legitima tibi sunt servanda quiete,
Tam quæ tecta umbris, quam quæ sublimia sensu.
Felix, si merito cultu venerere parentes.
Ne quemquam occidas. Alieni fœdera lecti
Ne violes. Nec te constringas crimine furti.
Neve aliquem testis mendacibus opprime verbis.
Nec cupidis oculis aliorum commoda lima:
Hinc namque æternæ quæruntur pabula morti.

XVI. ELIÆ ET ELISÆI MIRACULA.

(*Billio interprete.*)

Hæc mira sanctus Elias quondam edidit.
Hunc primo corvus aluit: ac Sareptiam
Post ipse viduam nutriit perquam ampliter,

B Olei et farinæ reliquiis paucissimis:
Ejusque ab orci filium extraxit sinu:
Mox ipse cœlum claudit, et pluviam negat.
Flammis vorandam victimam plane novis,
Novoque more tradit, et multos dies,
Omnino capiens pabuli nihil, exigit;
Binosque flamma mittit ad stygem duces.
Jordanis undas pallio immisso secat.
Curruque vectus igneo cœlum petit.
Cum veste linquit gratiam Elisæ suam:
Eximia cujus cerne jam miracula.
Jordanis undas pallii tactu secat.
Sterilesque fontes urbis edulcat sale.
Juvenes ferarum morsibus necat improbos
Sævamque trinis eximit castris sitim.
Per munus olei debito grandi levat
Viduam: alterique (mira res) dat filium,

Digitized by Google

Οὐκ ὄντ' ἔδωκε παῖδα, κ' ἐκ νεκρῶν πάλιν.
Φθορὰν τ' ἐπέσχεν ἐκ πόας, καὶ πλείοσιν
Ἥμυνε λιμὸν ἐνδεεστέρᾳ τροφῇ.
Ναιμᾶν δὲ λέπρας ἐκκαθήρας τὸν Σύρον,
Πέμπει Γιεζεῖ τὴν νόσον· εἶτ' ἀξίνην
Ἕπλευσε νώτοις ἐκ βυθῶν Ἰορδάνου·
Σύρων δὲ τοὺς ἕλκοντας ὄψεις ἀμβλύνας
Ἔδωκεν ἐχθροῖς· εἶτα τῷ στρατῷ κόρον
Προεῖτο, λεπρῶν ἔργα. Καὶ νεκρὸς νεκρὸν
Ἤγειρεν, ἐγγὺς συντεθέντων ὀστέων.

ΙΖ'. *Ἐπίγραμμα εἰς τὸ μαρτύριον Ἠλίου τὸ καλούμενον Χηρεῖον.*

Αὕτη, ξένε, καὶ Σαρεπτὰ τῆς Σιδωνίας,
Δείλιτ filium, eumque a mortuis excitatum reddidit.
Venenum depulit ex herba (colocynthide), et plurimos
Fame laborantes refecit exigua dape.
Naaman Syrum cum a lepra mundasset,
Immisit eumdem Giezi morbum. Posthac securim
In altum traxit, ex imo Jordanis vado.
Syrorum, qui eum capturi venerant, oculis caliginem offundens,
Eos tradidit hostibus. Deinde exercitui cibos
Apponi jussit, leprosorum opera. Mortuus mortuum
Suscitavit, simul compositis ossibus.

XVII. *Epigramma in templum Eliæ, quod Χηρεῖον appellabatur* *.

Hæc est, hospes, illa Sarepta Sidoniæ,
Hæc est turris viduæ, quæ humanissime
Dei prophetam, Eliam Thesbiten,
Cum fames grassaretur per urbes, hospitio excepit :
Quæ paululum olei in cado,
Et manipulum farinæ duntaxat habebat in hydria occultatæ :
Hæc autem liberaliter tribuens hospiti,
Fontem qui pasceret familiam suam, consecuta est pro dono.
Hujus filium Elias viventem qui paverat,
Eumdem mortuum ad vitam revocavit e mortis tenebris ;
Et mater quæ prius flebat se filio orbatam,
Effecta est rursus parens absque partus doloribus.

XVIII. *De Christi genealogia* **.

Matthæus unde, quæso, magnus, et optimus Lucas,

* Alias Bill. 26, p. 195. ** Alias Bill. 39, p. 99.

21 *Κ' ἐκ*. Sic legendum versus postulat. Ed. ἐκ.
24 *Ἐκκαθήρας*. Ita versus et contextus videntur postulare. Edit. ἐκάθηρε.
29 *Λεπρῶν ἔργα*. Hic significat miraculum liberatæ ab obsidione Samariæ, qua eam Syri cingebant, qui subito timore correpti divinitus immisso, omni belli apparatu in castris relicto et annona, noctu confugerunt ; quod primi noverunt civibusque nuntiarunt leprosi.
XVII. ΤΙΤ. *Εἰς τὸ μαρτύριον, in martyrum ædem*. Mox, χηρεῖον, *viduæ domus*.
6 *Ὑδρίᾳ κεκρυμμένος*. Combef. legit ὑδρίᾳ κεκρυμμένην. Al. ὑδρίας κεκρυμμένης. Verisimilius ὑδρίᾳ κεκρυμμένος.
XVIII. ΤΙΤ. *Περὶ τῆς*, etc. Cod. Reg. 991 addit παρὰ τῷ Ματθαίῳ καὶ παρὰ Λουκᾷ.
1 *Ματθαῖος πόθεν, εἰπὲ, μέγας, Λουκᾶς τε φέριστος*, etc. Sic distinximus, addita interrogatione. Edit. Ματθαῖος πόθεν εἶπε μέγας, Λουκᾶς τε φέριστος, etc., quod ipsi Benedictini verterant : *Matthæus autem magnus scripsit et optimus Lucas : alium quidem ille*, etc... quod evidentissime mendosum corrigere præsumpsimus. (CAILLAU.)

METRICA VERSIO.

Avidique rursus faucibus lethi extrahit.
Tum labem ab herbis pellit : et magno agmini
Pastu minacem pellit exiguo famem.
Namaamque Syri corpus a lepra eluit,
Hac inficitque servulum. Post asciam
Ex imo in altum fluminis trahit vado.
Syriaca castra, visibus capta, hostibus
Tradit, deinde saturat appositis cibis.
Junctisque reddit mortuum vitæ ossibus.

XVII. EPIGRAMMA IN TEMPLUM ELIÆ, QUOD Χηρεῖον APPELLABATUR.

(*Billio interprete.*)

Hospes, Sareptam cernis hic Sidoniæ,

Οὗτος δὲ χήρας πύργος, ἡ φιλοξένως
Θεοῦ προφήτην Ἠλίαν τὸν Θεσβίτην,
Λιμοῦ κακοῦντος τὰς πόλεις, ἐδέξατο·
Ἦ καὶ μικρὸν ἦν ἔλαιον ἐν τῷ καψάκῃ,
Καὶ δρὰξ ἀλεύρων ὑδρίᾳ κεκρυμμένος.
Τοῦτο δ' ἀφειδῶς μεταδοῦσα τῷ ξένῳ,
Πηγὴν, τρέφουσαν οἶκον, εὗρε τὴν δόσιν.
Ταύτης τὸν υἱὸν Ἠλίας ζῶντα τρέφων,
Θανόντα νεκρῶν ἐξανέστησε ζόφου.
Μήτηρ δὲ, πρὶν κλαίουσα τὴν ἀπαιδίαν,
Ἐγένετο μήτηρ αὖθις ὠδίνων δίχα.

ΙΗ'. *Περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας.*

Ματθαῖος πόθεν, εἰπὲ, μέγας, Λουκᾶς τε φέριστος,

Viduæque turrim, quæ pium vatem Dei,
Cum premeret urbes aspera vindex fame,
Perquam hospitali pectore excepit domo :
Cui nil habebat vas, nisi olei paululum,
Præter farinæ paululum nil hydria.
Quod cum dedisset hospiti haud parca manu,
Hoc munus ipsum nutrit, et totam domum.
Hujusce natum dum esset in vivis alens,
Post luce cassum a morte revocavit statim;
Et quæ parens, ante, orbitatem luxerat,
Effecta rursus mater est, partu sine.

XVIII. DE CHRISTI GENEALOGIA.

(*Billio interprete.*)

Matthæus quondam scripsit, Lucasque disertus a

Digitized by Google

Τὴν μὲν ὅγ', αὐτὰρ ὁ τήνδε βίβλοις ἐνέθηκε γενέθλην,
Αἳ Χριστὸν κατάγουσιν ἀφ' αἵματος ἀρχεγόνοιο ;
Πῶς δ' ὁ μὲν ἐν πλεόνεσσιν, ὅδ' ἐν παύροισιν ἔληξεν ;
Ἐς Δαυῒδ μὲν ἄνακτα γένους ῥόος ἀμφοτέροισιν
Ἄτμητος· μετέπειτα ῥέει δίχα, ὑστάτιον δὲ
Συμφέρεθ' ὡς ἐπὶ πόντον ἀπείρονα Χριστὸν ὁδεύων.
Ὧδέ κεν ἀθρήσειας, ἐμῷ δ' ἐπιπείθεο μύθῳ·
Δαυῖδαι, Σολομών τε, Νάθαν τ' ἔσαν, ὧν ὁ μὲν εἶλκεν
Ὡς τε ῥόον μεγάλου ποταμοῦ, βασιλήϊον αἷμα·
Αὐτὰρ ὅγ' εὐαγέων τε φαεινοτάτων θ' ἱερήων.
Χριστὸς δ' ἀμφότερ' ἔσκεν, ἄναξ μέγας, ἀρχιερεύς τε.
Τούνεκα Ματθαῖος μὲν ἐγράψατο πνεύματι θείῳ
Τοὺς Σολομωντιάδας, Λουκᾶς δ' ἐς Νάθαν ὄρουσεν.

Α 15 Ἐκ δὲ δύω γενεῶν, τῆς μὲν πλέον, ἐξ ἑτέρης δὲ
Παυρότερον τὸ ῥέεθρον ἐπελθέμεν· οὐ μέγα θαῦμα.
Οὐ μὲν παυρότερον· γενεῶν δ' οὐκ ἴσον ἀριθμόν.
Ὧδε τὰ πρῶτα κέασθεν, ἔπειτα δὲ εἰς ἓν ἄγερθεν.
Φράζε δὲ καὶ τόδε μοι, πατέρων δύο πῶς ποτ' Ἰωσὴφ.
20 Τέθμιον ἦν Μωσῆος, ἐπὴν ἄσπερμος ὄληται
Ἑβραῖος, κάσιν ἥ τιν' ὀλωλότος, ἥ τινα πηῶν
Ἐγγύθεν, αἶψα δάμαρτα φίλην καὶ κτῆσιν ἔχοντα,
Σπερμαίνειν φθιμένῳ τε γόνον καὶ οἶκον ἀέξειν,
Ὄφρα κε μὴ νώνυμος ἐν ἀνθρώποισιν ὄληται.
25 Τοὔνεκα κρυπτὸν ὕπερθε Θεοῦ βροτέου τόδ' [ἀνεῦρον.
Ματθὰν ἐκ Σολομῶνος ἄγων γένος, ἠγάγετ' Ἐσθάν.

Aliam quidem ille, aliam vero iste libro edidit generationem,
Quæ Christum deducit a sanguine primi parentis?
Cur autem hic plures avos numeravit circa finem, ille vero pauciores?
In Davidem quidem regem generationis fluxus apud utrumque
Indivisus est; postea fluit bifariam, postremo autem
Una fertur in Christum, veluti in immensum mare se effundens.
Sic considera, et meo assentire sermoni:
Ex Davide nati sunt Salomon et Nathan, quorum ille quidem traxit,
Veluti fluxum magni fluminis, regium sanguinem;
Hic vero nobilium celeberrimorumque sacerdotum.
Christus autem utrumque fuit, rex magnus et sacerdos.
Itaque Matthæus enarravit, divino afflatus Spiritu,
Salomontiadas, Lucas vero Nathani nepotes recensuit.
Ex duobus autem generationibus, si ex una quidem uberius, ex altera autem
Contractius fluentum decurrat, non valde mirum est.
Sed nec quidem contractius; generationum vero non est par numerus.
Sic primum distractæ sunt, postea in unum convenere.
Dic vero mihi, quomodo duorum patrum filius sit Joseph.
Lex ea erat Moysis, si quando absque liberis mortuus fuisset
Hebræus, ut frater mortui aut aliquis affinitate conjunctus
Et propinquus, statim ipsius uxorem dilectam et possessionem accipiens,
Procrearet defuncto sobolem, et domum augeret,
Ne nomen ejus inter homines periret.
268-269 Quare arcanum hoc de Deo homine facto inveni:
Mathan ex Salomone trahens originem, uxorem duxit Estham.

2 *Βίβλοις*. Sic cod. Reg. 991. Edit. Βίβλαις.
3 *Αἳ Χριστόν*. Codd. duo Regg. et Chig. αἷς. — Ibid. ἀρχεγόνοιο. Cod. Reg. 991, sup. lin. τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ.
7 *Συμφέρεθ'*. Sup. lin. cod. 991, συμμίγεται.
8 *Ὧδέ κεν*. Cod. Reg. 991, sup. lin. οὕτως.
9 *Ἔσαν*. Cod. Reg. 990, ἔσσαν.
10 *Ῥόον*. Sic codd. Regg. 39, 990, 992, 993, Chig. et Coisl. Edit. ῥόου.
11 *Ἱερήων*. Hæc Gregorii opinio repugnat Apostoli verbis, qui asserit Christum de ea tribu fuisse de qua nullus altari præsto fuit. *Manifestum est*, inquit, Hebr. VII, 13 et 14, *quod ex Juda ortus, in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est*.
18 *Ἀγερθεν*. Cod. Reg. 991, sub lin. συνηθροίσθησαν.
21 *Κάσιν ἥ τιν'*. Codd. duo Regg. κασιγνῆτιν. Vide Casaubon. not. 26, in Luc., ad calcem Comment. Novi Testamenti Græci.
25 *Κρυπτόν*. Codd. tres Regg. μικρόν.

METRICA VERSIO.

Verum non simili scripserunt ordine Christi
Natales quibus ille Adami de sanguine fluxit.
Cur vero plures numeraverit ille parentes,
Hic contra, brevius numerum concludat avorum,
Expediam. Fluxu non dispare currit uterque,
Donec perventum est clari Davidis ad annos.
Tramite post bifido currunt, ac denique rursus
In Christo nostræ coeunt auctore salutis.
Non secus ac fluvius partes dissectus in ambas,
In mare collectis tandem devolvitur undis.
Quod si tu nostris attentas vocibus aures
Præbueris, verum, quod diximus, esse videbis.
Ex Davide Nathan fluxit, Salomonque parente,
Quorum alter, veluti magno de flumine rivum,
Sic traxit regale genus, sceptrumque superbum:
A patre sacrificum duxit genus alter eodem.
At Christus simul et princeps erat, atque sacerdos.
Ergo Matthæus, divino Numine pulsus,
Enumerat Salomontiadas, seriemque nepotum

B Hinc trahit: at contra Lucas, Salomone relicto,
Arripit insignem Nathanum, Nathanique nepotes.
Ex duplici porro genere haud mireris oportet,
Uberioris aquæ si rivulus alter ab illo
Manet, ab hoc rursus currat contractior alter.
Quanquam si nobis recte proprieque loquendum est,
Haudquaquam magis hic contractis labitur undis:
Sed genus hoc tantum numero minus, amplius illud.
Sic primo sectum genus est, ac deinde coivit.
At quonam pacto duplici patre fluxit Joseph
Lex ea Mosis erat, si quem mors atra tulisset,
Hebræa de gente satum, natisque carentem,
Protinus ut frater, vel sanguinitate propinquus
Uxorem exstincti capiens, censumque, domumque,
Funderet huic sobolem, ne nulla prole relicta
Obrueret totum tumulus cum corpore nomen.
Quare de Christo arcanum mihi tale repertum est
Mathanus eximia Salomonis stirpe creatus,
Esthæ junctus erat: quo cæca morte peremptо,

Digitized by Google

Τοῦ δ' ἄρ' ἀποφθιμένοιο, Ναθείδης οὔνομα Μελχί. A
Καὶ τῷ μὲν Ἰακὼβ, τῷ δ' Ἡλεὶ γείνατο παῖδας.
Ἡλεὶ δὲ φθιμένοιο, ἐπεὶ γόνον οὔτιν' ἔλειπεν,
Αἶψα δόμον τε λέχος τε Ἰακὼβ οὐχ ὁμόπατρος
Δέξατο, καὶ τέκεν υἱὸν ἀδελφεῷ ἐσθλὸν Ἰωσήφ.
Οὕτω τοῦ μὲν ἦην, τῷ δ' ἔγραφε θεσμὸς Ἰωσήφ.
Εὐαγγελιστῶν δ' ὃς μὲν εἶπε τὴν φύσιν,
Ματθαῖος, ὃς δ' ἔγραψε Λουκᾶς τὸν νόμον.
Παῦσαι διοχλῶν τὴν καλὴν συμφωνίαν.
Πῶς Δαυὶδ ἐς ἄνακτα φέρει Θεὸς, εὖτε φαάνθη
Μητέρος ἐκ βροτέης Θεὸς ἄμβροτος; ἐκ μὲν Ἰωσὴφ,
Πῶς ὄγε; παρθενικῆς γὰρ ἦην πάϊς, ἐκ Μαρίης δὲ,
Λευίδης· Μαριὰμ γὰρ ἀφ' αἵματος ἦεν Ἀαρών.

Μάρτυς δ' ἄγγελος ἄμμιν, ἐπεὶ Προδρόμοιο
Ἀγγέλων μεγάλοιο φάους θεοειδέϊ μητρὶ,
Μητέρας ἀμφοτέρας ὄγ' ἀνήγαγεν ἐς μέγαν Ἀαρών.
Φρῆτραι δ' αὖ βασιλῆος ἀμιγέες, ἡ δ' ἱερήων.
Οὐκ ἴτυμον. Φρῆτραι μὲν ἔσαν δίχα, πολλάκι δ' αὖτε
Μίγνυντο. Πρόσθεν μὲν Ἀρὼν μεγάλοιο θύγατρα
Ἠγάγετ' ἐς μέγα δῶμα Ναασσὼν, ὃς δ' ἀπ' Ἰούδα
Ἕκτος ἦεν. Μετέπειτα δ' ἐπεὶ πόλιν ὤλεσεν αἰχμὴ
Ἀσσυρίων, Βαβυλών τε τὰ τέθμια πάντα τίναξεν,
Οὐδὲ φυλῶν τῆμόσδε διακριδὸν αἷμα φυλάχθη
Οὕτω μὲν διὰ μητρὸς ἀνέρχεται ἐς βασιλῆας.
Ἐκ δὲ πατρὸς δοκέοντος ὅπως, φράζεσθαι ἄνωγα.
Αὐγούστου βασιλῆος ἐπεὶ φόρος ἔγραφε πάντας

Illo autem mortuo, Nathides nomine Melchi (eam duxit);
Et illi quidem (Mathano) Jacobum, isti vero (Melchi) Heli genuit filios;
Heli autem defuncto, cum prolem non reliquisset,
Statim domum et uxorem illius Jacobus, non ex eodem patre natus,
Accepit, et fratri egregium genuit filium Josephum.
Sic istius (Jacobi) filius erat Joseph; verum illi (Heli) lex eum ascripsit.
Evangelistarum igitur alter, juxta naturam (Christi genus) narravit,
Matthæus; alter vero, Lucas, juxta legem scripsit.
Desine perturbare egregiam concordiam.
Quomodo ad regem David revehitur Deus, cum apparuerit
Ex matre mortali immortalis Deus? et quidem ex Joseph
Quomodo ille? Virginis enim erat filius, scilicet ex Maria
Levita. Maria enim erat ex sanguine Aaron.
Testis nobis est angelus; siquidem natale Præcursoris
Nuntians magnæ facis divæ parenti,
Ambas matres ad magnum revocavit Aaron.
Tribus autem regalis et sacerdotalis impermistæ erant.
Id verum non est. Distinctæ quidem erant tribus, sæpe tamen
Miscebantur. Primum quidem ex tribu magni Aaronis filiam
Duxit in domum suam Naasson qui a Juda
Sextus erat. Deinde autem postquam civitatem evertit exercitus
Assyriorum, et Babylon omnia jura concussit,
Neque tribuum tunc distinctio servata est.
Sic quidem per matrem ad reges ascendit.
Quomodo autem ab eo, qui ejus pater videbatur, dicas velim.
Augusti imperatoris jussu, cum censerentur omnes,

32 *Τοῦ μέν*. Cod. Reg. 990, τῷ μέν. Mox idem, Θεσμόν habet pro θεσμός. Cod. Reg. 993 et Chig. consentiunt.

39 *Μαριὰμ γάρ*. Certe si ex tribu Levi orta (linea masculina) fuisset Maria, Christus ex stirpe David satus et de tribu Juda vere dici non posset, quod fidei et Scripturis adversatur. Vide infra v. 57, ubi Gregorius asserit Josephum et Mariam ex eadem tribu ortos fuisse.

41 *Μεγάλοιο φάους*. Cod. Reg. 991, sup. lin. μεγαλοφώνου.

47 *Πόλιν*. *Civitatem*, nempe *Jerusalem*.

METRICA VERSIO.

Duxit eam Melchi, Nathanæo sanguine cretus
Mathanus hac genuit Jacobum, Melchius Elim,
Quem rapuit nulla mors horrida prole relicta.
Ergo domum illius capit uxoremque superstes
Jacobus, frater tantum maternus, eique
Josephum genuit, sic Joseph filius ejus
Verus erat: tamen hunc tribuit lex optima fratri.
Atque ita Matthæus naturam scribere Christi
Instituens, veram seriem numeravit avorum:
At Lucas populi legem ritumque notavit.
Quare ne verbis concordia scripta lacesse.
Cur genus a magno deducit Davide Christus,
Visus ut est nostro Deus immortalis in orbe,
Progrediens castæ per viscera sancta parentis?
Cur pater illius Joseph de more vocatur,
Cum non Josepho, sed sit de Virgine natus?
Ex Maria porro Levides: namque ab Arone,
Qui Levi de stirpe fuit, genus ipsa trahebat.

B Angelus est testis: siquidem natale propinquum
Dum Præcursoris divæ narrare parenti
Pergit, ab excelso demissus vertice cœli,
Ambas ad veterem matres revocavit Aronem.
Nil porro commune tribus regalis habebat
Cum sacra, inter se thalami nec jure coibant.
Falsum. Nam quamvis distincta erat utraque classis,
Utraque jure tamen thalami persæpe coivit.
Namque prius natam thalamo sibi junxit Aronis,
Nasson ab illustri qui sextus fluxit Iuda.
Atque itidem Assyriæ postquam manus impia ferro
Evertit Solymas, tum nec distinctio certa
Servata est tribuum, generis nec sectio prisca
Sic ille ex Maria regali est sanguine cretus.
Dic age, quo pacto Josephum habuisse parentem
Creditus est? Magnus regeret cum legibus orbem
Augustus, cunctos perscribere nomina jussit.
Ergo quisque suum patria cum nomen in urbe

Digitized by Google

Ἄλλοι μέν τ' ἄλλησιν ἐνὶ πτολίεσσι γράφοντο
Πατρῴαις, Δαυῒδ δὲ φίλον πέδον αἶψα κίχανον
Εἰς Βηθλεὲμ, ἣ κόλποισι μέγαν ὑπεδέξατο Χριστὸν,
Ἀμφότεροι, μνηστή τε φίλη, καὶ κεδνὸς Ἰωσὴφ
Γραψόμενοι. Φρήτρης γὰρ ἰῆς ἔσαν. Ὣδ' ἐνὶ φάτνῃ
Μήτηρ παρθενικὴ, κόσμου τέκε παντὸς ἄνακτα.
Οὕτω καὶ διὰ πατρὸς ἀνέρχεται ἐς βασιλῆας.
Ἔμπαλι μὲν γενεὴν Λουκᾶς μέγας ἦγαγε μύθῳ
Εἰς Ἀδὰμ ἐκ Χριστοῖο. Ἐμοὶ δ' Ἀδὰμ ἦλθ' ἐπὶ Χριστόν.
Χειρὶ Θεοῦ πρώτιστος Ἀδὰμ γένετ'. Ἐκ δ' Ἀδάμοιο
Σὴθ πέλε. Τοῦ δ' ἄρ' Ἐνώς. Τοῦ, τέτρατος ἦε Καϊνάν.
Τοῦ δ' ἦν Μαλελεήλ. Τοῦ δ' Ἰαρὲδ, ὃς τέκε παῖδα
Κεῖνον Ἐνὼχ, ὃς ζωὸς ἐς οὐρανὸν ἦλθεν ἀερθείς.
Τοῦδε, Μαθουσάλα ἔσκεν, ὃς υἱέα γείνατο Λάμεχ.
Αὐτὰρ ὅ, Νῶε πατήρ. Σὴμ, Νώεος υἱὸς ἐκείνου.
Ἐκ τοῦ δ' Ἀρφαξὰδ, Καϊνὰν, Σαλά· τοῦ δ' ἐνέπουσιν
Υἱὸν Ἔβερ. Ἔβερος δὲ Φάλεκ πάϊς. Ἐκ δ' ἄρα Φαλὲκ,
Ἔσκε Ῥαγάβ. Κεῖνος δὲ Σεροὺχ τέκεν, ὃς τέκε
[Ναχώρ.

A Ἀβραὰμ αὖτ' ἐπὶ τοῖσδε, πάϊς Θάρα Ναχορίδαο.
Ἀβραμίδης δ' Ἰσαὰκ Ἰακὼβ τέκεν, ὃς δ' ἄρ' Ἰούδαν.
Αὐτὰρ ὅ ἐκ Θαμάρης Φαρὲς τέκεν. Αὐτὰρ ὅ, Ἐσρώμ.
Ἐσρὼμ, τὸν Ἀρὰμ, ὃς τὸν Ἀμιναδάμ. Ὃς δὲ Ναασσών.
Ναασσὼν δ' αὖ, Σαλμών. Σαλμὼν, Βοάζ. Ἐκ Βολζ,
[Ὠβήδ.
Ὠβὴδ δ' Ἰεσσαί· τοῦ δ' ἐκ μέγας ἔπλετο Δαυΐδ.
Δαυΐδης δὲ, Νάθαν, ὃς Ματθὰν υἱὸν ἔτικτεν.
Ὃς Μαϊνάν. Μαϊνὰν, Μελεὰν τέκε. Ὃς δ' Ἐλιακείμ.
Ὃς τὸν Ἰωάναν. Ὃς τὸν Ἰωσήφ. Ὃς, τὸν Ἰούδαν
Γείνατο. Τοῦ, Συμεών. Τοῦ, Λευί. Τοῦ ἄπο,
Ματθάν.
Τοῦδε, Ἰωρείμ. Τοῦ δ' Ἐλιέζερ. Τοῦδε, Ἰωσάφ.
Τοῦ δ' Ἤρ. Τοῦ δ' Ἐλμώδ. Τοῦ δ' αὖ πάϊς ἔπλετο
[Κωσάμ.
Κωσὰμ, ἣν Ἀδδί. Τοῦ, Μελχί. Τοῦ δ' ἄπο, Νηρί.
Τοῦ δ' ἄπο, Σαλαθιήλ, Ζοροβάβελ, Ῥησὰ, Ἰωνὰν,
Ἰούδας, Ὠσώχ. Σεμεεί τ' αὖ, Ματθίας τε,
Καὶ Μαάθ, Ναγγαὶ, καὶ Ἐσλείμ· τοῦ δ' ἄπο Ναοὺμ,

Et alii in aliis urbibus scriberentur
Patriis, charam Davidis urbem, illico petierunt
Bethlehem, quæ suo sinu magnum excepit Christum,
Uterque, dilecta sponsa et inclytus Joseph,
Ut hic scriberentur; ex eadem enim erant tribu. Hic autem in præsepio
Mater Virgo totius mundi peperit regem.
Sic et per patrem ascendit ad reges.
Inverso autem ordine magnus Lucas generationem duxit
270 271 In Adam a Christo; mihi Adam in Christum venit.
Manu Dei primus Adam conditus est; ex Adamo
Seth natus est. Hujus autem filius Enos. Quartus fuit Cainan,
Hujus autem fuit Malaleel, hujus Jared qui genuit filium:
Is fuit Enoch qui vivus in cœlum sublatus est;
Hujus vero fuit Mathusala, qui filium genuit Lamech.
Hic fuit pater Noe. Sem hujus Noe filius;
Ex isto Arphaxad, Cainan, Sala; hujus autem dicunt
Filium Heber. Heberi vero Phalec filius. Ex Phalec rursus
Fuit Ragab. Hic genuit Seruch, qui genuit Nachor.
Post hos rursus Abraham filius Thara Nachoridæ.
Abramides autem Isaac genuit Jacob, qui et ipse Judam.
Verum hic ex Thamar genuit Phares. Hic autem Esrom.
Esrom genuit Aram, qui Aminadam. Hic vero Naasson,
Naasson autem Salmon; Salmon Boos; ex Boos Obed;
Obed Jesse; ex isto magnus prodiit David.
Ex Davide autem Nathan, qui Mathan filium genuit.
Is Mainan. Mainan genuit Melean. Hic autem Eliacim.
Is Joannam, qui Joseph. Hic Judam
Genuit. Hujus Simeon; hujus Levi; ex hoc autem Mathan.
Hujus Jorim; hujus Eliezer; hujus Josephus.
Hujus autem Er; hujus Elmodad; hujus filius fuit Cosam.
Ex Cosam fuit Addi; hujus Melchi; ex hoc Neri.
Ab hoc Salathiel, Zorobabel, Resa, Jonan.
Judas, Osoc, Semei et Mathias,
Mahat, Nagge et Elim: ex quo Nahum,

54 *Πατρῴαις*. Cod. Reg. 990 et Coisl. πατρώοις.
60 *Ἔμπαλι*. Hic carmen novum incipit in cod. 990. cum hoc titulo: Περὶ τῆς γενεαλογίας τοῦ Χριστοῦ κατὰ Λουκᾶν. Hic totam genealogiam, ut est apud Matthæum et Lucam, versibus prosecutus est Gregorius. « Nobis eamdem, inquit Billius, carminibus exprimere minime placuit, tum quia cuivis eam ab evangelistis petere licet, tum quia tota Hebraicis nominibus constat, a quibus vix dici potest, quantum Latinæ musæ abhorreant. »
65 *Ἦλθεν ἀερθείς*. Cod. Reg. 992, ἦλυθεν ἀρθείς.
70 *Ῥαγάβ*. Cod. Reg. 992, Ῥάγαυ.
76 *Ὠβὴδ δ'*. Cod. Coisl. Ὠβὴδ δέ.
82 *Ἤρ*. Ita cod. Reg. 990. Edit. Εἴρ.

METRICA VERSIO.

Scriberet, extemplo Joseph cum conjuge casta
Davidicam, in tabulas ut nomen utrumque referret
(Una etenim tribus amborum), perrexit in urbem.
Hicque orbis Dominum peperit sanctissima Virgo.
Sic etiam ad claros reges ex parte paterna
Ipse sui generis ducit primordia Christus.
Quinetiam inverso Christi genus ordine Lucas.
Tradidit, a Christo incipiens, in Adamque quiescens.
Contra Matthæus, dum telam orditur eamdem,
Incipiens ab Adam in Christo finivit Iesu.

(*Cætera non vertit Billius, et merito. Vide notam ad versum* 60.)

Digitized by Google

Ἀμώς, Ματθαθίας, καὶ Ἰωσὴφ, ἠδὲ Ἰανναί·
Μελχὶ, καὶ Λευὶ, καὶ Ματθὰν, Ἠλεὶ, Ἰωσήφ.
Λουκᾶς μὲν οὕτω. Πῶς δὲ Ματθαῖος μέγας;
Ἐξ Ἀβραὰμ μὲν μέχρι Δαυΐδ, ὡς ἔφην.
Ἔνθεν δὲ Λουκᾶ τὴν ἱερατικὴν παρεὶς
Σπορὰν, τίθησι τοῦ γένους ἀνακτόρων.
Εἰσὶν δ' ὅσοι τε καὶ τίνες, λελέξεται.
Δαυΐδης, Σολομών, Ῥοβοὰμ, Ἀβία τε, Ἀσά τε.
Τοῦ δ' Ἰωσαφὰτ ἕσκεν. Ὁ δ' ἕβδομος ἦεν Ἰωράμ.
Ὀζίας, ἠδ' Ἰωάθαμ, ἠδ' Ἄχαζ, Ἐζεκίας τε,
Καὶ Μανασσῆ, καὶ Ἀμὼς, Ἰωσίας. Αὐτὰρ ἔπειτα
Ἰεχονίας, ἀλωτὸν δν ἤγαγον ἐς Βαβυλῶνα·
Σαλαθιὴλ, Ζοροβάβελ, Ἀβιοὺδ, ἠδ' Ἐλιακείμ,
Ἄζώρ. Τοῦδε, Σαδώκ. Τοῦ δ' Ἀχίν. Τοῦ δ' Ἐλιούδα.
Τοῦδ' Ἐλιέζερ ἦν. Τοῦ, Ματθάν. Τοῦ δὲ Ἰακώβ.
Ὕστατος, ὃς δοκέεσκε πατὴρ Χριστοῖο, Ἰωσήφ.

A

ΙΘ'. *Μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ ΙΒ'.*

Δώδεκα δ' αὖ Χριστοῖο Θεοῦ μεγάλοιο μαθηταί.
Πέτρος τ' Ἀνδρείας τε, Ἰωάννης τ', Ἰάκωβος.
Πέμπτος δ' ἦε Φίλιππος· ὁ δ' ἕκτος, Βαρθολομαῖος,
Ματθαῖος, Θωμᾶς τε, καὶ Ἀλφαίου Ἰάκωβος·
Ἰούδας τε, Σίμων τε, καὶ οὐ φατὸς ἄλλος Ἰούδας.

Κ'. *Τὰ τοῦ Χριστοῦ θαύματα κατὰ Ματθαῖον.*

ματθείης βίβλοιο τὰ θαύματα, ὁππόσ' ἔρεξε
Χριστὸς ἄναξ βροτέῳ σώματι κιρνάμενος.
Πρῶτον μὲν λεπροῖο πικρὴν ἀπεσείσατο νοῦσον,
Εἶθ' ἑκατοντάρχου παιδὸς ἔπηξε μέλη.
Τὸ τρίτον αὖ Πέτρου ἑκυρῆς φλόγα ἔσβεσε χειρί.
Τέτρατον, οἶδμα μέγα εὔνασε καὶ ἀνέμους.

Ammos, Mathatias, et Joseph atque Janna,
Melchi et Levi, et Mathat, Eli, Joseph.
Lucas quidem sic : quomodo vero Matthæus?
90 Ab Abraham usque ad David, ut dixi;
Hinc inde Lucæ sacerdotalem dimittens
Progeniem, texit seriem regum.
Quotquot autem, et qui sunt, narrabitur.
Davidis filius Salomon, Roboham, Abia et Asa.
95 Hujus autem Josaphat. Septimus vero fuit Joram :
Osias et Joathan et Achaz, Ezechiasque,
Et Manasses, et Amos, Josias. Postea vero
Jechonias, quem captivum in Babylonem duxere,
Salathiel, Zorobabel, Abiud et Eliacim.
100 Azor, hujus autem Sadoc; hujus Achim; hujus Eliada.
Hujus Eliezer fuit; hujus Mathan; hujus Jacob;
Ultimus, qui videtur Christi pater, Joseph.

272-273 XIX. *Discipuli Christi duodecim* *

Duodecim Christi magni Dei discipuli,
Petrus et Andreas, Joannes et Jacobus;
Quintus erat Philippus, sextus vero Bartholomæus,
Matthæus, Thomas, Jacobus Alphæi,
5 Judas et Simon, et non nominandus alter Judas.

XX. *Miracula Christi secundum Matthæum* **.

Matthæus libro prodidit miracula quæcunque fecit
Christus rex mortali corpori mistus.
Primum quidem, lepræ gravem excussit morbum,
Deinde centurionis famuli firmavit membra.
5 Tertium, socrus Petri febrem exstinxit apprehensa manu.
Quartum, magnam procellam et ventos sedavit.

* Alias Bill. 38, p. 99. ** Alias Bill. 40, p. 101.

91 Λουκᾶ. Sic cod. Coisl. Male edit. Λουκᾶς. Mox παρεὶς. Cod. Coisl. super. lin. ἐάσας.
XIX. ΤΙΤ. *Μαθηταὶ τοῦ Χριστοῦ.* Ita codd. duo Regg. et Vat. qui addit ΙΒ'. Edit. Περὶ τῶν δώδεκα Ἀποστόλων.
2 *Πέτρος τ'*. Cod. Reg. 992 Πέτρος. Mox Ἰωάν- B νης καὶ Ἰάκωβος pro Ἰωάννης τ' Ἰάκωβος. Codd. Vat. et duo Regg. Ἀνδρέας τε.
XX. ΤΙΤ. *Τὰ τοῦ Χριστοῦ*, etc. Vat. 35 Ματθαίου θαύματα.
6 *Εὔνασε*. Reg. 990 et Coisl. ηὔνασε.

METRICA VERSIO.

XIX. DISCIPULI CHRISTI DUODECIM.

(*Billio interprete.*)

Discipulos habuit bissenos Christus Iesus.
Hi, Petrus, Andreas, Joannes, atque Jacobus,
Matthæus, Thomas, cum Juda Bartholomæus,
Alter Iacobus, post cum Simone Philippus,
Ultimus est alter, non certe fandus, Iudas.

XX. MIRACULA CHRISTI SECUNDUM MATTHÆUM, VERSIBUS ELEGIACIS.

(*Billio interprete.*)

Hæc quæ mortali Christus cum carne patravit,
Matthæus sacræ prodidit historiæ.
Depulit informem primum de corpore lepram;
Atque tulit famulo centurionis opem.
Inde socru Petri violenta febre levata,
Ventos et fluctus comprimit æquoreos.

Digitized by Google

Δαίμονας ἦκε σύεσσι τὸ πέμπτον, ἐν Γεργεσσηνοῖς. A
Ἕκτον, ἑὴν κλίνην ἦρε βαρὺς μέλεσιν.
Ἕβδομον, ἀψαμένης πηγὴν σχέθεν αἱμορροούσης.
Ἄρχοντος θυγάτηρ ὄγδοον εὗρε φάος.
Ἔννατον αὖ, τυφλοῖσι πόρεν φάος. Ἐκ δ' ἐλαθέντος
Δαίμονος, οὐ λαλέων ῥῆξε λόγον, δέκατον.
Σαββάτῳ ἑνδέκατον, ξηρὴν χέρα λύσατο δεσμῶν,
Ὅσσε δὲ δαιμονίου κ' οὖατα, δωδέκατον.
Ἐκ δεκάτοιο τρίτον, κοφίνους δυοκαίδεκα πλῆσε,
Κάνδρῶν χιλιάδας πέντ' ἀπὸ πέντ' ἀκόλων.
Τέτρατον ἐκ δεκάτου δὲ, κιχήσατο νῆα πόδεσσι·
Τοῖς δ' ὑπόειξε μέγας πόντος ὁρινόμενος.
Πέντε δὲ καὶ δέκατον, Χαναναίας πνεῦμ' ἐδίωξε,
Μητρὶ χαριζόμενος πολλὰ λιταζομένῃ.
Ἕκτον καὶ δέκατον, σπυρίδας λίπον ἕπτ' ἀπὸ ἑπτὰ
Ἄρτων, χιλιάδες τέσσαρες, ἦν τε κόρος.
Ἑπτα δὲ καὶ δέκατον, θείην ἠλλάξατο μορφὴν,
Στράψας οἷσι φίλοις ἠελίοιο πλέον.
Ὀκτωκαιδέκατον δὲ, σεληναίης ἀπὸ νούσου
Ὣς ἱκέτευσε πατὴρ, λύσατο παῖδα φίλον.
Ἐννεακαιδέκατον, φάος ὄμμασιν ἐξ Ἰεριχοῦς
Τυφλοῖς εἰνοδίοις δῶκε πορευόμενος.
Εἰκοστὸν δ' αὐγὰς πόρεν ὄμμασι, πηρά τ' ἔλυσε
Γούνατα, ἐξ ἱεροῦ λύματα πάντ' ἐλάσας.
Θαῦμα δὲ Βηθανίηθεν ἰὼν ποίησε μέγιστον,
Ξηρὴν αἴψα συκῆν, ὥς μιν ἄκαρπον ἴδεν.
Ἐκ δ' ἐχύθη σταυροῖο βαθὺ σκότος, οἰχομένοιο
Φωτὸς, καὶ νηοῦ εὐρὺ πέτασμα ῥάγη.
Γαῖα δὲ παλλομένη, γαίης ὕπερ ἔσχισε πέτρας,
Καὶ νέκυες τύμβους λεῖψαν ἀνεγρόμενοι.

Quintum, dæmones in porcos misit, in terra Gerasenorum.
Sextum, eo jubente, lectum suum tulit membris captus.
Septimum, tangentis eumhæmorroissæ sanguinis profluvium sistit.
10 Octavum, principis filia ad lucem rediit.
Nonum, cæcis restituit visum. Decimum, ejecto
Dæmone, non loquens voces reddidit.
Undecimum, Sabbato aridam manum vinculis solvit.
Duodecimum, oculis atque auribus a dæmonio captos sanavit.
15 Tertium decimum, cophinos duodecim implevit
Et virorum quinque millia ex quinque panibus.
Quartum decimum, navem assecutus est pedibus;
His cessit magnum mare procella agitatum.
Quintum decimum, e Chananæa malum spiritum expulit,
20 Gratificans matri multum roganti.
Sextum decimum, septem sportas reliquerunt ex septem
Panibus quatuor millia, fuitque saturitas.
Septimum decimum, divinam immutavit formam,
Apparens amicis suis sole splendidior.
25 Octavum decimum, a lunæ morbo,
Rogante patre, dilectum liberavit filium.
Nonum decimum, lumen oculis, ex Hiericho
Egressus, cæcis in via præbuit.
274-275 Vicesimum, lucem restituit oculis, sauciata sanavit
30 Gemma, e templo piacula omnia ejiciens.
Miraculum autem Bethania progrediens fecit maximum,
Aridam subito ficum, cum eam sine fructu vidisset.
E cruce vero profundæ fusæ sunt tenebræ, deficiente
Lumine, et latum templi velum scissum est;
35 Concussa terra, supra terram saxa scidit,
Et mortui tumulos liquerunt excitati.

14 *Κ' οὖατα.* Ita Coisl. et Reg. Edit. κοὖατα.
16 *Ἀκόλων.* Super. lin. ἄρτων.
17 *Κιχήσατο.* Int. κατέλαβε.
23 *Ἠλλάξατο.* Coisl. Schol. ἠμειψεν. Reg. 991, sup. lin. ἐδείξατο, *ostendit.*

METRICA VERSIO.

Dæmonas in porcos Gerasenis mittit in arvis;
Sustulit et lectum qui resolutus erat.
Profluvium sistit mira virtute cruentum;
Et redit ad lucem principe nata viro.
Lucem restituit cæcis, Satanaque fugato
Mutus inassuetos edidit ore sonos.
Solvitur extemplo gravibus manus arida vinclis:
Et presso a Satana voxque sonusque redit.
Bis senos cophinos et millia quinque virorum
Explevit quinis panibus appositis.
Hinc pedes assequitur, res nunquam audita, carinam:
Et cedit pedibus vis truculenta maris.
Solvitur hoste malo Chananæa matre creata,
Mater ut obnixas misit ab ore preces.
Panibus ex septem turbis septena redundat
Sporta, quaterque fames mille fugata viris.

B Divinam formam assumit, solisque videtur
Lumine discipulis clarior ipse suis.
Inde piis precibus flexus lacrymisque parentis,
Lunæ actum morbo liberat horribili.
His ita patratis Jerichuntia mœnia linquit,
Et binis aperit lumina clausa viris.
Mox etiam cæcis affusa luce medetur:
Et claudis pedibus fert miseratus opem.
Sed prius a sacra commercia depulit æde,
Quæstusque impuros, sacrilegamque manum.
Bethania Solymas pergens arescere ficum
Imperat, hanc omni fruge carere videns.
Denique dum lumen moritur, caligo coorta est:
In partes velum scinditur atque duas.
Concutitur tellus, scinduntur saxa dolore:
Et linquit tumulos excita turba suos.
Hic verò, ut primum lux tertia fulsit in orbe

Digitized by Google

Αὐτὰρ ὅγε τριτάτῳ ἐνὶ ἤματι τύμβον ἀνοίξας,
Αὖθις ἑοῖσι φίλοις ἐν Γαλιλαΐ' ἐφάνη.

ΚΑ'. *Τὰ Χριστοῦ θαύματα κατὰ Μάρκον.*

Μάρκος δ' Αὐσονίοισι Θεοῦ τάδε θαύματ' ἔγραψε,
Πέτρῳ θαρσαλέος Χριστοῦ μεγάλῳ θεράποντι.
Δαίμων καὶ πυρετὸς, καὶ λέπρη, καὶ παράλυσις
Εἶξε λόγῳ Χριστοῦ. Μετέπειτα δὲ χεὶρ ἐτανύσθη
Ξηρή· καὶ ἀνέμων λῆξεν μένος ἠδὲ θαλάσσης.
Καὶ λεγεὼν ὑπόειξε, καὶ αἱματόεσσαν ἔπαυσε
Πηγὴν, καὶ θυγατρὶ ζωὴν πόρ' Ἰαείροιο.
Πέντε δ' ἄρ' ἐξ ἄρτων πολλοὶ τράφεν. Ἔνθεν ἔδησε
Πόντον ἐπιστείβων. Μετέπειτα δὲ, πνεῦμ' ἐδίωξε
Φοινίσσης, Τυρίοισι τέρας καὶ Σιδονίοισι,
Κωφόν τ' οὐ λαλέον. Θρέψεν πάλιν ἕπτ' ἀκόλουθον
Ἀνδρῶν χιλιάδας· καὶ τυφλὸς ἴδεν φάος. Εἶτα
Καὶ μορφῆς ἀπέπεμψε σέλας, καὶ δεσμὸν ἔλυσε
Γλώσσης, πνεῦμ' ἐλάσας· Βαρτιμαῖός τε φάοσδε
Τυφλὸς ἐξ Ἰεριχοῦντος ἐσέδρακεν. Ὡς δὲ ἄκαρπον
Εὗρε συκῆν χατέων, νεκρὰν ἔθηκε λόγῳ.
Τυφλοὺς δ' αὖ χωλούς τε ἰήσατο ἐγγύθι νηοῦ.

ΚΒ'. *Τοῦ αὐτοῦ θαύματα κατὰ Λουκᾶν.*

Λουκᾶς δ' Ἑλλάδι σεπτὰ Θεοῦ τάδε θαύματ' ἔγραψε,
Παύλῳ θαρσαλέος Χριστοῦ μεγάλῳ θεράποντι.
Δαίμων καὶ πυρετὸς καὶ λέπρη καὶ παράλυσις
Εἶξε λόγῳ· καὶ χεὶρ τείνατο καρφαλέη.
Εἶθ' ἑκατοντάρχοιο λελυμένον ἤδρασε παῖδα·

Ipse vero statim tertia die sepulcrum aperiens,
Rursus suis amicis in Galilæa visus est.

XXI. *Miracula Christi secundum Marcum* *.

Ausoniis vero hæc Dei miracula scripsit Marcus,
Petro addictus, magno Christi servo.
Dæmon et febris, et lepra et paralysis
Cessit verbo Christi. Deinde manus restituta est
Arida, et quievit ventorum furor et maris.
Et legio cessit, et sanguineum coercuit
Fontem; et Jairi puellæ vitam reddidit.
Quinque ex panibus plurimi pasti sunt. Inde vinxit
Mare gradiens super aquas. Postea dæmonem ejecit
Ex Phœnissa, insigne prodigium Tyriis et Sidoniis,
Surdum etiam et mutum. Pavit iterum ex septem panibus
Virorum millia; et cæcus vidit lucem. Dehinc
Et vultu fulgorem emisit, et vinculum solvit
Linguæ, spiritum ejiciens: Bartimæusque lumen
Cæcus ex Hierichonte vidit. Cum autem sine fructu
Invenisset ficum esuriens, hanc aridam verbo reddidit.
Cæcos autem et claudos sanavit juxta templum.

XXII. *Miracula Christi secundum Lucam* **.

Græciæ vero præclara hæc Dei miracula scripsit Lucas,
Paulo intimus, magno Christi servo.
Dæmon et febris et lepra et paralysis
Cessit verbo, et arida manus restituta est.
276-277 Deinde Centurionis famulum deficientem roboravit,

* Alias Bill. 44, pag. 103. ** Alias Bill. 43, pag. 102.

XXI. 2 *Θαρσαλέος*. Schol. Coisl. Πέτρῳ φοιτήσας τῷ κορυφαίῳ. Int. Θαρσαλέως.
3 *Λέπρη*. Sic Chig. et Reg. 992, at sup. lin. λέπρα.
8 *Πέντε... τράφεν*. Hæc omisit Billius in versione metrica. Edit.
16 *Νεκράν*. Sup. lin. ξηράν.
17 *Ἔγγύθι*. Ita Reg. 991 et Coisl. Mox νηοῦ. Sic legendum videtur. Edit. 1630 ἐγγύθε νεοῦ.
XXII. 1 *Λουκᾶς δ' Ἑλλάδι σεπτά*. Ita codex Palatino-Vaticanus; quæ profecto germana est lectio. Editi habent Λουκᾶς δ' ἄλλα δὶς ἑπτά, quasi Lucas quatuordecim tantum Christi miracula descripsisset, cum Gregorius ipse plus quam viginti ab ipso Luca relata in medium proferat.
2 *Θαρσαλέος*. Quasi *Paulo fretus, ejusque persuasu*, Lucas scripserit Evangelium.
3 *Καὶ λέπρη*. Vat. 33, καὶ ἄγρη, λέπρα λύσις τε.
4 *Λόγῳ*. *Verbo* vel *imperio*, ἐπιτάγματι.

METRICA VERSIO

Surrexit, tumulo prosiliitque suo.
Discipulisque suis Galilæa rursus in ora
Spectandum sese non semel exhibuit.

XXI. CHRISTI MIRACULA SECUNDUM MARCUM.

(*Billio interprete.*)

Marcus at Ausoniæ Christi miracula genti
Hæc memorat, Petri nixus sermone, fideque.
Viribus ejicitur Christi cum dæmone febris,
Lepra cadit, paralysis abit, manus arida tensa est.
Et furor æquoreus cum tempestate quiescit:
Victa fugit Legio; siccatur vena cruenta.
Tum Jairi natam mediis e faucibus orci
Extrahit, et luci reddit caroque parenti.
Post pelagi rabiem vinxit, sævasque per undas
Incedit siccis pedibus. Tum deinde fugato
Dæmone, sanatur mulier Phœnissa, deditque
Sidoniis grande hoc facinus, Tyriisque profanis.
Hinc surdo et muto linguamque auresque recludit
Septenis rursus turbas explevit inanes
Panibus; et cæco charissima lumina reddit;
Augustoque suo radios e corpore mittit.
Et Satana ejecto depellit vincula linguæ:
Bartimiusque etiam cæcus Jerichuntis ab urbe
Amissam lucem recipit; fructuque carentem
Omnipotens ficum Christus sterilescere jussit.
Tum juxta templum cæcis claudisque medetur.

XXII. CHRISTI MIRACULA SECUNDUM LUCAM.

(*Billio interprete.*)

Bis septena refert Lucas miracula Christi,
Egregium Pauli tutus ob auxilium.
Et febris, et dæmon, paralysis, lepraque Christo
Cessit: et est propere mortua tensa manus.
Centurionis adhæc famulum jam morte propinqua

Digitized by Google

Χήρῃ τ' ἐκ νεκύων ἐν Ναΐμ υἷα πόρε.
Τὴν δὲ μύρῳ χρίσασαν ἁγνοὺς πόδας ἥγνισε μύθῳ.
Καὶ στῆσεν ἀνέμους, καὶ λεγεῶνα μέγαν.
Αἵματος ἔσχε ῥύσιν, καὶ Ἰαείροιο θύγατρα
Ἤγαγεν ἐς ζωήν. Πέντε δ' ἄρ' ἐξ ἀκόλων
Καὶ δύο ἰχθυδίων, ἐν ἐρήμῳ πέντε ποτ' ἀνδρῶν
Θρέψεν χιλιάδας. Εἶδεος ἦκε σέλας.
Δαίμονα τηλυγέτοιο πικρὸν ἀποέργαθε παιδὸς,
Καὶ τὸν ἐπὶ γλώσσης ἥμενον, ὣς δὲ πάλαι
Ἑβραίην στυγερῇ νούσῳ κλίναντα γυναῖκα,
Καὶ μὴν καὶ ὑδέρου ὄγκον ἀπεσκέδασε.
Καὶ λεπροὺς ἐκάθηρε δέκα, τῶν εἷς Σαμαρείτης.
Τυφλῷ τ' ἐξ Ἰεριχοῦς φῶς πόρεν εἰνοδίῳ.
Ὅσσα τ' ἀποψύχοντος ἴδον σημήϊα Χριστοῦ,
A 20 Ἠδ' ὡς ἐκ νεκύων οἷσι φίλοισι φάνη.

ΚΓ'. *Τοῦ αὐτοῦ θαύματα κατὰ Ἰωάννην.*

Παῦρα δ' Ἰωάννου δήεις ἱερῇ ἐνὶ βίβλῳ
Θαύματα δὴ, πολλοὺς δὲ λόγους Χριστοῖο ἄνακτος.
Ἦν γάμος, οἰνοχόοι δ' ἐκέρων ἐξ ὕδατος οἶνον.
Εἶπε, καὶ υἱὸς ἄνουσος ἔην κάμνων βασιλίσκου.
Εἶπε, λέχος δ' ἀνάειρεν, ὃς οὐ φύγε δεσμὰ λοετροῖς.
Πέντε δ' ἔπειτ' ἄρτων τέλεσεν τέρας. Ἔνθεν ὄδευσεν
Πόντον ὑπερζείοντα, καὶ ἐξεσάωσε μαθητάς.
Τυφλὸν δ' ἐκ γενετῆς ἵησατο, πηλὸν ἀλείψας.
Τέτρατον ἦμαρ ἔην καὶ Λάζαρος ἔγρετο τύμβου.
Αὐτὰρ ὁ καὶ νεκύεσσι θάνεν, καὶ ζῶσιν ἀναστὰς
Χριστὸς ἄναξ ἀναφανδὸν ὁμίλεεν οἷς ἑτάροισι.

Viduæque in urbe Naim filium ex mortuis vivum restituit.
Mulierem unguento sanctos pedes ungentem mundavit verbo.
Compescuit ventos et magnam dæmonum legionem
Sanguinis sistit fluxum, et Jairi filiam
Reduxit ad vitam. Ex quinque panibus
Et duobus pisciculis in eremo quinque olim virorum
Pavit millia. E vultu fulgorem emisit.
Crudelem dæmonem ex unigenito filio ejecit,
Et eum qui linguæ insidebat; sic etiam eum qui jamdudum
Mulierem Hebræam tristi morbo curvaverat,
Quin etiam et hydropis tumorem dispulit.
Decem expurgavit leprosos, quorum unus Samaritanus erat:
Cæcoque ex Hiericho lucem præbuit in via posito.
Quæcunque etiam morientis Christi miracula viderunt,
Atque ut a mortuis resurgens suis amicis apparuit.

XXIII. *Miracula Christi secundum Joannem* *.

Pauca quidem reperies in sacro Joannis libro
Miracula, plures vero Christi sermones.
Erant nuptiæ: pocillatores factum ex aqua vinum fundebant.
Dixit, et sanus fuit, qui æger erat, filius reguli.
Dixit et lectum sustulit, qui morbi vincula aquis non exuerat.
Deinde quinque panum fecit miraculum. Inde ambulavit
Super mare iratum, et servavit discipulos.
Cæcum a nativitate sanavit luto ungens.
Quartus erat dies, et Lazarus e tumulo excitatus est.
Verum ipse et pro mortuis obiit, et viventibus resurgens,
Christus rex palam cum amicis suis versabatur.

* Alias Bill. 42, pag. 102.

15 *Τηλυγέτοιο.* Reg. 991, sup. lin. μονογενοῦς, hic est juvenis, qui filius patris unicus vexabatur a diabolo. Vide *Iliad.* III, 175, ubi παῖδα τηλυγέτην ab omnibus vertitur *filiam unicam*. Benedictini male θηλυγέτοιο, quod minime rei concordat. (Caillau.)
19 *Ἴδον.* Ita Reg. 991. Mendose edit. 1650 ἴδην.
20 *Ἠδ' ὡς.* Alt. καὶ ὥσσ' ἔκ.
XXIII. 1 *Δήεις.* Reg. 991, sup. lin. εὑρήσεις.
4 *Βασιλίσκου.* Chig. βασιλικοῦ.
10 *Αὐτάρ.* Deest hic versus in Reg. 992.

METRICA VERSIO.

Roborat, et natum restituit viduæ.
Post, illam egregium pedibus quæ infuderat unguen,
Abluit, offensas sustulit atque graves.
Ventorum rabiem sedat fluctusque minaces,
Cogitur et legio carpere victa fugam.
Sanguineum sistit fluxum, Jairoque parente
Prognatam mortis faucibus ille rapit.
Hinc homines magno nutrit bonus agmine, quinque
Panibus et geminis piscibus appositis.
Emicat augusto rutilans e corpore fulgor:
Et Satanam a puero cogit inire fugam,
Ac jubet obsessa muti decedere lingua:
Afflictumque caput femina prona levat.
Hydropis gravidum pellit de carne tumorem:
Leprosisque decem discutit ipse luem.
Dum quoque vicinam tendit Jerichuntis ad urbem,
Quæsitam cæco fert miseratus opem.
Denique, more novo quæ tum sunt edita, Christum
Cum duræ affixit perfida turba cruci·
B Utque etiam ad lucem devicta morte resurgens,
Discipulis patuit non semel ipse suis.

XXIII. CHRISTI MIRACULA SECUNDUM JOANNEM.
(*Billio interprete.*)

Joannes Christi miracula pauca recenset:
At quæ divino mortalibus edidit ore,
Plurima verba refert. Primum mirabile Cana
Vindicat, ex liquidis cum vinum expromitur undis.
Dixit, et extemplo curatur regia proles.
Dixit, et ille torum tulit, haud servatus ab undis.
Panibus hinc quinis satiat laudabile vulgus;
Atque per iratos figit vestigia fluctus:
Discipulosque suos fulcit, salvosque tuetur.
Post vero hunc curat, qui matris cæcus ab alvo
Exierat, simul ac cœno conspersit ocellos.
Quarto a morte die devicta morte resurgit
Lazarus. Ipse etiam pro nostro crimine Christus
Interit, et vivis rediens ad lumina vitæ,
Sæpe suos inter fidos versatur amicos.

Digitized by Google

ΚΔ'. *Τοῦ αὐτοῦ παραβολαὶ καὶ αἰνίγματα.*

Εἰ δ' ἄγε, καὶ σκοτίων αἰνίγματα δέρκεο μύθων·
Οἶκον ἐπὶ ψάμμου κείμενον ἀδρανέος,
Καὶ σπόρον, ὡς ἐπὶ γαῖαν ὁμοίως, ἦλθεν ἄνισος·
Καὶ σπόρον, ᾧ καλῷ σπέρματα ἐχθρὰ μίγη·
Καὶ δένδρον, ὀλίγον νάπυος σπόρον· εἶτ' ἐν ἀλεύρῳ
Ζύμην κρυπτομένην· ὦνιον ἀγρὸν ἔτι
Θησαυροῖο χάριν· καὶ μαργαρίτην πολύτιμον,
Ἔμπορος ὃν πάντων ἐπρίατο κτεάνων·
Καὶ νεπόδων ἕλκουσαν ἅπαν γένος ἐξ ἁλὸς ἄρκυν·
Αἰρόμενόν τ' ὦμοις πλαζόμενον πρόβατον·
Καὶ πικρῷ θεράποντι χρέους πέρι, πικρὸν ἄνακτα
Καὶ πρώτοις πυμάτους μισθὸν ἔχοντας ἴσον·
Α Πεμπομένους θ' υἱῆας ἐς ἄμπελον οὐδὲν ὁμοίους,
Καὶ τοὺς κληρονόμον ὠσαμένους θανάτῳ·
Καὶ σχεδίους νυμφῶνι φίλην πλήσαντας ἑορτήν·
Ἔνθεν ἀκοιμήτους ἐν δαῖδεσσι κόρας
Καὶ κύριον δούλοισι νέμοντ' οὐκ ἴσα τάλαντα·
Ἔμπαλιν αὖ προβάτοις ἱσταμένους ἐρίφους.

ΚΕ'. *Παραβολαὶ Χριστοῦ κατὰ Μάρκον.*

Τόσσα Χριστὸς ἔρεξε μέγας, μύθους δ' ἀγόρευσε
Παρβλήδην· ἐπὶ γαῖαν ἕνα σπόρον οὔτι ὅμοιον,
Καὶ τὸν ζιζανίων σπέρματι συμφυέα,
Καὶ νάπυ, κληρονόμον τε θανόνθ' ὑπὸ χερσὶν ἀθέσμοις.
Μάρκος μὲν δὴ τοῖα, Πέτρου φυτόν· εὐρυχόρῳ δὲ

XXIV. *Parabolæ Christi et ænigmata secundum Matthæum* *.

Eia age, obscurorum ænigmata inspice sermonum ·
Domum in instabili positam arena,
Et sementem, quomodo in terram missus similis, dissimilis prodiit;
Et semen bonum, cui noxia semina mixta sunt;
Et parvum sinapis granum, quod evadit in arborem; deinde in farina
Fermentum absconditum; emptum agrum
278-279 Thesauri causa; et margaritam pretiosam
Quam mercator emit omnibus facultatibus;
Et ex omni piscium genere e mari trahens rete;
Sublatam humeris errabundam ovem;
Et crudeli servo, ratione debiti, iratum dominum;
Et primis novissimos mercedem accipientes parem;
Missosque filios in vitem nequaquam similes;
Et eos qui occisum hæredem ejiciunt;
Et extemporales convivas amicam sponso implentes celebritatem;
Inde vigiles cum facibus virgines;
Et dominum servis non æque dividentem talenta;
Ex adverso ovium stantes hædos.

XXV. *Parabolæ Christi secundum Marcum* **.

Totidem Christus magnus fecit: verba vero locutus est
Per parabolas super terram: unum semen nequaquam simile;
Et cum zizaniorum semente simul natum,
Et sinapi, et hæredem occisum manibus iniquis.
Marcus quidem talia, Petri alumnus; late patenti autem

* Alias Bill. 41, pag. 102. ** Alias Murator., 227, pag. 215.

XXIV. 3 Ὡς, pro ὅς.
4 *Μίγη*. Reg. 990, ἐμίγη.
6 *Ὦνιον*. Reg. 991, sup. lin. πράσιμον.
16 *Ἔνθεν*. Reg. 992, ἐντεῦθεν.
18 *Ἔμπαλιν αὖ*. Vat. et Chig. ἔμπαλί τε προβάτοις. Reg. 991, καὶ τὸ ἀνάπαλιν, sup. lin. Int. Coisl. καὶ τῶν προβάτων καὶ ἐρίφων τὴν στάσιν τὴν ἀκατάλληλον.

XXV. Tit. *Παραβολαί*, etc. Parvum illud carmen est majoris sine dubio fragmentum, cui deesse videntur principium et finis. Ibi enim agitur de miraculis, sicut et de parabolis, nec solum de Luca loquitur, sed et de Marco. (Caillau.)
3 *Τόν*. Chig. τῶν.
5 *Μάρκος μὲν δὴ τοῖα*. Chig. Μάρκος δὴ τοῖα.

METRICA VERSIO.

XXIV. PARABOLÆ CHRISTI ET ÆNIGMATA SECUNDUM MATTHÆUM.

(*Billio interprete.*)

Accipe jam, siquidem juvat hoc quoque discere, [quidnam
Obscuro Christus tradidit eloquio:
Fundamenta domus tenera jaciuntur arena;
Semen idem in varios decidit atque locos;
Semen item egregium, cui noxia miscuit hostis;
Et sinapis granum tollit in alta caput;
Conditur in molli fermentum insigne farina;
Propter thesaurum cedit ager pretio;
Margaris hinc sequitur, cujus mercator amore
Prædia cuncta lubens vendit, opesque suas;
Omnigenos pisces alto trahit æquore rete;
Errabunda humeris tollitur atque pecus;
Crudeli servo dominus se præstat acerbum,
Postremis merces solvitur æqua viris;
Disparibus natis mandatur cura colendæ
Vitis: et hæredem gens scelerata necat;
Regia convivis impletur mensa coactis;
Virgineusque faces grex vigiliusque gerit.
Committit Dominus servis non æqua talenta;
Læva hædi, dextra parte locantur oves.

XXV. PARABOLÆ CHRISTI SECUNDUM MARCUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Hæc Christus fecit magnus; sed mystica fudit
Verba: datum terræ unum semen scilicet impar,
Quodque inter crescit fertile zizania;
Hæredemque male occisum, granumque sinapis.
Filius hæc Petri Marcus; Pauli sed alumnus

Digitized by Google

Ἑλλάδι Παύλοιο Λουκᾶς ἔγραψε τάδε·
Δαίμων, καὶ πυρετὸς, καὶ ἄγρη, λέπρα, λύσις τε.

ΚΖ'. *Παραβολαὶ κατὰ Λουκᾶν.*

Παροιμιῶν δὲ Λουκᾶς ἐμνήσθη τόσων·
Τοῦ θέντος ἔδραν ἀσφαλῆ πέτρης ὕπερ
Καὶ τοῦ παθόντος εὖ πλέον, καὶ τῷ πλέον
Στέργοντος· εἶτα τοῦ σπόρου εἰς τέσσαρας
Φύσεις πεσόντος γῆς· ἔπειθ' ὁδοιπόρου
Λησταῖς πεσόντος. Εἶτ' ἀωρὶ πρὸς θύρας
Ἐλθών τις αἰτεῖ, κ' οὐ πονηρὰ λαμβάνει.
Ἀκάθαρτον εἶτα πνεῦμα δ' εἰσοικίζεται
Ἑπτὰ ξὺν ἄλλοις. Καὶ μάτην τις ἐλπίσι
Καρπῶν γέγηθεν, ἀγνοῶν οἳ στήσεται.

A Ἐκ τῶν γάμων δ' ἥκοντι γρηγορητέον
Χριστῷ, καλῶς τε τῇ θεραπείᾳ χρηστέον.
Συκῆν τ' ἄκαρπον ταῖς κόπροις ἐπωφελεῖν.
Νάπυ, ζύμη τε, καὶ πένητες ἐν γάμῳ.
Χαρά τε δραχμῆς εὑρέσει, καὶ θρέμματος.
Πατήρ τε παίδων τῷ πεσόντι συμπαθής.
Εἶτ' οἰκονόμος τι τῶν χρεῶν χαρίζεται
Κλέπτων προμηθῶς. Λάζαρος καὶ πλούσιος.
Ἐκεῖθε χήρας ἀξίωσις εὔτονος.
Εἶτ' αὖ Τελώνης, καὶ Φαρισσαίου τύφος,
Καὶ μνῶν μερισμὸς, ἰσάριθμος τοῖς δέκα.
Κακοὶ γεωργοὶ καὶ φονεῖς τοῦ δεσπότου.

ΚΖ'. *Παραβολαὶ τῶν τεσσάρων εὐαγγελιστῶν.*
Δείδω μὴ βιότοιο θεμείλιον ἐν ψαμάθοισι

Græciæ Pauli (alumnus) Lucas scripsit hæc :
Dæmon, et febris, et piscatio, lepra et paralysis.

XXVI. *Parabolæ Christi secundum Lucam* *.

Harum parabolarum Lucas meminit :
Ejus qui domum stabilem exstruxit supra petram,
Et qui plus accepit, plus etiam
Diligit; deinde seminis in quatuor
Natura dissimiles terræ partes cadentis; postea viatoris
In prædonum manus incidentis. Dehinc intempestive ad fores
Veniens quis rogat, nec repulsam patitur.
Impurus spiritus iterum domum occupat
Cum aliis septem. Frustra quis spe uberum
Frugum delectatus est, ignorans quo rapietur
E nuptiis autem revertenti vigilandum est
Ut Christo occurramus; beneque servitio est utendum.
Ficus sterilis stercoribus fovenda.
Sinapi, fermentum, et pauperes in nuptiis.
280-281 Gaudium de drachmæ inventione et ovis;
Pater filiorum cadentem miseratus.
Deinde villicus partem debitorum remittit,
Fraudans dominum provido furto. Lazarus et dives.
Inde viduæ efflagitatio impensior.
Dehinc rursus Publicanus, et Pharisæi superbia;
Minarum partitio pari numero decem servis;
Mali coloni et interfectores domini sui.

XXVII. *Parabolæ Christi secundum omnes evangelistas* **.

Vereor ne vitæ fundamentum in arena

* Alias Bill. 45, pag. 103. ** Alias Bill. 46, pag. 103.

XXVI. 6 *Πεσόντος*. Vat 33, πληγέντος. Ibid. εἶτ' ἀωρὶ πρὸς θύρας. Coisl. et Chig. παρὰ καιρὸν θύραις. Mox uterque pro ἐλθών habet ἐλθόντος. Sed Coisl. sup. lin. ἐλθών τις.

7 *Κ' οὐ πονηρὰ λαμβάνει. Et mala non recipit.*

12 *Χρηστέον*. Chig. Χρητέον, quæ lectio non est spernenda.

19 *Ἀξίωσις*. Ita Coisl., Regg. plures, et sup. lin. δέησις. Edit. ἐξίωσις.

XXVII. 1 *Δείδω*, etc. Octo priores versus, si sextum exceperis, leguntur infra, sect. 2ª, poemate II, cui tit. *Præcepta ad virgines*, v. 371.

METRICA VERSIO.

Grajugenis Lucas talia scripta dedit :
Membra soluta, febris, dæmon, piscatio, lepra.

XXVI. PARABOLÆ SECUNDUM LUCAM.
(*Billio interprete.*)

Lucæ has videbis in notis parœmias.
In rupe prudens vir domum certam exstruit.
Qui plura cepit, diligit ferventius;
Jactumque variis spargitur semen locis.
Plagas viator accipit perquam graves.
Tum vero amici nocte qui pulsat fores,
Instanter orans obtinet quod postulat.
Dæmon fugatus in domum, quam liquerat,
Majore rursus cum manu revertitur.
Quid gratulatur uberum spe fructuum
Sibi sceleratus, nec miser capiti videt
Mortem imminentem? Ex nuptiis cum rex bonus
Redibit ad nos, ne sopor nos opprimat.

B Munus minister expleat recte suum.
Fimo juvetur fructibus ficus carens.
Sinapique, fermentum, et inopes in nuptiis.
Simul ut reperta drachma, ovisque perdita,
Magnum excitatur gaudium et plausus statim.
Lapsus parentem filius fletu movet.
Partem remittit debitorum villicus,
Dominumque furto provido fallit suum.
In morte felix Lazarus, dives miser.
Precibus fatigat judicem vidua improbis.
Tum Publicanus et Pharisæus arrogans.
Servis minas dat dominus augendas decem.
Mali coloni filium hæredem necant.

XXVII. PARABOLÆ QUATUOR EVANGELISTARUM.
(*Billio interprete.*)

Proh superi, quantum vereor, ne forte salutis

Digitized by Google

Βαλλόμενος, ποταμοῖσι καὶ εἰν ἀνέμοισι κεδασθῶ,
Ἢ σπόρος ὡς ἐπὶ γαῖαν ἰὼν ξηρὴν καὶ ἄκαρπον,
Ὦκα μὲν ἀντείλαιμι, τάχιστα δὲ αὖος ἔοιμι,
Ἠελίοιο βολῇσι τυπείς, καὶ πήμασι τυτθοῖς·
Ἢ με φάγοι πετεηνὰ, καὶ ἐκθλίψειαν ἄκανθαι.
Μὴ δέ μοι ὑπνώοντι κακὸν σπόρον ἐγκαταμίξῃ
Ζιζανίων ἀρότης τε κακῶν, καὶ βάσκανος ἐχθρός.
Μὴ δ' ἅρ' ὁμοῦ χλοάουσι βαλὼν ἐπὶ χεῖρα φυτοῖσιν
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσι, πρὶν ἐν σταχύεσσι σταθῆναι,
Σύν που ζιζανίοισι καλὸν φυτὸν ἐξολέσαιμι.
Παύρων γὰρ τοιοῖσδε νοήμονα χεῖρ' ἐπιθεῖναι,
Ἔνθ' ἀρετὴ κακίη τε διάνδιχα ναιετάουσαι,
Ἀγχίθυροι γεγάασι, κακὸν δ' ἐπιτέλλεται ἐσθλῷ.
Αἰνῶ τὸν ὀλίγον νάπυος σπόρον, ὡς ὀλίγος μὲν,
Δενδροῦται δὲ τάχιστα, καὶ ἐς τόσον ὕψος ὀδεύει,

A Ὥστε καὶ ὀρνίθεσσι πέλειν σκέπας ἠερίοισι.
Μάργαρε τιμήεις καὶ κύδιμε, σοῦ δ' ἅρ' ἔγωγε
Κάλλεος ἰμείρων, μέγας ἔμπορος αἴθε γενοίμην,
Πάντων δ' ὅσσα μοί ἐστι μέχρις πυμάτοιο χιτῶνος,
Ὤνιον ἀντιλάβοιμι φίλον κτέαρ, ὥς κεν ἅπαντας
Πλούτῳ νηκήσαιμι, πεπασμένος οἷον ἀπ' ἄλλων,
Ἢ θησαυρὸν ἀγροῖο μυχοῖς ἔνι κρυπτὸν ἐόντα!
Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ κόσμον ἔσω πίπτοντα σαγήνης,
Ὃ Χριστοῦ βασιλῆος ὑποδρήσσοντες ἐφετμαῖς,
Ἀνθρώπων ἁλιῆες ἐὸν λίνον ἀμφὶς ἔθηκαν,
Ὡς ἀλὸς ἐξερύσωσι βυθῶν, ὀπάσωσι δὲ Χριστῷ
Νηχομένους πικροῖς ἐνὶ κύμασι τοῦδε βίοιο.
Ἀλλ' ὁπόταν κρίνῃς ἁλίην, διὰ δ' ἄνδιχα τέμνῃς,
Μή μ' ἀπὸ τῆλε βάλοις, ἀχρήϊον οἷά περ ἰχθύν·

Jaciens, imbre, fluviis et ventis dejiciar;
Vel, ut semen in terram cadens siccam et sterilem,
Statim quidem exoriar, citissime autem arescam,
Soliis radiis pereussus, parvisque noxis;
Aut me volucres edant, præfocentque spinæ;
Ac ne etiam mihi dormienti malum semen intermisceat
Zizaniorum sator malorum, et invidus inimicus;
Neve simul virentibus immittens manum plantis
Bonis et malis, priusquam in matura stent spica,
Cum zizaniis forsan bonum semen perdam.
Pauci enim norunt his intelligentem dextram adhibere,
Ubi virtus et vitium bipartito habitantia,
Vicina foribus nata sunt, malum autem bono innascitur.
Laudo parvum sinapis granum, quod parvum quidem,
Arbor fit celerrime, et in tantam altitudinem assurgit,
Ut etiam aeriis avibus tectum præbeat.
O margarita pretiosa, et splendida, tuæ ego quidem
Pulchritudinis cupidus sum: utinam magnus mercator fiam,
Omnibusque, quæcunque possideo, ad extremam usque tunicam,
Venalem acquiram charam possessionem, ut omnes
Divitiis superem, possidens hanc unam cæterorum pretio,
Aut thesaurum, qui in agri latebris est absconditus!
Novi autem ego et mundum intra sagenam cadentem,
Quem circum regis Christi subservientes jussis
Hominum piscatores, rete suum tendunt,
Ut e maris extrahant gurgitibus, Christoque exhibeant
282-283 Natantes in amaris hujus vitæ fluctibus.
Quando autem delectum piscium adhibueris, et in duas partes secaveris,
Ne me procul abjeceris inutilem veluti piscem,

5 *Βολῇσι τυπείς*. Combef. legit Βολίσι τυπείς.
10 *Σταθῆναι*. Reg. 990, Coisl. et Chig. δεθῆναι.
14 *Ἀγχίθυροι*. Coisl. sup. lin. γειτονες ὑπάρχουσι. Mox, ἐπιτέλλεται. Int. Coisl. ἐπιφύεται.
18 *Τιμήει*. Ita Coisl. Edit. τιμίει.
22 *Πεπασμένος*. Ita Regg. 59, 990, Chig. et Coisl. Edit. πεπαμμένος.
25 *Ὃ*. Nempe κόσμῳ.
28 *Νηχομένους πικροῖς*. Ita legendum videtur. Male edit. νηχομένους δέ.
29 *Διὰ δ' ἄνδιχα*. Ita Coisl. et Vat., atque ita metrum petit. Edit. διάνδιχα.

METRICA VERSIO.

Lævus in instabili jaciens fundamen arena
Obrutus imbre cadam, fluviisque et turbine venti.
Aut, velut in siccam venientia semina terram,
Protinus ipse quidem exoriar: sed solis acutis
Percussus radiis siccer, moriarque repente.
Aut etiam placido recreanti membra sopore
Inferat impurum semen mihi lividus hostis,
Pinguia zizanium qui fundit in arva nocivum.
In proba neve prius mittens atque improba dextram
Semina, quam messem veniens clamaverit æstus,
Cum tristi lolio semen laudabile perdam.
Pauci namque manus norunt adhibere peritas,
Hic ubi vicina est vitio pulcherrima virtus.
Quinetiam sinapis semen laudabile duco,
Quod licet exiguum primo, tamen arboris instar
Crescit, et in tantum latissima brachia fundit,

B Ut volucres in ea soleant sibi fingere nidos.
Margare mirifici pretii, mireque refulgens,
Quis det ut ipse tui magno correptus amore
Mercator bonus ille siem, rebusque caducis
Omnibus hanc animam redimam, sedesque beatas:
Divitiisque omnes, qui vitæ luce fruuntur,
Exsuperem, aut etiam defossum nactus in agro
Thesaurum, cursu properato mercer agellum?
Quinetiam mundum includens mihi nota sagena est
Quem circum, ætherei dum Regis jussa capessunt
Expiscatores hominum, sua retia tendunt,
Exque trahunt fundo pelagi, traduntque Tonanti
Fluctivagæ salso natitantes gurgite vitæ.
At tu cum bina capturam parte secabis,
Ne velut insipidum, bone, me, Pater, abjice piscem:
Quin potius vasis cœlestibus injice, magno

Digitized by Google

Ἄγγεσι δ' ἐγκατάθειο φυλασσόμενον βασιλῆϊ.
Ἐς μεγάλην δὲ Θεοῖο καλὴν ἐριθηλέ' ἀλωὴν,
Ἠῶος μὲν ἔδην, καὶ πλείονα μόχθον ἀνέτλην·
Μισθὸν δ' ὑστατίοισιν ἴσον, καὶ κῦδος ἔχοιμι.
Τίς φθόνος, εἰ μόχθοισι πόθον Θεὸς ἀντιφε-
[ρίζει;
Πέμπε πατὴρ υἱῆας ἐς ἄμπελον, ὡς κομέοιεν,
Τὸν πρότερον, πρότερον· ὁ δ' ἄρα πρόφρων ὑπέδεκτο,
Οὐ μὴν ἐξετέλεσσε πατρὸς πόθον, ὥσπερ ὑπέστη.
Αὐτὰρ ὅγ' οὐχ ὑπέδεκτο, καὶ ἐξετέλεσσεν ἐφετμὴν
Ὁπλότερος. Κρείσσων μὲν ἐμοὶ, γλυκίων δὲ
[τοκῆϊ
Ἀμφοτέρων, ὃς ἔδεκτο, καὶ ἐξετέλεσσεν ἑέλδωρ.
Κληρονόμον δ' ὀλέσαιεν, ὅσοι πυρὸς, ἐκτὸς ἀλωῆς.
Ἔστι γάμος, τὸν παιδὶ πατὴρ φίλος ἐσθλὸς ἀρίστῳ
Δαίνυσι καγχαλόων· τοῦδ' ἀντιάσαιμι ἔγωγε,

A Τοῦδ' ἐγὼ ἀντιάσαιμι, καὶ ὃς φίλος ἐστὶν
[ἔμοιγε!
Μίμνοι δ' ἔκτοθι κεῖνος, ὅτις πρὸ γάμοιο τίθησιν
Ἢ ἀγρὸν, ἢὲ βοῶν ζεῦγος νέον, ἢὲ δάμαρτα.
Μηδ' ἐνὶ δαιτυμόνεσσι γαμήλιον εἶδος ἔχουσιν,
Εἵματ' ἔχων ῥυπόωντα, δεθεὶς χεῖράς τε πόδας τε,
Νυμφῶνός τε γάμου τε, φίλων τ' ἀπὸ τῆλε πέ-
[σοιμι.
Ἡνίκα δ' αἰθομέναις ἀγνῶν δεκὰς ἐν δαΐδεσσι
Παρθένοι ἐγρήσουσαι, ἀκοιμήτοις φαέεσσι
Νυμφίον ἱμερόεντα Θεὸν δοκέωσιν ἄνακτα,
Ὡς λαμπραὶ γανόωντι ὑπαντήσωσιν ἰόντι,
Μή μ' ἐνὶ ταῖς κενεῇσι νόον, καὶ ἄφροσι θείης,
Ἤδη που Χριστοῖο παρεσσομένου μογεούσαις,
Μηδ' ὀλιγοδρανέον δαΐδων σέλας ὄμμασι λεύσσων,
Ὑψὲ φάους ζωῆς ὑγρὸν ποθέοιμι ἔλαιον·

Sed vasis injice servandum Regi.
In magnam autem pulchram et frondosissimam Dei vineam
Matutinus quidem veni, et plurimum laborum pertuli;
Mercedem vero saltem ultimis parem et gloriam habeam.
Quænam invidia, si laboribus pro desiderio mercedem Deus rependit?
Misit pater filios in vineam ut eam excolerent,
Natu majorem, primum: ille quidem promptus jussum excepit,
Verumtamen patris desiderium non perfecit ut pollicitus fuerat.
Alter vero non suscepit et perfecit præceptum
Junior. Melior autem mihi videtur et jucundior parenti,
Ex ambobus, qui excepit et perfecit desiderium.
Hæredem interficiant extra vineam, quos ignis vindex vorabit.
Sunt nuptiæ, quas dilectus filio bonus pater optimo
Celebrat exsultans; harum ego sim particeps!
His utinam ego intersim, et quisquis amicus mihi est!
Maneat autem extra, qui nuptiis præfert
Aut villam, aut nova boum juga, aut uxorem.
Sed ne (mihi contingat) ut inter convivas nuptialem ornatum habentes,
Vestes habens sordidas, vinctus manusque pedesque,
A thalamo sponsi, amicis et nuptiis longe excidam.
Aut quando ardentibus casta decas cum facibus
Virgines evigilantes, non sopitis oculis
Sponsum amabilem Christum regem exspectabunt,
Ut splendidæ rutilo occurrant venienti,
Ne me cum vacuis mente et fatuis annumeres
Jamjam Christo prope adfuturo laborantibus:
Neve tenuem tædarum lucem oculis cernens,
Sero luminis vitæ humidum oleum requiram:

31 *Ἐγκατάθειο*. Vat. 33, ἐγκατάθοιο.
36 *Πέμπε*. Coisl. πέμπει.
43 *Ἔστι γάμος*. Iste versus cum viginti tribus aliis subsequentibus legitur infra, sect. 2ª, poemate jam laudato II, cui titulus *Præcepta ad virgines*. Bill. 4, vers. 378-389.
50 *Πέσοιμι*. Reg. 990 πεσόντα.
51 *Αἰθομέναις*. Ita Chig., quæ lectio melior pro syllabis. Ed. αἰθομένησιν. Mox ἀγνῶν δεκάς. Sic Reg. 990 et Coisl. Edit. ἀγνόν. Ita et Benedictini, quod non potest concordare cum δεκάς, cum femineum genus habeat. (Caillau.)
57 *Ὀλιγοδρανέον*. Reg. 990 ὀλιγοδρανέων.

METRICA VERSIO.

Servandum Regi. Simul ut lucescere cœpit,
In Domini vitem summo regnantis olympo
Sim licet ingressus, plures tulerimque labores:
Præmia postremi referant tamen æqua laborum.
Namque quid invidia stimulet, si, judice Christo,
Corporis æquatur laudanda cupido labori?
Ad vitis cultum natos pater ire jubebat:
Annuerat senior, verum promissa fefellit:
Annuit inferior, verum meliore recepta
Mente, sui promptus genitoris jussa peregit.
At, nisi fallor, erit jucundior ille parenti,
Qui simul et sese promisso obstrinxit, et omni
Id quod promisit studio præstare laborat.
Hæredem jugulent, quos vindex flamma peruret.
Nati connubium celebrat pater, atque superbas
Regalesque omnino epulas festivus adornat:
His utinam intersim, cunctisque accumbere detur,

B Queis mea chara salus. Ille excludatur ab aula,
Qui vel agrum, geminosve boves, thalamive jugatam
Fœdere, non epulis dubitat præponere sanctis.
Atque etiam graviter metuo, cum cætera turba
Connubiis digno decoretur corpus amictu,
Ne, quia pannoso sordet mihi corpus amictu,
Protinus abripiar, manibus pedibusque revinctis,
Et thalamo atque epulis charisque extrudar amicis;
Aut, cum casta decas, privans sua lumina somno,
Ardentesque faces gestans, perfusaque luce
Ætherea Christum venientem ex arce manebit,
Ut splendens caro, sicut decet, obvia fiat,
Adnumerer stultæ classi, tenuemque micantem
E facibus lucem cernens jam forte propinquo
Principis æterni gnato, languente lucerna,
Tum sero infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,

Digitized by Google

Μηδέ με κληῖσθέντα γάμων ὥσαιτο θύρετρα,
60 Ἔνθα Λόγος καθαρῇσι πόθου μεγάλοις ὑπὸ δε-
[σμοῖς
Μιγνύμενος κραδίαις θάρσος καὶ κῦδος ὀπάζει.
Ἐκ δὲ γάμων παλίνορσος ἄναξ ἐμὸς εὖτ' ἂν ἐπέλθῃ,
Ἐξαπίνης δοκέουσι, καὶ οὐ δοκέουσιν ἐπιστὰς
Εὕροι μ' ἐν δοκέουσι, καὶ αἰνήσειε φόβοιο
65 Ὡς ἀγαθὸν θεράποντα, καὶ ἤπιον ἀρχομένοισι,
Καὶ σίτοιο δοτῆρα, λόγου στερεοῖο, φέριστον.
Σχιζομένων τ' ἐρίφων καὶ ὄϊων, ἤματι πικρῷ,
Ἀνδρῶν εὐσεβέων τε καὶ οὐχ ὁσίων ἑκάτερθεν,
Στήσαις μή μ' ἐρίφοις ἐναρίθμιον, ἀλλ' ὄϊεσσι
70 Δεξιτερὴν παρὰ χεῖρα, μένοι τ' ἐνὶ χείρεσι λαιή.
Αὐχνὸς δή τις ἔμοιγε φασφόρος ἔκτοθι λάμποι
A Λυχνίης καθύπερθε. Καλὸν δέ τι καὶ θεὸν οἶον
Ἴδμεναι, ὃς πάντεσσιν ἐπίσκοπον ὄμμα τίθησιν.
Αἰεὶ δὲ στέργοιμι θεὸν πλέον, εἴτε τι πικρὸν
75 Εἴτ' ἀγαθὸν παρέχοι· πᾶν γὰρ καλόν. Εἰ δὲ
[τυπείην
Ληϊσταῖς, μεγάλης κατιὼν ἀπὸ Χριστοπόληος,
Μή με λίπῃς χείρεσσιν ὑπ' ἀνδροφόνοισι δαμῆναι.
Εἰ δὲ πνεῦμ' ἐλάσεις ψυχῆς ἄπο, μηκέτ' ἀεργὸν
Εὑρὼν σὺν πλεόνεσσι καταδράμοι ἐχθρὸς ἐμεῖο.
80 Μηδὲ συκῆν ὀλέσειας ἀχρήϊον, ἀλλ' ἔτι καρπὸν
Ἔλπεο, μηδὲ τέμῃς μιν, ἄναξ· κομέων δέ τ' ἐγείρειν.
Δραχμήν τε, πρόβατόν τε, πάϊν τ' ἀπὸ πάντ' ὀλέσαντα
Εὑρὼν, τὴν μὲν ἔραζε, τὸ δ' οὔρεσι, τὸν δ' ὑπὸ ποσσὶν
Θίκτρὸν ὑποστρέψαντα πατρώϊον ἐς δόμον, ὦ ἄναξ,

Ac ne a nuptiis clausæ me expellant januæ,
60 Ubi Verbum puris, arcto amoris vinculo,
Immistum pectoribus, splendorem et gloriam tribuit.
Verum a nuptiis revertens rex meus cum advenerit,
Repente exspectantibus et non exspectantibus supervenions,
Inveniat me inter exspectantes, laudetque ob timorem,
65 Ut bonum servum, et mitem iis quibus præest,
284-285 Et frumenti, seu verbi solidi æquum dispensatorem.
Separatisque hædis et ovibus, die terribili
Viris piis et impiis hinc inde,
Ne me statuas cum hædis annumeratum, sed cum ovibus
70 Ad manum dexteram, maneatque læva pessimis.
Lucerna autem quædam mihi splendida exterius luceat
Desuper e candelabro. Bonum vero est quidpiam Deo soli
Notescere, qui universa inspicientes oculos habet.
Semper autem Deum amem magis ac magis, sive quid acerbum
75 Sive prosperum tribuat : quidquid enim ex Deo accidit, bonum est. Si percussus fuero
A latronibus, ex magna descendens Christi civitate,
Ne me sinas manibus interfectoris perimi.
Si malum spiritum ex anima ejicias, non jam ultra inertem
Inveniens me, cum pluribus invadat inimicus meus.
80 Ne ficum perdas sterilem, sed adhuc fructum
Spera, neque eam excidas, o rex, sed curans erige.
Tum drachmam, et ovem, et natum, qui omnia consumpsit,
Reperiens, hanc quidem humi, illam in montibus, istum vero sub pedibus,
Miserabiliter reversum in domum paternam, o rex,

60 *Καθαρῇσι*. Colb. καθαροῖσι.
62 *Ἐκ δὲ γάμων*. Versus quinque hic Billius Latine non reddidit, vel typographo oscitanti excidere ; nos supplevimus. (Caillau.)
64 *Φόβοιο*. Coisl. Int. εὐλαβείας.
66 *Λόγου*. Coisl. Int. τοῦ λόγου τῆς χάριτος.
71 *Λύχνος δή τις*. Reg. 990 λύχνος δ' εἴ τις.
72 *Λυχνίης*. Sic Reg. 990 et Coisl. Edit. λυχνίτης. Ibid. καλὸν δέ τι καὶ θεόν, etc. Coisl. sup. lin. τί ποτε. *Præstat Deum solum quidpiam aliquando nosse, qui universa intuetur, qui universis inspectores oculos præbet.*
76 *Ἀπὸ Χριστοπόληος*. Reg. 990 ἀπὸ, Χριστὲ, πόλιος.
78 *Ἐλάσεις*. Reg. 990 ἐλάσῃς. Colb. ἐλάσαις. *Si malum ejicias spiritum*. Coisl. Int. πνεῦμα πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον.
83 *Εὑρὼν*. Versus ille deest in Regg. 991 et 992.
84 *Ὦ ἄναξ*. Reg. 990, Coisl, Vat. et Chig. αὖθις.

METRICA VERSIO.

In quo pectoribus puris commistus amore
Christus splendorem tribuit, decus atque perenne.
Cum vero astiterit rex festa jugalia linquens,
Insperatus ab his, bene sed speratus ab illis,
Inveniat sperantem me, laudetque timentem,
Ut fidum domino famulum, famulisque benignum
Queis frumenta manu, seu verbum, dividit æqua.
At cum grex orium nigris dirimetur ab hircis,
Horrendoque die tandem consistet utrinque
Justorum cœtus perdendaque turba malorum :
Hircorum in numerum ne me, Deus optime, quæso,
Pone, sed inter oves, manuique adjungito dextræ.
Læva relinquatur miseris, qui numinis iram,
Criminibus meruere suis, flammasque calentes.
Luceat exterius modio non tecta lucerna.
Nec tamen humanos quisquam sibi quærat honores,
Laudarique velit ; satis est, ut cognita nostra
B Sint benefacta Deo, totum qui perspicit orbem.
O utinam Christi magis ac magis urar amore,
Seu lætos rerum successus, seu quid acerbi
Miserit. Est etenim quidquid manus illa superne
Humano generi mittit, faustumque bonumque.
Quod si Christicola forsan digressus ab urbe
Vulnerer infandis manibus spolierque latronum,
Ne sine sacrilegis miserum procumbere dextris.
Quod si etiam gravibus Satanæ tua gratia vinclis
Solverit hanc animam, ne rursus nactus inertem
Perfidus, invadat magna comitante caterva.
Ne sterilem ficum evulsam radicibus imis
Perde, Pater, sed adhuc spera meliora, tuaque
Erige labentem cura, sterilique medere.
Tum drachmam nactus pecudemque in montibus altis
Errantem, natumque suas qui turpiter omnes
Consumpsit fugitivus opes, in tecta paterna,

Digitized by Google

85 Αὖθις ἀριθμήσειας ἐν υἱάσι, θρέμμασι, δρα- [χμαῖς.
Μὴ δ' ἀγαθοῦ βασιλῆος ἐμοῖς παθέεσσιν ἐόντος,
Πρηκτὴρ αὐτὸς ἔοιμι πικρὸς χρήσταις ὀμοδούλοις.
Καί τι χρεῶν κόψαιμι λαθὼν πινυτόφρονι βουλῇ,
Ὡς κεν χρηΐζων ποτ' ἐς ὕστερον ἄλκαρ ἔχοιμι!
90 Λάζαρος ἐνθάδ' ἔοιμι, καὶ ὕστερον· ἄλλος ἀγήνωρ
Ἐνθάδε, κεῖθι δ' ἄτιμος ἔχων φλόγας ἀντὶ κόροιο.
Εἴην μὴ μεγάλαυχος, ἐπεὶ κακός εἰμι τελώνης.
Δάκρυσιν οἴκτον ἔχοιμι, Φαρισσαῖοι δὲ πέσοιεν.
Χήρην δ' εἴποτ' ἐμεῖο παρὰ προθύροις μογέουσαν
95 Ἄπρηκτον πέμψαιμι, καὶ εἰ λίθον ἢ ὄφιν αἰνὸν
Ἀντ' ἄρτοιο φίλοιο καὶ ἰχθύος ἡδυδόροιο
Ἐχθρὰ φιλοφρονέων, παλάμης ἀπὸ τῆσδ' ὀρέγοιμι,

A Τοίων ἀντιτύχοιμι Θεοῦ πάρα. Εἰ δ' ἀποθήκας
Τὰς μὲν σφρηγὶς ἔχει, τὰς δ' ἐλπίδες ὦκα θέουσαι,
100 Ἦδε με νὺξ ὀλέσειε σὺν ἀδρανέουσιν ὀνείροις.
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ τάλαντον, ὅ μοι Θεὸς ἐγγυάλιξε
Πλειοτέρην ἄλλοισι μετρῶν χάριν, εὔχομ' ἔγωγε
Τοῦτο μένειν παλάμῃσιν ἐν ἡμετέρῃσιν ἀεργὸν,
Ἠὲ μνᾶν φυσικοῖο λόγου, χάριν ἰσονέμητον,
105 Ἀλλ' ἔργον τ' ὀπάσαιμι, κλέους τ' ἐπίτ' ἄντι [τύχοιμι·
Μηδὲ δίκην τίσαιμι πικρὴν, καὶ αἶσχος ἔχοιμι.

ΚΗ'. *Χειμὼν ἀπὸ Χριστοῦ κατασταλθείς.*

Ἦν ὅτε Χριστὸς ἔαυεν ἐφ' ὁλκάδος ἔμφυτον ὕπνον,
Τετρήχει δὲ θάλασσα κυδοιμοτόκοισιν ἀήταις.

85 Rursus numeres inter filios, pecora et drachmas.
Ne vero, cum rex mihi debitori indulgens sit,
Exactor ipse durus sim conservis debitoribus.
Atque utinam ex debito clanculum quid resecem prudenti consilio,
Ut indigens aliquando, in posterum calamitatis levamen habeam!
90 Lazarus hic ego sim, et postea: alter superbus
Hic, illic autem inglorius et flammas habens pro saturitate.
Ne sim jactabundus, siquidem pravus sum publicanus
Lacrymis misericordiam obtineam, Pharisæi autem cadant.
Viduam autem si quando ad fores meas afflictam
95 Re infecta dimiserim, ac si lapidem aut dirum serpentem
Pro grato pane et suavi pisce,
Inimice sentiens, hac dextra porrexerim,
Talia a Deo recipiam. Quod si horrea
Partim servet sigillum, partim spes, quæ cito defluunt,
100 Hæc me nox perdat cum inanibus somniis.
Talentum vero quod mihi Deus tribuit,
286-287 Qui etiam plura aliis largitus est, ego deprecor,
Ne in manibus meis maneat otiosum;
Aut mina nativi sermonis, gratia æqualiter divisa:
105 Sed opus exhibeam, et gloriam pro opere recipiam;
Non autem acerbas solvam pœnas et probrum subeam.

XXVIII. *Tempestas a Christo sedata*[*].

Christus olim dormiebat in navi naturali sopore,
Sæviebat autem mare, procellam excitantibus ventis.

[*] Alias Bill. 104, pag. 179.

87 *Χρήσταις*. Ita Reg. 990. Edit. Χρηστοῖς.
90 *Λάζαρος*. *Lazarus hic ego sim, et in altera vita; alius, ut dives*, etc.
95 *Εἰ λίθον*. Ita Coisl. Edit. mendose οἱ. Int. ἀντ' ἄρτου καὶ ἰχθύος αἰτοῦντι φίλῳ λίθον ἢ ὄφιν ὀρέξαιμι, *amico petenti panem*, etc.
99 *Ἔχει*. Reg. 990 et Coisl. ἔχοι.
100 *Ἀδρανέουσιν*. Chig. ἀδρανέεσσιν.
104 *Λόγου*. *Sermonis, vel naturalis rationis mnam*, pari sorte mortalibus concessum munus: singulare talentum et mina una. Sic quoque Hilarius. Billius omisit mnam in sua interpretatione
XXVIII. 1 *Ἔμφυτον ὕπνον*. Bill. *Sopor altus.*

METRICA VERSIO.

Christe, reduc, natisque iterum drachmisque, ovi- [busque
Annumerare velis, primaque in sede locare.
Cumque mihi dominus debenti plurima sese
Præbuerit facilem, nomenque remiserit omne,
Non sinat Omnipotens, ut sæva mente reposcam
Debita, queis conserva mihi est obstricta caterva.
Atque utinam Domino prudenti debita mente
Imminuam, et duris quæram solatia rebus.
Lazarus in terris, supero sim Lazarus orbe.
Turgeat hic alius fastu, frontemque superbam
Tollat, et æterno vivat contemptus in ævo,
Pro luxu flammæ subiens tormenta perennis.
Neve meæ vanus texam præconia laudis,
Cum vitiis scateam, cum sim miser ille telones:
Sed lacrymis moveam Dominum, veniamque rogando
Obtineam, misereque cadat Pharisæus inanis.
Quod si cassa viro foribus muliercula nostris

B **In vanum adjaceat, vel cum cerealia supplex**
Munera vel piscem poscat, crudelis in illam
Haud dubitem durum lapidem jactare, vel anguem,
Non aliter mecum faciat Dominator olympi.
Quod si nostra gravi partim sint obdita clave
Horrea, venturis partim nova frugibus amens
Ædificem, nox hæc meque et mea somnia perdat.
Nec mihi, quod bonitas tribuit divina, talentum,
(Plura licet dederit aliis) tellure profunda
Occultem: verum sortem cum fenore reddam:
Meque Deus magno cœli dignetur honore;
Non autem probrum subeam pœnasque futuras.

XXVIII. TEMPESTAS A CHRISTO SEDATA.

(Billio interprete.)

In navi quondam Christum sopor altus habebat,
Et vesana graves turbabant æquora venti,

Digitized by Google

Δείματί τε πλωτῆρες ἀνίαχον· Ἔγρεο, Σῶτερ,
Ὀλλυμένοις ἐπάμυνον. Ἄναξ δ' ἐκέλευεν ἀναστὰς
Ἀτρεμέειν ἀνέμους καὶ κύματα, καὶ πέλεν οὕτως.
Θαύματι δ' ἐφράζοντο θεοῦ φύσιν οἱ παρεόντες.

ΚΘ'. *Ὕμνος εἰς Θεόν.*

Ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;
Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ῥητόν.
Πῶς νόος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός.
Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος· ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.
Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος· ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται.
Πάντα σε καὶ λαλέοντα, καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει.
Πάντα σε καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει.
Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων
Ἀμφὶ σέ· σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται· εἰς σὲ δὲ πάντα
Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον.
Σοὶ ἑνὶ πάντα μένει· σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει.
Καὶ πάντων τέλος ἐσσὶ, καὶ εἷς, καὶ πάντα, καὶ οὐδείς,
Οὐχ ἓν ἐὼν, οὐ πάντα· πανώνυμε, πῶς σε καλέσσω,
Τὸν μόνον ἀκλήϊστον; Ὑπερνεφέας δὲ καλύπτρας
Τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται; Ἴλαος εἶης,
Ὦ πάντων ἐπέκεινα· τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;

Λ'. *Ὕμνος πρὸς Θεόν.*

Σὲ τὸν ἄφθιτον μονάρχην Δι' ὃν ὕμνος, δι' ὃν αἶνος,
Δὸς ἀνυμνεῖν, δὸς ἀείδειν, Δι' ὃν Ἀγγέλων χορεῖσι,
Τὸν ἄνακτα τὸν δεσπότην· Δι' ὃν αἰῶνες ἄπαυστοι,

Præ timore discipuli clamabant : Expergiscere, Servator,
Pereuntibus succurre. Rex surgens imperavit
Ventis et mari quiescere, et ita contigit.
Hoc miraculo Dei naturam agnoverunt, qui aderant.

XXIX. *Hymnus ad Deum* *.

O tu qui es supra omnia ; quo enim alio te fas sit sermone celebrare?
Quomodo oratio te laudabit? tu enim nullis verbis efferri potes,
Quomodo mens te aspiciet? tu enim nulla mente percipi potes.
Solus es ineffabilis ; utpote qui creasti quæcunque voce enuntiantur.
Solus es qui nosci non possis ; quippe creasti quidquid mente percipitur.
Omnia te prædicant, et quæ loquuntur, et quæ non loquuntur.
Omnia te mente prædita et non prædita honorant.
Commune enim desiderium, communia omnium consilia
Circa te ; te omnes deprecantur : tibi cuncta
Quæ compositionem tuam intelligunt, tacitum concinunt hymnum.
Tibi uni omnia permanent : ad te cuncta simul festinant.
Et omnium finis es, et unus, et omnia, et nihil horum,
Non unum es, non omnia ; qui omnia habes nomina, qui te appellabo,
Qui solus appellari nequis? altiora nubibus cœlorum tegmina
Quæ mens cœlestis penetrabit? propitius sis,
Qui es supra omnia, quo enim alio te nomine fas est celebrare?

XXX. *Hymnus alius ad Deum* **.

Te immortalem monarcham,
Da celebrare, da canere
Te regem ac Dominum,
Per quem hymnus, per quem laus,
Per quem angelorum chori,
Per quem infinita sæcula,

* Alias Bill. 168, pag. 252. ** Alias Bill. 121, pag. 185.

3 *Πλωτῆρες. Vectores, nautæ.* Matthæus a discipulis e sommo excitatum fuisse Dominum narrat.

XXIX. 6. *Πάντα σε καὶ λαλέοντα, καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει.* Vat. hunc exhibet versiculum, qui deest in editis Græcis, licet Latine redditus.

8 *Ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων.* Leuv.: *Communes aculei res omnes erga te stimulant, tibi preces fundunt.*

10 *Σύνθεμα σὸν νοέοντα. Quæ compositionem tuam intelligunt*, nempe *quod factus sis homo.* Sic exponit Combef. Male Leuv.: *Nutum tuum observantia.*

11 *Σοὶ δ'.* Ita legendum. Edit. σὺ δ'.

13 *Παρώνυμε.* Vat. in marg. πολύλογε. In editis sequitur aliud poematium, quod legitur infra, lib. II, sect. 1, poem. XLVIII, alias Bill. 170.

METRICA VERSIO.

Ac trepidi nautæ clamabant : Abjice somnum,
Servator, pestemque a nobis pelle propinquam.
Tum Dominus surgens, ventisque undisque quietem
Protinus indixit : tranquillaque cuncta fuere :
Ætherei numen sic agnovere monarchæ.

XXIX. HYMNUS AD DEUM.

(Fed. Morello interprete.)

Omnia qui superas (te aliter qui fas celebrare est?)
Qui vox laudabit, nulla qui voce notaris?
Qui mens te cernet, cum te mens nulla prehendat?
Non effabilis ulli ; omnis sermonis origo.
Ignotus solus, Pater es *notionis* et omnis.
Omnia quæque silent te cantant, quæque loquuntur.
Et te prædita mente et mente carentia honorant.

B Nam communis amor, communis fetus et in te
Ferturab omnibus : omnia te venerantur, et hymnum
Cuncta tuum numen capientia, sed tacitum dant.
In te cuncta manent : ad te simul omnia pergunt.
Es finis cunctorum ; unus, cuncta, et nihil horum.
Unum cum non sis, non omnia, nomine quo te
Compellare queam sine nomine? vela polorum
Quæ mens cœlestis subeat? tu propitius sis,
Omnia qui excedis ; quid enim canere est aliud fas?

XXX. HYMNUS ALIUS AD DEUM.

(Billio interprete.)

Te maximum monarcham
Da prædicare, quæso,
Te principem, Deumque,
Quem laus ob est, et hymnus,
Et cœtus angelorum :
Ob quem absque fine sæcla,

Digitized by Google

Δι' ὃν ἥλιος προλάμπει,
Δι' ὃν ὁ δρόμος σελήνης,
Δι' ὃν ἄστρων μέγα κάλ-
[λος,
Δι' ὃν ἄνθρωπος ὁ σε-
[μνὸς
Ἔλαχε νοεῖν τὸ θεῖον,
Λογικὸν ζῶον ὑπάρχων.
Σὺ γὰρ ἔκτισας τὰ πάντα
Παρέχων τάξιν ἑκάστῳ,
Συνέχων τε τῇ προ-
[νοίᾳ.
Λόγον εἶπας, πέλεν ἔργον.
Ὁ Λόγος σου Θεὸς Υἱός·
Ὁμοούσιος γάρ ἐστιν,
Ὁμότιμος τῷ τεκόντι,
Ὃς ἐφήρμοσεν τὰ
[πάντα,
Ἵνα πάντων βασιλεύσῃ.
Περιλάμβανον δὲ πάντα
Ἅγιον Πνεῦμα τὸ θεῖον
Προνοούμενον φυλάσσει.
Τριάδα ζῶσαν ἐρῶ σε,
Ἕνα καὶ μόνον μονάρχην,
Φύσιν ἄτρεπτον, ἄναρχον,
Φύσιν οὐσίας ἀφράστου,
Σοφίας νοῦν ἀνέφικτον,
Κράτος οὐρανῶν ἄ-
[πταιστον,
Ἄτερ ἀρχῆς, ἀπέραντον,
Ἀκατασκόπητον αὐγὴν,
Ἐφορῶσαν δὲ τὰ πάντα,
Βάθος οὐδὲν ἀγνοοῦσαν
Ἵνα Χριστὸν εὐλογήσω,
Ἀπὸ γῆς μέχρις
[ἀβύσσου.
Πάτερ, ἵλεως γενοῦ μοι.
Διὰ παντὸς θεραπεύειν
Τὸ σέβασμα τοῦτο, δός
[μοι.
Τὰ δ' ἁμαρτήματα ῥίψον,
Τὸ συνειδὸς ἐκκαθαί-
[ρων
Ἀπὸ πάσης κακονοίας,
Ἵνα δοξάσω τὸ θεῖον
Οὐσίας χεῖρας ἐπαίρων
Ἵνα Χριστὸν εὐλογήσω,
Γόνυ κάμπτων ἱκε-
[τεύσω
Τότε προσλαβεῖν με δοῦ-
[λον,
Ὅτ' ἂν ἔλθῃ βασιλεύων.
Πάτερ, ἵλεως γενοῦ μοι,
Ἔλεον καὶ χάριν εὕρω·
Ὅτι δόξα καὶ χάρις
[σοι
Ἄχρις αἰῶνος ἀμέτρου.

ΛΑ'. *Ὕμνος ἄλλος.*

Δόξα Θεῷ τῷ Πατρὶ, καὶ Υἱῷ παμβασιλῆϊ·

288 289 Per quem sol lucet,
Per quem cursus lunæ,
Per quem siderum eximia pulchritudo,
Per quem homo venerabilis
Consecutus est divini numinis cognitionem,
Cum sit ratione prælitum animal.
Tu enim creasti omnia,
Suum attribuens ordinem cuilibet,
Et tua gubernans providentia.
Verbum dixisti, opus exstitit.
Verbum tuum, Deus tuusque Filius est.
Ejusdem enim naturæ est,
Et æqualis honore Parenti
Qui omnia coagmentavit,
Ut omnibus imperet.
Complectens autem omn.a
Spiritus sanctus qui ipse Deus est,
Providus custodit.
Vivam Trinitatem te dicam
Unum atque unicum monarcham,
Naturam immutabilem, principii expertem,
Naturam essentiæ ineffabilis,
Sapientiæ mentem imperviam
Robur cœlorum inconcussum,
Absque principio, absque fine,
Nulli unquam visum lumen,
Prospicientem omnia,
Nihil vel profundissimum ignorantem
A terra usque ad inferos.
Pater, propitius esto mihi;
Semper colere
Numen istud da mihi,
Peccata autem mea projice,
Conscientiam purgans
Ab omni mala cogitatione,
Ut dem gloriam Deo
Puras tollens manus,
Ut Christo benedicam,
Et genu flexo supplicem
Ut me tunc suscipiat servum suum
Quando venerit regnaturus.
Pater, propitius esto mihi,
Misericordiam et gratiam inveniam;
Nam gloria et gratiarum actio tibi debetur,
In perpetua sæcula.

XXXI. *Hymnus alius**.

Gloria Deo Patri et Filio omnium dominatori :

* Alias Toll. 15, pag. 91.

XXX. 9 *Κάλλος*. Vat. κλέος.
22 *Περιλάμβαρον*. Ita Coisl. Edit. παραλαμβάνων.
30 *Οὐρανῶν ἄπταιστον*. Coislinianus codex οὐρανίων, Vaticanus autem ἄπαυστον.
34 *Βάθος οὐδὲν ἀγνοοῦσαν. Profundissima quæque penetrantem.*
46 *Τότε*. Forsan. ὥστε. — Ita Benedictini, quod male conjectum videtur, cum nullum alium hujus carminis versum invenias sic pedem amphimacrum pro anapæsto recipientem. Cæterum τότε vicem antecedentis, ut aiunt, gerit, ante ὅτ' ἄν, *tum*,... *cum*. (Caillau.)
47 *Ἔλθῃ*. Coisl. ἔλθῃς.

METRICA VERSIO.

Quem lucet obque Phœ-
[bus,
Ob quem sororque currit,
Et astra pulchra cœli,
Ob quemque nosse numen
Nacti sumus supremum
Nos, contigit quibus mens.
Nam cuncta tu creasti,
Et ordinem dedisti
Cunctis, et hæc gubernas.
Locutus es, fuitque
Statim quod es locutus.
Sermo tuus Deusque
Est, natus et, tibique
Essentia parenti
Par, ac honore prorsus
Nil non is ordinavit,
Ut imperet quibusque.
At Spiritus coercens
Vi cuncta præpotenti,
Gubernat et tuetur.
O viva Trinitas, te
Unum canam monar-
[cham,
Origo cui nec ulla
Est, versio nec ulla :
Excedit esse cujus
Sermonis omne robur :
Sophiaque mente cujus
Nulla potest teneri :
Cœli perenne robur,
Ortu carensque fine,
B Aciemque cujus omnem
Splendor fugit supremus.
Quæ cuncta contueris,
Quam nil humi latet, nil
Et in mari profundo.
Lenis, Pater, mihi sis :
Da numen istud a me
Colatur absque fine.
Absterge quæ patravi,
Mentem meam repur-
[gans,
Ne quid mali volutet :
Ut gloriam tibi dem,
Puras manus in altum
Tollens, canamque Chri-
[stum :
Genu petamque nixo,
Assumat ut clientem,
Ad sceptra cum redibit.
Lenis, Pater, mihi sis :
Da te mihi benignum :
Grates, decus decent
[quem
In sæcla sæculorum.

XXXI. HYMNUS ALIUS.

(*A. B. Caillau interprete.*)

* Gloria summa Patri, summo par gloria Nato ;

Digitized by Google

Δόξα πανευφήμῳ Πνεύματι παναγίῳ.
Ἡ Τριὰς εἷς Θεός ἐστιν, ὃς ἔκτισε, πλῆσέ τε πάντα,
Οὐρανὸν οὐρανίων, γαῖαν ἐπιχθονίων·
Πόντον, καὶ ποταμοὺς, καὶ πηγὰς πλῆσεν ἐνύδρων,
Πάντα ζωογονῶν πνεύματος ἐξ ἰδίου·
Ὅππα σοφὸν κτίστην πᾶσα κτίσις ὑμνήσειε,
Τοῦ ζῆν, τοῦ τε μένειν, αἴτιον ὄντα μόνον.
Ἡ λογικὴ δὲ μάλιστα φύσις διὰ παντὸς ἀείσῃ,
Ὡς βασιλεῖα μέγαν, ὡς ἀγαθὸν πατέρα.
Πνεύματι, καὶ ψυχῇ, καὶ γλώττῃ, καὶ διανοίᾳ,
Δὸς καὶ ἐμοὶ καθαρῶς δοξολογεῖν σε, Πάτερ.

ΛΒ'. *Ὕμνος ἑσπερινός.*

Σὲ νῦν εὐλογοῦμεν, Χριστέ μου, Λόγε Θεοῦ,
Φῶς ἐκ φωτὸς ἀνάρχου, A
Καὶ Πνεύματος ταμίας,
Τριττοῦ φωτὸς εἰς [μίαν
Δόξαν ἀθροιζομένου·
Ὃς ἔλυσας τὸ σκότος,
Ὃς ὑπέστησας τὸ φῶς,
Ἵν' ἐν φωτὶ τὰ πάντα κτί- [σῃς,
Καὶ τὴν ἄστατον ὕλην
Στήσῃς μορφῶν εἰς κό- [σμον,
Καὶ τὴν νῦν εὐκοσμίαν·
Ὃς νοῦν ἐφώτισας ἀνθρώ- [που
Λόγῳ τε καὶ σοφίᾳ,
Λαμπρότητος τῆς [ἄνω
Καὶ κάτω θεὶς εἰκόνα,
Ἵνα φωτὶ βλέπῃ τὸ φῶς,
Καὶ γένηται φῶς ὅλος.
Σὺ φωστῆρσιν οὐρανὸν
Κατηύγασας ποικί- [λοις.
Σὺ νύκτα καὶ ἡμέραν
Ἀλλήλαις εἶχειν ἡπίως

Gloria Spiritui quam maxima laude celebrando, sanctissimo.
Trinitas unus Deus est, qui creavit implevitque omnia,
Cœlum cœlestibus, terram terrestribus,
Mare et flumina, et fontes implevit aquatilibus,
Omnia vivificans virtute proprii Spiritus :
Ut sapientem creatorem omnis creatura laudet,
Qui, quod vivant et permaneant, causa est unica.
290-291 Rationis vero compos maxime natura semper celebret,
Ut regem magnum, ut bonum patrem.
Spiritu, et mente, et lingua et cogitatione
Da et mihi pure te laudibus cumulare, Pater.

XXXII. *Hymnus vespertinus* *.

Tibi nunc benedicimus,
Christe mi, Verbum Dei,
Lumen ex lumine sine principio
Et Spiritus sine principio,
Trino lumine in unam
Gloriam coeunte ;
Qui solvisti tenebras,
Qui produxisti lucem,
Ut in luce omnia creares,
Et mobilem materiam
Sisteres, in hanc speciem mundi effingens,
Et in hunc decentem ordinem,
Qui mentem illuminasti hominis
Ratione et sapientia
Splendoris superni
Etiam infra ponens imaginem,
Ut lumine videat lumen,
Et fiat lumen totus.
Tu luminibus cœlum
Fulgere fecisti variis ;
Tu noctem et diem sibi vicibus
Alternis cedere blande

* Alias Toll. 16, pag. 97.

XXXI. 10 *Ὡς βασιλεῖα.* Videtur hoc Gregorio familiare fuisse, ut ε, addito ι, produceret. Alias ὡς βατιλῆα scribi legive potuerit. — Ita Tollius, qui forte male imputavit pravam scribendi rationem cujusdam librarii, cui scilicet indiscreta fuerint ῆ et εἶ propter absolutam soni similitudinem. (Caillau.)

XXXII. Titul. *Ὕμνος.* Chig. τοῦ αὐτοῦ λόγος εὐχαριστήριος.

1 *Νῦν.* Chig. et Coisl. καί.

4 *Ταμίας.* Coisl. ταμία. Chig. Πνεῦμα τὸ ταμία. Edit. ἀνάρχου, unde vix sensus rationi accommodatus educi potest; quod nos, contra Benedictinorum versionem, qui posuerant *et Spiritus sine principio*, corrigere præsumpsimus. (Caillau.)

16 *Καὶ κάτω*, etc. Benedictini hæc verba verterant, quasi in textu legeretur τῆς ἄνω καὶ τῆς κάτω. Sed cum τῆς in secundo phrasis membro deficiat, evidentissimum est particulam καί non conjunctivam esse, sed expletivam, unde sensus est *Deum posuisse mentem hominis etiam hic infra tanquam imaginem splendoris superni.* Hinc in re tam clara non dubitavimus versionem mutare Benedictinorum, qui scripserant : *Splendoris superni et inferi ponens imaginem.* Id.

18 *Ὅλος.* Coisl. ὅλον.

METRICA VERSIO.

Summa sit et sancto gloria Spiritui.
Unicus et trinus fecit Deus omnia, terram
Terrenis implens, æthera et æthereis;
Æquor aquatilibus, fluvios fontesque replevit,
Cuncta simul proprio Flamine vivificans;
Ut tanto auctori laudes canat omne creatum,
Qui vitam ordiri, qui retinere dedit.
Illa sed in primis ratio quibus alma refulsit
Regem glorificent, glorificentque patrem.
Mente, anima, lingua necnon et corde volenti
Da mihi, da pure te celebrare, Pater.

XXXII. HYMNUS VESPERTINUS. (*A. B. Caillau interprete*).

Laudes damus tibi nunc, Cœleste, Christe, Verbum,
B De luce lux ab ævo,
Et Spiritus sequester :
Ex luce namque trina
Splendor refulget unus.
A te soluta noctis
Est umbra ; lumen a te
Exivit, ens ut omne
In luce conderetur,
Et cuncta quæ moven- [tur
In orbis hanc figuram
Et ordinem venirent.
Illuminata per te
Humana mens sagaci
Rationis est nitore,
Superæque fulget infra
Imago facta lucis,
Ut luce perviderel
Almam corusca lucem,
Totumque lumen esset.
Per te polus micavit
Vario rotundus igne
Nox et dies vicissim
Cedunt tenentque re- [gnum :

Digitized by Google

Ἔταξας, νόμον τιμῶν
Ἀδελφότητος καὶ φιλίας.
Καὶ τῇ μὲν ἔπαυσας [κόπους
Τῆς πολυμόχθου σαρκός·
Τῇ δ' ἤγειρας εἰς ἔργον,
Καὶ πράξεις τάς σοι φί- [λας,
Ἵνα τὸ σκότος φυγόντες
Φθάσωμεν εἰς ἡμέ- [ραν,
Ἡμέραν τὴν μὴ νυκτὶ
Τῇ στυγνῇ λυομένην.
Σὺ μὲν βάλοις ἐλαφρὸν
Ὕπνον ἐμοῖς βλεφάροις,
Ὡς μὴ γλῶσσαν [ὑμνῳδὸν
Ἐπὶ πολὺ νεκροῦσθαι.
Μήτ' ἀντίφωνον ἀγγέλων
Πλάσμα σὸν ἡσυχάζειν.
Σὺν σοὶ δὲ κοίτη εὐσεβεῖς
Ἐννοίας ἐταζέτω,
Μηδέ τι τῶν ῥυπαρῶν
Ἡμέρας νὺξ ἐλέγχῃ,
Μηδὲ παίγνια νυκτὸς
Ἐνύπνια θροείτω·
Νοῦς δὲ καὶ σώματος [δίχα
Σοὶ, Θεὲ, προσλαλείτω,
Τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ,
Καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι,
Ὦ τιμὴ, δόξα, κράτος,
Εἰς τοὺς αἰῶνας. [Ἀμήν.

Jussisti, legem statuens
Fraternitatis et amicitiæ,
Et illa quidem modum posuisti
Laboribus ærumnosæ carnis,
Ista autem excitasti ad opus
Et negotia tibi amica,
Ut tenebras fugientes
Festinemus ad diem,
Diem nulla nocte
Tristi solvendam.
Tu quidem mitte levem
Somnum meis palpebris,
Ut ne lingua laudatrix
Longius sopita sileat.
Neu respondens angelis
Opus tuum quiescat:
Tecum autem cubile pias
Cogitationes deferat,
Neve quidquam sordium
Diei nox redarguat,
Neu ludibria noctis
Vana somnia perturbent;
Sed mens etiam sine corpore
Te, Deus, alloquatur,
Patrem et Filium,
Et sanctum Spiritum,
Cui honor, gloria, fortitudo,
In sæcula. Amen.

292-293 XXXIII. *Actio gratiarum* *.

Tibi gratiæ, o rex omnium, omniumque conditor;
Cœlum plenum est gloria tua, omnisque terra
Tua sapientia. Deus Filius, tuum Verbum, creavit omnia.
Tuus sanctus Spiritus vitam omnibus subministrat.
Propitieris mundo, divina Trinitas. Propitiare et nobis,
Fili Dei secundum spiritum, et hominis secundum carnem,
Qui in cruce mortem pati sustinuisti
Ut homo, tertia vero die portas liquisti inferni
Ut Deus, mortis enim solvisti vincula resurgens,
Et mortali generi naturam contulisti, qua et nos
Vivamus omnes dies, teque immortalem semper canamus.

* Alias Toll. 13, pag. 95.

38 *Ἡσυχάζειν*. Coisl. habet ἡσυχάζοι.
41 *Μηδέ τι*. Ita Coisl. et Chig. Edit. μηδ' ἔτι.
42 *Ἡμέρας*. Ita Coisl. et Chig. Edit. ἡμέραν. Mox ἐλέγχῃ pro ἐλέγξῃ, quod habent edit.
45 *Νοῦς δέ*. Coisl. νοῦς καί.
XXXIII. 10 *Ἡμᾶς*. Sic legendum merito putat Tollius. In edit. ὕμμεν, sed male.

METRICA VERSIO.

Fratrem inter et sororem
Est blanda lex amoris.
Dulcem dat ista vitæ
Requiem laboriosæ:
Illo sed excitamur
Ad opus tibi probatum,
Ut nocte derelicta
Tendamus ad diem al- [mum,
Nulla nigrantis umbra
Noctis diem fugandum.
Levem meis soporem
Da palpebris benignus;
Ne, longius sopita,
Quæ lingua te celebrat,
Silentio prematur,
Nec angelis reclamans
Opus tuum quiescat.
Tecum cubile sacra
Mi cogitata portet;
Neu criminosa sordes
Nox arguat diei;
Ludibriove noctis
Me vana visa turbent.
Sed carne mens soluta
Tibi, Deus, loquatur,
Patremque Filiumque
Et Spiritum salutet,
Cui laus, honor, potestas,
Per cuncta sæcla. Fiat.

B

XXXIII. GRATIARUM ACTIO.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Laus tibi sit, princeps mundi, mundique Creator
Gloria cœlum implet, totam sapientia terram;
Ecce tuum Natus Verbum Deus omnia fecit;
Spiritus ecce tuus vitam omnibus afflat ubique.
Sis bona, diva Trias, mundo; mihi tu bonus esto,
Nate Dei juxta mentem, carnalia juxta
Nate hominis, cruce qui pendens mortalis obisti,
Infernique Deus voluisti linquere portas,
Vincla resolvendo mortis, cum tertia lux est;
Naturamque homini larga pietate dedisti,
Qua semper vivens, te prædicet usque perennem.

Digitized by Google

ΛΔ'. *Εὐχαριστήριον ἄλλο.*

Σοὶ χάρις, ὦ πάντων βασιλεῦ, πάντων δὲ ποιητά.
Σοὶ χάρις· ὃς τὰ νοητὰ λόγῳ, τά θ' ὁρατὰ κελεύσει
Στῆσας τ' οὐ πρὶν ἐόντα, καὶ ἐξ ἀφανοῦς κατέδειξας.
Σὸν θρόνον ἀμφιέπουσιν ἀκήρατοι ὑμνητῆρες,
Ἔνθεν μυριάδες, καὶ χιλιάδες πάλιν ἔνθεν,
Ἀγγελικῆς στρατιῆς πυρόεις χορὸς, ἄφθιτοι ἀρχὴν
Λαοὶ πρωτοτόκων, καὶ λαμπομένων χορὸς ἄστρων·
Πνεύματα θεσπεσίων ἀνδρῶν, ψυχαί τε δικαίων,
Πάντες ὁμηγερέες, καὶ σὸν θρόνον ἀμφιέποντες,
Γηθοσύνῃ τε, φόβῳ τε διηνεκὲς ἀείδουσι
Ὕμνον ἀνυμνείοντες ἀκήρατον, ἢ καὶ ἄπαυστον·
Σοὶ χάρις, ὦ πάντων βασιλεῦ, πάντων δὲ ποιητά.
Οὗτος ἀκήρατος ὕμνος ἐπ' οὐρανίοιο χοροῖο.
Ναὶ λίτομαι κἀγὼ, Πάτερ ἄφθιτε, καὶ γόνυ κάμπτω
Ἡμετέρης κραδίης, Πάτερ ἄμβροτε, καὶ νόος ἔνδον
Πρηνής σου προπάροιθε· κάρη δέ μοι ἐς χθόνα νεύει
Λισσομένῳ· κεῖμαι δ' ἱκέτης, καὶ δάκρυα χεύω.
Οὐδὲ γὰρ ἄξιός εἰμι πρὸς οὐρανὸν ἀντία λεύσσειν
Ἀλλὰ σύ μ' οἰκτείροις, ἐλέους Πάτερ, ἵλαος ἔσσο
Σῷ κινυρῷ θεράποντι· σάου δέ με χεῖρα τανύσσας
Ἐξ ὀνύχων θανάτοιο, νοήματα πάντα καθήρας.
Μή μ' ἀπογυμνώσῃς σοῦ Πνεύματος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
Χεῦε μένος καὶ θάρσος ἐνὶ στήθεσσιν ἐμοῖσιν·
Ὄφρα σε καὶ κραδίῃ, καὶ χείλεσι καλὸν ἀείσω.
Ὥσπερ ἐμῷ γενετῆρι, σῷ θεράποντι παρέστης,
Δὸς καὶ ἐμοὶ καθαρὸν βίοτον, καθαράν τε τελευτὴν,
Ἐλπωρήν τε τυχεῖν ἀγαθὴν, ἔλεόν τε, χάριν τε·
Πάντα δ' ἀμαλδύνει, ὅσα ἥλιτον ἐκ νεότητος,

XXXIV. *Alia gratiarum actio* *.

Tibi gratiæ, o rex omnium, et omnium creator:
Tibi gratiæ, qui intelligibilia mente et visibilia, jussu
Creasti, cum antea non essent, et ex obscuro manifestasti.
Tuum thronum circumstant perfecti laudatores,
Hinc millia millium, et inde rursus millia multa,
Angelici exercitus igneus chorus, incorruptus ab initio
Populus primogenitorum, et lucentium chorus astrorum;
Spiritus divinorum virorum, animæque justorum,
Omnes simul congregati thronum tuum circumstantes,
Lætitia et pavore indesinenter canunt
Hymnum accinentes perennem et incessabilem:
Tibi gratiæ, o rex omnium, omniumque conditor.
Hic perpetuus hymnus in cœlesti choro.
Ita supplico et ego, Pater æterne, et genu flecto
Mei cordis, Pater immortalis, et mens intus
Prona coram te; caput autem in terram inclino
Tibi supplicans. Jaceo supplex et lacrymas fundo.
Neque enim dignus sum in cœlum oculos tollere.
Sed tu mei miserere, misericordiæ Pater, propitius esto
Tuo lamentanti famulo. Salva me manum extendens
Ex unguibus mortis, sensus omnes expurgans.
Ne me nudes tuo Spiritu, sed potius amplius
Infunde fortitudinem et fiduciam pectoribus meis,
Ut te et corde et labiis rite canam.
Quemadmodum meo patri, tuo famulo, adfuisti,
294 295 Da mihi et puram vitam, sanctamque mortem;
Spemque nancisci bonam, et misericordiam et gratiam.
Omnia autem dele, quæcunque peccavi a juventute,

* Alias Toll. 14, pag. 95.

XXXIV. 25 *Γενετῆρι, σῷ.* Tollius legere mallet γενετῆρ' ὡς σῷ. Nobis melius videtur γενετῆρι, τεῷ. (Caillau.)

28 *Ἀμαλδύνει.* Mallet Tollius ἀμαλδύνῃς, et quidem rectius. Ibidem ὅσ' ἥλιτον.

METRICA VERSIO.

XXXIV. ALIA GRATIARUM ACTIO.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Laus tibi, regnator mundi, mundique Creator,
Laus tibi, qui menti noscenda videndaque, jussu
Fecisti, nihilum educens in lumen ab umbris.
Turba thronum æterno cœtu circumdat et hymnis;
Mille hinc, inde decem rursus stant millia, turmæ
Flammeus angelicæ chorus, immortalis ab ævo,
Et genitus primo populus, lucentiaque astra,
Divinorum hominum mentes animæque beatæ
Densato solium stipantes agmine, læto
Corde simul pavidoque tibi pia carmina fundunt,
Perpetuumque iterant hymnum sine fine canentes:
Laus tibi, regnator mundi, mundique Creator.
Semper hic ætherea renovatur cantus olympo.

B Te precor ipse, Pater, supplex, flexisque fidelis
Poplitibus cordis, Pater immortalis, adoro.
Mens inter complexa pedes silet, oraque terræ
Fixa manent; largos effundunt lumina fletus.
Dignus enim non sum qui tollam ad sidera vultus.
Tu miserere mei, clemens Pater, et bonus esto,
Dum servus precor ipse tuus; tua mortis ab ungue
Me manus eripiat; purgentur et intima mentis.
Ne me, oro, prives divino Flamine; firmet
Sed magis infuso fiducia robore pectus,
Ut te corde simul memori labiisque celebrem.
Te dextrum sensit genitor, mihi dexter adesto.
Vivere da pure, puram da occumbere mortem.
Spes bona me recreet, recreet pia gratia mentem
Dele cuncta, bonus princeps, quæ cæca juventus

Digitized by Google

Ὡς ἀγαθὸς βασιλεύς· ὅτι σοὶ χάρις ἤματα πάντα,
Σοὶ χάρις ἤματα πάντα, καὶ εἰς αἰῶνας ἅπαντας.

ΛΕ'. *Ἐπίκλησις πρὸ τῆς τῶν Γραφῶν ἀναγνώσεως.*

Κλῦθι, Πάτερ Χριστοῦ πανεπίσκοπε, τῶνδε λιτάων
Ἡμετέρων· μολπὴν δὲ χαρίζεο σῷ θεράποντι
Θεσπεσίην. Ζαθέην γὰρ ἐς ἀτραπὸν ἴχνος ἐλαύνων
Οὗτος, ὃς αὐτογένεθλον ἐνὶ ζωοῖς Θεὸν ἔγνω,
Καὶ Χριστὸν θνητοῖσιν ἀλεξίκακον βασιλῆα·
Ὅς ποτ' ἐποικτείρας μερόπων γένος αἰνὰ παθόντων
Πατρὸς ὑπ' ἐννεσίῃσιν ἐκὼν ἠλλάξατο μορφήν.
Γίγνετο δὲ θνητὸς Θεὸς ἄφθιτος, εἰς ὅκε πάντας
Ταρταρέων μογέοντας ὑφ' αἵματι λύσατο δεσμῶν.
Δεῦρ' ἴθι νῦν, ἱερῆς καὶ ἀκηράσιης ἀπὸ βίβλου
Ψυχὴν σὴν ἀτίταλλε θεοπνεύστοις ἐνὶ μύθοις.
Ἔνθα γὰρ ἀθρήσειας ἀληθείης θεράποντας
Ζωὴν ἀγγελέοντας ὑπ' οὐρανομήκεϊ φωνῇ.

ΛϚ'. *Ἐπίδια.*

Χριστὲ ἄναξ, ὃς πάντα πέλεις σοῖσιν μερόπεσσιν
Ἐσθλά, καὶ ἐν πάντεσσιν ὁδὸς ἰθεῖα τέτυξαι,
Ὃς πυρὶ καὶ νεφέλῃ στρατὸν ἦγαγες, ὃς θ' ὁδὸν εὗρες
Ἐν πελάγει τμηθέντι φίλοις, Φαραὼ δ' ἐκάλυψας,
Ἄρτον δ' οὐρανόθεν ξένον ὤπασας, ἐκ δ' ἄρα πέτρης
Ἔβλυσας ἀκροτόμοιο ῥόον, μέγα θαῦμ', ἐν ἐρήμῳ·
Δυσμενέων ἀνδρῶν στῆσας μένος, εὖτε διέσχε,
Σταυρὸν ὑποσκιάων, Μωσῆς χέρας, ἄλκαρ ἐμεῖο.
Μήνη δ' ἠέλιός τε δρόμον σχέθον. Ὡς δὲ ῥέεθρον

Ut bonus rex : quoniam tibi gratia diebus cunctis,
Tibi gratia diebus cunctis, et in omnia sæcula.

XXXV. *Precatio ante Scripturæ lectionem* *.

Audi, Pater Christi, omnia conspiciens, has preces
Meas. Cantum indulge tuo famulo
Cœlestem. Divinam enim in semitam vestigia dirigit
Ille, qui ex se genitum in vivis Deum novit,
Et Christum mortalibus malorum depulsorem regem
Qui aliquando misertus humani generis gravia passi,
Patris consilio volens mutavit formam,
Et factus est mortalis, Deus immortalis, donec omnes
Tartareis gementes per sanguinem solveret vinculis.
Huc adesto nunc, et sacro puroque ex libro
Animam tuam sagina divinitus inspiratis sermonibus.
Hic enim videris veritatis ministros
Vitam annuntiaturos cœlesti voce.

XXXVI. *Precatio ante iter suscipiendum* **.

Christe rex, qui omnia exsistis tuis hominibus
Bona, et in omnibus via recta es,
Qui igne et nebula exercitum duxisti, quique viam pandisti
In mari amicis scisso, Pharaonem autem aquis obruisti,
Panem e cœlo novum tribuisti, e petra etiam
Prærupta scaturire fecisti aquæ fluenta in eremo, o magnum miraculum
Hostilium turmarum potentiam fregisti, cum extenderet
Moyses manus suas, formam exprimens crucis, quæ meum est præsidium.
Luna et sol substitere ; atque etiam flumen

* Alias Toll. 12, pag. 93. ** Alias Bill. 54, pag. 127.

XXXV. Tit. *Ἐπίκλησις.* Carmen istud præfationis instar est præligendum, inquit Tollius, seu præmittendum syntagmati Carminum heroicorum.
3 *Ἐλαύνων.* Mallem cum Tollio, ἐλαύνοι, scilicet poeta.
8 *Γίγνετο.* Pro ἐγένετο. Sic profecto legendum pro γείτονα, quod mendose legitur in mss.
XXXVI. 2 *Ἰθεῖα.* Reg. 991 sup. lin. εὐθεῖα.
3 *Ὃς πυρί.* Schol. διὰ πυρός, *per ignem.*
4 *Τμηθέντι.* Coisl. et Vat. τμηγέντι.
7 *Μένος.* Sup. lin. τὴν δύναμιν.

METRICA VERSIO.

Heu ! male deliquit. Tibi nam laus tempus in omne ; B
Tempus in omne tibi laus, laus in sæcula cuncta.

XXXV. PRECATIO ANTE SCRIPTURÆ LECTIONEM.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Vota, Pater Christi, qui conspicis omnia, mitis
Suscipe, nuncque tuo præbe cœlestia servo
Carmina. Nam sacro figit vestigia calli
Qui propria novit genitum virtute Tonantem,
Et mala pellentem a mortalibus omnia Christum :
Qui nostri sortem generis miseratus acerbam
Patre volente volens formam mutavit, omnisque,
Immortale licet lumen, mortale recepit,
Solveret infernis cunctos dum sanguine vinclis.
Huc adsis : purum cape sacratumque volumen,
Nuncque tuam divo mentem sermone sagina
Hic etenim veri dabitur rectique ministros
Cernere, qui pandent cœlesti voce salutem.

XXXVI. PRECATIO ANTE ITER SUSCIPIENDUM.
(*Billio interprete.*)

Christe potens rerum, atque hominum bona cuncta tuorum,
Rebus et in cunctis, qua pergant, semita recta,
Ingens qui flamma duxisti atque ignibus agmen :
Quique iter Isacidis freta per ventosa dedisti,
Nilicolum insanum mergens in gurgite regem :
Cujus et ætherea panis delapsus ab arce est
Munere, et in vasta (facinus mirabile !) eremo
Maxima de rigido manarunt flumina saxo :
Cujus et hostiles infregit dextra phalanges,
Mose manus tendente pias in vertice montis
Atque crucem signante, meum qua nititur omne
Auxilium : cujus jussu sol lunaque cursus
Continuere suos, cessit properantibus amnis,

Digitized by Google

Εἶξεν ἐπειγομένοισιν, ὁδὸς δ' ἐπὶ γαῖαν ἐτύχθη
Ῥηϊδίη, τὴν αὐτὸς ὑπέσχεο καὶ κατένευσας.
Αὐτὸς δ' οὐρανίην οἶμον μερόπεσσιν ἔδειξας
Ὕστατον, ἀρχαίῃ δὲ νέην ἐπέμιξας ἀταρπὸν,
Εὖτε θεὸς θνητός τε κραθείς, ἐπὶ γαῖαν ὁδεύσας
Ἡμετέρην, αὖθις δὲ πρὸς οὐρανὸν ἔνθεν ἀερθείς,
Ἴξεαι ἐλδομένοισι φαάντερος, ἢ τὸ πάροιθεν.
Αὐτὸς καὶ πελάγους ἐπεβήσαο, σοῖς δὲ πόδεσσιν
Οἶδμα πέσεν, χαλεποῖσι βιαζόμενον ἀνέμοισιν.
Ἀλλὰ μάκαρ, καὶ ἐμοί γε συνέμπορος ἐλθὲ καλεῦντι
Σήμερον, εὐοδίην δὲ πόροις, καὶ ἄγγελον ἐσθλὸν,
Πομπὸν, ἀλεξητῆρα, βοηθόον, ὄφρα με πάντων
Ἡματίων νυχίων τε κακῶν ἄπο τηλόθ' ἐέργων,
Καὶ τέλος ἐσθλὸν ὁδοῖο χαριζόμενος μογέοντι,
Οἴκοθεν ἀρτεμέοντα, καὶ οἴκαδέ μ' αὖθις ἀγινοῖ

A Ἠοῖσίν τε φίλοις τε ὁμὸν βίον ἀμφιέπουσιν,
Ἔνθα σε νύκτα καὶ ἦμαρ ἐλεύθερος, ἀτρεμέων τε
Λισσοίμην, κακότητος ἀμιγέα σοι βίον ἔλκων,
Σοί τε νόον πτερόεντα, βίου φάος, αἰὲν ἀείρων,
Μέσφ' ὅτε καὶ πυμάτην ξυνὴν ὁδὸν ἐξανύσαιμι,
Ἐς δὲ μονὴν ἔλθοιμι μόγου τέλος εὐσεβέεσσι.
Σοὶ ζῶ, σοὶ λαλέω, σοὶ δ' ἕζομαι, ὦ ἄνα Χριστὲ,
Σοὶ δ' αἶρω ποδὸς ἴχνος, ἐπεὶ σύ με χειρὶ καλύπτεις·
Ἀλλά με καὶ νῦν ἄγοις ἐσθλὸν ἐπὶ τέρμα πορείης.

ΛΖ'. *Ἄλλη περὶ εὐοδίας προσευχή.*

Οὐκ ἔστ' οὐδὲ ποδὸς χωρὶς σέο ἴχνος ἀεῖραι,
Χριστὲ ἄναξ, ὃς πάντα πέλεις σοῖσιν μερόπεσσι·
Ἐσθλὰ, καὶ ἐν πάντεσσιν ὁδὸς ἰθεῖα τέτυξαι.
Σοὶ πίσυνος, καὶ τήνδε τέμνω τρίβον, ἀλλά με πέμποις

10 Cessit festinantibus Israelitis, et via facilis parata est
Ad terram quam ipse promiseras et annueras.
Tu denique ipse cœlestem viam hominibus ostendisti,
Veteri autem novam adjunxisti semitam,
Quando Deus et homo simul, in terram veniens
296-297 15 Nostram rursus aut in cœlum e terra sublatus
Venies cupientibus manifestior quam antea.
Ipse etiam mare conscendisti, tuisque pedibus
Tempestas concidit gravissimis commota ventis.
O beate, et mihi comes adesto vocanti te
20 Hodie, prosperumque iter præbeas et angelum bonum
Ducem, malorum depulsorem, adjutorem, ut me ab omnibus
Diurnis nocturnisque malis procul removens,
Felicemque vitæ finem præstans mihi laboranti,
E domo sanum, et domum rursus incolumem reducat
25 Propinquis et amicis similem meæ vitam agentibus,
Ubi te nocte ac die liber et tranquillus
Deprecer, sceleris puram tibi vitam ducens,
Celeremque ad te mentem, vitæ jubar, semper attollens,
Donec extremam et communem omnibus viam peregero,
30 Et in domicilium venero quod piis est laboris meta.
Tibi vivo, tibi loquor, tibi sedeo, o rex Christe,
Tibi moveo pedum vestigia, quoniam tu me manu tegis :
Me igitur et nunc perducas ad bonum finem itineris.

XXXVII. *Alia de prospero itinere precatio* *.

Ne unum quidem sine te possibile est pedis vestigium proferre,
Christe rex, qui omne es tuis mortalibus
Bonum, et in omnibus, via recta ades.
Tibi fidens et hanc ineo viam. Sed deduc me

* Alias Murator. 185.

12 *Αὐτὸς δ'*. Ita Vat. et Coisl. Edit. αὐτὴν δ'.
16 *Ἴξεαι*. Sic Coisl. et Vat. Edit. ἵξε.
21 *Ἀγινοῖ*. Vat. ἀγάγοι. Schol. Coisl. καθιστάνῃ.
25 *Ὅμὸν βίον*. Ad marg. 991 τοῖς τὸν ὅμοιον ἐμοὶ βίον ἄγουσι. D. Gaulyer legit ἐμόν, ac vertit, *quibus vita mea chara est.*

XXXVII. Titulus. Poematium istud sicut et sequens similia sunt iis quæ in præcedenti leguntur.

METRICA VERSIO.

Pronaque promissas patuit via lætaque ad oras :
Tu vero humanis iter ad cœlestia regna
Monstrasti, jungens veteri cum calle recentem,
Tum cum mortalis simul et Deus incola terræ
Factus es, ac superas remeasti victor ad arces,
Hincque etiam ad cupidos venies, quam clarior ante.
Tu mare cum pedibus premeres, mox orta procella
Concidit, et tumidis agitatum fluctibus æquor.
Tu mihi, sancte, viæ comitem te junge vocanti
Hac luce, atque tuo sit iter mihi numine faustum.
Pro duce sit, quæso, bonus angelus : illius ipse
Fulciar auxilio firmo : meque ille periclis
Subducens, gravibusque malis, noctuque, diuque,
Atque viæ optatum finem tribuensque laboris,
Incolumem inducat tectis, rursumque valentem
Sanguinis ad socios referat, charosque sodales :
Hic ubi perque dies omnes noctesque quietus

B Vota dabo, et vitæ spatium sine crimine ducam.
Atque ad te mentem, vitæ lux fulgida, tollam,
Donec mors cursum fragilis mihi finiat ævi.
Atque utinam sedes pertingere detur ad illas,
In quibus est justis requies finisque laborum.
Vivo tibi, tibi, Christe, loquor, sedeoque, pedemque
Tollo meum, nam tu me dextra operisque, te-
[gisque.
Sit mihi meta viæ, duce te, lætissima, Christe.

XXXVII. ALIA PRECATIO.

(A. B. Caillau interprete.)

Nullum ferre gradum pedis, o rex Christe, va-
[lemus
Te sine; namque tuis solus mortalibus es tu
Omne bonum, et directa pates via semper, eunti
Carpo viam, fidens in te : me duc, age, quæso,

Digitized by Google

5 Ἀσκηθῆ, καὶ πάντα πόροις, ὅσ' ἐέλδεται ἦτορ,
Καί με, Ἄναξ, παλίνορσον ἄγοις ἐπὶ ᾧκα πενιχρὸν,
Ἔνθα σε νύκτα καὶ ἦμαρ ἐλεύθερος ἱλασκοίμην.

ΛΗ'. *Ἄλλη εἰς ταὐτὸ προσευχή.*

Ὅς πυρὶ καὶ νεφέλῃ στρατὸν ἦγαγες, ὃς δ' ὁδὸν εὗρες
A Ἐν πελάγει, πήξας κύματ' ἐλαυνομένοις.
Ἄρτον δ' οὐρανόθεν ὗσας ξένον οὐ δοκέουσιν·
Ἐκ δὲ πέτρης πηγὴν ἔβλυσας ἀκροτόμου.
5 Καὶ νῦν τῷ θεράποντι συνέμπορος ἐλθὲ καλεῦντι,
Χριστὲ, φάος μερόπων, δεξιὰ πάντα φέρων.

5 Illæsum; et omnia tribue, quæcunque desiderat cor meum,
Et me, Rex, reducem ducito ad domum pauperem,
Ubi te nocte et die liber mihi propitium reddam.

XXXVIII. *Alia precatio*[*].

Qui igne et nube exercitum duxisti, quique iter fecisti
In mari, concrescere faciens fluctus pulsis:
Qui cœlitus novi panis pluviam fudisti nec opinantibus,
E petra autem prærupta fontem eduxisti:
5 Et nunc etiam tuo famulo te invocanti comes veni,
Christe, lumen mortalium, prospera omnia ferens.

[*] Alias Murator. 186.

METRICA VERSIO.

Illæsum, cordisque mei vota omnia comple,
Et brevius tectis reducem me redde modestis,
Liber ubi noctu merear tua dona diuque.

XXXVIII. ALIA PRECATIO.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Nube vel igne favens, sacræ qui per freta plebi
B Pandisti siccum, dum fugiebat, iter:
Qui nova cœlestis fudisti munera panis,
Larga e præcisa rupe fluenta trahens:
Te nunc corde precor, famulo comes esto precanti,
Christe, hominum lumen, prospera cuncta ferens.

ΤΟΜΗ Β'. ΕΠΗ ΗΘΙΚΑ.

298-299 SECTIO II. CARMINA MORALIA.

Α'. *Παρθενίης ἔπαινος.*

Παρθενίην στεφάνοις ἀναδήσομεν ἡμετέροισιν,
Ἐκ καθαρῆς κραδίης καθαροῖς μέλποντες ἐν ὕμνοις.
Τοῦτο γὰρ ἡμετέροιο βίου ξεινήϊον ἐσθλὸν,
C Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε φαάντερον, ἢδ' ἐλέφαντος,
5 Οἷς ζωὴν χθονίην χαμάδις βάλε παρθένος οἶστρος,
Πρὸς Θεὸν ὑψιμέδοντα νόου πτερὸν ἔνθεν ἀείρων.
Ἀρχομένου δ' ὕμνοιο συναίνοισθε μὲν ἀγνοί·
Ξυνὸν γὰρ πάντεσσιν ὕμνος γέρας εὐαγέεσσιν.

I. *In laudem virginitatis*[*].

Virginitatem coronis nostris redimire juvat,
Ex puro corde puris psallentes in hymnis.
Hoc enim vitæ nostræ præclarum est donum,
Auro et electro splendidius et ebore,
5 His in quibus terrenam vitam humi sternit virgineus ardor,
Mentis alas ad Deum in cœlo regnantem hinc evehens.
Laudare autem incipiente me, congaudete, qui puri estis,
Est enim hymnus commune munus omnibus piis.

[*] Alias Bill. 3, p. 42.

I. ARGUMENTUM. *In hoc poemate disputat Gregorius utra vita præstantior sit, cœlebs, an conjugata. Quod ut magis perspicuum fiat, postquam altius laudes virginitatis repetivit poeta, utramque vitam inducit causam suam disceptantem. Tandem vincit cœlibatus. Meminit hujus poematis Hieronymus in* Catalogo scriptorum illustrium, *lib.* I, *cap.* 7, in Jovin., *ubi illud vocat, ut Suidas tom.* I, *pag.* 628: Librum hexametro versu, virginitatis et nuptiarum contra se invicem disserentium.

TIT. *Παρθενίης ἔπαινος.* Sic melioris notæ codices. Alii ἐγκώμιον, vel ἔπος, vel λόγος. Alii addunt καὶ γάμου.

2 *Ἐκ καθαρῆς.* Ita mss. omnes. Edit. καθαρᾶς.

3 *Ξεινήϊον.* In Reg. 993 sup. lin. καὶ δῶρον.

7 *Συναίνοισθε.* Int. 993 συνευφραίνεσθε, *congaudete.*

METRICA VERSIO.

I. IN LAUDEM VIRGINITATIS.
(*Billio interprete.*)

Expertem thalami nostris redimire corollis
Vitam fert animus, puroque ex pectore puros
Hymnos et laudis meritos effundere versus.

D Hoc etenim nostræ donum est memorabile vitæ
(Electro atque ebore et fulvo splendentius auro),
Terrenam vitam quis sternit firmus et ardens
Virginitatis amor, mentes ad sidera tollens.
Laudis ad exorsum vestro mea gaudia plausu
Excipite, o puræ mentes et corpora pura.

Digitized by Google

Οἱ φθονεροὶ δὲ θύρησιν ἐπιῤῥάσσοισθε ἀκουάς·
Εἰ δέ τις ἀμπετάσειεν, ἀγνίζοιτο φρένα μύθῳ.
Παρθενίη, μέγα χαῖρε, θεόσδοτε, δῶτερ ἐάων,
Μῆτερ ἀπημοσύνης, Χριστοῦ λάχος, οὐρανίοισι
Κάλλεσιν ἀζυγέεσσιν ὁμόζυγε· ἀζυγέες γὰρ,
Πρῶτα Θεὸς, μετέπειτα Θεοῦ χορὸς αἰὲν ἐόντος.
Ἤτοι ὁ μὲν πηγὴ φαέων, φάος οὔτ' ὀνομαστὸν,
Οὔθ' ἑλετὸν, φεῦγόν τε νόου τάχος ἐγγὺς ἰόντος,
Αἰὲν ὑπεκπροθέον πάντων φρένας, ὥς κε πόθοισιν
Ἑλκώμεσθα πρὸς ὕψος ἀεὶ νέον· οἱ δέ τε φῶτα
Δεύτερα ἐκ Τριάδος βασιλήϊον εὖχος ἐχούσης.
Πρώτη παρθένος ἐστὶν ἁγνὴ Τριάς. Ἐκ μὲν [ἀνάρχου
Πατρὸς Υἱὸς ἄναξ, οὔτ' ἔκτοθεν ὁρμηθέντος

A (Αὐτὸς γὰρ πάντεσσιν ὁδὸς καὶ ῥίζα καὶ ἀρχὴ),
Οὔτε πάϊν θνητοῖσιν ὁμοίϊα γειναμένοιο,
Ἀλλ' ὡς ἐκ σέλαος σέλας ἔρχεται. Ἐκ δ' ἄρα Παιδὸς,
Οὐκέτι παῖς ἀγαπητὸς ὁμοῖον εὖχος ἐφέλκων·
Ὡς κεν ὁ μὲν μίμνῃ γενέτης ὅλος, αὐτὰρ ὅ γ' Υἱὸς
Οἷον καὶ μούνοιο μονώτατος· εἰς ἓν ἰόντε
Πνεύματι σὺν μεγάλῳ, τό ῥα πατρόθεν εἶσιν ὁμοῖον,
Εἷς Θεὸς ἐν τρισσοῖσιν ἀνοιγόμενος φαέεσσι.
Τοίη μὲν Τριάδος καθαρὴ φύσις. Ἐκ δ' ἄρα [κείνης,
Ἄγγελοι αἰγλήεντες, ἀειδέες, οἵ ῥα θόωκον
Ἀμφὶ μέγαν βεβαῶτες, ἐπεὶ νόες εἰσὶν ἐλαφροὶ,
Πῦρ καὶ πνεύματα θεῖα δι' ἠέρος ὦκα θέοντες,
Ἐσσυμένως μεγάλῃσιν ὑποδρήσσουσιν ἐφετμαῖς.

Invidi autem ostiis obstruite aures;
Aut si quis eas patefecerit, mentem expurget per ea quæ dicentur.
Virginitas, multum salve, a Deo data, largitrix bonorum,
Mater integritatis, Christi pars, cœlestibus
Pulchritudinibus conjugii expertibus compar : sunt enim conjugii expertes,
Primum quidem Deus, deinde Dei chorus sempiterni,
At ille quidem origo luminum, lumen quod nec nominari potest,
Nec apprehendi, fugiens animi celeritatem prope accedentis,
Omniumque mentes semper præcurrens, ut desideriis
Trahamur ad altitudinem semper novam : hi vero lumina
Secunda post Trinitatem quæ regiam majestatem obtinet.
Prima virgo est sancta Trinitas. Filius rex ex Patre
Principii experte, neque extrinsecus producto
(Ipse enim omnibus est via et radix et principium),
Neque filium similiter ac homines generante,
Sed ut splendor ex splendore procedit. Ex Filio autem
Non jam filius dilectus simili gloria præditus.
Sed manet totus Genitor, ac ipse etiam Filius tantummodo
Filius, et solus ex solo : in unum coeuntes
Cum magno Spiritu, qui ex Patre similis procedit,
300-301 Unus Deus in tribus resplendens luminibus.
Ac talis quidem est Triadis pura natura. Ex illa autem
Angeli splendentes, forma carentes, qui circa
Magnum thronum versantur : sunt enim mentes agiles,
Ignis et spiritus divini per aerem velociter currentes,
Ac cito magna facessunt præcepta.

15 *Ἤτοι ὁ μὲν πηγὴ φαέων*, etc. Iidem versus leguntur supra, sect. I, poem. VII, vers. 8 et seqq.
16 *Οὔθ' ἑλετόν*. Ita Reg. unus. Edit. οὔδ'.
19 *Ἐκ Τριάδος*. Gloss. παρηγμένα τῆς ἐχούσης τὸ κράτος τῶν πάντων βασιλείας.
21 *Υἱός*. Ita Chig. et Reg. Edit Υἱόν. Mox *ἕκτοθεν, ἀπό τινος, παρ' ἑτέρου, ab alio quoquam.*
25 *Ὁμοῖον*. Gloss. κατὰ τὴν ὑπόστασιν ὅμοιον.
27 *Οἷον*. Gloss. μόνον Υἱός, nempe significat Filium tantummodo filium esse, nec alterius filii parentem. Mox *εἰς ἓν ἰόντε*. Gloss. συνηγμένοι, συνελθόντες.
28 *Τό ῥα*. Ita Reg. 29 et 993. Deerat in editis *ῥα*, quæ particula ad metrum explendum necessaria est. Gloss. ὅπερ ἀπὸ τοῦ Πατρὸς προέρχεται.
29. *Ἀνοιγόμενος*. Gloss. ἐν τρισὶν νοουμένοις προσώποις τοῖς ὁρῶσι δεικνύμενος.
31 *Ἀειδέες*. Gloss. ἀόρατοι, ἀσώματοι. Vide supra, sect. I, poem. VII, vers. 13 et seqq.
34 *Ἐσσυμένως*. Gloss. ὁρμητικῶς, ἐσπουδασμένως, μετὰ πάσης σπουδῆς. Mox μεγάλῃσιν. Ita tres Regg. et Coisl. Edit. μεγάλοισιν.

METRICA VERSIO.

Namque omnes æque laus hæc pietatis alumnos
Afficit. At quisquis misero livore teneris,
Sis procul, atque aures ad nostros obstrue versus:
Aut illas si forte aliquis patefecerit, ima
Mente prius cures fœdas abstergere sordes.
Salve, virginitas, divino tradita dono,
Mater inoffensæ vitæ, bona maxima fundens,
Christi pars, et spiritibus sociata supernis,
Ignaris thalami; nam magnus conjugis expers
Est Deus, atque Dei rutilans chorus omnipotentis.
Luminis ille quidem fons est lumenque perenne,
Quod verbis nequit efferri, manibusve teneri.
Sed celeri cursu mentem fugit, atque propinquis
Ex oculis hominum semper subducitur, ut nos
Ad nova semper amor fastigia, sumptaque flamma
Pertrahat. Hi vero sunt proxima lumina, primo
A Triadis sanctæ lumen fulgore trahentes,
Quæ lumen splendore suo supereminet omne.
Prima Trias virgo est. Siquidem Patre natus anarcho

B Filius est: nec enim Pater ortum traxit ab ullo
(Utpote principium rerum, et vitalis origo),
More nec humano generavit semine natum:
Sed velut igniculos videas ex igne micantes.
At vero ex Nato non jam progignitur alter
Filius, æqualem qui Patri carpat honorem.
Nam totus manet ille Pater, manet hic quoque [totus
Filius, ex solo solus, cum Pneumate sacro
(A Patre quod supero, similis tamen omnia Patri
Progreditur), juncti natura, nam Deus unus,
Unumque in triplici collucet lumine numen.
Ac talis Triadis natura est undique puræ.
Ex illa porro certissima lucis origo
Cœtibus angelicis: mortali lumine cerni
Qui nequeunt, sedemque Dei soliumque beatum
Cingentes (levius nil nanque est mentibus illis,
Pneumata sunt etenim, flammæque per aera purum
Currentes), prompte sublimia jussa capessunt.

Digitized by Google

Τοῖσι μὲν οὔτε γάμος, οὔτ' ἄλγεα, οὐ μελεδῶναι,
Οὐ παθέων κλόνος αἰνὸς ἀτάσθαλος· οὐ μελέεσσι
Σχίζοντ', οὐδὲ δόμοισιν· ὁμόφρονες ἀλλήλοισιν,
Αὐτῷ τ' αὐτὸς ἕκαστος. Ἴη φύσις, ἓν τε νόημα,
Εἷς πόθος ἀμφὶ ἄνακτα Θεὸν μέγαν. Οὐδέ τι παισὶ
Τέρπονθ', οὔτ' ἀλόχοισι, γλυκὺν πόνον ἀμφιέποντες·
Οὐ πλοῦτος κείνοισιν ἐράσμιος, οὐδ' ὅσα θνητοῖς
Γαῖα φέρει κακίης μελεδήματα. Οὐκ ἀρόουσιν,
Οὐ πελάγη πλώουσιν ἀτειρέος εἵνεκα γαστρὸς,
Γαστέρος ἀρχεκάκοιο· τροφὴ μία πᾶσιν ἀρίστη
Δαίνυσθαι μεγάλοιο Θεοῦ λόγον, ἠδὲ φαεινῆς
Ἕλκειν ἐκ Τριάδος σέλας ἄπλετον. Οἰόβιοι δὲ
Ζώουσιν καθαροῖο Θεοῦ καθαροὶ θεράποντες,

A Ἁπλοῖ τε, νοεροί τε, διαυγέες, οὔτ' ἀπὸ σαρκῶν
Ἀρχόμενοι (σάρκες γὰρ ἐπεὶ πάγεν, αὖθις ἀλοῦνται),
Οὔτ' ἐπὶ σάρκας ἰόντες, ὅπερ δ' ἐγένοντο, μένον-
Τοῖς μέτα παρθενίη θεοείκελος, οἷμος ἑτοίμη [τες.
Πρὸς Θεὸν, ἑσπομένη τε νοήμασιν Ἀθανάτοιο
Νωμῶντος μεγάλοιο σοφῶς οἰήϊα κόσμου·
Ἐν δὲ καὶ οὐρανίδην, χθόνιον, μεγαλήνορα, θνητὸν,
Ἀνθρώπων μογερῶν ἱερὸν γένος, εὖχος Ἄνακτος.
Εἰ δ' ἄγε νῦν ἐρέω μυστήρια κεδνὰ Θεοῖο,
Παρθενίη τε χρόνοισιν ὅπως πυμάτοισιν ἔλαμψεν.
Ἦν ποτ' ἔην, ὅτε πάντα κελαινὴ νὺξ ἐκάλυπτεν.
Οὐδ' ἄρ' ἔην ἠοῦς ἐρατὸν φάος· οὐδὲ κέλευθον
Ἥλιος πυρόεσσαν ἐπέσσυτο ἀντολίηθεν.
Οὐ μήνη κεράεσσα φαείνετο, νυκτὸς ἄγαλμα·

35 Nullæ illis nuptiæ, nullæ molestiæ, nullæ sollicitudines.
Affectuum gravi et pernicioso tumultu carent. Non membris
Dividuntur, aut domibus: consentiunt inter se omnes,
Ac secum ipso unusquisque. Una illis natura, una sententia,
Unum desiderium, circa Deum regem magnum. Nec filiis
40 Delectantur, nec uxoribus, dulcem quærentes laborem.
Non divitiæ illis amabiles, nec quæcunque mortalibus
Terra profert nequitiæ incrementa. Non arant,
Non maria navigant, indomiti ventris causa,
Ventris malorum originis. Unus omnibus optimus cibus,
45 Satiari Dei magni verbo, atque lucida
Trahere ex Triade lumen immensum. Soli
Vivunt, puri Numinis famuli puri,
Simplices, intelligentia præditi, lucidi, qui nec a carnibus
Ortum ducunt (carnes enim, postquam compactæ sunt, peribunt);
50 Nec in carnes venerunt, sed, quod creati sunt, permanent.
Cum his juncta virginitas, Deo similis, expedita semita
Ad Deum, assecla cogitationum Dei immortalis,
Qui sapienter regit magni gubernacula mundi;
In eoque cœleste, terrestre, magnanimum, mortale,
55 Hominum laboriosorum sacrum genus, laudem ac decus regis.
Nunc ergo agite, edisseram mysteria Dei veneranda,
Et quo modo postremis virginitas temporibus affulserit.
Fuit aliquando cum omnia nox nigra cooperiret.
Non tunc prodibat auroræ lumen amabile, nec viam
60 Sol inflammatam currebat ab oriente.
Non luna cornuta apparebat, noctis decus.

38 *Αὐτῷ τ' αὐτός.* Ita Regg. 39 et 993. Edit. αὐτῷ ταὐτός.
43 *Ἀτειρέος.* Gloss. ἀδαμάστου, ἀκολάστου.
44 *Γαστέρος ἀρχεκάκοιο.* Sic infra lib. II, sect. I, poem. I, *De rebus suis*, vers. 283.
45 *Λόγον.* Sic duo Regg. et Chig. Edit. νόον.
46 *Οἰόβιοι.* Gloss. μονόβιοι, ἄγαμοι.
48 *Ἁπλοῖ τε.* Chig. ἀγνοί τε, Vide supra, sect. I, poem. VII, vers. 17, etc.
51 *Τοῖς μέτα.* Gloss. μετὰ τούτοις, vel τούτοις μέτεστιν.
52 *Ἑσπομένη.* Gloss. ἀκολουθοῦσα.
53 *Νωμῶντος.* Ita fere infra, lib. II, sect. I, *De rebus suis*, poem. I, vers. 575.
54 *Ἐν δέ.* Subauditur κόσμῳ. Mox μεγαλήνορα. Coisl. μεγαλήτορα.
55 *Εὖχος Ἄνακτος.* Gloss. ὅτι εἰς δόξαν πάντα καὶ μᾶλλον ὁ ἄνθρωπος γέγονε τοῦ Θεοῦ.
60 *Ἐπέσσυτο.* Gloss. ἐπήρχετο ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς.

METRICA VERSIO.

His non connubium, non curæ, ægrique dolores, B Non a carne fluunt (namque omnis carnea moles
Non motus turbas miseras in corde cientes.
Non etiam membris dirimuntur, et ædibus, omnes
Inter se mire jungit concordia nexu.
Idem quisque sibi : natura est omnibus una,
Unaque mens, similique Dei rapiuntur amore.
Nec vero gnatis charisque uxoribus illi
Gaudent, ac dulci exercent sua membra labore.
Non illos inflammat opum vesana cupido,
Nec quæcunque mali parit irritamina tellus.
Non pelagus sulcant ratibus, nec vomere terram
Proscindunt ventris causa, mortalibus ægris
Primigena qui fraude mali genus omne creavit.
Optimus hic cunctis cibus est, ut Numine summo
Exsatient mentem, Triadisque ex lumine lucem
Immensam excipiant. Sunt porro conjugis omnes
Expertes, puri regis purique ministri.
His mens et simplex natura est, atque corusca.

Postquam concrevit, certæ est obnoxia morti),
Nec rursus carnem subeunt, nec corpora crassa,
Sed tales remanent, quales sunt ante creati.
Hujus virginitas classis, promptissima cœli
Semita, consiliisque Dei sapientibus hærens,
Qui clavo latum sapienter dirigit orbem,
Humanumque genus, cœlo terraque profectum,
Magnanimum, ærumnasque ferens, laudemque [decusque
Principis ætherei. Sed jam mysteria magni
Carminibus veneranda Dei nunc persequar, atque
Candida virginitas postremis fulserit annis.
Omnia nox quondam tenebris horrenda tegebat.
Non erat auroræ splendor, non Phœbus Eois
Partibus exoriens currus agitabat equorum :
Gloria nec noctis radiabat in æthere Phœbe :
Sed confusa simul temerarius omnia motus

Digitized by Google

Πάντα δ' ἀμ' ἀλλήλοισι φορούμενα, μὴ ψ ἀλάλητο
Πρωτογόνου χάεος ζοφεροῖς δεδμημένα δεσμοῖς.
Ἀλλὰ σὺ, Χριστὲ μάκαρ, Πατρὸς μεγάλου φραδίῃσι
Πειθόμενος τὰ ἕκαστα διέκρινας εὖ κατὰ κόσμον.
Ἦτοι μὲν πρώτιστα φάος γένεθ', ὥς κεν ἅπαντα
Ἔργα πέλοι χαρίεντα φάους πλέα. Αὐτὰρ ἔπειτα
Οὐρανὸν ἀστερόεντα κυκλώσαο, θαῦμα μέγιστον,
Ἠελίῳ μήνῃ τε διαυγέα. Τοῖσιν ἔειπας,
Τῷ μὲν ἄρ' ἠριγένειαν ἐπ' ἀνθρώποισι φαείνειν
Φωτὸς ἀπειρεσίοιο ροαῖς, καὶ ὥρας ἑλίσσειν·
Τῇ δὲ κνέφας σελάειν, καὶ δεύτερον ἦμαρ ὀπάζειν.
Τῷ δ' ὑπὸ γαῖαν ἔθηκας ἐμὸν ἕδος, ἐν δὲ θάλασσαν
Γαίης ἀγχαλίδεσσιν ἔδησας, γῆν δὲ θαλάσσῃ
Ὠκεανοῦ κόλποισι περίῤῥυτον. Ὣς δὲ τὰ πάντα

A Κόσμος ἦεν, γαίη τε, καὶ οὐρανὸς, ἠδὲ θάλασσα,
Οὐρανὸς οὐρανίοισιν ἀγαλλόμενος φαέεσσι,
Πόντος δὲ πλωτοῖς, πεζοῖς δέ τε γαῖα πελώρη.
Ἀθρήσας τότ' ἔπειτα καὶ ἄρμενα πάντα νοήσας,
Τέρπετο Παιδὸς ἄνακτος ὁμοφρονέουσιν ἐπ' ἔρ-
[γοις.
Δίζετο καὶ σοφίης ἐπιΐστορα μητρὸς ἁπάντων,
Καὶ χθονίων βασιλῆα θεουδέα, καὶ τόδ' ἔειπεν·
Ἤδη μὲν καθαροὶ καὶ ἀείζωοι θεράποντες
Οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν, ἀγνοὶ νόες, ἄγγελοι ἐσθλοί,
Ὑμνοπόλοι, μέλποντες ἐμὸν κλέος οὔποτε λῆγον·
Γαῖα δ' ἔτι ζώοισιν ἀγάλλεται ἀφραδέουσι.
Μικτὸν ἔτ' ἀμφοτέρωθεν ἐμοὶ γένος εὔαδε πῆξαι
Θνητῶν τ' ἀθανάτων τε νοήμονα φῶτα μεσηγύ,

Omnia autem promiscue agitata temere errabant,
Primigenii chaos tenebrosis constricta vinculis.
302-303 At tu, Christe beate, Patris magni consiliis
Obsequens, singula præclarissime discrevisti.
Primum quidem facta lux est, ut omnia
Opera jucunda essent lucis plena. Rursus deinde
Cœlum stelliferum in orbem circumegisti, maximum miraculum,
Solis ac lunæ radiis conspicuum. His præcepisti,
Illi quidem, ut diem hominibus promeret
Lucis immensæ rivis, ac horas volveret :
Isti vero, ut tenebras illustraret, ac diem alteram efficeret.
Huic autem terram supposuisti sedem meam, ac mare
Telluris ulnis colligasti, et mari terram
Quam Oceani sinus circumfluunt. Sicque omnia
Mundus erant, terra, cœlum et mare,
Cœlum cœlestibus ornatum luminibus,
Pontus natatilibus, pedestribus terra immensa.
Quod cum vidisset Pater, et apte omnia composita intelligeret,
Lætabatur Filii regis concordibus operibus.
Quærebat etiam, qui sophiæ omnium matris esset conscius,
Ac terrestrium rex Deo similis, sicque locutus est :
« Jam puri et immortales famuli
Latum cœlum incolunt, mentes sanctæ, angeli fortes,
Hymnis operam dantes, ac meam nunquam deficientem gloriam celebrantes
Terra autem hactenus mutis animalibus decoratur.
Placet mihi mistum ex utroque genus condere,
Hominem intelligentia præditum, mortales inter et immortales medium,

64 *Φραδίῃσι*. Gloss. βουλαῖς.
65 *Διέκρινας εὖ*. Gloss. διεχώρισας καλῶς.
70 *Ἠριγένειαν*. Int. ἡμέραν. Comb. *auroram*.
73 *Τῷ δ' ὑπό*. Subauditur οὐρανῷ. Paulo post, ἐμὸν ἕδος. Ita Chig. et plerique codd. Edit. ἐμὸν πέδον.
77 *Οὐρανίοισιν*. Ita Reg. 39 et alii. Edit. οὐρανίῃσιν.
79 *Ἀθρήσας*. Regg. duo, ἀθροίσας.
81 *Δίζετο*. Gloss. ἐβουλεύσατο. Mox ἐπίστορα. Gloss. ἐπιστήμονα. Hic versus et alii octodecim subsequentes leguntur supra, sect. I, poem. VIII, *De anima*, v. 59 et sqq.
82 *Θεουδέα*. Gloss. καθ' ὁμοίωσιν Θεοῦ, ὅμοιον αὐτῷ τῷ Θεῷ.
86 *Ἀφραδέουσι*. Regg. duo, οὐ φρονέουσι. Gloss. ἀνοήτοις, ἀλόγοις.
87 *Εὔαδε πῆξαι*. Gloss. ἤρεσε μὲν οὖν ἐμοὶ καὶ καλὸν ἐφάνη ὑποστήσασθαι καὶ μικτὸν γένος, ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον.
88 *Φῶτα*. Gloss. ἄνδρα μέσον.

METRICA VERSIO.

Volvebat gravibus tenebrarum vincta catenis,
Quas chaos antiquum toto diffuderat orbe.
At tu consilio parens, bone Christe, paterno,
Singula sede sua recte discreta locasti.
Condita principio lux est, ut gratior esset
Tota operis moles, jucundo lumine fulgens.
Postea tornasti (facinus mirabile !) cœlum,
Perspicuum solis radiis lunæque rubentis.
Namque illum sparsa jussisti luce per orbem
Fulgere humano generi, cursuque notare
Horas, atque suo distinguere tempora motu ·
Hanc itidem fuso tenebras splendore fugare,
Et proferre diem repetita luce secundum.
Quin jussisti etiam terram subsidere cœlo,
Finibus et terræ furibundas æquoris undas
Junxisti, terramque mari : nam maximus illam

B Oceanus cingens gelidis circumfluit undis.
Atque ita mundus erant hæc omnia, florida tellus,
Et cœlum, et pelagus; cœlum fulgentibus astris
Exsultans, tellus animantibus, et mare vastum
Piscibus immensi sulcantibus æquoris undas.
Quæ Pater excelsa postquam prospexit ab arce,
Chari gaudebat Nati concordibus actis,
Quærebatque aliquem, regeret qui terrea sceptra,
Nosceret ac summam sophiam, rerumque parentem.
Talia dehinc fatur : « Jam puri ævoque perennes
Cultores habitant excelsa palatia cœli,
Scilicet angelici cœtus, mentesque beatæ,
Atque meam celebrant mansuram in sæcula laudem.
Quin etiam tellus ob bruta animantia gaudet.
Nunc mihi conflatum genus ex utrisque creare
Fixum animo est, hominem, rationis lumine clarum,

Digitized by Google

Τερπόμενόν τ' ἔργοισιν ἐμοῖς, καὶ ἐχέφρονα μύστην A
Οὐρανίων, χθονίων τε μέγα κράτος, ἄγγελον ἄλλον
Ἐκ χθονὸς, ὑμνητῆρά τ' ἐμῶν μενέων τε νόου τε.
Ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ μοῖραν ἑλὼν νεοπηγέος αἴης,
Χείρεσιν ἀθανάτῃσιν ἐμὴν ἐστήσατο μορφήν.
Τῇ δ' ἄρ' ἐῆς ζωῆς μοιρήσατο· ἐν γὰρ ἔηκε
Πνεῦμα, τὸ δὴ θεότητος ἀειδέος ἐστὶν ἀπορρώξ.
Ἐκ δὲ χοὸς πνοιῆς τε βροτὸς γένετ', ἀθανάτοιο
Εἰκών· ἡ γὰρ ἄνασσα νόου φύσις ἀμφοτέροισι.
Τοὔνεκα καὶ βίοτον τὸν μὲν στέργω διὰ γαῖαν,

Τοῦ δ' ἕρον ἐν στήθεσσιν ἔχω θείην διὰ μοῖραν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ θεῖον μὲν ἐπὶ χθονὶ πλάσμα φαάνθη, B
Καὶ χθονὸς, ἐν γυάλοισιν ἀειθαλέος παραδείσου,
Τῷ δ' οὔπω τις ἀρωγὸς ὁμοίϊος ἔσκε βίοιο,
Δὴ τότε μητιέταο Λόγου τόδε θαῦμα μέγιστον·
Τὸν βροτὸν, ὄνπερ ἔτευξεν ἑοῦ θηήτορα κόσμου,
Ῥίζαν ἐμὴν, καὶ σπέρμα πολυσχιδέος βιότοιο,
Ἀνδιχα μοιρήσας μεγάλῃ ζωαρκέϊ χειρὶ,
Πλευρὴν ἐκ λαγόνων μούνην ἕλε, τὴν ῥα γυναῖκα
Δειμάμενος, καὶ φίλτρον ἐνὶ στέρνοισι κεράσσας,
Ἀμφοτέροις ἐφέηκεν ἐπ' ἀλλήλοισι φέρεσθαι·
Οὐ πᾶσ' οὐδ' ἐπὶ πάντας, ὅρον δ' ἐπέθηκε πόθοισιν,
Ὃν ῥα γάμον καλέουσ', ὕλης ἀμέτροιο χαλινὸν,

Gaudentem meis operibus, prudentem contemplatorem
90 Cœlestium, magnamque terrestrium potestatem, angelum alterum
E terra, qui celebret mea consilia, meamque sapientiam. »
Sic dixit, et terræ recentis partem sumens,
Immortalibus manibus meam statuit formam,
Illique de vita sua impertivit; immisit enim
95 Spiritum, qui Divinitatis incorporeæ emanatio est.
Ex terra autem et spiritu factus est homo, immortalis Dei
Imago : regina enim mentis natura in utroque.
304-305 Propterea vitam istam amo propter terram,
Alterius vero amorem concepi propter divinam particulam.
100 Rursus postquam divinum in terra visum est et terrenum
Figmentum in vallibus semper florentis paradisi,
Cum illi nondum esset vitæ adjutor illi similis,
Tunc prudentissimi Verbi hoc maximum exstitit miraculum :
Hominem, quem sui spectatorem mundi condiderat,
105 Radicem meam et semen multifidæ vitæ,
Bifariam dividens magna manu vivifica,
Costam ex latere unicam cepit, eamque in mulierem
Ædificavit, et amorem pectori immiscens
Utriusque, in mutuos complexus ferri concessit,
110 Non tamen omnibus, neque in omnes, sed modum imposuit desideriis,
Quem vocant matrimonium, materiæ immoderatæ frenum ;

89 *Μύστην*. Gloss. συνετὸν μαθητὴν, μυσταγωγόν.

90 *Οὐρανίων*. Nomine *cœlestium*, quorum cultor est homo, *divinas mentes*, ac νοητά, *Deumque ipsum* accipit Combef. *Sic ipse*, inquit, *postmodum Gregorius :* μύστης τε Θεοῦ, θείων τε φαεινός, *Dei discipulus, ut et terrestrium collatum illi imperium.*

91 *Ἐκ χθονός*. Gloss. καὶ κήρυκα ἐπίγειον τῆς ἐμῆς δυνάμεως.

92 *Νεοπηγέος*. Ita Coisl. Edit. νεοπαγέος.

94 *Τῇ δ' ἄρ' ἐῆς*. *Naturæ suæ participem fecit*, immittendo spiritum qui ex incorporali Deitate manat.

95 *Ἀειδέος*. Gloss. ἀσωμάτου. Mox, *ἀπορρώξ*. Gloss. μετοχή.

98 *Riotor*. Sup. lin. βίον. Gloss. : Διὰ τοῦτο τὸν βίον στέργω τὸν σαρκικὸν, ὡς ἐκ γῆς ὑποστὰς, καὶ τὸν πνευματικὸν ἔχειν ἐπιποθῶ, ὡς ἐκ θείας πνοῆς τὴν ὑπόστασιν εἰληφώς. *Propterea vitam terrestrem amo, qualenus e terra formatus; spiritalem autem vitam habere cupio, qualenus ex divino spiritu naturam accepi.*

102 *Τῷ δ'*. Sic Coisl. et Reg. 39. Edit. τοῦ δ'.

104 *Θηήτορα*. Gloss. θεατήν.

105 *Σπέρμα πολυσχιδέος βιότοιο*. Gloss. σπέρμα παντὸς τοῦ κόσμου.

106 *Ζωαρκέϊ*. Int. ζωϊκῇ.

108 *Στέρνοισι*. Reg. 39 στήθεσσι, 990. πραπίδεσσι, 992 στήθεσι.

111 *Καλέουσ'*, *ὕλης*. Chig. et Coisl. male καλέ-

METRICA VERSIO.

Inter mortales medium, mentesque supernas,
Qui læto mea facta animo consideret, atque
Ardua siderei discat mysteria cœli,
Terreaque imperio teneat, sitque angelus alter
E terra, mentemque meam dextramque potentem
Laudibus assiduis celebrans, cantuque sonoro. »
Hæc ait, et terræ, quam paulo struxerat ante,
Particulam quamdam capiens, limumque tepentem,
Æternis manibus corpus mortale creavit,
Exiguamque suæ vitæ partem indidit illi :
Pneuma etenim infudit, quod Numine fluxit ab alto.
Sic partim terra, partim spiramine molli
Primus homo efficitur, Patris immortalis imago.
Nam princeps mentis natura in utroque relucet.
Quo fit ut ex duplici vita mihi corporis ergo
Altera perplaceat : magnaque cupidine rursus
Propter divinam me vulneret altera partem.

B Ast ubi figmentum in terra cœleste videri,
Et viridis pulchro paradisi cœpit in horto
(Necdum etenim similis referens vestigia formæ.
Ulla erat adjutrix vitæ, consorsque laboris),
Protinus aggreditur facinus mirabile Verbum.
Namque hominem primum, quem, latum ut cer-[neret orbem,
Condiderat, vitæ semen genitale, meique
Radicem generis, partes discindit in ambas,
Et tenerum costa truncans latus illius una,
Femineum mira in lucem genus edidit arte,
Ambobusque parem miscens in pectore flammam,
Jussit in amplexus inque oscula mutua ferri.
Nec confusa tamen permisit corpora jungi,
Concubituque vago : sed frenum injecit amori
Conjugium, carnis temere immodiceque vagantis
Vincula ; ne petulans atque effrenata libido,

Digitized by Google

Ὡς μὴ μαιμώωσα, καὶ ἄσχετα μαργαίνουσα,
Προφρονέως ἀγεληδὸν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντων,
Ῥήξειεν μερόπων ἱερὸν γένος ἐκ φιλότητος
115 Ἀζυγέος, πολέμους δὲ καὶ ἔχθεα πᾶσιν ὀρίνῃ
Οἶστρος ἀσημάντοισι φορεύμενος ἀφραδίῃσιν.
Ὄφρα μὲν οὖν μήτειρα βροτῶν ἐπεδεύετο γαῖα,
Οὐδ' εἶχεν κόσμον τὸν ὑπέρτατον, ὥσπερ ἔμελλεν,
Ἀλλὰ καὶ ὁ πρώτιστος ἀτασθαλίῃσιν ἔῃσι,
120 Βασκανίῃ τε δράκοντος ἀδευκέος ἐκ παραδείσου
Βληθεὶς ἀνδροφόνοιο φυτοῦ διὰ γεῦσιν ἀλιτρὴν,
Δερματίνοισι χιτῶσιν ἑὴν ἔβρισ' ἐπὶ γαῖαν·
Τόφρα δὲ καὶ δυὰς ἦεν ἐν ἀνθρώποισιν ἀρίστη,
Καὶ γάμος, ἀνδρομέης γενεῆς φύσις, ἄλκαρ ὀλέθρου.

A 125 Ὡς κεν ἀπολλυμένων τε καὶ ἐρχομένων μετ-
[ὀπισθεν
Ἕλκηται μερόπων τρεπτὸν γένος, οἷα ῥέεθρον,
Ἄστατον ἐκ θανάτοιο, καὶ ἱστάμενον τεκέεσσιν.
Αὐτὰρ ἐπεὶ κόλποι τε καὶ εὐρέα πείρατα γαίης,
Ἀντολίη τε, δύσις τε, νότου πλευρὴ, βορέου τε
130 Πλῆσθεν ἐφημερίων, ὕβριν δ' ἐξέζεσεν ἰλὺς,
Καὶ πολλοῖσι πάρος παιδεύμασι πλάσμα δαμασθὲν
Γλώσσαις τεμνομένῃσι, καὶ ὕδασι, καὶ πυρὸς ὄμβροις,
Καὶ γραπτοῖο νόμοιο διδάγμασιν, ἠδὲ προφῆταις,
Οὐκ ἔθελε πρώτης κακίης ἀπὸ δεσμὰ τινάξαι,
135 Ἀλλ' αἰεὶ στερεοῖσιν ἐν ἄμμασιν εἶχετο σαρκὸς,
Μαχλοσύναις τε, μέθαις τε καὶ εἰδώλοισι μεμηνὸς,

Ne lasciviens illa et insuperabiliter effervescens,
Hominum libidinose in promiscuos concubitus abeuntium
Sacrum genus, amore jugi experte, rumperet,
115 Ac bella et odia in omnibus accenderet
Œstrum effrenata insania concitatum.
Quandiu autem mater tellus hominibus indigebat,
Nec ad summum decus, quod ei destinabatur, pervenerat,
Sed et primus homo propria nequitia
120 Et invidia crudelis draconis e paradiso
Ejectus ob funestum homicidæ arboris gustum,
Pelliceis vestibus in terram suam decidit:
Tandiu optima in hominibus exstitit duorum conjunctio,
Et nuptiæ, humanæ generationis principium, mortis solatium:
125 Ut morientium et postea superveniemtium mutabile
Hominum genus, veluti flumen traheretur,
Instabile ob mortem, stabile per liberos.
Rursus postquam tractus terræ et remotissimi termini,
Oriens, Occidens, Austri plagæ, Boreæque
130 Impleta sunt mortalibus, ac in vitium limus efferbuit:
Postquam multis prius animadversionibus domitum figmentum,
Linguis divisis, aquis, ignis imbribus,
306-307 Legis scriptæ documentis atque etiam prophetis,
Noluit primæ nequitiæ vincula excutere,
135 Sed semper carni astringebatur firmis nexibus,
Lasciviis, ebrietatibus, et simulacris insaniens,

ουσιν, ὕλης, quod peccaret contra metrum, cum ὕλης habeat primam syllabam longam, ut videre est in Indice Homerico et in *Thesauro* Morell. (CAILLAU.)

115 *Ἔχθεα.* Sic Regg., 991 et 992. Edit. ἄχθεα, id est, *ne, si petulans et effrenata libido nullo coerceretur freno, humani generis sacra consortia rumperentur, atque indomita voluptas horrida moveret bella.*

117 *Ἐπεδεύετο.* Gloss. ἐπιδεὴς ἦν.

118 *Τὸν ὑπέρτατον.* Gloss. μεῖζονα, nempe πλήρωμα τῶν ἀνθρώπων, *hominum multitudinem*, ut exponit Paraph. Reg. cod. et Combef.

119 *Πρώτιστος.* Gloss. ἄνθρωπος.

120. *Ἀδευκέος.* Cod. 993 ἀναιδέος. Gloss. χαλεποῦ.

121 *Ἀνδροφόνοιο φυτοῦ. Pestiferam* hanc arborem ob affectum vocat, non quod natura sua esset exitiosa: *Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, et erant valde bona* (*Gen.* I, 31).

122 *Ἑὴν ἔβρισ'.* Paraph. εἰς τὴν ἰδίαν κατώλισθε γῆν.

124 *Φύσις.* Reg. χύσις.

130 *Πλῆσθεν.* Gloss. ἐπληρώθησαν ἀνθρώπων, ὕβριν δ' ἐξέβρασεν ὁ πηλός.

135 *Ἄμμασι.* Gloss. ἐν δεσμοῖς κατείχετο.

136 *Μαχλοσύναις.* Gloss. πορνείαις. Mox μεμηνός. Chig. et duo Regg. μεμηλός.

METRICA VERSIO.

Nobis inter nos nullo discrimine junctis,
Ex libito coitu, thalami nec lege jugato,
Rumperet humani generis consortia sacra,
Ac temere indomiteque ruens incerta voluptas
Innumeras turbas atque horrida bella moveret.
Ergo dum generis tellus erat indiga nostri,
Nec decus illa suum mundumque acceperat omnem,
Atque etiam culpaque sua, sævique draconis
Invidia, vetitum ligni exitialis ob esum,
Infelix Adamus, paradiso pulsus amœno,
Pelliceo in terram cecidit depressus amictu:
Tantisper quoque mollis erat conjunctio carnis
Optima, connubiumque ferax, luctusque juvamen.
Namque aliis morti jugulum præbentibus atræ,
Vitalesque aliis rursus carpentibus auras,

B Vita trahebatur violenti fluminis instar,
Labilis ob duræ fatalia spicula mortis,
Fixaque perpetuo numerosæ semine prolis.
At postquam terræ gremium, finesque remoti,
Ortusque, Occidiumque latus, quaque humidus Au-
Et Boreas flatu glaciali concutit orbem, [ster
Impletum est genere humano, vitiisque nefandis
Corporeæ cœpit massæ fervescere cœnum,
Pluribus atque modis domitum genus ante rebelle
(Dissectis linguis, et aquis, et vindice flamma,
Et scriptæ legis documentis, atque prophetis)
Excutere antiquæ renuebat vincula noxæ;
Quin potius firmis carni complexibus hærens
In Bacchum et Venerem simulacraque muta ruebat,
Consilio tandem magno nutuque Parentis

Digitized by Google

Ὑστάτιον τοιῆσδε φίλον γένος ἔμμορε τιμῆς
Νεύμασιν ἀθανάτοιο Πατρὸς, καὶ ἔργμασι Παιδός.
Χριστὸς, ὅσον βροτέῳ ἐνὶ σώματι κάτθετο μοίρης
Οὐρανίης, λεύσσων κακίης ὕπο θυμοβόροιο
Δαπτόμενον, σκολιόν τε βροτῶν μεδέοντα δράκοντα,
Ὅς κεν ἀναστήσειεν ἐὸν λάχος, οὐκέτι νοῦσον
Ἄλλοισιν ἐφέηκεν ἀρηγόσιν, (οὐ γὰρ ἐπαρκὲς
Τοῖς μεγάλοις παθέεσσι μικρὸν ἄκος·) ἀλλὰ κενώσας
Ὃν κλέος, οὐράνιός τε καὶ ἄτροπος οὐρανίοιο
Εἰκὼν, ἀνδρομέοις τε καὶ οὐ βροτέοισι νόμοισι,
Σεμνοῖς ἐν σπλάγχνοισιν ἀπειρογάμοιο γυναικὸς
Σαρκωθεὶς, ὦ θάμβος ἀφαυροτάτοισιν ἄπιστον,
Ἦλθε Θεὸς θνητός τε, φύσεις δύο εἰς ἓν ἀγείρας,

Tandem amicum genus hunc honorem sortitur
Patris æterni nutibus et Filii operationibus.
Quidquid Christus humano corpori injecerat naturæ
Cœlestis, videns id pestifera malitia peredi,
Ac obliquum draconem imperium in homines obtinere,
Ut suam exsuscitaret hæreditatem, non jam morbum
Aliis commisit medicis (non enim idonea
Gravibus morbis levis medicina); sed exuens se
Sua gloria cum cœlestis esset, et immutabilis imago
Patris cœlestis, more humano, et contra humanum morem,
Venerandis in visceribus virginis mulieris
Incarnatus, o miraculum infirmis animis incredibile!
Venit Deus et mortalis, duas naturas in unum colligens,
Alteram absconditam, manifestam mortalibus alteram,
Quarum illa Deus erat, hæc autem postremo nobis formata est,
Tunc cum in visceribus mistus est Deus humanis:
Unus utrinque Deus: siquidem Deitati mistus
Et homo per deitatem rex et Christus exstitit.
Nova autem exstitit mistio, quia primam contempsi.
Primum quidem ego divini spiraculi particeps fui, ac postremo
Christus animam meam et membra omnia suscepit;
Adamum illum antea liberum, qui nudus erat
Peccati, priusquam serpentem videret, atque fructum gustaret
Et mortem, simplicibusque animam cogitationibus nutriebat

137 *Ὑστάτιον.* Hic versus et alii tredecim fere continui, iterum leguntur supra, sect. I, poem. IX, *De Testamentis et adventu Christi*, vers. 32 et sqq.

150 *Κευθομένην.* Chig. κρυπτομένην.

153 *Εἷς Θεὸς ἀμφοτέρωθεν. Unus utrinque Deus;* non quod ex utraque natura sit Deus; sed quia Deus et homo unus est Christus, ac proinde Deus. Ita Bill., Combef. autem: *Utraque natura, qua Christus, unusque Deus ac filius.*

156 *Πρῶτον.* Duo Regg. πρόσθεν.

158 *Κεῖνον Ἀδάμ.* Hic Benedictini supponentes legendum esse ὡς pro ὅς, istaque verba ὡς γυμνὸς ἦεν, duobus virgulis concludentes, ita verterant: *Adamum illum, qui cum nudus esset, antequam serpentem videret, et de fructu gustaret, liber erat a vitio et a morte.* Nihil autem immutando, sensus planus est et facilis; unde illorum versionem deserere ausi sumus propter erroris evidentiam, præsertim cum clarum sit poetam alludere ad hæc verba Scripturæ: *Mortem non gustabit in æternum.* Cæteros versus ita disposuerant docti Interpretes, ut præter constantem ipsorum consuetudinem omnia verba inverterent; illa ad solitum ordinem revocare satius judicavimus. (CAILLAU.)

METRICA VERSIO.

Atque opera Nati talem sortitur honorem.
Namque Deus quidquid cœleste in carne locarat,
Totum pestifero lacerari crimine cernens,
Obliquumque hominum generi dare jura draconem:
Ut nos afflictos vitiis misereque jacentes
Erigeret, non jam morbi committere curam
Sustinuit medicis aliis (nam parva medela
Pellendis gravibus non est accommoda morbis),
Sed sese evacuans, licet immutabilis esset
Et cœli dominus, Patris et cœlestis imago,
More hominum simul, et mortali lege revulsa,
Virginis in casto conceptus ventre puellæ
(Res mira, infirmis animis terræque volutis
Non factura fidem!), Deus et mortalis in orbem
Venit, naturam duplicem complexus in unum.
Altera mortales hominum fugiebat ocellos:

Altera perspicuo foriebat lumina sensu.
Illa Deus sublimis erat, dominator Olympi:
Hæc nostræ causa tandem producta salutis.
Tunc cum mortali Deus est in corpore junctus,
Unus utrinque Deus. Deitati namque beatæ
Junctus homo, deitasque homini simul addita, Christus.
Hac porro ratione nova est commistio facta,
Quod prior a nobis fœde calcata fuisset.
Primum ego divinæ traxi spiracula vitæ:
Post animam Christus suscepit et omnia membra
Corporis, atque Adamum subiit, sed qualis in ortu
Cum nondum vitiis infectum pectus haberet,
Nec dulci alloquio diri serpentis et astu
Pellectus, pomum, Stygiamque in viscera mortem
Misisset, supera sed mentem pasceret esca,

Digitized by Google

Οὐρανίοις; μύστης τε Θεοῦ θείων τε φαεινός.
Τὸν μὲν ἀναπλάσσων, βροτέην Θεὸς ἐς φύσιν ἦλθεν,
Ὡς κεν ἀεθλεύσας τε καὶ ἐκ θανάτοιο φονῆα
Νικήσας, γεῦσίν τε χολῇ, καὶ χεῖρας ἀθέσμους
165 Ἥλοισι, σταυρῷ τε φυτὸν, καὶ ὕψεῖ γαῖαν,
Πρὸς ζωὴν παλίνορσον Ἀδὰμ καὶ κῦδος ἀνάξῃ.
Πείρασι δ' ἁπλώσας ἱερὸν δέμας, ὃν βροτὸν αὐτὸς
Ἐκ περάτων συνάγειρε, καὶ εἰς ἕνα δῆσατο φῶτα,
Καὶ μεγάλης θεότητος ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔθηκεν,
170 Αἵματι μὲν Ἀμνοῖο μολύσματα πάντα καθ-
[ἠρας,
Οἴμου δ' οὐρανίης θνητοῖς ἀγὸς ἔνθεν ἀερθείς.
Ὦ Ἄνα, τίς δέ κε σεῖο νόον καὶ βένθος ἀνεύροι,
Ὅς σταγόνων ὑετοῖο, καὶ ὃς ἁλίης ψαμάθοιο
Οἶδας ἀριθμὸν ἅπαντα, καὶ ὃς ἀνέμοιο κελεύθους;

A 175 Τίς δέ κεν αὖ γνώσοιτο τεῆς, Μάκαρ, ἴχνια
[βουλῆς,
Ὑψιμέδων ὡς πάντ' ἐφορᾷς καὶ πάντα κυβερνᾷς,
Αἰὼν ὅσσα κέκευθεν ἀπείριτος; Ἐς δὲ σὲ τείνων
Νοῦς μερόπων τυτθὸν λεύσσει σέλας, οἷα τάχιστα
Ἀστεροπὴν φεύγουσαν ἀπ' ἠέρος. Ἀλλὰ τόδ' ἔμπη,
180 Ἀτρεκὲς, ὡς παθέεσσι τεοῖς βροτὸν ἔνθεν
[ἀείρας,
Ἐς βίον ἄλλον ἔθηκας ἐλεύθερον ἀντὶ κακοῖο.
Πρόσθε μὲν ὠδίνεσκε βίος καὶ κόσμος ἔραζε,
Καὶ χθονίων βασιλῆα πολὺς ἀμφίστατο λαὸς,
Οὓς μεγάλου Βασιλῆος ἀφήρπασε κερδοσύνῃσι.
185 Νῦν δ' αἰνῆς κακίης Χριστὸς ἀπὸ χειρὸς ἐρύσ-
[σας,
Ἂψ ἀνάγει πρὸς Ἄνακτα μέγαν καὶ κόσμον ἀρείω.

Cœlestibus, contemplator Dei ac divinorum splendidus.
Hunc restituere volens, humanam Deus in naturam venit,
Ut cum decertasset, et morte homicidam
Vicisset, gustum felle, infandas manus,
165 Clavis, cruce arborem, atque excelso terram stipite,
Rursus ad vitam Adamum et ad gloriam revocaret.
Ad terræ autem fines sacrum corpus expandens, hominem suum
Ex finibus congregavit, atque in unum colligavit hominem,
308-309 Magnæque divinitatis in ulnas deposuit,
170 Cum sanguine Agni piacula omnia expiasset,
Ac semitæ cœlestis dux mortalibus hinc evectus esset.
O Rex! quis mentem tuam et profundum investiget,
Qui guttarum pluviæ, qui maris arenæ
Numerum omnem nosti ac venti vias?
175 Quis tui, o Beate, cognoscat vestigia consilii?
Quomodo, in cœlo regnans, omnia inspicias, omnia gubernes,
Quæcunque infinitum ævum occultavit? In te intendens
Mens humana pusillum aspicit splendorem, velut celerrime
Fulgur a nebula fugiens. Illud tamen certissimum est,
180 Hominem passionibus tuis hinc a te evectum in aliam
Vitam esse translatum, et ipsi libertatem fuisse redditam, qui malus erat:
Ac antea quidem in terra sæculum et mundus parturiebant,
Et terrestrium regem populus ingens circumcingebat,
Quem a magno Rege abstraxerat suis fraudibus.
185 Nunc autem Christus e manibus detestabilis nequitiæ erutos
Rursus ad magnum Regem et ad meliorem mundum reducit.

161 *Μύστης τε.* Sic duo Regg. et Combef Edit. μύστις τε. Benedictini ita verterant ac si φαεινός esset substantivum, et dixerant: *Dei discipulus ac divina contemplans*, quod contra linguæ Græcæ notitiam evidenter peccat: unde correximus sine dubitatione. (CAILLAU.)

167 *Οἳ.* Aldus junxit cum δέμας, *corpus suum.*

168 *Εἰς ἕνα δῆσατο φῶτα.* Alludere videtur, inquit Bill., ad id quod ait Apostolus, Ephes. II, 15, *Christum ideo mortem pertulisse, ut duos conderet in semetipso, in unum novum hominem faciens pacem.*

171 *Ἀερθείς.* Sic Reg. 39 et 993. Edit. ἀείρας.

175 *Ἴχνια.* Reg. 39 ἴχνεα.

176 *Ὡς.* Reg. 993 ὅς.

177 *Ἐς.* Reg. 993 εἰς.

METRICA VERSIO.

Simplicibusque cibis, meditans cœlestia, clarus
Discipulusque Dei, divinaque sola volutans.
Hunc renovare volens humanum Christus in ævum
Prodiit, ut pugnans, et acerba morte latronem
Crudelem superans, et gustu fellis amari
Pestiferum ligni gustum, dextrasque nefandas
Clavis, et dulcem sancta crucis arbore plantam,
Atque salutiferæ crucis alto stipite terram,
Vitæ Adamum antiquæ reddat, lucique priori.
Quinetiam expandens sacrati corporis artus
In fines orbis, mortale ex finibus orbis
Collegit genus, atque hominem contraxit in unum,
Et mediis magnæ posuit deitatis in ulnis,
Expurgans fœdas agnino sanguine labes,
Ac scelus e medio tollens quod clauserat astra.
Quis reperire tuæ, bone Rex, queat abdita mentis,
Cui pluviæ guttæ, cui cognitus omnis arenæ

B Est numerus, ventique viæ? quis noscere magni
Ardua consilii rursus vestigia possit?
Omnipotens, qui cuncta vides, et cuncta gubernas,
Quæcunque hic mundus claudit latissimus. In te
Mens hominum defixa brevi splendore refulget:
Non secus ac fulgur rapidum, quod protinus ortum
Protinus emoritur, perstrictaque lumina linquit.
Nec tamen hoc dubium est, quin per tua vulnera
Reddita libertas fuerit, vitæque prioris [nobis
Sordibus excussis, ævo meliore fruamur.
Ac prius in terra spargebat semina mundus,
Atque ingens mundi cingebat turba tyrannum,
Quam vafer a magno distractam Rege tenebat
Nunc autem fœdo vitiorum gurgite Christus
Extractam, Regi, meliorique asserit ævo.
Illud connubium, contra hoc mortalibus affert
Splendida virginitas; terræ decus illud, at ista

Digitized by Google

Κεῖνο γάμος μερόπεσσι, τὸ δ' ἀζυγίη θεοειδής.
Κόσμος ὁ μὲν γαίης, ἣ δ' οὐρανίοιο χορείης.
Ἄπνοα δ' ὡς πινάκεσσιν ἀνὴρ εἴδωλα χαράσσων,
Βαιοῖς μὲν πρώτιστον, ἀμυδροτέροις τε τύ- [ποισιν
Εἶδος ὑποσκιάει πειρώμενος· αὐτὰρ ἔπειτα
Χρώμασι παντοδαποῖσιν ὅλην ἐστήσατο μορφήν·
Ὣς ἄρα παρθενίη Χριστοῦ λάχος αἰὲν ἐόντος,
Πρόσθε μὲν ἐν παύροισι φαείνετο, καὶ σκιόεσσα,
Μέσφ' ὅτε καὶ βασίλευε νόμος, χρώμασσιν [ἀφαυροῖς
Φαινομένοις, κρυπτόν τ' ὀλίγοις ὑπελάμπετο φέγγος.
Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ Χριστὸς ἀγνῆς διὰ μητρὸς ὀδεύσας
Παρθενικῆς, ἀδέτοιο, θεουδέος, ἀχράντοιο
(Νόσφι γάμου καὶ πατρὸς ἐπεὶ χρέος ἦε γενέσθαι),
Ἥγνισε θηλυτέρας, Εὔαν δ' ἀπεσείσατο πικρὴν,

A Καὶ σαρκὸς δ' ἀπέπεμψε νόμους, μεγάλοις τε λόγοισι
Πνεύματι γράμμ' ὑπόειξε, καὶ ἡ χάρις ἐς μέσον ἦλθεν·
Δὴ τότε παρθενίη στράψεν μερόπεσσι φαεινὴ,
Λυομένη κόσμοιο, λύουσά τε κόσμον ἄφαυρὸν,
Τοσσάτιον προφέρουσα γάμου βιότοιό τε δε- [σμῶν,
Ὁσσάτιον ψυχὴ προφερεστέρη ἔπλετο σαρκὸς,
Καὶ χθονὸς οὐρανὸς εὐρὺς ὅσον βιότοιο ῥέοντος
Ἑστηὼς μακάρεσσιν, ὅσον Θεὸς ἀνδρὸς ἀρείων.
Καὶ χορὸς ἀμφὶ Ἄνακτα φαεσφόρον ἵστατ' ἀμεμφὴς,
Οὐράνιος, γαίηθεν ἐπειγόμενος Θεὸς εἶναι,
Χριστοφόρος, σταυροῖο λάτρις, κόσμοιο περίφρων,
Τεθνηὼς χθονίοισιν, ἐπουρανίοισι μεμηλὼς,
Λαμπτῆρες κόσμοιο, διαυγέα φωτὸς ἔσοπτρα,
Οἵ Θεὸν εἰσορόωσι, καὶ ὧν Θεὸς, οἵ τε Θεοῖο.
Δεῦρ' ἄγ', ὅσαι πλευρῇσιν ὁμόφρονες, ἠδὲ γάμοιο

Hoc nuptiæ hominibus, illud virginitas Deo similis præstitit.
Illæ telluris decus sunt, ista cœlestis chori.
Quemadmodum pictor inanimes tabulis imagines illinens,
Levibus primum et opacioribus notis
Speciem adumbrare tentat; deinde vero
Omni colorum genere totam absolvit effigiem:
Sic virginitas, Christi pars semper exsistentis,
Prius quidem in paucis videbatur, et umbris abdita erat,
Quandiu lex coloribus obscure apparentibus
Regnavit, et occultus splendor paucis affulsit.
At postquam Christus ex casta Matre virgine,
Jugi experte, Deo simili, incontaminata prodiens
(Necesse enim erat, ut sine nuptiis, sine patre nasceretur),
Sanctificavit feminas, Evamque acerbam repulit,
Et carnis leges removit, ac per Evangelii prædicationem
Spiritui cessit littera, venitque in medium gratia:
Tunc profecto virginitas mortalibus illuxit splendida,
Soluta mundo, ac mundum infirmum solvens,
Tanto præstantior nuptiis ac vitæ vinculis,
Quanto anima præstat carne,
Et terra latum cœlum, et vita fluitante
310-311 Stabilis beatorum vita, et Deus homine.
Tunc chorus circa Regem luce circumfluentem stetit immaculatus,
Cœlestis, e terra properans fieri Deus,
Christifer, crucis cultor, mundi contemptor,
Mortuus terrestribus, cœlestibus deditus,
Mundi lumina, clara lucis specula,
Qui Deum contemplantur, quorum Deus est, et qui Dei sunt.
Eia agite, quæcunque thalamum laudatis, ac nuptiis

188 *Χορείης*. Sic habent tres Regg. Unus χοροῖο. Edit autem θεοῖο.
189 *Ἄπνοα δ' ὡς*. Ita schol. et hoc exigit metrum. Edit. ὡς δ' ἄπνοα. (Caillau.)
191 *Πειρώμενος*. Sic Reg. 39, 993. Edit. τειρώμενος.
196 *Κρυπτόν τ'*. Reg. 993 κρυπτὸν δ'.
198 *Θεουδέος*. Int. θεοσεβοῦς.
200 *Ἀπεσείσατο*. Ita Chig. et duo Regg. Edit. ἀπεπείσατο.
213 *Ἔσοπτρα*. Reg. 990 ἔσωπτρα.

METRICA VERSIO.

Numinis est summi, lateque patentis Olympi.
Ut vero in tabulis pictor dum corpora fingit,
Obscuris primum ora notis levibusque figurat,
Mox formis studet omnigenos adhibere colores,
Atque opus incœptum numeris polit omnibus artis:
Sic quoque virginitas, magni pars inclyta Christi,
Ante quidem umbroso in paucis splendore micabat,
Dum lex jura daret terris, et in orbe vigeret,
Exiguis spectanda notis, paucisque liceret
Lucis ad internæ radios penetrare micantes.
At postquam Christus per castæ viscera matris,
Absque patre et tædis, vitæ progressus in auras,
Lustravit muliebre genus, primamque parentem
Depulit, et carnis leges abscedere jussit,
Spirituique novo submisit littera fasces,

B Gratiaque in medium venit: tum denique nostro
Virginitas generi præclaro lumine fulsit,
Instabilem mundum abrumpens, abruptaque mundo:
Connubium tantum exsuperans, et vincula vitæ,
Quantum animus carni præstat, convexaque cœli
Regia tellurem superat, quantoque fugaci
Illud in æternum durans præstantius ævum est,
Quanto mortali melior Deus. Ac chorus ingens,
Carpere quem nequeas, Regem lætissimus ambit,
Cœlestis, studioque omni Deus esse laborans,
Christifer, atque crucis servus, mundique ruentis
Contemptor, tota meditans cœlestia mente,
Perspicuum lucis speculum, lux fulgida mundi:
Quique Dei, cujusque Deus, quem cernere gaudet.
Vos quibus est cordi thalamus, tædæque jugales,

Digitized by Google

Μυστίδες, ὑψικάρηναι καὶ ὄμματα γοργὰ φέρουσαι,
Καὶ χρυσὸν λιθάκεσσι μεμιγμένον εὐγενέεσσι,
Καὶ μαλακοὺς ἁπαλοῖσι περιῤῥεθέεσσι χιτῶνας,
Λέξαθ' ὅσα θνητοῖσι γάμος καὶ δεσμὸς ὀπάζει
Κέρδεα, καὶ μετέπειτα καλέσσομεν ἄζυγα μοί-
[ρην.
Αἱ μέν τοι ἐρέουσιν ἐπίτροχα φυσιόωσαι·
Κέκλυτε δ', ὦ φίλα τέκνα γάμου, χθονίων βασιλῆος,
Ἡμεῖς, ἧσι μέμηλε γάμος καὶ δεσμὰ βίοιο,
Ἀνδρομέης γενεῆς, καὶ αἵματος ἡμετέροιο,
Ὃν Πάϊς ἀθανάτοιο Πατρὸς ἐστήσατο θεσμὸν
Ἐξέτι τοῦ, ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ πλευρῇ συνέδησε,
Καρπὸν ἀπ' ἀνθρώποιο πέλειν βροτὸν, ἐκ δὲ γάνοιο,
Καίπερ θνητὸν ἐόντα, μένειν σταχύοντα τέκεσσιν,

A Τόνδε νόμον τίουσαι, ὁμοζυγέην τ' ἐρατεινὴν,
Ἀλλήλαις συνέδημεν, ἐπεὶ χοὸς ἐκγενόμεσθα,
Χοῦ νόμον ἠδὲ Θεοῖο παλαίτατον ἀμφιέπουσαι.
Καὶ γὰρ δὴ φύσιες μὲν ὅσαι λάχον οὐρανὸν εὐρὺν,
Ἄζυγές, παθέων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
Κρείσσονες· ἡμερίοις δὲ γάμος καὶ δεσμὸς ὄνειαρ.
Ἀμφότερον, πτόρθων τε φίλων, καρπῶν τ'
[ἐρατεινῶν
Ῥίζα τε καὶ βιότοιο μελίφρονος ἐσθλὸν ἔρεισμα.
Πρῶτα Θεὸς πάντων γενέτης. (Καὶ ἴλαθι, Χριστὲ,
Σεῖο νόμοις καθαροῖσι παροίτερον ἢ τοπάροιθεν.)
Τῷ δ' ἐπὶ δεσμὸς ἔρωτος, ἐπεὶ καὶ γαῖα καὶ αἰθήρ,
Καὶ πόντος τεκέεσσι, γάμου δώροισι, τέθηλεν.
Εἰ δ' ἐτεὸν φοίνιξι πόθου νόμος ὑψικόμοισι,

Initiatæ estis, quæ sublime caput oculosque procaces geritis,
Ac aurum lapidibus permistum pretiosis,
Quæque mollibus vestibus delicata membra tegitis,
Dicite quot et quanta mortalibus connubium et vinculum offerant
Commoda, deinde vocabimus partem jugi expertem.
Ac illæ quidem sic statim turgidæ loquentur :
Audite, o chara soboles connubii, terrestrium regis,
Nos, quibus curæ sunt nuptiæ et vitæ vincula,
Generationis humanæ et sanguinis nostri legem
Constitutam ab æterni Patris Filio,
Cum Adamum costæ primum conjunxit,
Ut fructus ex homine homo nasceretur, ac per generationem,
Quamvis mortalis esset, maneret in sobole, ut in spica :
Hanc legem et amabile conjugium magnificentes,
Mutuam conjunctionem sectamur, et quia e terra originem traximus,
Terræ Deique legem antiquissimam amplectimur.
Naturæ enim quæ latum cœlum sortitæ sunt,
Jugi expertes sunt, ac passionibus et molestis sollicitudinibus
Superiores : mortalibus autem connubium et vinculum utilia sunt.
Utrumque enim hoc habent, ut et dulcium ramorum et amabilium
Fructuum radix sint, et dulcis vitæ optimum præsidium.
Primum Deus universorum genitor (Christe, fave
Legibus tuis sanctis impensius quam olim).
Inest autem universo vinculum amoris : siquidem terra et æther
Et pontus sobole, quæ connubii donum est, efflorescunt.
Quod si vere palmis alticomis inest lex amoris,

216 *Ὑψικάρηναι*. Sic tres Regg. Edit. ὑψικάρηνα.
218 *Περιῤῥεθέεσσι*. Τοῖς μέλεσι, poetica licentia, vox conjuncta.
219 *Λέξαθ'*. Ita Chig., Coisl. et Reg. Edit. mendose δέξαθ'.
223 *Ἧσι*. Duo Regg. αἷσι.
226 *Πλευρῇ συνέδησε*. Reg. 990 πλευρῆσιν ἔδησε.
227 *Ἐκ δὲ γάνοιο*. Regg. duo ἐκ δὲ γάμοιο.
229 *Ὁμοζυγέην*. Reg. 39, et Coisl. ὁμοζυγίαν.
230 *Ἀλλήλαις*. Tres Regg. ἀλλήλοις.
232 *Φύσιες*. Regg. 993 φύσεες.
237 *Καὶ ἴλαθι, Χριστέ*. Hæc verba sensu carere Billio visa sunt; eaque in sua versione expungenda judicavit. Sensu tamen non carent; his enim, ut Combefisio videtur, anteoccupat quod opponi poterat, nempe his matrimonii laudibus, institutæ a Christo virginitati plurimum detrahi, quod a se poeta repellit. In mss. sup. lin. τοῖς σοῖς νόμοις πάλαι ἔμπροσθεν ἢ πρὸ τούτου.
239 *Τῷ δ' ἐπί*. Coisl. sup. lin. ἐπὶ τούτῳ δέ.
241 *Φοίνιξι*. Vide Plin. *Hist. nat.*, lib. XIII, c. 4.

METRICA VERSIO.

Quæ sublime caput geritis, vultusque procaces,
Intextumque aurum gemmis, quæ mollibus artus
Vestibus integitis, prodite, et dicite primæ,
Quæ bona conjugium pariat, quæ commoda portet;
Post autem innuptæ pro se quoque dicere parti
Fas erit. Ergo illæ tumido sic ore loquentur :
Audite, o dulcis thalami charissima proles,
Qui terram imperio terrenaque cuncta gubernat.
Nos, quibus est curæ thalamus thalamique voluptas,
Legem, quam generi humano nostroque cruori
Numinis æterni soboles sanctissima fixit
(Inde ex quo primum lateri conjunxit amico
Primigenum illum Adamum, et costæ sociavit
[ademptæ,
Nempe hominem ut producat homo, natosque
[creando,

B Mortalis licet ipse, tamen sibi proroget ævum,
Ut solet in viridi revirescere semen arista),
Hanc legem et thalami genialia jura colentes,
Vivimus inter nos junctim, terraque creatæ
Antiquam sequimur legem terræque Deique.
Nam mentes, quæ cœlum habitant, sedesque beatas,
Conjugis expertes vivunt, motusque, gravesque
Ignorant curas. Mortali sanguine cretis
Utile conjugium est, ramorum certaque radix
Pulchrorum, dulcis vitæ columenque decusque.
Ac primum Deus est rerum generator et auctor
(Sis facilis mihi, Christe, tuas nam non nego leges
Esse magis puras multo, quam jura priora):
Mox amor et thalamus; nam terra, et pontus, et
[aer
Munere connubii producta prole virescunt.

Digitized by Google

Μιγνυμένους θῆλύν τε καὶ ἄρσενα εἶαρος ὥρῃ
Ἐρνοκόμων παλάμῃσι βρύειν βοτρυώδεα καρπὸν,
Εἰ δὲ καὶ ἐκ δυάδος λιθάκων λίθος εἰς ἓν ἰούσης
Τίκτεται, ὡς ἐνέπουσι λίθων ἐπιΐστορες ἄνδρες,
Ἔστι καὶ ἀψύχοισι γάμος καὶ δεσμὸς ἔρωτος.
Ἀλλὰ τί μου ξείνων φιλότης μύθων τε πόθων τε;
Δέρκεο τὰ μερόπεσσι γάμος πόρσυνεν ἐχέφρων.
Τίς σοφίην ἐδίδαξε φίλην, καὶ βένθε' ἀνεῦρεν,
Ὅσσα χθὼν, ὅσα πόντος, ὅσ' οὐρανὸς ἐντὸς ἐέργει;
Τίς πτολίεσσιν ἔθηκε νόμους; καὶ τῶνδε πάροιθεν
Τίς πτόλιας δ' ἀνέγειρε, καὶ ἤῦρετο μήδεσι τέχνας;
Τίς πλῆσεν ἀγορὰς καὶ δώματα, καὶ τίς ἀγῶνας;
Τίς στρατὸν ἐν πολέμοισι, καὶ ἐν θαλίῃσι τραπέζας;
Τίς χορὸν ὑμνητῆρα θυώδει πήξατο νηῷ;

A Τίς θηρῶν κατέλυσε βίον, καὶ γαῖαν ἀράσσειν,
Καὶ φυτοεργείην ἐδιδάξατο, καὶ πελάγεσσι
Νῆ' ἐπαφῆκε μέλαιναν ἐπειγομένην ἀνέμοισι;
Τίς γαῖαν καὶ πόντον ὑγρῇ συνέδησε κελεύθῳ
Νόσφι γάμου, τὰ δὲ πολλὸν ἀπόπροθεν εἰς ἓν ἄγειρε;
Καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε, τοῖα. Τὰ δ' ὑψόθι, πολλὸν ἀρείω.
Ἀλλήλοισι χέρες τε καὶ οὖατα καὶ πόδες ἐσμὲν
Συζυγίῃ. Διπλοῦν δὲ γάμος καὶ ἀναλκιν ἔθηκε,
Χάρμα μέγ' εὐμενέεσσιν, ἄχος δέ τε δυσμενέεσσι.
Ξυναὶ καὶ μελεδῶναι ἐλαφρίζουσιν ἀνίας·
Ξυναὶ δ' εὐφροσύναι γλυκερώτεραι ἀμφοτέροισι.
Τερπνότερος μὲν πλοῦτος ὁμοφρονέουσι τέτυκται·
Τερπνοτέρη πλούτοιο δ' ὁμοφροσύνη χατέουσι.
Κλῃΐς δ' ἀμφοτέροισι σαοφροσύνης τε πόθων τε

Ut masculus et femina verno tempore maritati
Hortulanorum manu præferant fructum racemosum,
Si ex duobus lapidibus in unum coeuntibus lapis
312-313 245 Nascitur, ut asserunt qui lapidum scientiam callent,
Sunt etiam in rebus inanimis nuptiæ et vinculum amoris.
Sed quid ego externos sermones et amores persequor?
Vide, quid præstent hominibus nuptiæ prudentes.
Quis sapientiam docuit? quis profunda investigavit,
250 Quæcunque terra, quæcunque mari, quæcunque cœlo includuntur?
Quis urbibus leges dedit, et ante leges
Quis urbes condidit, et artes meditando invenit?
Quis fora et domos implevit, quis palæstras?
Quis exercitum in bellis, et mensas in conviviis?
255 Quis chorum hymnorum cantorem in templo suffitibus perfuso constituit?
Quis ferinam vivendi rationem repressit, et terram arare,
Ac plantas inserere docuit, et maribus
Navem nigram immisit ventis impetendam?
Quis sine nuptiis terram et pontum humida semita
260 Conjunxit, ac remotissima in unum devinxit?
Atque hæc quidem talia. Quæ vero sublimia, longe meliora.
Nobis invicem manus et aures et pedes sumus
Nuptiarum beneficio, quæ duplum robur afferunt,
Magnum sane amicis gaudium, et inimicis dolorem præstant.
265 Communis sollicitudo delinit molestias.
Communes jucunditates sunt utrique suaviores.
Jucundiores fiunt divitiæ ex concordia.
Jucundior divitiis concordia his qui divites non sunt;
Clavis utrisque et castitatis et amoris

241 *Μιγνυμένους*. Ita tres Regg. Edit. πηγνυμένους.
241 *Ἐκ δυάδος*. Vide eumd. Plin., lib. xxxvi, cap. 18, et Solin., cap. 56.
252 *Ἤῦρετο*. Coisl. εὕρετο. Chig. εὔρατο.
255 *Θυώδει*. Coisl. sup. lin. ἐντεθυμιαμένῳ.
257 *Φυτοεργείην*. Reg. 993 et Coisl. φυτοεργίαν.
258 *Ἐπαφῆκε*. Coisl. ἐφέηκε. Tres Regg. ἐπέθηκε.
262 *Καὶ πόδες*. Duo Regg. καὶ σθένος εἶμεν.
264 *Χάρμα μέγ'*. Alludit ad illud *Odyss.* Z, 184 :
. . . . . *Πόλλ' ἄλγεα δυσμενέεσσι,*
Χάρματα δ' εὐμενέτῃσι.
265. *Ξυναὶ καὶ*. Reg. 39 et Coisl. ξυναὶ μέν. Regg. 990 et 993, ξυναὶ δέ.

METRICA VERSIO.

Quin, si vera ferunt, nec palma libidinis expers.
Namque maritatæ sub verni temporis horam,
Egregios tum deinde solent producere fructus.
Quod si etiam ex coitu saxorum saxa creantur,
Ut memorant, lapidum quibus est perspecta facultas,
Res quoque tangit amor rigidas, vitaque carentes.
Sed quid ego externos verbis complector amores?
Perspice jucundæ quænam sint munera tædæ.
Quis sophiam docuit? quis repperit abdita cuncta,
Quæ mare, quæ tellus, cœlumque volubile claudit?
Quis gravibus claras instruxit legibus urbes?
Oppida quis struxit? quis doctas attulit artes?
Quis fora, quisve domos implevit, quisve palæ-
Convivis epulas, armata bella cohorte, [stras,
Quis cœtusque, Dei præconia magna canentes?
Quis sine connubio vitam moresque ferinos

B Depulit, et docuit proscindere vomere terram?
Quis plantas serere, et navem committere ponto,
Sulcantem gelidas rapidis aquilonibus undas?
Quis mare cum terris undoso tramite vinxit,
Et multum inter se disjuncta elementa ligavit?
Ac ne præsenti tantum prodesse putetur
Conjugium vitæ, non hic sua commoda sistit.
Nam merita illius multo majora supersunt.
Præstat enim ut nobis auresque manusque vicissim
Atque pedes simus : languentes corporis artus
Roborat, ingentique hostilia corda dolore
Angit, lætitia contra diffundit amicos :
Afflictis animis communis cura medetur :
Delectatque magis communis utrumque voluptas.
Gratior in thalamo concordi copia rerum :
Rursusque in thalamo melius toleratur egestas.

Digitized by Google

270 Συζυγίη, καὶ σφρηγὶς ἀναγκαίης φιλότητος.
Εἷς πῶλος φιλίης σκιρτήμασι θυμὸν ἰαίνων.
Ἓν ποτὸν οἰκιδίης πηγῆς ξείνοισιν ἄγευστον,
Οὔτ' ἐκτὸς προρέον, οὔτ' ἔκτοθεν ἄλλον ἀγεῖρον.
Συμφυέες σάρκεσσιν, ὁμόφρονες, εὐσεβίης τε
275 Κέντρον ἐν ἀλλήλοισι πόθῳ θήγοντες ὁμοῖον.
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Θεοῖο γάμος ἀπάνευθε τίθησιν,
Ἀλλ' ἔχεται μᾶλλόν τις, ἐπεὶ καὶ μᾶλλον ἐπείγει.
Ὡς δ' ὀλίγην μὲν νῆα μικρὸς προΐησιν ἀήτης
Λαίφεσι πεπταμένοισι δι' οἴδματος ὦκα θέουσαν,
280 Ἠὲ χέρες πέμπουσιν ἐπειγομένην ὑπ' ἐρετμοῖς,
Ὁλλὴν δ' οὐκ ὀλίγη πνοιὴ φέρει, ἀλλὰ βαρεῖαν
Πόντον ἐπερχομένην στερεώτερος οὖρος ἐπείγει,
Ὣς ῥα καὶ ἀζυγέες μὲν ἐπεὶ ζώουσιν ἐλαφροὶ,

A Κουφοτέρης μεγάλοιο Θεοῦ χατέουσιν ἀρωγῆς.
285 Ὃς δ' ἀλόχου τε φίλης καὶ κτήσιος ἀμφιδέδηκε,
Καὶ τεκέων, τέμνει δὲ πολὺ μέγα λαῖτμα βίοιο
Χρειοῖ πλειοτέρῃ, πλεῖον Θεὸν ἀμφαγαπάζει.
Τοῖα γάμος, πηρὸς δε βίος φιλότητος ἄνευθε,
Νηλὴς, ἀπροτίοπτος, ἀνέστιος, οὐρεσιφοίτης·
290 Οὐκ ἄλκαρ παθέων, οὐ γήραος ἀδρανέοντος
Φάρμακον, ἠδάσκοντες ἑοῖς τεκέεσσι τοκῆες
Οὐ πῆξις βιότοιο μελίφρονος. Οὐκ ἀγορῇσι
Τέρπονται, οὐ θαλίῃσιν, ἀμειδέες, ἔκτοθι κόσμου,
Οἳ βιότου γεγάασι, καὶ οὐ στέργουσι βίοιο
295 Ῥίζας, οὐ μερόπεσσιν ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν.
Εἰ δ' ἀρετὴν ποθέων τις ἀτιμάζει φιλότητα,
Οὐδ' ἀρετὴ φιλότητος ἀπόπροθεν, οὐχ ὅτι μοῦνον

270 Connubium, ac sigillum necessariæ amicitiæ;
Unus amicitiæ pullus animum saltibus deliniens;
Unus domestici fontis potus, externis ingustatus,
Neque foras profluens, neque foris quemquam asciscens.
Carnibus conjuncti, animo concordes, ac pietatis
275 Similem stimulum in se invicem amore acuentes.
Non enim a Deo connubium abducit,
Sed ei quisque magis adhæret, quia eum magis incitat Deus.
Quemadmodum exiguam navem exiguus ventus impellit
Velis expansis tumidos fluctus cito percurrentem,
280 Aut eam manus incitant sub remis properantem,
Ingentem vero levis aura non feret, sed cum gravis sit
Pontum ingressam fortior ventus impellit:
314-315 Ita et cælibes, quia vivunt expediti,
Leviori magni Dei indigent auxilio.
285 At qui circa dilectam uxorem et res suas occupatur,
Et natos, ac vastum sæculi mare navigat,
Ut pluribus indigens, plus Deum colit.
Talia connubium præstat: sed vita manca sine amore,
Immitis, aspectum fugiens, sine foco, montium amans.
290 Non morborum solatium est, non infirmæ senectutis
Remedium, quo parentes in filiis suis repubescunt;
Non fulcrum vitæ mellifluæ. Non conventibus
Delectantur, non conviviis, sine risu, extra mundum,
Vitæ nati sunt, et non diligunt vitæ
295 Radices, nec consentaneum hominibus animum gerunt.
Quod si quis virtutem amans, jugalem amorem despicit,
Nec virtus ab amore jugali remota est, non solum

270 *Σφρηγὶς*. Reg. 993 σφραγὶς.
271 *Εἷς πῶλος*. Videtur Gregorius alludere ad illud Prov. v, 18, *Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerva charissima et gratissimus hinnulus*. Ibid. φιλίης. Tres Regg. et Coisl. φιλίοις. Int. Coisl. τέρπων ψυχὴν φιλικοῖς σκιρτήμασι, *animum oblectans gratis saltibus*.
272 *Ἓν ποτόν*. Alludit quoque ad hæc verba Prov. v, 16, *In plateis aquas tuas divide: habeto eas solus, nec sint alieni participes tui*.
273 *Προρέον*. Duo Regg. προῤῥέον.
282 *Ἐπείγει*. Regg. 990 et Coisl. ἐλαύνει.
287 *Χρειοῖ*. Duo Regg. χρείῃ.
288 *Πηρός*. Coisl. sup. lin. τυφλός. Mox, ἄνευθε. Regg. tres et Coisl. ἄνευθεν.
289 *Ἀπροτίοπτος*. Coisl. sup. lin. ἀπροσνόητος.
293 *Ἀμειδέες*. *Morosi*
295 *Ῥίζας*. *Radices, principia*. Mox, ὁμόφρονα. Reg. 990 ὁμοίφρονα.

METRICA VERSIO.

Tuta pudicitiæ, Veneris quoque, clavis utrique
Conjugium, obsignans violenti fœdus amoris.
Unus amicitiæ pullus, qui pectora saltu
Exhilaret, proprii sintque unica pocula fontis,
Qui nec cuiquam alii pateat, nec diffluat extra.
In thalamo concors animus, concordia membra,
Inque vices acuunt solidæ pietatis amorem.
Nam neque conjugium a Christo veraque salute
Abducit: verum stimulos quoque subdit et urget.
Utque perexiguam venti vis parvula puppim
Incitat, expansis velis maria alta secantem,
Aut etiam remis impulsa, per æquora cursu
Fertur: at ingentem non fert levis aura carinam,
Quæ nisi pergravibus ventis agitata quiescit:
Sic etiam innupti, quoniam levioribus ævum
Trajiciunt pedibus, leviore videntur egere
Numinis æterni auxilio, afflatuque minore.

B At qui consortem thalami, qui pignora chara
Curat, opesque suas, et vastum navigat æquor,
Arctius ille Deo, quia pluribus indiget, hæret.
Hæc thalamus: contra manca est sine conjuge vita,
Dura, petens montes, improvidaque, et laris expers:
Non animi morbis adhibet, senioque medelam,
Non facit ut primos vitæ renoventur ad annos,
Atque repubescant suscepta prole parentes:
Non dulcem in terra contendit figere vitam.
Non fora delectant miseram, non prodiga mensa,
Non epulæ: verum in lacrymis luctuque perenni
Versatur, fluxique horret contagia mundi,
Et cum sit vitæ, tamen odit gaudia vitæ.
Denique cum reliquis animo non vivit eodem.
Ac ne forte thoro, virtutis amore, jugali
Abstineat quisquam, thalamo contermina virtus:
Non modo quod sanctis thalamus mortalibus olim

Digitized by Google

Πάντεσσι τοπάροιθε γάμος φίλον εὐσεβέεσσιν,
Ἀλλ' ὅτι καὶ φιλότητος ἐνηέος εἰσὶ γενέθλη
Καὶ Χριστοῦ παθέων ἐπίστορες, ἠδ' ὑποφῆται,
Πάτραρχοι, ἱερῆες, ἀεθλοφόροι, βασιλῆες,
Παντοίαις ἀρετῇσι κεκασμένοι. Οὐ γὰρ ἀνέσχε
Χθὼν ἀγαθοὺς, ὥς φασι πελώρια φῦλα γιγάντων,
Ἀλλὰ γάμου τελέθουσι γόνος καὶ κῦδος ἅπαντες.
Τίς θεὸν ἀνθρώποισι μέγαν κρατέονθ' ὑπέδειξε,
Καίπερ τηλόθ' ἐοῦσι, νόον δ' ἔπλησεν ἔρωτος
Θειοτέρου, καὶ ἔνθεν ἀπήγαγεν ἐς βίον ἄλλον;
Τίς ψυχὰς ἐκάθηρεν ὅλοις μερόπεσσι φαεινοῖς;
Πίστις Ἐνὼχ μετέθηκεν. Ὁ δ' ἐξ ὑδάτων ἐσάωσε
Κόσμον ὅλον ψυχαῖς ὀλίγαις καὶ σπέρμασι πλωτοῖς

Α Νῶε μέγας. Ἀβραὰμ δὲ πατὴρ πτολίων τε καὶ ἐθνῶν,
Καὶ θυσίην Χριστῷ παραβώμιον υἷα πεδήσας.
Μωσῆς ἦγαγε λαὸν ἀπ' Αἰγύπτοιο βαρείης
Θαύμασι σὺν μεγάλοισι, νόμον δ' ὑπεδέξατο πλαξὶν
Ὑψόθε λαϊνέῃσι, θεὸν δ' εἰσέδρακεν ἄντην.
Πιστὸς ἐνὶ προτέροισι θυηπόλος ἔσκεν Ἀαρών.
Μήνης δ' ἠελίου τε δρόμον σχέθεν ἠῢς Ἰησοῦς,
Μακρότερον δηίοισι φόνον καὶ κήδεα τεύχων.
Καὶ σὺ, μάκαρ, χριστοῖσι φέρων κέρας, ἀγνὲ Σαμουήλ,
Δαβὶδ ἐν βασιλεῦσιν ἀοίδιμος ἦεν ἅπασι,
Καὶ Σολομὼν σοφίης πρῶτον κλέος. Οὐδὲ προφητῶν
Λήσομαι. Ἠλίαν δὲ πρὸς οὐρανὸν ἥρπασεν ἅρμα.
Τίς δὲ νόμοιο μέσον καὶ πνεύματος οὐχὶ τέθηπε
Φωτὸς Ἰωάννην ἐριηχέα πρόδρομον ἄκρου;

Quia omnibus piis olim nuptiæ placuerunt,
Sed etiam quia probi amoris soboles sunt
Et Christi passionis testes, et prophetæ,
Patriarchæ, sacerdotes, triumphales martyres, reges,
Omnibus virtutibus ornati. Neque enim bonos
Terra protulit, ut protulisse dicitur monstrosum gigantum genus,
Sed nuptiarum omnes fructus sunt et decus.
Quis Deum hominibus summum regem ostendit,
Quamvis longe dissitis, ac mentem amore implevit
Divino, atque hinc in aliam vitam evexit?
Quis hominum omnium illustrium animos expurgavit?
Fides Enoch transtulit. Ex aquis salvum fecit
Universum orbem cum paucis animabus et seminibus natantibus
Noe magnus. Abraham pater exstitit urbium et nationum,
Ac filium Christo ad aram immolandum ligavit.
Moyses eduxit populum ex immiti Ægypto
Magnis cum prodigiis, ac legem accepit tabulis
Lapideis divinitus insculptam, Deumque coram intuitus est.
Fidelis imprimis fuit sacerdos Aaron.
Lunæ solisque cursum cohibuit optimus Jesus,
Prolixiorem hostibus cædem et luctum parans.
Tuque beatus, qui regibus olei cornu tulisti, sancte Samuel,
316-317 David inter omnes reges celeberrimus fuit,
Ac Salomon sapientiæ præcipuum decus. Nec prophetas
Omittam. Eliam currus in cœlum rapuit.
Quis est autem, qui medium inter legem et spiritum non admiretur
Joannem, summi luminis canorum præcursorem?

303 Ὡς φασι πελώρια. Gigantes a poetis fuguntur fuisse filii Terræ et Titanis. Γηγενεῖς illos vocant Græci.
305 *Μέγαν*. Sic Reg. codex. Edit. μέγα.
312 *Θυσίην*. Duo Regg. et Coisl. θυσίης.
315 Ὑψόθε. Duo Regg. ὑψόθεν. Mox, ἄντην, *coram, facie ad faciem*, ut Scriptura loquitur.
316 Θυηπόλος. Reg. 990 θυηπόλοις.
317 *Μήνης δ' ἠελίου τε*. Ita Coisl. Edit. μήνῃ δ' ἠελίῳ τε.
319 *Κέρας*. *Cornu*, seu, *lenticula olei*, quo reges unxit Samuel.
324 Ἐριηχέα. Duo Regg. περιηχέα.

METRICA VERSIO.

Cunctis charus erat, contempta cælibe vita,
Verum etiam thalamo quia sunt genitore creati
Vates, sacrifici, doctores, et patriarchæ,
Laurigeri, reges, omni virtute decori.
Non etenim egregios homines, ut vasta gigantum
Corpora commemorant, luci dedit arida tellus:
Omnes sunt sacræ fetusque et gloria tædæ.
Quis generi humano Numen patefecit Olympi
Omnipotens, supera quamvis procul absit ab arce?
Quis mentes hominum divino implevit amore,
Et terra abstractas tulit ad præstantius ævum?
Quis claras animas purgavit sordibus atris?
Alma fides pietasque ad sidera vexit Enochum.
Noe perexiguo numero et semente natante
Mortiferis orbem totum servavit ab undis.
Inclytus Abrahamus, numerosæ gentis origo,

B Haud trepidus natum mactandum admovit ad aram.
Quin etiam Moses miracula magna patravit,
Dum populum ærumnis, duraque tyrannide pressum
Extrahit, et sanctas leges, mandataque saxis
Jura capit, Numenque adverso lumine cernit.
Inter sacrificos veteres fulgebat Aaron.
Et Phœbæ et Phœbo cursum produxit Jesus,
Dum sequitur fractas fusasque per arva phalanges.
Tu quoque fidus eras, Anna prognate, sacerdos,
Et Domini christis cornuque oleumque ferebas.
Quid David? regum quo non præstantior ullus.
Quid Salomon sophiæ vertex, omnesque prophetæ,
Ardentique Elias abreptus ad æthera curru?
Quis non suspiciat veterisque novique sequestrum
Fœderis, et qui mox ventura luce suprema,
Nuntia læta ferens mortalibus ante cucurrit?

Digitized by Google

325 Τίς δὲ δυωδεκάδα κλεινῶν μετέπειτα μαθητῶν ;
Τίς Παύλοιο μένος μεγαλήτορος οὐρανοφοίτου,
Ἄλλους θ' οἱ γεγάασι, καὶ οἳ νῦν εἰσὶν ἄριστοι,
Ἕρμα λόγου, κόσμου τε κλέος, λαοῦ τε θέμεθλα;
Τοὺς πάντας μερόπεσσι γάμος καὶ Χριστὸς ἔδωκεν.
330 Οὐδὲ μὲν οὐδὲ γυναῖκες ἐπ' εὐσεβίῃ κομόωσαι,
Ὧν μέγας ἐν βίβλοισι θεοπνεύστοισιν ἀριθμὸς,
Νόσφι γάμου καὶ σαρκὸς ἐϋκλείης ἐπέβησαν.
Εἴπω μείζονα μῦθον ἐμὴν τίων φιλότητα.
Καὶ Χριστὸς καθαροῖς μὲν, ἀτὰρ σπλάγχνοισιν ἐμίχθη
335 Ἀνδρομέοις, μνηστῆς δὲ δολίσθησε γυναικὸς,
Ἥμισυ συζυγίης μίξας βροτέης θεότητι.
Ἐν δ' ἐπὶ πᾶσι μέγιστον ἐμὸν κράτος, ἢν κρατέωσιν
Ἀζυγέες, καὶ οἱ γὰρ ἐμὸν γένος, ὥσπερ ἅπαντες.

A Οὐδὲ γὰρ ἐξ ἀγάμων γεγαμηκότες, ἐκ δὲ γάμοιο
340 Ἀζυγέες. Τεκέεσσιν ἀνώγομεν, ἴσχετ' ἀγῶνα.
Εἰ τοι μὴ πατέρες, πατέρων γε μὲν ἐξεγένεσθε.
Τοῖα γάμος. Μετέπειτα κατηφιόωσα παρειῇ
Ἐν τρυχίνοις ῥακέεσσι, καὶ ἄψασιν ἀνδρανέουσι,
Νήλιπος, αὐαλέη τε, κατὰ χθονὸς ὄμματ' ἔχουσα
345 Παρθενίη, τυτθὸν δὲ διαστέλλουσα σὺν αἰδοῖ
Χείλεα, φοινίσσουσα παρήϊον αἵματι σεμνῷ,
Κάκ κεφαλῆς ἐρύουσα σίγα κρύπτοιτο καλύπτρην.
Τὴν δ' ἄρα παρπεπίθοιμι ἐγὼ τοιοῖσδ' ἐπέεσσιν·
Ὦ τέκος Οὐρανίοιο, καὶ ἔνδοθι κυδήεσσα,
350 Ὦ μεγάλοιο χοροῖσι παρισταμένη μεδέοντος
Ὑμνοπόλοις, εἰ καί σε δέμας καὶ γαῖα κατίσχει,
Δεῦρ' ἴθι, καὶ φάθι μῦθον. Ἐγὼ δὲ σέο προπάροιθεν

325 Quis duodecadem illam illustrium discipulorum,
Quis Pauli magnanimi constantiam in cœlum evecti,
Atque alios et nunc etiam præstantissimos viros,
Præsidium doctrinæ, mundi decus, populi columen?
Hos omnes hominibus nuptiæ et Christus dederunt.
330 Sed nec mulieres pietate ornatæ,
Quarum magnus in libris divinitus inspiratis numerus,
Sine nuptiis et carne gloriam adeptæ sunt.
Dicam majus quidpiam in honorem mei thalami.
Christus ipse puris quidem, sed tamen visceribus mistus est
335 Humanis, atque ex desponsata prodiit muliere,
Dimidium conjugii humani immiscens divinitati.
Unum autem mihi omnium longe maximum est robur, si vincant
Cælibes; hi quoque meum genus sunt, ut alii omnes.
Non enim ex cœlitibus conjugati, sed ex nuptiis
340 Cælibes : Sic præcipimus filiis : Pugna desistite,
Etsi patres non estis, ex patribus geniti estis.
Talia connubium. Deinde vero subtristis facie,
Laceris pannis, et membris infirmis,
Absque calceis, macie confecta, oculos humi defixos habens,
345 Virginitas, vix diducens præ pudore
Labia, vultum verecundo rubore perfusa,
E capite silens trahit velum quo tegatur.
Hanc ego his verbis adhortabor :
O cœlestis Patris progenies, ac intus splendida,
350 O quæ magni Regis ades choris
Hymnos cantantibus, quamvis te corpus et terra detineant,
Huc ades, et verba loquere. Ego ante te

323 *Δυωδεκάδα*. Reg. 39 δυωδεκάδε. Reg. 990, 993 δυωδέκα γε.
331 *Ὦν*. Mendose in edit. ὡς.
336 *Βροτέης*. Mss. βροτίας, et sup. lin. ἀνθρωπίνης.
338 *Ἅπαντες*. Reg. 993 ἅποντες, et sup. lin. ἀφεστήσαντες.
340. *Ἀνώγομεν*. Coisl. sup. lin. κελεύομεν.
343 *Τρυχίνοις*. Duo Regg. τριχίνοις. Mox ἀδρανέουσι. Sic Reg. 990, Coisl., Herv. Edit. Paris ἀνδρανέουσι.
345 *Τυτθὸν δέ*. Coisl. et Reg. 990 τυτθόν τε.
350 *Μεγάλοιο*. Reg. 990 et Coisl. μεγάλοισι.

METRICA VERSIO.

Quis non discipulos Christi, fidosque sequaces?
Quis non cœlipetæ robur mirabile Pauli?
Atque omnes alios, quorum clarissima virtus
Vel prius illuxit, vel nostro tempore fulget,
Præsidium fidei, plebis columen, decus orbis,
Quos omnes nobis Christus thalamusque dedere?
Sed neque femineo in sexu quotcunque potentem
Egregia pietate Deum coluere, fideque
(Quarum non parvum numerum Scriptura recenset),
Sunt sine conjugio tam magna laude potitæ.
Utque etiam in thalami quiddam genialis honorem
Altius adjiciam, licet omni labe carenti,
Attamen humano Christus se corpore junxit,
Et desponsatæ per viscera casta parentis
Fluxit, conjugiique humani cum deitate
Dimidium junxit. Sed et hic quoque maxima nobis
Vis posita est, quod si superet pars conjugis expers,
Huic tamen a nobis genus et vitalis origo est.

B Non etenim ex agamis ortum traxere jugati :
Verum illi contra nexu fluxere jugali.
Quocirca, nati, quamprimum sistite pugnam.
Quanquam etenim patrum minime vos nomen habetis,
Attamen a patribus traxistis semina vitæ.
Hæc ubi verba dedit, siluit pars conjuge gaudens.
Tum mœsto vultu, atque hirsutis horrida pannis,
Infirmis membris, macie confecta, pedesque
Nuda, solo fixis oculis, immobilis hæreus,
Virginitas, paulum diducens labra pudore,
Purpureoque suam perfundens sanguine frontem
E capite extracto clam sese obvelet amictu.
Hanc igitur tali pavidam sermone cohortans
Alloquar : O celsi proles generosa parentis,
Interno splendore nitens, o cœlibus astans
Angelicis, regem laudantibus usque supernum,
In terra licet ac mortali corpore versans :
Huc age, depositoque metu sancta ora resolve.

Digitized by Google

Στήσομαι. Ἦ γὰρ ἔμοιγε θεόσδοτος ἦλθες ἄνασσα·
Ἦλυθες, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἵοις τε καὶ ἵλαος εἴης.
Τίς με καὶ οὐκ ἐθέλουσαν ἄγει πρὸς τόνδε θώκον;
Τίς δ' ἔργοις μεμαυῖαν ἐμὸν θεὸν ἀτρεμίῃ τε
Τίειν, ἠματίοις τε πόνοις, νυχίῃσί τ' ἀοιδαῖς,
Καὶ δακρύων πηγῇσι, καὶ εὐαγέεσσι καθαρμοῖς,
Εἰς δῆριν κελέει κενεὴν, καὶ νείκεα μύθων;
Οὐ γὰρ ἐν ἀνθρώποισιν ἐμὸν κράτος, οὐδὲ λό-
[γοισιν
Εὔστροφος, οὔτ' ἀγοραῖς ἐπιμίσγομαι, οὐδὲ δικαστῶν
Εὐμενέων ψήφοισιν ἀγάλλομαι, οἷσι μέμηλε
Παῦρα μὲν εὐδικίης, παύροισί τε, πολλάκι δ' αὖ τε
Ἔνθα καὶ ἔνθα τάλαντον ἐπικλίνουσι θέμιστος.
Ἄλλοισιν βιότοιο τὰ τίμια. Αὐτὰρ ἔμοι γε
Εἷς νόμος, ἐν δὲ νόημα, κερασσαμένην φιλότητα
Πρὸς Θεὸν ὑψιμέδοντα φαεσφόρον ἔνθεν ὁδεύειν.
Τῶν δ' ἄλλων ἀγαθῶν με τόσον φρένας ἵμερος αἱρεῖ,
Οἷς κενεοὶ φρονέουσιν ἐτώσια φυσιόωντες,
Ὠκά τ' ἐπερχομένοισι, καὶ ὀλλυμένοισι τάχιστα,
Ὁσσάτιον καπνοῖο καὶ ἀτμίδος, ἠδὲ ῥεούσης
Αὔρης, καὶ ψαμάθοιο τινασσομένοις ἀνέμοισι
Πάντοσε συρομένης, ἢ ὑπὲρ ἅλα νηὸς ἁρπτοῦ.
Βουλοίμην κεν ἄτιμος ἐν ἀνθρώποισιν ἐοῦσα,
Τυτθὸν ἐν οὐρανίοισιν ἔχειν κλέος αἰὲν ἐοῦσιν
Ἢ πάντων κρατέουσα, θεοῦ πίπτειν ἀπάνευθεν.
Ἀλλ' ἔμπης τρομέω καὶ δείδια, μή τις ἀερθεὶς,
Παρθενίης νεόπηκτον ἐπὶ πτερὸν αἰθέρι νωμῶν,
Τοῖσδε λόγοις ἐπὶ γαῖαν ὀλισθήσειε τάχιστα.

Stabo. Mihi enim Dei donum, regina venisti :
Venisti, ac sæpius adhuc venias, et propitia sis.
Quis me etiam nolentem ad hanc adducit sedem ?
Quis desiderantem operibus ac quieta vita Deum meum
Colere, ac diurnis laboribus, et nocturnis cantibus,
Et lacrymarum fontibus, ac sanctis expurgationibus,
Ad vanam advocat litem rixasque verborum ?
Non enim in hominibus meum robur est, nec verbis
Volubilis sum, nec foris immisceor, neque judicum
Benevolorum suffragiis glorior, quibus parum cordi est
Rectum jus, ac perpaucis, ac sæpe etiam
Huc et illuc justitiæ libra inclinatur.
Aliis vitæ honores relinquo. Mihi autem
Una lex, una cogitatio, ut divino amore perfusa
Hinc ad Deum in cœlo regnantem ac lucis auctorem proficiscar
Cæterorum autem bonorum tantum me desiderium tenet,
Quibus vani homines stulte inflati efferuntur,
Cito venientibus et celerrime pereuntibus,
Quantum fumi aut vaporis, aut fluentis
Auræ, et arenæ ventis agitatis
Undique raptatæ, aut semitæ navis in mari.
Malim ingloria inter homines
Paululum gloriæ nancisci in cœlestibus semper manentibus,
Quam omnibus imperans, Deo excidere.
Sed timeo et extimesco, ne quis elatior
Virginitatis recentes pennas in aere ventilans,
Istis sermonibus in terram celeriter cadat.

354 Ἴοις. Sic tres Regg., Coisl. et Chig. Edit. ἔοις.
357 *Νυχίῃσί τ'*. Sic tres Regg. Edit. νυχίοισι τ'.
358 *Πηγῇσι*. Duo Regg. πηγαῖσι.
359 *Καλέει*. Ita duo Regg. et Coisl. Edit. male καλέειν.
363 *Παύροισί τε*. Ita Coisl. Edit. παύροις δέ τε.
364 *Θέμιστος*. Coisl. sup. lin. τῆς δίκης.
366 *Κερασσαμένην*. Coisl. sup. lin. μίξασαν. Int. Coisl. ἐμοὶ δὲ εἷς νόμος, ἓν θέλημα, τὸν κρατῆρα τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης πλήρη στήσασαν, πρὸς ἐκεῖνον ἐντεῦθεν ἐπείγεσθαι. *Mihi autem una lex, una voluntas, ut, poculo Dei amoris cumulato, inde ad ipsum proficiscar.*
371 *Ὁσσάτιον*. Ita Reg. 39, 993. Edit. ὁσσάτιος.
372 *Τινασσομένοις*. Sic Reg. 993. Edit. τινασσομένης.

METRICA VERSIO.

Esse tibi patronus ero : nam tu mihi sane,
Tu mihi cœlesti venisti munere, diva.
Sæpius atque utinam venias, veniasque benigna !
Protinus hæc tales emittit pectore voces:
Quis vero invitam me sedibus admovet istis ?
Quis vitæ probitate Deo servire parantem,
Nocturnisque hymnis, sudoribus atque diurnis,
Atque piis lustris', lacrymarum et fonte perenni,
Ad pugnam et rixas verborum adducit inanes ?
Non apud humanos vis nostra est atque facultas.
Non lingua valeo, strepitus nec quæro forenses ;
Non animos etiam mihi gratia judicis effert.
Judicibus siquidem recti tenuissima cura est,
Perpaucisque viris. Nam partem in utramque scelesti
Justitiæ persæpe solent inflectere libram.
Sint aliis hujus dulcissima commoda vitæ :
Hæc lex una mihi, scopus hic est unus, amore
Ut correpta Dei terris excedere possim.
Cætera, queis vane vanissima pectora turgent,
Quæque cito veniunt, subita pereuntque ruina,
Non magis afficiunt animum, quam fumus inanis,
Quam vapor et ventus, concussaque turbine venti,
Et passim distracta effusaque mollis arena,
Aut etiam in lato puppis vestigia ponto.
Atque apud humanos ingloria vivere malim,
Inter cœlicolas dum sit mihi gloria quædam
Quam terræ imperio fulgens procul arce superna
Excidere, atque Deo per sæcula cuncta carere.
At vereor ne quis non firma virginitatis
Æthera percutiens ala, sermonibus istis
Concidat in terram pronus, cœlumque relinquat.
Quocirca ut vobis, Christo donante, periclum

Τοὔνεκεν εἰς μέσον ἦλθον ἐμῶν τεκέων ἐπίκουρος,
Μῦθον ἀοσσητῆρα Θεοῦ σὺν χειρὶ φέρουσα.
Μητρὶ δ' ἐμῇ τὰ πρῶτα μυθήσομαι, ὅσσ' ἐπέοικε.
Κεῖνο μὲν ἀτρεκέως μυθήσαο, καὶ κατέλεξας,
Συζυγίη χαρίεσσα, καὶ ἤνεσα (ἦ γὰρ ἔγωγε
Ἀρξομ' ὅθεν κατέληξε τεὸς λόγος), ὡς ἀγάμοισι
Ῥίζα γάμος. Καὶ γάρ τε πέλει καὶ ῥίζα καὶ ἀρχή.
Τίς δέ κεν ἀρνήσαιτο σαοφρονέων γενετῆρας;
Οὐ μὴν πάντ' ἀγόρευσας ἐτήτυμα. Ἀλλὰ δέχοιο,
Καὶ μήτηρ περ ἐοῦσα, σοφὸν καὶ ἐχέφρονα μῦθον,
Καὶ μεγάλης σοφίης μυστήριον ἀμφὶ γενέθλην,
Ἣν κευθμῶνες ἔδειξαν ἐμοὶ μεγάλοιο Θεοῖο.
Οὐχ ὅλου ἀνθρώποιο πατὴρ βροτός, ὡς ἐνέπουσιν,
Ἀλλ' ὅσσον σαρκός τε καὶ αἵματος, ἀμφοτέρων μὲν
Ὑλλυμένων. Ψυχὴ δὲ Θεοῦ κρατέοντος ἄημα
Ἔκτοθεν εἰσπίπτουσα πλάσει χοός. Οἶδεν ὁ μίξας,
Πῶς τὸ πρῶτον ἔπνευσε, καὶ εἰκόνα μίξατο γαίῃ.
Μάρτυς ἐμῶν ἐπέων καὶ σὸς πόθος. Ἡμιτελὴς γὰρ,
Στέργων οὐ ψυχὰς τεκέων, τὰ δὲ σώματα μοῦνα,
Οἷς δάκνῃ μογέουσι, καὶ οἷς θαλέθουσι γέγηθας.
Πλείονα γὰρ τυτθῆσι πατὴρ καὶ πότνια μήτηρ
Ὧν τεκέων λώβῃσιν ἐὸν καταδάμναται ἦτορ,
Ἢ μεγάλαις ψυχῶν κακίαις καὶ χείροσι λώβαις.
Τῶν μὲν γὰρ τοκέες, τῶν δ' οὐ τελέθουσι τοκῆες.
Εἰ δέ σε μητέρ' ἐγὼ καλέω, κἀπὶ χείρονι μοίρῃ,
Πῶς σύ γ' ἀρειοτέρου φθονέεις πατρὸς τιθέοισιν;
Ὡς μεγάλῳ γενετῆρι βροτῶν ἐθέλουσ' ὑπόεικε

380 Quare in medium prodii meorum natorum adjutrix,
Sermonem auxiliatorem, Deo dante, afferens.
Primum matri meæ dicam quæ conveniunt.
Illud quidem vere elocuta est, ibique assentior (ego enim
385 Inde incipiam, ubi tua desiit oratio), cælibum
Radicem esse nuptias. Sunt enim et radix et principium.
Quis cordatus genitores abneget
Non tamen omnia vera dixisti. Sed excipe,
Quamvis mater sis, sapientiam ac prudentem sermonem,
390 Magnæque sapientiæ mysterium circa generationem,
Quod mihi ex abditis magni Dei recessibus monstratum est.
Non totius hominis homo pater est, ut dici solet,
Sed tantum carnis et sanguinis, quorum utrumque
Peribit. Anima autem Dei omnipotentis spiraculum est
320-321 395 Extrinsecus incidens in terrestre figmentum. Novit qui miscuit,
Quando primum afflavit, ac imaginem terræ miscuit.
Testis est meorum verborum etiam amor tuus. Dimidiatus enim est,
Non animas diligens natorum, sed tantum corpora,
Quibus doles laborantibus, gaudesque florentibus.
400 Plus enim patris et venerandæ matris cor
Leves natorum suorum vulnerant nævi,
Quam magna animarum vitia, et deteriores labes.
Sunt enim corporum genitores, nequaquam animarum.
Quod si te ego matrem appello, quamvis ob deteriorem partem,
405 Quomodo his qui cælibes sunt, præstantiorem invides patrem?
Magno ergo hominum genitori libenter cede,

381 *Ἀοσσητῆρα.* Sic Reg. 990. Edit. ἀοσσιτῆρα.
384 *Συζυγίη χαρίεσσα.* Combef. legit συζυγίῃ, et vertit, *in conjugii gratiam orans, ejusque causam agens.*
390 *Μυστήριον.* Ita Coisl. et tres Regg. Edit. μυστήρια.
391 *Ἣν.* Reg. ὅν.
392 *Ὅλου.* Tres Reg. et Chig. ὅλος.
395 *Πλάσει χοός.* Ita Coisl. et duo Regg. Chig. Θεοῦ πλάσει. Edit. χοὸς πλάσει.
396 *Μίξατο.* Tres Regg. et Coisl. δήσατο. Vide supra, sect. I, poem. VIII, *De anima*, vers. 80 et 81, ubi eadem leguntur.
398 *Μοῦνα.* Reg. 39 μοῦνον.
399 *Θαλέθουσι.* Coisl. et duo Regg. θαλέουσι.
405 *Τιθέοισιν.* Int. τοῖς ἀγαθοῖς τέκνοις.

METRICA VERSIO.

Submoveam, vestram aggrediar defendere causam.
Ac primum dicam, quæ sunt dicenda parenti :
Vera quidem, fateor, carnis conjunctio, narras,
Mirificeque probo (namque hinc exordiar, unde
Dicere cessasti), quod radix virginitatis
Conjugium. Radix namque est et origo perennis.
Ecquis enim sana genitores mente negarit?
Attamen haud vere dixisti cuncta ; sed æqua
Aure, precor, genitrix, cordatum percipe dictum,
Ortuque in nostro sophiæ mysteria magnæ,
Abdita cœlestis mihi quam doctrina retexit.
Non homo totum hominem, veluti de more lo-[quuntur,
Progignit : verum crassæ tantummodo carnis
Est pater, et calidi dat semina prima cruoris :
Quorum utrumque gravi corruptum morte peribit.
At anima in corpus divino condita flatu
Immeat externe. Novit Rex ille supernus
Quo primum pacto flavit, terræque jugavit
Augustam effigiem. Porro ne dicere falsa
Censear, ipsa tuo locuples mihi testis amore
Esse potes : nec enim perfectus et integer ille est.
Non etenim natorum animas, sed corpora sola
Diligis, et magno, cum sunt male sana, dolore
Afficeris, rursus gaudes florentibus illis.
Nam multo gravius mentes utriusque parentis
Exercuat vel parva lues quæ membra suorum
Inficiat, quam magna animi labesque luesque.
Cur? quia non animas illi, sed corpora gignunt.
Quod si cum mihi pars duntaxat vilior abs te
Nascatur, nomen tibi non invita parentis
Ipsa tamen tribuo, quisnam tua pectora livor
Occupat, ut prives natos meliore parente?
Ergo Patri magno, genitrix, jam cede libenter,

Digitized by Google

Παρθενίην τίουσα, Θεὸν πατέρ' ἀμφιέπουσαν.
Μητέρι μὲν δὴ τοῖα, καὶ ἄρκιος ἐνθάδε μῦθος.
Αὐτὰρ ἐγὼ, φίλα τέκνα Θεοῦ, πάντων βασιλῆος,
Τόνδε νόμον τίουσα, ὁμοφροσύνην ἐρατεινὴν
Πρὸς Θεὸν οἷον ἔμιξα, χοὸς δ' ἀπέλειπον ἔρωτα,
Ὃν πάϊς ἀθανάτοιο Πατρὸς ἐστήσατ' ἄνωθεν,
Ἐκγεγαὼς ἀδέτοιο, καὶ ἄφθιτος οὐ φθινύθοντος,
Ἐξέτι τοῦ, ὅτε πρῶτον Ἀδὰμ θέτο ἐν παραδείσῳ
Ἄζυγα, καὶ μετέπειτα διδοὺς νόμον ἥγνισε λαὸν,
Καὶ τοκετοὺς ἐκάθηρε νόμῳ, καὶ νηὸν ἔτισε
Σώμασιν ἀγνοτάτοισιν ἀμοιβαδίοις ἱερῆων.
Μάρτυς Ἰωάννοιο πατὴρ μέγας, οὔτι πάροιθε
Σπερμήνας φίλον υἷα, τὸν ἔνδοθι δέξατο νηοῦ,
Τὸν Χριστοῦ μεγάλοιο προάγγελον ἡμερίοισι,
Πρίν γε Θεῷ τελέσαι μυστήρια ἥμασιν ἀγνοῖς.
Τοῦ δὲ νόμοιο τέλος Χριστὸς, μερόπεσσι κερασθεὶς
Παρθενικῆς ἀπὸ γαστρὸς, ὅπως γάμος ἐς χθόνα νεύσῃ.
Καί ῥ' ὁ μὲν ὣς ὑπόειξεν, ὁ δ' ἔγρετο κόσμος ἀρείων,
Καὶ μόρος ἀρχεγόνοιο λυτῆς διὰ σαρκὸς ὀδεύων,
Ῥοιῇ τικτομένοισι, καὶ ὀλλυμένοισι γενέθλῃ,
Παρθενίῃ γ' ἐνέκυρσε, καὶ ὤλετο, ὡς ὅτε πέτρῃ
Ἀγχιάλῳ μέγα κυμα, καὶ ὕδατι βοσκομένῃ φλόξ.
Πρὸς τάδε τίς πτολίεσσι καὶ ἀδρανέεσσι νόμοισι,
Τίς δ' ἀγορῇσι γέγηθε, καὶ οἴδμασι, καὶ τίς ἀγῶσιν,
Οὓς μῦθοι συνέπηξαν ἐπ' ὠκυμόροισιν ἐφήβοις;
Τίς στρατὸν ἐν πολέμοισι, καὶ ἐν θαλίῃσι τραπέζας

Honorem habens virginitati, Deum patrem assectanti.
Ac matri quidem talia; satisque hæc sit dixisse.
Rursum ego, charissimi nati Dei, omnium regis
Legem colens, concordiam amoris
Cum Deo solo miscui, ac terrenum amorem abjeci,
Quam legem Filius æterni Patris olim instituit,
Natus ex patre vinculi experte, incorruptibilis ex incorruptibili,
Cum primum Adamum posuit in paradiso
Jugi expertem, ac postea legem promulgans sanctificavit populum,
Ac partus lege expurgavit, templumque decoravit
Castis corporibus sacerdotum vices exercentium.
Testis hujus rei magnus Joannis pater, qui non prius
Genuit dilectum filium, quem intra templum accepit,
Magni Christi prænuntium hominibus,
Quam divina absolvisset mysteria castis diebus.
Legis autem finis Christus, hominibus mistus
Ex virginali utero, ut nuptiæ in terram vergant.
Ac illæ quidem cesserunt, mundusque præstantior illuxit,
Et mors quæ per carnem dissolubilem primi parentis evenerat
Hominibus fluxione nascentibus, et generatione pereuntibus,
Incurrit in virginitatem et periit, veluti in rupem
Littoralem incidens ingens fluctus, et aquis absumpta flamma.
Ad hæc quis civitatibus et infirmis legibus,
Quis foro delectatur et inflationibus? Quis certaminibus
322-323 Quæ fabulæ ob juvenes immature mortuos statuerunt
Quis exercitum in bellis, et in conviviis mensas

411 Ἀπέλειπον. Sic Reg. 39. Editi ἀπέλιπον.
415 Ἄζυγα. Reg 990 ἄζευκτον.
418 Ἰωάννοιο. Ita Reg. 993, Chig. et Coisl. Edit. Ἰωάννεο.
421 Τελέσαι. Tres Regg. et Coisl. τέλεσεν. Id colligit sanctus Doctor ex verbis Lucæ, qui cap. 1 de Zacharia loquens, his verbis utitur : *Et factum est, ut impleti sunt dies officii ejus, abiit in domum suam.* Bill.
427 Παρθενίῃ γ', ita habent duo codices Regg.; γ' deest in editis.
430 Ἀγορῇσι. Duo Regg. ἀγοραῖσι.

METRICA VERSIO.

Virgineæ merites vitæ jam defer honores,
Utpote quæ superum complectitur usque parentem.
Hæc mihi sufficiat charæ dixisse parenti.
Ast ego, cœlicolæ soboles dulcissima Patris,
Hanc legem venerans, humili tellure relicta
Tota immortalis Domini succendor amore,
Quam satus æterno genitore ac cælibe Christus
Instituit, tunc cum paradisi in sede locavit
Primigenum illum Adamum, thalami consorte carentem,
Dehinc legem tribuens Veneris præcepit ab usu
Ut se plebs certis cohiberet tota diebus.
Quin etiam partus purgari lege recentes
Jussit, sacrificisque ornavit nobile templum,
Corpore qui puro divinum munus obibant
Pro vice quisque sua. Testis mihi prodeat ille
Zacharias; nec enim, quem sacra accepit in æde,
Luminis immensi mundo jucunda ferentem
Nuntia, produxit natum, divina priusquam
Omnia virgineis celebrasset festa diebus.
Jam vero Christus, quo lex veniente sepulta est,
Humano generi mistus de Virgine fluxit :
Vergeret ut posthac in terram uxoria vita.
Ac sic illa quidem cessit, mundusque repente
Exoriens melior terris lucescere cœpit.
Et per primigenam gradiens mors aspera carnem,
Atque homines fluido nascentes semine patrum,
Ac prole educta linquentes lumina vitæ,
Virgineam in vitam misera incidit, atque necata est
Qualis in abruptos scopulos insana procella
Incidit, aut in aquas rapidissima flamma nivales.
Quis porro latas urbes infirmaque jura,
Atque forum lætus sequitur, fluctusque feroces?
Publica quis magnis certamina laudibus effert,
Quæ propter juvenes properata morte cadentes
Fabula confluxit? quis lautæ fercula mensæ

Digitized by Google

Ἤνεσε; τίς σοφίην κενεαυχέα, ἢ τ' ἐνὶ χερσὶν,
Ἠ τ' ἐν ἀραχναίοισι λόγοις καὶ πλέγμασι κεῖται,
Αὐτοῦ τικτομένοισι, καὶ ἠέρι λυομένοισι;
Τίς δ' ἄρα τοῖσι γέγηθε, φυτοσκαφίης τε πόνοισι,
Νηός τ' ὠκυάλοιο δρόμῳ κραιπνοῖς ὑπ' ἀήταις;
Ταῦτα μὲν οὔτε γάμοιο διδάγματα, τῆς δ' Ἀδάμοιο
Τίσιος ἀρχαίης τυτθὸν μέρος, οἷσιν ὑφέρπει
Πτέρναν ἐμὴν δοκέων πικρὸς ὄφις. Εἰ δὲ γά-
[μοιο,
Ἐρρέτω. Οὐ γὰρ ἔμοιγε συνέμπορα πρὸς βίον ἄλλον
Ἔνθεν ἐπειγομένῃ, τὰ δέ γ' ὄλβια πάντ' ἀπολεῖται
Σήμερον, ἢ κόσμοιο σὺν ἀστατέοντι ῥεέθρῳ
Ῥευστὸς γὰρ ῥευστοῖο διεκπεράᾳς βιότοιο,

A Βαιὸν ἐφαπτόμενός τε παρατροχάων τροχάοντα.
Εἰ δὲ σοφοῖσι γέγηθας, ἐπεὶ σέθεν ἐξεγένοντο,
Δέξαι καὶ ἀλιτρῶν κακίην, ὧν ῥίζα τέτυξαι.
Ῥίζα Κάϊν, Σοδόμων τε, καὶ οὓς ἐκέδασ' ἐπὶ πύργῳ
Χριστὸς ἀτασθαλέοντας, ὕδριν θ' ὧν ἔσβεσεν ὄμβρος
Οὐρανόθεν χθόνα πᾶσαν ὁμοῦ πνείουσι καθήρας.
Τίς Φαραὼ κακόμητιν, Ἀχὰβ Ὁράσος, Ἀσσυρίων τε
Πικροτάτους βασιλῆας ἐθρέψατο; τίς δὲ δίκαιον
Αἷμα πότῳ μάχλοις τε κινήμασι δόντα θυγατρὸς
Οὖλιον Ἡρῴδην, παιδοκτόνον, ἠδὲ φονῆας
Χριστοῦ παμβασιλῆος, ὅσοι τ' ἐγένοντο διῶκται
Πρόσθεν καὶ μετέπειτα, καὶ ὑστατίοισι χρόνοισι,
Ὧν πύματον πρῶτόν τε, κακὸν Βελίαο βέρεθρον,

Laudavit? quis sapientiam inanem, tum quæ in manibus,
Tum quæ in aranearum sermonibus et tricis est posita,
Simul nascentibus et in aerem evanescentibus?
Quis his rebus gaudet, atque plantarum colendarum laboribus,
Navisque celeris cursu sub vehementibus ventis?
Atque hæc quidem non sunt conjugii documenta, sed Adami
Antiquæ vindictæ pars pusilla; et per hæc subrepit
Plantam meam observans infandus serpens. Quod si conjugii sunt
Valeant. Non enim me comitantur ad aliam vitam
Hinc properantem, et beata omnia peribunt
Hodie, vel cum mundi instabili fluento.
Effluens enim effluentem trajicis vitam,
Leviter illam tangens, et currentem prætercurrens.
Quod si sapientibus gaudes, quia ex te genti sunt,
Recipe in te et malorum nequitiam, quorum radix es.
Radix es Caini et Sodomorum, et quos divisit Christus
Ad turrim improbe agentes, et quorum scelus exstinxit imber
Cœlitus terram cum omnibus spirantibus expurgans.
Quis Pharaonem scelerum inventorem, quis Achabi audaciam et Assyriorum
Acerbissimos reges enutrivit? Quis illum qui sanguinem
Justum compotationi et lascivis filiæ motibus tradidit,
Scelestum Herodem, et eum qui infantes occidit, et interfectores
Christi summi regis, et quotquot exstiterunt persecutores
Ante et post, et novissimis temporibus,
Quorum postremus et primus, nefandum Beliæ barathrum,

434 *Ἐν ἀραχναίοισι λόγοις. Sermonibus rationibusque contortis, quibus vis major non inest, quam aranearum telis.*

442 *Ἐπειγομένῃ.* Sic tres Regg. Edit. ἐπειγομένῳ.

445 *Τροχάοντα.* Tres Regg. τροχάοντος.

453 *Μάχλοις τε.* Sic Reg. 990 et Chig. qui pro κινήμασι quod sequitur, habet λιγύσμασι. In edit. deest τε.

454 *Παιδοκτόνον.* Memoria lapsus videbitur Gregorius, si eumdem esse existimaverit Herodem qui Joannem obtruncari, ac eum qui pueros jussit occidi: quem errorem pluribus esse familiarem observat Hieronymus, Matth. II. Herodes enim magnus, quo jubente, infantes cæsi sunt, obierat priusquam ex Ægypto puer Jesus reverteretur. Verum nihil obstat, quominus sanctus doctor de utroque voluerit sermonem facere, interponendo scilicet virgulam.

457 Ὧν. Ita Coisl. Edit. τῶν. Vide 2am invectivam adversus Julianum imperatorem, tom. I, pag. 155.

METRICA VERSIO.

Prædicat, et sophiæ præconia pandit inanis,
Quæ partim in manibus, partim in sermone caduco
Est sita, qui subito natus vanescit in auras?
His, inquam, quisnam gaudet, plantisque serendis
Incubat, et pelagus gestit sulcare carina?
Non ea connubium docuit, sed parvula pars sunt
Hujus supplicii, quo primi noxa parentis
Judicio est multata Dei, quibus anguis acerbus
Obrepit, plantamque meam pervertere tentat.
Quod si connubio cuiquam hæc tribuenda videntur,
Jam valeant, nec enim, mihi dum migrare necesse
[est
E vita atque hominum cœtu, comitantur euntem.
Sed quæcunque suo complexu terra coercet,
Vel nunc, vel tandem mundo labente peribunt.
Fluxus enim fluxæ tu trajicis æquora vitæ,
Hanc leviter tangens celeri cursuque fluentem

B Præteriens. Quod si claros probitate fideque
Ex te progenitos gaudes, atque inde tumescis,
Quin tu consimili vitium ratione malorum
Accipis? horum etenim radix es, certa parensque.
Ex te profluxitque Cain, Sodomæque coloni,
Quosque etiam aggressos sceleratam condere turrim
Divisit Christus, quosque imber missus ab alto
Exstinxit, terras simul atque animantia purgans.
Quisnam vipereum Pharaonem, Achabumque fu-
[rentem,
Et regum Assyriæ rabiem nutrivit et iram,
Et sævum Herodem, pueros qui cæde nefanda
Sustulit, ac natæ lascive membra moventi
Baptistæ caput innocuum dedit atque cruorem?
Quis Christi regis summi, vitæque parentis
Carnifices, aliosque omnes, qui tempore primo,
Qui post, quique etiam extremis crudeliter annis

Digitized by Google

Δεινὸν Ἰουλιανοῖο κράτος, ψυχῶν ὀλετῆρος,
Οὗ θεόθεν πληγέντος, ἐπεὶ μόθον ἤρατο Χριστῷ,
Θερμὸν ἔτι ζείουσα κόνις, μέγα τάρβος ἀλι-
[τροῖς·
Ἄλλους θ' οὓς περ ἔδωκε βίῳ γάμος, ἠδ' ἔτι δώσει,
Ψεύστας, ἀνδροφόνους, σκολιοὺς, ἐπίορκον ὁμοῦντας,
Ἁρπαγας ἀλλοτρίων, ξείνης δηλήμονας εὐνῆς,
Τίς κεν ἀριθμήσειεν; ἐπεὶ τόδε πᾶσι πέφανται,
Ὡς πλείων χρυσοῖο κόνις, πλείους δὲ κάκιστοι
Τῶν ἀγαθῶν· καὶ γάρ τε τριβους περόωσιν ἀνίσους.
Τοῖς μὲν γὰρ χθαμαλὴ καὶ ἐπίτροχός ἐστι κακοῖσιν.
Οἱ δ' ἀγαθοὶ τέμνουσι προσάντεα. Τοὔνεκεν ἐσθλῶν
Πλεῖστον, ὅσον κακίους προφερέστεροί εἰσιν ἀριθμῷ.
Εἰ μὲν δὴ λήξειας ἀγαλλομένη τεκέεσσι,

A Καὶ πηρὸν καλέουσα βίον θεότητος ἑταῖρον,
Στήσομεν ἐνθάδε μῦθον. Ἔχοις κλέος ἀμφήριστον.
Οὐδὲ γὰρ οὐδ' αὐτὴ φθονέω χθονίῳ γενετῆρι.
Εἰ δὲ Θεοῖο λαχοῦσα τὰ δεύτερα, πρῶτα δέδορκας,
Φθέγξομαι ἀτρεκέως μὲν, ἀτὰρ θυμαλγέα μῦθον.
Τίς πάντων μερόπων τόδ' ἐμήσατο τέκνον ἄριστον
Σπερμῆναι; τί δὲ μῆχος ἀνάρσιον υἷα φυτεῦσαι;
Εἰκόνα μὲν γράψεν τις ἀπ' εἰκόνος οὔτι χερείω,
Καὶ πλάστης ἐτύπωσεν ἐοικότα πλάσματα μορφαῖς,
Καὶ γρυσὸν παλάμῃσιν, ὅπῃ νόος, ἤλασε τέχνη,
Καὶ στάχυν ἐξ ἀγαθοῖο γεωμόρος ἐσθλὸν ἄμησε
Σπέρματος, οὐδ' ἀτύχησε τέλους πόθος, οἷον ἐώλπει
Θνητὸς δ' οὐ σάφα οἶδε γόνου φύσιν, εἰς ὅ τι λήξει,
Οὐ κακὸς, οὐδὲ μὲν ἐσθλός· ὁ δ' εὔχεται ἐσθλὸς ἀρείω·

Horribilis Juliani potestas, animarum peditoris
Quo divinitus percusso (bellum enim Christo indixerat),
Ejus cinis adhuc fervide ebulliens, magnus est improbis terror;
Atque etiam alios quos nuptiæ sæculo dederunt et dabunt,
Mendaces, homicidas, perfidos, perjuros,
Raptores alienarum rerum, alieni perniciem thalami,
Quis enumeret? Illud enim omnibus manifestum est,
Copiosiorem esse auro cinerem, ac plures improbos
Quam probos: nam et vias conficiunt diversas.
324-325 Improbis enim proclivis est, et lata currenti:
Boni vero præruptis gradiuntur itineribus. Ideo boni
Tanto pluris faciendi sunt, quanto mali numero præstant.
Quod si desinas de filiis gloriari,
Et mancam appellare amicam divinitatis vitam,
Desinam hic loqui; habeas ambiguum decus.
Nam ne ipsa quidem invidebo terrestri parenti.
Sed si secundo loco apud Deum posita, primum tibi arrogas,
Eloquar verum quidem sermonem, sed molestum.
Quis ex omnibus hominibus id didicit filium optimum
Gignere? Aut quis modus filii vitio non carentis gignendi?
Imaginem quidem aliquis pinxit ab imagine non deteriorem,
Fictorque similes formis sculpsit statuas,
Arsque aurum manibus ducit quocunque mens voluerit,
Bonamque spicam ex bono semine metit
Agricola, nec a sperato fine desiderium aberravit.
Sed mortalis haud clare novit sobolis naturam, qualis futura sit,
Sive bonus, sive malus sit, quanquam bonus meliora precatur,

460 *Ἔτι ζείουσα.* Reg. 992 ἐπιζείουσα. *Juliani cadaver*, inquit ad hunc locum Valesius Henric., *in tumulo quasi ebullire videtur.*
472 *Ἔχοις.* Ita duo Regg. et Coisl. Edit. ἔχεις. Mox ἀμφήριστον, Reg. 992, sup. lin. ἀμφίβολον.
473 *Χθονίῳ.* Coisl. χθονίων, *terrestrium parenti.*
474 *Λαχοῦσα.* Aldum immerito carpit Billius, quod reddiderit: *secundas partes sortita*; sic enim vox ista accipienda, et accipitur a Budæo.
476 *Ἐμήσατο.* Coisl. sup. lin. δεδάηται.
477 *Μῆχος.* Coisl. sup. lin. μηχανή.
479 *Μορφαῖς.* Ita tres Regg. Edit. μορφῆς.
484 *Ὁ δ' εὔχεται.* Ita Coisl. et Int. εἰ καὶ ἀγαθὸς ἐπεύχεται ἀμείνονα. Male edit. οὐδ'.

METRICA VERSIO.

Insigni pietate Deum studioque colentes
Vexarunt? quorum in numero Julianus habendus,
Ultimus ille quidem serie, sed crimine primus,
Haud dubium Satanæ barathrum, pestisque ani-
[marum.
Quo, quia sacrilegis Christi tentaverat armis
Expugnare fidem, divino vulnere cæso,
Fervet adhuc cinis ipse, timor non parvus iniquis.
Quis reliquos memoret, quos jam dedit atque da-
[turum est
Connubium mundo, mendacia verba loquentes,
Versutos, fœdæ maculatos crimine cædis,
Ore venenato perjuria dira vomentes,
Raptores, thalamique alieni jura terentes?
Perspicuum siquidem est cunctis, quod pulvis ut
Excedit numero, sic justos turba malorum [aurum
Exsuperat: nec enim similis calcatur utrisque
Semita: namque malis prona est atque undique
Difficilis contra justis, salebrosa, molesta. [fusa:

B Quo fit ut egregios homines manus impia multum
Exsuperet. Quod si de te sentire superbe
Ob sobolem tandem cesses, vitamque superno
Conjunctam regi mancam infirmamque vocare,
Hic finem faciam; dubiam tibi carpere laudem
Jam liceat; nec enim terreno filia patri
Invideo. Verum si summo nata parente,
Vilia mirificis præfers, primisque secunda,
Vera quidem tibi dicta dabo, sed acerba. Quis
[unquam
Hoc animo novit, justum producere natum?
Qua rursus quisquam possit ratione creare
Deformem vitiis? ab imagine pictor eadem
Picturam ducit: plastes non dispare forma
Propositam reddit formam: manibusque peritis,
Quoquo mens tulerit, tractatum ducitur aurum;
Exque bono segetem telluris cultor opimam
Semine ferre solet, nec spem deplorat inanem.
Ast homini, quidnam jacta semente creabit,

Digitized by Google

485 Εἰ Παῦλός τις ἐὼν χριστοκτόνον υἷα φυτεύσει,
Ἄνναν ἢ Καϊάφαν ἀτάσθαλον, ἤ τιν' Ἰούδαν·
Οὐδ' εἴ τις κακίαν πεφυκὼς οἷός περ Ἰούδας,
Ἢ Παύλου ζαθέου κεκλήσεται, ἢ ὅγε Πέτρου,
Πετρης ἀῤῥαγέος, γενέτης κληῖδα λαχόντος.
490 Οὐδὲ γὰρ εἰ φίλον υἷα φιτύσσεται ἠὲ θύγατρα,
Οἶδε πατήρ. Ὑβριν δὲ χοὸς μόνον ἔσθεσεν εὐνῇ.
Ἐκ δ' ἑνὸς ἀρχεγόνοιο Κάϊν καὶ Ἄβελ ὑπέσταν,
Ζηλήμων, θυσίης τε θεουδέος ἐσθλὸς ἀρητήρ.
Ἰσακίδαι δ' Ἠσαῦ τε κακὸς, Ἰακώβ τε φέριστος·
495 Καὶ πλέον, ἐκ γὰρ ἑνὸς δίδυμος γόνος οὐδὲν [ὁμοῖος.
Καὶ Σολομὼν τὰ πρῶτα σοφὸς, μετέπειτα κάκιστος,
Ἡνίκα θηλυτέρῃσιν ἐφωμάρτησεν ἀλιτραῖς.
Ἔμπαλιν αὖ Παύλοιο μέγα σθένος ἀμφοτέρωθεν,

Α Ὃς Χριστὸν μὲν ἄτιζεν, ἔπειτα δὲ πᾶσιν ἔφηνε,
500 Τρέψας εἰς ἀγαθὸν ζῆλον πυρόεσσαν ἐρωήν.
Τούτων συζυγίῃ δὲ τί δώσομεν; οὐδὲν ἔγωγε.
Οὐ γὰρ ζευγνυμένοις καταθύμιος ἕσπεται εἰκών
Ἀλλ' ὥς τις στρεπτοῖσιν ἰαινόμενος φρένα πεσσοῖς,
Πεσσοὺς μὲν προέηκε, τὸ δ' ἄρτιον ἠὲ περισσὸν
505 Οὐ χέρες, αὐτόμαται δὲ λίθων στροφάλιγγες [ἕνεικαν·
Ὣς ῥα γάμος, τεκέων ἀρότης, πινυτούς τε κακούς τε
Οὐ τέκεν, ἀλλ' ἐδίδαξε βροτῶν φύσις ἠὲ μάθησις.
Εἰ δ' ἐτεὸν ποθέεις γνῶναι λόγον, οἱ μὲν ἄριστοι,
Πνεύματος ἠδὲ λόγοιο διαπλάσσοντος, ἄριστοι.
510 Σπινθὴρ εὐσεβίης γὰρ ἐν ἀνθρώποισι κέκρυπται,
Ὥς τισιν ἐν λάεσσι πυρὸς μένος. Ὡς δὲ σίδηρος
Κρούμασιν ἐκ λιθάκων ἦκε σέλας, ὡς ἀπὸ θνητῶν

485 Si Paulus quis exstiterit, ignorat annon Christi interfectorem
Generabit Annam, aut Caiphan detestabilem, aut Judam quemdam.
Sic etiam vitiosissimus, qualis exstitit Judas,
Annon divini Pauli vocabitur genitor, aut Petri
(Illius petræ quæ rumpi non potest), cui commissa clavis.
490 Nam ne illud quidem, utrum amabilem filium generaturus sit, an filiam
Novit pater. Tantummodo carnis rabiem cubili exstinxit.
Ex uno generis principe Cain et Abel prodierunt,
Invidus, et hostiæ Deo gratæ probus immolator;
Isacidæ autem, Esau improbus, et præstantissimus Jacob;
495 Et quod majus est, ex uno gemella proles nulla in re similis.
Salomon in primordiis sapiens, postea pessimus,
Cum mulieres sectaretur scelestas.
Rursus Paulus in utramque partem plurimum potuit,
Qui Christum probris incessebat ac postea omnibus manifestavit,
500 Converso in optimum zelum inflammato impetu.
Quid horum dabimus conjugio? Nihil equidem dederim.
Non enim jugatos optata sequitur imago.
Sed quemadmodum qui animum rotatis talis oblectat,
326-327 Talos quidem emittit, par autem aut impar
505 Non manus induxerunt, sed fortuitæ lapillorum volutationes:
Sic nuptiæ, liberorum seges, bonos aut malos
Non gignunt, sed hi a natura hominum et doctrina instituuntur.
Si veram cupis audire rationem, optimi
Spiritu et doctrina formante, optimi sunt.
510 Inest hominibus occultæ pietatis scintilla,
Ut ignis ardor quibusdam lapidibus. Quemadmodum autem ferrum
Fulgorem ex lapidibus tundendo educit, ita ex mortalibus

488 *Ζαθέου*. Reg. 39 ζαθέοιο.
490 *Φιτύσσεται*. Chig. et Coisl. φυτέσσεται.
495 *Ἐκ γὰρ ἑνός*. Reg. 39 ἐκ δ' ἄρ' ἑνός.

METRICA VERSIO.

Non liquet, et prolis quænam natura futura est.
Nescius est etenim, qui Paulum laudibus æquat,
Carnificemne suo producet semine Christi,
Aut Annam, aut Caïpham, vel crimine proditionis
Consimilem Judæ, quique in scelus omne feratur.
Rursus qui vitiis, ut proditor ille nefandus,
Tinctum pectus habet, quis scit Paulumne beatum
Proferet, aut Petrum gignet, petramque perennem,
Cui fuit a Christo clavis concredita cœli?
Nescit enim genitor natum natamne creabit:
Sed coitu rabiem tantum restinguere carnis
Cogitat. Ex uno siquidem fluxere parente
Immitisque Cain, zeloque accensus Abelus,
Grataque sacra Deo faciens. Esau scelerato,
Et Jacob pietate gravi pater exstitit idem:
Quodque etiam majus, quod eodem patre gemelli
Moribus adversis prorsus studiisque fuere.
Quin etiam Salomon, quo non sapientior alter
Exstiterat, tandem thalamis illectus iniquis,

B Addixit vitiis animum, virtute relicta.
At contra Paulus Christum, quem spreverat ante,
Postquam ardorem animi zelus laudabilis acrem
Excepit, toto notum mox reddidit orbe.
Horum quid thalamo tribuemus? nil ego certe.
Non etenim in Veneris lusus et læta ruentes
Oscula, quam cupiunt, dulcis sectatur imago:
Sed veluti damnosa juvat quem tessera, talos
Ille quidem mittit: manus haud tamen efficit ut par
Exeat aut impar numerus, sed forte voluti
Id faciunt lapides inopina sorte cadentes:
Sic neque connubii nexus sontesque probosque
Produxit, verum docuit natura vel usus.
Quin si vera cupis cognoscere, quisquis honesti
Corripitur studio, rectique ardescit amore,
Talis ab æterno formatur Pneumate, talis
Doctrina efficitur; pietatis namque sepulta
In nobis scintilla latet, velut igneus ardor
Inclusus saxis. Ut porro sæpe terendo

Digitized by Google

Εὐσεβίην λοχόωσαν ἄγει λόγος. Οἱ δὲ κάκιστοι,
Μᾶλλον συζυγίης. Ἡ γὰρ πλέον ἐνθάδε τίκτει,
Καὶ κόσμοιο ῥέοντος ὁμόστολος ἦλος ἔραζε
Σάρκα δέων, ψυχήν τε κάτω βρίθουσα μολυβδίς,
Καὶ κλῆρος τοκέεσσιν ὁμοῖος ἐνθάδε μίμνων.
Ἀλλ' ἔμπης τοκέων περιδώμεθα, μή τε σὺ βάζειν
Τοὺς ἀγαθοὺς, ῥίψω τε ἀτασθαλέοντας ἔγωγε.
Τοῖς δ' ἄλλοις, ὁππόσον ἀγνὸς βίος ἐστὶν ἀρείων,
Γνοίης κεν φιλότητα Θεοῦ, σαρκός τε παχείης,
Σκεψαμένη, κόσμου τε φύσιν καὶ τέρματα δισσά.
Εἰ γάρ τοι καὶ μικρὸν ἀποσκεδάσειας ὀπωπῆς
Ἢ λήμην ῥυπόωσαν, ἀπ' αὔγεος ἢ σύ γ' ὀμίχλην,
Καὶ γλήνην πετάσειας ἐς αὐγὰς ἠελίοιο

Α Ἡμετέρου, καθαρῷ δὲ νόῳ λεύσσειας ἅπαντα,
Δῆεις παρθενίην μὲν ὅλην ἀνάθημα Θεοῖο,
Χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε φαάντερον, ἠδ' ἐλέφαντος,
Εὔσκοπον, εὐδιόωσαν, ἐϋπτερον, ὑψικάρηνον,
Κούφην, παμφανόωσαν, ἄνω χθονὸς, ἀστήρικτον
Γαίης ἐν γυάλοισιν, ἐν ἄστεῖ δ' εὐρυθεμέθλῳ
Οὐρανίῳ, καὶ σαρκὸς ἀπόπροθι ναιετάουσαν,
Χειρῶν ἀμφοτέρων τῇ μὲν κατέχουσαν ἀγήρω
Ζωὴν, τῇ δ' ἑτέρῃ πλοῦτον καὶ κῦδος ἄπαυστον·
Οὐχ ὡς δὴ φερέοικον ὑπ' ἄχθεῖ ὀστρακόεντι
Ἕλκουσαν μογερῶς ὑγρὸν δέμας ἴχνεσι νωθροῖς,
Οὐ Χριστῷ καὶ σαρκὶ μεριζομένην βασιλῆϊ,
Οὐδὲ, ὡς ἀμφιβίοισι νόμος, καὶ χέρσον ἔχουσαν

Latentem pietatem doctrina educit. Sed pessimi filii
Matrimonii potius sunt fetus. Nam hoc ævo magis gignit,
Et mundi labentis comes clavus humi
Carnem deviuciens, animamque deorsum trahens instar plumbi,
Et hæreditas parentibus similis in filiis hic permanens.
Sed tamen parentes relinquam ; nec mihi tu
Bonos objice ; et ego improbos projiciam.
Aliis autem ex rebus, quanto præstantior sit virginitas,
Perspicies, si Dei amorem et crassæ carnis
Consideres, ac mundi naturam et duplicem finem.
Nam si vel paululum depuleris ab oculis
Lippitudinis sordes, aut tenebras a lumine,
Et aciem intenderis in solis nostri radios,
Ac mente pura omnia lustraveris,
Scies virginitatem totam Deo esse consecratam,
Auro et electro splendidiorem et ebore,
Prudentem, serenam, pennis celerem, vertice sublimem,
Levem, undique lucidam, terra celsiorem, minime fixam
In terræ profundo, in civitate cœlesti
Late fundata, et procul a carne degentem,
Manuum altera amplectentem senii expertem
Vitam, altera divitias et gloriam non desituram ;
Minime vero, quasi domum suam sub testaceo pondere gestaret,
Pigris passibus corpus humidum ægre trahentem,
Minime divisam inter Christi et carnis dominatum :
Neque, ut amphibiis mos est, et in terra degentem,

513 *Οἱ δὲ κάκιστοι.* Int. Coisl. βλαστήματα.

517 *Τοκέεσσιν.* Sic tres Regg. et Coisl. qui sup. lin. γονεῦσι. Male in edit. τεκέεσσιν. *Quo fit ut filii quasi hæreditario jure parentibus similes hic permaneant.* Hæc ergo Gregorii sententia, parentes gloriari non debere de filiis, cum tam malorum quam bonorum parentes sint.

518 *Τοκέων.* Combef. legit τεκέων πέρι δώμεθα, et vertit : *Demus hoc nobis, ut nec tu bonos, nec ego malos commemorem ;* postea tamen legit ipse Combefisius : τοκέων περιδώμεθα. Sensus virginitatis hic est, inquit Billius, qui legit τοκέων · *Quoniam vides te bonorum virorum qui ex te prognati sunt, laudes vindicare non posse, quin eadem ratione sceleratorum hominum probra in te recidere necesse sit ; age hoc inter nos paciscamur, ut nec tu bonos viros in medium proferas, nec ego sceleratos tibi objiciam.*

519 *Ῥίψω τε.* Reg. 993, ῥίψω δέ.

520 *Ὁππόσσον.* Ita Reg. 39. Edit. ὁπόσον.

521 *Ποχείης.* Ita duo Regg. et Coisl. Edit. βαρείης.

523 *Τοι.* Duo Regg. τι.

526 *Λεύσσειας.* Ita tres Regg. Edit. λύσειας.

527 *Ἀνάθημα.* Reg. 992, ἀνάθυμα, et sup. lin. ἄγαλμα κοινόν.

530 *Ἀστήρικτον.* Reg. 992, ἀνισταμένην. Coisl. sup. lin. μὴ ἱσταμένην.

531 *Ἄστεῖ δ'.* Ita Regius 39, 992 et Coislinianus. In editis deest δ'.

METRICA VERSIO.

Ferrum de rigido solet ignem extundere saxo,
Haud aliter pietas latitans, sermone salutis
Attrita, in medium prodit, clareque refulget.
At qui perfricta facie scelus omne sequuntur,
Sunt magæ conjugii ; namque hoc plus gignit in ævo,
Et mundi fragilis clavus sociusque comesque,
Clavus humi carnem stringens, animamque deorsum
Plumbi more trahens, atque omnis census eisdem
Partibus ad natos hæredes morte parentum
Delabens, vitæ nec limite longior hujus.
Verum age, sic tecum, mater veneranda, paciscar,
Ut neque tu justos homines producere pergas,
Ipsa nec injustos memorem : sileantur utrique.
Ast aliis rebus facile est cognoscere quanto
Præstet virginitas, si crassæ carnis amorem
Atque Dei spectes, naturam si bene mundi
Excutias, æquo duplicemque examine finem

Β Perpendas ; nam si nubem tenebrasve molestas
Tantillum ex oculis discusseris, atque micantes
Ad solis radios pateant tua lumina nostri,
Et bene purgata lustraveris omnia mente,
Invenies vitam thalami consorte carentem,
Totam cœlesti, vice muneris, esse parenti
Appensam, sacramque, electrum, aurumque nitore
Vincentem, pennis celerem, mireque serenam,
Prudentemque levemque, excelsam vertice, claram
Undique, non terræ fixam, immersamque profundo.
Ætherea sed in urbe proculque a carne manentem,
Dextra amplexantem cœlum, vitamque senectæ
Ignaram, lævaque manu decus, atque perennes
Divitias, non testaceo sub pondere lentis
Passibus in morem domiportæ membra trahentem,
Non carnis Christique simul mandata sequentem,
Non, velut amphibiis mos est, in mollibus undis

Digitized by Google

Καὶ μαλακοῖς ναίουσαν ἐν ὕδασι νυκτὶ καὶ ἠοΐ,
Ἀλλὰ Θεοῦ πέμπουσαν ὅλον νόον, ἐκ δὲ Θεοῖο
Κρείσσοσι καὶ τεκέων γεννήμασιν εὐθαλέουσαν,
Ἐλπωρῇ, καθαροῖς τε νοήμασιν ἐκ καθαροῖο.
Συζυγίην δ' αὖ πάμπαν ἀπὸ Χριστοῖο θέουσαν
Βράσμασιν οὐλομένοιο χοὸς, κόσμου τε μερίμναις
Παντοίαις, ἢ βαιὸν ἐφαπτομένην γε Θεοῖο.
Ὡς γὰρ ὁμοῦ λεύσσουσα κάρη δύο, ἠὲ πρόσωπα,
Ἠὲ καὶ ἐν σελίδεσσι γεγραμμένα γράμματα δισσαῖς,
Οὐχ ὅλον ἀτρεκέως τύπον ἥρπασεν, ἰεμένη περ,
Ἀλλὰ τὸ μὲν κατέμαρψε, τὸ δ' ἔκφυγεν ὄψιν ἀραιὴν
Σκιδναμένην, ὡς οἶστρος ἐπ' ἀμφοτέροισιν ἀφαυρὸς,
Κόσμῳ τε, Χριστῷ τε, ὁ δ' ἔμπεδος εἰς ἕνα τεύνων.
Ἡ γὰρ Χριστὸν ἔχων τις ὅλον, ἀλόγησε δάμαρτος,
Ἢ τίων φιλότητα χοὸς, Χριστοῖο λέλασται.

Ἤδη καί τιν' ὄπωπα λιθοξόον, ἠέ τιν' ἔργων
Ἰδριν δουρατέων, πινυτοὺς καὶ φράδμονας ἀνδρας·
Ὀξείην στάθμῃσιν ἐπὴν διατεκμήρωνται,
Ὡς φαέων ἕτερον μὲν ὑπὸ βλεφάροισιν ἔδησαν,
Τῷ δ' ἑτέρῳ πέμψαντες ὅλον φάος εἰς ἓν ἄγερθεν,
Ἀτρεκίης ἐτύχησαν, ὁ δ' ὠμάρτησε σίδηρος·
Ὡς πόθος εἰς ἓν ἰὼν, Χριστοῦ πλέον ἐγγὺς ἐλαύνει,
Ὅς ποθέει ποθέοντα, καὶ εἰσορόωντα δέδορκεν,
Εἰσορόωντα δέδορκε, καὶ ἀντιάει προσιόντι.
Ὅσσον τις ποθέει, καὶ δέρκεται, ὅσσον ὄπωπεν.
Τόσσον καὶ ποθέει· κύκλος ἀνελίσσεται ἐσθλός.
Τὸν μὲν ἐγὼ ποθέουσα, λίπον βίον, οὐδὲ δυνάσθην

Et in mollibus aquis diu noctuque commorantem,
Sed Deo totum animum mittentem, et a Deo
328-329 Meliore filiis sobole efflorescentem,
Spe nimirum et puris cogitationibus, a puro Deo immissis
Conjugium autem videbis omnino a Christo aberrans,
Æstibus perniciosæ carnis, mundique innumeris
Sollicitudinibus, aut leviter divini aliquid attingens.
Quemadmodum enim qui duo capita aut duos vultus aspicit,
Aut scriptas in duabus tabulis litteras,
Non totam certo arripit formam, quamvis cupiat;
Sed partem apprehendit, pars altera debilem visum effugit
Dispersum; sic infirmus est amor divisus
Inter mundum et Christum: ille vero stabilis qui in unum tendit:
Vel enim Christum habens quis totum, contempsit uxorem,
Vel carnis amorem colens, Christi oblitus est.
Video lapicidam quemque, vel operum artificem
Ligneorum, prudentes homines et solertes,
Cum amussim ad propositum dirigunt,
Oculorum alterum sub palpebris claudere,
Ac per alterum lucem in unum collectam immittentes,
Amussim certo assequi, nec ferrum abnegare.
Sic amor in unum tendens, Christo propius adjungit,
Qui amantem amat, et respicientem respicit,
Et accedenti obviam venit.
Quantum quis amat, tantum respicit, et quantum respicit,
Tantum amat, sicque circulus optimus peragitur.
Hunc ego amans, sæculum reliqui, nec potui

544 *Οὐλομένοιο.* Sic tres Regg. et Coisl. Edit. οὐλομένοισι.
547 *Διασσαῖς.* Sic codd. plerique. Edit. διασσά.
550 *Ἀφαυρός.* Coisl. sup. lin. ἀσθενής.
557 *Ἕτερον μέν.* Ita duo Regg. et Coisl. In edit. deest μέν.
559 *Ἐτύχησαν.* Coisl. ἐτύχθησαν.
562 *Εἰσορόωντα δέδορκε.* Hæc desunt in Reg. 992, neque ea vertimus quæ versu præcedenti leguntur.

METRICA VERSIO.

Degentem, atque etiam in terra, noctuque diuque,
Ardua sed penitus mittentem ad sidera mentem:
Et spe, cui prolis generatio carnea cedit,
Cœlitus invecta lætam, semperque virentem,
Ac puris animi conceptibus, æthere ab alto
Largiter immissis, puroque a Numine fusis.
Contra connubium a Christo vel prorsus aberrat,
Æstibus abstractum carnis, variisque caduci
Immersum curis mundi: vel Numen olympi
Exigue attingit, levibusque amplexibus urget.
Namque duplex veluti cernens caput, oraque bina,
Aut etiam geminas spectans in codice chartas,
Non totam vere poterit comprendere formam,
Id licet obnixe studeat, sed parte retenta,
Effugiet sparsum et tenuem pars altera visum:
Sic Christo et mundo quisquis partitur amorem,
Hujus amor plane levis est et frigidus: at qui
Totam animi flammam penitus defixit in uno,

Ille procul dubio constans et certus amator.
Namque vel ardenti Christi inflammatus amore,
Conjugis amplexus spernit tædasque jugales:
Vel Christum ex animo, carnem dum deperit, arcet.
Quinetiam latomi solertes, quique fabrilem
In lignis artem exercent, cum linea recta
Quæritur, exactaque opera captatur amussis.
Ex oculis unum claudunt, et lumine toto
In socium fuso, visus acieque coacta,
Recta sequente tenent duro vestigia ferro:
Sic collectus amor propius conjungit amantum
Pectora casta Deo, cupientem qui cupit, atque
Cernentem cernit, fitque obvius advenienti.
Quem quo plus quisquam cupit, hoc mage cernit eumdem:
Quoque magis cernit, tanto magis expetit illum
Cernere; sicque bonus semper convolvitur orbis.
Hunc ego deperiens præsentis commoda vitæ

Digitized by Google

ὄμμα βαλεῖν ἐτέρωσε· γλυκὺς δέ με δεσμὸς ἐρύκει
ἄλλεος ἰσχανόωσαν, ὃ μευ φρένας ἐπτοίησε
ἐρχομένης, ἐπ' ἐμοὶ δὲ τινάξατο παμφανόωντα
ὄρσεν, ὅλην καλήν τε καὶ αἰγλήεσσαν ἔθηκε.
Μοῦνος γάρ τε πόθων καὶ κάλλεος αἶσαν ἀγείρει
ἐξ ἐρατοῦ ποθέοντι· ὁ δ' ὄλβιος, ὅστις ἔδεκτο.
Ἀλλὰ σὺ καὶ πόθον ἄλλον ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξεις,
καὶ φρονέεις, ὡς μᾶλλον ἐπ' οὐρανίαις πελάουσα,
εἵνεκα, φῆς, τεκέων καὶ κτήσιος ἠδὲ τοκήων,
Ὡς ἐλαφρῶν, ἐλαφρῶν δὲ σοφῇ πόθος ἐστὶν [ἀχερδὴς,
ἠῦς ὀλίγη, βαιός τε πόρος, καὶ κέρδος ἐλαφρὸν

A Τῶν οὐχ ἱσταμένων. Σοὶ δὲ πλόος οὗτος ἀπείρων,
Καὶ πορθμὸν περόωσα, ἐπεύχεο ποντοπορεύειν
Ἰστία κολπώσασα δι' οἴδματος Ἰονίοιο.
Πνοιὴ ταῦτα φέρει, καὶ βέλτερον, εἴ τις ἀρείων·
Εἰ δὲ καὶ ἀντιόωσα, μικρὸς μόρος ἐνθάδε θνήσκειν.
Ψυχῆς δὲ πλόος ἐστὶ μέγας καὶ πνεύματος ἐσθλοῦ.
Τῇ ῥα περιτρομέουσα, πλέον Χριστοῖο δέδραγμαι·
Οὐκ οἷον, ποθέω δὲ καὶ εὐδιόωσά περ ἔμπης
Χριστὸν ἐμὸν, πόθον ἀγνὸν, ὃς ἔμπεδός ἐστι [ποθεῦσιν.
Ὅς τις δ' αὖ κατέων λεύσσει πρὸς χεῖρα Θεοῖο,
Οὐ κατέειν δοκέων, καιροῦ πόθον αἶψα λέλοιπεν.

Oculos alio convertere, meque dulce vinculum constringit
Pulchritudinis illius cupidam, quæ meam mentem conspecta
Admiratione perculsit, ac in me splendentem excitavit
Facem, meque totam effecit pulchram et fulgidam.
Solus enim hic amor etiam pulchritudinis partem ab eo qui amatur,
Deducit in amantem, ac beatus qui hoc donum excepit.
At tu alium amorem in pectore alis,
Tibique videris propius ad cœlestia accedere
Ob natos, ut ais, et rem familiarem et parentes :
Nimirum quia eorum qui leves et expediti sunt (horum autem, o sapiens, amor
Pusilla navis est, tenuisque cursus, et lucrum exiguum [infructuosus),
330 331 Rerum pereuntium. Tibi vero immensa hæc navigatio,
Et fretum trajiciens gloriaris, quasi mare trajicias
Expansis per fluctus Adriæ velis.
Ventus hæc impellit, et commode velim, si secundus fuerit :
Sin autem adversus, non grandis casus hic mortem oppetere.
Animæ vero ingens navigatio est et a potenti spiritu.
Hujus ego causa contremiscens, Christum arctius complector :
Neque id solum, sed tranquillitate perfruens, prosequor tamen
Christum meum casto amore, qui stabilis est diligentibus.
Quisquis vero indigens respicit ad manum Dei,
Statim ac sibi videtur non indigere, projicit amorem temporis.

567 *Ἰσχανόωσαν.* Ita Reg. 39. Edit. ἰχανώσταν. **Mox** lut. τρέθισε pro ἐπτοίησε.

570 *Μοῦνος γάρ τε πόθων.* Sic duo Regg. Edit. μοῦνος γὰρ ποθέων. **Mox** ἀγείρει. Ita duo Regg. et Coisl. pro ἐγείρει, quod habent edit.

575 *Ἀχερδὴς.* Sic tres Regg. et Chig., Coisl. sup. lin. τυφλὸς καὶ ἀνόητος. Schol. ἀχερδὴς καὶ ἀνόητος. Edit. ἀδερκής. Billius putat aliquem versum hic deesse : quod ipsi in mentem venisse miratur Combefis. Ipse sic intelligit hæc verba ὡς ἐλαφρῶν, *ut quæ commoda vitæ solatia, liberi, parentes, opes, sed ad hæc prospera,* σοφῇ. *clausi sunt virginis oculi.* At scriptum ἀχερδὴς. et *forte melius,* inquit vir doctus, *farentque sequentia*

576 *Βαιός τε πόρος.* Cod. Reg. 992, sup. lin. μικρὸν ῥεῦμα.

580 *Φέρει.* Tres Regg. φέροι.

582 *Ψυχῆς δὲ πλόος.* Coisl. ψυχῆς δ' αὖ πόθος.

587 *Καιροῦ πόθον.* Mendum hic esse putat Billius, et pro καιροῦ legendum esse Χριστοῦ, sed immerito. Codices enim omnes habent καιροῦ. Porro quid valeat hæc vox καιροῦ, quæ familiarissima est Gregorio, patet. Significat eum, qui ad Deum angustia compulsus, oculos sustulit, ubi primum angustiis solutus est, confestim amorem extemporaneum, qui altas nondum egit radices, abjicere. Sic Dominus in Evangelio *temporalem* vocat eum *qui audit verbum et continuo cum gaudio accipit illud... facta autem tribulatione et persecutione propter verbum continuo scandalizatur* (*Matth.* XIII, 20, 21), nempe abjicit fidem. Verum hunc esse sensum Gregorii, his scholiastæ Coisliniani verbis manifestum est : Ταχέως τὸν πόθον ἀποσβέννυσιν, ὡς καιροῦ δημιούργημα, *statim hoc desiderium extinguunt, ut temporis fetum.*

METRICA VERSIO.

Deserui, nec quoquam alio mea lumina quivi
Flectere, sed dulci teneor jam compede vincta,
Eximiæ illius correpta cupidine formæ,
Vulnere quæ dulci mentem transfixit, et acres
Clarasque in medio fudit mihi pectore flammas,
Et totam pulchram effecit, totamque coruscam.
Namque hic solus amor formosum reddit amantem,
Quodque magis mirum est, ab amato nascitur illi
Gratia, quam quisquis susceperit, ille beatus.
At tibi cum mediis etiam altera flamma medullis
Insideat, tumidam tamen audes tollere frontem,
Ut magis ad cœlum accedens, sedesque beatas,
Ob natos et opes, grandesque ætate parentes,
Tanquam sint levia hæc ; verum sapientis amores
Non levia aspiciunt, sed dura et acerba sequuntur.
Parva ratis, parvus tractus, nec commoda magna

B Rerum, quæ pereunt nec habent durabile quidquam.
Ast immensa tibi est hujus trajectio ponti.
An freta parva secans, sinuatis te quoque velis
Posse per Ionium pelagus ductare carinam
Jactanter dices ? hæc vento flante moventur,
Ac tanto melius, quanto mage commodus ille
Exstiterit ; quod si fuerint contraria venti
Flamina, non liquidis genus est grave mortis in [fundis.
Ast animus contra longinqua per æquora fertur,
Ingentemque exposcit opem, flatumque secundum.
Quo fit ut huic metuens atque imo corde tremiscens,
Arctius amplectar Christum, rebusque secundis
Non minus hunc cupio, qui nunquam fallit amantes.
At quem pauperies rerumque angustia cogit
Implorare Deum, quamprimum tristis egestas

Digitized by Google

Εἰ γὰρ ὀϊστεύσειε τεὴν φρένα Χριστὸς ἄνωθεν,
Καὶ μεσάτην τρώσειεν ἀναψύχοντι βελέμνῳ,
590 Ἀμφοτέρους κεν ἔρωτας ἐποπτεύουσ' ἐκά-
[τερθεν,
Γνοίης κέντρον ἄνακτος ὅσον γλυκερώτερόν ἐστι.
Τί πλέον; υἱῆεσσιν ἀναχλοάζουσι τοκῆες
Γηροκόμοις, ἀλόχῳ τε πόσις, ἄλοχός τε ἀκοίτῃ.
Ξυναὶ δ' εὐφροσύναι τε, καὶ ἄλγεα καὶ μελεδῶναι
595 Κουφότεραι, σκάζοντι δέ τις βεβαὼς μέγ'
[ἔρεισμα.
Αὐτὰρ ἐμοὶ τοκέες μὲν, ὅσοι καλὸν ἐξεδίδαξαν,
Παῖδες δ', οὓς ἐδίδαξα. Ὁμάζυγα δ' αἶσαν ἐδέγμην
Χριστὸν, ὃς ἀζυγέας προσπτύσσεται ἔξοχον ἄλλων,
Εἰ καὶ πᾶσι πάγη, σταυρόν τ' ἐπὶ πάντας ἄειρεν.

A 600 Ὦ καὶ καγχαλόωσα, καὶ ἦν ἀποθύμια βάλλῃ,
Χαίρω, καί με τίθησιν ἐλαφροτέρην καὶ ἀνίῃ,
Ὡς χρυσὸν χοάνοισι καθαιρόμενον ῥυπόωντα.
Σωφροσύνης δ' ἦν σοί γε γάμος καὶ δεσμὸς ἐέργει,
Τῆς μὲν ἐγὼν οὐ σάρκα, Λόγον δ' ἐπίκουρον ἔθηκα,
605 Καὶ πόθον, ὃς κρατέων ἀλλότριον ἐκτὸς ἔθηκεν,
Ὤ τις ἐλαφροτέροισι λέων θήρεσσιν ἐπιστάς.
Σάρκες γὰρ τελέθουσιν ὁμόφρονες ἐν παθέεσσι·
Τοὔνεκα καί τιν' ἴσασι φέρειν χάριν ἀλλήλῃσι.
Σοὶ βέβριθε τράπεζα, τρύφος δ' ἐμὲ μικρὸν ἔθρεψεν,
610 Ὡς καὶ χιλιάδας Χριστὸς μέγας ἔν ποτ' ἐρή-
[μοις.
Σοὶ ποτὸν ἡμερίδων, τὸ δ' ἐμὸν μέθυ πλούσιον αἰεὶ,
Κρῆναι, καὶ ποταμοὶ, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι.

Nam si pectus tuum e cœlo vulneret Christus,
Teque mediam refrigerante telo transfigat,
590 Amorem utrumque separatim considerans,
Videbis quanto dulcius sit regis spiculum.
Quid amplius? filiis senectutem foventibus, parentes
Reflorescunt, et uxore maritus, et uxor marito.
Communia sunt gaudia, et molestiæ ac curæ
595 Leviores sunt, et claudicanti magnum præsidium qui recte graditur.
At mihi parentes sunt, quicunque virtutem edocuerunt,
Et filii quos edocui. Comparem autem solum accepi
Christum, qui cælibes præcipue complectitur,
Quamvis omnibus natus et crucem pro omnibus sustulerit.
600 Quo quidem lætabunda gaudeo, etiamsi molesta in me
Conjiciat, me etiam per mœrorem allevat,
Velut aurum in fornace sordibus expurgatum.
Pulicitiæ autem, quam in te matrimonium et vinculum
Coercent, non carnem ego, sed Verbum adjutorem habeo,
605 Et amorem, qui, cum dominatur, alienum eliminat,
Velut leo infirmioribus belluis superveniens.
Concordes enim sunt carnes in animi morbis :
Quare aliquam a se invicem gratiam norunt inire.
Tibi mensa dapibus onerata : frustulum me nutrit,
610 Ut millia olim magnus Christus in deserto aluit.
Tibi potum vites suppeditant; meum merum semper copiosum est,
332-333 Fontes, flumina, putei largiter fluunt.

588 *Εἰ γὰρ ὀϊστεύσειε.* Vide infra, lib II, sect. 2, poem. VII, *ad Nemesium*, v. 33 et seqq., ubi isti versus iterum leguntur.

592 *Υἱήεσσιν.* Ita postulat metrum : alioquin υἱέεσσιν, Combef. Mox, ἀναχλοάζουσι. Duo Regg. et Coisl. ἀναχλοάσουσι.

599 *Ἐπὶ πάντας.* Sic duo Regg., Chig. et Coisl. ἐπὶ πᾶσι. Mox, ἐδάστασε pro ἄειρεν, quod habent edit.

600 *Βάλλῃ.* Duo Regg. et Coisl. βάλλοι.

605 *Ἔθηκεν.* Reg. 39 et Coisl. ἐλαύνει.

608 *Ἀλλήλῃσι.* Reg. 39 ἀλλήλαισι.

612 *Κρῆναι.* Sic Hom. *Iliad.* XXI, 197. Καὶ πᾶσαι κρῆναι, καὶ φρείατα μακρὰ νάουσι.

METRICA VERSIO

Fugerit, extemplo divinum linquet amorem.
Quod si te supera Christus transfigat ab arce,
Atque salutifera penetret tua corda sagitta,
Sejunctimque duos bene contempleris amores.
Protinus agnosces quanto rex summus amantis
Dulcius exstimulet pectus, mentemque beatam.
Quid sequitur? natis senium curantibus ægrum,
Canitie posita, rursus florere parentes
Incipiunt, uxorque viro, contraque maritus
Conjugis auxilio primos renovatur ad annos.
Communis porro magis est jucunda voluptas;
Communes curæ minus angunt, atque dolores,
Et recte gradiens titubantem fulsit amicum.
Hæc ais; at contra ipsa meos ego judico patres,
Virtutis quicunque mihi præcepta dedere.
Rursus pro natis habeo, quoscunque salutis
Instruxi monitis : demum pro conjuge Christum,
Præ reliquis adamat qui virginitatis alumnos

B (Sit licet ob cunctos natus, crucis atque dolores
Pertulerit); qui me, licet aspera duraque mittat,
Explet lætitia, leviorem mole dolorum
Efficiens, instar vitiati sordibus auri,
Ignea quod fornax purgat, redditque nitori.
Atque pudicitiæ, cujus tibi septa coercet
Conjugii vinclum, Christus mihi, non caro, tutrix,
Et divinus amor superans, qui depulit omnem
Flammam aliam, celerique fuga decedere jussit,
Non secus atque feris levibus leo fervidus astans.
Concordes etenim affectus motusque caduca
Corpora habent : ideoque sciunt sibi mutua ferre
Gaudia, quæ Veneris parit illecebrosa voluptas.
Differta est tibi mensa epulis : me frustula pascunt,
Per loca sola velut numerosæ millia turbæ
Multa Dei quondam pavit clarissima proles.
Pocula læta tibi vitis fecunda ministrat :
At fontes fluviique sitim, putei que perennes

Digitized by Google

Σοὶ λιπόωντα πρόσωπα, καὶ εἵματα σιγαλόεντα,
Κόσμος ἐμοὶ ῥυπόωσα κόμη, καὶ εἵματα λυπρά.
Εἷμα φέρω χρυσοῖσι τινασσόμενον θυσάνοισι
Χριστὸν, ἐμῆς ψυχῆς κρυπτὸν περικαλλέα κόσμον.
Εὐνή σοι μαλακὴ, τὰ δὲ ῥήγεα σάκκος ἔμοιγε,
Καὶ στιβὰς ἐν δαπέδῳ, καὶ δάκρυσι δευομένη χθών.
Σοὶ τιμήεις χρυσὸς, ἐμοὶ κόνις ἱμερόεσσα.
Μόσχου γαυροτέρη σὺ, κατηφιόωσα νένευκα.
Καγχάζεις γελόωσα, παρήϊον οὔ ποτ' ἔλυσα.
Κύδεος ἱμείρεις, τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὐκ ἐπὶ γαίης.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα διαθρήσῃς καὶ ἴδηαι,
Ἄθρει καὶ τὰ γάμοιο προσάντεα λάτρισι σαρκός.
Ὠνιός ἐστι δάμαρτι πόσις, καὶ τοῦδε χέρειον

A Πολλάκις οὐδ' ἀγαθὸς, καὶ ὤνιος εὔνις ἀκοίτῃ
Πολλάκι καὶ στυγερὴ τυκτὸν κακὸν, οὐδ' ἀπόπεμπτον.
Εἰ μὲν γὰρ ἐσθλοὶ καὶ ὁμόφρονες, εἰς ἓν ἰόντων
Κουφότερος βιότοιο πλόος καὶ μικτὸς ἀήτης.
Εἰ δὲ κακοὶ, πόνος ἔνδον ἐφέστιος, ἔχθος [ἄπαυστον.
Θήσομεν οὔτε κακοὺς, καὶ ὁμόφρονας· ἀλλὰ βαρεῖα
Πολλάκι καὶ νεόνυμφον ἐπὶ ζυγὸν ἦλυθε μοίρη.
Νυμφίος, εἶτα νέκυς· θάλαμος, τάφος· ἄμμιγα τερ- [πνοῖς
Ἄλγεα· μικρὸν ἄεισμα, παροίτερον ἐσθλὸν ἀνιγροῦ.
Ἄλλος πυρσὸν ἀνῆψε γαμήλιον, ἔσβεσεν ἄλλος.
Ἄλλον τις δ' ὀνόμηνε πάϊς πατέρ', ἄλλος ἄτεκνος

Pinguia tibi ora et magnificæ vestes :
Meus ornatus, squallida coma, et sordida indumenta.
Vestem gero aureis agitatam fimbriis,
Christum, animæ meæ occultum et præclarissimum ornatum.
Molle tibi cubile : stragula mea saccus est,
Et stratum in pavimento et lacrymis tellus madida.
Tibi aurum in pretio, mihi cinis in deliciis.
Vitulo ferocior es, ego vultu demisso et tristi.
Tu ridendo cachinnaris : ego rictum nunquam diduxi.
Gloriam appetis : gloria mea non in hac terra est.
Postquam hæc consideraveris, et perspexeris,
Vide matrimonii incommoda cultores carnis prementia
Venalis est maritus uxori, et quod gravius est,
Sæpe ne probus quidem : venalis etiam uxor marito,
Sæpe etiam odiosa : malum adscitum nec reparabile.
Nam si boni sunt et concordes, in unum tendentibus
Levior quidem vitæ navigatio, mistusque ventus :
Sin autem mali, intus labor domesticus, odium implacabile.
Ponamus concordes esse nec malos : at gravis
Sæpe in novum conjugium venit calamitas :
Sponsus, deinde mortuus : thalamus sepulcrum : mista jucundis
Tristia : læta cantilena, paulo post tristis nænia.
Alius nuptialem tædam accendit, alius exstinxit.
Alium filius appellavit patrem : alius subito liberis

618 *Δευομένη*. Ita Coisl. Edit. δυομένη.
620 *Γαυροτέρη*. Duo Regg. γαυροτέρα.
621 *Ἔλυσα*. Reg. 990 ἕλουσα.
622 *Ἱμείρεις*. Coisl. ἱμείρῃ.
627 *Τυκτόν*. Int. αὐθαίρετον. *Iliad.* v, 831. Diodemes ita Martem designat, *adscitum malum.*
628 *Εἰς ἓν ἰόντων*. Coisl. ἰόντες.
629 *Κουφότερος βιότοιο πλόος καὶ μικτὸς ἀήτης*. Deest in edit. hic versus, licet a Billio Latine redditus. Hunc suppeditaverunt codd. Chig., Coisl. et Reg. Chig. sup. lin. σὺκατάμικτος.
634 *Ἐσθλὸν ἀνιγροῦ*. Ita Chig. codex, cujus ope sanavimus mendum, ut observavit Billius, ἐσθλὸν ἀνιηροῦ. In his verbis nec metrum, nec sensus reperitur; utrumque vero constat Chig. codicis lectione, *παροίτερον ἐσθλὸν ἀνιγροῦ, gaudium prius luctu*, vel *gaudium ante luctum.*
636 *Ἄλλον*. Reg. 992 et Coisl. ἄλλος.

METRICA VERSIO.

Nostram discutiunt, effusaque pocula præbent
Est tibi præpinguis facies, ornataque vestis :
Sordida cæsaries decor est mihi, vilis amictus.
Vestis, quam mire movet aurea fimbria, Christus
Est mihi, tectum animæ decus, ornatusque refulgens.
Te juvat in molli noctem requiescere lecto :
At saccus mea membra tegit, mihi stragula præbet,
Inque solo humenti lacrymis do membra sopori.
In pretio est auri tibi vis : mihi pulvis amori.
Est tua, quam vituli teneri, lascivia major :
Tristis ego in terram mœrentia lumina flecto.
Rides, atque genas solvis petulante cachinno :
In mollem risum haudquaquam gena nostra soluta
Te misera incendit famæ laudisque cupido : [est.
At mea non humilem quærit sibi gloria terram.
Atque animo postquam lustraveris ista sagaci,
Perspice quanta premant servos incommoda carnis.
Femina non parva mercatur dote maritum,
Quodque etiam gravius, vitiosum sæpe et inertem.

B Rursus emenda viro conjux, nec moribus illa
Prædita sæpe bonis, quæsita attractaque pestis,
Pestis quam nulla liceat ratione fugare.
Nam si concordes animis justique coirent
Jure thori, levius sulcarent æquora vitæ,
Nimirum duplici vento impellente carinam.
At vitiis fœdos thalamus cum fœdere jungit,
Immanis labor est, dolor hic præcordia rodit.
Omnia dissidiis flagrant : nec enim inter iniquos
Firma coire potest concordia, certus amorque.
Aspera quin etiam thalamos persæpe recentes
Fata subiverunt : nunc sponsus, deinde cadaver.
Nunc thalamus tumulus, lætis junguntur acerba.
Exiguum cantum sequitur mox nænia tristis.
Connubii tædas alius succendit, easdem
Exstinxit manus alterius, fœdusque jugale
Sustulit. Ille tenera pater est a prole vocatus :
Ille repente rogo sobolem dedit, ac sterilescit,
Non secus ac ramus ventorum turbine fractus.

Digitized by Google

Ἐξαπίνης, δρπηξ τις ὅπως ἀνέμοιο τιναχθείς.
Ἄρτι κόρη, μετέπειτα γυνή, μετέπειτα δὲ χήρη.
Νυκτὶ μιῇ τάδε πάντα, καὶ ἤματι πολλάκι μούνῳ.
Ἑλκομένη πλοκάμους, κόσμον τ' ἀπὸ τῆλε βαλοῦσα
Νυμφίδιον, δρύπτουσα παρῄϊα χερσὶν ἀραιαῖς,
Αἰδὼ παρθενίης πικροῖς παθέεσσι λιποῦσα,
Αἰνόμορον καλέουσα πόσιν, καὶ οἶκον ἔρημον
Μυρομένη, χῆρόν τε λέχος, καὶ πένθος ἄωρον.
Σιγήσω τοκετοῖο βέλη καὶ ἄχθεα νεκρὰ
Μήτρης ἐν λαγόνεσσι, πικρὸν καὶ ἀμήτορα καρπόν,
Οὐ τεκέων, τεκέων δὲ τάφους πάρος, εἶτα τεκούσας,
Πρεσβυτέρους τοκετοῖο μόρους, ἄλοχόν τε λοχείην.
Σιγῶ δ' ἠλιτόμηνα, καὶ ἔκφρονα, καὶ παράσημα,
Λώβην ἀνδρομέης γενεῆς, καὶ παίγνια σαρκός.
Ταῦτα ταλαντεύοι τις, ὅπη πλάστιγγος ἐρωὴ
Δερκόμενος, καὶ πολλὸν ἐμὸς βίος ὕψος ἀνέλκοι
Πρὸς Θεὸν ὑψιμέδοντα, πᾶσι περίφαντος ἀρίστοις.
Αἴσχεα δ' ἀλλήλων σιγήσομεν· ὣς γὰρ ἔοικε
Παρθενίης στόμα σεμνὸν ἐπεσβολίας ἀλεείνειν.
Εἰ δὲ σὺ παρθενίῃ προφέρεις θεοειδέϊ μώμους,
Εἴ πού τις καὶ βαιὸν ἐμὴν ἧσχυνε πορείην,
Καὶ Χριστοῖο χιτῶνα τὸν ἄσπιλον αἴσχεϊ μίξε,
Σῶν ἀγαθῶν τὸ πρῶτον ἐν ἀμπλακίῃσιν ὑποστάς,
Ὀψίγαμος, ἀγνοῦ τε φυγὰς μεγάλου βιότοιο·
Μνήσω δὴ καὶ ἐγὼ κλοπέης πανταίσχεος εὐνῆς,
Ἣν ἀλιτροὶ κλέπτουσι, Θεοῦ πατέοντες ἀπειλάς.
Τοῦτο γὰρ ἐν θνητοῖσι κακῶν ὁλοώτατόν ἐστι

Orbatus, quasi ramus a vento concussus.
Modo virgo, deinde uxor, mox vidua.
Una nocte hæc omnia, ac sæpe una die.
Vellit capillos, ornatum longe a se projicit
Nuptialem : genas infirmis manibus lacerat,
Virginitatis pudorem acerbo dolore perculsa deponit,
Miserum maritum vocat, et desertam domum
Lamentatur, ac viduum cubile et immaturum funus.
Taceo partus dolores et onera mortua
In vulvæ profundo, acerbum et absque matre fructum,
Natorum non natorum tumulos, antequam sint matres,
334-335 Priores partu mortes, et partus steriles.
Taceo ante tempus nata, insana, portentosa,
Dedecus humani generis, et carnis ludibria.
Hoc si quis perpendat, bilancis motum
Considerans, intelliget quanto altius vita mea pertrahat
Ad Deum in cœlo regnantem, bonis omnibus laudata.
Mutua autem dedecora tacebimus : sic enim decet
Ut virginitatis os venerandum a conviciis abstineat.
Quod si tu divinæ virginitati convicia ingeris
Eo quod aliquis paululum institutum meum dedecoraverit,
Et Christi immaculatæ vesti fœditatem admiscuerit,
Præter fas amplexus id quod bonorum tuorum est primarium,
Serus maritus, ac magni et casti instituti fugitivus :
Ego quoque commemorabo furta contaminati cubilis,
Quæ nefarii homines, Dei contemptis minis, admittunt.
Id enim inter homines malorum perniciosissimum est

637 *Ἀνέμοιο τιναχθείς.* Regg. tres ἀνέμοισι τανυχθείς.
641 *Νυμφίδιον.* Reg. 39 νύμφειον, al. νύμφιον. Coisl. νύμφιον ἱδρύπτουσα.
644 *Λέχος.* Sic Regg. quatuor. Edit. λάχος.
647 *Οὐ τεκέων, τεκέων δέ.* Ita tres Regg. et Coisl. Nonnulli habent τε pro δέ. In edit. nonnullis deest τεκέων.
649 *Ἠλιτόμηνα.* Schol. τὰ πρὸ συμπληρώσεως τῶν μηνῶν τικτόμενα, καὶ παράφρονα, *non justo tempore nata, ante justos menses nata.*
656 *Προφέρεις.* Reg. 992 προσφέρεις.
657 *Τις.* Duo Regg. τίς κε.
658 *Μίξε.* Ita duo Regg. et Coisl. Edit. μίξας.
661 *Κλοπέης.* Reg. 39 κλοπίης. Mox Coisl. et Reg. 995, παναίσχεος pro πανταίσχεος.

METRICA VERSIO.

Nunc virgo, conjux demum, mox orba marito :
Uno hæc sæpe die, sunt una hæc nocte frequenter.
Dilaniatque comas, sponsalemque ejicit a se
Ornatum, laceratque genas, sævoque dolore
Perdita virgineum pellit de corde pudorem,
Exstinctumque vocat miseranda morte maritum,
Desertamque domum luget, viduumque cubile
Et præmaturo sublatum funere deflet.
Nec vero partus pergam memorare dolores,
Atque onera in matrum vulvis exstincta referre,
Et tristes fructus, et fetus matre carentes,
Quæ prius est tumulus natis, ac denique mater,
Infetosque etiam fetus, partuque priores
Interitus. Taceo eductos ad lumina vitæ
Ante diem, mentisque inopes, atque horrida monstra,
Dedecus humani generis, ludibria carnis.
Quæ si cui vera libeat perpendere lance,
B Illico perspiciet, quanto mea vita feratur
Altius ad regni moderantem sceptra superni,
Cunctis nota viris decorat quos inclyta virtus.
Quinetiam partis labes utriusque silebo.
Virginitatis enim decet os convicia castum
Effugere. At mihi si tentes aspergere labem,
Si quis forte meam maculavit crimine vitam,
Et probro Christi tunicam quæ nescia sordis
Junxerit, idque bonum, quo non præstantius ullum
Est tibi, complexus fuerit cum crimine fœdo,
Uxorem sero accipiens, vitamque beatam
Linquens, quæ blandæ prorsus fugit oscula carnis :
Ipsa quoque obscenum contra memorabo cubile,
Quod furtim rapiunt calcata lege, minisque
Quas Deus intentat, mœchorum perdita turba.
Rebus in humanis etenim mage noxia pestis
Nulla est, nec gravius quæ mollia pectora vexet,

Digitized by Google

Πάντων, καὶ μαλεροῖο πυρὸς πλέον ἔγκατα δάπτον,
Εὖτέ τις ἀλλοτρίῃ πελάων κακομήχανος εὐνῇ,
Καὶ γόνον ἀμφήριστον ἔχει, καὶ δεσμὸν ἔρωτος.
'Αλλὰ σὲ μὲν μοιχοὶ καὶ ἀλάστορες οὔτι γάμοιο
Εἴργουσιν· γαμέει δὲ καὶ ὃς ἐνὶ φάσγανον ἧκε
Δυσμενέος πλευρὴν μοιχοκτόνον, εἰσέτι λύθρου
Στάζων ἀνδρομέοιο, καὶ ὃς ὑπάλυξεν ἀκωκήν.
Τῶν δέ με τίς Χριστοῖο πόθον ἀποτηλόθι θήσει
'Αφραδέων, ψηφὶς δὲ μικρὴ ῥόον εὐρὺν ἐφέξει;
Οὐ θέμις, οὐδ' ἐπέοικεν, ἐπεὶ πολὺ λώϊόν ἐστιν,
Αἰρομένων πλεόνων, πίπτειν τινὰς (εἰ θέμις εἰπεῖν
Τόνδε λόγον γλώσσῃσιν ἐναντίον), ἠὲ χαμάζε
Μίμνειν δειδιότας, μή που πτερὸν ἐς χθόνα ῥεύσῃ.
Οἱ μὲν γὰρ ἐσθλοί, Χριστοῦ κλέος, οἱ δὲ κάκιστοι,

A Ὡς τε λίθον πέμποντες ἐς οὐρανὸν ἀφραδίῃσι,
Δέχνυνται κακίην τε καὶ αἴσχεα οἷσι καρήνοις.
'Αγγελος ἦν τοπάροιθεν Ἑωσφόρος. 'Αλλὰ πεσόν-
[τος,
Οὐρανίοις παρέμιμνεν ἐὸν κλέος, ὡς δὲ μαθηταῖς
Οὐδὲν Ἰούδας ὄνειδος, ἐπεὶ πέσεν, ἀλλ' ὁ μὲν ὦκα
Ἐξ ἀριθμοῦ λογάδων, οἱ δ' ἕνδεκα μίμνον ἄριστοι.
Καὶ πόντος τιν' ὄλεσσεν, ὁ δ' ἱστία λευκὰ πετάσσας,
Πλώει ναυηγοῦ λεύσσων τάφον, ἢ ἀπὸ τύμβου
Πείσματα λυσάμενος, πρυμνήσια δ' ἔνθεν ἀνῆψε.
Μῆτερ ἐμή, κέλεαί με λιπεῖν βίον ὧδ' ἀνιόντα,
Ἠὲ λόγον στήσωμεν, ἐπεὶ κράτος ἐστὶ θυγατρὸς,
Κάρτος ἐμὸν, τοκέων δὲ καὶ ὡς κράτος; Εἰ δ' ὅτι μήτηρ
Παρθενίης σὺ γέγηθας, ὅσον κλέος ἐστὶν ἐμοῖο;

Omnium, ac fervido igne vehementius pectora peredens,
Ubi quis sceleris machinator, alieno irrepens cubili,
In ambiguo habet et prolem et amoris vinculum.
Sed te mœchi et scelerati nequaquam a nuptiis
Deterrent: nubitque et qui gladium immisit lethiferum
In mœchi inimici latus, adhuc cruore
Stillans humano, et qui gladium effugit.
Me vero quis longe ab amore Christi removebit
Insipientium? num latum fluentum sistet lapillus?
Fas id non est, neque convenit. Multo enim satius est,
Multis in altum tendentibus, nonnullos cadere (si fas est
Hunc sermonem linguæ haud amicum proferre), id, inquam, satius,
Quam humi residere metuentes, ne qua in terram ala decidat.
Boni enim sunt Christi gloria: improbi autem,
Velut qui lapidem in cœlum præ insipientia jaciunt,
Nequitiam et probra propriis capitibus excipiunt.
Angelus fuit primo Lucifer. Sed eo lapso,
Suum permansit cœlestibus decus, quemadmodum discipulis
Nullum Judas opprobrium cadendo intulit: sed ille quidem cito
Ex selectorum numero exclusus, undecim autem optimi permanserunt.
Hunc pontus perdidit: ille alba vela expandens
336-337 Navigat naufragi tumulum aspiciens, vel a tumulo
Funes solvens, quibus puppim illico alligaverat.
Jubesne, mater mea, ut vitam in cœlum ascendentem dimittam,
An vero loqui desinam, siquidem victoria mea
Victoria est filiæ; et sic quoque parentum victoria? Quod si
Matrem te esse virginitatis gaudes, quanta est gloria mea?

666 *Ἀμφήριστον ἔχει.* Coisl. sup. lin. ἀμφίβολον. Duo Regg. ἔχῃ.
669 *Πλευρήν.* Coisl. et tres Regg. πλευρῇ.
674 *Αἰρομένων.* Reg. 39 sup. lin. ὑψουμένων.
675 *Ἐναντίον.* Coisl. sup. lin. ἐναντίων.
676 *Ῥεύσῃ.* Reg. 992 et Coisl. νεύσῃ.
681 *Παρέμιμνεν.* Coislinianus codex et duo Regii παρέμειναν.
687 *Κέλεαι.* Ita Coisl. et duo Regg. Edit. κέλεται.
690 *Παρθενίης.* Reg. 39 παρθενίῃ. Mox, γέγηθας. Ita Coisl. et tres Regg. Edit. γεγήθαο.

METRICA VERSIO.

Quam non legitimum lectum versutus adulter
Dum petit, et dubio fecundat semine mœcham.
An vero cum te mœchorum densa caterva
Non teneat, lecto quin subdas colla jugali,
Imo etiam uxorem ducat, qui vindice dextra
Letiferum mœchi demisit in ilia ferrum,
Totus adhuc stillans admissæ sanguine cædis,
Quique fuga celeri minitantia spicula fugit,
Me contra a Christo quorumdam insana libido
Distrahet, atque meum de corde fugabit amorem,
Et lapis exiguus latissima flumina sistet?
Haud decet, haud fas est; nam multo præstat, ut
[ingens
Dum numerus levibus petit ardua sidera pennis,
Æthere labantur quidam, si dicere fas est,
Quam fixi in terra maneant, jaceantque supini,
Dum metuunt ne penna nimis sublata liquescat,
In terramque cadant, temere dum sidera quærunt.
Namque homines virtute graves sunt gloria Christi:

B Contra, qui vitiis animum immersere nefandis,
Non aliter quam qui conjecit in aera saxum,
Verticibus vitium capiunt sordesque malignas.
Angelus ante fuit miro splendore coruscus
Lucifer: ast illo cœlesti ex arce ruente,
Cœlitibus tamen incolumis sua gloria mansit.
Sic neque discipulis scelerati casus ludæ
Opprobrio fuit; ille quidem de sede bonorum
Protinus ejectus, nigrum detrusus in orcum est:
At reliqui cursum recti tenuere priorem.
Sic postquam æquoreæ quemdam rapuere procellæ,
Vela alius pandens vento tumefacta furenti
Navigat, exstincti prospectans triste sepulcrum,
Aut etiam a tumulo puppis retinacula solvit.
Linquere mene jubes vitam sic alta petentem,
Chara parens, verbisne meis imponere finem
Incipiam, quoniam obtinuit tua filia causam?
Vici ego, dilecti pariter vicere parentes.
Quod si, te cælebs quia vita est orta parente,

Digitized by Google

Οὐκ ἀΐεις ὅτι πάντες, ὅσους κατέλεξας ἀρίστους,
Ἐκ τοκέων, τοκέων δὲ δικαιότεροι καὶ ἀρείους;
Καὶ Χριστὸς Μαρίης μὲν, ἀτὰρ πολὺ φέρτερός ἐστιν,
Οὐκ οἷον Μαρίης τε, καὶ οὓς περὶ σάρκες ἔχουσιν,
695 Ἀλλὰ καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὅσους νόας ἀμφικα-
[λύπτει.
Καὶ στάχυς ἐξ ὀλίγου μὲν, ἀτὰρ στάχυς ἐβλάστησε
Σπέρματος, ἐκ ψαμάθου δὲ μέγ' ἔξοχος ἔπλετο χρυσός.
Ἡ δὲ λόγοιο κορωνίς· ἐπ' ἀμφοτέροισι βίοισιν,
Ἀζυγίῃ τε γάμῳ τε, τίν' εἰκόνα μῦθος ἐφεύροι·
700 Ὧδέ κεν ἀθρήσειας ἐμοῦ μύθοιο τελευτήν.
Χειμέριαι νιφάδες, τὰ δέ γ' ἄνθεα εἴαρος ὥρῃ,
Καὶ πολιὴ ῥικνοῖο, τὸ δὲ σθένος ἡβώοντος.
Ἤδη δ' ἄνθεα μέν γ' ἐνὶ χείματι, χειμέριαι δὲ

A Ὤφθησαν νιφάδες ποτ' ἐν ἤμασιν εἰαρινοῖσι.
705 Καὶ πολιὴν ἀνέτειλε νέος, καὶ γῆρας ἐλαφρὸν
Ἔδρακον ἀρτιχνόοιο πολὺ σθεναρώτερον ἀνδρός.
Ὡς ἄρα συζυγίη μὲν ἔφυ χθονὸς, ἀζυγίη δὲ
Χριστοῦ παμβασιλῆος ὁμόζυγος. Ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Παυράκι παρθενίῃ μὲν ἐπὶ χθόνα νεῦσε βαρεῖα,
710 Συζυγίη δ' ἤιξε πρὸς οὐρανὸν, ἔνθεν ἀέλπτως
Ἀμφὼ ψευδόμεναι, ἡ μὲν γάμον, ἡ δὲ κορείην.
Ἀλλὰ, φίλοι τοκέες τε καὶ ἄζυγες εἰσέτι κοῦροι,
Μέχρι τίνος χθαμαλοῖσιν ἐοικότες ἠὲ χελώναις,
Ἢ καὶ λοξοβάμοισι καὶ ὀκταπόδεσσι παγούροις,
715 Ἢ δολιχῶν ὀφίων σκολιοῖς μηρύμασι γαστρὸς-
Ζώοιτε στυγερῷ βεβαρηότες ἄχθεϊ σαρκός;
Δεῦρ' ἄγε καὶ Χριστοῖο παραιφασίην ἀΐοντες,

Nonne audis optimos viros, quotquot recensuisti,
Ex parentibus quidem, sed parentibus justiores et meliores fuisse?
Ac Mariæ quidem Christus, sed Maria longe præstantior:
Nec Maria solum et omnibus carnem gerentibus,
695 Sed et mentibus, quascunque latum cœlum abscondit.
Atque ex parvo quidem arista semine, sed tamen arista
Crescit, et ex arena aurum longe præstantissimum prodit.
Hæc erit sermonis coronis; de utraque vita,
Virginitate et nuptiis, imaginem quamdam sermo adinveniat:
700 Sic habebis orationis meæ finem.
Nives hiberno, flores verno tempore:
Canities rugosi est hominis, juvenis autem robur.
Sed tamen flores nonnunquam hiberno tempore, nives autem
Hibernæ vernis diebus visæ sunt:
705 Et canitiem ostendit juvenis, et senium agile
Vidi longe robustius juvene vix pubescente:
Sic etiam nuptiæ quidem e terra ortæ sunt, virginitas autem
Christi omnium regis conjux; sed tamen
Interdum virginitas in terram decidit ponderosa,
710 Et conjugium hinc assiluit in cœlum, dum præter spem
Ambo mentiuntur, istud quidem nuptias, illa virginitatem.
Verum, dilecti parentes, et cælibes adhuc juvenes,
Usquequo terrenis similes aut testudinibus,
Aut oblique gradientibus et octo pedes habentibus cancris,
715 Aut serpentum oblongorum tortuosis ventris tractibus,
Vivitis odioso aggravati carnis pondere?
Eia agite, et Christi monitis dociles,

693 *Μαρίης*. Tres Regg. Μαρίας.
699 *Ἐφεύροι*. Coisl. et tres Regg. ἐφεύρῃ.
700 *Ὧδέ κεν*. Reg. 990 Ὧδε γάρ.
701 *Ὥρῃ*. Duo Regg. et Coisl. ὥρης.
702 *Ἡβώοντος*. Duo Regg. ἡβώντος. Coisl. ἡβάωντος.
709 *Βαρεῖα*. Ita legimus. Edit. βαρεῖαν, sed male.
711 *Κορείην*. Chig. et Reg. 992 χορείην.
712 *Ἀλλὰ, φίλοι τοκέες τε καὶ ἄζυγες*. Billius hic hæret, substituendum ratus τεκέες pro τοκέες, eo quod subjicit inferius, ἔμπαλιν ἐξ ἀδέτοιο βίου πρὸς κῦδος ἴωμεν, quibus verbis solos inmuptos videtur compellare. Verum utrosque compellat, et ad æternæ vitæ munera hortatur: sic tamen ut re et animo, vel certe proposito, a nuptiis abstineant, ut Paulus I Cor. vii, 29: *Qui habent uxores, tanquam non habentes sint.*
714 *Παγούροις*. Genus cancrorum est, qui octo pedes habent, ut scribit Plin. lib. ix, cap. 31.
715 *Μηρύμασι*. Duo Regg. μυρίσμασι.
717 *Παραιφασίην*. Duo Regg. παραιφασίης.

METRICA VERSIO.

Lætitia idcirco tanta diffunderis: inde
Colligere est promptum quantum mea gloria major.
Nonne vides omnes, quorum a te mentio facta est,
Præstantes virtute viros, a conjuge vita
Productos, superasse tamen virtute parentes?
Christus enim, quamvis Maria de Virgine natus,
Partibus innumeris vincit superatque parentem,
Et quoscunque alios obvolvit carnea moles,
Quasque tegit mentes stellantis regia cœli.
Quin etiam tenui de semine crescit arista,
Eximiumque aurum vili profertur arena.
Ad summam a nobis quædam statuetur imago,
Qua, velut in tabula, vitam pingemus utramque:
Atque ita tu nostri finem sermonis habebis.
Bruma nives profert, flores sunt veris amœni:
Dat senium rugas, vires generosa juventus.

B Sed tamen et brumæ spectantur tempore flores,
Atque nives gelidæ vernis quandoque diebus:
Protulit et canos juvenis, viridemque senectam
Vidi, et vincentem juvenilia robore membra.
Haud aliter, quamvis sit terræ uxoria vita,
Castaque virginitas decoretur conjuge Christo:
Interdum tamen in terram depressa recumbit
Virginitas, contra thalamus ferit æthera pennis.
Utraque sic simulans, specie mentitur inani,
Illa quidem tædas, hæc contra virginitatem.
At vos, o patres, o virginitatis alumni,
Quantisper tardæ, quæso, testudinis instar,
Aut velut obliquo gradientes tramite cancri,
Aut per humum oblongi velut angues membra tra-
[hentes,
Oblique depressi vivetis pondere carnis?

Digitized by Google

Κάλλος τ', εὐκλείην, πλοῦτον, γένος, ὄλβον, ἅπαντα
Ῥίψαντες, κακότητος ἀπηνέος ἔκγονα τερπνὰ,
Ἔνθεν ἀνερχόμενοι, ζωῆς ἐπιβῶμεν ἐλαφρῆς,
Ἁγνότατοι καθαροῖσιν ὁμόφρονες οὐρανίοισιν,
Ὦ; κεν δὴ μεγάλοιο Θεοῦ τελέθοντες ὀπηδοὶ,
Γηθόσυνοι μέλπωμεν ἑόρτιον ὕμνον ἄνακτι·
Εἷς δὲ γάμον λήξαντες, ἀπ' ἀγλαΐης παραδείσου,
Καὶ γαῖαν πολύμοχθον, ἃ θ' ἕσπεται ὀλλυμένοισιν,
Ἐμπαλιν ἐξ ἀδέτοιο βίου πρὸς κῦδος ἴωμεν,
Καὶ φυτὸν ἄλσεος ἐσθλὸν, ὅθεν πέσον ἀφραδίῃσι.
Τοῖα καὶ ἀζυγίη θεοείκελος. Οἱ δὲ δικασταὶ
Συζυγίην ποθέοντες, ὅμως στέψουσι κάρηνον

A 730 Παρθενίης. Χριστὸς δὲ διδοὺς γέρας ἀμφοτέροισι,
Τὴν μὲν δεξιτερῇ παραστήσεται ἐγγύθι χειρὶ,
Τὴν δ' ἑτέρην λαιῇ, κῦδος δέ τε καὶ τὸ μέγιστον.

B'. Ὑποθῆκαι παρθένοις.

Νίκη μὲν δὴ σεῖο, καὶ ὃς μάλα σαρκὸς ἑταῖρος,
Ὧδε δίκην δικάσειε. Μικρὸν δ' ἐπέεσσιν ἐμοῖσι,
Παρθένε κυδήεσσα, καὶ ἀγλαόμητι, περίφρων,
Οὔατα παρθεμένη, καὶ ἐνὶ φρεσὶ σῇσι βαλέσθαι
Μῦθον ἐμόν. Ἁλιτῆς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη.
Μή σε νόος τρώσειεν ὑπερνεφέουσαν ἐρωαῖς.
Πολλάκι γὰρ πτῶσις μὲν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἄειρεν,
Ἐς χθόνα δ' ὖψος ἔθηκε. Θεῷ τάδε τέθμια κεῖται,

Pulchritudinem, gloriam, divitias, genus, felicitatem, omnia
Projicientes, crudelis nequitiæ blanda germina,
720 Hinc assurgentes, vitam expeditam ingrediamur,
338-339 Puri cum puris cœlestibus concordes,
Ut magni Dei asseclæ facti,
Læti festivum hymnum regi canamus :
Et qui in nuptias devenimus, ex pulchritudine paradisi,
725 Et in terram ærumnosam et inhærentia pereuntibus mala,
Rursus ex vita jugi experte ad gloriam perveniamus,
Et ad bonam paradisi arborem, unde insipientia decidi.
Hæc virginitas Deo similis. Judices autem, etsi
Nuptiarum cupidi, corona tamen cingent caput
730 Virginitatis. Christus autem utrique præmia largiens,
Hanc quidem dextra manu adsciscet,
Alteram autem læva, quod et ipsum decus maximum est.

II. *Præcepta ad virgines*[*].

Tua est victoria, nec qui carni valde amicus est,
Aliter judicet. Paulum autem meis verbis,
Virgo decora, excellenti prædita ingenio, prudentissima,
Aures accommoda, et cordi tuo manda
5 Sermonem meum. Optima est canitiei adhortatio.
Ne te mens vulneret ultra nubes impetu abreptam.
Sæpe enim lapsus e terra in cœlum erigit,
Et ad terram deprimit elatio. Deo autem hæc statuta lex,

[*] Alias Bill. 4, pag. 55

723 *Γηθόσυνοι*. Reg. 990 γηθοσύνῃ. Chig. γηθόμενοι.

730 *Ἀμφοτέροισι*. Tres Regg. ἀμφοτέρῃσι.

II. ARGUMENTUM. *Hoc in egregio poemate virgines salutiferis præceptis instruit. Porro ex titulo Græco, qui articulo feminino caret, et ex eo quod poeta nunc viros, nunc feminas alloquatur, conjicere licet ad omnes utriusque sexus, qui virginitatem profitentur, poema pertinere.*

3 *Ἀγλαόμητι*. Sup. lin. Reg. 991 λαμπρὰν γνώμην ἔχουσα.

4 *Βαλέσθαι*. Sup. lin. in duobus Regg. ἔμβαλε.

5 *Ἁλιτῆς δὲ παραίφασις*. Ita fere lib. II, sect. 2, poem. v, vers. 7, Nicobuli patris ad filium.

6 *Ἐρωαῖς*. Coisl. sup. lin. ὁρμαῖς, *immoderatis desideriis*.

7 *Ὑψόσ' ἄειρεν*. Int. εἰς ὖψος. Reg. 993 ἀείρει.

8 *Τέθμια*. Sch. νόμιμα

METRICA VERSIO.

Huc agite, atque aures Christo præbete monenti.
Formam, splendorem, census, genus, omnia terræ
Commoda, et horrendo de crimine gaudia nata,
Pellentes procul a nobis, tendamus in altum,
Et leve sectemur vitæ genus, atque beatis
Cœtibus angelicis æqualiter afficiamur,
Et nos conjungat puris purissima vita
Mentibus, æternum ut Regem Dominumque sequentes
Lætis ipsi animis carmen solemne canamus.
Utque in conjugium, paradisi sede beata
Pulsi, desiimus, terramque labore refertam,
Atque ea quæ rigida perfunctos morte sequuntur :
Sic decus ad primum nos innuba vita reducat,
Et nemus egregium, mihi quod vecordia clausit.
Hæc quoque virginitas divino protulit ore.
At qui judicio præsunt, licet urat eorum
Pectus hymen tædæque sitis, thalamique cupido,
Non tamen idcirco facient, quin candida vitæ
B Tempora virgineæ cingant victrice corona.
Ac statuens etiam sua præmia Christus utrique,
Hanc mage condecorans in dextra parte locabit :
Illam autem a læva considere parte jubebit.
Nam nec honor levis hic, nec gloria parva putanda est.

II PRÆCEPTA AD VIRGINES.

(*Billio interprete.*)

Palma tua est, o virgo, tua est victoria certe :
Sicque vel is nimium ardenti qui carnis amore
Afficitur, statuet ; sed enim, clarissima virgo,
Cordata et prudens, nostris sermonibus aures
Arrige, quæso, tuas, medioque in pectore fige.
Optima sunt etenim canæ præcepta senectæ.
Motibus immodicis ne mens elata cruento
Vulnere te feriat, vigilanti prospice cura.
Namque hominem haud raro casus provexit in altum :
Ac contra fœdæ est elatio causa ruinæ.

Digitized by Google

Εὐμενέειν γοεροῖσιν, ὑπερφιάλους δὲ κολούειν.
Μηδὲ μικροῖς μέτροισι τεὴν σταθμώμενος οἶμον,
Εἴ τινα παρθρέξειας ἀπόδρομον, ἠὲ κάκιστον,
Τέρμα πέλειν ἀρετῆς τόδ' ὅτεο· οὐ γὰρ ἄριστον
Τῶν ὀλίγων προφέρειν. Μέτρον δέ σοί ἐστιν ἐφετμὴ,
Καὶ Θεὸς, οὗ σύ γ' ἄπωθε, καὶ εἰ τροχαλώτερος ἄλλων.
Σκέπτεο μὴ καθύπερθεν ὅσων, ὁπόσων δ' ὑπ-
[ένερθεν
Ἐστηὼς, πάντων προφερέστατος εὔχεαι εἶναι.
Οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε, σὺ δ' ἐν χθαμαλοῖσιν ἀείρῃ.
Ἔκλυον, ὡς νεπόδεσσι καθ' ὕδατος αὐγάζονται
Μήνη τ', ἠέλιός τε καὶ ἀστέρες. Οὐ μὲν ἄρ' οἵ γε

A Κωφὰ δ' ἀληθείης ἐνδάλματα εἰσορόωντες,
Τέρπονθ' ὡς φωστῆρσιν ἀφαυροτάτοισι τύποισιν.
Οὔ ποτε γὰρ νώτων πολιῆς ἁλὸς ἐξαναδύντες,
Ἀτρεκέως λαμπτῆρας ἐθηήσαντο πάροιθεν·
Ἦ τάχ' ἂν ἐσκέψαντο φάος καὶ παίγνια φωτός.
Ὡς τινες· οὐ γὰρ ἄνακτος ἐτήτυμον ἔδρακον ὄψος·
Μικρὸν ἀναθρώσκοντες, ἔχειν δοκέουσι πᾶν ὕψος.
Ἀλλὰ σὺ τοῦ μὲν ἔμαρψας, ὃ δ' ἔλπεο, τοῦδ' ἐπίβαινε
Βαθμοῖς ἐν πλεόνεσσιν, ἀεὶ τὸ πρόσθε δεδορκώς.
Καὶ στάσις ἐστὶ κάκιστον· ἐπείγεο δ' ὡς καταμάρψων,
Μέχρι σε καὶ πυμάτην ἐπὶ βαθμίδα Χριστὸς
[ἀνάξει.

Favere gementibus, superbos reprimere.
Ne viam tuam exiguis ponderibus librans,
Si quem præcurras errabundum aut pessimum,
Metam id virtutis esse putes : non enim optimum est
Paucos præcurrere. Sit tibi mensura præceptum,
Et Deus, a quo tu longe es, etsi alios levitate superes.
Considera, non quot et quantis superior, sed quot et quantis
Inferior, omnibus te præstare gloriaris.
Latum cœlum supra te est : tu vero in infimis extolleris.
Audivi piscibus in aquis illucere
Lunam et solem et stellas. Et quamvis solummodo
Infirma veritatis simulacra videant,
340-341 Delectantur levissimis imaginibus, quasi essent luminaria.
Nam cum terga nunquam extulerint extra album mare,
Accurate luminaria non prius inspexerunt :
Alias certe lucem et lucis ludicra dignovissent.
Sic et nonnulli homines. Nam cum veram Regis altitudinem non viderint,
Si paululum assurgant, videntur sibi omnem altitudinem consecuti.
At tu aliud apprehendisti, aliud speres, ad aliud tende
Pluribus gradibus, semper intuens id quod anterius est.
Stare pessima res est : festina ut comprehensurus,
Donec te ad supremum gradum Christus perduxerit.

11 Ἀπόδρομον. *Errabundum, incessu tardiorem.* Schol. Reg. 992 πεπαυμένον ἀπὸ τῶν δρόμων, *ad currendum inhabilem.* Hic Gregorius perstringit eos qui exiguo modulo ac pede se metientes, ad sceleratorum hominum vitam, tanquam ad certum examen, vitæ suæ rationes exigunt, sibique gratulantur, si a gravissimis quibusdam criminibus, quæ in aliis perspiciunt, immunes se esse arbitrentur. Non est hæc libra ad quam Christianus se expendere debet, sed doctrina illa, quam nobis sequendam proposuit Deus.

16 Ἐστηώς. Reg. 993 aliique duo ἔστη ὡς. Pro εὔχεαι Reg. 992 habet εὔχεται.

20 Εἰσορόωντες. Tres Regg. οἱ δ' ὁρόωντες.

21 Ἀφαυροτάτοισι. Reg. 990 ἀφαυροτέροισι. Reg. 39 sup. lin. ἀσθενεστέροις.

22 Οὔ ποτε γάρ. Int. 992 οἵ τινες, *quippe qui haud unquam ex salsis emergentes fluctibus.*

23 Ἐθηήσαντο. Coisl. ἐθεήσαντο.

27 Σὺ τοῦ. Ita Chig. Edit. τό, vel τι. Mox id. Chig. τοῖς δ', pro τοῦδ'.

28 Τὸ πρόσθε. Duo Regg. τὸ πρόσθεν. Videtur alludere ad hæc Pauli verba, Philipp. III, 12 : *Non quod acceperim, aut jam perfectus sim : sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo et comprehensus sum a Christo Jesu... Unum autem quæ retro sunt, obliviscens, ad ea autem quæ sunt priora, extendens me ipsum, ad destinatum persequor.*

30 Πυμάτην. Duo Regg. πυμάτων. Mox tres item Regg. ἀνάζῃ pro ἀνάξει.

METRICA VERSIO.

Numinis hic etenim mos est, gemebunda favore
Pectora complecti, et mentes calcare superbas.
Neve tuam exiguo librans examine vitam,
Si quem criminibus fœdum aut errore vagantem
Prætereas, ideo esse putes virtutis in arce.
Non etenim summæ est parvos præcellere laudis.
Sit tibi lex divina modus, sit rector olympi,
Qui, quamvis alios cursu præcedere possis,
Te tamen immense exsuperat, retroque relinquit :
Nec, cum te superent multi virtutis honore,
Sic animos tollas, quasi non sit par tibi quisquam.
Te supra excelsi latissima regia cœli :
Tu vero inter humi fusos pronosque jacentes
Altius assurgens, quid laude efferris inani?
Ut sol in nitidis Phœbeque et sidera lymphis
Piscibus irradiant, quanquam non illa, sed umbras

B Vanaque prospiciunt veri simulacra remoti,
Lætanturque umbris, et imagine lucis inani
(Non etenim ex salsis emersi fluctibus unquam
Lucida cærulei spectarunt sidera cœli :
Namque alias illis esset dignoscere promptum,
Quodnam sit verum lumen, quæ ludicra lucis);
Haud aliter quidam, quia magni culmina Regis
Nunquam lustrarunt oculis nec imagine mentis,
Si paulum assurgant, fastigia laudis habere
Summa putant. At tu complexu condita quædam
Jam retines, quædam speres, ad cætera magno
Tende gradu semper scandens spectansque priora
Stare loco mala res. Ergo torpore remoto
Ut capias, propera : donec virtutis ad arcem,
Supremumque gradum perveneris auspice Christo.
Advigila, ne te Momus sceleratæque lingua

Digitized by Google

Μὴ δέ σε Μῶμος ὀπισθε βάλοι, καὶ γλῶσσα κακίστη
Ἰὸν ἐχιδναῖον πέμπουσ' ἐπὶ σοῖσι καλοῖσι,
Δοιαὶ γὰρ μερόπεσσιν ὁδοὶ, καὶ δισσὸν ὄνειδος·
Ἡ μὲν γάρ τε κακὴ, καὶ ἐς τέλος ἶσον ἄγουσα,
Ἡ δ' ἀγαθὴ, καὶ τῆσδε φίλον τέλος, ὡς ἐπέοικε.
Μῶμος δ' ἀμφοτέρῃσιν· ἐπεὶ γλώσσης τί κεν ἦεν
Φέρτερον, εἰ μούνοισιν ἐπέχρας τοῖσι κακίστοις;
Νῦν δ' ἡ μὲν πάντεσσιν ὁμῶς ἀγαθοῖς τε κακοῖς τε
Λύσσα πέλει. Σὺ δέ μοι φράδμων καὶ ἐπίσκοπος εἶναι
Ἀμφοτέρων, καὶ τὴν μὲν ὀπίζεο, ἥ τις ἀλιτροῖς
Ἕσπεται, ὡς κακότητα φύγῃς, τὴν γλῶσσα χαλέπτει.
Τῆς δ' ἑτέρης μοι τόσσον ἔχειν δέος, ἣν ἀγαθοῖσιν
Ἐχθρὸς ἐφοπλίζει πικρὴν κακὸς, ὅσσον ἀήτου
Ἀγκίλος πέτρη καὶ κύματος ἀγνυμένοιο.
Μήτ' αἰσχρόν ποτε μηδὲν, ὃ πλείοσιν εὖαδε, ῥέ-
ξῃς,
Μή τ' ἀγαθοῦ λήξειας, ὅ κεν στυγέωσι κάκιστοι.
Ἔρδειν δ' εὐκλείης μὲν ἐπάξια. Ἤν δ' ἀπέῃσι,
Μή σέ γ' ἀνιάτω ψεύστης λόγος, ἀλλ' ἴθι πρόφρων
Τὴν ὁδόν Οἱ δ' ὑλάοιεν ἐτώσια, οὐδὲν ἔρωτος
Θειοτέρου βλάψουσιν. Ὃ δὲ φθόνος ὄμματα τήκοι.
Μηδὲ σύ γ' ἐκ Σοδόμων προφυγὼν, καὶ τέφραν ἁλύξας
Τοῦδε βίου, θείου τε πυρὸς στονόεσσαν ἀπειλὴν,
Εἰς Σόδομα βλέψειας, ἐπεὶ λίθος αἶψα παγήσῃ,
Στήλη καὶ κακίης, καὶ ἀργαλέου θανάτοιο.
Μηδ' ἐκ μὲν Σοδόμων κλέψῃς πόδας, ἐν πεδίοις δὲ
Γείτοσι δηθύνειν ἄσσον πυρὸς, ἀλλὰ τάχιστα
Σώζεσθαι πρὸς ὄρος, μή σε πυρὸς ὄμβρος ἐπίσσῃ.

Nec te Momus a tergo feriat, linguaque pessima
Venenum viperinum immittens in tua ornamenta.
Sunt enim duæ hominibus viæ et duo probra.
Altera quidem mala est et in similem exitum ducens :
Altera autem bona, illiusque amabilis est exitus, ut par est :
Utramque Momus ferit. Quid enim esset lingua
Præstantius, si pessimos tantum impeteret?
Nunc autem pariter in omnes, sive bonos, sive malos,
Rabiem effundit. Tu vero prudenter explora
Utramque, ac illam fuge quæ scelestos
Insectatur, ut nequitiam fugias, quam lingua castigat :
Alteram autem, cujus acerbitatem in bonos
Malus armat inimicus, tantum time, quantum
Rupes in mari ventos et fluctus qui ad illam franguntur.
Nihil unquam turpe, etsi pluribus gratum, admitte,
Nec a bono quod pessimi oderunt, desiste.
Res dignas laude gere ; sed si laus absit,
Non te angat sermo mendax, sed perge alacriter
Viam tuam. Illi autem nequidquam latrent, nihil amori
Divino nocebunt. Invidia oculos tabefaciat invidorum.
Neque tu ex Sodomis profugus, et a cinere hujus vitæ,
Luctuosisque minis divini ignis liberatus,
Ad Sodomam respicias ; statim enim lapis figaris,
Ac nequitiæ et funestæ mortis monumentum.
Nec Sodomis pedes surripias, in campis autem
Vicinis moreris prope ignem : sed celerrime
Salutem in monte quære, ne te igneus imber comprehendat.

31 *Μὴ δέ σε Μῶμος.* Vide infra, v. 246.
34 *Ἶσον.* Coisl. αἰνόν.
36 *Τί κεν ἦεν.* Schol. Reg 39 τί ἂν ὑπάρχοι.
39 *Εἶναι.* Sup. lin. 991 γένου.
40 *Ὀπίζεο.* Idem ac ἐπιστρέφου. *Eam cave, illam declina, quæ scelestis est comes.*
45 *Μήτ' αἰσχρόν.* Duo Regg. μήτ' αἰσχρῶν. Ad marginem ms. μηδὲν, ὃ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκει, πράξῃς. Hæc videntur attingere quod in Exod. cap. xxiii legitur : *Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero devies.*
47 *Ἤν δ' ἀπέῃσι.* Reg. 992 ἢν δ' ἀπείη σοι.
49 *Τὴν ὁδόν.* Ita Coisl. Edit. τὴν δ' ὁδόν.
51 *Προφυγών.* Reg. 39 ἐκφυγών.
55 *Κλέψῃς.* Ἐπάρῃς.
56 *Δηθύνειν.* Βράδυνε.

METRICA VERSIO.

A tergo incautam feriat, famamque veneno
Inficiat, laudesque tuas, carpatque maligne.
Namque duplex duplici vita est obnoxia probro :
Altera criminibus gravis est, nec dispare fine
Clauditur : egregium contra tenet altera cursum,
Tandemque optatus, sicut decet, exitus illam
Excipit. At Momus petulans arrodit utramque
Dente pari. Quid enim lingua præstantius esset,
Pectora si tantum morsu vitiosa protervo
Impeteret? Verum nullo discrimine in omnes
Evomit hæc rabiem. Quare prudenter utramque
Explorare tuum est, ac totis viribus illam
Effugere, in scelerata suum quæ pectora virus
Diffundit, puramque tueri a crimine mentem,
Commoda quod linguis furialibus arma ministrat.
Altera, qua recti lacerat malus hostis amicos,
Non magis te turbet, quam vis asperrima venti
Æquoreos agitans scopulos, undaque minaces,
Quas facile infringit petræ firmissima moles.

B Nec vero turbæ captans popularis amorem
Turpe quid admittas : nec recti desere curam,
Sit licet hoc illis odio, quos improba vita
Delectat ; cura quæ sunt dignissima laude.
Si tamen illa tuis meritis comes esse recuset,
Non te discruciet mendax oratio : verum
Prompta per assuetos vestigia figito gressus :
Quamlibet oblatrent, atque ora impura resolvant
(Lædere nil unquam, quod sit cœleste, valebunt),
Ipsorumque oculos livor justissimus urat.
Nec vero Sodomam fugiens mundique favillas,
Horribilesque minas labentis ab æthere flammæ,
Ad Sodomam flectas oculos : ne forte repente
Concrescas salis in statuam, cunctisque columna
Publica tum vitii prostes, tum mortis acerbæ.
Nec Sodomam liquisse fuga contentus, in arvis
Vicinis defige gradum, flammæque propinquis :
Sed celer in montem propera, ne te igneus imber
Obruat, et sævos pariat mora longa dolores.

Digitized by Google

Μήτε λίην τρομέειν σαρκὸς φύσιν, ὡς ἀδάμαστον.
Οὐ θεόθεν γὰρ τάρβος, ὃ δέσμιον ἄνδρα τίθησι.
Μήτε λίην σάρκεσσιν ἐφιέμεναι μαλακῇσι,
Μή σε κατὰ κρημνῶν ῥίψῃ κόρος οὐ δοκέοντα.
Πρόφρων μὲν τρηχεῖαν ἴθι τρίβον. Εἰ δ' ἐπιβαίης,
Σκέπτεο μή τις ὄλισθος, ὅπως ἐπὶ τέρμα πελάσσῃς
Ἄπτωτος, στεινὸν δὲ διεξελάσῃς πυλεῶνα,
Ἔνθα φάος τε κλέος τε, κακῶν τ' ἄμπνευσις ἀπάν-
Εἰ τρομέεις, καλάμην σπινθὴρ ὅτι τυτθὸς ἀνάπτει, [των.
Θάρσει· ὄμβρος ἄνωθεν καταψύξει φλόγα πολλὴν,
Εὐχαί τε, στοναχαί τε, καὶ ἤματα δακρυόεντα,
Καὶ νύχιαι μελεδῶναι, ἔρως θ' ὅλος ἀμφὶ ἄνακτα.

A 70 Τοῖα σαωφρωσύνης καλὰ φάρμακα, οἷς σὺ, φί-
Οὐδ' εἴδωλα πόθοιο χερειοτέρου ποτὲ θήσεις [λιστε,
Σῇσιν ἐνὶ παπίδεσσιν, ἀγνὸν δέ τε καὶ νόον ἕξεις,
Ὡς νηὸς μεγάλοιο Θεοῦ καὶ Πνεύματος αἴγλη.
Παρθένε, παρθένος ἴσθι καὶ οὐασὶ, καὶ φαέεσσι,
75 Καὶ γλώσσῃ· πᾶσιν γὰρ ἐπίτροχός ἐστιν ἁμαρτάς·
Οὔατα μὲν πτερόοιτο μόνοις ἐσθλοῖσι λόγοισιν,
Αἰσχροῖσι δὲ θύρετρα καὶ ἀφραδέεσσι τετάσθω.
Ὄμματα δ' ἐν νυμφῶσι τεοῖς βλεφάροισιν ἐρύχθω
Σώφρονα, μηδὲ μάχλοις κινήμασι κέντρον ἐγείροι.
80 Χείλεα δ' αὖ, καλύκεσσιν ὁμοῖα, δέσμια κείσθω,
Καὶ μῦθος ποθέοιτο. Πόδες δ' ὑπέροπλον ἰόντες

Nec valde perhorrescas carnis naturam, quasi domari non possit.
Non enim a Deo pavor, qui hominem vinculis constringit.
60 Nec multum carnibus indulge mollibus,
Ne te in præcipitia satietas imprudentem impellat.
Alacriter quidem incede asperam semitam. Quod si progrediaris,
Cave ab omni lapsu, ut ad metam accedas
Integer, et arctam introeas januam,
65 Ubi lux et gloria, et ab omnibus malis respiratio.
Si tremis, quia stipulam scintilla levis accendit,
Confide: imber e cœlo refrigerabit ingentem flammam,
Precesque et gemitus, et lacrymæ diurnæ,
Nocturnæque sollicitudines, et totus amor circa Regem.
70 Talia sunt castitatis præclara remedia, quorum tu ope, optime,
Ne imagines quidem deterioris amoris unquam injicies
Cordi tuo, et puram mentem habebis,
Ut magni Dei templum et Spiritus splendor.
Virgo, auribus sis virgo, et oculis
75 Et lingua: hæc enim omnia ad peccata proclivis:
Aures arrectæ sint bonis tantum sermonibus,
Turpibus autem ostia et insulsis ponantur.
Casti, tanquam in thalamo, tuis sub palpebris claudantur
Oculi, nec lascivos motus exstimulent.
80 Labia, velut rosæ putamina, clausa teneantur,
Ac sermo desideretur. Pedes superbe ambulantes

60 *Ἐφιέμεναι.* Int. 992 ἐνδιδόναι.

64 *Στεινὸν δὲ διεξελάσῃς.* Sic tres Regg., sicque legendum suspicatus fuerat Billius. Edit. στεινὸν δέ γε ἐξελάσῃς. Schol. διαπεράσῃς. Ita Matth. VII, 13: *Intrate per angustam portam.*

71 *Εἴδωλα.* Sic tres Regg. Edit. εἴδηλα. Ad marginem: οὐδὲ σκιᾶς πόθου τοῦ ἐλάττονός ποτ' ἐμβάλλεις.

73 *Αἴγλη.* Sic tres Regg. Edit. αἴγλης.

75 *Ἐπίτροχος.* Int. 992 ταχεῖα. Schol. ἐπάνω τούτων σου τῶν αἰσθητηρίων τρέχουσα, *quod tuis hisce sensibus involet.*

76 *Πτερόοιτο.* Tres Regg. πτερώοτο.

78 *Ἐν νυμφῶσι.* Int. 992 παρθενικοῖς. Significat *ita coercendos esse oculos ut palpebris, quasi cubiculo quodam nuptiali, teneantur.* Ita Nicetas in comment. Orat. *De nova Dominica*, hæc verba poeticis numeris solvens: Τὰ μὲν οὖν ὄμματα οὕτω σωφρονιζέσθω, ὥσπερ ἐν νυμφῶσι τοῖς βλεφάροις παρθενικῶς θαλαμευόμενα. Ibid. Ἐρύχθω. Int. 992 ἀνακλείσθωσαν.

79 *Μάχλοις.* Ita Coisl., tres Regg. et Combef. Prave edit. μάχοις.

80 *Καλύκεσσιν.* Int. Reg. κεκαλυμμένοις ῥόδοις.

81 *Ποθέοιτο.* Int. ἐπιθυμητικός, *rarus sit;* Schol. Ποθοῖτο παρὰ τῶν ἔξωθεν ἀκούεσθαι, ὡς σιγῇ δεδεσμένος, *sui audiendi desiderium faciat, quod vinctus silentio est.* Illi duo versus leguntur infra, lib. II, sect. 2ª, poem. VI, ad Olympiadem virginem nubilem, v. 84 et 85: sed in posteriori pro ἴθματα πόρνον ἔχει τι, legitur ἴθματιν ὕβρις ἔπεστι.

METRICA VERSIO.

Nec tibi sit nimio carnis natura pavori.
Tanquam illam nequeas ulla ratione domare
(Non etenim timor hic divina manat ab arce,
Qui mentes hominum tam dura compede nectit).
Nec rursus carni plus æquo frena relaxa:
Ne te securum abripiat, sternatque repente.
Durum iter et salebris infestum carpe libenter,
Conscendensque vide, ne quid vestigia fallat:
Ut tibi propositam pedibus contingere metam
Detur inollensis, perque arctam tendere portam
Ad sedes superas: ubi gloria luxque perennis,
Et jucunda quies nullo interrupta dolore.
Si metuis, stipulam quia parvulus excitat ignis,
Pone metum, flammam ingentem tibi cœlicus imber
Sopiet, atque preces, gemitus, lacrymæque diurnæ,
Atque graves curis noctes, totusque supernum

B Ad regem contensus amor, sedesque beatas.
Talia virgineæ sunt optima pharmaca vitæ,
Queis tu nec nudas species curabis amoris
Corporei niscere animo: sed mente pudica
Esse laborabis, velut alti Numinis ædes,
Pneumatis et radius supero demissus ab axe.
Virgo, sis oculis, sis ore atque auribus ipsis
Virgo; nam tribus his facile est decedere recto.
Egregiis tantum pateant sermonibus aures:
Turpibus et stultis claudatur janua verbis.
Quin etiam velut in thalamo tua lumina claude
Involucris devincta suis, nec motibus illa
Lascivis stimulent vesano pectus amore.
Utque latet rosa verna suo putamine clausa,
Sic os vincla ferat, validisque arcteturr habenis,
Indicatque suis prolixa silentia labris.

Digitized by Google

Ψεῦσται παρθενίης, καὶ ἴθματα πόρνον ἔχει τι.
Ῥωγαλέον δὲ χιτῶνα, καὶ οὐ τρυφέωντα κάρηνα
Αἴδεο, μὴ σηρῶν καλὰ νήματα. Μάργαρος ἄλλην
Κοσμείτω, καὶ χρυσὸς ἐπαστράπτων μελέεσσιν,
Ὧν καὶ γραπτὰ πρόσωπα, χθονίων πλάσματα χειρῶν,
Εἰκόνος οὐρανίης ἀλλότρια, εἰκόνες αἰσχραὶ,
Μαχλοσύνης στῆλαί τε καὶ οὐ λαλέοντες ἔλεγχοι,
Κινύμενοι πίνακες, μυστήρια νυκτὸς ἐνηοῦς,
Αἴσχεα μαρμαίροντα, τάφοι κρύπτοντες ὀΐζύν.
Τῶν ἄπο τηλόθ' ἵστο, παραστάτι κυδήεσσα
Κάλλει κρυπτομένῳ, νύμφη Χριστοῖο ἄνακτος.
Ὄμματα δ' ὄμμασι μίσγε, λόγῳ λόγον, ἁγνὰ καὶ [ἁγνοῖς.

A Μή ποτε μηδὲ γέλωτι γέλων, καὶ θάρσεϊ θάρσος.
Ἐκ γὰρ δὴ τοιῶνδε κακὸς μερόπεσσιν ὄλισθος.
Ἄρσενα πάντ' ἀλέεινε, συνείσακτον δὲ μάλιστα,
(Μερρᾶς πικρὸν ὕδωρ, καὶ πείθεο, παρθένος ἁγνή,)
Κῆν χρυσοῖο πέλῃ καθαρώτερος, ἢ ἀδάμαντος
Στερρότερος. Διπλοῦν γὰρ ἔπι δέος. Εἰ σὺ πέποιθας
Σαρκὶ τεῇ, τίς πίστις ὁμωροφίοις μελέεσσι,
Μή σοι μὲν καθαρόν τε καὶ ἄσπιλον ὄμμα, νόος τε,
Φρὴν δ' ἑτέρη κεύθοι τι χοὸς, καὶ πνεῦμα διώκοι;
Ἐκ σαρκῶν ἐπὶ πνεῦμα μετήλυθες, ἔνθεν ἀέρθης·
Πῶς αὖθις σάρκεσσιν ὁμὸν βίον αἰνήσασα,
Νυμφίον ἱμερόεντα τεῆς ζηλήμονα μορφῆς
Αἰσχύνεις, μή πού σε κεδνῆς φιλότητος ἀμέρσῃ,

Mentiuntur virginitatem, et hi gressus habent aliquid meretricii.
Laceras vestes et neglecta capita
Reverere, non pulchritudinem sericæ texturæ. Margarita
Aliam ornet, ac aurum in earum membris coruscans,
Quarum picti vultus, manus terrestris figmenta,
Cœlesti imagine aliena, turpia simulacra,
Lasciviæ monumenta, et tacita argumenta,
Tabulæ mobiles, mysteria tranquillæ noctis,
344-345 Splendida dedecora, sepulcra fetorem tegentia.
Ab his longe recedas, virgo fortis et ornata
Occulta pulchritudine, Christi regis sponsa.
Oculos oculis junge, sermonem sermoni, pura puris;
At nunquam risum risui et audaciæ audaciam:
Ex his enim malæ hominibus ruinæ.
Masculum omnem fuge, præsertim introductitium
(Mirrhæ aqua amara, crede mihi, casta virgo),
Etiamsi auro purior sit, et adamante
Firmior. Duplex enim hic subest timor. Si tu confidis
Carni tuæ, quæ fides membris simul habitantibus,
Ne tibi quidem, cum purus sit et sine nævis oculus et mens,
Anima autem dissona terreni aliquid occultet, et spiritum insectetur?
A carnibus ad spiritum translata es et inde evecta:
Quomodo rursus carnium conjunctionem laudans,
Sponsum dedecoras, qui tuam cupidus formam æmulatur,
Non verita, ne quando pretiosum tibi amorem subtrahat,

83 *Τρυφέωντα.* Duo Regg. τρυφέοντα. Chig. τροφέοντα. Coisl. τυφόοντα.
86 *Χθονίων.* Int. 992 χοϊκῶν.
91 *Κυδήεσσα.* Regii codices duo, Chigianus et Coislinianus κυδιόωσα.
93 *Λόγῳ λόγον.* Ita Coisl. Edit. λόγον λόγῳ. Mox ἁγνὰ καὶ ἁγνοῖς. Tres Regg. et Coisl. ἁγνὲ, καὶ ἁγνή. Int. 992 καθαρὲ, καθαρά.
95 *Ἐκ γὰρ δή.* Ita duo Regg. In edit. deerat δή. Mox μερόπεσσιν. Chig. ἀνθρώποισιν.
97 *Μερρᾶς.* Alludit ad vers. 23, cap. xv, Exodi. Mox καὶ πείθεο. Duo Regg. et Coisl. ναὶ πείθεο.
99 *Ἔπι δέος.* Int. 992 ἔπεστι δέος.
100 *Τίς πίστις.* Ita Chig. Edit. πιστός. Mox ὁμωροφίοις. Coisl. ὁμορροφίοις.
102 *Κεύθοι.* Regg. tres κεύθῃ. Mox iidem et Coisl. διώκῃ pro διώκοι.
105 *Ἱμερόεντα.* Sic tres Regg. et Coisl. Edit. ἱερόεντα.

METRICA VERSIO.

Nec vero castam te jactes esse, superbe
Si graderis; gressus est quædam namque libido.
Mentitur, fœdatque suum quodammodo corpus.
Detritas etiam vestes venerare, capulque
Deliciis vacuum et luxu, non serica fila.
Ornentur gemmis aliæ, decorentur et auro,
Quod fulgore suo collustrat corporis artus:
Hæc, inquam, his placeant, quarum depicta colore
Multiplici est facies, mortalique arte manuque
Condita, cœlestique ab imagine turpis imago
Dissita, calcatum prodens sine voce pudorem:
Viventes tabulæ, mysteria noctis opacæ,
Externeque nitens labes, pulchrumque sepulcrum
Interno fetore madens et sordibus atris.
A quibus, o virgo, Christum sortita maritum,
Quam decor occultus decorat, quam tecta venustas,
Esto procul, turpemque ornatum a corpore pelle.
Lumina luminibus, verbis conjungito verba,

B Pura tamen puris: non risus risibus autem,
Audacesque animos audacibus atque protervis.
Hinc etenim humanos vestigia lubrica fallunt.
A cunctis abscede viris, sed maxime ab illo,
Virgo, συνείσακτον quem nos de more vocamus
(Crede mihi, virgo, Merrhæ salsissimus amnis);
Firmior ille licet sit saxo, purior auro.
Namque duplex metus est. Si te fiducia carnis
Efficit intrepidam, (quis enim confidere membris
Ausit, quæ tecto semper clauduntur eodem?)
Ne tibi pura quidem sit mens, oculique pudici,
Sed versuta tegat quidquam mens altera carnis,
Spirituique neget pacem dulcemque quietem.
Ex humili ad superam migrasti corpore mentem:
Cur rursus teneræ laudans consortia carnis,
Sacrum dedecoras Sponsum, qui teque tuamque
Mirifice affectat formam, nec sustinet ullum
Rivalem adjungi? nec te timor occupat ille,

Digitized by Google

Ὡς ἶσσην, σκάζουσαν ἐπ' ἀμφοτέροισι πόδεσσι;
Χριστὸν ἔχεις ἀγαπητὸν, ἀπόπτυσον ἄνδρας ἅπαντας.
Τί χρῄζεις ἐπίκουρον ἔχειν χατέοντ' ἐπικούρου
Πῶλοι μὲν πώλοισι φίλοι, ἔλαφοί τ' ἐλάφοισι,
Καὶ ψῆρες ψήρεσσιν, ἀγνῷ δέ τε τίμιος ἀγνός.
Ἀλλ' ἔμπης κακόμητιν ἀλεύεο, μή σε δολώσῃ,
Καὶ πινυτόν περ ἐόντα· σοφοῖς δέ τε καὶ πλέον ἔχθει.
Πολλάκις ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν πόρσυνε καὶ ἐσθλοῖς.
Νῦν φάος, εἶτα σκότος, ἔνδον μόρος, εἶδαρ ὕπερθεν.
Καὶ σαίνει γλυκεροῖσι, καὶ ὄλλυσι κευθομένοισι.
Πολλάκι μὲν συνάγειρεν ὁμόφρονας ἀλλήλοισι
Πνεύματι, καὶ φάος ἦλθεν, ἐπωνυμίην τέ γε σεμνὴν,
Τὴν ἀγάπην καλέουσιν, ὑπήλυθεν. Αὐτὰρ ἔπειτα
Ἐκ κραδίης ἐπὶ σάρκας ἄγων πόθον ἐγγὺς ἰοῦσας,
Ἢ πῦρ, ἢὲ πυρὸς σημήϊα λυγρὰ δίδωσιν.
Εἴ τοι μηδὲ πυρὸς σημήϊον, ἀλλὰ τάχιστα
Πλήξεις εἰσορόωντας. Ἑτοιμότεροι δέ τε πάντες
Εἰς κακίην τελέθουσι. Ῥόος δ' ἐπὶ πρηνὲς ὀδεύει.
Ἀλλὰ δόμος, καὶ εἶμα, τράπεζά τε, ἀδρανίη τε
Γήραος ἀργαλέοιο, τόδ' ἤγαγεν αἶσχος ἀρωγόν.
Χρύσεα χαλκείων διαμείβεαι, εἰ γανόωντος
Ἀντὶ βίου μικρὴν καὶ ἀεικέα τέρψιν ἐδέξω.

Ut duplici et claudicanti utroque pede?
Christum habes amicum, respue omnes viros.
Quid opus habes adjutore, cui adjutore opus est?
Sunt quidem pullis pulli amici, et cervi cervis,
Et sturni sturnis, et agno charus est agnus.
Sed tamen malum consultorem fuge, ne te dolo decipiat,
Quamvis prudens sis; plus enim odit sapientes.
Sæpe ex bono malum machinatur etiam probis.
Nunc lux, postea tenebræ; intus mors, esca superne.
Blanditur per dulcia, et per occulta perniciem affert.
Sæpe congregat unanimes inter se
Spiritu, et lux advenit, ac sub venerabili cognomine,
Quod Agapen vocant, delitescit. Rursus postea
Ex corde in carnes, quæ vicinæ sunt, amorem insinuans,
Aut ignem edit, aut ignis tristia signa.
Quod si ne ignis quidem signa, at citissime
346-347 Qui vident, a te percutientur. Paratiores sunt omnes
Ad malitiam: fluentum per declive fertur.
At domus, et vestimentum, et mensa, et infirmitas
Senectutis molestæ, hoc dedecus in auxilium adduxerunt.
Aurea æreis permutas, si splendidæ loco
Vitæ levem et indecoram oblectationem suscipis.

106 *Κεδνῆς*. Edit. τιμίας.

109 *Ἐπικούρου*. Duo Regg. et Chig. ἐπικούρων. Coisl. ἐπικούρῳ

112 *Κακόμητιν*. Coisl. et unus Reg. δολόμητιν.

116 *Γλυκεροῖσι*. Duo Regg. γλυκερῇσι.

119 *Ἐπωνυμίην*. Ita rei turpissimæ honestissimum nomen imponebant: ἀγάπη namque charitatem significat, ac pro casto et sancto amore proprie accipitur. Hinc agaparum nomine appellabantur convivia quæ olim in Ecclesia ex charitate celebrabantur. Hoc vero loco per ἀγάπην, συνείσαξις illa fœda significatur, qua non sine magna piorum omnium offensione, et ingenti Ecclesiæ probro monachi quidam, aut alioqui cælibatum professi, feminas sibi contubernales adjungebant, ac turpissimam hanc vitæ societatem ἀγάπην appellare non verebantur. Vir feminam, cum qua habitabat, *agapetam*, femina autem virum *agapetum* nominabat. De synisactis et agapetis exstat doctissimi Muratorii disquisitio, in qua *synisactorum* et *agapetarum* originem repetit a temporibus Cypriani, qui habitantes cum sacris virginibus clericos arguit; canones refert conciliorum, quæ huic morbo occurrerunt, querelas virorum proborum qui voce et scriptis reclamarunt, atque excusationes a synisactis adhibitas dissolvit. Vide *Anecdota Græca*, edita Patavii, in-4°, an. 1709, pag. 218.

124 *Ὀδεύει*. Reg. 992 ὀδεύσει.

125 *Δόμος*. Sic habent Regius 39, Chigianus et Coislianus. Edit. δόμοι.

127 *Χρύσεα χαλκείων*. Alludit ad Homericum Glaucum, qui per vecordiam aurea arma æreis cum Diomede permutavit. *Iliad*, VI, v. 255. Ibid. γανόωντος. Int. 992 λαμπρυνομένου.

METRICA VERSIO.

Ne tandem iratus sacro te privet amore·
Utpote quam duplici conspectet poplite claudam?
Christus amore tui flagrat: ne forma virilis
Te premat, et medio sedem sibi pectore figat:
Illius auxilio quid opus tibi, dic age, qui non
Sufficit ipse sibi, sed opem conquirit amicam?
Charus equo quamvis sit equus, cervo quoque cervi,
Et sturni sturnis, et vir pius egregiusque
Egregiis pietate viris: tamen ipsa caveto,
Ne te, quantumvis prudentem animoque sagacem,
Artibus atque dolis in fraudem pertrahat hostis.
Nam graviore animos bello insectatur acutos,
Exque bono persæpe bonis mala subdolus affert.
Nunc splendet, tenebris nunc est adopertus opacis:
Mors gravis interius, dulcissimaque esca superne;
Blanditus mulcet, tecto perimitque veneno.

Sæpe animis et mente pares collegit in unum,
Et lucis speciem præ se tulit, atque decorum
Cognomentum Agapes subiit: mox callidus omnem
Ex animo ad carnes vicinas flectit amorem,
Et flammam aut flammæ tristissima signa reliquit.
Utque etiam flammæ non signa impresserit ulla,
At celer ipsa tamen letali pectus eorum
Vulnere concuties, in te quia lumina torquent.
Ad vitium siquidem ferimur proclivius omnes:
Non secus ac per prona solet rapidissimus amnis.
At domus, et mensa, et vestis, tristisque senectus
Corpusque invalidum labi prætexitur isti.
Maxima cum minimis permutas, aurea ferro,
Si vitæ claro perfusæ lumine parvas
Ipsa voluptates præfers minimeque decentes
Non mihi si grandes auri donaris acervos,

Digitized by Google

Οὐδ' εἴ μοι χρυσοῖο, καὶ ἠλέκτροιο τάλαντα,
Καὶ πεδία χλοάοντα καὶ εὐρέα πώεα δοίης,
Καὶ δόμον αἰγλήεντα, καὶ Ἀλκινόοιο τράπεζαν,
Οὐδ' εἴ μοι βίον ἄλλον ἀγήραον ἀντὶ παρόντος,
Οὐδέ κεν ὣς λιπόχριστον ἐγὼ βίον αἰσχρὸν ἑλοίμην.
Ἄρτος ἐμοὶ στείνοιτο, ποτὸν τὸ ὕδωρ ποθέοιτο·
Φύλλα συκῆς μ', ὡς πρόσθεν Ἀδὰμ Εὐάν τε, [καλύπτοι
Καὶ σήραγγας ἔχοιμι πετρῶν δόμον, ἤ τινα φηγοῦ
Κευθμῶνα, σχέδιόν τε βίον, καὶ θηρσὶν ὁμοῖον·
Ἤ τινα πὰρ πυλεῶνα βεβλημένος, ἄχθος ἀρούρης,
Ἀνδρὸς ὑπερφιάλοιο, πένης, καὶ Λάζαρος ἄλλος,
Ἕλκοιμι ζωήν τε λυγρὴν καὶ σῶμα πονηρόν.
Νῦν τάδε, χάσμα δ' ἔπειτα, καὶ ἄντιτα πάντα τὰ [τερπνά.

A Σοὶ κόρος, ἄλγος ἔμοιγε· μικρὸν, καὶ πάντα λέλασται.
Ἓν πάντες μετὰ τύμβον, ἴη κόνις· ἶσος ὁ χῶρος
Δμώεσι καὶ βασιλεῦσι. Τὸ δὲ πλέον, οὐκ ἄΐδαο;
Τοὔνεκα μήτ' ἀγαθοῖσιν ἰαίνεο τοῖς παρεοῦσι,
Μήτε λίην μογεροῖσιν ἄσαι φρένα τοῦδε βίοιο.
Ἦ γὰρ ὁμοῦ τερπνοῖσι καὶ ἄλγεα πάντ' ἀπολείψεις
Οὐ μετὰ δήν. Τί δὲ μακρὸν ἐφημερίοιο βίοιο;
Ξεῖνος δ' ἶσθι πάροικος ἐπ' ἀλλοτρίης χθονὸς ἕρπων·
Ἔνθεν ἀναστήσει σε Θεὸς ἐς πατρίδα σεῖο,
Μικρὸν ἀεθλεύσαντα, πόνων δέ τε μεῖζον ἄεθλον.
Καὶ σὺ φίλοις τεκέεσσιν, Ἰωναδὰβ ἔξοχε μῆτιν,
Ὄλβον ἐπισπεύδων τὸν ὑπέρτατον ἐν μερόπεσσι,
Τόνδε νόμον μῦθόν τ' ἐφθέγξαο· « Παῖδες ἐμοῖο,
Δεῦτε, πατρὸς δέξασθε τὸν οὐ πόρε πλοῦτον [ἔμοιγε,

Non si mihi auri et electri talenta,
Non si virides agros et lata jugera dederis,
Et domum renidentem, et Alcinoi mensam,
Neque etiamsi pro hac præsenti vita aliam senii expertem,
Idcirco turpem vitam, Christi desertor, elegerim.
Sit mihi panis arctus, pro potu aqua nequidem abundans;
Folia fici me, ut olim Adamum et Evam, operiant:
Domum habeam fissuras petrarum, aut aliquam fagi
Latebram, et vitam simplicem et feris similem:
Aut ad aliquam januam viri arrogantis,
Terræ pondus et pauper jacens, et alter Lazarus,
Vitam tristem traham et corpus languidum.
Nunc hæc, postea sepulcrum: pœnasque dabunt omnes voluptates.
Tibi satietas, mihi dolor: paulo post omnia oblivioni dantur.
Unum omnes sumus post tumulum, unus cinis: æqualis locus
Servis et regibus. Quod superest, nonne infernus?
Quocirca nec præsentia te bona oblectent,
Nec valde animum hujus vitæ adversa frangant.
Nam simul cum jucundis molesta omnia relinques,
Non ita multo post. Quid enim longum in hac mortali vita?
Hospes sis et peregrinus in aliena terra repens:
Inde te Deus suscitabit in patriam tuam,
Postquam paulum certaveris; majus autem laboribus præmium.
Et tu filiis charissimis, Jonadab prudentia insignis,
Dum divitias, quibus nihil in humanis rebus præstantius, parare studes,
Hanc eis legem et sermonem dedisti: « Filii mei, eia agite,
Accipite a patre, quas nec mihi, nec ulli unquam filio tener

130 *Πώεα.* Regg. duo ποίμνια, *copiosos greges.*
134 *Τὸ ποτόν.* Ita Reg. 993. In edit. deest τό.
137 *Κευθμῶνα.* Reg. 59 κευθμῶνας.
140 *Λυγρήν.* Duo Regg. λυπρὴν. Schol. 991 ἐπίπονον.
141 *Χάσμα.* Sup. lin. Reg. 991 et Coisl. τάφος. Mox iidem, ἀντὶ τὰ πάντα τὰ τερπνά. Sup. lin. τιμωρίαν ἔχοντα. Int. Coisl. τὰ τερπνὰ τῶν ὀδυνηρῶν ἀντίθετα.
142 *Μικρόν.* Reg. 59 πικρόν.
146 *Μογεροῖσιν ἄσαι.* Reg. unus μογεροῖς ἀνιάσῃς. Sup. lin. λύπῃσι.

METRICA VERSIO.

Electrumque nitens, immensaque jugera terræ,
Et latas vestes, et splendida tecta, simulque
Alcinoi regis mensam, non denique vita
Altera si detur rugosæ ignara senectæ,
Sic tamen amplectar deformem crimine vitam,
Turpiter atque velim deserto vivere Christo.
Exiguus mihi sit panis, sint pocula lymphæ,
Et ficus foliis, primos velut ante parentes,
Me tegat, et vili corpus convolvat amictu,
Ac mihi sit quædam tecti vice concava rupes,
Aut fagi latebræ; sit simplex vita levisque,
Atque feris prorsus similis; vel ad atria quædam
Divitis ipse jacens, incommoda sarcina terræ,
Pauper et ulceribus plenus, languentia membra
Mœrentemque traham vitam, luctuque refertam.
Ista quidem in terris: post vero chasma profundum,
Atque voluptates vindex rogus excipit omnes.
Sis saturo tu ventre, meos dolor occupet artus:

B Omnia post paulo memori de mente recedent.
Unum omnes erimus tumulato corpore, pulvis
Unus, et æqualis locus est, sedesque parata
Regibus et servis: terram properamus ad unam.
Quocirca nec te præsentis commoda vitæ
Immodice oblectent, nec rursus tristia frangant.
Tristia quippe tibi simul et jucunda necesse est
Linquere cuncta brevi; quid enim, mihi dicito, lon- [gum
Hæc mortalis habet fatoque obnoxia vita?
Hospes es in misera peregrinus et incola terra:
Post vero ad patriam divina potentia sedem
Te vehet in fragili postquam certaveris ævo:
Præmia sunt porro longe majora labore.
Tuque etiam, Jonadab, sublimi prædite mente,
Vitam, qua nulla est homini felicior usquam,
Accelerans natis, hanc legem et verba dedisti:
« O nati, quas nec genitor mihi præbuit unquam

Digitized by Google

Οὔτ' ἄλλῳ ποτὲ παιδὶ πατὴρ φίλος, ἔμπεδον αἰεί.
Μὴ δόμον οἰκήσητε περίγραπτον μελέεσσι;
Μὴ γαίην ἀρόσητε. Τί δ' ἄμπελος ὔμμιν ὄνειαρ;
Ἐν σκηναῖς ναίοιτε, μέθυσμά τε καὶ γλυκὺ πῶμα
Μή ποτ' ἐφ' ὑμετέρῳ λαιμῷ, μὴ, τέκνα, χέοιτε,
Ἀλλὰ Θεῷ ζώοιτε, Θεὸν δέ τε πλοῦτον ἔχοιτε
Μοῦνον, ἀεὶ ζώοντα, ὁμοῖον, ἀστυφέλικτον.»
Ὣς ἄρ' ἔφη· παῖδες δὲ πατρὸς ἐτέλεσσαν ἐφετμήν.
Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ λαὸν ὑποσχεσίης ἐπὶ γαῖαν
Ἱέμενον, τοῦ πρόσθε πυρὸς στύλος ἡγεμόνευε,
Καὶ νεφέλης ἕλκοντος ἀσημάντου δι' ἐρήμης·
Ὃ πόντος ὑπόειξε, καὶ οὐρανὸς εἶδαρ ἔδωκε,
Καὶ πέτρη βλάστησεν ὕδωρ, ὁ δ' ἐχάσσατ' ὀπίσσω
Εὐρὺ ῥέων ποταμὸς, καὶ ἥλιος ἔσχεθε δίφρον,

A 170 Καὶ παλάμῃσι τρόπαιον ἀνὴρ ἔστησε ταθείσαις
Σταυρὸν ὑποσκιάων, πίστις δ' ἐπέδησεν ἀκωκάς.
Ἠλίας δὲ κόραξι τράφη, καὶ γραῖαν ἔθρεψε
Σιδονίην τυτθῇσιν ἐνὶ ψεκάδεσσι βίοιο,
Οὔ ποτέ γ' ἐν πενιχρῇ σιπύῃ λήγοντος ἀλεύρου,
175 Καὶ κεράμοιο βρύοντος ἀεὶ τόσον ὑγρὸν ἔλαιον,
Ὅσσον ἀφύσσετο χερσὶ φιλοξείνοιο γυναικός.
Ἑβραῖοι δέ τε παῖδες ἐὴν ποθέοντες ἐδωδὴν,
Ὄφρα κε μὴ βασιλῆος ἐνὶ χρανθῶσι τραπέζῃ,
Ἀσσυρίης καθύπερθε φλογὸς χαίροντες ἔβησαν,
180 Ἔνθεν ἀναψύχοντες, ἑὰ πρὸς δώματ' ἵκοντο.
Καὶ Δανιὴλ λείουσι ῥιφεὶς βορὰ μαινομένοισι,
Θρέψε μὲν οὔτι λέοντας, ἐπεὶ χέρας ἐξεπέτασσεν,
Ἀερίην δ' ἐνὶ χερσὶν ἐδέξατο δαῖτα προφήτου.

Acquisivit pater, divitias, in omne ævum stabiles.
Nec domos incolatis corporibus circumscriptas,
Nec terram aretis. Quid vos juvabit vitis?
In tabernaculis habitate; nec inebriantem, nec dulcem potum
348-349 160 Vestro unquam gutturi, nati, infundite.
Sed Deo vivite; vobisque Deus sit thesaurus,
Qui solus semper vivit, ac neque mutari, neque auferri potest.»
Sic ille locutus: filii vero parentis imperio parent.
Novi ego et populum in terram promissionis
165 Properantem, cui dux erat columna ignis antecedens,
Et nubes deducens per desertum vestigiis carens;
Cui cessit mare, cœlumque escam dedit,
Et petra aquam scaturivit, recessitque retrorsum
Late fluens amnis, sol cursum inhibuit;
170 Trophæumque vir erexit extensis manibus
In formam crucis, fidesque hostiles gladios constrinxit.
Elias a corvis nutritus est, et anum nutrivit
Sidoniam parvis ad vitam sustentandam guttis,
Nunquam deficiente in paupere arca farina,
175 Semperque urceo tantum olei scaturiente,
Quantum hauriebant mulieris hospitum amantis manus.
Hebræi pueri dum suum cibum desiderant,
Ne regis mensa contaminarentur,
Supra flammam Assyriam alacres conscenderunt,
180 Inde refrigerati in domos suas redierunt.
Daniel leonibus projectus esca furentibus,
Non leones nutrivit (manus enim extenderat),
Sed delatum per aerem manibus prophetæ prandium accepit.

158 *Γαίην*. Duo Regg. γαῖαν.
160 *Χέοιτε*. Ita duo Regg. Edit. χέοιτο.
164 *Καὶ λαόν*. Sic Reg. 990. In edit. deerat καί.
166 *Νεφέλης ἕλκοντος*. Reg. 39 νεφέλη. Reg. 992 νεφέλην. Pro ἕλκοντος, Coisl. ἕλκοντο. Sup. lin. ἕλκοντες. Mox ἀσημάντου. Int. Coisl. et Reg. ἀτριβοῦς, *nullis tritum vestigiis*. Ἕλκοντος in genere non concordat cum νεφέλης, nisi sit poetæ licentia.
168 *Βλάστησεν* Coisl. βλύστησεν. Int. ἔβλυσε.
172 *Καὶ γραῖαν*. Duo Regg. et Coisl. χῆραν.
183 *Ἀερίην*. Duo Regg., Coisl. et Chig. ἠερίην.

METRICA VERSIO.

Nec soboli pater ullus, opes sine fine manentes,
Percipite, ac læti cœlestia carpite regna.
Vos primum nullis concludite corpora tectis,
Vomere nec terram perstringite: vinea vobis
Nulla sit, atque vicem tecti tentoria præstent.
Nec vero dulci guttur perfunde Lyæo,
O mea progenies, sed Regi vive superno,
Divitiasque omnes in eo censumque repone,
Censum qui cunctos stabilis perdurat in annos.»
Hæc ait, atque patris nati pia jussa facessunt.
Arva quid Isacidas memorem promissa petentes:
Queis flammæ monstravit iter nubisque columna,
Per deserta trahens quæ nemo triverat ante;
Queis cessit pelagus; queis dulcia pabula cœlum,
Duraque petra dedit latices, gelidusque retrorsum
Territus abscessit fluvius, cursuque represso
Longior in terris fixit sua lumina Titan?
Et manibus tensis hostilia castra fugavit

B Unus homo, crucis in formam pia brachia fingens:
Ac gladios ferrumque fides hostile retudit.
Eximiumque Eliam corvi pavere rapaces:
Isque etiam viduam fractamque senilibus annis,
Sidonia haud magnis epulis nutrivit in urbe.
Pauper enim dulcem semper dabat arca farinam,
Atque olei tantum pleno manabat ab utre,
Quantum ab eo sancti detraxerat hospitis altrix.
Quid dicam Hebræos pueros alimenta seorsim
Poscentes: ne, si regis mensaque cibisque
Implerent ventrem, fœda se labe notarent?
Quique etiam læto Chaldæis pectore flammis
Insiliunt, redeuntque domum non corpore læso?
Ipse feris Daniel rabidis projectus in escam,
Non aluit sævos lacerata carne leones:
Sed postquam fuditque preces, palmasque tetendit,
Aera per medium delata est esca prophetæ.
Quinetiam æquoreus medio de pectore piscis

Digitized by Google

Σπλάγχνων δ' ἐκ μεσάτων ἀπερεύξατο θεῖον Ἰωνᾶν
Θὴρ ἀλὸς, οἷον ἔδεκτο τριήμερον. Ὦ μέγα [θαῦμα !
Πίστις γὰρ συνέερκτο καὶ ἐν σπλάγχνοισι προφήτῃ.
Ἀκρὶς Ἰωάννου δὲ τροφὴ καὶ κηρίον ἦεν
Ἄγριον, ὑψιλόφων τε τρίχες ἔσθημα καμήλων,
Καὶ δόμος οὐρανὸς εὐρὺς, ἐρημαῖαί τε χαμεῦναι.
Τίς Θέκλαν ἐσάωσεν ὑπὲκ πυρὸς, ἢ τίς ἔδησε
Θηρῶν ὠμοβόρων κρατερὸν μένος; Ἦ μέγα θαῦμα!
Παρθενίη καὶ θῆρας ἐκοίμισεν, οὐδ' ἐτάλασσαν
Παρθενικῆς δέμας ἀγνὸν ἑαῖς γενύεσσι μιῆναι.
Οὐδὲ μὲν οὐδ' ἀγνῆς ἐπιλήσομαι (οὐ γὰρ ἔοικε),
Σωσάννης, εἰ καί μιν ὑπὸ ζυγὸν ἦγαγεν ἀνὴρ,
Σωφροσύνης ἣ τόσσον ἔχεν πόθον, ὥστε φυγοῦσαν

A Χεῖρας ἀθεσμοτάτας, ψήφοις τ' ἀδίκοισι δικαστῶν
Ἐς μόρον ἑλκομένην, πόθ' ὑπὲκ θανάτοιο σάωσε
Πνεῦμα νέου, πολιοῖο φρένας, καὶ μήδεα πυκνὰ
Ὀρθοδίκου, δήσαντος ὑπὸ σφετέροισι λόγοισι
Πρεσβυτέρους Βαβυλῶνος, ἁλιτροτάτους, ἀθεμίστους.
Παύλου δ' αὐτὸς ἄκουσας, ὅσης κακότητος ἄεθλον,
Ὀσσατίων μόχθων τε καὶ ἀργαλέων μελεδώνων
Ἐν φιλίοις, ἐχθροῖς τε, καὶ εἰν ἁλὶ, καὶ κατὰ γαῖαν
Ἤρατο, καὶ τριτάτοιο πόλου πρὸς χῶρον [ἱκέσθαι,
Καὶ θεῖναι γλυκερῇσιν ἐν ἄρκυσι κόσμον ἅπαντα.
Κεῖνος καὶ λυπροῖσιν ἀγάλλεται, ὁππόσον οὔτις
Δεξιτεροῖς. Μεσάτη δὲ κακῶν ἀρετὴ κατάκειται
Ὡς ῥόδον ἐν στυγερῇσι καὶ ὀξείῃσιν ἀκάνθαις.

E mediis visceribus evomuit divinum Jonam
Fera marina, qualem triduo ante exceperat. O magnum miraculum!
Fides enim simul cum propheta in visceribus inclusa fuerat.
Acrides Joannis alimonia et mel agreste,
Vestimentum autem procerorum pili camelorum,
Domus cœli spatium, cubile tellus deserti.
Quis Theclam ex igne liberavit, aut quis repressit
Voracium belluarum fortem impetum? Magnum sane miraculum!
Virginitas etiam feras sopivit, nec ausæ sunt
Castum virginis corpus ore suo contaminare
Neque etiam obliviscar (non enim id decet)
Susannæ, etsi illam vir sub jugum duxit;
Hæc tanto amore castitatis flagrabat, ut cum effugisset
350-351 Manus scelestas, iniqua autem judicum sententia
Ad supplicium traheretur, eam a morte servaverit
Spiritus juvenis, mente senis, ac prudentia consilia
Justi judicis, qui propriis ipsorum verbis constrinxit
Seniores Babylonis, nequissimos ac scelestos.
Ipse ego audivi ex Paulo quot cum malis certamina,
Quot et quantos labores ac molestas sollicitudines,
A fratribus et inimicis terra marique
Sustinuerit, ut in tertium cœlum ascenderet,
Blandisque mundum universum retibus caperet.
Adversis ille rebus gloriatur, quantum non quisquam
Prosperis. Media autem inter mala virtus posita
Ut rosa in odiosis et acutis spinis.

188 *Ὑψιλόφων*. Int. Reg. 992 et Coisl. ὑψηλοτραχήλων.
189 *Ἐρημαῖαι*. Ita tres Regg. et Chig. Edit. ἐρημαῖα.
192 *Ἐτάλασσαν*. Int. Reg. 992 ἐτόλμησαν.
193 *Μιῆναι*. Duo Regg. μιγῆναι.
195 *Σωσάννης*. Tres Regg. Σουσάννης.
197 *Ἐς μόρον ἑλκομένην*. Reg. 39 εἰς. Coisl. ἐρχομένην.
199 *Μήδεα πυκνά*. Int. Reg. 991 et Coisl. βουλεύματα συνετά.
201 *Πρεσβυτέρους*. Vulgata *seniores* interpretatur.
204 *Ἐν φιλίοις*. Ita Reg. 992 et Coisl. Edit. ἐμφυλίοις.
208 *Μεσάτη δὲ κακῶν ἀρετὴ κατάκειται*. Id est, *virtus ærumnis, ut rosa spinis, obsepta*. Billius a Gregorii mente videtur abesse longius, dum vertit : *In medio malorum virtus*, quasi vitiorum, hisque Horatii verbis, ep. 18, v. 9, abutitur :
Virtus est medium vitiorum utrinque reductum.

METRICA VERSIO.

Evomuit Jonam (dictu mirabile !) qualem
Miserat in vastas fauces tribus ante diebus.
Namque fides in ventre feræ comes exstitit illi.
Melle famem agresti repulit vilique locusta
Zacharia genitore satus, texitque cameli
Membra pilis, habuitque domum versatile cœlum,
Atque in humo dura corpus dabat ipse sopori.
Quis Theclam necis eripuit flammæque periclo ?
Quis validos ungues vinxit rabiemque ferarum ?
Virginitas (o res omni mirabilis ævo !)
Virginitas fulvos potuit sopire leones !
Dente nec impuro generosos virginis artus
Ausi sunt premere, et rigido discerpere morsu !
Nec vero præclara mihi Susanna tacenda est,
Jure licet thalami fuerit sociata marito.
Illa pudicitiæ tanto flagravit amore,

B Ut vetitam fugiens Venerem dextrasque nefandas,
Judicio injusto decretæ proxima morti,
Consilio juvenis tanto discrimine vitæ
Eruta sit, cani mentem, ingeniique sagacis,
Ore suo qui presbyteros Babylonis iniquos
Convicit, charoque orbavit lumine vitæ.
Ipse tibi Paulus longo sermone recenset,
Quot mala, quot tristes curas durosque labores
Externis pressus simul et civilibus armis
Sustinuit pelago et terra : tum deinde corusci
Tertia pervenit gaudens ad culmina cœli,
Dulcibus et totum laqueis innexuit orbem
Tristibus ille magis gestit, quam rebus opimis
Cætera turba hominum soleat, flatuque secundo.
In medio porro virtus est fixa malorum,
Haud secus ac spinas inter rosa mollis acutas.

Digitized by Google

Τῶν σὺ μνωομένη, τήρει βίον ἁγνὸν Ἄνακτι,
Πάμπαν ἐν ἐλπωρῇσιν ἀμείνοσι, μή σε δολώσῃ
Χρειὼ, ἥ τε τάχιστα καὶ ἔμφρονα φῶτα δαμάζει.
Τοὔνεκα καὶ δολόμητις, ἐπεὶ Χριστοῦ βασιλῆος
Εἰς πεῖραν καθέηκε, Θεὸν βροτὸν ἄμμιγα λεύσσων
Πεινάοντ', ἐκέλευσε λίθους εἰς εἶδαρ ἀμεῖψαι,
Ὡς κεν χρῃζοντα ἐν ἄρκυσιν ἧσιν ἕλῃσιν.
Ἀλλὰ Θεοῦ μὲν ἄμαρτε, σὲ δὲ βροτὸν οὖλια σαίνει
Ὡς βροτόν. Ἀλλὰ Θεοῦ γε πέλοις, καὶ τῆλε ὀιώκοις
Ἐχθρὸν, ὅλῃ μίμνουσα Θεοῦ, καὶ σαρκὸς ὕπερθεν.
Μηδ' ὡς ἐν πλεκτοῖο χοροῦ περιηγέϊ κύκλῳ,
Τὸν μὲν δεξιτερῇ κατέχοις, ἄλλον δέ τε λαιῇ,
Ἴσον ἐφαπτομένη καὶ σχιζομένη θεότητος,
Ἥμισυ μὲν Χριστοῖο, τόδ' ἥμισυ σαρκὸς ἐοῦσα·

A Ἢ πέλαγος τέμνουσα θοῇ καὶ ἐπαρτέϊ νηΐ,
Πνεύματος ἰσταμένοιο καὶ εὔδια κυμαίνοντος,
Ἴσχειν νηοπέδῃσι ταχὺν πλόον, ἢ δ' ἀπὸ γαίης
Ἕλκεσθαι, νωθρήν τε δι' οἴδματος οἶμον ὀδεύειν,
Ἄμφω ποντοπόροις καὶ πεζοπόροισιν ὁμοίην.
Μηδὲ τεῇ ζωῇ βαλέειν ἐχενηΐδα σάρκα,
Ἧτε καὶ ἐσμένην περ, ὅμως κατὰ νῆα πέδῃσεν.
Ἀλλ' ὥς τι στεινοῖο πόρου διὰ ῥεῖθρον ὀδεῦον
Ῥοιζηδὸν, μολίβου περιηγέες ἐν κενεῶσιν
Ὅλκοιο πλήθοντος ὅσον χάδε, καὶ πρὸς ἀνάντες
Δέσμιον ἄλλεται ὦκα, βιαζόμενον κατόπισθεν,
Ὡς κέλομαι σέο φίλτρον ἐνὶ πραπίδεσσι τεῇσι
Σφιγγόμενον, Χριστοῖο καταντίον ὕψι φέρεσθαι,
Ἢὲ καλὴν πείραν ἐπικλύζειν τίν' ἄρουραν.

210 Horum tu recordata, vitam Regi puram custodi,
Freta omnino bona spe, ne te decipiat
Egestas, quæ celerrime prudentem hominem domat.
Quare dolorum inventor, ubi Christum regem
Tentaturus accessit, Deum simul et hominem videns
215 Esurientem, jussit ut lapides in cibum mutaret,
Ut indigentem retibus suis caperet.
Sed in Deo quidem operam lusit; tibi vero homini perniciose blanditur
Ut homini. Sed Deo adhære, et procul fuga
Hostem, tota Dei manens, et carne superior.
220 Neque, ut in nexæ choreæ circumacto orbe,
Hunc dextra teneas, ilium sinistra,
Æque contingens Deum, et ab eo divisa,
Christo dimidium tui, dimidium carni tribuens:
Nec mare navigans celeri et instructa nave,
225 Flante vento et leniter undante,
Contineas anchoris celerem ratem; vel a terra
Retrahas, segnemque per undam viam incedas,
Ambobus similis, navigantibus et pedibus iter agentibus:
Nec vitæ tuæ immittas remoram carnem,
230 Quæ etiam properantem navem detinet.
Ac veluti angusto meatu fluentum decurrens
Magno strepitu, plumbi rotundi in cavitatibus,
352-353 Canali repleto, quantum continere potest, sursum fertur.
Et constrictum illico salit, vi retrorsum propulsante,
235 Sic jubeo amorem tuum in tuis præcordiis
Constrictum, ad Christum in sublime ferri,
Aut pulchram et pinguem irrigare terram:

211 *Ἐν ἐλπωρῇσιν.* Duo Regg. ἐπ' ἐλπωρῇσιν.
216 *Χρηΐζοντα.* Reg. 992 et Int. χρῃΐζοντι. Mox ἕλῃσιν. Duo Regg. ἕληται.
218 *Βροτόν.* Ita Coisl. Edit. Θεόν.
226 *Ἢ δ' ἀπό.* Ita Reg. 39. Edit. ᾗ ἀπό.
228 *Ἄμφω*, etc. Hunc versum, qui non legebatur in versione metrica, uno e præcedentibus duobus vicibus iterato, supplevimus distinximusque italicis. (CAILLAU.)
229 *Ἐχενηΐδα.* Reg. 991: Ἐχενηΐς, εἶδος ἰχθύος· εἴρηται ἀπὸ τοῦ ἔχειν καὶ κρατεῖν τὴν ναῦν· *Genus est piscium, sic dictum, quod arreptam navem retineat*, quo nomine eleganter carnem vocat Gregorius: quippe *corpus, veluti injectis compedibus, animam premit, nec eam cœlum se efferre sinit.*
232 *Ῥοιζηδόν.* Ita tres Regg. et Coisl. Edit. ῥηζηδόν.
233 *Ἀνάντες.* Ita Coisl. int. Reg. ἀνωφερές.

METRICA VERSIO.

Hæc memori volvens animo, pulcherrima virgo,
Spe comitata bona, te vitæ semper ab omni
Parte Deo studeas puram sanctamque tueri.
Nec, quæ etiam facilis prudentia pectora frangit
Unquam te fallat duris in rebus egestas.
Quippe etiam Christum dum tentat callidus hostis,
Esurie pressum cernens, durissima saxa
Protinus in dulces jubet illum vertere panes:
Ut sic pestiferis laqueis involvat egentem.
Vanus at in Christo fuit illius impetus omnis.
Ergo mortiferis, Christum velut ante salutis
Auctorem, illecebris homines mulcere laborat.
Sed te junge Deo, procul hostem pelle malignum,
Christi tota manens, teneræ nec subdita carni.
Nec velut in lepidæ fieri solet orbe choreæ,
Hunc dextra, hunc læva teneas, quantumque pro-
[pinqua,
Tantum etiam a Christo sis omnipotente remota,

B Et simul addicas animum carnique Deoque.
Æquora nec celeri sulcans infida carina,
Dum tibi flat zephyrus nec magnas excitat undas,
Committe, ut cursum ratis anchora jacta retardet:
Non etiam e tellure trahe hanc, segnemque per altum
Carpe viam, nautæ similis, similisque pedestri,
Nec vitæ ipsa tuæ immittas echeneida carnem,
Quæ velut injecta properantem compede puppim
Detinet, ac tantam cogit subsistere molem.
Ac velut angusto decurrens unda meatu,
Plumbeus ut primum lympha labente canalis
Plenus aquas ultra nullas capit, illico vincta
Acclivisque salit, vi propulsante retrorsum:
Non secus ipse tuum, qui mente arctatur, amorem
Te jubeo ad Christum sublato tollere fluctu,
Aut pulchram quamdam pinguemque obducere ter-
[ram.
Nam si huc atque illuc liquidas diffuderis undas,

Digitized by Google

Εἰ δὲ σύ γ' ἔνθα καὶ ἔνθα χέοις ψαμάθοισι βαθείαις,
Ἢ κατὰ πετράων, ἢ λείμακος, ἠὲ χαράδρης,
Ὤλετό σοι ῥόος ἐσθλὸς ἀσύνδετος, οὐδὲν ὄνειαρ.
Εἰ μέν σοί γε πατὴρ ζώει φίλος, ὅς σε φάωσδε
Ἤγαγεν, ἢ μήτηρ γλυκερὴ, καὶ φίλτρον ἀμεμφὲς,
Εἰ σὺ κασιγνήτοισιν ἐρείδεαι εὐμενέουσιν,
Ἢ τοκέων τοκέεσσιν ἀρηγόσιν, ἢ καὶ ἀρωγῆς
Δευομένοις, τούτοις μὲν ὁμὸν βίον ἀμφαγα-
[πάζειν
Οὐ φθόνος, οὐδὲ πικρὸν καὶ ἀνάρσιον ἐνθάδε Μῶμος
Ὄμμα βαλεῖ, τρίζειν καὶ σάνδαλα πολλάκι φάσκων·
Ἔστι δὲ καὶ τόδ' ὄνειαρ ἐμοὶ, κακὸς ὄμματα βάλλων.
Κεῖνος μὲν βαλέει, τὸ δ' ἐμὸν κέαρ ἔμπεδον ἔσται.
Τῶν δ' ἄλλων μοι τόσσον ἀλεύεσθαι φιλότητα,

A Ἤ τοι μὴ φιλίην γε, συνωροφίην δ' ἀλεγεινὴν,
Ἢ θάρσος δολερόν τε καὶ εὐθαλέεσσιν ἄπιστον,
Ὀσσάτιον Χριστοῖο περιδράσσεσθαι ἔοικεν
Ἔμπεδον ἐμπεφυυῖαν ἀειζώοισι πόθοισι.
Μηδὲ σὺ παρθενίης μὲν ἔχειν πόθον ἱμεροέσσης,
Τοῖς δ' ἄλλοις παθέεσσι τεὴν φρένα πάμπαν ἀνοίγειν,
Σωφροσύνῃ κομόωσα· κακὸν δέ γε τοῦτο χέρειον,
Τίκτεσθ' ἐξ ἀγαθοῖο κακὸν φθονεροῖο δόλοισιν.
Οὐ γὰρ τόσσον ἔμοιγε γάμος, οὐδ' ἔργα γάμοιο
Φύξιμος, ᾧ γε θεὸς θνητῶν γένος αἰὲν ἀέξει,
Ὅσσον ἐμοῖς παθέεσσιν ἄκος καὶ ἄλκαρ ἀνεῦρον
Παρθενίην. Ὧν εἰ μὲν ἐλεύθερον ἦμαρ ἔχοιμι,
Ἔστι καὶ ἀζυγίης τις ἐμοὶ χάρις. Εἰ δὲ θύρετρα
Θήρεσιν ἀμπετάσαιμι, φίλην φραγμοῖσιν ἀλωὴν

Si autem tu hinc inde fuderis in profundas arenas,
In rupes, in prata, in torrentes,
Optimus periit tibi fluxus non collectus, nulla utilitas.
Si autem charus tibi vivit pater, qui te in lucem
Eduxit, aut dulcis mater et amor innoxius;
Si tu fratribus inniteris benevolis,
Aut parentibus parentum auxiliatoribus, aut et ipsis auxilio
Indigentibus, cum his quidem communem vitam complecti
Nulla invidia: neque amaros et iniquos ob id Momus
Injiciet oculos, stridorem emittere soleas dicens:
Est autem et hoc utile mihi, malus oculos conjiciens.
Ille quidem injiciet, cor autem meum firmum erit.
Aliorum vero mihi tanta sit cura effugere amorem,
Vel si non amicitiam, contubernium saltem periculosum
Aut confidentiam fallacem ætate florentibus malefidam
Quantum par est Christum complecti,
Firmiter illi adhærendo continuis desideriis.
Nec vero tu glorieris habere amabilis desiderium virginitatis,
Si aliis affectibus penitus tuum pectus aperias,
Temperantia florens. Malum vero istud deterius,
Nasci ex bono malum, invidi dæmonis fraudibus.
Non enim tam mihi connubium et opera connubii
Fugienda quibus Deus mortalium genus amplificat,
Quam meis vitiis quærenda medela et auxilium
Virginitate. A quibus si vel diem liberam habeam,
Est mihi cælibatui habenda gratia. Sin autem portas
Feris aperiam, amicam sepibus aream

239 *Λείμακος*. Coisl. κλίμακος.
241 *Φάωσδε*. Coisl. φάος δέ.
242 *Ἀμεμφές*. Regg. duo et Chig. ἄμεμπτον.
243 *Κασιγνήτοις*. Int. ἀδελφοῖς.
246 *Ἀνάρσιον*. Ita Coisl. Reg. 991 sup. lin. ἄδικον.
247 *Σάνδαλα*. Coisl. et Reg. 992 σανδάλια. Momus dicitur convicii, maledicentiæ ac reprehensionis deus, quem ex Nocte natum refert Hesiodus; tantæ libertatis fuit in reprehendendo, ut et sandalia et crepidas Veneris reprehenderet. De illius moradacitate passim vide apud Lucianum.
250 *Ἀλεύεσθαι*. Ita tres Regg., Coisl. et Chig. Edit. ἀλεύασθαι. Mox Coisl. φιλότητι pro φιλότητα.
251 *Ἤ τοι μή*. Coisl. εἴ τοι μή, et sup. lin. καὶ εἰ μή.
252 *Εὐθαλέεσσιν*. Coisl. εὐθαλέουσιν.
253 *Ἔοικεν*. Coisl. ἐοικός.
257 *Κακόν*. Chig. et Reg. 990 κακοῦ.
260 *Φύξιμος*. Reg. 39 φευκτός.
263 *Θύρετρα*. Reg. 992 Θύραθρα.

METRICA VERSIO.

In rupes, in prata, in torrentes, in arenas:
Optimus haud dubie fluxus tibi, virgo peribit,
Dispersis quoniam lentus devolvitur undis.
Ætherea quanquam genitor charissimus aura
Si fruitur, qui te donavit lumine vitæ,
Aut dulcis genitrix, a crimine liber amorque,
Quinetiam fratrum si niteris ipsa favore,
Aut patris auxilio et matris, vel forte juvandi
In senio si sunt, ipsis convivere nulla
Invidia est, oculos nec ob id tibi Momus acerbos
Injiciet, soleas stridorem emittere dicens:
Hoc quoque non fuerit mediocriter utile, virgo,
Cum malus hostiles in te contorquet ocellos:
Invidus ille licet jaciat, tu pectore firmo
Semper eris, nec te livor maculabit iniquus,
Nil alienus amor tibi sit, nil extera flamma.
Aut si quosdam alios casto amplexaris amore,

B Saltem ne tecti jus sit commune caveto.
Corporibusque nocens sanis fiducia fallax;
Quin potius pressis manibus complectere Christum,
Æternusque illi te jungat nexus amoris.
Nec tibi virginea quidquam clarescere laude
Profuerit, vitiis habeas si pectus apertum,
Virginitate tumens. Gravius scelus istud habendum
[est,
Nascitur ex virtute malum cum dæmonis astu.
Non tam etenim ut dulces thalamos nexumque juga-
[lem,
Quo genus humanum Deus immortalis adauget,
Effugiam, quam ut criminibus mentique medelam
Quæram, virgineæ vitæ delector amore.
Quæ si forte meam purgarit crimine mentem,
Egregie de me merita est, gratesque rependo.
At si, cum validis conclusa sit area septis,

Digitized by Google

265 Εἶρξας, ἢ φραγμοῖο τὸ μὲν πυκινῶς ἀράροιμι,
Τῷ δὲ τρίβους οἴξαιμι παρατροχάουσιν ὁδίταις,
Τί πλέον; Ἡ γὰρ ὁμῶς δηλήσατο ἐχθρὸς ἀλωὴν
Πάντοθεν εἰσπίπτων. Καὶ γὰρ σέο πάντα δοκεύει,
Ἔκτοθεν ὅττι βάλῃσι, καὶ ἔνδοθεν ὅττι λάβῃσιν,
270 Ἀμφαδίην, λοχόων τε. Τίς ἂν κακότηθ' ὑπ-
[αλύξαι
Ῥηϊδίως, μὴ Χριστὸν ἔχων ἐπιτάῤῥοθον αἰεί;
Μὴ μικρὸν ἐν κακίῃ θείης ποτὲ μηδὲ τὸ μικρόν.
Τυτθοῖς ἀντιόωσα, χερείοσιν οὔ ποτε κύρσοις.
Ὅσσα φέριστ' ἄῖοις, καὶ φθέγγεο· ὅσσα δὲ βάζεις,
275 Λεύσσοις προφρονέως. Ὄψις δ' ἐπὶ ἔργον
[ἐλαύνοι.

A Πάντα σὺν ἀλλήλοισι, τέλος, λόγος, ὄψις, ἀκουή.
Φεύγειν σπέρμα πονηρὸν, ὅπως στάχυν ἐσθλὸν ἀγείρῃς
Μηδὲ σὺ μοιχιδίην κλέπτειν φιλότητα βίοιο·
Κλέπτει δ' ὅστις ἔδεκτο κακοῦ καὶ ῥίζαν ἐλαφρήν·
280 Ἐκ γάρ τοι ῥίζης γε πολύσχιστοι κλαδεῶνες
Ἔνθα καὶ ἔνθα χέονται ἀπ' ἰκμάδος αἱματοέσσης,
Καὶ τυτθὸς συνέδησεν ὀπὸς μέγα χεῦμα γάλακτος,
Καὶ ψηφὶς σταθεροῖο καθ' ὕδατος ἀΐσσουσα
Ἐξαπίνης συνέχευεν ὅλην περικαλλέα πηγὴν,
285 Πολλοῖσιν κύκλοισιν ἑλαυνομένην, ἀπὸ κέντρου
Αἰὲν ἐπιῤῥίσσουσι, καὶ ἔκτοθι λυομένοισι.
Ἰδνώθη δὲ τυπέντος ὅλον δέμας ἀμφ' ὀδύνῃσιν
Ἑλκόμενον· γεῦσις δ' ὀλίγη, καὶ νεκρὸς ἔγωγε.

265 Vinciens, aut sepium partem unam diligenter accommodaverim,
Aliam vero partem aperuerim prætereuntibus viatoribus,
Quid proderit? Hostis namque simul vastavit aream
Undique irrumpens. Etenim tua omnia observat,
354-355 Quid exterius feriat, et quid interius rapiat,
270 Manifeste et insidiis excipiens. Quis ejus malitiam effugiat
Facile, nisi Christum semper adjutorem habeat?
Nihil unquam parvum in vitio ducas, ne id quidem quod parvum est.
Si parvis obviam ieris, nunquam in graviora incides.
Quæcunque optima audieris, loquere: quæcunque vero loqueris,
275 Spectes sedulo. Visus autem ad opus stimulet.
Omnia hæc consociantur, finis, oratio, visus, auditus.
Respue malum semen, ut spicam bonam colligas.
Neque tu adulterinum fureris vitæ amorem:
Furatur autem, quisquis vel tenuem excipit mali radicem.
280 E radice enim plures variique rami
Hinc inde diffunduntur ab humore sanguineo,
Et succus exiguus condensat magnam copiam lactis,
Et calculus tranquillam super undam impetu delapsus
Illico totum turbat formosum fontem,
285 Multis orbibus agitatum, e centro
Semper erumpentibus, et extra evanescentibus.
Inflicto vulnere curvatur totum corpus doloribus
Inclinatum: exiguus autem cibus, et ego mortuus sum.

272 *Μὴ μικρὸν ἐν τῇ κακίῃ.* Int. Coisl. μηδὲ τὸ μικρὸν νομίσῃς ποτέ. *Ne id quidem quod parvum est in vitio, parvum esse unquam arbitreris...* In Reg. μὴ ὀλίγον ἐν κακίᾳ ἐμβάλῃς.

274 *Ὅσσα δέ.* Sic tres Regg. et Coisl. Edit. ἅσσα δέ.

275 *Λεύσσοις.* Reg. 992 λεύσεις. Mox ἐλαύνοι. Duo Regg. ἐλαύνει

277 *Ἀγείρῃς.* Coisl. ἀμήσῃς, *metas.*

278 *Μοιχιδίην.* Regg. duo μοιχιδίῳ.

280 *Ῥίζης γε.* Reg. 992 ῥίζης τε.

281 *Αἱματοέσσης. Cruentum humorem* appellat Gregorius *innatam libidinem, peccati fomitem.* Coisl. et tres Regg. οὐλομένοιο.

283 *Ἀΐσσουσα.* Reg. 39 αἰθύσσουσα.

284 *Συνέχευεν.* Tres Regg. διέχευεν. Int. διετάραξεν.

287 *Ἰδνώθη. Ἐκάμφθη, totum corpus collapsum.*

288 *Γεῦσις δ' ὀλίγη.* Alludere videtur ad illud Jonathæ, I Reg. XIV, 43: *Gustans gustavi... paululum mellis, et ecce morior.*

METRICA VERSIO.

Porta feris pateat rabidis, pateantque fenestræ:
Aut cum parte aliqua sepes, molimine magno
Condita, vim nullam metuat, pars altera rursus
Tota viatrici teneatur aperta catervæ:
Quid mihi profuerit? nec enim minus area sævum
Latronem excipiet, qui parte irrumpit ab omni,
Et mea pervigili circumspicit omnia mente,
Sedulus observans, quonam mea vulnere membra
Sauciet, externo telumque in corpore figat,
Quidque etiam interius rapiat. Nunc sævus aperto
Marte furit: nunc insidiis oppugnat inermem.
Quis, nisi præsidio Christi subnixus, acerbum
Effugiat Satanam, et turpis contagia vitæ?
Nec vero in vitiis quidquam parvique levisque
Ponderis esse putes. Qui parvis obvius ibit,
Is nunquam præceps scelera in graviora feretur.
Optima quæque libens audi: loquere optima cuncta,
Quæque loquere prius spectes hanc sedula; visus

B Fac te ad opus semper stimulet. Junguntur amice
Visus et auditus, sermo finisque loquendi.
Utque bonam messem facias, bona semina funde.
Sed neque furtivos mundi secteris amores,
Atque fidem Christo juratam perfida fallas.
Hanc porro fallit, sacrataque fœdera rumpit,
Quisquis vel tenuem radicem criminis in se
Excipit. Innumeros nam parvo tempore ramos
Hinc atque hinc extenta solet diffundere radix,
Et succo exiguo densatur copia lactis.
Ac lapidem si quis tranquillas jactet in undas,
Præclaros turbat latices, vitiatque colorem,
Multiplicesque orbes summa nascuntur in unda,
Qui, simul ac pacantur aquæ, solvuntur inanes.
Quinetiam parvo livescit vulnere totum
Corpus, et ingentes subeunt cruciantque dolores.
Exiguusque cibus mihi mortem invexit acerbam.
Nam scelus hoc scelerum densissima turba secuta est:

Digitized by Google

Τῇδε γὰρ ὠμάρτησαν ἁμαρτάδες, ὡς ὅτ' ἀρίστῳ
290 Αἰχμητῇ στρατὸς ἄλλος, ἐπὴν διὰ τεῖχος ἕληται.
Ἀσπίδος οὐ μέγα τύμμα, δίδωσι δέ γ' αὐτίκα πότμῳ
Ὑπναλέῳ, καὶ τερπνὸς ἀποπνείουσιν ὄλεθρος.
Τῷ, μή μοι ῥυπόωσαν ἔχειν φρένα, μηδ' ἐπὶ τυτθοῖς.
Γαστὴρ κλεῖθρα φέρουσα, τάχ' ἂν κακότητα φύγῃσι.
295 Τὴν δ' ἄθυρον τρομέω, μή τις χολὴ ὕβρις ἐπέλθῃ.
Σώματι δαμναμένῳ, συνδάμναται οἶστρος ἀναιδής.
Οἶνος παρθενικῇσι χόλου πλέον ἐστὶν ὄνειδος,
Θυμὸς δ' αὖ μανίης. Οἶμος δέ τε πάντα μόροιο.
Παρθένε, θρύπτεό μοι μηδ' ἐν ῥυπόωσι χιτῶσιν·
300 Ἔστι καὶ εὐτελίης τι κακὸν, ὁρόωντας ἰαίνειν.

A Μηδὲ παρειάων σκιρτήμασιν ἐχθρὸν ἐγείροις.
Αἴσχεϊ καγχάζοιεν, ὅσαις τέγος ἀκλήϊστον
Χάρματι παλλομέναις. Σοὶ δ' ἴλαος ἧκα παρειὴ
Λυέσθω, τὸ δ' ἔρευθος ὑπαντέλλοιτο, τάχιστα
305 Κλέπτον ἐϋφροσύνην. Αἰδὼς δ' ὁρόωσιν ἔρευθος.
Φθέγγεσθαι μὲν ἔοικε Θεοῦ πέρι παῦρα γυναιξὶ,
Τόσσον, ὅσον Τριάδος σεπτὴν φύσιν ἴδμεναι οἷον,
Τρισσὴν ἐν θεότητι, μίαν χάριν (οὐ γὰρ ἄμεινον
Σιγᾶν εὐσεβίης καὶ ῥήματα), εἰσαΐειν δὲ
310 Πλείονα, καὶ τρομεραῖς ἄμφω φρεσὶν εὐαγέ-
[ως τε,
Καὶ καθύπερθε φέρειν αἰδοῦς σκέπας. Οἱ δὲ μάχοιντο

Hoc enim scelus ingens scelerum secuta est turba, veluti cum optimum
290 Bellatorem sequitur exercitus, quando mœnia perrupit.
Aspidis non grande est vulnus, dat tamen extemplo mortiferum
Soporem, et dulcis est mors exspirantibus.
Quapropter ne vel levissimis mentem inquines maculis.
Venter claustra ferens, forsan contagia effugerit.
295 Foribus autem carenti timeo, ne qua pulveris injuria superveniat.
Corpore domito, simul domatur stimulus inverecundus
Vinum virginibus majus est probrum quam ira;
Ira vero rursus, quam insania. Via autem hæc omnia sunt mortis.
Virgo, ne fracta ac dissoluta sis in sordidis vestibus;
300 Est enim, vel in vilitate vestium aliquid mali, videntes delectare.
Neque genarum subsultibus inimicum excites.
Inhonestos tollant cachinnos, quibus est tectum patens
356-357 Gaudio salientibus. Tibi vero benigna leniter gena
Solvatur, ruborque exoriatur, confestim
305 Furans oblectationem. Virgineus enim rubor videntibus pudorem incutit.
Pauca quidem de Deo loqui decet mulieres,
Tantum, quantum sat est ut venerandam Divinitatis naturam intelligant
Trinam in divinitate, unam gratiam (non enim melius est
Pietatis verba tacere), verum audiant
310 Plura, et utrumque tremebunda mente et sancte,
Et desuper pudoris velum ferant. Certent autem

290 *Αἰχμητῇ*. Sic tres Regg. et Coisl. Edit. αἰχμητής. Mox διὰ τεῖχος ἕληται. Benedictini proponunt ἅλῃται pro ἕλῃσιν, sed sine ulla codicum auctoritate, et sine necessitate ulla, cum διά pertineat ad verbum sequens, διέλῃσιν. (Caillau.)

291 *Πότμῳ*. Coisl. πότμον.

293 *Μηδ' ἐπὶ τυτθοῖς*. Hæc jungit Combefisius cum versu sequenti, γαστὴρ κλεῖθρα φέρουσα, sicque interpretatur: *Ne in minimis claustra respuens, ad vitium forte et libidinem proruat.* Hæc, inquit, Gregorii adversus gulam, non quod expressit Billius: *Statuendus illi et in minoribus modus, ne si præter justam necessitatem habenæ laxentur, quod vitii est, obrepat, ipsaque vitiorum caterva, quorum parens fonsque gula.* Nos secuti sumus codicis Coisl. interpretem: Διὰ τοῦτο μηδὲ μικρῆς μολύνειν ἀνέχου ῥυπάσμασι τὴν ψυχήν· κλειομένη γὰρ ταχέως ἂν φύγῃ κάκωσιν.

294 *Κακότητα*. Ita Regg. quatuor. Edit. κακότητι.

297 *Παρθενικῇσι*. Int. ταῖς παρθένοις.

299 *Θρύπτεο*. Bill.: *Ne inde supercilium tollas, quod tibi sordida vestis*, quod Combefisio non placet.

302 *Αἰσχεῖ*. Chig. ἄσχετα. Mox καγχάζοιεν. Ita Coisl. Edit. καχλάζοιεν.

303 *Χάρματι παλλομέναις*. Int. Coisl. ὑπὸ χαρᾶς ἀπαλλομέναις.

306 *Γυναιξὶ*. Reg. 39 ad marg. ὅ τι δεῖ τὰς παρθένους περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος φθέγγεσθαι.

308 *Μίαν χάριν, unum Numen*.

310 *Εὐαγέως*. Reg. 991 εὐαγέαις, et sup. lin. καθαραῖς.

METRICA VERSIO.

Non aliter quam cum perruptis mœnibus urbem
Ingreditur miles, sequiturque exercitus omnis.
Aspidis haud grande est vulnus: tamen illa soporem
Mortiferum extemplo inducit, vacuusque dolore
Interit, excepit qui tetrum corpore virus.
Ergo cave, ne vel labes tenuissima mentem
Inficiat, minimasque etiam procul abjice noxas.
Venter claustra ferens vitii contagia forsan
Evitare queat: sed si laxentur habenæ,
Januaque hic omnis pateat, metus imminet ingens,
Ne furtim obrepat carnis lascivia quædam.
Corpore cum domito facilis Cytherea domatur.
Vinum virginibus probrum est obscenius ira:
Turpius ira malum graviusque in virgine crimen,
Quam furor in reliquis; iter hoc ad tartara ducit.
Nec rursum quia membra tegit tibi sordida vestis,

B Inde supercilium tollas. Nam gloria vana
Interdum tacite in viles irrepit amictus.
Nec gena pestiferum fœdis subsultibus hostem
Excitet. His etiam petulantes linque cachinnos
Lætitiamque vagam, faciunt quæ corpore quæstum.
At tibi solvatur leni gena candida risu,
Purpureusque ruhor confestim gaudia fallat.
Nam qui virginea cernunt in fronte ruborem,
His cadit exorto petulantia victa rubore.
Femina pauca loqui de summo Numine debet,
Hactenus ut Triadis naturam intelligat unam
In tribus (haud etenim pietatis verba tacere
Utilius fuerit), sed plura admittat in aures:
Atque utrumque pio faciat tremefacta pavore,
Et nivei externe velum ferat usque pudoris.
Pugnet docta cohors, adversaque verba profundat,

Digitized by Google

Μύθοις ἀντιθέτοισι σοφοὶ σκεδάοντες ἀπίστους.
Μή σοί γ' ἁρπάζοιτο Θεὸς στυγερῇσι μερίμναις,
Αἵ τε καὶ ὕψι θέοντα θοῶς ἐπὶ γαῖαν ἔηκαν,
Μηδὲ νόος πλάζοιτο φερεύμενος ἔνθα καὶ ἔνθα
Τέρματος, οἷά τε πῶλος ἀεθλοφόρος κ' ἀδάμαστος
Τῆλε θέων, Χριστοῖο μέγα κλέος. Εἰ δέ σε πικρὸς
Κλέψειεν Βελία, πλάγκτης νόος, ὅττι τάχιστα
Καμπτόμενος, πρὸς νύσσαν ἴοις δρόμον ἰθὺν ἐπελθών.
Κερκίς σοί γε μέλοι, καὶ εἴρια, καὶ μελεδῶναι
Θείοις ἐν λογίοις, σοφίη, καὶ ἄσματα θεῖα,
Λεπταλέης φωνῆς ἔμφρων θρόος, οὐκ ἐπίδεικτος,
Ἧς πλέον ἐν πραπίδεσσι, μικρὸν δ' ἐπὶ χείλεσι κείσθω.
Πολλάκι καὶ κωφοῖσι δι' οὔατος ἔσθορεν ἐχθρός.

Verbis oppositis viri docti fugantes hæreticos.
Ne tibi eripiatur Deus molestis curis,
Quæ et alte currentem celeriter in terram detraxerunt:
Neque mens vagabunda huc et illuc feratur
Longe a scopo, ac veluti equus semper victor et indomitus
Procul currens, o magnum Christi decus! Sin autem acerbus te
Decipiat Belial, spiritus fallax, quam citissime
Flexo cursu, ad metam redeas rectum iter iniens
Radius tibi curæ sit, et lana, et meditatio
In oraculis divinis, sapientia et cantica divina,
Tenuis vocis prudens sonus, non elatus,
Quæ plus in præcordiis lateat, minus autem in labiis appareat.
Sæpe etiam surdis per aures irrepsit inimicus.

A Μηδὲ σὺ συζυγίην τε καὶ ἄχθεα θηλυτεράων
Θειοτέροισι πόθοισι φυγοῦσ', ὦ πάντα σαόφρων,
Ἀλλοτρίους μεθέπειν θαλάμους καὶ ἔργα γάμοιο
Ἀντὶ δὲ παρθενικῆς γε, γυνὴ ζυγίη καλέεσθαι.
Μηδὲ δόμοις ξείνουσι παρέζεο, μηδὲ τραπέζαις.
Μηδὲ μέση δμώων τε καὶ οἰκιδίων ὁρυμαγδῶν
Στρωφᾶσθαι. Μὴ θῶπα φέρειν λόγον ἀντὶ κόροιο.
Μέτρα φιλοξενίης ἀσπάζεο· εἴ τις ἄριστος,
Οἵγε προφρονέως ἐλαχὺν δόμον· εἴ τις ὀμίλου,
Τηλόθεν εὐμενέοι. Σοὶ δὲ κλέος οἶκος ἐρυμνός.
Λώϊτον ἀξενίη πουλυξείνοιο δόμοιο
Παρθενικαῖς. Αἰδὼς γὰρ ἐνὶ πλεόνεσσιν ὀλεῖται,
Καὶ τοῖς παρθενίη κεν ἐφυβρίζοιτο φαεινή.

Sæpe etiam surdis per aures irrepsit inimicus.
325 Neque tu connubium et mulierum curas
Divinioribus desideriis fugiens, o sapientissima,
Alienos secteris thalamos et opera nuptiarum,
Ac pro virgine mulier compar voceris:
Neque domibus externis, neque mensis assideas.
330 Neque media inter servos et domesticos tumultus
Verseris. Ne adulatoria verba rependas pro satietate.
Modos in hospitalitate amplectere: si quis optimus,
Aperi prompte angustam domum: si quis e turba,
Procul amicus sit. Tibi laudi est domus munita.
335 Melior sine hospite, quam multis repleta hospitibus domus,
Virginibus. Pudor enim in magna turba peribit,
Atque hinc splendida virginitas dedecoratur.

315 *Πλάζοιτο.* Sic duo Regg., Chig. et Coisl., cujus int. μηδὲ πλανάσθω σοι ὁ νοῦς ἀπὸ Χριστοῦ τῆδε κακεῖσε φερόμενος. Male edit. πελάζοιτο.

317 *Μέγα κλέος.* Coisl. μεγαυχέος. Int. μεγαλοδόξου. Combefisium sequimur, qui interpretatur, *grande decus Christi*, ac vult esse virginis epithetum: deinde approbat Billii conjecturam, qui legendum πλάζοιτο conjecerat. — Nobis melior videretur prior lectio: τῆλε θέων Χριστοῖο μεγαυχέος. (Caillau.)

318 *Κλέψειεν.* Coisl. κλέψειε.

319 *Ἐπελθών.* Coisl. ἀπελθων.

321 *Λογίοις, σοφίη.* Reg. 990 λόγοισι σοφή.

322 *Ἐπίδεικτος.* Ita Coisl. et unus Reg. *non in ostensionem compositus.* Edit. ἐπίδεκτος.

326 *Πόθοισι.* Prave edit. πότοισι. Mox *σαόφρων.* Coisl. et duo Regg. σαόφρον. Int. σωφρονεστάτη, *o sapientissima.*

328 *Ζυγίη.* Duo Regg. συζυγίη.

331 *Ἀντὶ κόροιο, cum satiata fueris.*

334 *Ἐρυμνός.* Int. στυγνὸς, σκοτεινός.

METRICA VERSIO.

Sternat, et hæreticam cogat dare terga cohortem.
Ne tibi curarum moles densissima Christum
Eripiat, quæ vel mentem in sublime volantem
Detrahit, atque humili cogit subsidere terra.
Nec velut indomitus solet in certamine pullus
Currere calce procul, sic in diversa feratur
Mens tua, et a Christo procul excidat atque salute.
Fraude tamen Beliæ si mens fortasse vagetur,
Flecte celer cursum, dubioque errore relicto,
Protinus optatam studeas contingere metam.
In manibus tibi sint radii, sit candida lana,
Inque super tibi sint divina oracula curæ,
Cœlestisque etiam sapientia, cantica sancta,
Et tenuis vocis prudens sonus, atque susurrum
Tam leve, ut admotas haudquaquam verberet aures:
Quod minus in labris habeat, quam pectore fixum.
Sæpe etiam in surdas hostis malus insilit aures.
Sed neque cum tædas sis aspernata jugales,

B Et quæ femineos animos incommoda vexant,
Divinisque semel, virgo castissima, flammis
Arseris, externos thalamos malesana sequaris,
Et quæ sunt thalamo conjuncta negotia, quæras,
Conjugis et sancta referas pro virgine nomen:
Aut etiam assideas alienis improba tectis,
Atque epulis, interque greges verseris inepte
Servorum, turbasque domus strepitusque molestos,
Proque fame expleta verba obsequiosa rependas.
Hospitibus porro tibi sit modus excipiendis:
Si pietas, si quem commendet maxima virtus,
Huic facito, ut pateant angusti limina tecti.
Sin unus de vulgo hominum, procul hic sit amicus.
Ducetur tibi parva domus desertaque laudi.
Hospite præstiterit siquidem tibi, virgo, carere,
Quam sine delectu cunctos admittere tecto.
Nam cœtu in magno facilis jactura pudoris,
Atque hinc virginea in vita grave dedecus hæret.

Digitized by Google

Τῷ, μή μοι περάτων γαίης ἄπο πίστιν ἀγείρειν.
Αἰδεό μοι πολιήν, καὶ ἔσπερ ἥθεσι κεδνοῖς.
Πλεῖον γάρ τι φέρει πολιὴ νεότητος ἐχέφρων.
Μηδὲ μὲν εὐσεβέουσα περίδρομον ἔνθα καὶ ἔνθα,
Πολλάκις οὐ κατὰ κόσμον, ἅμ' ἀνδράσι κουφοτέροισι
Σὸν πόδα δινεύειν ἱεροὺς σπεύδοντ' ἐπὶ χώρους,
Καί περ τηλόθ' ἐόντας Ἐφέστιός ἐστιν ἅπασι
Χριστὸς ἄναξ πελάων τε καὶ ἐν κραδίῃ φιλέον-
[τος.
Ἄζεό μοι πρώτιστα Θεὸν, μετέπειθ' ἱερῆα
Χριστὸν ἐπιχθόνιον, ζωῆς σημάντορα σεῖο·
Ὦ πελάειν πτερόεσσα, καὶ ᾧ σιγῶσ' ὑποείκειν,
Ὦ γήθειν ἀνιοῦσα, καὶ ᾧ ῥεῖουσ' ὑποείκειν,
Ὡς κεν ὑποτρομέουσα, παλίσσυτος ὕψι φέρῃαι
Ἄλλοις τέθναθι πᾶσιν, ἐπεὶ τόδε λώϊόν ἐστι
Παρθενικαῖς, ἢ γυμνὸν ἔχειν βίον, ἀσκεπέα τε.
Αἰνῶ θηλυτέρων, τὰς ἄρσενες οὐδὲ ἴσασι,
Ζῶσι δ' ἐκὰς βιότοιο, θεῷ δέ τε κρυπτὰ πέφανται.
Λίην εὐσεβέειν, λίην δέ τε μὴ βλεμεαίνειν.
Κύδεος ἱμείρουσα, τάχ' ἂν κλέος ἐσθλὸν ὀλέσσαις,
Ἀνδράσι τὸ περίφαντον· ὄλοιτο δὲ θήλεος αὐχήν.
Ζηλούσθω μὲν ἄριστος, ὁ δὲ στυγέοιτο κάκιστος.
Τὸ φθονέειν ἀγαθοῖς ἴσον, στέργειν τε κακίστους.
Μήτε κακοὺς ὁρόωσα γαληνιόωντας, ὁδοῖο

Quare ne mihi a finibus terræ fidem quæras.
358-359 Reverere mihi canitiem, et graves imitare mores.
Plus enim prodest prudens senectus quam juventus.
Ne pietatem exerceas, huc et illuc discurrens.
Sæpe etiam indecore, cum viris levissimis
Iter pedibus facere studens ad sacra loca
Etiam longe remota. In cujusque domo est
Christus rex et proximus, et in ipso corde amantis.
Venerare mihi in primis Deum, deinde sacerdotem
Christi personam in terra gerentem, vitæ ducem tuæ,
Cui te velox adjungas; huic tacita te submittas;
Hoc gaudeas sursum tendens, huic labens cedas,
Ut tremebunda rediens in altum tollaris.
Aliis omnibus mortua sis, siquidem hoc utilius est
Virginibus, quam in omnium oculis et propatulam vitam ducere.
Laudo ex virginibus, quas viri neque norunt:
Vivunt autem procul a mundo, verum Deo patent occulta.
Multum pietatem cole, multum autem ne extollaris.
Gloriam desiderans, cito forte veram gloriam amiseris,
Etiam in oculis hominum; pereat autem mulieris fastus.
Unice diligatur optimus, odio autem habeatur pessimus.
Invidere bonis idem est, ac amare pessimos.
Nec malos videns tranquillos, a via

338 *Τῷ μή μοι.* Virgines eas perstringit Gregorius, quæ sine delectu exteros omnes hospitio excipiebant; idque eo se facere causabantur, ut fidei Christianæ pietatem ipsorum doctrina alerent. (Bill.)

340 *Τι.* Tres Regg. τε.

341 *Περίδρομον.* Int. περιτρέχοντα.

344 *Ἐφέστιος.* Tota hic doctrina alterius Gregorii, Nysseni videlicet, epist. *De peregrinatione ad Jerosolymam et ad alia loca sancta.* Quæ religio, ut non vana, sic parum virgini aut monacho congrua.

346 *Ἄζεο.* Sic tres Regg. et Colsl. Edit. ἴζεο.

348 *Ὑποείκειν.* Reg. 990 ὑποήκειν.

353 *Θηλυτέρων.* Ita Regg. quatuor. Edit. θηλυτεράων. Mox ἄρσενες. Reg. unus ἄρσενα, *quæ ne quidem virum norunt.* Sed legendum foret ταί pro τάς, vel αἵ.

354 *Θεῷ δέ τε.* Tres Regg. Θεῶ τῷ. Alius Θεῷ τά. Non displicet prima lectio Θεῷ τῷ, ᾧτινι· *Procul a mundo, vivunt Deo, cui manifesta sunt occulta.*

357 *Ἀνδράσι τό.* Sic Regg. tres. Edit. τε. Colsl, τοι, cujus int. locum hunc sic exponit: δόξης ἐπιθυμία, καὶ τὸ ἐν ἀνδράσιν ἐπίδειχτον δόξης ἀγαθῆς ἧλεθρος, *gloriam cupiens, et quod apud homines est præclarum, cito forte veram amiseris gloriam.*

METRICA VERSIO.

Colligere ergo fidem caveas a finibus orbis.
Quinetiam canos hominis seniumque verere,
Et mores imitare graves. Cordata senecta
Commoda plura feret, quam stulta levisque juventus.
Nec vero ardenti pietatis concita zelo
Cum levibus discurre viris, oblita decori,
Adque sacras ædes procul a te perge remotas.
In cujusque domo Deus est, cunctisque propinquus,
Pectoreque in medio semper versatur amantis.
In primis venerare Deum, tum deinde sacratum
Pontificem, in terris fungentem munere Christi:
Quo duce certa teris fluxæ vestigia vitæ.
Huic tu præpetibus comitem te adjungito pennis,
Huic taciturna tuum. virgo, submittito collum.
Hoc gaude alta tenens, huic labens cede doleque;
Te pavor ut rursus tractum subducat in altum.
Mortua sis cunctis aliis, velutique sepulta.
Namque hoc virginibus melius, quam ducere vitam
B Expositam cunctorum oculis fœdeque retectam.
Illa mihi mulier, quam nescit turba virilis,
Quæ procul a mundo vivit, quæque abdita Christo
Cernitur, illa mihi dignissima laude videtur.
Magna quidem tua sit pietas, præclaraque virtus:
Nec tamen idcirco pietatis laude tumescas.
Laudem etenim captans hominum famamque ca-
[ducam,
Egregiam laudem amittes nomenque perenne.
Femineo e sexu fastus tollatur inanis
Quem tu virtutis meritis fulgere videbis,
Hunc ferventer ama, et tota complectere mente:
Contra, quem vitiis tinctum perspexeris, illum
Insectare odio. Non est in dispare culpa,
Qui premit invidia motus virtutis alumnos,
Quam vitio addictis qui se profitetur amicum.
Nec tranquilla malis cum prospicis omnia, rectum
Desere iter: justos nec cum mala plurima vexant,

Digitized by Google

Ἴσχεο, μήτ' ἀγαθοῖς φρένα δάπτεο καμπτομένοισι.
Πεσσοὶ ταῦτα βίοιο, τὰ δ' ὕστατα δέρκεο πάντα.
Χαίρειν εὐδιόωσα· τὰ δ' ἐστάμεν' οὐ σάφα οἶδας,
Μή πού τις βροτολοιγὸς ἐπιπνεύσειεν ἀήτης.
Τοὔνεκεν ἢ τρομέειν, ἢ προτρομέειν βιότοιο
Πίπτοντος δὲ κακοῖο, τεὸν πόδα μᾶλλον ἐρείδειν,
Εἰ δὲ καὶ εὐδρομέοντος, ἔτι πλέον. Εἰ γὰρ ἄριστοι
Πίπτουσιν, ἀνόλιστον ἔχειν βίον, οὐ μάλ' ἐλαφρόν.
Ἀνθρακές εἰσι πόδεσσιν ἅπας βίος, οὐ μάλ' ἐλαφροί·
Καὶ κρυπτῶν παγίδων αἰεὶ καθύπερθεν ὀδεύεις.
Δείδω μὴ βιότοιο θεμείλιον ἐν ψαμάθοισι
Βαλλόμενος, ὄμβρῳ, ποταμοῖς τ' ἀνέμοις τε κεδασθῶ,
Ἢ σπόρος ὡς ἐπὶ γαῖαν ἰὼν ξηρὴν καὶ ἄκαρπον,
Ὦκα μὲν ἀντείλαιμι, τάχιστα δὲ αὖος ἔοιμι,
Ἠελίοιο βολῇσι τυπείς, καὶ πήμασι τυτθοῖς.
Μὴ δέ μοι ὑπνώοντι κακὸν σπόρον ἐγκαταμίξῃ
Ζιζανίων ἀρότης τε κακῶν, καὶ βάσκανος ἐχθρός.
Ἠνίκα δ' αἰθομέναις ἀγνῶν δεκὰς ἐν δαΐδεσσι
Παρθένοι ἐγρήσσουσαι ἀκοιμήτοις φαέεσσι
Νυμφίον ἱμερόεντα Θεὸν δοκέωσιν ἄνακτα.
Ὡς λαμπραὶ γανόωντι ὑπαντήσωσιν ἰόντι,
Μή μ' ἐνὶ ταῖς κενεῇσι νόον καὶ ἄφροσι θείης,
Ἤδη που Χριστοῖο παρεσσομένου μογεούσαις,
Μηδ' ὀλιγοδρανέον δαΐδων σέλας ὄμμασι λεύσσων
Ὀψὲ φάους ζωῆς ὑγρὸν πόθέοιμι ἔλαιον.
Μὴ δέ με κληῖσθέντα γάμων ὤσαιτο θύρετρα,

Recedas : nec bonis, mentem discrucies, vexatis.
Hæc vitæ lusus sunt ; ultima vero omnia respice.
Gaudeas modeste, dum tranquilla es : quæ enim superventura sint, non certo nosti,
Ne forte quis letalis procellosus spiraverit ventus.
Quapropter aut timeas præsentem, imo venturam prætimeas vitam.
Cadente autem malo, pedem tuum firmius figas.
Si etiam qui recte currit [corruerit], tibi magis [cavendum]. Si enim optimi
Cadunt, inoffensam vitam ducere non facile est.
Carbones pedibus tota vita est, nec multum leves ;
Et super latentes laqueos semper incedis.
Vereor, ne vitæ fundamentum in arena
Jaciens, imbre, fluviis et ventis dejiciar :
Vel ut semen in terram cadens siccam et sterilem,
Statim quidem exoriar, citissime autem arescam
Solis radiis percussus, parvisque noxis ;
Ac ne etiam mihi dormienti malum semen intermisceat
Zizaniorum sator malorum, et invidus inimicus ;
Aut quando ardentibus casta decas cum facibus
Virgines evigilantes non sopitis oculis
Sponsum amabilem Christum regem exspectabunt,
Ut splendidæ rutilo occurrant venienti,
Ne me cum mente vacuis et fatuis annumeres,
Jamjam Christo prope adfuturo laborantibus.
Neve tenuem facum lucem oculis cerneus,
Sero luminis vitæ humidum oleum requiram :
Ac ne a nuptiis clausæ me expellant januæ,

363 *Εὐδιόωσα.* Reg. 990 εὐοδόωσα. Mox, τὰ δ' ἐστάμεν'. Sic tres Regg., et sup. lin. ἐνεστῶτα. Edit. τόδ'.
365 *Ἢ τρομέειν.* Reg. 993 οὐ τρομέειν.
368 *Ἀνόλιστον.* Chig. et Reg. 993, ἀνόλισθον.
369 *Εἰσι.* Duo Regg. ἔστι. Mox, ὁ πᾶς, pro ἅπας.
371 *Δείδω.* Hic versus et alii triginta subsequentes iterum leguntur supra, sect. 1, poem. XXVII, v. 1-7 et v. 43-66.
379 *Ἐγρήσσουσαι.* Coisl. sup. lin. ἀγρυπνοῦσαι. Reg. 992 ἀγρύσσουσαι.
380 *Δοκέωσιν.* Sic Regg. quatuor, Chig. et Coisl. Sup. lin. Reg. 992 δοξάζωσιν. Edit. δοκέουσιν.
382 *Θείης.* Tres Regg. Θείῃ. Reg. 790 sup. lin. Θήσει.
384 *Ὀλιγοδρανέον.* Ita Chig. et tres Regg. Edit. ὀλιγοδρανέων. Hic versus in editis præcedentem antecedebat.
385 *Ποθέοιμι.* Chig. ποθέοντα.

METRICA VERSIO.

Te sævus dolor excruciet, mentemque perurat.
Hi vitæ lusus, hæc fallax alea mundi.
Quocirca extremos rerum vigil inspice fines.
Dum mare cæruleum arridet, fluctusque quiescunt,
Lætitiæ moderare tuæ ; nam forte propinqua
Tempestas puppim quatiet, mergetque profundo.
Aut igitur timeas instantem, virgo, procellam,
Aut dubios casus incertaque tempora vitæ.
Certius injusto vestigia fige cadente ;
Quod si etiam recti studium complexus et æqui
Corruat, ipsa tuæ tanto magc prospice vitæ.
Nam cum etiam insignes homines titubentque ca-
[dantque,
Ardua inoffensam res est traducere vitam.
Carbones pedibus vita est hæc tota molesti ;
Per medios graderis laqueos, per mille pericla.
Ac timor incessit mentem, ne forte salutis

B Lævus in infida jaciens fundamen arena,
Obrutus imbre cadam fluviisque et turbine venti
Aut velut in siccam labentia semina terram,
Protinus ipse quidem exoriar, sed solis acutis
Arescam radiis tactus, moriarque repente ;
Aut etiam placido recreanti membra sopore,
Inserat impurum semen mihi lividus hostis,
Pinguia qui lolium clam fundit in arva nocivum.
Aut cum casta decas privans sua lumina somno,
Ardentesque faces gestans, perfusaque luce,
Ætherea Christum venientem ex arce manebit,
Ut splendens rutilo, veluti decet, obvia fiat,
Annumeret stultæ classi, tenuemque micantem
E facibus lucem cernens, jam forte propinquo
Principis æterni gnato, languente lucerna,
Tum sero infelix oleum vitale requiram,
Et foribus clausis thalamo miser arcear illo,

Digitized by Google

Ἔνθα Λόγος καθαρῇσι, πόθου μεγάλοις ὑπὸ δεσμοῖς, A
Μιγνύμενος κραδίῃσι, σέλας καὶ κῦδος ὀπάζει.
Ἔστι γάμος, τὸν παιδὶ πατὴρ φίλος ἐσθλὸς ἀρίστῳ
Δαίνυσι καγχαλόων. Τοῦ δ' ἀντιάσαιμι ἔγωγε.
Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντιάσαιμι, καὶ ὃς φίλος ἐστὶν ἔμοιγε.
Μίμνοι δ' ἔκτοθι κεῖνος, ὅ τις πρὸ γάμοιο τίθησιν
Ἢ ἀγρὸν, ἢὲ βοῶν ζεῦγος νέον, ἢὲ δάμαρτα.
Μηδ' ἐνὶ δαιτυμόνεσσι γαμήλιον εἶδος ἔχουσιν,
Εἵματ' ἔχων ῥυπόωντα, δεθεὶς χείρᾱς τε πό-
[δας τε,
Νυμφῶνός τε, φίλων τε, γάμων τ' ἄπο τῆλε πέσοιμι.
Ἐκ δὲ γάμων παλίνορσος ἄναξ ἐμὸς εὖτ' ἂν ἐπέλθῃ,
Ἐξαπίνης δοκέουσι καὶ οὐ δοκέουσιν ἐπιστὰς,
Εὕροι μ' ἐν δοκέουσι, καὶ αἰνήσειε φόβοιο

Ὡς ἀγαθὸν θεράποντα καὶ ἤπιον ἀρχομένοισι, 400
Καὶ σίτοιο δοτῆρα, λόγου στερεοῖο, δίκαιον.
Παρθενίῃ μὲν τοῖα πατὴρ ὡς ἠπιόμητις
Ἐκ θυμοῦ φιλέων ἐπιτέλλομαι. Ἀλλὰ, θύγατρες,
Καὶ παῖδες, καὶ τέκνα, φίλου πατρὸς εἰσαΐοιτε,
Εἴ πού τις καὶ ἔμοιγε Θεοῦ χάρις, ὥσπερ ἔολπα. 405
Μηδ' ὡς Ἡλεΐδαι πατρὸς ἀτίσητε ἐφετμὴν,
Μὴ, τέκνα, μὴ κείνοισιν ὁμοῖον οἶτον ἕλησθε.
Τοῖς δ' ἄλλοις ὧδε μῦθος. Ἀπηλεγέως δ' ἀγορεύσω
Ἴσον ἐπ' ἀμφοτέροισι λόγον καὶ σταθμὰ τιταίνων,
Ἄζυγίῃ τε γάμῳ τε. Θεὸς δ' ἐπιμάρτυρος ἔστω. 410
Ὅσσον παρθενίη προφερεστέρη ἐστὶ γάμοιο,
Τόσσον παρθενίης ἀγνὸς γάμος ἀμφιβίοιο.
Τοὔνεκεν ἢ καθαρὴν ἀσπάζεο πάμπαν, ἄριστε,

Ubi Verbum puris, arcto amoris vinculo,
Immistum pectoribus, splendorem et gloriam tribuit.
Sunt nuptiæ quas dilectus filio bonus pater optimo
Celebrat exsultans. Harum ego sim particeps :
Iis utinam ego intersim, et quisquis amicus mihi est.
Maneat autem extra, qui nuptiis præfert
Aut villam, aut nova boum juga, aut uxorem.
Sed ne (mihi contingat) ut inter convivas nuptialem ornatum habentes
Vestes habens sordidas, vinctus manusque pedesque,
A thalamo sponsi, amicis et nuptiis longe excidam :
Verum a nuptiis revertens rex meus, cum advenerit,
Repente exspectantibus et non exspectantibus superveniens,
Inveniat me inter exspectantes, laudetque ob timorem,
Ut bonum servum et mitem iis quibus præest,
Et frumenti, seu verbi solidi æquum dispensatorem.
Virginibus quidem hæc, ut pater benigne consulens,
Ex animo diligens præcipio. Verum, filiæ,
Et nati, et natæ, dilectum patrem audite,
Si qua forte et mihi est Dei gratia, quemadmodum spero
Nec sicut Helidæ patris contemnite mandatum ;
Ne, filii, ne similem illis pœnam patiamini.
Ad alios vero hæc oratio. Libere autem loquar,
362 363 Æquam in utrosque orationem et lancem intendens,
Et cælibem et connubio junctum. Deus autem testis sit.
Quanto virginitas præstantior est conjugio,
Tanto virginitate ancipitis vitæ castum conjugium.
Quapropter, optime, aut puram omnino amplectere

387 *Καθαρῇσι*. Reg. 993 καθαροῖσι. Mox id. θεσμοῖς, sup. lin. δεσμοῖς.
390 *Τοῦ δ' ἀντιάσαιμι*, id est τούτου γάμου μετάσχοιμι.
391 *Μίμνοι*. Tres Regg. μίμνει. Mox ὅ τις. Duo Regg. et Chig. ὅς τις
394 *Εἵματ'*. Chig. ἅματ'. Mox, id. cum tribus Regg. γάμου pro γάμων.
397 *Ἐπέλθῃ*. Duo Regg. et Chig. ἐπέλθοι.
401 *Λόγου*. Chig. βίου. Mox στερεοῖο. Duo Regg. δικαίου. Reg. 970 φερίστου.
407 *Ἔλησθε*. Tres Regg. ὄλοισθε.
408 *Ἀπηλεγέως*. Sup. lin. ἀποτόμως.

METRICA VERSIO.

In quo pectoribus puris commistus amore
Christus splendorem tribuit famamque perennem.
Nati connubium celebrat pater, atque superbas
Regalesque omnino epulas festinus adornat.
His utinam intersim, cunctisque accumbere detur,
Queis mea chara salus ! Ille excludatur ab aula,
Qui villam geminosve boves, thalamumve jugalem
Non epulis stultus dubitat præponere sanctis.
Atque etiam graviter metuo, cum cætera turba
Connubiis digna thalamis quoque veste tegatur,
Ne, quia pannoso sordet mihi corpus amictu,
Protinus abripiar, manibus pedibusque revinctis,
Et thalamo atque epulis charisque excludar amicis.
Cumque meus Dominus, thalamo thalamique relictis
Deliciis, tandem cœlesti ex arce redibit,
Ac subito adveniens toto spectabitur orbe,
O utinam inter eos numerer, qui mente parata
Illius adventum exspectant, laudetque timorem

B Ipse meum, famulumque bonum vocet atque fidelem,
Ut qui conservæ lenem facilemque catervæ
Me præstem, fideique illis alimenta ministrem,
Sedulus et partes frumenti partiar æquas
Hæc, veluti natis genitor charissimus, ipse
Virginibus mando : vos charum audite parentem,
Et dulces nati, et natæ pulcherrima proles,
Gratia si qua mihi affulget (nam forte refulget),
Nec velut Helidæ contemnite jussa parentis :
Ne scelus horrendum non dispar pœna sequatur
Nunc alios demum verbis affabor apertis,
Æqua utrisque tenens exactæ pondera libræ
Cœlitibus, thalamique jugo quæ colla dedere :
Ac mihi sit testis magnus moderator Olympi.
Quanto virginitas melior quam vita jugalis,
Tanto etiam dubiam præcedit virginitatem
Conjugii sancti nexus castumque cubile.
Ergo virgineam vel prorsus dilige vitam,

Digitized by Google

Παρθενίην, εἰ σοί γε μένος, καὶ θυμὸς ὄρωρεν,
Μιγνύντας μέλιτί τε χολὴν, καὶ βόρβορον οἴνῳ,
Καὶ Σολύμοις Σαμάρειαν ἀλιτροτάτην ἱεροῖσιν.
Οὐδὲ γὰρ ὥσπερ ὁδοῖο τιταινόμενον κατόπιν
Ἄψ ἰέναι πόνος ἐστὶν ἐτώσιος, οὐδέ τι τάρβος,
Οὐχ ὡς παρθενίην Χριστῷ βασιλῆϊ προθέντα,
Εἰς γάμον ἂψ ἰέναι, θωὴ μόνον, ἀλλὰ μέγιστον

Virginitatem, si tibi vires sunt, et voluntas impellit,
Aut nuptias elige similes [virginitati], ut aiunt,
Secundam a prima felicem tenens navigationem. Utriusque autem vitæ
Fuge, cælibis nempe et conjugalis, speciem,
Qua miscetur fel melli, et cœnum vino,
Et sacris Hierosolymis nefanda Samaria.
Non enim sicut qui per eamdem viam regreditur,
Retro euntis inanis est labor, nec quidquam ipsi timendum :
Aut qui parvam sagittam emittens, eam ante pedes
Projicit, nec ac destinatum summumque scopum pertingit :
Non sic etiam, si quis virginitatem Christo regi obtulit,
Rationale sacrificium, victimam incruentam,
Nuptias si deinceps quæsierit, jactura tantum illi, verum gravissimus
Est casus morti proximus, ac propterea opprobrium indelebile,
Huic simile, ac veluti si quis e monte prærupto,
Quem multo sudore conscendit, ut aurum effoderet,
Aut venationis gratum amplexus laborem, ex improviso
Statim in terram pedibus corruerit.
Quis vero audiens Sapphiram infelicem et Ananiam,
Lucro qui suo malam mortem commutarunt,
Non vereatur vel modicum quid de promisso decedere?
Regulam etiam quis auream cum furtim subripuisset
In veteri populo, inscio duce,
Vestem et pecuniæ modicum, toti nocuit genti.
Talis est qui virginitatem amplexus retro graditur, aut etiam deterior,

Πτῶμα πέλει, θανάτοιο πέλας, πρὸς δ' αἶσχος ἄληκτον,
Τῷ ἴκελον, ὡς εἴ τις ἐπ' οὔρεος ἀκροτόμοιο,
Ὃ πλείστοισι μόγοις προσεβήσατο χρυσὸν ὀρύσσων,
Ἡ θήρης μεθέπων γλυκερὸν πόνον, ἀπροϊόπτου
Ἐξαπίνης ἐπὶ γαῖαν ὀλισθήσειε πόδεσσι.
Τίς δ' ἀΐων Σάπφειραν ἀτάσθαλον, Ἀνανίην τε,
Κέρδεος οἳ σφετέροιο κακὸν μόρον ἠλλάξαντο,
Οὐ τρομέει καὶ μικρὸν ὑποσχεσίης τι κολοῦειν;
Καὶ γλῶσσαν χρυσέην τις, ἐπεὶ νοσφίσατο λάθρη
Ἀνδράσιν ἐν πρωτέροισι, παρεκνόον ἡγεμονῆος,
Εἶμά τε, χρῆμά τε βαιὸν, ὅλῳ δηλήσατο λαῷ.
Τοῖος παρθενίης ὀπίσω δρόμος, ἠὲ χερείων,

A

Non illi hoc facinus tantum jactura futurum est,
Sed casus gravis, et morti vicina ruina,
Et probrum ac labes omni durabilis ævo.
Non secus ac si quis prærupto e vertice montis,
Quem sudore gravi reptans ascenderat, aurum
Ut foderet, cursuve feras agitaret agrestes,
In terram subita lapsus cadat ille ruina.
Quis porro pœnam Ananiæ Saphiræque tremendam
Cum legit, occultos nummos qui morte luerunt,
Non, etiam leviter, metuit perfringere vota?
Isque etiam in linguam ellictum qui sustulit aurum,
Vestesque, et paucos ignaro principe nummos,
Sacrilego totam constrinxit crimine gentem.
Virginis haud levius crimen, quæ perfida cursum
Egregium linquens, misere in contraria fertur.

B

416 *Δεύτερον ἐκ πρώτοιο. Quemadmodum, qui mari iter faciunt, cum eum quem maxime optant, nequeant, proximum illi tamen, quanquam non adeo commodum, cursum tenere conantur : ita, quibus ad virginitatis laudem aspirare per carnis infirmitatem non licet, ut ii matrimonium contrahant.*

418 *Μιγνύντας.* Reg. 39 μιγνύντα.

419 *Ἱεροῖσιν.* Reg. 991 ἱερεῦσι.

420 *Τιταινόμενον.* Regius 991. Coislianus sup. lin. ἑλκόμενον. *Qui*, inquit, *iter, quod fecerit, veluti relegit ac retexit, aut qui scopum, ad quem collimabat, non est assecutus, nihil aliud quam operam lusit. At virginis longe alia est ratio. Quisquis enim virginitatis, quam Deo voverat, abjecto studio, ad conjugatam vitam regreditur, non modo priorem operam lusit, sed gravissimo crimine sese obstringit.* (Bill.)

428 *Ἴκελον.* Coisl. εἴκελον.

430 *Ἀπροϊόπτου.* Reg. 990 ἀπροτίοπτον.

432 *Ἀνανίην.* Reg. 39 Ἀνανίαν.

434 *Τι κολούειν. Quam vel leviter promissa violare : quidquam voto detrahere.*

435 *Καὶ γλῶσσαν.* Vid. tom. I, pag. 626.

436 *Παρεκνόον. Præter voluntatem ducis.*

METRICA VERSIO.

Si genus hoc vitæ arridet, vel, membra domare
Si nequeas, thalamo cervicem innecte jugali.
Utque is, qui ratibus secat æquora vasta, secundum
Sic teneas cursum, primo et meliore negato.
Ast fœdam vitæ misturam utriusque caveto,
Nec cœnum vino, nec felli dulcia mella,
Nec sacris Samaram Solymis misceto nefandam.
Non etenim ut vano torquet sua membra labore,
Qui relegit gressus, pedibus quos triverat ante,
Vel ferit emissa stultus loca densa sagitta,
Aut illam ante pedes laxato projicit arcu,
Nec, quo tendebat, temere volitantia fixit
Spicula : sic etiam qui Christo virginitatem,
Spirituale velut sacrum vacuumque cruore,
Obtulit, atque pedem referens connubia quærit,

Digitized by Google

Ὁσσατιον προφέρει λάχος ἔμπνοον. Ὡς ἀπόλοιτο
Συζυγίη, τὴν οὔτι γαμήλιος ἥρμοσε θεσμὸς,
Ἀλλ' ὅστις ψυχὰς αἰεὶ προπάροιθεν ἰούσας
Ἀψ ἐρύει, χθαμαλοῖσιν ὅπως πλεόνεσσιν ἀνάσσῃ,
Πρῶτος ἐπ' οὐρανίοιο κλέους ἐπὶ γαῖαν ἐλυσθείς,
Ἧς ὑπεροπλίῃσιν ἀτιμίης ζυγὸν ἔλκων
Ἐνθάδε τοῦ περ ἀεὶ κέντρον πεφυλαγμένος [εἶναι.
Ἤδη καὶ τοκέεσσιν ἐγὼ μυθήσομ' ἄριστα,
Ὧν βίος ἐν χείρεσσι, καὶ αἴσχεα, καὶ κλέος ἐσθλὸ
Παρθενικῶν, πηοῖς τε σαόφροσι, καὶ μελεδώναις.
Οὐ θέμις, οὐδ' ἐπέοικε βιάζεσθαι μεγάλοιο
Πλάσμα Θεοῦ. Πάντες γὰρ ἑνὸς γένος, ὅστις [ἀνάσσων,

Ὅστις ἀνασσομένοις ἐναρίθμιος, ὅστις ἄνολβος,
Ὅστις ἐρικτήμων, ὑψίθρονος, ἐς χθόνα νεύων,
Ὃς πολιῇσι πέποιθε, καὶ ὃς νεότητι γέγηθε.
Πάντες ἑνὸς, πάντεσσι πνοὴ μία, εἷς ἕνα πάντες
Νεύομεν. Ὡς δὲ Θεὸς πᾶσι βροτὸς ἶσος ἐτύχθη,
Καὶ θάνε, καὶ συνέγειρε, καὶ οὐρανὸν εὐρὺν ἔδωκε.
Τῷ μή τις σάρκεσσι φέρων χάριν ἀφραδέεσσι,
Παρθενικὴν ἀέκουσαν ἄγοι πρὸς λέκτρα καὶ εὐνὴν
Δρασσομένην Χριστοῖο, πόθον βιόωσαν ἄριστον,
Πούλυπον ἐκ θαλάμης πέτρην κοτύλῃσιν ἔχον- [τα,
Ἥ τιν' ὄρνιν ἀοιδὸν ἀπ' εὐτύκτοιο καλιῆς.
Ἀλλ' εἰ μὲν φιλόχριστον ἔχεις κέαρ, ἤ σέ γε δεσμοῖς
Θειοτέροις ἐνέδησε Θεὸς, κόσμου τ' ἀνάειρε,

Quantum scilicet pars spiritualis præstat. Sic pereat
Conjunctio, quam nullatenus connubialis lex instituit,
Sed ille, qui semper animas ad recta tendentes
Retro trahit, jacentibus ut pluribus imperet,
Primus ab ætherea gloria in terram dejectus,
Sua pro superbia, infamiæ jugum trahens
Hic, cujus stimulum semper observa.
Jam et parentibus ego præcipiam optima,
Quorum in manibus vita, et dedecus, et gloria nobilis
Virginum, affinibusque prudentibus et curatoribus.
Nec fas est, nec decet vim facere magni
Figmento Dei. Omnes enim unius progenies sumus, qui regnat,
Qui subditis annumeratur, qui caret divitiis,
Qui multa possidet, alto insidens solio, in terram vergens,
Qui canis confidit, et qui juventute gaudet.
Omnes ex uno, omnibus idem spiritus, ad unum omnes
Tendimus. Ut autem Deus omnibus mortalis similis effectus est,
Et mortuus est, et nos secum suscitavit et ad cœlum evexit.
Quare ne quis stolidæ carni indulgens,
Ad thalamos et cubile invitam trahat virginem,
Quæ Christum sequitur ardenti flagrans amore,
Quasi polypum saxo adhærentem [depelleret] e cavo cubiculo,
Aut aliquam avem canoram e nido pulchre elaborato.
Verum si Christi amicum cor habeas, aut te vinculis
Divinioribus constrinxit Deus, mundoque sustulit,

439 *Ὡς ἀπόλοιτο συζυγίη. Sic pereat conjunctio*, nempe sceleratum illud sacrarum virginum introductitiorumque virorum contubernium.

442 *Ἐρύει*. Chig. ἐρύσει.

443 Ἀπ'. Sic Coislianus et Regius 990. Edit. ἐπ'. Mox ἐλυσθείς. Regius 991 ἐλκυσθείς. Sup. lin. παραλυθείς, ὀλισθείς.

444 *Ἧς ὑπεροπλίησιν*. Ita supra, sect. I, poem. IV, vers. 47, *De mundo*. Sic apud Homerum, *Iliad*. I. 205.
Ἧς ὑπεροπλίησι τάχ' ἂν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ. Suis superbiis cito tandem animam perdet.

445 *Εἶναι*. Ita Reg. 991. Coisl. sup. lin. γενοῦ.

448 *Μελεδώναις*. Reg. μελεδωνοῖς. Sup. lin. φροντισταῖς.

455 *Ἶσος ἐτύχθη*. Duo Regg. ἶσον ἐτέχθη. Sup. lin. ἐγεννήθη, *natus est*.

456 *Συνέγειρε*. Non bene Billius, *ad vitam redit*: verum *conresuscitavit, et sedere fecit in cœlestibus*. Ephes. II, 6.

459 *Βιόωσαν*. Duo Regg. βοόωσαν, et sup. lin. κράζουσαν, *flagranti inclamans desiderio*.

460 *Πέτρην*. Coisl. πέτρῃ.

462 *Ἔχεις*. Reg. 39 ἔχοις.

463 *Ἀνάειρε*. Reg. ἀνάειρεν.

METRICA VERSIO.

Imo etiam quanto melior res prædita vita,
Tanto etiam furto graviori astricta tenetur.
Ac pereat thalamus, pereat conjunctio vitæ,
Quam non lex thalami, non connubialia jura
Sanxerunt, verum ille animas qui recta tenentes
Invidus obtorto collo in diversa retorquet,
Ut premat imperii majorem compede turbam.
Primus ab ætherco ad terram splendore volutus,
Ac tumidæ mentis pœnam, grave dedecus, atque
Immortale tulit probrum; quem nocte dieque
Observa, stimulum tibi ne defigat acerbum.
Vos ego converso jam nunc sermone, parentes,
Alloquar, in quorum manibus jacet arbitrioque
Gloria virgineæ vel fœda infamia prolis.
Ac simul ad charos etiam dabo dicta propinquos,
Et quibus ætatis commissa est cura tenellæ.

Haud decet, haud fas est magni figmenta Parentis
Cogere; namque omnes ab origine fluximus una,
Et rex, et regi qui vectigalia pendit,
Dives, inops, altis soliis quique insidet, et qui
Vergit humi, florensque annis, fractusque senecta:
Omnes ejusdem soboles patris, omnibus idem
Spiritus, ad regem cuncti properamus eumdem.
Omnibus est natus, mortem tulit omnibus æque
Christus, et ad vitam rediit, vitamque beatam
Obtulit et rutili convexa palatia cœli.
Nemo igitur stolidæ vanissima gaudia carnis
Dum sequitur, Christi quæ flagrat amore, puellam
Invitam ad thalamos revocet, Veneremque molestam:
Ac velut hærentem saxo affixumque rigenti
Polypon, aut volucrem tentet depellere nido.
Quin tua si potius transfixit pectora Christus,

Digitized by Google

Στήσεις προφρονέως Χριστῷ περικαλλέα νύμφην,
Ἢ κοῦρον, φιλότεκνος ὅπως πάρος Ἄννα Σα- [μουὴλ,
Σῶν καθαρῶν λαγόνων ἱερὸν γόνον, ἔμπνοον ἱρὸν,
Πάντων πρωτοτόκων ἱερώτερον, ἀσταχύων τε
Καὶ βοτρύων, οὓς κεῖρεν ἀπάργματα γηπόνος ἐσθλός.
Εἰ δὲ σύ γε Χριστοῖο μέσος κόσμοιό τε βαίνεις,
Ἶσον συζυγίῃ τε καὶ ἀζυγίῃ ζυγὸν ἕλκειν,
Ἀμφοτέρων δ' ὅσα καλὰ, καὶ ὅσσ' ἀντίξοα λέξας,
Εὖ καὶ ἐπισταμένως, καὶ τέρματα δισσὰ χαράξας,
Ἕσπεο τῇ κεν ἕοι θερμὸς πόθος ἠδ' ἐπάρηγε,
Τῇ μὲν δουλοσύνῃ, τῇ δ' οὐρανίοισι πόθοισιν.
Ἥτις δ' ὥριός ἐστι γάμῳ, καὶ σώφρονι βουλῇ
(Καὶ δεσμὸς ἀλόχῳ μὲν ἀνὴρ, τοκέες δὲ θυγατρὶ,
A Χριστοῦ δ' ἀμφοτέροισι φόβος, φίλτρον δ' ἀγάμοισι).
Μήτε λιλαιομένην ἀνδρὸς ἀποέργαθε κούρην,
Μήτε θεῷ πελάουσαν ἐς ἀνέρος οἶκον ἐπείγειν,
Ἄχρι καὶ ἀτρεκίης, πειρᾷν γε μὲν οὔ τι με- [γαίρω.
Εἰ δέ γε συζυγίῃ μὲν ὅλην φρένα χεῖρα τε δοίης,
Καὶ στήσαις θαλάμους τε, χοροιτυπίας τε, πότους τε
Καγχαλόων, καὶ γῆρας ἀποξύσειε μενοινὴ,
Παρθενικὴ δ' ἀπὸ σεῖο φυγὰς πρὸς Χριστὸν ἀνέλθοι,
Ὡς τε Δίκη τοπάροιθε, βοὸς κταμένου ἀροτῆρος,
Δείδια μὴ κοτέῃσι θεὸς ψήφοις ἀνίσοισι
Τῷ ὑποδάμναθ' ἅπασα χολὴ φύσις, ὡς πυρ. κηρὸς

Offeres prompto animo formosam Christo sponsam,
Aut puerum, filiorum amans, ut olim Anna Samuelem
Sancti tui uteri sacram prolem, vivam hostiam,
Omnibus primogenitis præstantiorem, et aristis
Et uvis, quas pius agricola primitias carpsit.
Si vero tu medius Christum inter et mundum incedis,
Æqua lance conjugium et cælibatum expende,
Ac utriusque quæcunque bona, et quæcunque incommoda referens
Bene ac scienter, et geminos fines describens,
Sequere quo fert ardens voluntas, aut auxilium præsta,
Sive servituti [conjugali], sive cœlestibus desideriis.
Quæ vero matura est thalamo et prudenti consilio
(Vinculum quidem uxori est vir, parentes filiæ,
Utrisque autem Christi timor, amor vero innuptis),
Neque cupidam viri prohibe puellam;
Neque Deo adhærentem in viri domum compelle.
366-367 Interea, an verum sit desiderium, explorare et periculum facere non pro- [hibeo.
Sin autem connubio totam mentem manumque dederis,
Et instituëris thalamos, choros, convivia,
Lætus animo, et senium excusserit cura,
Et virginitas a te fugitiva ad Christum accesserit,
Ut quondam Astræa, cum bos arator interfectus est,
Vereor ne Deus irascatur judiciis iniquis,
Cui subdita est omnis terrena natura, velut igne cera

466 *Σῶν*. Duo Regg. τῶν. Mox, ἱερόν. Chig. sup. lin. θυσίαν.

467 *Ἱερώτερον*. Chig. ἱερώτατον.

468 *Κεῖρεν. Offert*, vel *carpsit*.

471 *Ὅσσ'*. Sic Coisl. et Reg. 992. Edit. ὅσα. Mox, λέξας. Duo Regg. λέξεις

477 *Φίλτρον δ' ἀγάμοισι, amoris ut innupti tenentur. Eorum animis amor inardescit*

480 *Ἄχρι καὶ ἀτρεκίης, donec veritatem explotaveris.*

483 *Μενοινὴ, cupiditas.*

485 *Ὡς τε Δίκη*. Alludit ad Aratum, qui fingit Δίκην, seu Justitiam, quam Latini *Astræam* vocant, bove cæso, terras reliquisse atque in cœlum avolasse. Tanta enim, ait Tullius, lib. II *De natura deorum*, aurea ætate utilitas percipi putabatur ex bobus, ut eorum visceribus vesci scelus haberetur. Columella in Præfat. lib. VI, ait olim tam capitale fuisse necare bovem quam civem. Plinius, lib. VIII, cap. 45, scribit, quemdam ob interfectum bovem actum fuisse in exsilium. Bill.

486 *Ψήφοις ἀνίσοισι*. Reg. 993 ψήφοισιν ἀνίσοις

METRICA VERSIO

Atque ea divino Pater immortalis amore
Implevit, Christo ne sit grave sistere nympham,
Aut puerum, ut quondam, gremio quem fuderat, [Anna,
Quo nullum numen sacratius, hostia viva
Primigenis cunctis præstantior, omnibus uvis
Et spicis, manus agricolæ quas sedula carpit,
Primitiis frugum dum cœli Numen adorat.
Quod si inter Christum mundique incedis amorem
Lance pari studeas utramque expendere vitam,
Quæque bona, et quæ sint utriusque incommoda [partis,
Egregiis verbis referens, quemque utraque fine u
Spectet: tum demum tulerit quocunque voluntas
Illius, huc sequere, ac thalamo vel porrige dextram
Auxilii, vel divinæ succurrito flammæ.
At quæ maturis jam vitæ adoleverit annis,
Ut vel mortali possit, vel nubere Christo

B (Ut vir enim uxori, sic natæ vincla parentes:
Atque utrique Deum metuunt, sed virgo, timore
Depulso, flammis cœlestibus ardet in illo):
Hanc neque connubii cupidam coitusque virilis
Reprime: nec rursus cupientem nubere Christo,
In thalamos compelle graves, et trade marito.
Nec tamen impedio quin tentes nonnihil illam,
Quamque habeat mentem, explores, faciasque peri- [clum.
At vero totam si tu mentemque manumque
Connubio dederis, thalamos, epulasque, chorosque
Instituens, animo lætus, curisque molestum
Talibus excutiens senium, misereque fugata
Virginitas cœlos repetat, Christoque querelas
Deferat, ut quondam terris Astræa relictis
In cœlum rediit, cum bos est cæsus arator:
Quam vereor ne judiciis Pater almus iniquis
Offensus, justa facinus grave vindicet ira!

Digitized by Google

Πενόμενος. Τάρβος δὲ Θεοῦ καὶ σάρκ' ἐπέδησεν.
Ἔστι καὶ οὐρανίοισιν ὁμοίιος ἐνθάδε λάτρις·
Ἔστι καὶ ἐν θνητοῖσι νόος θειότητι πελάζων.
Ἤλιτε δ' ὅστις ἔμιξε φύσιν σάρκεσσιν ἄσαρκον,
Ἀγγελικῶν τε πόθων κρατεροὺς ἀνέηκε Γίγαντας,
Καὶ γαῖαν ἐκάθηρεν ἁμαρτάσιν οὐρανιώνων.
Ἑλλήνων τάδε παισὶν, ἐπεὶ παθέεσσιν ἐκεῖνοι
Ἄλκαρ. ἐμητίσαντο θεοὺς στήσασθαι ἀλιτροὺς,
Κλέπτας, ἀνδρογύνους, μοιχοὺς, ἀλιτήμονας ἀνδρῶν,
Ἀνδροφόνους, τεκέων δηλήμονας, ἠδὲ τοκήων.
Οὐκ οἶον, παθέων δὲ καὶ αὐτῶν ἱρὰ τέλεσσαν.
Ἄθρει δὴ πρώτιστον ὅσ' ἔπλετο μαργοσύνῃσι,

A 500 Ταῦρος, κύκνος, ὄρις, χρυσὸς, τόπις, ὄρνις, [ἅπαντα
Ὅσσα μιν ὠκὺς ἄνωξεν ἔρως κοῦρός τ' ἀλαπαδνός.
Κεῖνοι παρθενίην μὲν ἀτιμάζοιεν ἐραννὴν,
Σαρκοπέδην. Κείνοισιν ἀπιστοτάτη χοὸς αἴγλη,
Οἵ σφισι μετρείουσιν ἀτασθαλίῃσιν ἅπαντας.
505 Οὐ καθαρῆς γλήνης δὲ κατηφέα τείρεα λεύσσειν·
Καὶ χθὼν ἔμπεδός ἐστιν, ἰλιγγιάωσι δ' ἄπιστος.
Ἡμῖν δ' οὐ θέμις ἐστὶν ἐλεγχείην καταχεύειν
Παρθενίης. Τί δ' ἄπιστον ἔρον Χριστοῦ βασιλῆος
Εὐνάζειν βροτέους τε πόθους καὶ σαρκὸς ἐρωὰς,
510 Ὡς πάρος αἱματόεντα ῥόον σχέθεν αἱμορρούσης

Liquefacta. Timor etiam Dei carnem constrinxit.
Est cœlestibus similis, qui in terris cultor est :
490 Est etiam inter mortales animus Divinitati appropinquans.
Peccavit, quisquis carni naturam carnis expertem miscuit,
Angelicisque desideriis fortes eduxit Gigantes,
Et terram expurgavit criminibus cœlestium.
Græcorum hæc filiis : si quidem illi suis criminibus
495 Patrocinium excogitarunt, deos statuendo peccatores,
Fures, androgynos, adulteros, deceptores hominum,
Homicidas, natis crudeles, atque etiam parentibus.
Nec hoc tantum, verum etiam et ipsis criminibus sacrificia obtulerunt.
Adverte primum deorum, quot deditus fuerit flagitiosis cupiditatibus.
500 Qui tauri, oloris, serpentis, auri, mariti, volucris omnesque induit formas,
Quascunque illi jussit celer amor et puer effeminatus.
Illi quidem amabilem spernant virginitatem,
Carnis compedem. Illis incredibilis sit corporis splendor,
Qui propriis omnes sordibus metiuntur.
505 Oculi est non sani obscura sidera cernere;
Et terra stabilis est, sed vertigine laborantibus infida.
Nobis autem fas non est probrum infundere
Virginitati. Quid vero incredibile, si amor Christi regis
Sopiat mortales affectus et carnis impetus,
510 Ut olim sanguineum fluxum cohibuit hæmorrhoissæ,

488 *Πενόμενος*. Tres Regg. τηκόμενος. Mox, καὶ σάρκ' ἐπέδησε. Sic tres Regg. et Chig. sup. lin κατεπέδησεν. Male edit. κατὰ σάρκα. Hæc ad ea, quæ sequuntur, pertinent : *timor etiam Dei ineundi matrimonii causa exstitit*. Quo fit ut conjux cultor Dei cœlestibus similis sit, et inter mortales animus deitati appropinquans.

492 *Ἀνέηκε Γίγαντας*. Schol. sic habet : Ὡς ἄρα ἄγγελοι ποτὲ γυναιξὶ συγγένοντο, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν συναφείας γίγαντες ἐγένοντο, *Ut nempe angeli quondam cum mulieribus congrediebantur, ex quorum copula procreati sunt gigantes*. At si ita voluit Schol. aut Gregorium velle putavit, errore deceptus est. Figmentum istud Græcorum esse ait ipse Gregorius. Jampridem explosa fuit illa opinio, exsulatque ab Ecclesiæ septis. Commer.

493 *Καὶ γαῖαν ἐκάθηρεν*. Quis facinorosos homines accusare, et supplicio afficere audeat, cum eorumdem criminum dii convicti teneantur?

495 *Ἄλκαρ, ἐμητίσαντο*. Duo Regg. et Chig. ἄλκαρ ἐοῖς μήσαντο. Vide primam Invectivam in Julianum Apostatam, tom. I, p. 144; et infra, lib. II, sect. 2ª, poem. VII, vers. 92, ad *Nemesium*, ubi iterum leguntur isti versus.

496 *Ἀνδρῶν*. Duo Regg. et Chig. ἄνδρας.

499 *Πρώτιστον*. Sup. lin. πρῶτον τῶν θεῶν, nempe *Jovem*.

504 *Σφισι μετρείουσιν*. Reg 991 σῇσι μετρέουσιν.

509 *Ἐρωὰς*. Sup. lin. ὁρμάς.

METRICA VERSIO.

Cui natura omnis cedit terrena, pavensque,
Cera velut rapidis flammis admota liquescit,
Et mentes hominum terret, versatque tremore.
In terris porro qui sancte Numen adorat,
Hic similis superis, hic divum proximus ædi.
Is vero haud dubie fœdo se crimine vinxit,
Qui teneræ carni naturam carne vacantem
Miscuit, angelicoque eduxit amore gigantes,
Criminibusque deum purgavit atrocibus orbem.
Hæc Græci fingant, quorum vesania divos
Condidit auctores vitii scelerumque patronos,
Fures, androgynos, mœchos, pestesque virorum,
Carnifices, natos tollentes morte patresque.
Quodque etiam multo gravius, templisque sacris- [que
Crimina non puduit miseros ornare nefanda.
Perspice, quam varias proles Saturnia formas

B Sumpserit, insanæ Veneri dum laxat habenas.
Nunc avis efficitur, nunc serpens atque maritus,
Nunc taurus nive candidior, nunc cygnus et aurum :
Et quascunque jubet natus Cythereïde, formas
Arripit, ac pueri quamprimum jussa facessit.
Illis sane probro sit ; carnem compede stringens
Virginitas nullo his prorsus celebretur honore :
Illi fieri non posse putent, ut carnea moles
Fulgeat, expendunt propriis qui sordibus omnes.
Ast ægri est oculi nigrantia cernere cœli
Sidera ; sic tellus, quamvis immota quiescat,
Volvitur ipsa tamen cæca vertigine captis.
At nos virgineam probris conscindere vitam
Haud decet, et duris insontem carpere verbis.
Quid mirum in medio si fixus corpore Christus
Humanos omnes pellat violentus amores,
Sanguineum ægrotæ solo velut ante repressit

Digitized by Google

Ἀψαμένης· κλέφθη γὰρ ἑκὼν Θεὸς, ἡ δὲ ῥεέθρων
Αὐαλέη πηγὴ τῆμος θάλεν, εὖτ' ἐμαράνθη.
Ἠὲ πυρὸς, ξιφέων τε καὶ ὕδατος, ἀργαλέων τε
Θηρῶν, δαπτομένων πικροῖς μελέων κεράεσσι.
Θυμὸς Χριστιανοῖσιν ὑπέρτερος, εὖτε διώκτης
Καιρὸς ἐπισπέρχῃσι Θεοῦ πέρι δῆριν ἐγείρων.
Οὐκ ἄϋπνος κείνοισι βίος, καὶ ἀνέστιος αἰών;
Εὐχαί τε, στοναχαί τε ἀκαμπέες; οὐ δακρύοισι
Τήκοντ'; οὐ νυχίῃσι καὶ ἠματίῃσιν ἀοιδαῖς,
Ἔνθεν ἀναθρώσκουσι βίον καὶ σάρκα λιπόντες;
Οὐκ ὀλίγοις σπινθῆρσι πνοὴ κατερύκετ' ἐδωδῆς;
Οὐ σήραγγας ἔχουσι δόμους, καὶ δέμνια πέτρην,
Ἢ δ' ἁπαλὸς ποίας τε καὶ αὐαλέους κλαδεῶνας;
Οὐ θηρσὶ ναίουσιν ὁμέστιοι ὠμοβόροισιν,
Ὡς κεν ὑπεκκακότητα χοὸς καὶ δεσμὰ φύγωσιν;
Ὡς δ' ὄρνιν φοίνικα φάτις θνήσκοντα νεάζειν
Ἐν πυρὶ τικτόμενον, πολλῶν ἐτέων μετὰ κύκλα,
Γηραλέης κονίης ξεῖνον γόνον αὐτογένεθλον,
Ὡς οἵ γε θνήσκοντες ἀείζωοι τελέθουσι,
Δαιόμενοι πυρόεντι πόθῳ Χριστοῦ βασιλῆος.
Ἐν δ' ὀλιγοδρανίῃ κεῖται σθένος εὐσεβέεσσι.
Ταῦτα τίς εἰσορόων, οὐ σπένδεται ἠϊθέοισι
Γηθόσυνος σάρκεσσιν, ἐπεὶ ζέσεν οἶστρος ἀρείων;
Ὦ φύσι παμμήτειρα, σὰ δ', οὐκ ἐμὰ θαύματα λέξω,
Ὅσσα καὶ ἐν χέρσοισι καὶ ἐν πελάγεσσιν ἔθηκας.
Πυνθάνομ' ὡς πτερόεσσα τρυγὼν, τρυγόνος φιλίοιο
Χηρωθεῖσ', ὁμόλεκτρον ἐὸν ποθέουσα σαόφρων,

A

Quæ ipsum tetigerat (Deum enim volentem furata est, et profluvii
Squalens fons tunc vigebat, cum aruit);
Aut vim ignis, ensiumve et aquæ, immanisumque
Ferarum, cum sævis lacerantur membra cornibus.
Animus Christianis major est, cum persecutionis
Tempus instat contra Deum bella movens.
Nonne insomnem ducunt illi et sine tecto vitam?
Nonne preces gemitusque perennes edunt? Nonne lacrymis
Madent? Nonne nocturnis diurnisque hymnis
Illinc prosiliunt vitam et corpus linquentes?
Nonne tenui victu spiritum sustentant?
Nonne pro domibus speluncas habent, et pro stratis saxum,
Vel molles herbas, aridosque ramos?
Nonne carnivoris feris contubernales habitant,
Ut nequitiam carnis et vincula effugiant?
Quemadmodum autem avis phœnix, ut fama est, moriens juvenescit
In igne genita, post multorum annorum circulos,
Ex veteri pulvere novam prolem se ipsa generans,
Sic illi profecto morientes semper vivi exsistunt,
Flagrantes ardenti desiderio Christi regis.
In infirmitate autem piis situm est robur.
Hæc quis perspiciens, fœdus inire cum castis
Carnibus non gaudebit, cum exarserit flamma meliore?
O natura omnium parens, tua quidem, non mea miracula narrabo,
Quæcunque in terris et in mari fecisti.
Audio quod alata turtur, turture dilecto
Viduata, conjugem suum casta lugens,

B

512 *Εὖτ' ἐμαράνθη.* Int. Coisl. ξηροποιὸς πηγὴ τοῦ ῥεύματος τότε ἀνέθαλεν, ὅτε μαρανθεῖσα ῥέειν ἐπαύσατο. *Tum scaturiebat, cum siccatus est : tum florebat, cum siccatus fluere desiit.*

514 *Δαπτομένων.* Reg. 991 addit τε. *Lacerantium* vel passive *laceratis.*

522 *Δέμνια.* Στρώματα, *stragula, cubile.*

525 *Ὑπεκκακότητα,* id est ὑπέκκαυμα, carnis libidinis facem, fomitem.

526 *Φοίνικα.* De hac ave plurima leguntur, lib. v *Constit. apost.*, apud Cyrillum Jeros. Catech. *De resurrectione*, et apud Herod. lib. II.

531 *Ἐν δ' ὀλιγοδρανίῃ.* Sic Paulus II Cor. XII, 9 : *in infirmitate perficitur virtus.*

532 *Σπένδεται.* Sup. lin. φιλοῦται. Mox ἠϊθέοισι. Sup. lin. ἀγάμοις, ἰσοθέοις σάρκεσσι, *cum castis corporibus.*

533 *Ζέσεν.* Sup. lin. ἐθερμάνθη.

534 *Ὦ φύσι παμμήτειρα. O rerum natura parens, o maxime divum.* Bill. non satis caute.

METRICA VERSIO.

Profluvium tactu (namque est furata salutem
Illa volente Deo, siccataque vena cruoris),
Aut gladios, undasque graves, flammasque feroces,
Immanesque feras laniantes corpora sancta?
Christicolis animus circum præcordia major
Exilit infestus quoties movet arma tyrannus,
Persequiturque fidem Christi, belloque lacessit :
Tum vitam insomnem ducunt tectoque carentem :
Tum gemitus lacrymæque fluunt, tum vota, preces
Tum dulces hymnos noctuque diuque canentes [que,
Sidera summa petunt, mundoque et carne relictis,
Tum tenui victu sustentant corporis artus :
Antra vicem tecti præbent vastæque cavernæ,
Strata lapis, mollesque herbæ, ramique viroris

Expertes, sylvasque truces, atque invia quærunt
Cumque feris habitant, fugientes vincula carnis.
Ut phœnix moriens primos revirescit ad annos,
In mediis flammis post plurima lustra renascens,
Atque novum veteri surgit de corpore corpus :
Haud secus egregia redduntur morte perennes,
Dum pia divinis ardescunt pectora flammis.
Corpore in afflicto sita vis roburque piorum est.
Hæc quisquis bene perspiciet, cum corpore fœdus
Non feriet, postquam meliore exarserit igni.
O rerum natura parens, o maxime divum,
Arbitrio qui cuncta regis, miracula pandam
Jam tua, quæ terris lucent, vastumque per æquor.
Ut semel est dulci turtur viduata marito,

Digitized by Google

Οὐ δέχεται πόσιν ἄλλον ἑῆς καθύπερθε κλιτῆς.
Ὄρνι σοφή! Μερόπεσσι δ' ἀγνὸς βίος, ὅσσον ἀρείων!
Οὐδὲ μὲν οὐ λακέρυζα μελάγχροος, ἀλλὰ καὶ
Ζώει κουριδίοιο πόθου τμηθεῖσα κορώνη, [αὐτὴ
Πάντα πόσιν στυγέουσα, ἐπὴν φίλον εὖνιν ὀλέσσῃ.
Ἰχθύσι δ' εἰναλίοισι νόμος, παύροις μὲν ἄθεσμος,
Ἀμφὶ γάμους, πολλοῖς δὲ σαοφροσύνης τε μέμηλε,
Καὶ θαλάμων, ἀλόχων τε. Δίκη δέ τε κἀνθάδ'
Ἄλλοι δ' οὐ πλεόνεσσιν ἑνὸς μογέουσι τόκοιο, [ἀνάσσει.
Ἄλλοι δ' εἰαρινῇ μούνῃ φιλότητι γάνυνται,
Καὶ πλέονες. Μέτρον δὲ φύσις ἐπέθηκε πόθοισι.
Καιρὸς δ' αὖ φιλότητος ἑνήεος ἐστὶν ἅπασιν,
Ἠερίοις ἁλίοις τε καὶ ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν ὀδεύει.

A Οὐδ' ἐκτὸς προχέουσιν ὄρου πόθον, ἀλλὰ δέονται
Ὥρια μαργαίνοντες, ἐπὴν σφεας εἴαρ ἐγείρῃ.
Καὶ ῥ' οἱ μὲν μιγάδεσσιν ἐπαΐσσουσι γάμοισι,
Τοῖς δ' ἄλοχοί τε μέλουσι φίλαι, καὶ θεσμὸς ἔρωτος.
Οἰοτόκος δ' ἄλλοισιν ἐπάρκιος ἔπλετο μίξις.
Ὥς τινες, οἳ ζώων τε γόνους καὶ πάντ' ἐφράσαντο.
Εἰ δὲ καὶ ἀφραδέεσσι σαοφροσύνης τι μέμηλε,
Πλάσμα Θεοῦ, σὺ δὲ σαρκὸς ὅλον νόμον οὔτι πεδήσεις,
Ἦν ἐθέλῃς; Εἰκτὸς δὲ λόγῳ βροτὸς, ὡς πυρὶ χαλκός.
Εἰ δ' οὐ σαρκὸς ἄνασσα λόγου φύσις, ὡς μ' ἐθέω-
Εἰκὼν, τί πλέον ἡμῖν ὁμοῖα κινυμένοισιν; [σεν.
Εἴ τοι καὶ πλεόνων φύσις ἄσχετος, ἀλλὰ τόδ' ἴσμεν,
Πολλάκι καὶ ξυνῆς φύσιος κρατέουσαν ἐφετμήν.

Non admittit alium maritum suum supra nidum.
O sapiens avis! mortalibus autem casta vita quanto præstantior?
Quinetiam vel garrula nigricolor ipsa cornix
Vivit, abjecto omni nuptiarum desiderio,
Omnem maritum exosa, postquam dulcem conjugem amisit.
Piscibus vero marinis sua lex est, paucis quidem neglecta,
Circa nuptias, imo pluribus temperantiæ cura est,
Et cubilium et uxorum; justitia hic quoque regnat.
Alii non pluribus quam uno partu laborant:
Alii autem solo amore verno delectantur,
Et pars major. Mensuram vero natura imposuit desideriis.
370-371 Tempus vero rursus placidi amoris est omnibus,
Aeriis, marinis, et quæcunque super terram gradiuntur:
Nec ultra limites effundunt desiderium, sed indigent
Tempestive lascivientia, ut ea ver stimulet.
Alia quidem commistis irruunt nuptiis;
Aliis vero dilectæ conjuges curæ sunt et lex amoris.
Unius feturæ aliis sufficiens est mistio,
Ut ferunt nonnulli, qui animalium partus et omnia considerarunt.
Sin autem vel ratione carentibus temperantiæ aliqua cura est,
Tu figmentum Dei, non totam carnis legem astringes,
Si volueris? Mortalis rationi cedit, velut æs igni.
Si autem carnis domina non est rationis natura, sicut me Deum effecit
Imago, quid amplius nobis est qui iisdem motibus agitamur?
Quamvis autem plurium indomita sit natura, illud tamen scimus,
Sæpe communem naturam coercet præceptum.

538 *Οὐ δέχεται.* Idem testatur Basilius, hom. 8 *in Hexaem.*
541 *Κουριδίοιο.* Sup. lin. ἐκ παρθενίης. *Quasi, cui virgo virgini nupserat:* tantam continentiæ laudem cornicibus tribuunt, qui de avium natura pertractarunt, ut exstincto conjuge, non parvo tempore, sed novem etiam ætates in summa castimonia viduæ perseverent. Bill.
542 *Εὐνὴν.* Duo Regg. ὄρνιν.
546 *Τόκοιο.* Reg. 990. Chig. τόκοισιν.
550 *Γαῖαν.* Sic duo Regg. Edit. prave παῖαν.
551 *Οὐδ' ἐκτός.* Reg. 39 et 993 οὐκ. Mox, 993 φύσιν pro πόθον.
556 *Πάντ' ἐφράσαντο.* Reg. 39 et Coisl. πάντα φράσαντο.
558 *Οὔτι.* Coisl. οὐχί.
560 *Ὥς.* Duo Regg. et Coisl. ὅς.
562 *Εἴ τοι.* Coisl. εἴ τις.
563 *Φύσιος.* Duo Regg. φύσεως.

METRICA VERSIO.

Exstinctum gemit assidue, luctuque requirit.
O vere sapiens volucris! Mortalibus autem
Quanto virginitas tandem præstare putanda est?
Garrula quin etiam cornix orbata marito
Tristis agit vitam, cunctosque exhorret amores.
Nec vero multi circum connubia pisces
Finibus excedunt legum, temereque feruntur
In Venerem: vitam sed magna ex parte pudicam
Traducunt, thalamosque et jura uxoria curant.
Namque etiam in magno legis viget æquore regnum.
Sunt quibus est uno partu contenta libido:
Sunt qui duntaxat sub verni temporis horam
Femineo coitu gaudent; natura modumque
Imposuit Veneri, et rabidos frenavit amores.
Omnibus ac rursus coeundi tempora certa,
Aeriis, quæque in terra versantur, et alto.
Namque animal nullum fines excedit amoris,
Sed tempestiva stimulata libidine cuncta
In Venerem exorto turgentia vere feruntur.

B Ac quædam mistim coeunt discrimine nullo.
Cætera legitimo coitu definit amorem
Turba, suis rabidos sedans uxoribus ignes.
Sunt etiam quibus est unum satis edere fetum,
Ut scriptis retulere suis, quos noscere juvit,
Quotque et quam varios pariant animantia fetus.
Ergo pudicitiæ cum quamdam animantia curam
Bruta gerant, tu quem summus Dominator olympi
Omnipotente manu finxit, non compede totam
Astringes carnem, modo sit tibi prompta voluntas?
Sic etenim es factus, rationi ut cedere rectæ
Non minus ipse queas, quam ferrum cedere [flammis.
Quod si ut me divum effecit cœlestis imago,
Non itidem tenet imperio mens optima carnem,
Dic mihi, quid tandem nobis animalia cedunt,
Motibus omnino si nos agitamur eisdem?
Quanquam autem multi affectus rapiuntur in omnes:
Communis tamen haud dubie natura frequenter

Digitized by Google

Καὶ γὰρ ἐμοὶ δέμας ἐστὶν ὁμοῖον· ἀλλά μ' ἔδησε
Σταυρὸς ἑλὼν, ᾧ σάρκα φέρων προσέδησα βα-
Χριστῷ συνθανέειν γὰρ ἐέλδομαι, ὡς συναερθῶ, [ρεῖαν.
Πάντα φέρων Χριστοῖο, λόγον, δέμας, ἧλον, ἔγερσιν.
Ἄλλοις δ' αὐτομάτη σαρκὸς δέσις, οὐχ ὑπ' ἔρωτος
Θειοτέρου, τὴν οὔτι σαοφροσύνην καλέουσιν.
Ἔμπαγε μὴν γέρας ἐσθλὸν θεόσδοτον, ὕβριος ἐκτὸς
Ζώειν, εὐδιόωντά τ' ἔχειν νόον, ἠδ' ἀτίναχτον.
Ἄλλος δ' αὖ μέθυ λαρὸν ἀπήχθετο, ἄλλος ἐδωδὴν,
Τὴν ἄλλοι φιλέουσιν, ἀπέστυγεν· ἄλλος ἀϋτμήν.
Ἄλλοι δ' αὖ μερόπεσσιν ἀπεχθέα θυμὸν ἔχοντες,
Ἐσχατιὰς ναίουσι, βροτῶν δ' ἄπο τῆλε θέουσι
Προφρονέως. Σὺ δ' ἄπιστον ἔχεις νόον ἀζυγέεσσιν.

A Οὐ μὲν ἄπιστον ἔγωγε ὀΐομαι. Ἀλλ' ἐπὶ τάρβος
Φεύγεις, συζυγίης δὲ κακῶν ἐπελήσαο τῆμος.
Οὐδὲ πυρὸς μαλεροῖο διατρέχει, ἠΰτε γαίης,
Σκαίρουσα χθαμαλοῖσι ποσὶν τυτθὴ σαλαμάνδρη;
Ἰχθῦς δ' ἔμπυρός ἐστι, καὶ οὐ πυρὶ δάμνατ' ἀπίστῳ
Ἔμπυρος· αἰθόμενος δὲ, μέσης διαλάμπεται ἅλμης.
Οὐδὲ λίθος μάγνησσα σιδήρεον ὅλμον ἀνέλκει;
Οὐδ' ἀδάμας ἀδάμαστος; ὁ δ' οὐ σέλας ἦκε σιδήρῳ
Θεινόμενος, ἄλλος δὲ σελάσσεται ὕδατι βαιῷ.
Ὕδατι μὲν σέλας ἦχεν, ἀπηγάσθη δ' ἅρ' ἐλαίῳ.
Ὅσσα τε δ' αὖ καὶ τῶνδε παροίτερα θαύματ' ἔασι,
Τίς κεν ἀριθμήσειεν; ἐπεὶ πάρα πόλλ' ἀγορεύειν.
Παίζει γὰρ λόγος αἰπὺς ἐν εἴδεσι παντοδαποῖσι

Nam et mihi est corpus simile : sed me vinxit
565 Eripiens mundo crux, cui gravem ultro affixi carnem.
Cum Christo enim mori cupio, ut simul sursum ferar,
Omnia ferens Christi, verbum, corpus, clavum, ad vitam reditum.
Alii sua sponte carnem domant, non ex amore
Divino ; quod nequidem temperantia appellatur.
570 Attamen præmium est a Deo datum, sine labe
Vivere, tranquillamque habere mentem et immotam.
Alius gratum horret vinum ; alius epulas,
Quas alii amant, odit ; alius odores.
Alii vero rursus inimicum hominibus animum habentes,
575 Loca remotissima habitant, et ab hominibus procul fugiunt
Alacriter. Tu autem incredulam habes mentem cœlibibus.
Nec tamen incredibile ego crediderim. Sed specie timoris
Fugis, connubiique malorum nunc es oblitus.
Nonne per ignem ardentem currit, ac veluti per terram,
580 Saliens brevibus pedibus parva salamandra ?
Empyrus est piscis, nec infido igne absumitur,
Ignitus cum sit, verum ardens in medio mari effulget.
Nonne lapis magnes mortarium ferreum trahit ?
372-373 Nonne adamas indomitus est ? est lapis qui scintillam non edit
585 Quamvis ferro percussus ; alius vero modica aqua infusa ignem concipit ;
Lux autem, quam aqua elicuit, protinus oleo exstinguitur.
Cætera vero et his quæ majora sunt miracula
Quis recenseat ? Si quidem plura fas esset narrare.
Ludit enim summa ratio omnimodis figuris

565 *Προσέδησα.* Duo Regg. προσέδησε.
570 *Ὕβριος.* Duo Regg. ὕβρεως.
578 *Τῆμος.* Reg. 39 et 993 τόσσων.
580 *Σαλαμάνδρη.* Salamandra animal quadrupes, lacertæ simile, stellatum, cauda brevi, propter exuberantem quamdam humoris copiam, in igne vivere dicitur. Vide Plin. lib. x, cap. 67.
581 *Ἔμπυρος.* Nomen est cujusdam piscis flammei atque ardentis in mari victitantis. Mox pro ἅλμης, Reg. 990 ἅλης.
588 *Πάρα.* Sup. lin. πάρεστι. Coisl. μάλα pro πάρα.

METRICA VERSIO.

Vincitur, et mandata lubens divina facessit.
Nam mihi nec corpus dispar, nec carnea moles :
Et tamen extractum mundo crux compede firma
Vinxit, eique meos affixi corporis artus.
Namque ego cum Christo cupio decedere vita,
Ut simul ad vitam redeam, simul æthera tangam,
Cuncta ferens Christi, Verbum, carnemque caducam,
Clavosque, et mortem, et redivivæ lumina vitæ.
Sponte domant alii carnem, non cœlibe flamma
Incensi ; quare nec virginitatis honore,
Nec titulo digna est talis compressio carnis.
Nec tamen æterni venit hoc sine numine Patris,
Ut quisquam Veneris fœdæque libidinis expers
Vivat, et hoc fragili maneat tranquillus in ævo.
Invenies etiam, qui dulcia vina cibosque,
Quos alii quærunt, exhorreat atque liquores.
Sunt alii rursus, generis consortia nostri
Qui fugiant, hominumque odio loca sola sequantur.
Ast in cœlibibus tu tantum incredulus hæres.
Quanquam incredulitas, nisi fallit opinio mentem,

B Non adeo in causa est, quam quod timor occupat [artus :
Nec memor es, thalamus quot secum incommoda [portet.
Parvula flammigeros currit salamandra per ignes,
Ac velut in gelida figit vestigia terra.
Empyrus est piscis, qui nunquam absumitur igne :
Verum ardens mediis effulget in æquoris undis.
Nonne etiam cogit magnes assurgere ferrum ?
Nonne adamas manet indomitus, nec viribus ullis
Frangitur ? In saxis quædam tam dura videbis,
Ictibus ut nequeat ferrum his extundere flammam.
Infusis aliud lymphis cito concipit ignem :
Quasque etiam saxo flammas expresserit unda,
Protinus infusus liquor has exstinguet olivi.
Cætera de genere hoc, nam plurima dicere prom- [ptum est,
Quis tandem numerare queat miracula Verbi ?
Mens etenim sapiens ludit, speciesque creatas
Temperat arbitrio, et toto commiscet in orbe

Digitized by Google

590 Κιρνὰς, ὡς ἐθέλει, κόσμον ὅλον ἔνθα καὶ ἔνθα.
Παῦρα δ' ἀπὸ πλεόνων μυθήσομαι, ὧν τὰ μὲν, αὐτὸς
Ἔδρακον, ὧν δὲ βίβλοι, ὧν δ' οὔατα πίστιν ἔδωκαν.
Οὐχ εἷς μὲν ποταμοῖσι κάτω ῥόος ἐστὶν ἅπασιν ;
Εἷς δὲ νόμος πελάγεσσιν ἐπ' ἠιόνεσσι δεδέσθαι ;
595 Εἷς δὲ πυρὸς φλογόεντος ἄνω δρόμος ἅλμασι
[πυκνοῖς ;
Ἀλλ' ἔμπης ποταμὸς πικρὴν διανήχεται ἅλμην,
Καὶ ποταμός περ ἐὼν, οὐδ' ὕδατι μίσγεται ὕδωρ.
Ναῦται δ' ἐκ πελάγους γλυκερὸν ποτὸν ὑδρεύονται,
Νῆα ῥόῳ πελάοντες ἐπειγομένῳ ποτὶ γαῖαν.
600 Εὐβοίης δ' ἄρ' ὀπωπα θρασὺν πόρον, οὐδ' ἐπί-
[φραστον
Πορθμὸν, ἁλὸς κληῖδα, παλισσύτοισι ῥεέθροις
Α Μαινόμενον. Ἠόντος δὲ ῥέει, καὶ ῥεῖθρον ἄνεισιν.
Ὠκεανὸς δ' οὐχ ἕλκετ' ἀπὸ χθονὸς, εἶτ' ἐπὶ χέρσον
Ἔρχετ' ἐπειγομένοισι μεταῖσσων ῥοθίοισι ;
605 Καὶ πεδίον καὶ πόντος ἐπ' ἠῖόσι Κιμμερίοισιν ·
Ἄλλος δ' αὖ ῥόος εἶσι πυρὸς φλογὸς, εἰ ἐτεόν γε,
Αἰτναίων σκοπέλων ἀπερεύγεται ὀλκὸς ἄπιστος,
Πῦρ ποταμός. Τά δ' ἄμικτα μίγη, Χριστοῖο θέλοντος.
Οἶδα καὶ ἐν βαιοῖσιν ὁμοῖα θαύματ' ἀεῖσαι.
610 Ἔστι τις ἐν καρποῖσι κερασβόλος, ὡς ἐνέπου-
[σιν,
Ὅς μοῦνος, τῶν ὅσσα φύει ζείδωρος ἄρουρα,
Ἐσκληκὸς καὶ ἄτεγκτον ἔχων δέμας, οὔτ' ἐνὶ γαίῃ
Λύεται, οὔτ' ὄμβροισι πιαίνεται, ἀλλὰ πέπηγεν
Αὐαλέος, κεράων στερεώτερος ἤματα πάντα.

590 Vestiens commistim hinc et inde totum, ut ei placuerit, mundum.
Pauca tamen e multis referam, quorum alia ego ipse
Vidi ; aliorum autem libri, aliorum aures mihi fidem dederunt.
Nonne unus fluviis omnibus declivis cursus ?
Nonne unam legem habent æquora littoribus vinciri ?
595 Nonne ignis flamma sursum fertur crebris saltibus ?
Verumtamen fluvius amaras permeat aquas,
Quamvis fluvius sit ; nec aqua aquæ miscetur.
Nautæ autem e ponto dulcem potum hauriunt,
Navem fluento admoventes refluenti ad terram.
600 Jam vero Euripi audacem vidi meatum, et ineffabile
Fretum, maris clavem, undis resilientibus
Furens. Pontus vero fluit, et fluentum redit.
Nonne Oceanus recedit a terra, deinde ad terram
Revertitur impellentibus irruens fluctibus ?
605 Et (vicissim) terra et pontus (cernuntur) in littoribus Cimmeriis ?
Est alius iterum fluvius ignis flammæ, si quidem vera ferunt ;
Ætnæ scopulis manat tractus incredibilis,
Igneus fluvius. Insociabilia mista sunt, Christo volente.
Novi et in parvis similia miracula proferre.
610 Est quoddam in seminibus cornu tactum, ut aiunt,
Quod solum ex omnibus, quotquot procreat vitæ datrix terra,
Rigidum et sterile habens corpus, neque in terra
Solvitur, neque imbribus pinguescit, sed rigescit,
Aridum, cornibus solidius, in omnes dies,

590 *Κιρνάς*. Chig. κρινάς. Mox Reg. 993 et Coisl. ἑόν pro ὅλον.
594 *Δεδέσθαι*. Regg. tres et Chig. φέρεσθαι.
595 *Πυκνοῖς*. Reg. 993 et Chig. κούφοις.
596 *Ποταμός*. Is fluvius est Alphæus, de quo tom. I, pag. 787.
603 *Δ' οὐχ*. Ita habent tres Regg. et Coislinianus. Edit. δ' οὖν.
610 *Κερασβόλος*. Semen est durum quod cum frumento et leguminibus una nascitur, colore nigrum, rotundum et magnitudine grano milii par, quod cum aliis leguminibus coctum duritiem non deponit. Dictum vero inde est, quod inter seminandum et arandum cornua boum tangat, et in ea incidat. Hinc Plato, initio lib. *De legibus*, κερασβόλον dicit hominem indoctum, contumacem, legibus non obtemperantem. Μή τοι ἐγγίνηται τῶν πολιτῶν ἡμῶν, οἷον κερασβόλος. *Ne quis inter nos exsistat civis aliquis seminis quod cornu tetigit, naturam imitans*, qui adeo durus et præfractus exadat, ut emolliri nequeat, sicut nec semina illa igne.
611 *Ζείδωρος*. Reg. 993 ζείδωρα.
612 *Ἐσκληκὸς καὶ ἄτεγκτον*. Coisl. sup. lin. ἀδέψητος. Duo Regg. ἄτηκτον.
613 *Πιαίνεται*. Duo Regg. et Coisl. διαίνεται, *madescit*.

METRICA VERSIO.

Ex multis nunc pauca tamen memoranda videntur,
Quæ partim his oculis vidi, partim auribus hausi ;
Partim etiam monumenta fidem mihi prisca dedere.
Annon declivi labuntur flumina cursu ?
Annon littoribus sævum constringitur æquor ?
Annon flamma levis natura fertur in altum ?
Et tamen est fluvius, qui salsas permeat undas,
Nec quidquam miscetur aquis aqua dulcis amaris.
At licet e pelago nautis haurire fluenta
Dulcia, si refluum ratis admoveatur ad amnem.
Jam vero Euboicum vidi tractumque fretumque,
Quod furit insanis crebro redeuntibus undis :
Unda fluit refluitque, et rursum versa recurrit,
Ac modo deserta repetit citus æquora terra
B Oceanus, rapido nunc verberat impete terram :
Cimmeriaque itidem in ripa nunc humida tellus
Cernitur, æquoreis nunc contra obducitur undis.
Est alius rursus flammis ardentibus amnis,
Si modo vera ferunt, Ætnæo vertice manans.
Mirum profluvium ! nexu sociatur amico
Ignis aquæ, coeunt Christi contraria jussu.
Quin etiam in parvis eadem miracula lucent.
Esse ferunt semen, quod solum ex omnibus illis
Ubere quæ gremio tellus largissima fundit,
Corpus habet rigidum, nec terra solvitur unquam,
Imbre nec æthereo pinguet ; sed tempus in omne
Defixum siccumque manet, nec cornibus ullis
Duritie quidquam cedit, quod scilicet ictum est

Digitized by Google

615 Οὗ τὸ κέρας βέβληκε βοὸς κέρας, εὖτ' ἀροτῆρος
Δεξιτερὴ προχέῃσιν ἐὴν ἐς καρπὸν ἄρουραν,
Ἔνθεν ὄγ' ἐκ κεράων καὶ οὔνομα καὶ φύσιν ἔσχεν,
Εἴ τέ τιν' ἄλλον ἴσασι σοφοὶ λόγον· οὐ γὰρ ἔγωγε.
Ταῦτα φύσις. Σύ δ' ἄκουε καὶ ὅσσ' ἐθιήσατο τέχνη.
620 Ψῆρες μὲν λαλέουσιν ὁμοίϊον ἀνθρώποισι,
Φωνῆς ἀλλοτρίης ζηλήμονες, ἣν ἐδίδαξεν
Εἴδωλον ξεστοῖο κατ' εἰσόπτροιο φαανθὲν
Ψὴρ, κρυπταδίην τε ἰεὶς ὅπα κερδαλέος φώς.
Καὶ κόρακες κλέπτουσιν ὁμῶς ὅπα. Ὡς δ' ἐρατόχρως
625 Ψιττακὸς ἀγκυλόχειλος ἔσω πλεκτοῖο δόμοιο,
Ἀνδρόμεον φώνησε, καὶ ἤπαφεν ἀνδρὸς ἀκουήν.
Ἵπποισιν δὲ κάλωες ἀπήοροι, ὧν καθύπερθεν
Βαίνουσιν. Στυγερὴ δὲ δι' ἠέρος ἄρκτος ὁδεύει,

A Ἐν δὲ δίκῃ; θώκοισι, δικασπόλος ὥς τις ἐχέφρων,
630 Ἑζομένη, νώμησε δίκης ἰθεῖα τάλαντα,
Ὡς δοκέει, παλάμῃσι, νόον δὲ ψεύσατο καὶ θήρ.
Καὶ βροτὸς ἐξεδίδαξεν, ἃ μὴ φύσις. Ὡς δὲ λέοντος
Εἶδον ὑπὲρ νώτοιο λεοντοκόμον βριαροῖο
Ἑζόμενον, θηρὸς δὲ μένος ὑπεδάμνατο χειρὶ,
635 Καί ῥ' ὁ μὲν ἡνιόχευεν, ὁ δ' ἦγετο βρυχαλέος θήρ,
Ῥίψας λοίγιον ἄσθμα, καὶ ὃν σαίνεσκεν ἄνακτα.
Ὡς δὲ καὶ ἀργιόδοντα βαρὺν, μεγακήτεα θῆρα,
Ἰνδὸς ἄγει καθύπερθε πάϊς ὀλίγῳ ὑπὸ κέντρῳ,
Νωμῶν οἷά τε νῆα δέμας κρατεροῦ ἐλέφαντος.
640 Τολμήεις, ὃς πρῶτος ἐμήσατο θῆρα δαμάσσαι,
Καὶ ζυγὸν αὐχένι θῆκε, καὶ ἤγαγεν ἅρμα πέλωρον.
Ἀλλὰ σὺ καὶ θήρεσσι νέμεις πλέον ἢ μερόπεσσιν,

615 Cujus cornu tetigit bovis cornu, cum aratoris
Dextera in suam semen terram fundit,
Unde istud ex cornibus et nomen et naturam habet:
Sive aliquam aliam sapientes norunt causam; haud quidem ego.
Hæc natura præstat. Tu vero audi, et quanta ars efficiat.
374-375 620 Sturni enim loquuntur velut homines,
Vocis æmulatores alienæ, quam docuit
Visa polito in speculo figura
Sturni, furtivamque edens vocem astutus homo.
Et corvi pariter furantur vocem. Sic etiam pulchricolor
625 Psittacus adunco ore intra plexam domum,
Humanam vocem mentitur, et hominis aurem fallit.
Equis autem sunt funes penduli, per quos
Gradiuntur. Terribilis etiam per aera ursa incedit,
Et in judicii sedibus, velut gravis judex,
630 Sedens, librat recta justitiæ pondera,
Ut videtur, pedibus, mentemque bellua mentita est.
Hæc mortalis edocuit, quæ natura non (docuerat). Sic et leonis
Vidi robustum supra dorsum, leonis magistrum
Sedentem: belluæ ferociam manu domabat,
635 Et ille quidem aurigæ vices gerebat, fera autem rugiens parebat,
Pestiferum deponens flatum, suoque cauda adblandiebatur domino
Similiter autem elephantem gravem, ingentem feram,
Indus puer dorso insidens, regit exiguo stimulo,
Movens perinde ac navem corpus fortis elephantis.
640 Audax quicunque primus voluit feram domare,
Et jugum collo imposuit, et portentosum duxit currum.
Verum tu feris plus tribuis quam hominibus,

624 *Ἐρατόχρως*. Ὁ ἐρασμίαν χροιὰν ἔχων.
627 *Ἵπποισιν δέ*. Chig. ἐν ποσὶ δέ. Duo Regg. et Coisl. ἐν ποσὶ δέ. Sup. lin. ἐν τοῖς ποσί. Mox *ἀπήοροι*, μετήοροι. Int. Coisl. μακροί.

628 *Δι' ἠέρος*. Sic duo Regg. et Coisl. Edit. καὶ ἠέρος.
636 *Ῥίψας*. Sup. lin. παύσας.
639 *Κρατεροῦ*. Coisl. κρατερόν.

METRICA VERSIO.

Cornibus obduris validi bovis, arva colonus
Dum serit, et fido Cererem committit agello.
Atque hinc naturam cum nomine traxit eamdem:
Ni tamen est doctis præstantior altera causa
Nota viris, nostræ quæ fallit mentis acumen.
Hæc natura facit. Jam vero perspice, quantum
Ars hominum efficiat, naturæ jura resolvens.
Sturnus enim nostras condiscit reddere voces,
Atque aliena suo garritu verba profari,
Quæ visa in speculo sturni depicta figura
Edocuit, virque ingenio præclarus et arte
Stans retro, sturnum sturnique in imagine fallens,
Dum sua furtiva modulatur carmina voce.
Nec minus humanum videas effingere corvos
Eloquium, ac nostris crebro sermonibus uti.
Sic etiam in cavea pulcher canit ore recurvo
Psittacus, et voces hominum mentitur, et aures
Cantu sæpe suo nostras avis improba fallit.
Pendulus est etiam funis plerumque caballis,

B Per quem non aliter quam lato tramite terræ
Fortia membra trahunt: liquidumque per aera fertur
Ursa, sedensque gravis, velut ad subsellia judex,
Juris, ut apparet, rectissima pondera librat
Anteriore pede, et simulat fera bellua mentem.
Arsque hominum docuit, quod ei natura negarat.
Quin etiam hærentem spectavi sæpe leonis
Dorso hominem, sævamque feram manus una dolle quidem aurigæ ritu tractabat habenas: [mabat.
At fera pestiferum linquens asperrima flatum
Parebat, dominumque suum mulcebat amice
Insuper horribiles ducit manus Indica barros,
Exiguisque puer stimulis mitescere cogit,
Sessorque intrepidus validissima membra gubernat:
Non secus ac clavo regitur latissima puppis.
Audax qui rabiem primus mollire ferinam
Tentavit, duroque jugum grave nectere collo,
Nec portentosum trepidavit ducere currum.
Ergo hominum generi vitam præferre ferinam

Digitized by Google

Εἰ θηρῶν μὲν ἔκαμψε βίη φύσιν, οἳ δ' ἀδίδακτοι
Εἰσὶ καλοῦ, καὶ μῦθον ἐπίῤῥοθον ἐγγὺς ἔχοντες.
Ἄγριε, πῶς ῥα σὺ τόσσον ἐφυβρίζεις μεγάλοιο
Πλάσμα Θεοῦ; τίς τόσσον ἐὴν ἤχθηρε γενέθλην;
Ἀλλ' οὐ τοῖος ἐμοιγε νόος καθαρὰ φρονέοντι·
Ἀλλ' οἶδ' οὐρανίους τε νοήματα, καὶ δέμας ἀγνὸν
Ἄνδρας θηλυτέρας τε. Τὸ γὰρ πλέον ἐν μελέεσσι·
Ξυναὶ δ' ἀμφοτέροις ἀρεταὶ, ξυνὴ δὲ κέλευθος
Ἐς βίον αἰπήεντα. Τὸ δὲ πλέον ἰεμένοιο.
Ἡηοῖσι μὲν ταῦτ' ἐπιτέλλομαι οὐρανοφοιτῶν.
Παρθενίη, σὺ δέ μοι περικήδεο, ὥς κεν ἐρυμνὴ
Πάντοθεν, εὖ βεβαυῖα, θεῷ καὶ ἄρτιος εἶῃς,
Μάργαρος ἐν λάεσσιν, ἑωσφόρος ἐν φαέεσσιν,

A Ἐν πτηνοῖσι πέλεια, ἐν ἄλφεσιν ἔρνος ἐλαίης,
Καὶ κρίνον ἐν πεδίοισι, καὶ ἐν πελάγεσσι γαλήνη.
Παρθένε, κόσμον ἅπαντα, καὶ ὁππόσα τερπνὰ βίοιο
Ὡσαμένη, Χριστοῦ πέλας ἵστασο λαμπετόωντος,
Καὶ χερὶ χειρὸς ἑλοῦσα, τεῆς ἄγε παστάδος [εἴσω,
Τερπνῆς, ἡδυπνόοιο, θυώδεος· ὥς κε μύροισι
Μίξαις οὐρανίοισι μύρον τεὸν, ἔνθα χυθεῖσιν
Ἀφράστοισι πόθοισι πόθους, καὶ κάλλεϊ κάλλος,
Κρυπτὸν κρυπταδίῳ, καὶ αἰγλήεντι φαεινὸν,
Χριστὸν ἔχοις μορφῆς ἐρικυδέος ἐσθλὸν ἐρα- [στὴν,
Χριστὸν ἐεδνωτήν. Χριστὸς δ' ἀνέῳξε καλύπτρην,

Siquidem ferarum naturam vis inflexit : hi vero apti non sunt ad discendas
Res honestas, quamvis rationem adjutricem prope habeant.
Barbare, quomodo tu tantam facis injuriam magni
Figmento Dei? Quis tantopere suo inimicus fuit generi?
Verum non talis mihi animus est recta sapienti :
Sed novi cœlestes animis, et corpore castos
Viros ac mulieres. Nam magis inter se differunt corporibus ;
Communes autem utrisque virtutes, communis etiam via
Ad sublimem vitam. Præcellit autem qui sollicitior est.
Hæc quidem mando affinibus in cœlo versantium.
Tu vero mihi, o virginitas, curam gere, ut munita
Undique, recte incedens Deo et perfecta sis,
376-377 Margarita in lapillis, lucifer in sideribus,
Inter aves columba, inter arbores ramus olivæ,
Et in campis lilium, et in mari tranquillitas.
O Virgo, ornatum omnem, et quæcunque grata vitæ
Abjiciens, prope splendentem Christum consiste,
Et manu manum tenens, tuum ducito intra cubiculum
Gratum, suaveolens, odoratum, ut unguentis
Misceas cœlestibus unguentum tuum, hic effusis
Ineffabilibus desideriis desideria, et pulchritudini pulchritudinem,
Celatam celatæ, et splendenti lucidam,
Christum habeas gloriosæ formæ egregium amatorem,
Christum sponsum. Christus vero aperuit tegmen capitis,

644 *Ἐπίῤῥοθον*. Edit. male ἐπίῤῥοπον. Cod. 991 sup. lin. βοηθὸν... μῦθον (λόγον), non tam qui auribus personet, quam qui mentem intus illuminet.

651 *Αἰπήεντα*. Chig. et Reg. 39 ad marginem ὑψηλόν. Coisl. int. ὑψηλότατον. Ibid. *πλέον ἰεμένοιο, plus autem ei qui magis desiderat*. Int. ὁ σπουδάζων καὶ πρόθυμος. In edit. et mss. sequuntur tres versus qui leguntur supra, v. 576. Delevimus eos.

653 *Ἐρυμνὴ* Int. ἀσφαλής.

656 *Ἐν ἄλσεσιν* Ita Reg. 991. Coisl. sup. lin. ἐν δένδροις. Male edit. ἐν ἄλγεσιν.

660 *Παστάδος*. Ad marginem νυμφικὸς οἶκος.

665 *Ἐραστὴν*. Duo Regg. et Chig. ἑταῖρον.

METRICA VERSIO.

Non dubitas, si, cum naturam inflectat earum
Vis hominum, labor assiduus, doctrinaque longa,
Hi contra indociles perstent, nec flectere mentem
Ad meliora queant, quantumvis sermo propinquus
Insonet, et recti præcepta instillet in aures.
Barbare, quid tantum Regis figmenta superni
Deprimis, et tanta pergis conspergere labe?
Tamne suo generi quisquam ferus exstitit hostis?
At mihi non animus, non est sententia talis,
Nec cuivis alii, ratio quem recta gubernet.
Novi ego cœlestes animis et corpore puros
Utroque in sexu multos; nam femina solum
Robore membrorum cedit : communis utrosque
Inflammat virtutis amor : communis utrisque
Est via, quæ celsum rectissima tendit ad ævum.
Hicque ille est potior, cujus mage prompta voluntas
(Hæc manus, hic hominum labor improbus efficit : [at tu
Diffidis solum his, qui gaudent cælibe vita.
Quanquam incredulitas, nisi fallit opinio mentem,
Non adeo in causa est, quam quod pavor obsidet [artus :

B Nec memor es, thalamus quot secum incommoda [portet.
Hæc sunt cœlipetæ classis quæ mando propinquis).
At tu, virginitas, vigilanti adnitere cura,
Undique præsidio septa ut sis, et pede recto
Incedas, placeasque Deo, perfectaque vivas,
Margaris in saxis, atque inter sidera cœli
Lucifer, in silvis frondosæ ramus olivæ,
Lilium in herbosis campis, avibusque columba,
Tranquillosque secans fluctus tutissima puppis.
Virgo, mundum omnem fugitivaque gaudia vitæ
Abjiciens, celeri cursu te adjungito Christo,
Et manibus complexa manus inducito lætum
In thalamum, grato penitus perfusa liquore :
Ut tuus infuso cœlesti ex arce liquori
Jungatur liquor, et sancto societur amori
Sanctus amor, tectusque decor mireque refulgens
Attrahat occultum plenum radiisque decorem.
Atque tuæ Christus formæ correptus amore
Te sibi desponset, veloque a fronte remoto
Obstupeat, forma cernens præstante puellam,
Sanctam, gemmatam, caput in sublime ferentem :

Digitized by Google

Καὶ θάμβησεν ἰδὼν κεδνὴν περικαλλέα νύμφην,
Ἐσθλὴν, μαργαρίεσσαν, ἐΰθρονον, ὑψικάρηνον,
Καί σε καλὴν περ ἐοῦσαν, ἔτι χαρίεσσαν ἔθηκε.
Χριστὸς καγχαλόωσαν ἐὰ πρὸς δώματ' ἀνάξει,
Καὶ θήσει σοι δαῖτα γαμήλιον ἐν μεγάλοισιν
Ἀχράντοισι χοροῖσι, καὶ οὐρανίῃσιν ἀοιδαῖς,
Καὶ στέψει χαρίτεσσιν ἀειθαλέεσσι κάρηνον,
Καὶ στήσει κρητῆρα μεθύσματος ἡδυπνόοιο,
Καὶ δείξει σοφίης μυστήρια, τῆς ἐν ἐσόπτρῳ
Εἰκόνας ἐνθάδ' ὁρῶμεν, ἐτήτυμα φῶτα νόοιο
Γυμνοτέρου. Σάρκες γὰρ ὑποείξουσι παχεῖαι
Πνεύματι, ἠέριαι δὲ, βίον δέξονται ἀγήρω.
Ἀλλὰ, φίλοι, μέλπωμεν, ὅσοις πόθος ἀγνὸς ἄνακτος·
Ἡΐθεοι κοῦραί τε, Θεοῦ γάμον οὐρανίωνος,
Λαμπάδας ἀψάμεναι, θείου μιμήματα φωτὸς,

Ἀ Ἀσβέστους, νοεράς τε, ἀεὶ πλέον ἐν καθαρῇσι
Πρήξεσιν ἠδὲ λόγοισι ῥιπιζομένας μεγάλοισιν
Ἄχρι καὶ οὐρανίοιο. Σὺ δ' Ἅλαος ἄμμιν ἐπέλθοις,
Ἅλαος, Ἅλαος ἄμμιν, ἁγνὴ Τριάς, εἷς ἓν ἰοῦσα
Ἐξ ἑνὸς, ὀφθαλμοῖσιν ὑπαυγάζουσα φαεινοῖς
Σήμερον, ὑστάτιον δὲ φαάντερον, οἷσιν ἔλαμψας
Εἷς Θεὸς ἐκ Γενέταο δι' Υἱέος ἐς μέγα Πνεῦμα,
Ἱσταμένης θεότητος ἐνὶ τελέοισι τελείης.

Γ'. *Πρὸς παρθένους παραινετικός.*

Ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸν Συρακούσιον μιμεῖται οὗτος γὰρ μόνος ποιητῶν ῥυθμοῖς τε καὶ κώλοις ἐχρήσατο, ποιητικῆς ἀναλογίας καταφρονήσας.

Παρθένε νύμφη Χριστοῦ, δόξαζέ σου τὸν νυμφίον

Et miratus est, insignem cernens, formaque præstantissimam sponsam,
Sanctam, margaritis ornatam, in pulchra collatam sede, ore sublimem,
Et tibi, quamvis jam pulchra sis, adhuc pulchritudinem addidit.
Christus exsultantem te in suas ædes ducet,
Et apponet tibi nuptiale convivium in magnis
Immaculatisque choris et cœlestibus canticis,
Et tuum cinget gratiis semper virentibus caput,
Et statuet craterem meri suaveolentis
Et pandet mysteria sapientiæ, cujus velut in speculo
Imagines hic cernimus, vera lumina mentis
Purioris. Crassa namque cedent corpora
Spiritui, aeria autem facta sortientur vitam senii expertem.
Sed, amici, canamus, quibuscunque castus est amor regis,
Juvenes, puellæ, Dei connubium cœlestis sponsi,
Lucernas accendentes, divini incitamenta luminis,
Inexstinguibiles, intelligentes, majorem semper in puris et præclaris
Actionibus ac sermonibus flammam excitantes
Usque ad cœlum. Tu vero propitia nobis adsis,
Propitia, propitia nobis, sancta Trinitas, in unum coiens
Ex uno, oculis sublucens splendidis
Hodie ; postea autem splendidius, quibus illucescis
Unus Deus ex Genitore per Filium in magnum Spiritum,
Sita in perfectis perfecta divinitate.

378-379 III. *Exhortatio ad virgines*[*].

In hoc scripto Gregorius, ut in scholio Græco notatur, imitatus erat Syracusium. Hic enim solus poetarum rhythmis atque colis utebatur, poeticos numeros parvi pendens.

O virgo sponsa Christi, glorifica tuum sponsum

[*] Alias Bill. 174, p. 299.

668 *Μαργαρίεσσαν*. Coisl., Chig. et unus Reg. μαργαρόεσσαν. Tres Regg. μαρμαρόεσσαν. Mox, *ἐΰθροον*, auroræ epithetum.

672 *Οὐρανίῃσιν*. Reg. 39 οὐρανίοισιν.

674 *Κρητῆρα*. Reg 993 κρατῆρα.

678 *Ἠέριαι*, nempe, *carnes, corpora*. Benedictini verterant, *caduca*, et in nota addiderant : Idem intelligit Gregorius, quod alibi passim, cum ἡμέριον appellat hominem, id est, *caducum*, cujus vita sit unius diei. Cossen. Forte legendum ἡμέριαι. — Nihil autem immutandum videtur, planusque est sensus, nempe, *corpora quæ crassa erant, postquam Spiritui cesserint, jam fieri quasi aeria, et sortiri vitam senii expertem.* (Caillau).

683 *Μεγάλοισιν*. Ita legimus. Edit μεγάλῃσι, sed male ; est enim solœcismus.

688 *Ἐκ Γενέταο δι' Υἱέος*. Modus loquendi in theologia quem secuta universa Græcia, *ex Patre per Filium in magnum Spiritum* : qui sit verus ordo in divinis emanationibus a Gregorio Nysseno, fratreque ipsius Basilio assertus.

III. Tit. Exhortationem hanc ad virgines Morel-

METRICA VERSIO.

Amplificetque tuæ largissima munera formæ
Dulcis amans, lætamque suas perducat ad ædes,
Inque choris sanctis, in cantibus atque supernis
Magnificis thalamique epulis sibi fœdere jungat,
Atque venustatis cingat tua tempora serto,
Nectaris ætherei fecundaque pocula fundat,
Abditaque ostendat sophiæ mysteria summæ
(Cujus ut in speculo tenues nunc cernimus umbras),
Lumina vera animi radio cernentis aperto.
Spiritui nam tum crassissima corpora cedent,
Ac levia æternæ potientur munere vitæ.
At nos, o chari juvenes charæque puellæ,
Quarum sanctus amor Christi pia pectora cepit,
Connubium Patris æterni celebremus ovantes :
Atque suas omnes accensas usque lucernas

Β In manibus teneant, divinæ imitamina lucis.
Quas sermo et morum ac vitæ præstantia semper
Excitet, in cœlos ut lucida flamma feratur.
Tu quoque, sancta Trias, nobis accede benigna,
Tu bona, quæso, veni nobis, quæ semper in unum
Ex uno coiens claras hic lumine mentes
Perstringis : radios at vero splendidiores
Nobis ætherea tandem jactabis in aula :
Queis Deus effulges unus, Genitor, Genitusque,
Spiritus atque sacer. Deitas namque integra sese
Sistit in integræ Triadis numeroque fideque.

III. AD VIRGINES EXHORTATIO.

(*Fed. Morello interprete.*)

O sponsa Christi virgo, sponsum orna tuum.

Digitized by Google

Ἀεί. Κάθαρε σαυτὴν ἐν λόγῳ καὶ σοφίᾳ,
Ἵνα λαμπρὰ τῷ λαμπρῷ πάντα ζήσῃς τὸν αἰῶνα·
Κρείσσων γὰρ αὕτη πολὺ τῆς φθαρτῆς συζυγίας.
Ἐν σώματι τὰς νοερὰς δυνάμεις ἐμιμήσω
Ἀγγελικὴν ἐπὶ γῆς μετῆλθες πολιτείαν.
Δεσμὸς ἐνταῦθα, καὶ λύσις, καὶ σώματ' ἐκ σωμάτων·
Ἄνω δ' ἑκάστη μονὰς οὔποτε λυομένη·
Οἱ πρῶτοι φέρουσ' ἀκτῖνα τῆς καθαρᾶς Τριάδος,
Πνεύματα καὶ πῦρ, λειτουργοὶ τῶν Θεοῦ προστ-
[ταγμάτων.
Ὕλη δὲ μίξιν ἐξεῦρεν, ἀεὶ ῥέουσα φύσις,
Ἣ μέτρον ὥρισε Θεὸς, γάμον νομοθετήσας.

Σὺ δ' ἔργον ὕλης φυγοῦσα, τοῖς ἄνω συντρόμοις,
Ὡς νοῦς ἁρμόζεται νοῒ τὴν θείαν ἁρμονίαν,
Καὶ σαρκὶ πολεμοῦσα βοηθεῖς τῇ εἰκόνι.
Πνοὴ γὰρ ἔφυς Θεοῦ, τῷ χείρονι συνδεθεῖσα,
Ἵνα ἐκ πάλης καὶ νίκης τὸ στέφος ἀπολάβῃς,
Ἄνω θεῖσα καὶ τὸν χοῦν καλῶς ὑποταγέντα.
Αἰνείσθω σοι καὶ γάμος, πρὸ γάμου δ' ἀφθορία·
Γάμος συγγνώμη πάθους, ἁγνεία δὲ λαμπρότης·
Γάμος πατὴρ ἁγίων, ἁγνεία δὲ λατρεία.
Ταύτην καὶ τότε καιροῖς ἐτίμων τοῖς εὐθέτοις,
Ἀδὰμ ἐν παραδείσῳ, Μωσῆς ἐν ὄρει Σινᾶ,
Λειτουργῶν ὁ Ζαχαρίας, ὁ πατὴρ τοῦ Προδρόμου.

Semper. Expurga te ipsam doctrina et sapientia,
Ut splendida cum splendido in omne vivas ævum.
Hæc enim conjunctio mortali connubio longe præstantior est.
In corpore intellectiles virtutes imitata es,
Angelicam in terris vitam sectata.
Sunt hic nexus, solutio, ortus corporum ex corporibus :
In cœlis autem singulæ sunt unitates, nec unquam dissolvuntur.
Iis proxime illustrantur radiis puræ Trinitatis,
Spiritus et ignis, ministri Dei mandatorum.
Materia autem mistionem invenit, natura continuo fluens,
Cui modum præscripsit Deus, matrimonii legem constituens.
Tu vero rem materiæ fugiens, cœlestibus aptata es,
Ut mens menti consociatur, divina quadam harmonia,
Et adversus carnem pugnans auxiliaris divinæ imagini.
Dei enim spiraculum oria es, et cum re deteriori colligata es,
Ut per pugnam et victoriam coronam consequaris,
In cœlum transferens pulverem præclare subditum spiritui.
Laudetur quidem tibi connubium, sed posthabendæ virginitati nuptiæ.
Conjugium indulgentia est libidini concessa, virginitas autem splendor.
Thalamus pater est sanctorum : virginitas religio.
Hanc tunc quoque colebant congruis temporibus.
Adam in paradiso, Moses in monte Sinaï,
Ministerio fungens Zacharias pater præcursoris.

lus Latinis versibus senariis reddidit, quamvis paribus Græcis versibus non constet. Imo in plerisque codicibus nullam versuum habere formam videtur. In Coisliniano codice quilibet versus editionis bifariam dividitur in hunc modum :

Παρθένε νύμφη Χριστοῦ,
Δόξαζέ σου τὸν νυμφίον.

1-2 *Νυμφίον ἀεί.* Ita legendum cum Combefisio. Edit. νυμφίον. Ἀεὶ χάθαρε.

3 *Πάντα ζήσῃς.* Sic legendum cum eodem. Edit. τῷ λαμπρῷ συζήσῃς.

5 *Τὰς νοερὰς δυνάμεις. Intelligentes virtutes*, seu *potestates*, vel ut mavult Hieronymus, *fortitudines :* remotius Morel. *puram mentium vim*

9 *Τριάδος.* Sic Coisl. Ita etiam legit Combefisius. Edit. οὐσίας, *essentiæ.*

10 *Πνεύματα καὶ πῦρ, Λειτουργοί*, etc. Coisl. πνεύματα καὶ λειτουργά, etc.

11 *Ὕλη δέ. Caro autem.*

14 *Νοῒ.* Sic Coisl. Edit. νοΐ.

16 *Τῷ χείρονι.* Carni et corpori. Male Morellus : *Ligatus pessimo :* corpus quippe malum non est.

17 *Ἵνα ἐκ πάλης*, etc. Reg. ὥστε. Deinde ἀπολαβεῖν pro ἀπολάβῃς. Edit. ἀπολαύῃς.

18 *Ὑποταγέντα*, scilicet τῷ πνεύματι, ut addit Coisl.

20 *Συγγνώμη πάθους. Remedium adversus incontinentiam.*

21 *Ἁγνεία δὲ λατρεία. Sacer Dei cultus :* Coisl. θυσία, *castitas, victima, sacrificium.* Male edit. ἁγνείας.

22 *Ταύτην καὶ τότε. Virginitatem ante Christum.* Non bene Morel. *prisco tempore.*

24 *Μωσῆς.* Addunt Coisl. et Combef. νόμῳ προσάγων, legi admovens ac concilians, toto tempore, quo præfuit populo Dei, eumque legis præceptis imbuit.

METRICA VERSIO.

Te semper expurga, arteque et sapientia,
Vivas in ævum splendida ut cum splendido :
Connubium hoc præstat jugali vinculo.
Imitata puram es mentium vim in corpore ;
Vitamque sectata angeli poli in solo.
Hic nexus est, solutio, ortus corporum :
Sursum unitas distincta, solvi nescia :
Primi ibi fruuntur luce puræ essentiæ ;
Flamina, ministri, faxque jussorum Dei.
Natura misturam fluens crassa edidit ;
Deus at marita statuit huic lege modulum :
Materiæ at actum tu fugis, juncta superis ;

Ut jungitur mens menti in harmonia sacra :
Bellansque cum carne, adjuvas imaginem.
Nam spiritus Dei es, ligatus pessimo :
Victoriæ et lucta ut coronam dent tibi ;
Bene subdito pulvisculo erecto ad polum.
Laudato conjugium, integrum at corpus ma-
[gis.
Connubium, affectus venia : micat integrum,
Parens piorum illud, religioque integri est.
Prisco hanc colebant castitatem tempore ;
In consito horto Adam, in Sinæ Moses jugo :
Pater Joannis dum ministrat Zacharias.

Digitized by Google

Γάμος; καὶ παρθενίας ῥίζα τῆς Θεῷ φίλης,
Ἀλλ' ἔστιν ὁμῶς σαρκὸς καὶ βράσματος δουλεία.
Ὅτ' ἦν νόμος, καὶ σκιαὶ, καὶ πρόσκαιροι λατρεῖαι,
Τότ' εἶχε πρῶτα καὶ γάμος, ὡς ἔτι νηπιώδης·
Ὅτε δ' ὑπεξῆλθε τὸ γράμμα, τὸ πνεῦμ' ἀντεισήχθη,
Καὶ Χριστὸς ἔπαθε σαρκὶ, προελθὼν ἐκ Παρθένου,
Τότ' ἐξέλαμψεν ἁγνεία συντέμνουσα τὸν κόσμον,
Ὃν ἐκεῖ δεῖ μεταβῆναι Χριστῷ συνανελθόντι.
Καλῶς ὁδεύεις, παρθένε, εἰς ὄρος, ἄνω σώζου·
Μὴ πρὸς Σόδομ' ἀποβλέψῃς, μὴ στήλη παγῇς ἁλός.
Μηδὲ λίαν σε σαρκὸς ἡ φύσις ἐμφοβείτω·
Μηδὲ θαῤῥήσῃς ἄγαν, ὥστε πότ' ἐκπλανηθῆναι.
Σπινθὴρ ἀνάπτει καλάμην· σβέννυσι δ' ὕδωρ φλόγα.

A Ἔχεις φάρμακα πολλὰ τῆς σεμνῆς παρθενείας·
Θεοῦ σε φόβος πηγνύτω, νηστεία σε κενούτω,
Ἀγρυπνία, προσευχαὶ, δάκρυα, χαμευνία,
Ἔρως ὅλος πρὸς Θεὸν, γνησίως τεταμένος,
Πάντα κοιμίζων πόθον ἀλλότριον τῶν ἄνω.
Ὁ πεσὼν ἐγειρέσθω· ὁ ναυαγῶν ἐλεείσθω.
Σὺ δὲ εὐπλόει, τὸ ἱστίον πετάσασα τῆς ἐλπίδος
Οὐ τῶν κάτω τὸ πίπτειν, τῶν δ' ἄνω φερομένων·
Ὀλίγοι πτεροῤῥυοῦσιν, οἱ πλείους δ' εὐδρομοῦσιν.
Ἔπεσεν Ἑωσφόρος, ἀλλ' οὐρανὸς ἀγγέλων.
Ἰούδας ἦν προδότης, οἱ δ' ἕνδεκα λαμπτῆρες.
Μόνον ὅλην σεαυτὴν ἁγνὴν τήρει, παρθένε.
Μή πως ῥυπώσῃς Χριστοῦ τὸν ἄσπιλον χιτῶνα.
Ὅμμα σου σωφρονείτω, γλῶσσα παρθενευέτω,

25 Conjugium etiam virginitatis radix est, Deo gratissimæ :
Sed id etiam est carnis, æstusque libidinis servitus.
Quando erat lex et umbræ, atque illius temporis leves cultus,
Tunc primas habebat conjugium, ut adhuc infantile
Postquam autem subtracta est littera, et suffectus in ejus locum spiritus,
30 Et Christus passus est carne, natus ex Virgine,
380-381 Tunc effulsit castitas contrahens mundum,
Quem illuc migrare oportet simul cum Christo ascendente.
Præclarum inis iter, o virgo ; in montem fugiens consule saluti ;
Noli Sodomam respicere, ne concrescas in statuam salis.
35 Neque vehementius te carnis natura terreat :
Neque confidas nimium, sic ut a via aberres aliquando.
Scintilla stipulam accendit : ignem vero exstinguit aqua.
Venerandæ castitatis habes remedia plurima :
Dei timor te obfirmet, jejunium evacuet,
40 Vigiliæ, preces, lacrymæ, humi cubatio,
Amor totus ad Deum graviter directus,
Qui sopiat omne desiderium alienum a rebus cœlestibus.
Qui lapsus est, surgat : qui naufragium fecit, is miserationem moveat.
Tu vero feliciter naviga, expendens spei velum.
45 Qui humi serpunt, tuti non cadunt : ex his autem qui ad excelsa nituntur,
Nonnullos pennæ deficiunt : plures rectum cursum tenent.
Cecidit Lucifer, at cœlum incolunt angeli :
Judas fuit proditor, undecim vero sunt sidera.
Solummodo totam te ipsam castam serva, o virgo,
50 Nec ullo modo fœdes Christi immaculatam vestem.
Oculus tuus sit pudicus, lingua virginea,

26 *Ἀλλ' ἔστιν ὁμῶς σαρκός.* Sic Reg et Coisl. Edit. ἔστι νόμος.

27 *Πρόσκαιροι λατρεῖαι. Exiles cultus et ad tempus constituti.*

28 *Ὡς ἔτι νηπιώδης. Ex parvulorum adhuc indole, illisque comparatum.* Coisl. ὡς ἔν τι νηπιῶδες.

29 *Ὅτε δ' ὑπεξῆλθε.* Coisl. ἐξῆλθε. Mox, τὸ πνεῦμ' ἀντεισήχθη. Combef. legit ἀντεισήχθη δὲ τὸ πνεῦμα.

31 *Ἐξέλαμψεν.* Ita Coisl. et Combef. Edit. Ἐλαμψεν.

32 *Συνανελθόντι.* Coisl., Leuvenk. et Combef. συνανελθόντα.

33 *Ἄνω σώζου.* Coisl. ἀποσώζου.

34 *Μὴ πρὸς Σόδομ'.* Ita fere poemate præcedenti, vers. 53 et seqq.

35 *Ἐμφοβείτω.* Coisl. ἐκφοβείτω. Ita fere ibid. vers. 58.

36 *Ἐκπλανηθῆναι.* Reg. et Coisl. ἐκλυθῆναι.

37 *Σπινθήρ.* Ita fere carmine præcedenti, vers. 66.

38 *Σεμνῆς.* Reg. σεπτῆς. Ita ibid. vers. 70

39 *Κενούτω.* Reg. et Combef. νεκρούτω.

40 *Προσευχαί.* Reg. πρόσκαιρος, *quasi constituto tempore vigiliæ.* Ita poemate præcedenti, vers. 68.

44 *Τῆς ἐλπίδος.* Coisl. τῇ ἐλπίδι.

47 *Ἔπεσεν Ἑωσφόρος.* Ita fere poemate præcedenti, vers. 680.

49 *Μόνον.* Coisl. et Combef. μόνην.

50 *Μή πως.* Ita Coisl. et Combef. Edit. μή που.

METRICA VERSIO.

Conjugium item virginei honoris rivus est :
Lex est idem carnis, libidinis comes.
Cum lex erat cultusque adumbrati et leves,
Tunc nuptiæ inter prima erant, res ut recens,
At littera ut fluxit, subitque spiritus,
Christusque carne est passus, ortus Virgine,
Lux castitati est orta, mundum contrahens,
Migrare quem illuc, scandere et cum Christo opus [est.
Virgo ambulans præclare, adi ad montem extimum,
Nec respice ad Sodoma, salis ne petra sis.
Natura carnis terreat non te nimis,
Neve nimium confide, ne solvare sic.
Scintilla culmum accendit, aqua flammam obruit.

B Remedia pro pudicitia habes plurima,
Metus Dei obfirmet, cibus vacuet levis,
Preces, vigiliæ, lacrymæ, cubare humi,
Amor ad Deum directus ex animo integro,
Qui sopiat cupidinem aversam a polo.
Qui cecidit exsurgat ; moveat hic naufragus.
Tu naviga veto spei feliciter.
Serpunt quæ humi cadunt, supera petentium
Pennæ effluunt paucis, tenent plures iter :
Dum Lucifer cadit, tenent cœlum angeli.
Judas fuit lues ; at undecim, faces.
Virgo hoc age, ut casta usquequaque tota sis,
Ne polluas Christi togam purissimam.
Sit continens oculus, pudica lingua sit :

Digitized by Google

Μὴ νοῦς πορνεύῃ, μὴ γέλως, μὴ ποῦς ἄτακτα βαίνων.
Τὴν πιναρὰν στολήν σου, καὶ τὴν αὐχμηρὰν κόμην,
Μᾶλλον αἰδοῦμαι μαργάρων καὶ τῆς σηρῶν εὐκοσμίας.
Καλὸν ἄνθος ἡ αἰδώς, καὶ μέγας κόσμος ὠχρότης,
Καὶ πλέγμα καλὸν, πάσαις ἀρεταῖς στεφανοῦσθαι.
Ἄλλη χρώμασιν εἰκόνα τὴν Θεοῦ νοθευέτω,
Ἵναξ ἔμψυχος, σιγῶν κατήγορος τῶν ἔνδον·
Σὺ δ' ἧς ἔχεις εὐμορφίας νεκρούσθω σοι τὸ πλεῖστον·
Κάλλει δὲ λάμπε ψυχῆς ἐκ Θεοῦ κοσμουμένη.
Ὄψιν δ' ἀῤῥένων φεῦγε, εἰ θέμις, καὶ σωφρόνων,
Μή που πλήξῃς, ἢ πληγῆς ἐκ μώμου τοῦ Βελίαι.
Ὄμματ' ὄμμασι μὴ δουλοῦ, μὴ δ' ἕλκε λόγον λόγῳ,
Μὴ παρειὰ παρειαῖς διδότω παῤῥησίαν.

A 65 Μηδέν σοι καὶ τῇ γεύσει ξύλου τοῦ κατακρίτου,
Μή σε ξύλου τῆς ζωῆς ὁ ὄφις ἔξω βάλῃ.
Καὶ τοῦτο πείθου σὺ, παρθένε, μὴ συνοίκει πο-
[στάτῃ·
Χριστὸν ἔχουσα νυμφίον, ζηλοῖ σου τὴν ἁγνείαν,
Τί μοι, σάρκας φυγοῦσα, πρὸς σάρκας ἐπιστρέφεις,
70 Οὐ πάντες ἄνδρες τὴν σὴν ἁπλότητα χωροῦσιν.
Ὡς ῥόδον ἐν ἀκάνθαις, οὕτως ἐν πολλοῖς στρέφῃ,
Καὶ ἐπάνω πονηρῶν παγίδων διαβαίνεις.
Ὁ μὲν ἐγείρει παστάδας, ἡ δ' ἐκκομίζει νυμφίον,
Ἄλλος γίνεται πατὴρ, ἄλλος δ' ἅπαις ἀθρόως.
75 Ὅσον κακὸν ὠδῖνες, ἀτέλεστοι πολλάκις;
Ὅσον δὲ ζῆλος συζύγου, κλαπῆναί που φιλίαν;

Ne mens sit lasciva, non risus, non pes inordinate gradiatur.
Sordidam vestem tuam, squallidamque comam,
Pluris facio quam gemmas et sericum ornatum.
55 Venustus flos est pudor, et ornamentum insigne pallor.
Pulchri cincinni, omnibus virtutibus velut corona cingi.
Alia coloribus imaginem Dei aduiteret.
Tabulata animata, index tacitus animi affectionum;
Tu autem quam habes, formæ venustatem exstingue maxima ex parte,
60 Et fulgeas splendore animæ divinitus ornatæ.
Conspectum marium fuge, quoad licet, etiam pudicorum,
Ne alium percutias unquam, aut percutiaris invidia Beliæ.
Oculos oculis ne captivos reddas, nec trahe sermonem sermone:
Nec genæ genis præbeant licentiam.
65 Nihil tibi et degustationi arboris damnatæ,
Ne te a ligno vitæ serpens deturbet.
382 383 Et hoc crede, virgo, non habites cum defensore,
Tu quæ Christum habes sponsum tuæ castitatis zelotypum.
Quid mihi, tu quæ carnem fugisti, ad ipsam reverteris?
70 Non omnes viri tuam simplicitatem norunt.
Sicut rosa in spinis, ita inter plurimos versaris,
Et supra exitiosos laqueos incedis.
Hic thalamos nuptiales excitat: illa autem sponsi funus prosequitur:
Alius fit pater, alius subito absque liberis.
75 Quantum dolorem afferunt, sæpe infausti, partus?
Quanta æmulatio conjugis, ne quid amicitiæ toroque nuptiali subrepat?

52 *Πορνεύῃ*. Reg. πόρνος.

53 *Πιναρὰν*. Ita fere legitur poemate præcedenti, vers 83.

56 *Πάσαις ἀρεταῖς στεφανοῦσθαι*. Coisl. ἀρεταὶ πᾶσαι στεφανοῦσαι. Colb. στεφανοῦσι. *Omnes te virtutes, veluti corona cingunt.*

57 *Ἄλλη χρώμασιν*. Combef. ἄλλος μὲν τὴν ἐκ Θεοῦ, *alius, quam ex Deo nactus est imaginem.* Ita fere poemate præcedenti, vers. 87.

58 *Ἔμψυχος, σιγῶν*. Coisl. ἔμψυχος αἰσχρός, expressa pictura, quasi tabulæ, turpis animi index est, internarum animi affectionum accusatrix.

60 *Κάλλει δὲ λάμπε*. Combef. κάλλος δὲ λάμπουσα, *at cui Deus ornatum præstat, animi decus excole.* Mox, κοσμουμένης. Edit. κοσμουμένη. Ita fere poemate præcedenti, vers. 92.

61 *Ὄψιν δ' ἀῤῥένων*. Ita fere carm. præcedenti, vers. 96

62 *Πληγῆς*. Ita Coisl. Edit. πλήγῃ. Sic poemate præcedenti, vers. 31.

63 *Ὄμματ'*. Versus iste sic in Coisl. legitur: ὄμματα δ' ὄμμασιν μὴ δώσῃ, μὴ πλέκε λόγῳ λόγον. *Oculos oculis ne dederis, neque sermoni sermonem inseras.* Si autem legas, δουλοῦ, *oculos oculis ne captivos reddas.* Sic carmine præcedenti, vers. 93.

67 *Πείθου σύ*. Coisl. πείθουσα. Mox, συνοικῆσαι pro συνοίκει.

69 *Ἐπιστρέφεις*. Coisl. ἐπιστρέφῃ. Sic carmine præcedenti, vers. 103.

70 *Ἁπλότητα*. Reg., Coisl. et Combef. λαμπρότητα. Sic legit Int. qui vertit: *Splendoris omnes non sunt capaces tui.*

71 *Ὡς ῥόδον*. Ita fere legitur poemate præcedenti, vers. 209.

73 *Ἡ δ' ἐκκομίζει*. Sic Reg. et Coisl. Edit. ὁ δὲ κοιμίζει. Ita fere supra poemate I, vers. 636 et 637.

75 *Ὅσον*. Reg. ὅσος ζῆλος σύζυγον κλαπῆναί που φιλίᾳ.

METRICA VERSIO.

Lasciva non mens, risus haud, nec pes salax:
Stolæ tuæ sordes, comamque squallidam
Antefero gemmis, velleribus et sericis.
Pudor venustus flos, decus pallori inest:
Monile virtutum omnium orbis te decens.
Fucet coloribus Dei alia imaginem,
Tabula animata, tacitus index pectoris.
Formæ tuæ radios retunde maxime:
At mentis ornatæ a Deo decus augeas.
Fuge marium intuitum, pudicorum quoque,
Ne vulneres quem, vulnererisve a malo.
Ne lumina oculis inseras, voces sonis.

B Genæ genis licentiam ne impertiant:
Cave ne edas fructum exsecrata ab arbore:
Ne te anguis arbore a feraci vitæ agat.
Domi patronum contubernalem ne habe;
Christum tenes sponsum æmulum decoris tui.
Cur fugeris cum carnem, ad hanc reverteris?
Splendoris omnes non capaces sunt tui.
Versaris inter plurimos, rosa in spinis.
Incedis et laqueis super deterrimis.
Hic excitat thalamos, virum hæc tumulo tegit.
Hic liberos gignit; repente ille orbus est.
Quantus dolor partus, miser qui identidem est.

Digitized by Google

Ἐκθρέψαι δὲ καὶ παιδεῦσαι, ὅπειτ' ἀτιμασθῆναι,
Καὶ πικρὰς ἀπολαύειν τῶν πόνων ἀντιδόσεις ;
Σοὶ δὲ μέριμνα μία πρὸς Θεὸν ἀεὶ βλέπειν.
Ἡ χρεία δ' ἔστω ὀλίγη μάζα, καὶ μικρὰ σκέπη,
Ἀφ' ἧς πεῖραν καὶ Χριστῷ προσήγαγεν ὁ πειράζων,
Λίθους αἰτῶν εἰς ἄρτους πεινῶντα μετατρέψαι·
Ὧν μή ποθ' εἵνεκα μηδέ τι τῶν αἰσχρῶν ὑπομένῃς.
Οὐ χείρων εἶ πετεινῶν σχεδίως τρεφομένων.
Οὐκ ἐκλείψει σοι καμψάκης ἐλαίου πιστευούσῃ.
Κόραξ ἐκθρέψει καθάπερ Ἠλίαν ἐν ἐρήμῳ.
Ὁρᾷς Θέκλαν ἐκ πυρὸς καὶ θηρίων φυγοῦσαν,
Παῦλον τὸν μέγαν πεινῶντα, καὶ ῥιγοῦντα προθύμως,
Ἵνα σὺ μάθῃς, παρθένε, πρὸς Θεὸν μόνον βλέπειν,
Ὃς ἐν ἐρήμῳ τρέφειν οἶδε καὶ μυριάδας.

A Μαραίνεται τὸ κάλλος, ἡ δόξα παρατρέχει,
Ὁ πλοῦτος ἄπιστον ῥεῦμα, τὸ δύνασθαι δ' ὀλίγων·
Σὺ δὲ τοῦ πλάνου κόσμου τὰς στροφὰς ἐκφυγοῦσα,
Εἴσελθε εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων γελῶσα,
Καὶ σὺν ἀγγέλοις χορεύσεις τὴν ἄπαυστον χορείαν,
Κρείσσονα τόπον λαχοῦσα υἱῶν καὶ θυγατέρων.
Ἀλλ', ὦ παρθένοι, Χριστὸν μένοιτε γρηγοροῦσαι,
Καὶ φαιδραῖς τὸν νυμφίον δέξασθε ταῖς λαμπάσιν,
Ἵνα συνελθοῦσαι τὸ κάλλος τοῦ νυμφίου
Ἴδητε, καὶ μιγῆτε τοῖς ἄνω μυστηρίοις.

Δ'. *Εἰς παρθένον.*

Ἅγνευε πᾶσι, Παρθένε, καὶ τοῖς ὄμμασι
Πάντων μάλιστα· μηδέ τιν' εἰσοικίσῃ

Quantum est educare et instituere liberos, et postmodum ab ipsis injuria affici
Et acerbas consequi laborum remunerationes ?
Tibi autem una sit cura ad Deum semper respicere.
Ad vitæ necessitates sufficiant tenuis panis et angusta domus :
Quo ex pane ut Christi periculum faceret, accessit tentator,
Petens ab esuriente, ut lapides in panem mutaret :
Quorum causa, nihil unquam turpe admiseris.
Non es deterior avibus, quæ victitant ultro oblatis.
Non tibi fiduciam habenti deficiet olei cadus.
Corvus te nutriet, ut Eliam in eremo.
Cernis Theclam ab igne et belluis intactam effugisse,
Paulum hunc egregium, famem et frigus alacri animo perferentem,
Ut tu discas, virgo, Deum solum respicere,
Qui in solitudine novit alere plura hominum millia.
Marcessit formæ venustas, gloria præterit,
Divitiæ infidæ sunt et fluxæ, potentia paucorum est ;
Tu vero fallacis mundi dolos effugiens,
Ingredere in Sancta sanctorum gaudens,
Et cum angelis duces choreas perennes,
Nacta potiorem sedem præ filiis et filiabus.
Verum, o virgines, Christum exspectate vigilantes,
Et cum accensis sponsum excipite lucernis,
Ut simul ingressæ, sponsi pulchritudinem
Intueamini, et consociemini cœlestibus mysteriis.

384-385 IV. *Ad virginem* *.

Esto casta rebus omnibus, virgo, et oculis
Omnium maxime. Nec quemquam in domum admittas

* Alias Bill. 119, p. 182.

79 *Μέριμνα μία.* Coisl. μέριμνα πᾶσα.
81 Ἀφ' ἧς, nempe μάζης. Ita fere carmine præcedenti, vers. 214, etc.
83 *Μηδέ τι τῶν.* Ita Combef. et postulat metrum. Edit. μηδὲν τῶν.
86 *Ἐκθρέψει.* Jes. σε τρέψει.
87 *Ὁρᾷς.* Jes. οἶδας, *nosti.* Ita fere carmine præcedenti, vers. 190, 202.
90 *Ὃς.* Sic Reg. et Jes. Edit. Θεός.
93 *Στροφάς.* Ita Combef. quæ vox consona πλάνου. Reg. et Jes. ταπεινοῦ κόσμου τρυφάς, *abjecti despicabilis mundi delicias.* Edit. τρυφάς.
94 *Εἰσῆλθε.* Ita Reg. Edit. εἰσῆλθες, *ingressa es.*
97 *Μένοιτε.* Sic Coisl. Edit. μένητε.

METRICA VERSIO.

At cura quæ ne conjugis amor corruat ?
Dein educare et erudire, hinc despici,
Ac præmia laborum tam acerba consequi ?
Tibi una sollicitudo videas ut Deum.
Usus petat parum cibi, arctam et casam,
Ab his periculum fecit hostis Messiæ
Ut saxa panes famelico fierent rogans.
Tu gratia istorum turpe nil commiseris.
Non pejor aviculis, quæ aluntur vilibus.
Non tibi cadus deficiet olei cum fide.
Te nutriet corvus, ceu eremo olim Eliam.
Videsne Theclam ereptam ab igne et belluis ?
Paulum fameque et frigore oppressum et alacrem ?
Ut, virgo, discas hinc Deum unum cernere.
Nutrire populos in solitudine scit Deus.

B Marcet decus formæ illico, laus præterit,
Infida copia est opum, haud potestas plurium est,
Mundi dolos cupediasque ut spreveris,
In Sancta sanctorum tu adibis lætior,
Ducesque choream perpetim una cum angelis,
Nacta potiorem quam mares locum et nurus.
Heus, virgines, Christum opperimini sedulæ,
Cum lampadibus excipite sponsum ardentibus
Ut pulchritudine ejus inspecta, in plagis
Cœlestibus, fruamini arcanis bonis.

IV. AD VIRGINEM.

(*Billio interprete.*)

Sis parte ab omni, virgo, sed potissimum
Oculis pudica, nec virorum quempiam

Digitized by Google

Ἀνδρῶν βοηθὸν, μηδὲ τὸν σοφώτατον.
Σὺ μὲν γὰρ ἁγνὴ, τὸν φθόνον δ' ἐγὼ λίαν
Δέδοικα, μή σε κεντρίσας δυσφημίᾳ,
Λύσῃ τὸν ἁγνὸν ζῆλον οὗ στέργεις βίου.
Ὅλοιό μοι πᾶς ὅστις ἁγνείαν σέβων,
Τὴν τῶν ἀσάρκων ἀγγέλων παραστάτιν
Σύνοικον αἰρῇ παρθένον. Τί δεῖ πυρός;
Κρείσσων πυρὸς σύ; πῶς δὲ τὸν καπνὸν φύγοις,
Σαυτὸν μελαίνων τῇ κενῇ γλωσσαλγίᾳ;
Ἐντεῦθεν ἦρθης, παρθένε, καὶ ζῇς ἄνω.
Μάζα στενή σοι, καὶ σκέπη τὸ φορτίον;
Ὧν μή ποτ' αἰσχρὸν εἵνεκεν μηδὲν πάθῃς.
Μηδ' ἀντὶ τοῦ σοῦ προστάτου δέξῃ τινὰ
Κοινωνὸν αἴσχους, καὶ βίου, κἂν ἁγνὸς ᾖ,
Μή πού σε Χριστὸς ὡς διπλῆν ἔξω βάλῃ.

Virorum, ut auxiliatorem, nequidem sapientissimum.
Tu quidem enim casta es : invidiam autem ego valde
Timeo, ne te pungens quadam infamia,
Exstinguat castam æmulationem vitæ quam amplecteris.
Pereas mihi tu, quisquis castitatem colens,
Carnis expertium angelorum astitem,
Contubernalem vis habere virginem. Quid opus est igne?
Tune igne superior es? Et quomodo fumum vitabis
Temet ipsam denigrans vana hominum loquacitate?
Hinc sublata es, virgo, et sursum vivis.
Victus tenuis tibi et indumentum, an grave onus?
Quorum causa, nihil unquam turpe admittas;
Nec pro patrono suscipias quemdam
Consortem turpitudinis et vitæ, quantumvis casta sis,
Ne te forsan Christus tanquam duplicem foras ejiciat.

V. *Ad monachos in monasterio degentes* *.

Εἰ μὲν δὴ πλεόνεσσιν ὁμὸν βίον αἰνήσαιεν
Ἄνέρες ἠδὲ γυναῖκες, ὁμοφροσύνης ὑπὸ δεσμοῖς,
Ἵλαον ἀμφὶ ἄνακτα χοροστασίης μεδέοντα,
Σύμπνοον, ἰσοκέλευθον, ὁμώροφον εὖχος ἔχουσαι,
Ὃ Λώϊον. Οὐκ ἐθέλει γὰρ ἅπαν καλὸν οἷον ὁρᾶσθαι.
Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἄριστον, ὃ μὴ καλοῖο προέσχε.
Καὶ στεινὴ φιλίη, βαιὴ χάρις, ὡς πολύμικτος
Βορβορέη. Κέλομαι δὲ καὶ ἐνθάδε χάσμα μέγιστον

Si communem pluribus vitam ament
Viri ac mulieres, concordiæ sub vinculis,
Circa propitium regem choro præsidentem,
Una mente, uno itinere, eodem tecto gloriantes,
Melius id quidem. Quidquid enim præclarum est, non amat solum videri :
Neque enim optimum est, quod non bono præstat.
Ac angusta amicitia, levis est gratia, ut et lutosa
Quæ valde permista est. Volo et hic maximum chaos

* Alias Bill. 47, p. 105.

IV. 12 *Ἐντεῦθεν ἦρθης. E terra subducta es, in cælis vivis.*

13 *Μάζα στενή.* Id est, præter tenuem victum, et indumentum, nihil tibi curæ esse debet. Mox versus sequens reperitur poemate præcedenti, v. 83.

17 *Μή πού σε Χριστὸς ὡς διπλῆν ἔξω βάλῃ.* Hunc versum Vat. suppeditavit jam Græce et Latine editum a Murat. pag. 194. — Versioni metricæ addidimus illum Italicis descriptum. (Caillau.)

V. Tit. *Μοναχούς.* Vox illa, inquit Combefisius, ex usu sequioris ævi obrepsit. Non enim solet Gregorius sic vocare eos qui communem vitam sanctis exercitiis ducunt, sed μιγάδας. Monachi vero illi solitarii sunt et οἰβίοι.

6 *Προέσχε.* Int. Coisl. ὑπερέχει.

7 *Πολύμικτος, permista et promiscua.*

8 *Κέλομαι δὲ καὶ. Sic Reg. 992, qui mox pro χάσμα habet θαῦμα. Int. Coisl. Κελεύω δὲ ἐν τοῖς κοινοβίοις μέγιστον χάσμα εἶναι, καὶ τεῖχος ὥσπερ διεῖργον τὰ γένη διακεκριμένα ἀμφότερα, ἵν' ὦσι ἀπ' ἀλλήλων ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ οὕτως εὐσεβέοντες ὅμοιον κλέος ἔχοιεν. Volo autem in cœnobiis magnum esse intervallum, et quasi murum qui utrumque sexum diversum separet, ita ut a se invicem distincti sint viri et mulieres, et sic pietatem*

METRICA VERSIO.

Admitte tecto, te ut juvet, sophum licet.
Tu namque quamvis casta sis, livor tamen
Terret, malum ne dedecus conflet tibi,
Zelumque vitæ deleat, quam amplecteris.
Pereas velim, qui, castitatem dum colis,
Communem habere vis domum cum virgine,
Quæ carne vacuis angelis astat. Tibi
Flamma quid opus est? Non times flammam? Quid
Fugiesne linguæ garrulæ fumum gravem? [ast?
Elata es istinc, virgo, sursum et victitas.
Est offa curta, te grave et pondus premit?
Hæc turpe propter, virgo, nil admiseris :
Sociumque vitæ neminem, et turpis probri,
Quæris patronum dum tibi, susceperis,

B *Ne forte Christus, ut dolosam, respuat.*

V. AD MONACHOS IN COENOBIO DEGENTES.

(*Billio interprete.*)

Si sociam vitam sexus collaudet uterque, [que,
Conjunctisque colens animis Dominumque Deum
Una habitet, vitæque viam gradiatur eamdem,
Rectius id fuerit; nam virtus sola videri
Abnuit : eximium merito nec jure vocandum est,
Quod non pulchrum aliquid superat meritoque [probandum.
Parvaque amicitiæ est angustæ gratia prorsus :
Ut contra lutulenta nimis promiscua rursum.
Ast interjectum chaos ingens esse necesse est,

Digitized by Google

Ἑστάμεν, ὡς κεν ἕωσι διασταδὸν εὐσεβέοντες,
Ἀνέρες ἠδὲ γυναῖκες, ὁμὸν κλέος οἷον ἔχοιεν.
Οὐδὲ γὰρ οἰοβίοισι μόνον φθόνος, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον
Πλειοτέροις, πλείων τε κακοῦ μόθος. Εἰ δὲ καὶ οἷος
Ναιετάειν ἐθέλοις Χριστῷ ξυνούμενος οἴῳ
Καὶ τὸ φίλον· πάντεσσι δ' ὅμως δέος, ὥσπερ ἔμοι γε,
Δυσμενέος τε πάλης, καὶ πτώματος οὐλομένοιο.

A

Θεὸς μὲν ἄζυξ, ἀγγέλων τ' ἀσαρκία·
Ὕλη δὲ συζυγής τε καὶ πλήρης φθορᾶς.
Γάμος μέριμνα συζύγου καὶ φιλτάτων·
Τῇ παρθενίᾳ Χριστός. Εἰ γυνὴ Θεῷ
Ἴσον φέρει τι, καὶ γάμος λυτῷ βίῳ·
Εἰ δ' οὐδὲν ἴσον, οὐδὲ τοῖς βίοις ἴσον.
Μὴ τοίνυν, ὦ τεκόντες, ὑβρίζοιτέ με,
Γάμῳ περισκιρτῶντες, ἀγνείᾳ δὲ μή.
Γάμῳ δίδωμι, τὴν ἀγνείαν λαμβάνω.
Ἀλλ' εἰσὶν οἳ πεπτώκασ'· ἀλλ' ὅλοιό μοι,
Μὴ τοὺς ἀρίστους ἐκλέγων, τοὺς δ' ἀσθενεῖς.
Οἱ μὲν γὰρ αὐτοῖς αἶσχος, οἱ δ' ἡμῖν κλέος.
Γῆ δ' οὐχ ἀροῦται τῆς χαλάζης εἵνεκα,

Γ'. *Εἰς σωφροσύνην.*

Καλὸν γάμῳ δεδέσθαι, σωφρόνως μόνον,
Πλεῖον νέμοντα τῷ Θεῷ συσσαρκίας.
Κρεῖσσον τὸ δεσμῶν τυγχάνειν ἐλεύθερον,
Τὸ πᾶν νέμοντα τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἄνω.

Intercedere, ut illic separatim pietatem colant
Viri ac mulieres, ac communis tantum sit inter eos gloria.
Non enim iis tantum, qui soli vivunt, sed iis etiam magis qui cum multis,
Instat invidia, majorque mali impetus. Quod si solus
Habitare velis cum solo consuetudinem habens Christo,
Id quoque mihi est gratum ; sed tamen omnibus, ut et mihi, adest timor
Hostilis pugnæ et exitialis ruinæ.

386-387

VI. *De pudicitia* [a].

Bonum est nuptiis ligari, modo caste,
Et plus detur Deo quam conjugio.
Melius vinculis esse liberum,
Et totum tribuere Deo, rebusque cœlestibus.
Deus a conjugio liber est, angelorumque vita cœlebs ;
Crassa vero moles est connubium et plena corruptionis.
Conjugium sollicitum est de compare et rebus charissimis :
Virginitati Christus curæ est. Si femina cum Deo
Æquale quid habet, connubium etiam habet cum soluta vita
Sin autem nihil æquale, neque in vitis est ulla paritas.
Ne igitur, o parentes, opprobriis me afficiatis,
Conjugio voluptatem capientes, minime vero puritate vitæ.
Connubio concedo, castitatem amplector.
At sunt, inquies, qui exciderunt : pereat mihi,
Qui non optimos seligit, sed infirmos.
Hi enim ipsis sunt probrum, illi vero nobis decus.
Nunquid terra non aratur grandinis causa,

[a] Alias Bill. 78, p. 175.

colentes decus habeant commune. Inde liquet propositum Gregorii non fuisse, ut mulieres cum viris in eodem monasterio non congregarentur. Jubet solummodo eos a se invicem separari, ne eos premat invidia, et ulla mali ansa subrepat. In edit. deest δέ.

13 *Ξυνούμενος.* Sic Coisl. Edit. ξεινούμενος.

VI. Tit. *Εἰς σωφροσύνην.* Vat. Εἰς παρθένον ἑτέραν, *ad aliam virginem.*

5 *Ἀγγέλων τ' ἀσαρκία.* Id est : *Angelorum vita cœlebs.* Alii vertunt : *Et angeli carnis sunt expertes.*

8 *Εἰ γυνὴ Θεῷ*, id est, *quantum inter Christum et feminam interest, tantum etiam inter conjugatam vitam et cœlibem.*

13 *Γάμῳ δίδωμι.* Id est, *conjugio utimini, per me licet : concedo vobis nuptias : mihi castitatem vindico.* Favet cod. Vat. γάμον δίδωμι.

METRICA VERSIO.

Distinctis illi ut degant ac sedibus illæ,
Sicque piam vitam simili cum laude sequantur.
Solivagis etenim non solis livor iniquus
Imminet, at multo magis his quos vita sodalis
Oblectat ; gravior namque istos pugna fatigat.
Sin, nisi cum Christo, vis plane vivere solus,
Id quoque mi gratum est ; metus at communis [utrisque,
Ut mihi, sit, ne hosti duro in certamine cedant,
Præcipitesque ruant tenebrosi ad tartara Ditis.

VI. DE PUDICITIA.

(*Leuv. interprete.*)

Bonum ligari nuptiis, caste modo,
Deoque plus des, quam toro connubii :

B

At præstat esse liberum vinclis tamen,
Deoque totum, rebus et superis, dare.
Est numen injux, angelus non est caro :
At conjugata labis et plena est hyle.
Et cura prolis et conjugis est nuptiis :
At cura Christi cælibi. Si par Deo
Est uxor, est par cælibi vitæ torus.
Sin prorsus impar, impares vitæ quoque.
Vos ergo, patres, ne probris me aspergite,
Tædas sequentes, non tori vitam insciam.
Toro pudicitiam jugali do quidem,
At puritatis cælibes carpunt decus.
At corruerunt, dixeris, quidam. Male
Tibi sit, legis qui debiles, non optimos.
Illi probrum sunt nam sibi : hi nobis decus.
Diramne propter grandinem tellus coli,

Digitized by Google

Οὐ δ' ἀμπελῶν φυτεύεθ' ; ἡ θάλασσα δὲ
Ὅρμοις δίδωσι πάντας οὕσπερ λαμβάνει ;
Τί μοι τὰ πόρρω ; κειμένῳ δ' Ἐωσφόρῳ
Μὴ συγκατενέχθησαν ἀγγέλων χοροί ;
Τί δ', οὐχ Ἰούδας ἦν φονεὺς τοῦ Δεσπότου,
Ἀλλ' οἱ μαθηταὶ δόξα ; Τοῦτο δ' οὐ σκοπεῖς,
Τοῦ σοῦ γάμου τὰ δεινά, καὶ μοιχῶν κλοπάς,
Ἐξ ὧν τὸ φίλτρον, καὶ γένος νοθεύεται.
Ὑψοῦ βάδιζε, τὸν φθόνον δ' ἔα κάτω.
Ἄγνευε πᾶσι, παρθένε. Χριστῷ μόνῳ
Νύμφη, κράτει τὸ κάλλος ἐσφραγισμένον.
Χρηστὸς μέν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ζήλου πλέως.
Οὐδὲν δυσειδὲς, οὐδ' ἄκοσμον ἐκφέρει.
Ἐσθῆτι κόσμου κόσμος ἡ ἀκοσμία,
Θρύψιν δὲ φεῦγε, καὶ ταπείνου τὰς κλάσεις.

A Μὴ τὸ βλέπεσθαι τῷ βλέπειν θήρευέ μοι.
Σώφρων βάδιζε, κἂν ἀναστρέφῃ μόνη·
Κλεὶς ὡσὶ κείσθω. μηδὲ πορνεύοι γέλως·
Πλεῖστον παρειαὶ, καὶ γέλωτος ἔμφασις.
Θυμὸς, μέθη, δαίμων τε παρθένοις ἴσον·
Πάντων δὲ χεῖρον πλησμονὴ γαστρὸς χάριν.
Εὐχαῖς τὸ κάλλος εἰκέτω κἀγρυπνίαις.
Σύνοικον αἱροῦ μηδ' ἀδελφὸν ῥᾳδίως.
Ἐμπεπύρευμα (sic) τῆς νόσου τί δεῖ βλέπειν
Οὐδὲν τόδ' αἰσχρὸν, πλὴν μόνη μνήμη χοός.
Πατὴρ μόνος σοι, καὶ Θεὸς πιστὸς, νέα·
Ἄλλοι δὲ φευγέτωσαν, ὡς θῆρές ποτε
Τὸ Σινᾶ, πλαξὶν ἐντυπουμένου νόμου.
Ἄψαυστος ἔστω πρόσφορὰ καὶ παρθένος,
Ἡ μὲν βεβήλοις, ἡ δ' ἁπάντων ὄψεσιν.

Aut vinea non seritur? Nunquid mare
In portus deducit omnes quos suscipit?
Quid mihi longinqua commemorare? Cum Lucifer lapsus est,
Nunquid simul lapsi sunt angelorum chori?
Quid autem, an non Judas fuit interempter Domini,
Cæteri vero discipuli ejus gloria? Hoc vero non attendis,
Tui connubii mala, et adulterorum furta,
Quibus amor et soboles adulterina fiunt.
Sublimis gradere, invidiam relinque deorsum.
Pura sis rebus omnibus, virgo; Christo soli,
Sponsa, serva tuam pulchritudinem obsignatam.
(Christus) equidem benignus est, at idem æmulatione plenus.
Nihil deforme, neque indecorum effert.
Vestem induere, cujus cultus sit esse sine cultu.
Mollitiem fuge, deprime fractos et lascivos motus.
Noli, ut specteris, videndo ipsa venari.
Pudice incede, etiamsi sola tecum verseris:
388-389 Clavi aures obserantur; ne procax sit risus:
Plerumque genæ sunt risus indicium.
Ira, ebrietas et dæmon virginibus idem sunt,
Omnium autem res pessima est, repletio gulæ gratificans.
Venustas formæ cedat precibus et pervigiliis.
Contubernalem nequidem fratrem admittas facile.
Fomitem morbi tui quid necesse est intueri?
Nihil quidem in hoc turpe, verumtamen sola recordatio pulveris periculosa.
Pater solus tibi, et Deus fidelis, o puella,
Cæteri fugiant, sicut olim bestiæ
Montem Sina, cum lex in tabulis scriberetur.
Intactiles sint victima et virgo,
Illa quidem profanis, hæc omnium oculis.

20 *Κειμένῳ*. Idem argumentum prosequitur Gregorius supra poem. 1, vers. 679.
25 *Νοθεύεται*. Vat. μοιχεύεται.
29 *Χρηστός*. Mendose edit. Χριστός.
31 *Ἐσθῆτι κόσμου κόσμος*. *Vesti mundanæ cultus sit ipsa invenustas*. Eo loci versum aliquem desiderat Billius, aut vitium aliquod in verbis Græcis arguit, sed immerito. Satis est subaudire ἦς, *cujus*, etc.
33 *Τῷ βλέπειν*. Ita legendum videtur. Edit. τό.
34 *Κἂν*. Sic melius legitur. Edit. καί.
41 *Ἐμπεπύρευμα*. Vat. ὑπεμπύρευμα.
42 *Χοός*. Vat. Χροός.

METRICA VERSIO.

Serique vitis, desinit? Quid? littori
Pontusne cunctos applicat, quos accipit?
Longinqua vero quid sequor? cum Phosphoro
Utrum angelorum sunt simul lapsi chori?
Quid? Nonne Christi carnifex Judas erat?
Apostoli vero decus? Quin jam mala
Tu nuptiarum cogitas, furta et tori,
Adulteratur queis amor, et queis genus?
Incede sursum; livor at humi corruat,
Sis parte ab omni virgo, sis soli Deo
Sponsa, teneasque conditum formæ decus.
Benignus ille est: æstuans zelo tamen.
Deforme secum, turpe vel defert nihil.
Carere cultu sit tibi cultus, fuge
Est molle quidquid, et nimis fractum, neque

B Captes videndo prospici. Gressus tuus
Pudicus esto, degere et sola expete.
Claudantur aures, sit procax risus procul.
Sat est superque vel levis risus nota.
Par ira, Bacchus, et Satan sunt virgini.
Pejor saturitas ventris est his omnibus.
Cedat venustas vigiliis, precibus quoque.
Sociumque tecti facile nec fratrem cape.
Spectare morbi fomitem quid attinet?
Non est quidem hoc fœdum: ast memoria sordidat
Vel sola. Patri crede te soli, et Deo.
Fugiant (ut olim bestiæ montem Sina,
Cum lex tabellis sculperetur) cæteri.
Intacta sint hæc, victima, et virgo: manus
Fugiat profanas illa, visum hæc omnium.

Digitized by Google

Μή σε δουλώσῃ σάρκινος ζυγὸς ποτε.
Ἂν πρόσθεν ἀντλήσῃς τι, πηγάσει σοι·
Ὑδρία δώσει πυθμένος γεωργίαν.
Ἄρτους τρέφονται πέντε μύριοι λεώ·
Πόσῳ σὺ μᾶλλον, ἡ Θεοῦ παραστάτις;
Μὴ τοίνυν ἀγνὸν τόνδ' ἔχουσα νυμφίον
Κάλλους ἀσάρκου, συζυγῆς τῷ δευτέρῳ.
Μοιχὸς γὰρ οὗτος, οὐκ ἀνὴρ καθίσταται,
Ζῶντος τὸ φίλτρον ἀνδρὸς ἐγκαρπούμενος.
Ἢ καὶ κανοῦν προσθεῖσα τῷ Θεῷ σύ γε
Ἀποστερήσεις; καὶ Σοδόμων φυγοῦσα πῦρ,
Παλινδρομήσεις; μὴ λίθος παγῇς ἁλός.
Χήρας σὺ πλεῖον, ἀλλὰ καὶ χήρας γάμος
Ὑπεύθυνος, ψευσθέντος ἀγνείας ὅρου.
Χρυσῆς τί γλώσσης ἐστὶν εὐτελέστερον,
Ψιλῆς, διδράχμου, δή τι τῶν ἀναστάτων;
Ἀλλὰ κλαπέντα τὸν στρατὸν διώλεσε.
Ταῦτ' οὖν ὁρῶσα, παρθένε, πείθου Θεῷ.

Ζ'. *Περὶ ἀγνείας.*

Ἀρετὴ πᾶσα δικαίοις
Ἕνα βαθμὸν προβιβάζει.
Ὁ μὲν ἀλλότριος εὐνῆς
Ἶσος ἀγγέλοις ὑπάρχει.
Ὁ δέ τ' ἐγκράτειαν ἀσκῶν,
Μετὰ παρθένων τετάχθω·
Ὁ δὲ τὸν γάμον φυλάσσων,
Ἶσος ἐγκρατεῖ γενέσθω.

Necessitas carnis nulla te unquam in servitutem redigat.
Si indigebis rei cujusquam, cadus tibi fontis instar fluet.
Hydria dabit tibi fundi fructum.
Panibus pascuntur quinque millia hominum,
Quanto magis tu qui Deo astas?
Ne igitur, cum purum hunc habeas sponsum
Pulchritudinis incorporeæ, jungaris alteri.
Adulter enim ille, non tuus conjux esset,
Viventis amorem mariti sibi vindicans.
An tu canistrum, quod Deo obtuleris, postea
Adimes? num tu, quæ fugisti Sodomorum ignem,
Illuc recurres? absit ut in saxum salis coalescas.
Tu plus es quam vidua, et tamen viduæ conjugium
Pœnæ obnoxium est, cum transiliuntur castitatis fines.
Aurea quid lingua vilius est,
Penula, et didrachmo, cæterisque direptæ urbis spoliis?
Attamen, his subreptis, Hebræorum fugatus est exercitus.
Hæc igitur cernens, virgo, Deo obtempera.

VII. *De castitate*[*].

Virtus omnis homines justos
Ad unum gradum promovet.
Qui est expers conjugalis tori
Par est angelis.
Qui continentiam in conjugio sectatur,
390-391 Cum virginibus computetur.
Qui conjugii leges servat,
Par sit continenti.

[*] Alias Bill. 167, p. 252.

53 *Τόνδ'*. Edit. mendose τὸ δ'.
54 *Συζυγῆς*. Edit. συζυγής.
61 *Ψευσθέντος*. *Derelicto castitatis proposito.* Edit. ψευθέντος.
63 *Ψιλῆς, διδράχμου*, etc. Vat. ψιλῆς τε, διδράχμου τε. Tria hic Gregorius commemorat, quæ in direptione Jericho furatus est Achain : nimirum auream linguam, sagum et didrachmum, quod Billius et Leuven. non attenderunt, et locum hunc male reddiderunt, alienum in sensum detorquentes vocem ψιλῆς, quæ aliud nihil hic significat, quam *penulam*, sive sagum quæ vestis est militaris. Vide supra II, 435, et tom. I, pag. 626. Mox, ἀναστάτων. Ita legendum pro ἀναστάντων, quod edit. habent mendose.
VII. Tit. Ἀγνείας. Vat. addit σώματος.
5 *Ὁ δέ τ' ἐγκράτειαν*. Vat. ὁ δέ γ' ἐγκράτειαν.

METRICA VERSIO.

Te nulla carnis subjuget necessitas.
Si quid requires, fontis in morem fluet
Lecythus, farinam et hydria tibi proferet.
Immensa quinque vescitur plebs panibus.
Quanto magis tu maximo quæ astas Deo?
Cum sponsus ergo sit tibi hic cujus decor
Est carnis expers, alteri jungi cave.
Namque est adulter iste, non conjux, viri
Ad sese amorem transferens vivi. Deo
An tu canistrum cum semel donaveris,
Adimes? rogum cum fugeris Sodomiticum,
Redibis? Absit; ne salis fias lapis.
Quam vidua plus es. At torus viduas quoque,
Si castitatis fregerint votum, reas
Facit. Quid esse vilius lingua aurea
Possit? didrachmo quid minus? Sed hæc tamen
Subrepta totum perdidere exercitum.
Hæc ergo cernens, virgo, Christo obtempera.

VII. DE CASTITATE.
(*Fed. Morello interprete.*)

Virtus omnis ab æquis
Gradu altero promovetur :
Alienus hic cubili,
Par est Dei ministris.
Colit at qui continentem
Vitam, esto par puellis :
Connubiumque servans
Similis sit abstinenti.

Digitized by Google

Μόνον ἀσκεῖτε τὸ σῶφρον
Ἵνα μειζόνων τύχοιτε.

Η'. *Σύγκρισις βίων.*

Βι. Κρίναις ἂν ἡμῖν, ὦ ξένε. *Κριτ.* Κρίσις δὲ τίς;
Βι. Βίοι μάχονται. *Κριτ.* Καὶ τίνες, τίς δ' ἡ κρίσις;
Βι. Ὁ κοσμικός τε καὶ ὅσος τοῦ πνεύματος,
Πότερος ἀμείνων καὶ σοφοῖς βιώσιμος;
Κριτ. Ὡς δύσκριτον μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀκουστέον.
Κοσμ. Κόσμου πεφυκὼς, οἶδα καὶ στέργω τάδε·
Τὸ δ' εὐσεβὲς, πατρῷον αἰδεῖσθαι νόμον.
Πν. Θεοῦ πεφυκὼς, οἶδα καὶ σέβω Θεόν·
Τὸ δ' εὐσεβὲς, τέλειον εἰδέναι σέβας.

Α 10 Εἴ σοι τὸ χεῖρόν ἐστι τιμιώτατον,
Πῶς οὐκ ἐμοὶ τὸ κρεῖσσον ἐνδικώτερον;
Κοσμ. Μήτηρ ἐμοὶ σὰρξ καὶ συνεκράθην χοΐ,
Σαρκὸς ποθῶ πλήρωμα τῆς ἐρρηγμένης
Πν. Θεὸς πατήρ μοι καὶ Θεῷ συνεζύγην,
15 Μορφῆς ποθῶ μίμησιν ἧς ἀπερρύην.
Κοσμ. Πῶς δ' ἂν συνέστη, φράζε, τὸ βροτῶν γένος,
Εἰ μὴ τὸ σαρκῶν συζυγὲς συνέδραμε,
Νόμῳ τε θείῳ καὶ φύσει κρατούμενον;
Πν. Νόμος μὲν οὗτος, νῦν δὲ λυθῆναί με δεῖ,
20 Βίον πρὸς ἄλλον τοῦ παρόντος κρείσσονα
Σπεύδοντα, δεσμῶν καὶ φθορᾶς ἐλεύθερον.
Κοσμ. Πῶς οὖν νέηλυς ἦλθε παρθένος βίος;

Saltem excolite temperantiam,
Ut majora dona consequamini.

VIII. *Comparatio vitarum*[a].

Vit. Judices nos, hospes. *Jud.* Quæ lis dirimenda?
Vit. Vitæ disceptant. *Jud.* Quænam illæ, et quæ disceptatio?
Vit. Vita sæculi, et vita spiritus,
Utra melior, et sapientibus eligenda?
Jud. Res certe difficilis ad judicandum, sed tamen audiendum.
Sæc. Ex mundo nata, novi hæc et diligo:
Pium est autem paternam legem revereri.
Spir. Ex Deo nata, novi et colo Deum:
Pium est autem perfectum nosse cultum.
Si, quod deterius est, tu maxime veneraris,
Annon ego potiori jure, id quod præstantius?
Sæc. Mater mihi caro, et carni adjuncta fui,
Carnis disruptæ plenitudinem desidero.
Spir. Deus pater mihi est, et cum Deo conjuncta sum,
Formæ, ex qua fluxi, similitudinem desidero.
Sæc. Quomodo constitisset, dic mihi, mortalium genus,
Nisi carnium conjunctio accessisset,
Divina lege et natura firmata?
Spir. Lex quidem talis exstitit, nunc autem solvi me illa oportet,
Dum ad aliam vitam præsenti præstantiorem
Propero, a vinculis et corruptela liberam.
Sæc. Quomodo ergo advenit recens vita cælebs?

[a] Alias Bill. 156, p. 220.

VIII. ARGUMENTUM. *Hoc carmine per prosopopœiam inducuntur duæ vitæ inter se disceptantes, nempe spiritualis et mundana, quæ hospitem quemdam controversiæ suæ arbitrum constituunt. Per spiritalem autem eam intelligit Gregorius, quæ colendæ pietatis studio ita prorsus addicta est, ut et a corporis voluptatibus et a congerendis vitiis, et a bonorum amore, ac denique ab omnibus mundi illecebris abhorreat; per mundanam autem, eam quæ et liberis operam dat, et opibus gaudet, et bonorum cupiditate afficitur, et lautiori vitæ genere delectari solet. Non autem hic spiritalis vita mundanæ ita opponitur, ut nihil inter utramque fœderis, nihil commercii esse queat, quemadmodum nec inter lucem et tenebras, fidelem et infidelem, sed ut vita monastica cum promiscua, quam* κοσμικήν *Græci*, mundanam *Latini solent appellare. Quod quidem ex judicis sententia constat, in qua jubentur hæ duæ vitæ pacem concordiamque inter se colere ac simultatem omnem abjicere.*

2 *Κρίσις*. Vat. μάχη.
5 *Ὡς*. Coisl. ὃ. Bill. legisse videtur οὐ.
12 *Χοΐ*. Ita Vat. et Coisl. Edit. mendose χροΐ. Mox, σαρκὸς ποθῶ. Elegans matrimonii periphrasis. (BILL.)
21 *Φθορᾶς*. Coisl. πάθους.

METRICA VERSIO.

Colito unicam modestiam
Laudem, assequeris alta.

VIII. COMPARATIO VITARUM.

(*Billio interprete.*)

Vit. Nostræ, hospes, oro, litis hic judex sede.
Jud. Lis ista quænam est? *Vit.* Dissident vitæ duæ.
Jud. Quæ, curque? *Vit.* Mundi vita, et spiritus,
Utra præferenda sit viris prudentibus.
Jud. Non judicatu est arduum hoc: tamen audiam.
Mund. Prognata mundo, jure mundum diligo:
Leges vereri nam paternas est pium.
Spir. Deum, Deo sim cum sata, et scio, et colo:
Nescire summum nam Deum grave est nefas.

Β Si tam expetendum, vilius quod est, putas,
Quod præstat an non justius charum mihi?
Mund. Sum carne nata matre, juncta et pulveri:
Addi resectam postulo carnem mihi.
Spir. Deus pater mi, meque devinxi Deo:
Formam æmulari gestio, ex qua prodii.
Mund. Quonam exstitisset, dic, modo nostrum genus,
Carni fuisset juncta ni conjunx caro:
Natura lexque quod superna continet
Spir. Lex id ferebat; at modo solvi est opus,
Dum tendo ad ævum celsius cursu levi,
Quod labe penitus et thori nexu caret.
Mund. Innupta quonam venit ergo post modo

Digitized by Google

Spir. Ἦν μὲν σκιώδης καὶ πάλαι· λάμπει δὲ νῦν,
Ἐξ οὗ Θεοῦ πέφηνε Μήτηρ παρθένος.
Καὶ γὰρ νόμος παλαιὸς εἶξε τῷ νέῳ·
Τὸ γράμμ' ἀπῆλθε, τὸ κράτος δὲ πνεύματος.
Κοσμ. Ἄζυξ δ' ἂν ἦν τις συζύγου βίου δίχα,
Ἢ τίς δίκαιος; *Spir.* Ὡς λίαν κομψός τις εἶ,
Πείθων τὸ σάρκας συνδραμεῖν καλῶν χάριν,
Καλοὺς μὲν ἐξέθρεψεν ἡ κακοὺς χρόνος,
Ὕβριν δὲ σαρκὸς ὁ σπορεὺς ἐπέβλυσεν.
Οὐκ ἄλλο. Τὸ φρονεῖν δὲ τῷ πάθει γέλως,
Ὡς συγκάμνοντα Θεοῦ θελήματι.
Κοσμ. Τί οὖν βίῳ δέδωκας, ἐζήτεις δὲ τί;
Spir. Κλάδους. *Κοσμ.* Ἵνα ψυγῶσιν, ἢ λαῖλαψ [λάβοι;

A Δὸς τὴν ἐμὴν σὺ ῥίζαν· εἶτ' ἔχε κλάδους.
Spir. Ἀρκεῖ γενέσθαι. Τῇ φθορᾷ δ' ἄλλος κάμοι,
Τρέφων, διδάσκων, εἶτα πενθῶν ἀθρόος
Τὸν οὐκ ἔτ' ὄντα, γραπτὸν ἐν τοίχοις βλέπων
Ἄπνουν τὸ κάλλος, υἱὸν οὐ κινούμενον.
Κοσμ. Εὐπατρίδης ἐγώ τις. *Spir.* Ἐκ ποίου γένους;
Ποῖος δ' ὁ πλάστης; τὸν δὲ πηλὸν ἀγνοεῖς
Ὡς εἶς; μί' εὐγένεια, μίμησις Θεοῦ.
Τάφοις κρατεῖς σὺ καὶ νέοις προστάγμασιν,
Ἐξ ὧν ἐγράφης εὐγενής, οὐκ ἐτράφης.
Κοσμ. Ἐμοὶ τὸ πλουτεῖν δυσμενεῖς βάλλει κάτω,
Φθόνῳ δὲ τήκει τοὺς κακούς, ποιεῖ φίλους,
Θρόνους δίδωσιν ἐν πόλει φυσᾷν μέγα.
Spir. Ἐμοὶ πενία μηδὲ δυσμενεῖς ἔχειν

Spir. Erat quidem olim, sed obscura, nunc vero coruscat,
Ex quo Dei apparuit virgo Mater.
Vetus enim lex cessit novæ:
Littera abscessit, spiritus autem viget.
Sæc. Quis cælebs sine conjugio foret,
Aut quis justus? *Spir.* Valde lepida es,
Quæ contendis carnes concurrere ob probos viros;
392–393 Ac probos quidem et malos tempus enutrivit,
Carnis autem contumeliam pater protulit.
Nihil aliud. Jactare vero se libidine ridiculum est,
Quasi cum Dei voluntate simul laboret.
Sæc. Quid igitur sæculo dedisti, aut quid quærebas?
Spir. Ramos. *Sæc.* Ut frigore pereant, aut eos turbo rapiat?
Da mihi tu radicem meam: tu vero ramos habeas.
Spir. Satis est nasci; mobilibus rebus alius det operam,
Nutriens, docens, ac deinde subito lugens
Non amplius exsistentem, pictam ad parietem cernens
Inanimam pulchritudinem, immobilem filium.
Sæc. Nobilis quædam sum. *Spir.* Ex quo genere?
Qualisque opifex? an lutum ignoras
Unum esse? Nobilitas una, imitatio Dei.
Sepulcris nixa es, et novis rescriptis,
Per quæ scripta es, non educata, nobilis.
Sæc. Mihi divitiæ inimicos sternunt,
Ac invidia urunt improbos, conciliant amicos
Thronis in urbe gloriari donant.
Spir. Mihi vero paupertas, ut ne habeam quidem inimicos,

26 *Κράτος δέ.* Ita Coisl. Edit. κράτος καί.
27 *Ἄζυξ.* Ita Coisl. et Vat., quod idem est ac monachus. Edit. ἄθριξ.
28 *Δίκαιος. Justus, pius conjugatus.*
29 *Σάρκας συνδραμεῖν.* Id est, *lepida profecto tu es, quæ fingis homines conjugio mancipatos, in re uxoria hoc spectare, ut liberos procreent, a quibus Deus pie sancteque colatur.* Coisl. σάρκα.
31 *Ἐπέβλυσεν.* Vat. ἐξέβλυσεν.
33 *Συγκάμνοντα.* Vat. συνεργοῦντα.
34 *Ἐζήτεις.* Hic Billius distinguit, et spiritalem vitam inducit cui sæcularis respondet κλάδους juxta Combefisium. Postea spiritalis, ἵνα ψυγῶσι, *aut frigore pereant.* Sæc. Δὸς τὴν ἐμήν, etc. *Da mihi radicem meam.* Sic clare distinguendum ait Combef. Sæc. *Ramos, prolem, liberos.* Spir. *Ut algore intereant, aut procella auferat.* Sæc. *Da meam tu radicem, sicque ramos habeto,* ἔχε κλάδους.
35 *Λάβοι.* Coisl. λάβῃ.
36 *Ἔχε.* Ita Coisl. Edit. ἔχει.
43 *Ὡς εἶς.* Coisl. ὡς οἷς μί' εὐγένεια, *quippe quibus una est nobilitas.*

METRICA VERSIO.

Vita? *Spir.* Erat et olim, tectior quamvis; Dei
Supremi ut autem virgo Mater exstitit,
Jam lucet illa, nam vetus cessit novæ
Lex legi, abivit littera: vicissim viget
Spiritus. *Mund.* An esset, vita ni conjux foret.
Cælebs vel ullus vir prorsus? *Spir.* Lepida admo- [dum es,
Coire dicens ob probos carnem viros.
Probos malosque nutriit tempus. Pater
Tantum obsecutus carnis est lasciviæ.
Ridendus autem est cui libido animos facit,
Ut quem supremi Numinis velle adjuvet.
Mund. Quidnam et go mundo porrigis? *Spir.* Quid- [nam petis?
Ramos. *Mund.* Ut algor hos necet·

B Stirpem meam da, surculos turbo auferat.
Spir. Ortam esse satis est, qui volet, labi vacet
Alens docensque, luce post cassum gemens,
Pictum in tabella contuens, nec spiritu
Ullove motu præditum formæ decus.
Mund. Sum stirpe clara. *Spir.* Quod genus tan- [dem tibi,
Quinamve fictor? Non lutum par omnibus?
Deum æmulatur quisquis, hic est nobilis
Vincis sepulcris, atque rescriptis novis
Queis scripta, sed non educata es, nobilis.
Mund. Hostes acerbos dejicit census mihi,
Parit favores, urit invidia improbos,
Thronos dat, utque in urbibus gradiar tumens.
Spir. Mihi contra egestas hoc dat, ut caream hostibus,

Digitized by Google

50 Χαρίζετ', οἶκτος δ' ἀσφαλέστερος φθόνου.
Θρόνοι δὲ λυτοὶ καὶ φίλοι καιροῦ πλέον.
Ἂν οὖν μένωσι, κρεῖσσον ἠττᾶσθαι Θεοῦ,
Ἢ πρῶτα πάντων τῶν ὁρωμένων ἔχειν.
Ἢ πάντων εἶναι τῶν ὁρωμένων ἄνω.
55 Πόλις δ' ἔχοι με λαμπρὸν ἡ νοουμένη.
Κοσμ. Τίς δ' ἀσφάλεια τῷ πένητι τοῦ βίου·
Τείχη, πυλῶνες, μηχαναὶ, ξιφηφόροι;
Πν. Κάμνοντες, ὥστε μὴ τὸ σῶμ' ὑπεκκλαπῇ·
Μόνον πέπασται τοῦτο καὶ μικρὸν ῥάκος.
60 Ἄλλων ὁ λῃστὴς, ἡ τυραννὶς ἐρρέτω.
Ὁ φὼρ ἐχόντων· εἷς ἐμοὶ πλοῦτος, Θεὸς,
Ὃν οὔποτ' οὐδεὶς ἁρπάσει κεκτημένῳ.
Τὰ δ' ἄλλ' ἐχόντων οἷς φίλον, τὴν οὐσίαν

A Ἁρπαζέτωσαν τὴν ἐμὴν πᾶσαι χέρες.
65 Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον·
Θύει σαγήνῃ πλούσιος, τὴν δεξιὰν
Τὴν αὐτὸς αὑτοῦ, ὡς φίλην ἀσπάζεται,
Καὶ τῶν καλῶν δοτῆρα οὐχ ὑμνεῖ Θεὸν,
Ἕως ἃ κέκτητ' εἰς ξένου πέσῃ χέρας
70 Οὗ μὴ θέλει· τί φημι; δυσμενοὺς ἴσως,
Κἀκεῖθεν ἄλλου, τὰ τροχῶν κυλίσματα·
Ἐμοὶ δ' ἅπας συνέρχετ', ἢν θάνω, βίος,
Οὐδὲν φθόνῳ τε καὶ στροφαῖς λελεῖψεται.
Κοσμ. Πόσον τὸ χεῖρας μὴ βλέπειν εἰς γειτόνων,
75 Ὃ Ἄλλους δ' ἐς ἡμῶν, εὐσεβεστέρους ἴσως.
Πν. Πόσον τὸ χεῖρας εἰς Θεοῦ μόνον βλέπειν,
Τοῦ καὶ διδόντος καὶ πατρικῶς αἰτουμένου,

50 Largitur : invidia autem miseratio tutior.
Throni vero caduci sunt et qui temporis magis amici sunt :
Atque etiamsi permaneant, satius est Deo subesse,
Quam primas in omnibus rebus aspectabilibus tenere,
Aut supra res omnes visibiles evehi.
55 Urbs autem illa splendidum me habeat, quæ mente intelligitur.
Sæc. Quæ autem vitæ securitas pauperi?
Muri, vestibula, machinæ, satellites?
Spir. Nimirum laborantes, ne furto corpus rapiatur :
Hoc solum possidet et laceram vestem.
60 Ad alios latro : facessat tyrannis.
Fur invadat eos qui habent : mihi unicæ opes, Deus,
Quem nemo unquam rapiet possidenti.
Alia habeant qui eis delectantur : mea
Abripiat bona omnis manus.
65 Viro paupere nihil securius.
Reti suo immolat dives : dexteram
394-395 Suam ipse, ut amicam osculatur,
Et bonorum largitorem non laudat Deum,
Donec ea quæ possidet in alias incidant manus
70 Quas minime velit : quid dico? forte in manus inimici,
Atque inde in alias, rotarum instar.
Me vero, si moriar, census omnis sequitur ;
Nihil invidiæ et vicissitudinibus relinquetur.
Sæc. Quanti illud æstimandum est, ut non in manus vicinorum inspiciamus,
75 Sed alii in nostras, et fortasse magis pii respiciant?
Spir. Quanti illud, ut quis in manus Dei solius respiciat,
Qui donat et paterne imploratur ;

50 *Φθόνου.* Vat. θρόνου.
51 *Λυτοί.* Coisl. αὐτοί. *Throni vero ipsi et amici temporales sunt.*
53 *Ἤ.* Coisl. ᾗ. Versus sequens deest in mss.
55 *Ἔχοι.* Coisl. ἔχει.
58 *Ὥστε μὴ τὸ σῶμ' ὑπεκκλαπῇ.* Coisl. ὑπερκλαπῇ. Hoc ironice dictum : neque enim fures eas domos aggredi solent, in quibus nihil est quod rapere possint.
65 *Πένητος.* Sic infra, poem. XXXIII, vers. 125.
66 *Θύει,* etc. Alludit ad hæc verba Habac. I, 16, quæ dicta sunt de rege Nabuchodonosor, quod rerum prospere gestarum gloriam viribus suis ascribat, *propterea immolabit sagenæ suæ, et sacrificabit reti suo.* Vide tom. I, pag. 313.
69 *Πέσῃ.* Coisl. πέσοι.
73 *Στροφαῖς. Fraudibus.*

METRICA VERSIO.

Livore porro tutior miseratio,
Throni caduci. Tempori est amicior
Amicus : utque maneat hic, præstat Deo
Subesse, primas ferre quam rerum omnium,
Aut cuncta supra, quæ videntur, evehi.
Hac demum in urbe splendeam, quam mens videt.
Mund. Quæ vitæ egenti suppetit securitas?
Vestibula, muri, machinæ, satellitum
Manus laborans. *Spir.* Corporis furtum timens?
Hoc namque solum veste tum vili obtinet.
Aliis latrones imminent, vis sit procul.
Fur petit habentes ; solæ opes Deus mihi,
Quem nemo rapiet si semel possedero.
Id præter unum cuncta, qui volet, auferat ;

B Prædentur omnes, si velint, opes meas :
Egente non est tutius quidquam viro.
Dives superbus immolat reti suo,
Velutque amicæ dat suæ dextræ osculum,
Omnis datorem nec boni laudat Deum,
Quousque tandem ad alterum cadant opes
Quem nolit ipse, forte inimici in manus
Volvantur, hincque ad alterum, rotæ in modum.
At me sequetur census abeuntem meus.
Nil vindicabunt livor et rerum vices.
Mund. Quanti æstimandum proximi non ex manu
Pendere, sed eum, forte meliorem, ex mea.
Spir. Quanti putandum est ut quis in solam Dei,
Qui dat, paterne et poscitur, spectet manum,

Digitized by Google

Αἰσχρὸν δὲ μηδὲν τοῦ λαβεῖν δρᾶσαι χάριν,
Τὴν αἱμολάπτιν βδέλλαν ἐκμιμούμενον,
Τὰ μὲν κρατοῦντα, τοῖς δ' ἐρείδοντα φρένα,
Τὰ δὲ βλέποντα οὐ καλοῖς ἐν ὄμμασι,
Τὰ δ' ἐκτυποῦντα ταῖς ὀνείρων ἐλπίσιν,
Ἀεὶ πλέον πένητα τῷ ποθουμένῳ;
Κοσμ. Οἶσει δὲ πῶς τις δυσκόλου καιροῦ φορὰν,
Μηδὲν φέρων ἔρεισμα τῆς ἀηδίας;
Πν. Ἥρου με πῶς τις φεύξετ' εὔστοχον βέλος;
Θρὶξ οὐ διαιρεῖτ' εὐπετῶς, οὐδ' ἐγγύθεν.
Γενοῦ στενός μοι· καὶ κακῶν φεύξῃ φοράν.
Δόναξ φέρει τὰ πνεύματ', ἀλλ' οὐχὶ δρύες.
Ὁ μὲν γὰρ εἶκει, τὰς δ' ἀνατρέπει βάρος.
Κοσμ. Ἐμοὶ τρυφᾶν ἔξεστιν. *Πν.* Ἀλλ' ἐμοὶ τρυφὴ,
Τὸ μὴ τρυφᾶν, κόρῳ τε καὶ τοῖς ἐντέροις
Οἰδοῦντα, καὶ νοσοῦντα πλουσίᾳ νόσῳ,
Ὄζοντα τερπνῷ βορβόρῳ λαιμοῦ πέρα,
Τὸν νοῦν στενοῦντα τῷ πάχει τῆς ἴλύος.
Κοσμ. Ἐμοῦ τὰ πέμματ'. *Πν.* Ἄρτος ἡ καρυκεία,
Ἐμοὶ τὰ πόματ', ἐξ ἁλῶν ἅπαν γλυκύ.
Οἷς τῶν τρυφώντων ἁλμυρὸν καταπτύω.
Κοσμ. Ὀσμὴ μύρων ἔμοιγε τέρψις, ᾄσματα,
Χερῶν ποδῶν κροτήματ', εὔρυθμοι κλάσεις,
Ὁμορροθούντων ὀργάνων συμφωνία.
Πν. Αἰνεῖς σὺ ταῦτα, ταῦτα δ' ἐστὶν, οἷς κακὰς
Ἔμοιγ' ὁ πλοῦτος, ὡς κακῶν διδάσκαλος.
Κρείσσων μὲν ἡμῖν ὀργάνων ψαλμῳδία·
Ψυχὴν συναρμόζουσα τοῖς νοουμένοις
Μύρου δὲ παντὸς Χριστὸς εὐωδέστερος,
Ἡμῖν κενωθεὶς, ὡς λύσῃ δυσωδίας,

Nihilque, lucri causa, turpe admittat,
Sanguinis avidam hirudinem imitatus,
Ac alia quidem tenens, aliis mentem intendens,
In alia pravos injiciens oculos,
Alia effingens somniculosis spebus,
Semper pauperior, ob ea quæ desiderat?
Sæc. Quomodo feret quis molesti temporis impetum,
Nullum habens molestiæ fulcrum?
Spir. Quæris a me quomodo sagittam apte vibratam quis effugiat?
Capillus non facile dividitur, ne cominus quidem.
Sis mihi in arcto, et malorum effugies impetum.
Ventos arundo sustinet, quercus vero nequaquam.
Illa enim cedit : hanc moles subvertit.
Sæc. Mihi deliciis frui licet. *Spir.* At mihi deliciæ sunt
Minime deliciis frui, nec satietate et visceribus
Turgere, ac morbo divite ægrotare,
Nec suave lutum ultra guttur olere,
Ac mentem angustam et exilem cœni pinguedine facere.
Sæc. Meæ placentæ sunt. *Spir.* Panis, condimentum ;
Mihi potus est, ex sale omnis dulcedo :
His salsuginem eorum despuo, qui delicias sectantur.
Sæc. Odor unguentorum mea oblectatio, cantica,
Manuum pedumque strepitus, flexiones in numerum,
Consentientium instrumentorum symphonia.
Spir. Hæc tu laudas : at hæc ipsa in causa sunt, cur malæ
Mihi quidem sint divitiæ, ut malorum magistræ.
Præstat organis apud nos psalmorum cantus,
396-397 Animam agglutinans rebus cœlestibus.
Unguento autem omni Christus fragrantior,
Pro nobis effusus, ut nos a fetore liberaret,

83 *Πλέον πένητα.* Vat. 1, πλέον νέμοντα, id est, *avarum semper pluris id facere quod expetit, quam id quo fruitur : vilescit enim nobis, quod in promptu est.*

84 *Φορὰν.* Coisl. φοράς.

86 *Ἥρου μὲ.* Vat. ἐροῦ με. Mox idem habet εὐστόχου pro εὔστοχον.

88 *Στενός.* Coisl. σθένος.

96 *Καρυκεία.* Ita Coisl. Edit. καρυκία.

97 *Πόματ' ἐξ ἁλῶν.* Ita Coisl. Edit. πέμμα, quam lectionem præfert Billius codicum auctoritati, et vertit, *panis et dapes mihi : condire solo dulce quas mihi est sale.*

98 *Τρυφώντων ἁλμυρὸν καταπτύω.* Leuv. *Delicate viventes salse irrideo.*

99 *Ἄσματα.* Edit. ᾀσμάτων.

METRICA VERSIO.

Amore lucri turpe nec quidquam gerat,
Avidam cruoris æmulans hirudinem,
Quædam tenens jam, mente quædam cogitans,
Oculisque rursus non bonis quædam intuens,
Quædamque inani spe levis fingens sibi,
Per expetita semper indigentior?
Mund. Qui durioris impetum sortis feret,
Habens, molesta quod levet, prorsus nihil?
Spir. Quo quis sagittam vitet, exquiris modum?
Vix dissecatur cominus licet, pilus.
Mihi robur esto : sicque vitabis mala.
Ventos arundo sustinet, quos non ferunt
Quercus : quod illa cedat, has moles gravis
Evertat. *Mund.* Ample victito. *Spir.* Luxus mihi
Arcere luxum, nec cibis præter modum

Farcire ventrem, divite et morbo premi,
Gratumque cœnum, guttur ultra, protinus
Olere, mentem stringere et crasso luto.
Mund. Dapes meæ sunt. *Spir.* Panis et dapes mihi :
Condire solo dulce quas mihi est sale :
Per quem ipsa salsum despuo luxum tuum.
Mund. Dulces odores me juvant, et cantica,
Manuumque plausus et pedum, et motus chorus
Concinne in orbem, barbyti et concors sonus.
Spir. Tune ista laudas? Ast opes hoc nomine,
Vitii ut magistras, improbandas judico
Præstat quibusvis organis psalmodia,
Ut quæ supernis rebus animum copulet;
Omnique Christus unguine est fragrantior,
Effusus ob nos, ut, quo me scelus grave

Digitized by Google

Ἧς νεκρότης μ' ἔπλησε τῆς ἁμαρτίας.
Κροτῶ δὲ χεῖρας, ἢν πέσῃ φονεὺς ἐμὸς,
Λόγον τιν' ἢ πρᾶξίν τιν' εἰσηγούμενος
Κακήν. Ποδῶν ὄρχησις, ἔνθεος στροφή.
Κοσμ. Τάχ' ἂν τόδ' εἴποις, ὡς πενία καὶ ταῖς νόσοις
Ἀρκεῖ, πλέον φέρουσα σωμάτων ἄκη.
Πν. Τόδ' οὐκ ἂν εἴποιμ'. Οὐκ ἀληθὴς γὰρ λόγος·
Ὃ δ' ἔστ' ἀληθὲς, τοῦτο καὶ λελέξεται·
Πένης ἐχόντων εὐσθενέστερος πολύ.
Θεὸς δ' ἔδωκεν, ἀντανιστῶν τὴν χάριν,
Ἰσχὺν πένησιν, εὐπόροις δὲ φάρμακα·
Μοχθεῖ πένης, ἱδρῶσι τὰς ὕλας κενοῖ,
Πεινᾷ, ῥιγοῖ, συγκαίεθ' ἡλίῳ μέσῳ.
Ὁδοιπορεῖ, φορτίζεθ', ὕεται, στένει·

A Καιροῦ τροφὴν ἁπλῆν τε καὶ ἀσύνθετον
Ἐδέξατ', οὐδὲν οἶδε μαγγανευμάτων,
Ὧν ὀψοποιοὶ καὶ τρυφῆς ὑπηρέται
Γῆς καὶ θαλάσσης ἐκπορίζουσι μυχῶν,
Θῆλυν τράπεζαν ἐκτιθέντες ἀνδράσι
Φύσαι, κατάῤῥοι, σπλῆνες, ἐξαρθρήματα,
Βοαὶ, φορήσεις, ὠχρότητες, ἐκλύσεις
Τῶν εὐπορούντων· τῶν κόρων οὗτοι τόκοι.
Οἳ μήτ' ἔχουσιν ὧν ἔχουσιν ἡδονὴν,
Ζητοῦσί θ' οἷς λείψωσιν ὄγκον, πολλάκις
Ζηλοῦντες εὐεκτοῦντας ἀσθενεστέρους·
Πάντων ἔρημοι, δυστυχεῖς εὐδαίμονες.
Χρυσὸς, λίθοι, ποικίλματ' ἐσθῆτος, βαφαὶ
Ζωογράφου τε πορφύρας ἀντιχρόου,

Quo me peccati mortalitas impleverat.
Manibus plaudo, si cadat meus carnifex,
Cum sermonem aliquem aut actionem inducit
Malam. Pedum saltatio, immissa a Deo commotio.
Sæc. Forsan illud dixeris, paupertatem etiam in morbis
Præsidio esse, ut quæ plura ferat corporum remedia.
Spir. Nequaquam id dixerim : non enim vera oratio.
Sed quod verum est, id eloquar.
Pauper divitibus longe robustior.
Deus dedit, hoc compensans beneficio paupertatem,
Vires pauperibus, divitibus remedia.
Panper laborat, sudoribus humores noxios exhaurit,
Esurit, alget, uritur sole meridiano,
Iter facit, fert onera, imbres patitur, gemit :
In tempore simplicem cibum et imparatum
Sumit, nec novit quidquam ex lenociniis
Quæ coqui et deliciarum ministri
Ex terræ marisque comportant angulis,
Effeminatam mensam viris apponentes.
Flatus, pituita, lienis morbi, luxationes membrorum,
Clamores, gestationes, pallores, solutiones,
Divitum sunt, hi satietatis nimiæ fetus:
Ne ex iis quidem quæ habent voluptatem percipiunt;
Sed quærunt, quibus relinquant divitias, ac sæpe
Invident infirmioribus bene se habentibus,
Omnium inopes, felices miseri. (Tametsi suppetat)
Aurum, lapilli, variæ vestes, tincti
Purpuræ æmula pictoris manu

111 *Ποδῶν ὄρχησις, ἔνθεος στροφή.* Coisl. ποδῶν δ' ὄρχησις ἐνθέῳ στροφῇ.
112 *Καὶ ταῖς.* Deest in Coisl. *καί.*
117 *Ἀντανιστῶν.* Ἀντανισῶν.
120 *Πεινᾷ.* Ita Coisl. Edit. πεινῇ.
121 *Φορτίζεθ'.* Coisl. φροντίζεται.
127 *Σπλῆνες, ἐξαρθρήματα. Lienis morbi, articulorum membrorumque debilitates.* Ita Vat. Edit. σπλῆνος, ἐξαρθρημάτων.
131 *Ζητοῦσί θ' οἷς λείψωσιν ὄγκον.* Quærunt quomodo molem imminuant. Leuv. *Investigant ea per quæ a mole corporis, et aqua intercute liberentur.*
134 *Λίθοι.* Coisl. λίθος. Mox ποικίλματ' ἐσθῆτος. Variæ vestes, acu pictæ, floridæ, tinctæ, etc. Aliter interpretes; Billius, *variaque ars :* Leuv. *res variegatæ, tinctæ vestes.*
135 *Πορφύρας.* Ita Coisl. Edit. πορφύρα. Leuv. *Picturæ, ad vivum expressæ purpuræ, parietum, tectorum.*

METRICA VERSIO.

Implevit omni parte, fetorem auferat.
Jam plaudo læta, carnifex quando meus
Cadit, scelestum facinus aut dictum mihi
Suadens. Choreæ sanctus est motus vice.
Mund. Fortasse dices, inopiam morbos quoque
Arcere, plura et pharmaca ægrotis dare.
Spir. Non hoc quidem ipsa dixerim, falsum est [enim :
Vero quod autem consonum est, hoc eloquar.
Pauper opulento viribus longe est prior.
Deus vicissim gratiam nam conferens,
Vires egeno, diviti dat pharmaca.
Pauper laborat, sudat, humorem improbum
Exhaurit, alget, esurit, sole uritur;
Incedit, onera gestat, imbre funditur,

B Gemit, capitque simplices in tempore
Cibos, gulæ nec illices novit dapes,
Luxus minister intimo quas e mari
Terraque sumit, et cocus solers, viris
Molles decentem feminas mensam parans.
Flatus, catarrhi, splenis et pedum dolor,
Gestationes, pallor, et solutio,
Hæc divitum sunt (hos parit fetus gula),
Quos nec voluptas ex bonis capit suis.
Ac sæpe, molem queis suam linquant, petunt,
Sanisque, quamvis indigis, tamen invident,
Cunctis egentes, divites miserrime.
Aurum, lapilli, variaque ars, et murice
Infecta vestis, pictus et paries probe,
Depicta tigna, calculis stratum solum,

Digitized by Google

Τοίχων, ὀρόφων καὶ ψηφῖδος πεδοστιβοῦς·
Ἄργυρος, ὁ μέν τις κρυπτὸς ἐν κόλποις χθονὸς
Εἰρχθείς, ὅθεν προῆλθεν, ἄξιος τάφων,
Ὁ δ' ἐν προσθήκῃ, καὶ προσαστράπτων πότοις·
Ἵπποι, τάπητες, ἅρμαθ', ἁρματηλάται,
Κύνες, κυνηγοί, θηρίων ἰχνεύμονες·
Καὶ ταῦτα δὴ τὰ τερπνὰ, δεσποίνης κακῆς,
Γαστρὸς, πόρου τε πανδόχου λαιμοῦ χάρις·
Στρῶται, θυρωροὶ, κλήτορες, κοιμήτορες,
Ἀνθηφόροι, ῥαντῆρες, ἐκμαγεῖς κύκλων,
Γεῦσται, σκιασταὶ, νευμάτων ἐπίσκοποι,
Λοῦσται, κερασταὶ δακτύλων ὑψώμασι,
Κοῦραι γυναῖκες, ὀμμάτων ἡδύσματα·
Τύμβου τὰ πάντα πλουσίου, γραπτῆς χοός.

A Ὁ δ' ἐνδεὴς ἕστηκεν, ἂν δὲ καὶ πέσῃ
Νόσῳ καμὼν, μόγις ποτ' ἢ μακρῷ χρόνῳ,
Οὐδὲν παρέξει πρᾶγμα τοῖς αὐτοῦ φίλοις,
Τεθνηξεθ' ὡς λέων τις ἐν βρυχήμασι
Νεκρὸς, ζαπλούτων πλεῖστον εὐανθέστερος.
Τί λοιπόν; ὕβρις, θυμὸς, ἔκστασις, θράσος,
Μέθη, γέλωτες ἀκρατεῖς, αἰσχροὶ λόγοι,
Θεοῦ περιῤῥόνησις, αἵματος, φίλων,
Ταῦτ' οὐ πενήτων μᾶλλόν ἐστ' ἢ πλουσίων·
Ἡλοῦτος γὰρ ὕβριν, ἡ δ' ἀπώλειαν φέρει.
Ὁ δ' ἐκπιέζεθ' ὡς τὰ πόλλ', οὐδ' αἴρεται·
Θεοῦ μάλιστ' ἂν συνδραμὼν φόβος τύχῃ.
Καλῶν ἁπάντων παιδαγωγὸς εὐσθενής.
Ἄθρει δ' ἕκαστον ἀνθ' ἑκάστου συντόμως,

Parietes, tigna et stratum calculis solum,
Argentum partim abditum in terræ sinu
Inclusum, unde prodiit, dignum sepulcris,
Partim in propatulo, et renidens in poculis :
Equi, tapetes, currus, et curruum ductores,
Canes, ductores canum, vestigatores belluarum ;
Ac illæ etiam voluptates, improbi domini,
Ventris, et meatus nihil non absorbentis gulæ causa.
Stratores, janitores, vocatores, sopitores,
Florigeri, spargentes odores, discos abluentes,
Gustatores, umbram ellicientes, nutuum observatores,
Balneatores, pincernæ ad signum digiti sublati,
Crine mulieres, oculorum oblectamenta :
Sunt hæc omnia divitis sepulcri, picti pulveris.
Stat vero pauper, atque etiamsi cadat
Morbo laborans, vix tandem aut longo senio,
Nihil negotii exhibebit amicis suis,
Morietur, ut leo quidem inter rugitus
Mortuus, divitibus longe floridior.
Quid superest? contumeliæ, ira, insania, audacia,
Ebrietas, risus intemperantes, dicta turpia,
Dei contemptus, consanguineorum et amicorum,
Hæc non magis pauperibus inhærent quam divitibus :
Divitiæ enim contumeliam, illa perniciem parit.
Ille vero opprimitur, ut plurimum, nedum insolescat,
Præsertim si Dei concurrat timor,
Bonorum omnium fortis magister.
Considera breviter, unum cum altero conferens,

136 *Πεδοστιβοῦς*. Vat. Edit. πεδοτριβοῦς. *Soli calculis strati.*

137 *Ἄργυρος*. Hic versus uno pede redundare videbatur Benedictinis, qui delendum proponebant τίς. Sed immerito, cum ἄργυρος sit dactylus, a quo primus pes versus informetur.

139 *Πότοις*. Coisl. τοποῖς, *in ædibus.*

143 *Χάρις*. Forte χάριν.

144 *Στρῶται*. Per *stratores*, inquit Billius, intelligit Gregorius eos, qui mensas aut lectos, aut aliquid ejusmodi sternunt. Per *vocatores* autem eos, qui apud divites hoc munere funguntur, ut heri nomine ad epulas certos homines invitent.

145 *Ἀνθηφόροι*. *Aspersores odorum fragrantium.*

147 *Κερασταὶ δακτύλων ὑψώμασι. Qui summa manu potum ministrant.* Bill., Leuv. *temperatores extremis utentes digitis.*

150 *Ὁ δ' ἐνδεής*. Ita Coisl. Edit. mendose οὐδ' ἐνδεής.

153 *Τεθνήξεθ' ὡς*. Ita Coisl. Edit. τέθηξ' ἐθ'.

METRICA VERSIO.

Argentum et imo conditum partim sinu
Terræ, unde fluxit, atque humo dignum tegi
Partim redundans et micans in poculis :
Equi, tapetes, ductor et cum curribus,
Canes, canumque qui feras capiunt duces :
Et quæ voluptas ventris est, heri improbi,
Datumque nil quæ respuit prorsus, gulæ :
Strator, vocator, janitor, somnum ciens,
Floresque gestans, quique discos abluunt
Terguntque, gustant qui dapes, umbram cient,
Spectantque nutus, qui levant, summa et manu
Potum ministrant crine feminei ; omnia
Hæc sunt sepulcri divitis, pictæque humi.
Consistit at inops : ac licet tandem cadat,

B Aut febre, senio fractus aut longo, nihil
Charis amicis afferet negotii.
Instar leonis spiritum nam rugiens
Edet, opulento floridus multo magis.
Quid restat? Ira, temeritas, insania,
Bacchus, cachinni, turpia et dicta, ac Dei,
Gregisque chari, et sanguinis contemptio :
Hæc cuncta longe divites premunt magis.
Namque insolescit dives, ac pestem hinc trahit.
Vexatur at inops sæpe, nec frontem erigit :
Potissimum si sit comes Dei metus,
Firmus magister omnis omnino boni.
Collata cerne quæque jam cum singulis,
Utrique justus arbiter vitæ manens.

Digitized by Google

Ἀμφοῖν δίκαιος τοῖν βίοιν μένων βραβεύς,
Εἰ μὴ φέρειν σοι καὶ τόδ' ὕβριν φαίνεται,
Ὥσπερ πενήτων ἐστάναι καὶ πλησίον,
Ἢ πνεῖν τὸν αὐτὸν ἀέρα, ἢ κλῆσιν μίαν
Καλεῖσθ', ὁμόστεγός τε καὶ σύμπλους δοκεῖν.
Φθονεῖς ἀρίστοις, καὶ κακοῖς οἰκτίζομαι.
Κακῶν γὰρ οὐδέν ἐστιν ἀθλιώτερον,
Κἂν εὐδρομῶσιν εἰς ἐπισφαλὲς τέλος.
Διαπτύεις πένητας, ὡς ἄλλου Θεοῦ·
Ἓν οἶδα πλάσμα, πάντας εἰς μίαν κρίσιν
Ἥξοντας. Ἀλλ' ἡ δευτέρα πλάσις, τρόπος.
Χρηστοῖς ἐπαίρῃ· σωφρονίζομαι φόβῳ.
Κάμπτῃ μογηροῖς· ἐλπίσιν κουφίζομαι.
Μένει γὰρ οὐδέν, ἀλλὰ ῥεῖ μακρῷ χρόνῳ.
Νὺξ ἡμέραν ἔπαυσε, νύκτα δ' ἡμέρα·

A Χαρὰν δὲ λύπη, καὶ τὰ τερπνὰ συμφορὰν
Ἔστησεν· οὕκουν, ὡς παγίοις, προσεκτέον.
Σοὶ δεινὸν οὐδὲν, οὐδὲ τῶν ἄγαν κακῶν·
Τῷ γὰρ φρονεῖν πως τὸ τρυφᾶν ἐνίσταται.
Ἐμοὶ δὲ πένθος, καὶ τὰ μικρὰ φαίνεται.
Θεοῦ γὰρ ἀλλοτρίωσις ἡ ἁμαρτία·
Πῶς δ' ἂν φέροιμι ζημιούμενος Θεόν;
Σοὶ χρηστὸς ὕπνος καὶ δύο πλευρῶν θέσεις.
Ἡδεῖς δ' ὄνειροι τῶν ἐν ἡμέρᾳ τύποι.
Πίνεις, κυβεύεις, λαμβάνεις, παίζεις, γελᾷς.
Ἐμοὶ δ' ἄῦπνον τοῦ βίου πλεῖστον μέρος,
Κεντοῦσι γάρ με καὶ καθεύδονθ' οἱ πόνοι
Ἂν δ' ἁρπάσω τι μικρὸν ὕπνου, δακρύω·
Φοβεῖ με καὶ εἴδωλα νυκτὸς ἀγρίας,
Κρίσις, δικαστὴς ἄῤῥοπος, ἔντρομος στάσις.

Utrique vitæ justus arbiter manens,
Nisi id et tibi injuriosum videtur,
Ut et prope pauperes stare,
Aut eumdem aerem spirare, aut eodem nomine
Vocari, ejusdemque tecti et navigii consortem videri.
Invides optimis; miseret me malorum.
Malis enim nihil est miserabilius,
Etiamsi prospero cursu in lubricum tendant.
Despuis egenos, quasi ab alio essent Deo:
Unum scio figmentum, omnesque idem in judicium
Venturos. At secunda formatio, mores sunt.
Efferunt te res prosperæ: me timor sapere docet.
Incurvant te res adversæ: spes me allevat.
Nihil enim permanet, fluunt universa temporis diuturnitate.
Nox diem fugat, et noctem dies:
Gaudium mœror, et res jucundæ mœrorem
Excipiunt: his ergo, ut stabilibus, non est inhærendum.
400-401 Tibi nil grave videtur, etiam ex his quæ valde mala sunt.
Quominus enim sapias deliciæ obsistunt.
Mihi vero luctu digna, etiam quæ parva sunt, videntur.
A Deo enim alienatio est peccatum:
Quomodo feram me Deo defraudari?
Gratus tibi somnus, et duorum laterum conjunctio.
Dulcia somnia quibus rerum diurnarum exhibentur simulacra.
Bibis, ludis, accipis, jocaris, rides.
Mihi vero insomnis maxima vitæ pars:
Pungunt enim me etiam dormientem molestiæ.
Si paululum autem somni arripuero, lacrymor;
Terrent me imagines noctis asperæ,
Judicium, judex inexorabilis, horrenda statio:

164 *Βραβεύς*. Coisl. et Vat. κριτής
167 *Μίαν*. Ita Coisl. Edit. male μίαι.
173 *Κρίσιν*. Coisl. κρᾶσιν.
176 *Μογηροῖς*. Coisl. γοεροῖς, et ἐλπίδι pro ἐλπίσιν.
182 *Τῷ γὰρ φρονεῖν πως*. Coisl. τὸ γαρ φρονεῖν τῷ τρυφᾶν.
186 *Θέσεις*. Billius sic emendat aut emendare videtur: δυοῖν πλευρῶν δέσεις.
187 *Ἡδεῖς*. Coisl. ἡμεῖς, quod error esse videtur. Ὄνειροι τῶν ἐν ἡμέρᾳ τύποι, *somnia namque sunt imagines eorum quæ interdiu nobis contigerunt:* quod quidem Gregorius alio in loco sic expressit: Φροντίσιν ἡματίαις γὰρ ὅμοια φάσματα νυκτός. *Curis diurnis similia sunt noctis simulacra*, lib. II, sect. I, poem. I, vers. 291.

METRICA VERSIO.

Ni forte iniquum tu quoque hoc existimas,
Ut quod propinqua sit cohors tibi pauperum,
Paremque spiret aerem, nomenque idem
Gestet, habitetque et naviget tecum simul.
Viris honestis invides? miseror malos.
Turba nocente nil enim est infelicius,
Cursu secundo tartarum quamvis petant.
Contemnis inopes, ut satos Deo altero?
Figmentum at unum nosco, idem cunctis fore
Tribunal; alia fictio, mores probi.
Animos tibi augent læta: castigor metu.
Te dura curvant: spe levor, nam nil manet,
Sed cuncta longo temporis tractu fluunt.
Claudit diem nox: comprimit noctem dies.

B Luctum voluptas, gaudium mœror fugat:
Figenda non his ergo mens firmis velut.
Tibi tetra nullum crimina immittunt metum:
Eripere luxus nam solet mentem bonam.
At mihi pusillis surgit ex noxis dolor.
Nam noxa summo distrahit nos a Deo:
Jacturam at ipsa quo feram pacto Dei?
Tu dulce dormis ad latus jungens latus,
Referuntque lucis mellei somni typos,
Bibis, aleaque lusitas, rides, capis.
At parte vigilem maxima vitam exigo.
Nam dormientem me labor pungit quoque.
Ac si soporis quidpiam capiam, gemo.
Nam spectra noctis asperæ metum afferunt.

Digitized by Google

Πηγὴ παφλάζουσ' ἔνθεν ἀσβέστου πυρὸς
Σκώληξ ἐκεῖθεν ἐσθίων ἀϊδίως·
Μέσον συνειδὸς, ἄγραφος κατήγορος
Θεὸς Θεός σοι, ἢν φέρῃ τὰ δεξιά·
Ἐμοὶ σεβαστὸς, κἂν φέρῃ τἀναντία.
Τὸ γάρ με κάμνειν, φάρμακον σωτηρίας.
Ὅσον πιέζομ', ἔρχομαι τόσῳ πέλας
Θεοῦ· τὸ γὰρ πάσχειν με συσφίγγει Θεῷ.
Καὶ γὰρ στρατὸς δώκων εἰς τεῖχη φέρει.
Παῖδες, γυνὴ σοὶ καὶ φίλοι παρήγοροι,
Ἃ καὶ μεθίσταθ' ἡ μεγίστη συμφορά.
Ἐμοὶ δ' ἔρεισμα καὶ παραψυχὴ Θεὸς
Πεινῶντι, καὶ ῥιγοῦντι καὶ στενουμένῳ.
Ὕβριζε, παῖε, δυσγενῆ, πτωχὸν κάλει,
Πάτει, βιάζου, μικρὸν ὑβρίσεις χρόνον.

A Θεῷ φέρω τὰ πάντα πρὸς ὃν καὶ βλέπω.
Πέμπω λογισμὸν εἰς βίον τὸν ὕστερον·
Ἐκεῖ καθίσταμ'. Οὐδὲν οἶδα τῶν κάτω.
Οὕτω τὸ λυποῦν ῥᾳδίως ἐκνόσομαι.
Τί τ' ἄλλα; σήμερον δὲ σοὶ μὲν μὴ λαβεῖν
Τὴν ψῆφον, οὐ φορητὸν, ὡς γ' ἐμοὶ δοκεῖ·
Οὐ γὰρ φέρει κρατούμενον τὸ κρατοῦν ἀεί.
Ἴσον δ' ἐμοὶ λαβεῖν τε καὶ τὸ μὴ λαβεῖν.
Ἀρκεῖ Θεός μοι, κἂν τὰ πάντ' ἄλλος φέρῃ.
Τοῦτ' εὐκλεὲς μέγιστον εἰς νίκην ἐμοί.
Κοσμ. Τί οὖν ἐὰν πέσωσι τῶν ἄκρων τινές;
Πν. Τί οὖν ἐὰν πέσωσι καὶ τῶν δευτέρων;
Καὶ γὰρ κατορθοῦν ἔστιν ἀμφοῖν, καὶ πεσεῖν.
Ἴσον πρὸς ἴσον, ἀλλ' ἐγὼ χείρους πολὺ
Τίθημι τοὺς πίπτοντας ἐν πρώτῳ βίῳ·

Hinc fons ebulliens ignis inexstinguibilis,
Illinc vermis æternum peredens :
Media conscientia, absque scripto accusatrix.
Deus tibi Deus est, si donet prospera :
Mihi venerandus est, etiamsi ferat contraria.
Nam si affligor, præsidium id salutis est.
Quo magis premor, eo propius accedo
Ad Deum : ipsa me afflictio astringit Deo.
Insequens enim exercitus ad mœnia impellit.
Tibi uxor, pueri et amici solatium ferunt,
Quorum jactura maxima est calamitas.
Mihi præsidium et solatium Deus,
Esurienti, rigenti, afflictato.
Injuriam fac, percute, ignobilem, pauperem voca,
Calca, vim infer, non diu injuriam facies.
Deo offero omnia, ad quem et respicio.
Emitto cogitationes in futuram vitam ;
Hlic hæreo : nihil eorum quæ infra sunt, novi.
Sic mœrore facile liberor.
Quid plura? Hodie tibi non adjudicari
Causam, res est, ut mihi videtur, intolerabilis :
Non enim vinci se fert, qui semper vincit.
Mihi autem perinde est accipere et non accipere.
Sufficit mihi Deus, etiamsi omnia alius auferat ;
Hæc mihi maxima est ad vincendum gloria.
Sæc. Quid igitur si summorum labuntur aliqui?
Spir. Quid si labantur etiam ex his qui secundum gradum tenent?
402-403 Etenim præclare agere utrique possunt et cadere.
Par utrinque ratio, verumtamen longe deteriores
Existimo eos esse qui labuntur in perfectiore vita :

200 Τόσῳ. Coisl. τόσον.
209 Θεῷ. Coisl. Θεόν. Ma Vat. qui addit μου, quam lectionem sequitur Leuv. *Deum meum ego semper gesto.*

METRICA VERSIO.

Censura, judex, statio cui comes tremor,
Hinc fons perennis bulliens flammæ, impias
Sine fine mentes vermis hinc morsu petens :
Hæc inter animus conscius, scelera arguens,
Ullo absque scripto. Tum Deus tibi est Deus
Cum læta mittit ; hunc et in duris colo :
Est nam salutis ansa, quod premor, mihi,
Quo gravius angor, propius accedo ad Deum.
Nam me supremo Numini astringit dolor,
Ut cogit hostis insequens ad mœnia.
Proles, amici, sunt tibi solatio,
Uxorque, quorum damna mors tibi parit.
At mihi levamen atque subsidium est Deus,
Cum frigus, aut me dura cum fames premit.
Illude, cæde, pauperem, obscurum voca,
Calca, opprime etiam, non diu me proteres.

B Fero cuncta summo, mente quem cerno, Deo.
Vitam sequentem cogito, illic collocor.
Nihil inferarum cognitum est rerum mihi.
Nullo labore sic fugit mœror meus.
Quid plura? si tu forte nunc causa cadas,
Aut fallor, istud aut feres gravissime :
Qui vincit etenim semper, is vinci dolet.
Vincam ipsa causa, vel celam, par est mihi,
Deum modo habeam ; reliqua, qui volet, ferat.
Decusque famæ maximi ad palmam æstimo.
Mund. Quid ergo summo si cadant ex ordine,
Quidam? *Spir.* Quid ergo si cadant ex altero?
Nam labi utrique, consequi et laudem queunt.
Par cum pari sit ; pejor at multo mihi
Videtur is qui principe in vita cadit :
Tam sum malis infesta! nam quorum magis

Digitized by Google

Τοσοῦτόν εἰμι τοῖς κακοῖς ἐναντίος.
Ὧν γὰρ κρατούντων τιμιώτεραν κράτος,
Τούτων πεσόντων πτῶσις ἀθλιωτέρα.
Ἐκεῖνο δ' αἰτῶ μὴ λογίζεσθαι βίῳ
Εἴ τις κάκιστος· τῷ βίῳ γὰρ δυσμενής.
Σκοπεῖν δ' ἐφ' αὑτῷ καὶ δοκιμάζειν τὸν τρόπον
Καλῶν θ' ὁμοίως καὶ κακῶν κατ' ἀντίον,
Καὶ μὴ τὸ μεῖον ἐν ζυγῷ καταῤῥέπειν,
Οὐ γὰρ δίκαιον, ἰσχύειν δὲ τὸ πλέον.
Γνοίης δ' ἂν οὕτω τοῖν βίοιν ὅσον μέσον,
Μή μοι τὸν ἄκρον τῶν ὄνων ἵππων κακῷ
Ἀντεξετάζειν, μηδὲ κοσμικοῦ βίου
Ἄριστον ἄνδρα, τῷ κακίστῳ τῶν ἐμῶν·
Κρείττους γὰρ ἂν φανεῖεν, οὐκ ἀρνήσομαι.
Εἰ δ' ἄκρον ἄκρῳ, καὶ κακὸν θεῖης κακῷ

A Ἐναντίους, μάθοις ἂν ἀπόσον κρατῶ.
Σκόπει κἀκεῖνο, ὅσον ἐν παντὶ χρόνῳ
Τὸ πταῖσαι ὑμῖν, καὶ παρ' ἡμῖν τὸ κρατοῦν.
Μίαν δέ φασιν οὐ φέρειν χελιδόνα
Ἔαρ τὸ καλὸν, οὐδὲ γὰρ γῆρας τρίχα.
Τί φῄς; δίδως τὴν ψῆφον; ἢ χαίρειν ἐῶ;
Κριτ. Δίδωμι· πῶς δ' οὔ; τηνικαῦτ' οἰήσο-
μαι
Χρῆναι προτιμᾶν τὸν κάτω τοῦ σοῦ βίου,
Ὅταν θεῷ βροτῶν τιν' ἰσώσω μανείς·
Εἰ δ' οὐ μανήσομ', οὐδὲ τοῦτο πείσομαι.
Ἀλλ' ἄπιτε· λώϊον δ' ἦν ἔχητ' εἰρηνικῶς
Ἄμφω πρὸς ἀλλήλους τε καὶ Θεὸν μέγαν,
Σὺ μὲν νέμων τὰ πρῶτα τῷ πρώτῳ βίῳ,
Σὺ δ' ὡς ἀδελφὸν δεύτερον προσλαμβάνων.

Usque adeo malis sum inimica.
Quorum enim, si vicerint, gloriosior est victoria,
Illorum quoque, si labantur, lapsus est miserior.
Hoc autem postulo, ut minime imputetur vitæ generi,
Si quis fuerit pessimus : huic enim vitæ est inimicus.
At consideres velim et perpendas mores
Bonorum pariter et malorum ex adverso :
Nec, quod minus est, in lance deorsum vergat
(Non enim æquum fuerit), sed præponderet, quod gravius est.
Sic disces, quantum sit inter utramque vitam intervallum.
Nec mihi optimum inter asinos cum equorum pessimo
Conferas, neque mundanæ vitæ
Præstantissimum virum cum deterrimo meorum :
Alioqui meliores tui videbuntur, id non negabo.
Verum si summum cum summo, pravum cum pravo conferas
Ex adverso, tunc intelliges quantum antecellam.
Hoc quoque perpende, quot sint quovis tempore
Ex vobis qui cadant, ex nobis autem qui vincant.
Una enim, ut aiunt, non facit hirundo
Ver jucundum, nec unus senectutem pilus.
Quid ais? dasne calculum? aut te valere sino?
Jud. Do. Qui enim non darem? Tunc arbitrabor
Præferendam esse terrenam vitam tuæ,
Cum, mente captus, Deo mortalem quempiam parem fecero.
Quandiu autem sana mente fuero, id non crediderim.
Vos vero, jam abite : satius est ut pacem habeatis
Ambæ mutuam inter vos et cum magno Deo :
Tu quidem primas concedens primæ vitæ,
Tu vero ut sororem hanc a te secundam amplectens.

224 *Ἐναντίος*. Ita Coisl. Edit. ἐναντίως.
225 *Ὧν*. Coisl. et Vat. ὡς.
230 *Κατ' ἀντίον*. Vat. in margine ἀνδρῶν κάτα.
231 *Καταῤῥέπειν*. Vat. κάτω ῥέπειν.
232 *Ἰσχύειν δέ*. Ita Coisl. Edit. ἰσχύειν *καί*.
234 *Ἵππων*. Coisl. et Vat. ἵππῳ.
240 *Ὅσον*. Edit. ἴσον.
241 *Ὑμῖν*. Ita Coisl. Edit. ἡμῖν.
243 *Καλόν*. Coisl. τερπνόν.
244 *Δίδως τὴν ψῆφον; An victoriam mihi calculo tuo concedis?*
249 *Λώϊον δ' ἦν. Præstat vos mutuam*, etc
252 *Προσλαμβάνων*. Ita Coisl. Edit. προσλαμβάνω.

METRICA VERSIO.

Est palma celebris, dum decus palmæ ferunt,
Horum ruina est, dum cadunt, quoque tristior.
Hoc posco, generi ne imputes vitæ, malus
Si quis sit; odit hic enim vitæ genus.
Sed separatim tum bonorum ponderes
Mores, malorum tum malos mores item :
Nec vergat infra quod minus (iniquum hoc enim),
Sed robur habeat id quod est multo amplius.
Sic porro nosces inter has vitas duas
Quid distet; asinum pessimo cum equo optimum
Conferre noli · nec meorum pessimo,
Mundana eum qui præstet in vita omnibus.
Sic ille namque vinceret : non id nego.
Bonum at bono si conferas, pravo et malum,

B Quantum antecellam protinus conspexeris.
Reputes et illud, quod grege ex nostro cadant
Pauci, tuorum et infrequens vineat cohors.
At ver, ut aiunt, una hirundo non facit,
Ut nec senectam crinis unus. Quidnam ais?
An calculum das? aut valere te sino?
Jud. Do vero, nam tunc inferam vitæ tuæ
Vitam anteponam, mente cum læsa Deo
Æquabo summo quempiam mortalium.
At sana donec mens erit, non hoc agam.
Abite : satius ast erit, si mutuam
Pacem colatis, et Deo cum maximo.
Primas quidem tu principi vitæ dato :
At tu ut sororem rursus hanc complectere.

Digitized by Google

Εἰτοι τὸ πρῶτον οὐκ ἔχει, τί κωλύει
Ἔχειν τὰ δεύτερ' ; οὐδὲ τοῦτ' ἀτιμία.
Οὕτως ἂν ἡμῖν ἀσφαλὴς εἴη βίος.

Θ'. Περὶ ἀρετῆς.

Τὴν ἀρετὴν ποθέω μὲν, ἀτὰρ τόδε μ' οὐκ ἐδίδαξεν,
Ἥτις δὴ τελέθει, καὶ ὁππόθεν ἵξετ' ἔμοιγε,
Καὶ μάλα περ ποθέοντι. Πόθος δ' ἀτέλεστος, ἀνίη.
Εἰ μὲν δὴ καθαρὸς τελέθει ῥόος, οὐκ ἐπίμικτος
Ὕδασι χειμερίοισι, χαραδραίοισί τ' ἀναύροις,
Δίζημ' ὅς μιν ἔτετμεν ἐπὶ χθονός. Ἦ γὰρ ἀνέσχε
Βόρβορον ἐκ κραδίης, ἢ δέξατο, σάρκα βαρεῖαν

A Ἕλκων, καὶ ζοφόεντι θολούμενος ἔκτοθεν ἐχθρῷ
Ζωῆς ἡμετέρης, καὶ ἰλυόεντι βερέθρῳ.
Οὐδὲ γὰρ ἦεν ἐοικὸς, ἐπεὶ ῥύσις εἰμὶ παγεῖσα,
Καὶ ῥευστοῦ βιότοιο διεκρέω, ἔμμεν' ἄρευστον.
Εἰ δ' οὐκ ἀργύρεος πάντη ῥόος, ἀλλ' ἐπίμικτος
Ἔστι χειροτέροις ἀρετὴ, καὶ μίξις ἄκοσμος,
Πῶς ἀρετὴ τελέθει, τάδε φράζεο. Καὶ γὰρ ἔγωγε
Τῇ καὶ τῇ νόον ὠκὺν ἐπὶ στήθεσσιν ἐλίσσω.
Ψυχρὴ μὲν χιόνος φύσις ἔπλετο, ἀργυρέη τε·
Ξανθὴ δ' αὖ θερμή τε πυρὸς φύσις, οὐδ' ἐπίμικτα
Ταῦτα πέλει. Ἐλύθη δὲ βίη πάρος, ἢ ἀνεμίχθη.
Τῇ δ' ἀρετῇ πῶς αἶσχος ἐπήλυθεν εἰκόν' ἀτίζον,

Si primas quis non habet, quid vetat
Quominus secundum locum teneat? Neque id ignominia afficit.
Sic nobis secura erit vita.

404-405 IX. *De virtute* *.

Virtutem quidem desidero, verum hoc non me docuit,
Quænam illa sit, et unde contingat mihi,
Quamvis cupidissime expetenti. Cupiditas non expleta supplicium est.
Si purus quidem est rivus virtutis, nec immistus
Aquis hibernis, aut salebrosis torrentibus ex pluvia collectis,
Quæro quis eam invenerit in terra. Aut enim protraxit
Cœnum ex corde, aut suscepit, utpote graven carnem
Trahens, et tenebroso externe turbatus hoste
Vitæ nostræ, ac lutulento barathro.
Neque enim conveniebat, cum fluxus sim concretus,
Ac per fluxam vitam decurro, me esse fluxionis expertem.
Si autem non limpidus omnino est rivus, sed permista
Est deterioribus virtus, et concretio fœda,
Quomodo virtus esse queat, considera. Ego enim
Hinc et inde celerem mentem intra præcordia volvo.
Frigida quidem est nivis natura et candida ;
Flava vero et calida ignis natura, nec miscentur
Hæc inter se. Ante enim eorum vis solvetur, quam commisceantur
Virtuti autem quomodo macula superveniens imaginem dedecorat,

* Alias Bill. 59, p. 135.

253 *Εἴ τοι.* Forte εἴ τις.

254 *Τοῦτ' ἀτιμία.* Ita Coisl. codex. Edit. τοῦ τ' ἀτιμίαν.

IX. Argumentum : « *Eruditissimum ac contemplationis plenissimum carmen* De humana virtute *hic condidit Gregorius, in quo omnem mentis elationem, studiumque vel sibi, vel aliis placendi ex anima elidit, ac contra humilitatem et modestiam ipsius amatoribus conciliat.* » *Hoc est Cyri argumentum in istud carmen eximium, quo certe non est aliud ullum inter Gregorii carmina præstantius : in eo virtutem generatim, ejus naturam et essentiam exponit. Quam infirma, imperfectaque virtus humana sit, ostendit, quam difficile comparetur : Dei donum esse docet, Dei, inquam, sine cujus ope* nihil aliud sunt homines, nisi ludibria et viva cadavera sceleribus fetida. *Conditum autem esse illud carmen videtur, cum adhuc in sede Constantinopolitana Gregorius noster sederet, id est circa annum* 380.

Tit. *Περὶ ἀρετῆς.* Sic Vat. et Reg. 992. Edit. εἰς ἑαυτόν, *de seipso.*

4 *Ῥόος.* Sup. lin. ἀρετή.

6 *Ἔτετμεν.* Coisl. et Reg. 991 sup. lin. εὗρεν, κατέλαβε. Mox ἄνεσχε. Schol. ἀναδέδωκε καὶ ἀνέθλυσε.

10 *Ῥύσις εἰμὶ παγεῖσα.* Job x : *Nonne sicut lac mulsisti me, et sicut caseum me coagulasti?*

11 *Ἄρευστον.* Schol. ἄφθαρτον.

12 *Ἀργύρεος.* Sup. lin. λαμπρός.

14 *Καὶ γάρ.* Schol. καὶ γὰρ ἔγωγε πολλὰ σκοπήσας οὕτω κατέλαβον. *Etenim nondum percepi, quamvis in id mentem confecerim.*

16 *Ἀργυρέη τε.* Reg. ἀργυφέη τε.

18 *Πάρος, ἤ.* Schol. πρῶτον γὰρ λυθήσεται ταῦτα ἢ ἀλλήλοις μιγήσεται.

METRICA VERSIO.

Si ferre primas nequeat aliquis, quid vetat,
Quin is secundas teneat? hoc probro caret.
Sic vita nobis tuta erit periculo.

IX. DE VIRTUTE.
(*Billio interprete.*

Ipse quidem miro teneor virtutis amore
At nec quænam sit, nec qua ratione parari
Possit, me docuit, quamvis mihi nil magis esset
In votis : cruciat porro frustrata cupido.
Namque latex illa est purus si prorsus, et undæ
Brumalis, torrensque parit quam turbidus, expers,
Scire aveo quisnam in terris invenerit illam.
Aut etenim e medio lutulentum pectore cœnum
Extulit : aut certe infelix excepit, onustus

B Carne gravi, quemque externe sævissimus hostis
Turbet et inficiat, luteo immergatque barathro.
Nam cum sim fluxu primum concretus, et ævum
Percurram fluidum, non conveniebat ut in me
Fluxio non caderet. Sin non purissima prorsus
Est virtus aqua, sed cœno miscetur olenti,
Qui virtus queat esse, velim tecum ipse volutes.
Namque animus partes noster se versat in ambas.
Frigida nix tantum est et candida : flammaque rursus
Tota calet, rubet atque, nec unquam in fœdus [amicum
Ista coire queunt ; quod si vim feceris, ante
Miscere inter se quam possis illa, peribunt.
Quinam ergo sceleris labes fœdissima sese

Digitized by Google

20 Εἰκόνα τὴν μεγάλοιο Θεοῦ, κακόχαρτος ἁμαρτάς,
Εἰ ἐτεὸν Θεός εἰμι, λάχος δὲ σὸν εὔχομαι εἶναι.
Πυνθάνομ' Ἀλφειοῖο καλὸν ῥόον, ὡς διὰ πικρῆς
Ἔρχεθ' ἁλὸς, μέγα θαῦμα, γλυκὺς ῥόος, οὐδ' ἐπί-
[μικτος
Ἡ λώβη τελέθει. Λώβη δέ τε ἦέρος ἀχλὺς,
25 Καὶ νοῦσος μελέων· ἀρετῆς δέ τε, ἡμετέρη νύξ.
Πολλάκι ταρσὸν ἄειρα πρὸς αἰθέρα, καί με βαρεῖα
Τηκεδανή τε μέριμνα χαμαὶ βάλε· πολλάκι δ' αὖτε
Αὐγασάμην θεότητος ἀγνὸν φάος, ἀλλὰ μέσον τι
Ἦλθε νέφος, κρύφθη δὲ σέλας μέγα, καί μ' ἐδάϊξεν,
30 Ὡς φύγεν ἐγγὺς ἐόντα. Τίς ὁ φθόνος; ἢ ποθέεσθαι
Αἰὲν ἐμοὶ ποθέει θνητοῦ νόμος, ἢ τόδ' ἄμεινον

A Ἔστιν ἐμοὶ, μόχθῳ μὲν ἑλεῖν, μόχθῳ δὲ φυλάξαι,
Τοῦτο γὰρ ἔμπεδόν ἐστιν, ὃ νοῦς κάμε. Πολλάκι δ' αὖτε
Ἐσθλοῦ τ' ἠδὲ κακοῖο διάκρισιν ἐχθρὸς ἄμερσεν,
35 Ὡς θὴρ κερδαλέος τις ἐπ' ἴχνεσιν ἴχνια βάλλων,
Ὡς κεν θηρητῆρα καλοῦ πλάξειε δόλοισιν.
Ἄλλο τι σὰρξ μὲν ἄνωξεν ἐμοὶ φίλον, ἄλλο δ' ἐφετμή,
Ἄλλο Θεὸς, φθόνος ἄλλο, χρόνος τὸ μὲν, ἄλλο τι δ' αἰών.
Ἔρδω δ', ὃ στυγέω, καὶ ἀμφιγέγηθα κακοῖσι.
40 Καὶ γελόω μόρον αἰνὸν ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἐμοῖσι,
Σαρδάνιον, κακόχαρτον, ἐπεὶ καὶ τερπνὸς ὄλεθρος.
Νῦν χθαμαλὸς, νῦν αὖτε μετήορος· ὕβριν ἀτίζων
Σήμερον, ὑβριστὴς δ' ἂρ' ἐς αὔριον· ἄλλος ἐν ἄλλοις
Καιροῖς, πουλυπόδης τις ἐοικὸς χρόα πέτραις·

20 Imaginem magni Dei, malis gaudens peccatum,
Si vere Deus sum, et partem tuam me esse glorior?
Audio Alphæi pulchrum amnem per amarum
Æquor fluere, et quod valde mirum, dulcem servare aquam, nihilque ipsi
Corruptionis admisceri. Corruptela autem aeris est nubes:
25 Morbus corporis: virtutis autem peccatum, quod est nox nostra.
Sæpe pedem tuli in æthera, sed me gravis
Et exitiosa cura in terram dejecit; sæpe etiam
Affulsit mihi divinitatis sanctum lumen, sed media illico
Interfusa nube, subtraxit se lux magna, et dolore me confecit,
30 Ut me fugit, cum prope essem. Quæ invidia? an ut desiderio ardeam,
Perpetuo poscit hominum lex? an hoc melius
Est mihi, labore quidem comparare, labore etiam servare?
406-407 Hoc namque stabile est, in quo mens multum laboravit. Sæpe eti
Boni et mali delectum hostis ademit,
35 Veluti fera quædam callida, vestigiis vestigia inducens,
Ut venatorem virtutis dolo decipiat.
Aliud quid caro blandum mihi præcipit, aliud lex:
Aliud Deus, aliud livor; tempus præsens aliud, aliud æternitas:
Ago quod odi, et propriis oblector malis.
40 Rideo gravem mortem, conceptam in visceribus meis,
Risu sardonico et flagitioso, siquidem mihi mea grata est pernicies
Modo humilis, modo sublimis; a contumelia abhorrens
Hodie, cras contumeliosus: alius in aliis
Temporibus, polypus quidam referens colorem petræ.

25 *Ἡμετέρη νύξ.* Schol. 991 φθορὰ ἡ παρ' ἡμῶν ἁμαρτία. *Nostra nox, nempe corruptio, peccatum quod a nobis est.*

29 *Ἐδάϊξεν.* Schol. λελύπηκεν οὐ μετρίως.

30 *Τίς ὁ φθόνος.* Id est, ut Cyrus exponit, *quænam causa est ut a bono excidam, nec illud consequar?*

32 *Φυλάξαι. Ut labore partum majori studio servem.*

33 *Ὁ νοῦς κάμε.* Schol. μετὰ πολλοῦ πόνου κατέλαβε, *quod mens magno labore percepit.*

34 *Ἄμερσεν.* Ἀφείλετο.

36 *Πλάξειε.* Coisl. πλάζειε. Schol. ἀποπλανήσῃ τῆς ἀληθείας.

38 *Χρόνος.* Schol. ἡ παροῦσα ζωή.

41 *Σαρδάνιον. Sardonium risum ridere*, inquit Billius post Erasmum, idem est ac voluptatem ex aliqua exitiosa re capere.

44 *Ἑλιδόμενος χρόα πέτραις.* Polypodes dicuntur referre petrarum, quibus adhærent, colorem.

METRICA VERSIO.

Virtuti adjunxit, simulacrum nobile turpans
Numinis ætherei, si vere sum Deus, atque
Pars tua, summe Parens, non frustra dictitor esse?
Arcadicum memorant amnem per salsa fluentem
Æquora dulcorem incolumem servare, nec ullam
Ipsi immisceri labem; res mira profecto!
Ætheris at labes caligo, corporis acris
Vis morbi, mea nox virtutis denique labes.
Sæpe meus sese pes summa ad sidera lætus
Extulit: at subiens tristis me cura repente
Stravit humi. Lumen rursus persæpe tuenti
Numinis æterni, nubes densissima sese
Protinus injecit mediam: sese abdidit ingens
Fulgor, et ardentem fixit mihi corde dolorem
Ut mihi jam propius posito se præpete cursu
Eripuit, cepitque fugam. Cur istud? Amari
An quod a me semper cupiat, cupideque requiri
(Namque ita moris habent homines quoque)? vel
[mihi quod sit

B Utilius satiusque Deum non absque labore
Accipere, ut captum servem studiosius? istud
Nam demum stabile est, quod mens perceperit ægre.
Sæpe mihi rursus delectum subdolus hostis
Virtutis vitiique adimens, mea lumina fallit,
Ut fera, signa pedum quæ signis callida turbat;
Hac venatorem virtutis ludat ut arte.
Quod blandum est mollis caro præcipit: ast Deus
[atque
Lex divina aliud, mundus diversa, malusque
Livor: et id facio quod mens mea damnat et odit,
Oblectorque malis, mortemque in pectore fixam
Rideo sardonio risu; certissima pestis
Nam mihi lætitiam gignit. Submissius est me
Nunc nihil: elata gradior nunc mente: superbos
Nil hodie duco: cras sum tamen ipse superbus.
Tempore pro vario varios assumere mores
Non vereor nimium levis, ac sum polypus alter,
Diversos capiens diversa ad saxa colores.

Digitized by Google

45 Δάκρυα θερμὰ χέων, ἡ δ' οὐ συνέρευσεν ἁμαρ- [τάς.
Καὶ τὰ μὲν ἐξεκένωσα, τὰ δ' ἔνδοθεν αὖθις ἀγείρω
Ἄλλαις ἀμπλακίῃσιν, ἄκους δέ τε φάρμακα ῥίψα.
Σάρκεσι παρθένος εἰμὶ, καὶ εἰ φρεσὶν, οὐ σάφα οἶδα.
Αἰδὼς ὄμμ' ἐκάλυψε, νόος δ' ἀνένευσεν ἀναιδὴς,
50 Ὀξυφαὴς ξείνοισι κακοῖς, ἰδίοις δέ τ' ἀφεγγής.
Οὐράνιος μύθοισιν, ἐπιχθόνιος πραπίδεσσιν
Εἰμὶ, γαληνιόων τε, καὶ εὔδιος· εἰ δ' ἄρ' ἀήτης
Καὶ τυτθὸς πνεύσειεν, ἀνίσταμαι οἰδαλέοισι
Κύμασιν, οὐδ' ἀπέληξε ῥόθος πάρος, ἠὲ γενέσθαι
55 Νηνεμίην. Τῆμος δὲ πεσεῖν χόλον, οὐ μέγα θαῦμα.
Πολλάκι δ' εὐδρομέοντα σὺν ἐλπωρῇσιν ἀρίσταις,
Ἤδη καὶ μεσάτης ἀρετῆς ὑπερεκτείνοντα,
Ἐξαπίνης παλίνορσον ὑπὸ προπόδεσσιν ἔθηκεν.
Ὥς τε κατὰ ψαμάθοιο φέρων πόδα λοίγιος ἐχθρὸς,
60 Κλεπτομένης προπάροιθεν ὑπ' ἴχνεσιν ἀστα- [τέουσιν·
Αὖθις ἀνέρχομ' ἔγωγε, καὶ ἔμπαλιν ἔρχομ' ὀπίσσω.
Πλεῖον ἔτ' ἢ τοπάροιθε δυσάμμορος, αἰὲν ὀδεύων,
Αἰὲν ἔχων μέγα τάρβος, ἔβην μόγις, ὥκα δ' ὄλισθον.
Μακρός μοι βίος ἐστὶ, καὶ οὐκ ἐθέλω βιότοιο
65 Λύσιν, ἄκος ποθέων, ἄκος δέ τε τῆλ' ἀπ' ἐμεῖο,
Ἥμασι πλειοτέροισι πλέον κακότητος ἀγείρων.
Τοὔνεκεν ἡμετέρῃ γενεῇ τόδε δόγμα πεπῆχθω·
Πρώτη μὲν Τριάδος καθαρὴ φύσις· αὐτὰρ ἔπειτα,
Ἀγγελική· τριτάτη δ' ἄρ' ἐγὼ βροτὸς, ἀμφιτάλαντος,
70 Μεσσηγὺ ζωῆς τε καὶ ἀργαλέου θανάτοιο

A

45 Calidæ fluunt ex oculis lacrymæ, sed non fluit peccatum :
Et has quidem exhausi, alias autem intus colligo
Aliis peccatis, ac medicinæ remedia projeci.
Corpore virgo sum ; an autem et mente, haud certum habeo.
Pudor oculos contegit, animus autem sese effert impudens ;
50 Acutum cernens in alienis vitiis, in propriis vero cæcutiens.
Cœlestis sermonibus, terrenus animo
Sum, tranquillusque et placatus ; sin autem ventus
Vel levis flaverit, statim tumidis attollor
Fluctibus, nec æstus ille conquiescit prius, quam redeat
55 Serenitas. Tunc autem iram cadere non valde mirum.
Sæpe etiam recte currentem cum spe optima,
Et jam ultra mediam vulgaremque virtutem pertingentem,
Subito præcipitem, ad ima dejecit pestifer inimicus ;
Ac veluti, cum quis incedit per arenam,
60 Quæ furtim ante subduxit se vestigiis instabilibus quam figantur
Rursus ascendo, et rursus in terram relabor,
Magis adhuc quam antea miser, semper incedens,
Semper magno perculsus terrore, vix ascendi, cito corruo.
Longa mihi jam vita est, nec tamen desidero vitæ
65 Solutionem, medicinam expetens : medicina autem longe est a me
Utpote qui, quo plures cunt dies, eo plura contraho vitia
Quamobrem nostro generi hoc dogma fixum esto :
Prima quidem Trinitatis pura natura : deinde vero
408-409 Angelica : tertia autem mortalis, quæ mea est, ambigua,
70 Media inter vitam et acerbam mortem

49 *Αἰδὼς*. Sic Vat., Coisl. et Reg. 991. Edit. male αἰδοῦς.
50 *Ὀξυφαὴς*. Hoc est, quod ait Horatius : *Cur in amicorum vitiis tam cernis acutum*.
53 *Οἰδαλέοισι*. Schol. ὥσπερ θάλασσα.
54 *Ἀπέληξε* Sic Vat. Edit. ἀπέρηξε. Schol. καὶ οὐ πρὶν κατέπαυσα τὴν ὀργὴν, πρὶν τὰ τῆς ὀργῆς ἐπιδείξασθαι.
56 *Εὐδρομέοντα*. Coisl., Vat., Reg. 991. Sup. ἢ. τρέχοντα.
58 *Προπόδεσσιν*. Schol. πόσιν.
66 *Κακότητος*. Mendose edit. κακότητας
69 *Ἀμφιτάλαντος*. Schol. ἀμφιῤῥεπής.

METRICA VERSIO

Effundo lacrymas : sed noxa haud effluit una ;
Et lacrymis fusis, nova per peccata recentes
Interne lacrymas cumulo, quæque ante, medere
Ut morbis animæ, sumpsi medicamina, perdo.
Corpore sum virgo, verum an quoque mente, fu- [git me.
Ora pudor texit : sed mens ignara pudoris
Sese effert. Oculos aliena ad crimina claros
Tendo : sed ipse meo sum plane in crimine cæcus.
Sermo meus cœlum resipit : sed terrea mens est.
Nil me tranquillum magis est : at vel levis aura
Si flarit, tumidis confestim surgo procellis ;
Nec fera tempestas, nec fluctus ante quiescunt,
Omnia quam ventus reddat tranquilla recedens :
Tum vero non est iram considere mirum.
Sæpe etiam egregia dum spe subnixus in altum
Efferor, ac mediæ virtutis septa volatu

B

Transilio, dirus resupinum montis ad ima
Præcipitem fundit Satanas : mihique accidit illud,
Quod solet huic, qui littorea dum incedit arena,
Haud certa elusis pedibus vestigia firmat.
Erigor ipse iterum : rursusque in terga relabor,
Quam prius infelix magis ; incedensque labore
Perpetuo, trepidumque fovens in corde pavorem,
Vix gradior : citus at labens figo oscula terræ.
Jam decursa mihi longissima tempora vitæ,
Nec tamen hinc exire libet : quod pharmaca morbis
Ipse meis cupiam, procul at medicina remota est :
Nam plus vivendo scelerum quoque crescit acervus,
Dogma ergo humano generi hoc statuatur oportet :
Prima quidem Triadis pura est natura beatæ ;
Angelica hanc sequitur : postrema ego, partem in [utramque
Ancipiti fato vergens, finisque beatus

Digitized by Google

Ἐστηὼς, ἐρίδωρον ἔχων τέλος, ἀλλ' ἐπίμοχθον,
Εἰ καὶ μικρὸν ἔψξα κακοῦ βιότοιο θύρετρα.
Ὧδε Θεὸς γὰρ ἄνωξεν ἐμῆς φρενὸς ἔμμεν' ἄεθλον.
Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἐν πλεόνεσσι κακοῖσι
Βαιὰ φέρει κακίης ἰνδάλματα, καὶ πρὸς ἀνάντες
Σπεύδει σὺν μεγάλοιο Θεοῦ χερὶ, θερμὸν ἔρωτα
Τῆς ἀρετῆς φορέων, κακίης δέ τε νῶτα διώκων.
Ὡς τε ῥόος ποταμοῖο βιώμενος ἄλλο ῥέεθρον
Τρηχαλέον, θολερόν τε καὶ ἄγριον, εἰ δὲ μιγείη,
Κρύπτων πλειοτέρῳ καθαρῷ ῥόον ἰλυόεντα·
Ἦδ' ἀρετὴ πλεκτοῖο, τὸ δὲ πλέον οὐρανιώνων.
Εἰ δέ τις ἐνθάδ' ἐὼν Θεὸν ἔδρακεν, ἢ πρὸς ἄνακτα
A Ἔδραμε σάρκα βαρεῖαν ἐς οὐρανὸν ἔνθεν ἀείρας,
Τοῦτο Θεοῦ γέρας ἐστί. Βροτοῖς δέ τε μέτρ' ἐπι-
[κείσθω.
Εἰ δ' ἄγε τοι καὶ τοῦτον ἐγὼ λόγον ἐν φρεσὶ
[θήσω,
Πῶς κεν τῆς μεγάλης ἀρετῆς ἐπὶ τέλσον ἵκηαι,
Ἡ μούνη καθαρῷ καθαρὸν θύος. Οὐ μὲν οἵω
Ἐνθάδε. Πουλύχοος γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἐνθάδε καπνός·
Στέργω δ', εἴ κεν ἔπειτα λίπω κακὰ δακρυόεντα.
Οὐκ οἷον μεγάλοιο Θεοῦ τότε δῶρον ἐτύχθη,
Εἰκόνα περ τίοντος, ἐπεὶ καὶ σεῖο μενοινῆς,
Οὔτε σέο φρενὸς οἷον, ἐπεὶ καὶ κρείσσονος ἀλκῆς,

Posita, præclarum habens finem, sed ærumnosum,
Quamvis paululum aperuerim malæ vitæ fores,
Sic enim jussit Deus esse mentis meæ certamen.
Ille autem optimus est, qui inter plurimos malos
75 Levia habet sceleris simulacra, et ad superna
Properat magni Dei auxilio, fervido amore
Virtutis flagrans, malitiamque a tergo persequitur:
Ac veluti fluvius aliquis vim inferens alteri flumini
Aspero, turbido et sævo; vel si misceatur,
80 Occultat majore copia puræ undæ undam lutulentam:
Hæc est virtus hominis; major autem virtus cœlestium.
Si quis vero, cum hic esset, Deum vidit, vel ad regem
Evolavit, gravem hinc in cœlum carnem attollens,
Hoc Dei beneficium est. Mortalibus autem adsit modus.
85 Age vero et hunc ego sermonem tuæ menti apponam,
Quomodo ad summæ virtutis culmen pervenias,
Quæ sola puro Deo pura est hostia. Non tamen arbitror
In hac vita. Multiplex enim hic mentes nostras occupat fumus:
Contentus sum, si (hoc assequor) postquam liquero flebilia hujus vitæ mala.
90 Non Dei autem duntaxat donum est virtus,
Imaginem suam licet magnificiat, sed et tuæ curæ;
Neque tuæ voluntatis solummodo, verum et magnæ Dei potentiæ:

71 *Ἐρίδωρον*. Int. Coisl. ὀλβιόδωρον, *opulentum*.

72 *Ἔψξα*. Sup. lin. ἀνέψξα. *De peccato originali* Billius intelligit; Combefisius vero de *peccatis* quæ quisque propria voluntate admittit, et quæ felicitati æternæ comparandæ impedimento sunt. Pro κακοῦ Combefisius mallet καλοῦ, quod sensum hunc efficeret: *Labore ac studio comparandus finis, quantumvis vitæ probæ fores aperuerim.*

75 *Βαιὰ φέρει κακίης ἰνδάλματα, καὶ πρὸς*
[*ἀνάντες*
Σπεύδει σὺν μεγάλοιο Θεοῦ χερὶ, θερμὸν ἔρωτα
Τῆς ἀρετῆς φορέων, κακίης δέ τε νῶτα διώκων.

Primus versus claudicabat, et gemini qui sequuntur, antea in editis deerant, Billius postea restituit. Hos versus exhibent codices Regii, Vat., Coisl. Ibid. ἀναντες. Reg. et Vat. sup. lin. ἀνωφερές. Coisl. ὑψηλόν. Bill. ἄνακτα.

77 *Κακίης δέ τε νῶτα διώκων*. Quandoquidem fieri non potest, ut quis virtutem ab omni vitio puram adipiscatur, optimus ille censendus est qui omni studio enititur, ut vitium propulset et adversetur: atque assequitur ut virtutis exuberantia vitium obscuretur et obruatur: si minus efficere possit, ut omni vitio aditus intercludatur, quod elegantissima similitudine ostendit Gregorius.

81 *Ἦδ' ἀρετὴ πλεκτοῖο*. Schol. αὕτη δέ ἐστιν ἀρετὴ ἀνθρωπίνη, τοῦ συνθέτου ἀνθρώπου, *hæc est virtus humana, hominis conflati ex corpore et anima.*

84 *Μέτρ' ἐπικείσθω*. Schol. καὶ τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς γνώσεως, *virtutis et scientiæ.*

85 *Εἰ δ' ἄγε*. Hic in Vat. Regiisque pluribus aliud carmen incipit cum eodem titulo περὶ ἀρετῆς. Ibid. θήσω. Schol. προσθήσω.

86 *Τέλσον ἵκηαι*. Vat. τέρμ' ἀφίκηαι.

89 *Στέργω δ'. Contentus sum, bene mecum agi credam, si hoc assequar, postquam hujus vitæ mala liquero.* Ibid. κακά. Schol. βίου τούτου.

92 *Κρείσσονος ἀλκῆς*. Schol. τοῦ Θεοῦ δυνάμεως.

METRICA VERSIO.

Ille quidem, sed durus erit, si forte fenestras
Vel paulum impuræ stultus reseravero vitæ.
Hæc etenim esse meæ vult mentis prælia Christus.
Optimus hic autem est, qui plures inter iniquos
Pauca gerit sceleris simulacra, Deique potenti
Auxilio nixus convexa ad sidera tendit,
Virtutisque ardet studio, vitiumque profanum
Pellit et insequitur, violenti ut fluminis unda
Undam aliam impuram extrudens, abigensque re-
[trorsum:
Aut etiam abscondens, si sese admisceat illa,
Limpiditate sua fluxum majore lutosum.
Compositi hæc virtus: quod suora est, cœlicolarum.

B Quod si vivus adhuc Dominum quis vidit olympi,
Aut ad eum, in cœlum sublata carne, cucurrit,
Contigit hoc superi præclaro muuere Regis.
At modus interea mortalibus inditus esto.
Hunc tibi quinetiam sermonem in mente lo-
[cabo:
Quonam nempe modo virtutis tangere culmen
Ipse queas, puro quæ sola est victima pura
Non reor hic equidem: nam multo lumina fumo
Caligant: actum egregie mecumque putabo,
Si mala vel saltem post tristia fata relinquam.
Non tantum ætherei, charissima sit licet illi
Effigies, virtus contingit munere Patris:

Digitized by Google

Ὡς οὐδ' ὄψις ἔμοιγε μόνη θηήσατο λευστὰ,
Καὶ μάλα δερκομένη περ, ἐκὰς μεγάλου Φαέθοντος·
Αὐτὸς δ' ὅμματ' ἔλαμψε, καὶ ὄμμασιν αὐτὸς [ἐφάνθη.
Δοιαὶ μὲν μεγάλοιο Θεοῦ πρὸς κρείσσονα μοῖραι,
Πρώτη θ' ὑστατίη τε, ἴη δέ τε καὶ παρ' ἐμοῖο.
Κεῖνος δεκτὸν ἔθηκε καλοῦ, καὶ κάρτος ὀπάζει.
Αὐτὸς δ' ἐν μεσάτῳ σταδιηδρόμος οὐ μάλ' ἐλαφρὸς
Ἔρχομαι, οὐκ ἀγέραστος, ἐν ἅλμασι κῶλα [τιταίνων
Χριστὸν ἔχων πνοιὴν, Χριστὸν σθένος, ὄλβον ἀγητὸν,
Ὅς με καὶ ὠπῆεντα καὶ εὐδρομέοντα τίθησι.
Κείνου δ' ἐκτὸς, ἅπαντες ἐτώσια παίγνια θνητοὶ,
Καὶ νέκυες ζώοντες, ὀδωδότες ἀμπλακίῃσιν.

A

Οὐδὲ γὰρ ἠέρος ἐκτὸς ἴδες πωτώμενον ὄρνιν,
Οὐδὲ μὲν ὕδατος ἐκτὸς ἁλίδρομος ἔπτατο δελφίς.
Ὡς οὐδὲ Χριστοῖο δίχα βροτὸς ἴχνος ἀείρει.
Τῷ μή μοι λίην μεγαλίζεο, μηδ' ἐπὶ σεῖο
Κάρτος ἔχειν πραπίδεσσι, καὶ εἰ μάλα πάνσοφος [εἶῃς.
Μηδέ τιν' εἰσορέων χθαμαλώτερον ὑψόσ' [ἀερθῇς,
Ὡς πάντων κρατέων, καὶ τέρματος ἄσσον ἐλαύνων.
Τέρματος ἐντὸς ἔμεινεν, ὃς οὐκ ἴδε τέρμα πορείης.
Λίην μὴ τρομέειν, λίην δέ τε μὴ βλεμεαίνειν.
Εἷς γῆν ὕψος ἔθηκεν, ἐς οὐρανὸν ἐλπὶς ἄειρε,
Καί ῥ' ὑπεροπλίῃσι Θεὸς κοτέει μεγάλῃσι.
Μάρπτε τὸ μὲν χείρεσσι, τὸ δ' ἔλπεο, τῷ δ' ὑπόεικε·

Quemadmodum nec solus oculus meus aspectabilia cernit,
Quamvis perspicacissimus, sine solis lumine :
Ipse enim sol oculos illustrat et oculis illucet.
Duæ quidem magni Dei ad bonos actus sunt partes,
Prima et ultima : una vero mea est.
Ille me capacem efficit boni et vires suppeditat.
Ego vero in medio, velut in stadio cursor, non admodum levis
Gradior, non sine præmii spe, inter currendum membra protendens,
Christum habens pro afflatu, Christum pro robore, pro opibus amplissimis,
Qui mihi et perspicaces oculos et prosperos cursus præstat.
410-411 Sine ipso, omnes vana ludibria sunt mortales,
Et mortui viventes, fetidi peccatis.
Neque enim sine aere vidisti volantem avem,
Neque sine aqua maris cursor natavit delphinus.
Sic nec sine Christo mortalis pedem movet
Quamobrem, ne nimium glorieris, nec tuæ
Viribus mentis confidas, etsi magnopere sapiens fueris.
Neque aliquem videns abjectiorem, in altum attollaris,
Quasi omnibus superior, et ad metam propius accedas.
Intra metam subsistit, qui non prospexit metam curriculi.
Neque nimium timeas, nec nimium confidas.
In terram superbia dejicit, in cœlum spes tollit,
Et Deus fastus odit insolentes,
Apprehende hoc manibus, istud spera, huic cede,

94 *Ἐκάς*. Schol. δίχα φωτὸς ἡλιακοῦ.
96 *Πρὸς κρείσσονα*. Schol. πρὸς τὴν ἐργασίαν.
101 *Ἀγητόν*. Ita Vat. Edit. ἀγητύν.
109 *Κάρτος*. Vat. ad marg. θράσος.
112 *Ἴδε*. Ita Bill. et postulat metrum. Edit. οἶδε. Coisl. εἶδε.
113 *Λίην μὴ τρομέειν*. Schol. Προσήκει τοίνυν μήτε λίαν φοβεῖσθαι, μήτε λίαν θαῤῥεῖν. Edit. μὲν τρομέειν.
114 *Ἐλπὶς*, etc. Sic Coisl. Edit. ὕψος. Schol ἡ γὰρ ἔπαρσις εἰς γῆν κατήγαγεν, ἡ ἐλπὶς δὲ ἀνήγαγεν εἰς τὸν οὐρανόν. Coisl. schol. : Ἐπηρμένον φρόνημα κατήνεγκεν εἰς γῆν, ἐλπὶς δὲ ἀνύψωσεν εἰς οὐρανόν. Combefisius intelligit hæc de Christo : *Qui ascendit, ipse est qui descendit, ut exaltationis viam humilitatem ostenderet.*
116 *Μάρπτε*. Schol., τὸ μὲν λάμβανε τῶν καλῶν. Ibid. τῷ δ' ὑπόεικε. Schol. τόδε ὑπὲρ τὴν σὴν κατάληψιν νόμιζε, *hoc captum tuum superare existima, te imparem crede.*

METRICA VERSIO.

Nam tua cura etiam studiumque accedat oportet.
Nec rursum illa tua tantummodo mente paratur :
Majus enim robur, majorem poscit opemque.
Quippe nec ipse, licet visu præcellat, ocellus,
Sole tamen dempto, corpus spectabile cernit.
Ille etenim et nostros oculos illustrat ; et idem
Post oculis sese infudit, præbetque tuendum.
Atque Dei, ut virtus homini contingere possit,
Sunt geminæ partes, prima et postrema : necesse at
A nobis unam est mediamque accedere binis.
Virtutis namque ille mihi dedit esse capacem :
Et validas idem vires nervosque ministrat.
Ast ego, ut in stadio, non sane præpete gressu,
Incedo, moveoque haud vano membra labore,
Dum Christus mihi præstat opem, mihi præstat opes- [que.
Qui facit ut cernam, cursu ferar atque secundo
Quo sine mortales vanissima ludicra cuncti,

B

Quo cuncti sine viva cadavera, putrida noxis.
Nam neque submoto volitantes æthere cernas
Pennigeras volucres : nec demptis fluctibus unquam
Delphini æquorea poterant regione natare.
Sic quoque præsidio Christi sine tollere gressum
Haud unquam mortale genus queat. Ergo caven- [dum
Ne tibi plus æquo tribuas, et mente superba
Viribus ipse tuis fidas, quantumlibet in te
Fulgeat insignis sapientia : neve virum quem
Inferiore gradu cernens, attollere cristas
Incipias, tanquam sublimior omnibus, atque
Vicinus metæ : metam nam constitit intra,
Virtutis quicunque viam non prorsus obivit.
Ne timeas nimium, nimium nec lumina tollas.
Detrahit in terram fastus : spes tollit ad astra.
Atque Dei in mentes semper furit ira superbas,
Hoc manibus jam carpe tuis : spera istud : at illi

Digitized by Google

Καὶ τὸ σαοφροσύνης, μέτρ' ἴδμεναι ἧς βιοτῆτος.
Ἴσόν τι κακόν ἐστιν ἀπ' ἐλπίδος ἐσθλὰ τίθεσθαι,
Καὶ μέγα θάρσος ἔχειν, ὡς εὐπετὲς ἔμμεν' ἄριστον.
Ἀμφοτέρως κεν ὁδοῖο κακὴν στάσιν ἐν φρεσὶ [θείης.
Αἰεί σοι τὸ βέλεμνον ἐπίσκοπον ἐν χερὶ κείσθω·
Μηδὲν ὑπερπέμπειν Χριστοῦ μεγάλοιο ἐφετμῆς,
Μηδὲ μὲν ἐντὸς ἄγειν· ἀβλὴς σκοπὸς ἀμφοτέρωθεν.
Πολλάκι καὶ τὸ περισσὸν ἀχρήϊον, εὖτε νέοιο
Κύδεος ἱμείροντες, ὑπέρτονα τοξεύοιμεν.
Ἦν μεγαλοφρονέῃς, μνήσω σ' ὅθεν ἐς βίον ἦλθες,
Τίς μὲν ἔῃς τοπάροιθε, τίς ἐν σπλάγχνοισιν ἐκεύθου,
Τίς δ' ἄρ' ἔσῃ μετέπειτα, κόνις, καὶ σητὸς ἐδωδή,
Μηδὲν ἀκιδνοτάτοιο φέρων πλέον ἐν νεκύεσσιν.

A 130 Ἦν χθαμαλοφρονέῃς, πλάσμα Χριστοῖο τέ- [τυξαι,
Καὶ πνοὴ, μοίρη τε σεβάσμιος, ἔνθεν ἐπήχθης,
Οὐράνιος, χθόνιος, τυκτὸς Θεὸς, ἔργον ἄληστον,
Τοῖς Χριστοῦ παθέεσσιν ἐς ἄφθιτον εὖχος ὁδεύων.
Τοὔνεκα μὴ σάρκεσσι χαρίζεο, μὴ τὰ περισσὰ
135 Τοῦδε βίου φιλέειν, νηὸν δέ τε λώϊονα τεύχειν.
Νηὸς γὰρ μεγάλοιο Θεοῦ βροτὸς, ὄνπερ ἔτευξε
Κινύμενος γαίηθεν, ἐς οὐρανὸν αἰὲν ὁδεύων.
Τόν περ ἐγὼ κέλομαί σε θυώδεα πᾶσι φυλάσσειν
Ἔργμασιν ἠδὲ λόγοισιν, ἀεὶ Θεὸν ἐντὸς ἔχοντα,
140 Αἰὲν ἄριστον ἐόντα, ἐτήτυμον, οὐ δοκέοντα.
Μὴ ναῦν μιλτοπάρηον, ἐΰχροον, ἢ παρασήμοις
Κάλλεσιν ἀστράπτουσαν ἄγειν ἐπὶ νῶτα θαλάσσης·

Et hoc temperantis animi est, vitæ suæ modum cognoscere.
Par quoddam malum est, spem virtutis abjicere
Et nimiam fiduciam habere, tanquam facile sit esse optimum.
120 Utrovis enim modo affectus fueris, perniciose in via subsistes
Semper tibi sagitta ad scopum directa præ manibus sit :
Neque mittatur ultra magni Christi præceptum,
Nec citra; a scopo aberrabis utroque modo.
Sæpius etiam immoderatum studium inutile, cum novæ
125 Gloriæ cupidi, nimis intento arcu jaculamur.
Si superbieris, in memoriam revocabo, unde in vitam veneris,
Quis esses antea, quis cum in maternis visceribus absconderis
Quid postea futurus sis, pulvis et vermium cibus,
Nihil amplius ferens inter mortuos, quam quod infirmissimus quisque.
130 Si nimis abjecto animo fueris, cogita te Christi figmentum esse,
Et spiramen, et augustam partem, unde compactus es,
Cœlestem et terrestrem, Deum factitium, opus immortale,
Per Christi passiones ad immortalem gloriam tendere.
Quamobrem ne carni indulgeas, nec superflua
135 Hujus vitæ diligas, sed templum præstantius ædifices.
Templum enim magni Dei est homo, quod exstruit,
Cum efferens se a terra, in cœlum semper tendit.
412-413 Hoc igitur templum, ego velim, tu semper fragrans omnibus serva bonis
Actionibus et sermonibus, semper Deum intus possidens :
140 Semper quam optimus esse studeas re ipsa, non specie tantum ;
Ne navem minio fucatam, pulchris coloribus tinctam, aut adulterina
Pulchritudine fulgentem committas pelago hujus vitæ;

117 *Σαοφροσύνης*. Schol. σωφροσύνης.
122 *Ὑπερπέμπειν*. Schol. ὑπερακοντίζειν.
127 *Τίς ἔῃ*. Coisl. et Vat. τί δ' ἐν.
131 *Ἐπήχθης*. Schol. ἐπλάσθης. Id est, *partem hujus a quo compactus es.* Id. habet σεβάσμιος, pro σεβάσμιον, quod habent edit. (CAILLAU.)
132 *Ἄληστον*. Schol. ἀθάνατον.
133 *Παθέεσσιν*. Schol. διὰ τῶν Χριστοῦ παθημάτων.
135 *Λώϊονα*. Schol. κρείσσονα.
138 *Θυώδεα*. Sup. lin. εὐώδη διὰ παντός.
141 *Μιλτοπάρηον*. Coisl. μιλτοπάρειον.
142 *Θαλάσσης*. Schol. τοῦ βίου τούτου

METRICA VERSIO.

Cede humilis, prudentis enim est agnoscere vitæ
Humanæ modulum. Non est in dispare culpa,
Qui bona desperat, nimium vel qui sibi, credens
Proclive esse bonum, fidit, victus utrinque ;
Namque ita cessabit præclarum insistere callem.
Missilibus telis semper pete providus album,
Non ultra Christi tendat præcepta sagitta :
Non etiam citra ; sic namque utrinque feretur
Irrita, sæpe etenim immodicus conatus ab omni
Deficitur fructu, vanæ dum laudis amore
Tela, modum præter, curvato mittimus arcu.
Quod si forte tuam damnosa superbia mentem
Sollicitet, tum tu quisnam tibi cesserit ortus
Esto memor, quidnam fueris prius ipse, parentis
Quidnam cum gravida tegereris rursus in alvo,
Denique quidnam sis post ultima fata futurus,
Nempe cinis, tineæque cibus, nil lumine cassos
Amplius inter habens, quam quivis paupere censu.

B Sin nimis es dejecto animo, reminiscere quod te
In lucem extulerit Christus, quod cœlite flatu
Sis ortus, quod sis simul et cœlestis origo
Terrenusque simul, factus Deus, ac memorandum
Prorsus opus, Christi quod per tormenta crucem- [que
Ad decus æternum properes, sedesque piorum.
Ergo nega obsequium carni, nec dilige quidquid
Vita supervacui præsens habet, atque Tonanti
Sedulus in medio delubrum pectore conde.
Namque salutifero templum tum denique Christo
Condimus, æthereum cum mens cita fertur ad axem.
Istud odoratis igitur factisque tuere
Sedulus ac dictis : et in ipso semper olympi
Numen habe, curans ut non videare, sed ut sis
Optimus : idque cavens, minio ne tincta carina
Atque notho splendore nitens falsoque decore
Ducatur rapidi gravia ad discrimina ponti :

Digitized by Google

Ἀλλ' ἐσθλὴν γόμφοισιν, εὔπλοον, εὖ ἀραρυῖαν
Χείρεσι ναυπηγοῖο, δι' οἴδματος ὦκα φέρουσαν.
Πᾶς μὲν ἵοι προπάροιθε, Θεοῦ δέ τε πάντες ἔχοισθε,
Ὅς σοφὸς, ὅς σθεναρὸς, ὅς πλούσιος, ὅς τ' ἐπιδευὴς,
Ἕρματος ἀψεύστοιο. Πρυμνήσια κεῖθεν ἀνήφθω
Πᾶσιν, ἐμοὶ δὲ μάλιστα, ὃς ἕζομαι ὑψιθρώνου.
Λαὸν ἄγων θυέεσσι πρὸς οὐρανὸν, ᾧ τόσον ἄχθος
Χριστὸν ἀτιμάζοντι μελαινομέναις πραπίδεσσιν,
Ὅσσάτιον κλέος ἐσθλὸν ἐπὴν θεότητι πελάζω.
Καὶ γὰρ δὴ μέτροισι Θεοῦ καὶ μέτρα βίοιο
Ἕσπεται, ὡς δὲ μέτροισι βίου καὶ μέτρα Θεοῖο.
Ὧδ' ἄν μοι φρονέων, βίον ἔμπεδον ἐνθάδ' ἐλαύνοις
Ἐνθάδε καὶ μετέπειτα Θεοῦ σὺν ἀρείονι πομπῇ,
Λυθέντος σκιόεντος ἐν ἤματι τοῦδε βίοτο.

Sed bonam clavis, navigationi aptam, optime compactam
Manibus navium fabricatoris, fluctus rapide secantem.
Quilibet tendat ad perfectissima. Verum Deo omnes adhæreatis,
Et sapiens, et fortis, et dives, et pauper,
Velut anchoræ firmissimæ. Rudentes suos illic alligent
Omnes, ego vero potissimum, qui sedeo sublimi throno;
Qui plebem duco sacrificiis ad cœlum, cui tantum est oneris
Si Christum contemnam impuro animo,
Quantum gloriæ et splendoris, si ad Deum accedam per virtutem.
Ut enim mensuram Dei mensura vitæ nostræ
Sequitur, sic etiam mensuram vitæ mensura Dei.
Si ita senseris, vitam securam hic duces,
Hic et postea cum meliore Dei pompa,
Solutis, ad lucem extremæ diei, vitæ hujus tenebris.

X. *De virtute* [a].

Multa audio, et velim non frustra, sic enim dicere non vereor,

[a] Alias Bill. 153, p. 204.

143 Ἀραρυῖαν. Coisl. et Reg. 991 sup. lin. ἡρμοσμένην.
144 Φέρουσαν. Vat. et Coisl. θέουσαν, *per fluctus currentem.*
145 Προπάροιθε. Schol. πρὸς τὰ βελτίονα.
151 Πελάζω. Schol. δι' ἀρετῆς.
152 Μέτροισι Θεοῦ. Id est, juxta Billium: *Pro ratione acceptæ divinitus gratiæ, id quisque curare debet, ut parem quoque ipsi beneficio accepto vitam afferat: rursus,* ut Cyrus exponit, *juxta vitæ mensuras, a Deo quoque congruenter laborum præmia rependentur.*
154 Ὧδ' ἄν μοι, etc. Schol. Reg. 991 οὕτω οὖν φρονέων βίον ἀσφαλῆ ἀπρόσκοπον ἐνταῦθα ἐλαύνοις, καὶ ζῶν καὶ μεθιστάμενος, ἀγγέλων ἁγίων παραπεμπόντων καὶ ὁδηγούντων σε. *Si hoc animo fueris, vitam securam inoffenso decurres pede, et vivens, et moriens, tibique sancti angeli comites et itineris duces erunt.* Int. Coisl. ὅτε τὸ σκιερὸν καὶ ζοφῶδες τοῦ παρόντος βίου τῷ τῆς ἡμέρας ἐκείνης φωτὶ διαλυθήσεται. *Cum tenebras hujus vitæ, extremæ diei splendor dissolvet.* — Verbo ἐλαύνοις vim futuri tribuunt Benedictini, cum potius habeat necessario vim optativam; *utinam ita sentiens vitam securam hic ducas,* etc. (Caillau.)
Tit. Περὶ ἀρετῆς. Hic est titulus in codice quo usus est Billius, quem titulum, posthabitis aliis, ut genuinum retinuit. Aliis enim in codicibus, Coisl., etc., inscribitur περὶ ταπεινοφροσύνης, σωφροσύνης, καὶ ἐγκρατείας, *de humilitate, castitate et temperantia.*
X. Argumentum. *Juvenem quemdam hoc carmine instituit Gregorius, ostendens quænam sit optima tam vitæ, quam studiorum ratio; præcipue demonstrat, quantum Christiana doctrina præstet ethnicæ, quantoque illustriora sint in omni genere virtutum exempla nostrorum, quam philosophorum. Juvenem ad virtutis studium excitat, nihil omnino esse in terris declarans, quod cum Dei cultu conferri queat. Deinde orationem altius repetens, de rerum creatione disserit. Utriusque vitæ, laudabilis et pravæ, finem ob oculos ponit. Tum auctoritate sibi prius et benevolentia conciliata, illud docet, eos qui sapientiæ doctrinæque laude apud ethnicos floruerunt, tametsi alioqui a vera pietate longissime abfuerint, ac cæteris etiam in rebus acerrima animarum contentione inter se decertarint, hoc tamen una in re omnes consensisse, nempe nihil virtute melius ac præstantius. Ac deinde ad singula virtutis genera descendens, qui apud eos in quolibet genere excelluerint, narrat, sed ita tamen, ut illud simul ostendat, colorem potius quemdam ac lineamenta duntaxat virtutis apud eos inveniri; solidam enim atque omnibus numeris perfectam virtu-*

METRICA VERSIO.

Sed bona, sed clavis firme compacta periti
Artificis manibus, leviterque per æquora currens.
Haud veto quin alios quivis præcurrere tentet:
Dummodo sit nullus qui non e Numine summo
Pendeat, et sapiens, et fortis, dives, inopsque.
Alliget ad firmum hoc columen fidumque rudentes
Quisque suos: ego præcipue, qui sede superba
Consideo, plebemque ad celsa palatia cœli
Per pia sacra veho: cuique instat pœna dolorque
Non minor, insana superum si mente parentem
Sprevero, quam decus egregium, nomenque perenne,
Si turpi sine labe Deo quandoque propinquem.

Nam vitæ mensura comes velut esse supernæ
Certa solet: summi quoque sic mensura monarchæ
Mensuram nostræ comitatur congrua vitæ.
Hoc animo fuerit qui præditus, exiget ævum
Hic tutum et placidum, meliorique agmine septus
Postea, discussa fragilis caligine vitæ,
Æternum superas tendet victurus ad arces.

X. DE VIRTUTE.

(*Billio interprete.*)

Plerique narrant, ac velim haud inaniter:

Digitized by Google

Ἀλλ' ἔργον ἐστὶ τοῦ λόγου τὸ δεξιόν.
Εἴτ' οὖν τινές σε τῶν φίλων Θεοῦ νέον,
Οἷς πάντα τηρεῖν ἐμμελὲς τὰ τῶν νέων,
Διδόντα χρηστὰ τοῦ βίου γνωρίσματα
(Καὶ γὰρ λέοντ' ὄνυξι δηλοῦσθαι λόγος),
Ἔδωκαν ἀλλήλοις τὸ θαῦμ' ὑφ' ἡδονῆς,
Εἴθ' ἡ καλῶς τὰ πάντα μηχανωμένη
Πρόνοια καὶ σοὶ βουλομένη τὰ δεξιὰ,
Ὁδὸν δίδωσι τὸν λόγον τοῖς πράγμασιν,
Ὡς ἂν προληφθεὶς τῷ νομίζεσθαι καλὸς,
Οἷόν τιν' ἀρραβῶνα τὴν φήμην ἔχῃς
Τῆς εὐσεβείας, ἐκ Θεοῦ καλούμενος.
Εἰκαζέτω μὲν τοῦτο ὅστις βούλεται,

Α 15 Ὅ δ' οὖν ἀκούω, τοῦτο ἔρχομαι φράσων,
Ὅτι μέγα πρὸς ὕψος ἡ ψυχὴ βλέπει,
Καὶ τὴν ὁμίχλην, ἣ τὸν ἐνταυθοῖ βίον
Ἡμῶν καλύπτει πάντα κείμενον χαμαὶ,
Ταύτην διασχὼν καὶ ὑπερκύψας βραχὺ,
20 Ἰλύν θ' ὑπερβὰς καὶ πέδας τοῦ συνθέτου,
Ῥίψας τυράννους τῆς θεϊκῆς εἰκόνος,
Δοῦναι σεαυτὸν τῷ Θεῷ σπουδὴν ἔχοις,
Ἥνπερ μόνην παίδευσιν οἴεσθαί σε χρὴ,
Πρῶτον δὲ καὶ μέγιστον ἀνθρώποις καλόν.
25 Τί γὰρ τοσοῦτο τῶν κάτω πλανωμένων,
Ἄλλων τε ἄλλους ὀφρυώντων παιγνίων,
Καιροῦ τύχης τε, ὥς φασι, δωρημένων;

Sed fama egregiâ cum re ipsa conjuncta esse debet:
Sive igitur te nonnulli ex amicis Dei,
Quibus curæ est omnia in juvenilibus observare, te juvenem
Præclara vitæ indicia dantem videntes
(Nam ex unguibus leonem agnosci ferunt),
Miram hanc rem præ gaudio sibi invicem tradiderunt,
Sive, quæ præclare omnia gubernat,
Providentia, quæque tibi prospera consulit,
Viam hac fama sternit ad actiones,
414-415 Ut boni viri opinione prævoccupatus
Famam habeas veluti pignus quoddam
Pietatis cœlestis, vocatus a Deo ad salutem.
Conjiciat hæc unusquisque, ut volet:
Quod autem audio, id protinus eloquar:
Nempe quod magnam ad celsitudinem (cœli) anima tua respiciat,
Et caliginem, quæ vitam hic nostram
Totam obtegit humi jacentem,
Hanc penetrans, ac paulo te erigens,
Lutumque transgrediens et corporis compedes,
Divinæ imaginis tyrannos projiciens,
Donare teipsum Deo studeas:
Quæ quidem sola doctrinæ institutio tibi existimanda,
Primumque et maximum hominis bonum.
Ecquod enim tantum eorum, quæ in hac vita fluitant,
Aliorumque alios inflantium ludibriorum,
Quæ temporis atque, ut loquuntur, fortunæ dona sunt?

tem non nisi apud eos esse posse, qui veræ religionis cultum profitentur. Ad extremum a nimis curiosa divinarum rerum indagatione nos revocat, aitque Deum sui cognitionem iis potius tribuere, qui piis studiis ac divinorum mandatorum observationi totos se addicunt, quam iis qui in subtilissimorum mysteriorum ac rerum ingenii nostri captum excedentium inquisitione defixi hærent.

2 *Ἀλλ' ἔργον. Verum actio esse debet famæ consimilis.*

3 *Εἴτ' οὖν.* Ita Coisl. Edit. ἤουν.

4 *Ἐμμελές.* Coisl. ἐπιμελές.

5 *Διδόντα.* Coisl. διδόντες.

6 *Λέοντ'.* Coisl. λέοντας.

7 *Ἔδωκαν.* Coisl. διέδωκαν. Mox, θέαμ' pro θαῦμ'.

11 *Καλός.* Ita Coisl. Edit. καλῶς.

13 *Ἐκ Θεοῦ καλούμενος.* Ita Coisl. *pietatis ad quam a Deo vocaris.* Deest in edit. ἐκ Θεοῦ καλούμενος.

14 *Ὅστις.* Coisl. ᾧ τις.

16 *Ὅτι.* Coisl. addit σοί. Mox ἡ ψυχὴ βλέπει. — Benedictini servaverant, ut in edit., τὴν ψυχὴν βλέπειν, rejecta in notas altera versione, quæ sola potest esse legitima, cum in priori desit prorsus metrum. Hinc versionem quoque correximus, quæ sic in Benedictinis se habebat: *Magnum tibi est, quod anima tua sursum respiciat.* CAILLAU.

21 *Εἰκόνος.* Ita Vat. et Coisl. Male edit. εἰκόνες.

23 *Σε χρή.* Deerat in edit. σε, quod suppeditavit Coisl.

METRICA VERSIO.

Sed sermo demum hic laudem habet, cui res comes.
Quidamque, juvenum sedulo omnia qui solent
Inspicere, juvenem te Deo charum putant,
Ut pulchra qui des indolis signa optimæ.
Ab ungue namque noscitur, ut aiunt, leo.
Sparsere læti mutuo hoc miraculum.
Pronœa deinde, rite moderans omnia,
Tuisque summis commodis bene consulens,
Per famam ad ipsas res tibi sternit viam:
Famam anteceptus ut per eximiam, velut
Pietatis habeas pignus hanc, dum cœlitum
Sic te ad salutem maximus rector vocat.
Conjectet ast hoc scilicet quisquis volet:

Β Scriptura at ipse sacra quod docet, eloquar.
Res magna certe, mente si spectes polum,
Istudque penetres, vita quo nostra hæc humi
Prostrata tegitur, nubilum, et caliginem
Oculosque tendens altius paulo, gravem
Limumque superans, compedes et corporis,
Imaginisque Numinis summi procul
Fugans tyrannos, te Deo studeas dare.
Doctrina habenda est hæc enim sane unica,
Primumque nostri maximum et generis bonum.
Quis tantus etenim fructus in rebus vagis,
Aliisque varie ludicris inflantibus,
Donis, ut aiunt temporis cæcæ et deæ,

Digitized by Google

Κἂν εἰς ἓν ἔλθῃ πάντα καὶ πάντων καλὰ,
Ὡς ἔστιν, ἢ νομίζετ' ἐν λυπρῷ βίῳ,
Κέρδος τοσοῦτον, κἂν τρέχειν ὅρους δοκῇς;
Κἂν σοι τὰ Γύγου τοῦ πολυχρύσου παρῇ,
Στρέφῃς τε πάντα τῇ στροφῇ τῆς σφενδόνης,
Σιγῶν δυνάστης· κἂν φρονῇς τὰ Λυδίου,
Χρυσῷ ῥέοντι καὶ ὁ Πέρσης σοι Κῦρος
Κάτω καθέζηθ', ὁ θρόνων αὐχῶν κράτος·
Κἂν Τροίαν αἰρῇς τοῖς ἀοιδίμοις στόλοις,
Χαλκοῦν δὲ δῆμοι καὶ πόλεις ἔχωσί σε·
Ἄγῃς δὲ τοῖς σοῖς νεύμασι τὰς ἐκκλησίας,
Πανηγυρίζῃς δὲ στεφάνων ἐπαξίως,
Πνέῃς δὲ θυμὸν ἐν δίκαις Δημοσθένους,
Εἴκῃ δέ σοι Λυκοῦργος ἢ Σόλων νόμοις·

Α Κἂν τὴν Ὁμήρου μοῦσαν ἐν στέρνοις ἔχῃς,
Κἂν τὴν Πλάτωνος γλῶσσαν, ἢ μελισταγὴς
Ἔστι τε καὶ νομίζετ' ἀνθρώπων γένει·
Κἂν ταῖς ἀφύκτοις καὶ κακαῖς ποδοστράβαις
Πάντας πιέζῃς τοῖς ἐριστικοῖς λόγοις·
Κἂν πάντ' ἄνω τε καὶ κάτω μεταστρέφῃς,
Πλέκων λαβυρίνθους δυσδιεξόδοις λόγοις
Ἀριστοτέλους ἢ τινων Πυῤῥωννίων·
Κἂν πτηνὸν αἴρῃ Πήγασος, ἢ τοῦ Σκύθου
Ἀβάριδος ὄϊστὸς, ὅστις ἦν, οἱ μυθικοί·
Τούτων τί κέρδος τηλικοῦτον, ὧν λέγω,
Γάμου τε λαμπροῦ καὶ τραπέζης Συβαρικῆς
Ἄλλων τε πάντων οἷς ἐπαίρονται φρένες,
Ὅσον τὸ ταῦτα πάντα ποιῆσαι κάτω,

Etiamsi in unum coeant omnia et omnium bona,
Ut in hac misera vita sunt, aut esse existimantur;
Ecquod, inquam, tantum erit emolumentum, etiamsi fines transgredi videaris?
Etiamsi adsint tibi Gygis auro abundantis divitiæ,
Vertasque omnia inversione annuli,
Silens tyrannus; etiamsi Lydii instar te efferas,
Auroque circumfluentem infra te Cyrus Persa
Sedeat, qui se regum dominum esse gloriabatur;
Etiamsi Trojam expugnes celeberrimis classibus,
Teque æreum populi et urbes habeant;
Tuisque nutibus conciones regas,
Ac panegyricis orationibus coronas merearis,
Spiresque animum Demosthenis in judiciis,
Tibique Lycurgus et Solon legibus concedant;
Etiamsi Homeri musam in præcordiis habeas,
Ac linguam Platonis, quæ mel stillat,
Et stillare ab omnibus hominibus existimatur;
Etiamsi inevitabilibus et pravis compedibus
Omnes, subtiliter disserendo, constringas,
Ac omnia sus deque vertas,
Nectens labyrinthos inextricabilibus disputationibus
416-417 Aristotelis, aut quorumdam Pyrrhoniorum;
Etiamsi volucrem te tollat Pegasus, aut Scythæ
Sagitta Abaridis, quicunque ille fuerit, certe fabulosus uterque:
Horum, quæ dixi, atque etiam splendidi matrimonii,
Ac mensæ Sybaritanæ, eorumque omnium,
Quibus corda efferuntur, ecquod tantum erit emolumentum,
Quantum est hæc omnia parvifacere

29 *Ὡς ἔστιν*. Ita Coisl. Edit. ὃς.
30 *Δοκῇς*. Edit. δοκεῖς.
34 *Χρυσῷ ῥέοντι*. Bill. et Leuv. hæc jungunt cum verbis præcedentibus, φρονῇς τὰ Λυδίου, *tametsi ob aurum fluxum tam temet efferas, quam Lydorum ille rex olim solebat.*
35 *Καθέζηθ'*. Ita Coisl. Edit. κατέξηθ'.
37 *Χαλκοῦν*, *æreum*, id est, statuis expressum.
41 *Σοι*. Ita Coisl. Edit. σοῦ.
46 *Πάντας*. Ita Coisl. Edit. πάντα. Mox, ἐριστικοῖς λόγοις, non male Leuv. *contentiosis argumentis.*
48 *Δυσδιεξόδοις λόγοις*. Edit. δυσδιεξόδους λόγους.
49 *Πυῤῥωννίων*. Edit. mendose Πύῤῥων νέων.
50 *Πήγασος*. De Pegaso et sagitta Abaridis notior est fabula, quam ut hic commemoranda sit. Vide tom. I, pag. 787.
55 *Ποιῆσαι κάτω*. *Parvi facere, vel quantum est, hæc omnia inferiora ducere.*

METRICA VERSIO.

Coeant in unum cuncta licet, atque omnium
Bona, quæ vel hic sunt, esse vel quidam putant?
Quis tantus, inquam, limites jungas licet,
Omnesque præsto sint opes Gygis tibi,
Vertasque, vertens annuli gemmam, omnia,
Tacens tyrannus? quamlibet Crœsi in modum
Auro intumescas; quamlibet Cyrus tibi
Cedat, thronorum principem sibi vindicans;
Claris tametsi classibus Trojam eruas,
Gentesque et urbes æreum te habeant, tuo
Ducasque nutu conciones maximas,
Digna et coronis proferas verba, in foro
Spiresque prorsus in modum Demosthenis;
Scitis Lycurgus cedat, et Solon, tuis;

B In corde Homeri musa sit quamvis tuo;
Quamvis Platonis lingua sit, quam melleam,
Ut est profecto, nemo non existimat;
Pravis tametsi nexibus sophismatum
Tenacibusque nemo sit quem non premas:
Sursum ac deorsum torqueas licet omnia,
Dum captionum nectis ambages, tibi
Quas aut Stagira natus, aut Pyrrho dedit;
Quamvis te in altum Pegasius, vel Abaridis
Tollat sagitta (quæ duæ sunt fabulæ):
Quis tantus hisce fructus ex rebus venit
(Illis adde thalamos splendidos, Sybariticas
Mensas, et alia, queis leves mentes tument),
Quantus redibit, spreveris si hæc omnia,

Digitized by Google

Ψυχῆς δὲ ἐπιδεῖν ἀξίωμα, καὶ πόθεν
Ἐλήλυθε, πρὸς ὅν τε καὶ οἷ τρεπτέα,
Ἥτις τε ταύτης ἡ κατ' εὔλογον φορά;
Ἐπεὶ γάρ ἐστιν, ὡς ἐγὼ τεκμαίρομαι,
Σοφῶν τε ἀκούω, θεία τις μεταῤῥοή,
Ἄνωθεν ἡμῖν ἐρχομένη, εἴτ' οὖν ὅλη,
Εἴθ' ὁ πρύτανις ταύτης κυβερνήτης τε νοῦς,
Ἓν ἔργον αὐτῇ φυσικόν τε καὶ μόνον,
Ἄνω φέρεσθαι καὶ συνάπτεσθαι Θεῷ,
Ἀεί τε πάντη πρὸς τὸ συγγενὲς βλέπειν,
Ἥκιστα πάθει σώματος δουλουμένη,
Ῥέοντος εἰς γῆν καὶ καθέλκοντος κάτω,
Τήν τε γλυκεῖαν τῶν ὁρωμένων πλάνην
Πέμποντος εἴσω, καὶ τὸ τῶν αἰσθήσεων
Σκοτῶδες, ὑφ' οὗ μὴ Λόγῳ κρατουμένη
Ψυχὴ ῥέουσα κατ' ὀλίγον πίπτει κάτω·

Ἦν δ' αὖ κρατῆται, κἀνακρούηται πυκνὰ,
Ὥσπερ χαλινῷ, τῷ Λόγῳ, τάχ' ἄν ποτε
Ὑψοῦντος αὐτὴν τοῦ Λόγου, κατὰ βραχὺ
Εἰς ἱερὰν φθάσειε τὴν ἄνω πόλιν,
Ἕως λάβηται τῶν πάλαι ποθουμένων,
Τὸ δ' ἔστι, πᾶν κάλυμμα καὶ τὰς νῦν σκιὰς
Παραδραμοῦσα, καὶ τὰ τῇδ' αἰνίγματα,
Ὅσον δ' ἐσόπτροις τοῦ κάλλους φαντάζεται,
Βλέψῃ πρὸς αὐτό τ' ἀγαθὸν γυμνούμενον,
Γυμνῷ τε τῷ νῷ, καὶ πλάνης σταίη ποτὲ,
Φωτὸς κορεσθεῖσ', οὗπερ ἠξίου τυχεῖν,
Ἔχουσ' ἐκεῖθεν τῶν καλῶν τὸ ἔσχατον.
Ὁ γὰρ σοφῷ τὰ πάντα ποιήσας λόγῳ,
Καὶ τὴν ἄφραστον τῶν ὅλων ἁρμονίαν
Ἁρμοσάμενος τῇ τῶν ἐναντίων κράσει,
Κόσμον τε τάξας τοῦτον ἐξ ἀκοσμίας

Ac animæ dignitatem considerare, et unde
Venerit, ad quem et quo reditura sit,
Et quis illius sit secundum rationem motus?
Nam cum sit, ut equidem arbitror,
Atque ex sapientibus audio, divina quædam fluxio
E cœlo nobis adveniens, sive tota adveniat,
Sive illius rectrix et gubernatrix mens,
Unum illi naturale et solum opus est,
Sursum ferri et conjungi Deo,
Semperque ad id, quod cognatum est, omnino respicere,
Corporis affectionibus minime mancipata,
Quod in terram defluit, et ad inferiora trahit,
Dulcemque rerum aspectabilium errorem
Mittit intro, ac sensuum latebras,
Quibus anima, quæ a Verbo non gubernatur,
Diffluens, paulatim ad inferiora decidit.
Quod si gubernetur, atque a Verbo frequens
Tanquam freno coerceatur, certe aliquando
Verbo illam in altum tollente, paulatim
Ad sacram perveniet cœlestem civitatem,
Donec dudum optata consequatur,
Id est, ut omne tegumen et hujus vitæ umbras
Prætergrediens, et quæ hic sunt ænigmata,
Et quidquid pulchri per specula apprehenditur,
Nudum ipsum intueatur bonum
Nuda mente, atque aberrare aliquando desinat
Lumine satiata, quod consequi cupiebat,
Possidens illic supremum bonorum.
Nam qui sapiente verbo fecit omnia,
Ac ineffabilem hujus universi harmoniam
Contrariorum temperatione composuit,
Ac mundum hunc ex inornata mole adornavit,

61 *Ἐρχομένη*. Sic Coisl. Edit. ἔρχεται
62 *Ὁ πρύτανις ταύτης κυβερνήτης τε νοῦς*. Ita Coisl. Edit. ὁ πρύτανις καὶ κυβερνήτης.
76 *Ἕως*. Coisl. ὡς. Id. ἄνω pro πάλαι.
80 *Βλέψῃ*. Ita Coisl. Edit. βλέπει.

METRICA VERSIO.

Decusque spectes animæ, et unde venerit
Hæc primum, et ad quem quoque reditura sit brevi,
Quamnamque ut ipsa tendat in partem decet?
Divina nam cum, mens velut mea conjicit,
Doctique narrant, ipsa sit defluxio,
Nobisque ab alto prodeat tota æthere,
Aut tota si non, mens quidem rectrix fluat,
Hoc munus ejus unicum est ipsi insitum,
Ad alta ferri, maximo et jungi Deo,
Affine quodque est, cernere id semper, malis
Affectibusque corporis non subjici,
Quod ad ima pronum deprimit mentes humi,
Dulcemque rerum, quas videt, fraudem intima
In corda mittit, sensuum et caliginem:
Per quam animus, hunc ni ratio compescat, fluens,
Paulatim ad ima labitur: sin at frequens,

B Freni tenacis instar, hunc coerceat,
Teneatque ratio, scilicet spes est fore,
Hac sublevatus animus ut sensim supra
Urbis supernæ mœnibus tandem applicet,
Donec cupitis gaudeat rebus fruens,
Hoc est, ut omne tegumen, affusas modo
Umbrasque superans prorsus, atque ænigmata,
Pulchrique quidquid cernit in speculo velut,
Jam mente nuda spectet ipsummet bonum
Nudum, et vagari desinat tandem, ut prius,
Luce saturatus expetita fervide,
Bonum bonorum maximum illic obtinens.
Ratione nam qui condidit cuncta optima,
Nexuque, nulla quem queat vox eloqui,
Res colligavit, temperans contraria,
Mundum ordinavit hunecque confusum prius,

Digitized by Google

Μεῖζον τὸ θαῦμ' ἔδειξεν ἐν ζώου φύσει.
Μικρὸν δ' ἄνω φιλοσοφήσω σοι λόγον.
Θεὸς μέν ἐστιν εἴτε νοῦς, εἴτ' οὐσία
Κρείσσων τις ἄλλη, νοῦ μόνου ληπτὴ βολαῖς,
Εἰ μὲν τελείως τοῖς ἄνω, οἷδε Θεὸς,
Ἡμῖν δ' ἀμυδρῶς, οἷς ἐπιπροσθεῖ νέφος
Σαρκὸς παχείας, δυσμενοῦς προβλήματος·
Τέως μὲν οὕτω, τὸ πλέον δ' ἐς ὕστερον.
Ἐπεὶ δ' ἀπαρχὰς τῶν λόγων ἔχει Θεὸς,
Σκοπῶμεν ἤδη τάχ Θεοῦ. Ἔχει δὲ πῶς;
Δύ' ἐστὸν ἄκρω καὶ φύσεις ἐναντίαι.
Ἡ μὲν Θεοῦ τε πλησίον καὶ τιμία·
Καλοῦσι γὰρ λογικήν τε καὶ πλήρη νοὸς,
Καλοῦσι δ' αὐτὴν ἐκ λόγου παρωνύμως,

A Οἵαν τιν' οἶδα τὴν Θεοῦ παραστάτιν
Ἄκρων τε δευτέρων τε τάξιν ἀγγέλων,
Ἀνωτέραν αἰσθήσεων καὶ σωμάτων,
Πρώτην τε λαμπρὰν Τριάδος τῆς ἀρχικῆς.
Ἡ δ' ἐκ Θεοῦ τε καὶ λόγου πορρωτάτω·
Καλοῦσι δ' αὐτὴν ἄλογόν γ', ὡς τοῦ λόγου
Ξένην, ὅσος τ' ἐν ἠχῳ, καὶ ὅσος λαλούμενος.
Οὕτως δὲ ταῦτα χωρίσας Θεὸς Λόγος
Ὡς καλλιτέχνης καὶ πλέκων σοφῶς κτίσιν,
Καὶ σύνθετόν τι ζῶον ἐξ ἀμφοῖν ἐμὲ
Πλάττει, λόγου τε κοὐ λόγου συναρμόσας,
Ψυχῆς ἀειδοῦς, ᾗ φέρω τὴν εἰκόνα
Θεοῦ μεγίστου, κἀνοήτου σώματος.
Μίξις μὲν ἥδε πλάσματος τοῦ τιμίου,

Majus miraculum exhibuit in animalis natura.
418-419 Paulo autem altius repetens philosophabor tibi.
Deus vel mens est, vel alia quædam præstantior
Essentia, quæ solius mentis acie apprehendi possit:
Utrum perfecte ab iis comprehendatur, qui in cœlo sunt, novit Deus;
Nobis autem obscure, quibus astat nebula
Carnis crassæ, quæ inimicus est obex:
Atque ita quidem hactenus, deinceps uberius.
Postquam autem sermonis primitias Deo dedimus,
Spectemus jam quæ a Deo sunt. Quænam eorum est ratio?
Duæ sunt extremæ et contrariæ naturæ:
Una Deo propinqua et honorabilis:
Rationalem vocant, et mentis plenam,
Vocant autem eam a ratione deducto cognomine,
Qualem unum novi Deo astantem
Primorum et secundorum angelorum ordinem,
Sublimiorem sensibus et corporibus,
Quæ prima resplendet ex regnatura Triade.
Altera autem a Deo et a ratione remotissima:
Vocaturque rationis expers, ut a sermone aliena,
Tum illo, qui in sono consistit, tum qui loquendo exprimitur.
Cum autem Deus Verbum hæc ita separasset,
Ut peritus artifex et sapienter nectens rem creatam,
Compositum me ex utroque animal quoddam
Fingit, nimirum ex ratione, et rationis experte concinnans,
Ex anima non spectabili, qua fero imaginem
Dei maximi, et ex corpore non intelligente.
Atque hæc quidem fuit honorabilis figmenti temperatio,

89 *Φιλοσοφήσω*. Sic Coisl. Edit., mendose, φίλος σοφίσω.
95 *Τέως*. Edit. mendose Θεός.
98 *Δύ' ἐστόν*. Sic Coisl. Edit. ἔστων.
103 *Τάξιν*. Coisl. τάξις.
104 *Ἀνωτέραν*. Coisl. ὑψηλοτέρ'.
105 *Πρώτην τε λαμπράν*. Coisl. πρώτη τε λαμπρά.
106 *Ἡ δ' ἐκ Θεοῦ*. Coisl. ἡ δέ γε Θεοῦ τε.
108 *Ὅσος τ' ἐν ἠχῳ*. Combef. legit ἄηχος. *Est enim*, inquit, *hic sermo in mente absconditus*. Ibid. λαλούμενος. Forte νοούμενος, *qui mente concipitur*. Edit. ad marg., λόγος ἐνδιάθετος καὶ προφορικός.
113 *Ἡ*. Sic legimus. Edit. ἧς.
114 *Κἀνοήτου*. Sic Plato in *Timæo*, Cicerone ipso interprete. Edit. mendose καὶ νοητοῦ.

METRICA VERSIO.

In homine majus edidit miraculum.
Sermonem at ipse ducam ut aliquanto altius,
Deus vel est mens, melior aut essentia,
Quam sola capere mens potest: si cœlitum
Caterva plene, novit hoc summus Deus:
At nos subobscure, officit nubes quibus,
Quam crassa et hostis objicit nobis caro:
Ac nunc quidem sic: plus quod est, in posterum.
Sermonis orsum jam Deus cum sumpserit,
Consideremus opera quænam sunt Dei.
Extrema duo sunt, res duæ contrariæ,
Quarum propinqua est altera Deo, et nobilis
(Logicam vocant hanc, mentis et plenam undique,
(Logicam, petito nomine hoc ἐκ τοῦ λόγου),

B Quæ præpotenti Numini astat jugiter,
Summos et imos angelos intelligo,
Sublimiores corpore et sensu simul:
A Triade primi qui sacra lucem hauriunt.
Ratione procul est altera, procul Deo,
Brutam vocant hanc, ratio quod ab hac exsulet,
Interna, quæque vocibus se detegit.
Hæc separasset Filius cum sic Dei,
Nectens, ut ingens artifex, res conditas,
Mox me ex duabus construit, nempe ex eo
Quod ratio decorat, penitus et quod hac vacat,
Ex mente dico (maximi formam Dei
Quam gesto) sensu prædita, æque corpore.
Præstantis operis talis est hæc mistio,

Digitized by Google

Ὃν κόσμον ἄλλον οἷομ' ἐν μικρῷ μέγαν.
Ὡς ἂν δὲ, φωτὶ πλημμυρῶν καὶ τῷ καλῷ,
Δῴη τι κἀμοὶ τοῦ καλοῦ, ἔργον τ' ἐμὸν
Ἢ τῷ θελῆσαι, τῆς ἄκρας ἀμφοῖν βίοιν·
Τότε δὴ προδείξας καὶ διαστείλας λόγῳ,
Προσθεὶς βοηθὸν τὸν νόμον τῷ πλάσματι,
Αὐθαίρετόν μ' ἔθηκεν ἐργάτην καλοῦ,
Ὡς ἐκ μάχης τε καὶ πάλης στέφη φέρειν·
Κρεῖσσον γὰρ, ἢ ζῆν τερμόνων ἐλεύθερον.
Οὕτος λόγος σοι τῆς ἐμῆς συμπήξεως.
Ἡ δὲ στροφαῖς μὲν ἐνθάδε πλείσταις ἀεὶ
Δονεῖτ', ἄνω τε καὶ κάτω στροβουμένη,
Μέση πονηρῶν πραγμάτων καὶ δεξιῶν,
Δι' ὧν πυροῦται καὶ δοκιμάζετ' ἀθλία,

Ὡς χρυσὸς ἐν ἄνθραξι τοῖς καθαρτικοῖς.
Ἀλλ' ὕστερον πραχθήσεθ' ὧν ἐσπείραμεν
Καρποὺς, δικαίῳ τοῦ Θεοῦ κριτηρίῳ,
Ληνοί θ' ἕτοιμοι τῶν βίβλων λαβεῖν θέρος.
Οὕτω δὲ τούτων κειμένων, ὁ μὲν νόμον
Τηρῶν, Θεοῦ τε μοῖραν ἣν ἔχει σέβων,
Ἐν παντί τ' ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ νοῦ στροφῇ
Ἄχραντος ὡς μάλιστά τ' ἠπατημένων.
Καὶ τῷ ῥέοντι μηδὲν ἰλυσπώμενος,
Ἕλκων δὲ τὸν χοῦν ἔμπαλιν πρὸς οὐρανὸν,
(Ὦ τοῦ μεγίστου καὶ σοφοῦ μυστηρίου!)
Θεὸς γενέσθαι, τῶν πόνων ἕξει γέρας,
Θεὸς θετὸς μὲν, ἀλλ' ἄκρου φωτὸς γέμων,
Οὗ τῆδ' ἀπαρχὰς μετρίως ἐδρέψατο.

Quod quidem mundum alterum magnum in parvo esse existimo.
Ut autem, ille luce circumfluens et bono,
Mihi etiam aliquid boni impertiat, ac meum opus.
Meum sit volendo, terminos utriusque vitæ
Jam tum demonstrans et ratione discernens,
Legem adjutricem figmento imponens,
Liberum me opificem boni constituit,
Ut per pugnam et luctam reportem coronam:
Id enim satius, quam omni lege solutum vivere.
Hanc tibi compactionis meæ rationem exposui.
Illa autem turbinibus in hac vita plurimis semper
420-421 Jactatur, dum sus deque torquetur,
Media inter adversas res et prosperas,
Quibus uritur misera et probatur,
Ut aurum in carbonibus expurgantibus.
Verum aliquando ab ea reposcentur eorum quæ seminavimus
Fructus in justo Dei judicio,
Parataque horrea ad excipiendam librorum segetem.
His ita constitutis, qui legem
Observat, et, quam habet Dei particulam, honorat,
In omni actione, et verbo, et mentis agitatione
Intaminatus quam maxime ab eorum, qui seducti sunt, consortio,
Nec inter rerum fluxus cœno inquinatus,
Corpusque in cœlum vicissim trahens
(O magnum et sapiens mysterium!)
Hanc laborum habebit mercedem, ut Deus fiat,
Deus quidem adoptione, sed summo plenus lumine,
Cujus hic primitias mediocriter decerpsit.

116 *Οἷομ' ἐν μικρῷ μέγαν.* Prave Edit. οἷον. Cur autem hominem magnum mundum, et contra mundum hunc aspectabilem parvum appellet, vide orat. secundam *in sanctum Pascha*, tom. I, pag. 850.

119 *Ἢ τῷ θελῆσαι.* Sic ad oram Par. edit. emendatum reperimus, quod habetur in editis: οὕτω θέλῃ σε, sed nullus codex laudatur. Coisl. θέλησε τῆς ἄκρας ἀμφοῖν βίοιν. Combef. legit τέλησε, et vertit: *qui utriusque vitæ extremos fines teneres.*

120 *Τότε δή.* Ita Coisl. Deerat. δή in edit.

133 *Βίβλων. Eorum messem, quæ in libris scripta sunt, eorum quæ gessimus, quorum Deo reddenda est ratio.* Forte scribendum foret βίων.

137 *Τ' ἠπατημένων.* Ita Coisl. Edit. τῶν πατουμένων.

138 *Ἰλυσπώμενος.* Ita Coisl. Edit. Ἰλυσπώμενον

140 *Ὦ.* Ita Vat. et Coisl. Edit. ὡς.

141 *Ἕξει γέρας.* Sic Billii conjecturam secuti et Comb. legimus pro ἐξῆς ἐρᾶς. Vide. tom. I, pag. 386, orat. *in laudem Athanasii*, ubi hæc luculentissime tractantur.

143 *Τῆδ' ἀπαρχάς.* Sic Coisl. Edit. ἀπαρχήν.

METRICA VERSIO.

Novum ipse mundum quam vocem magnum in brevi,
Ut autem abundans lumine, et plenus bono,
Boni daret mi quidpiam, meterem ut meum
Opus, utriusque limites vitæ indicans,
Ratione et illos tum prius disterminans,
Hominique legis insuper jungens opem,
Studium reliquit sic boni mihi liberum,
Ut dimicando consequar palmæ decus.
Hoc namque melius, vita quam expers limitum.
Hæc structionis ratio, summa est hæc meæ.
At ipsa crebro, donec in terris sumus,
Sursum deorsum vertitur, fluctus velut,
Læta inter anceps, aspera et quæ sensibus,
Per quæ probatur misera, fitque purior,

B Ut aurum in igne purius reddi solet.
Post autem eorum, sevimus quæ nos, seges
Tandem exigetur lancibus justis Dei,
Messemque vitæ prompta sunt capere horrea.
Cum talia hæc sint, quisquis observat sacras
Leges, Deique, quam tenet, partem colit,
Dictoque in omni, reque item, et mente insuper,
A proterendis integer rebus manet,
Ab eoque, semper quod fluit, negat abripi,
Verum ipse contra pulverem in cœlum trahit,
(O scitum et ingens admodum mysterium!)
Laborum habebit præmium hoc, ut sit Deus,
Factus quidem ipse, lumine at summo affluens,
Gustavit id quod leviter hic tantummodo.

Digitized by Google

Ὅστις δὲ δεσμοῦ πρὸς τὸ χεῖρον καὶ πλοκῆς
Νεύσας, ὁμόσπονδός τε τοῖς κάτω φανείς,
Δοῦλός τε σαρκὸς καὶ ῥέουσι προσφιλής,
Τὴν θείαν εὐγένειαν ὑβρίζει βίῳ,
Κἂν ὡς μάλιστα εὐδρομῇ τοῖς ἀστάτοις,
Κούφοις ὀνείροις καὶ σκιαῖς γαυρούμενος,
Πλουτῶν, τρυφῶν τε καὶ θρόνοις ἐπηρμένος,
Φεῦ τοῦ ταλάντου τῶν ἐκεῖθεν μαστίγων!
Ἡ τῶν κακῶν τὸ πρῶτον ἐκ Θεοῦ πεσεῖν.
Ταῦτ' οὖν ἀκούων καὶ πεπεισμένος σύ γε,
Τὴν δεξιὰν βάδιζε, τὴν φαύλην δ' ἔα,
Εἴ μοί τι πείθῃ γνησίῳ παραινέτῃ.
Λῷον δὲ πείθεσθ' οἶδα, καὶ δέξῃ λόγον.
Τριῶν γὰρ ὄντων, ὡς λέγουσιν οἱ πάλαι,
Οἷς τὸν ἀγαθὸν σύμβουλον ὡπλίσθαι χρεών,
Ἐμπειρίας τε, φιλίας τε, καὶ παῤῥησίας,
Τούτων ἂν οὐδὲν ἡμῖν εὕρῃς ἐνδεές.
Ἐμπειρίας μὲν εἰς τοσοῦτον ἥλασα,
Ὅσον περ εἰκὸς τοὺς πονήσαντας μακρὰν
Χρόνῳ τε πολλῷ προσλαλήσαντας σοφῶν
Βίβλοις, θεοπνεύστων τε δαγμάτων λόγοις,
Πηγῇ γλυκείᾳ σώφροσί τ' ἀρυσίμῳ,
Ὧν καὶ βάθος τι μικρὸν ἐξηντλήσαμεν.
Τοῦ δευτέρου δ' ὧν εἶπον, εὐνοίας λέγω,
Πίστις μεγίστη· ταῦτα γάρ σοι βούλομαι
Ἃ πρόσθ' ἐμαυτῷ, φίλτατε, παρῄνεσα,
Τὸν καὶ πεπεικὸς τοῦτο καὶ πεπεισμένον.
Νίκα λογισμοὶ κινδύνοις συνέδραμον
Πικρᾶς θαλάσσης, οἷς φυνήχθην πρὸς Θεόν·

At qui ad deteriorem colligationis et nexus partem
Inclinans, et cum rebus inferioribus fœderatus,
Carnisque servus, et iis quæ fluunt, amicus,
Divinam cognationem vita dedecorat,
Etiamsi in iis, quæ instabilia sunt, cursum habeat optatissimum,
Levibus somniis et umbris superbiens,
Dives, delicatus et thronis elatus;
Heu pondus flagellorum illic ei infligendorum!
Quatenus malorum maximum est Dei jacturam facere.
Hæc igitur audiens, iisque assentiens,
Dextram viam incede, pravam relinque,
Si quid mihi obsequeris germano monitori.
Satius autem esse obsequi scio, et verba mea suscipe.
Nam cum tria sint, ut antiqui dicunt,
Quibus probum consiliarium instructum esse decet,
Experientia, amor et libertas,
Horum mihi nullum deesse reperies.
Ac in experientia quidem tantos habeo progressus,
Quantos par est eos, qui longos labores sustinuerunt,
Diuque collocuti sunt cum sapientum libris,
Et cum doctrinæ divinitus inspiratæ litteris,
422-423 Qui fons est dulcissimus a prudentibus viris hauriendus,
Ex quibus aliquid in profundo latens hausimus.
Alterius autem, quæ dixi, nempe amoris,
Maximum argumentum accipe. Cupio enim tibi omnia,
Amice, quæ prius me ipse admonui,
Tum, cum ratiocinationes occurrerunt cum periculis
Acerbi maris, quibus ad Deum adductus sum:

145 *Ὁμόσπονδός τε.* Ita Coisl. Edit. ὁμόσποδός τε τοῖς κάτω. *Cum rebus terrenis consors cineris.*
148 *Κἂν ὡς.* Ita Coisl. Edit. κ' ἄνως.
151 *Φεῦ*, etc. Id est, *heu quam gravibus pœnis in altera vita plectetur!* Bill. *heu quanta moles verberum hunc illic manet!*
152 *Ἡ τῶν κακῶν τὸ πρῶτον.* Coisl. εἰ τῶν κακῶν μέν. Ibid. πεσεῖν. Ita Coisl. *a Deo excedere.* Edit. πεσόν.
160 *Εὕρῃς ἐνδεές.* Coisl. εὕροις ἐλλεῖπον.
163 *Χρόνῳ τε πολλῷ.* Decrat in edit. πολλῷ, quod Coisl. suppeditavit.
164 *Λόγοις.* Ita Coisl. Edit. λόγους.
166 *Μικρόν.* Coisl. κρυπτόν.
169 *Παρῄνεσα. Quæ mihi ipse persuasi, vra-scripsi.*
170 *Κινδύνοις.* Ita Coisl. Edit. κινδύνους.
171 *Οἷς συνήχθην.* Ita Coisl. Edit. ἧς συνήφθην.

METRICA VERSIO.

In pejus at qui vinculi et nexus nuit,
Rebusque sese mancipans totum inferis,
Carnisque servus, perdite et fluxa expetens,
Generis superni moribus turpat decus,
Felix sit ipse rebus in fluxis licet,
Leves se ob umbras efferens et somnia,
Ob luxum opesque tumidus, et celsos thronos,
Heu quanta moles verberum hunc illic manet!
Quorum supremum est, dejici a summo Deo.
Hæc ergo tu nunc audiens, atque his fidem
Adhibens, relicto carpe iter rectum improbo,
Monenti amice pareas si quid mihi;
Parere porro melius: et certe audies.
Nam terna cum sint, ut vetus sensit cohors,
Pollere debet optimus monitor quibus,
Rerum usus ingens, charitas, os liberum,
In me requires prorsus ex tribus nihil:
Namque usus in me tantus est, quantum decet
Hunc obtinere, qui labores plurimos
Hausit, diuque volvit auctores bonos,
Sacrosque trivit sedula libros manu,
Qui dulcis est fons, mentibus castis patens,
Ex queis profundi quidpiam est haustum mihi.
Jam charitatem, cui secundas præbui,
Testatur istud: hæc enim opto nunc tibi,
O chare juvenis, quæ mihi suasi prius,
Cum recta coiit mens freti periculis,
Junxere passum gravia quæ me Deo.

Digitized by Google

Φόβος γὰρ ἀρχὴ πολλάκις σωτηρίας.
Παῤῥησίας δὲ μὴ λάβῃς πεῖράν ποτε,
Μήτ' οὖν ἐμῆς γε, μήτε τούτων σοι ξένων·
Ἀλλ' οὐδὲ λήψῃ τοῖς ἐμοῖς πεισθεὶς λόγοις·
Ἔσῃ γὰρ αἴνων, οὐ ψόγων ἐπάξιος.
Ἐπεὶ δὲ ταῦτα, δεῦρό μοι σαυτὸν δίδου,
Δὸς, καὶ Θεῷ δώσωμεν, ὃν λήψῃ δοθείς.
Φύσις γὰρ αὕτη τοῦ διδόντος γίνεται.
Σκοπῶν δ' ἂν οὕτω τῆς ἀληθείας τύχοις.
Εἰσὶ δέ τινες καὶ παρ' Ἕλλησι σοφοί,
Οὐ μὴν σοφοί γε· πῶς ἂν εἴποιμεν σοφοὺς
Τοὺς τὴν κρατίστην φύσιν ἠγνοηκότας,
Θεὸν, τὸ πάντων αἴτιον πρῶτον καλῶν;
Οὗ καὶ φύσις γε τοῖς φρονοῦσι πρόξενος,
A Τάξις θ' ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων·
Τοὺς δ' ἢ τελείως ἐκβαλόντας τοῦ λόγου
Τὸ θεῖον, ἢ πρόνοιαν ἐξηρνηκότας,
Ἢ μέτρα θέντας, μὴ κάμοι σώζων Θεός.
Ὧν οἱ μὲν ὄψει χρώμενοι διδασκάλῳ,
Ἄστροις ἔδωκαν τοῖς ὁμοδούλοις τὸ κράτος,
Οἷς πάντ' ἄγουσιν, ἡγμένοι λίαν κακῶς·
Ἄλλοι δὲ προσεκύνησαν αἴσχη κνωδάλων,
Πλέον πεσόντες· οἱ δὲ δαιμόνων σκιὰς,
Μύθους τ' ἀνεῦρον τῶν παθῶν συνηγόρους,
Στήλας τ' ἔθεντο τῆς ἀνοίας ἀξίας,
Ἰδρύμαθ' ὕλης, καὶ χερὸς ποιήματα.
Τίς οὖν τοσοῦτον ἄσοφος, ὡς τούτους σοφοὺς
Θέσθαι; Ὅμως ἔστωσαν, εἰ δοκεῖ, σοφοί.

Sæpe enim timor, initium salutis.
Libertatem vero ne unquam experiaris,
Neque meam prorsus, neque horum qui tibi extranei sunt:
Sed nec experieris, si meis pareas sermonibus:
Eris enim laudibus, non vituperiis dignus.
Cum igitur hæc ita sint, da teipsum mihi,
Da, et Deo te dabimus, quem datus accipies.
Hæc enim dantis natura est.
Veritatem autem assequeris, si res ita consideres.
Sunt quidam et apud Græcos sapientes,
Non tamen sapientes: quomodo enim sapientes dixerimus,
Qui præstantissimam naturam non noverunt,
Deum, primam omnium bonorum causam,
Quem ipsa etiam natura cordatis monstrat,
Et ordo eorum quæ videntur, quæque intelliguntur?
Sed vel omnino excludunt a doctrina sua
Divinitatem, vel providentiam negant,
Aut terminis circumscribunt, ne laboret servando Deus.
Horum alii, visu utentes magistro,
Astris dederunt conservis dominatum,
Per quæ omnia gubernant, ipsi pessime gubernati:
Alii adoraverunt dedecora reptilium,
Turpius lapsi: alii vero dæmonum umbras,
Et fabulas invenerunt patronas vitiorum,
Ac monumenta statuerunt sua digna stultitia,
Statuas ex materia, et manus opera.
Quis igitur adeo insipiens, ut hos sapientes
Judicet? Sint tamen, si ita videtur, sapientes:
B Ordoque rerum, quæque in aspectum cadunt·
Mentemque? sed vel submovent prorsus Deum,
Vel regimen ejus pernegant omne, aut modum
Statuunt, laboret ne nimis servans Deus.
Visum magistrum pars enim tantum sequens,
Subjecit astris cuncta, conservis licet:
Nilque esse quod non hæc regant, male censuit.
Pars lapsa gravius, bestias vilissimas
Coluit, vel umbras dæmonum atque fabulas
Excogitavit, vitia ut obtegeret sua:
Dignas columnas statuit et vecordia,
Simulacra varia facta materia et manu.
Quis ergo tantum desipit, ut istos sophos
Appellet? at sint hi tamen, si vis, sophi.

172 *Φόβος*, etc. Hic versus a Billio prætermissus erat, sed illum supplevimus in versione metrica, italicisque notavimus. CAILLAU.

175 *Λόγοις*. Ita Coisl. Edit. λόγους.

178. *Ὧν*. Ita Coisl. Edit. ᾧ. Ibid. Θεῷ. In edit. male Θεῷ γε, quo deficit metrum.

187 *Τοὺς δ' ἢ τελείως*. Coisl. ἀλλ' ἢ παντελῶς.

188 *Ἐξηρνηκότας*. Sic Coisl. Edit. ἐξηρηκότας.

189 *Σώζων*. Ita Coisl. Edit. σώζειν, *quasi veritus essent ne defatigaretur Deus, omnia regendo et conservando.*

190 *Διδασκάλῳ*. Ita Coisl. Edit. διδασκάλων.

191 *Ἔδωκαν*. Ita Coisl. Edit. ἔδωκεν.

193 *Αἴσχη κνωδάλων*. Ita Coisl. et Vat. *turpissimas bestias, ut Ægyptii crocodilos.* Edit. αἴσχη κύριον.

METRICA VERSIO.

Nam sæpe fit salutis principium timor.
Fiduciam autem sentias nunquam meam,
Ex hisve, qui sunt exteri tibi, ullius:
Nec, obsequare si mihi, unquam senties.
Nam laude dignus sic eris, non at probro.
Hæc ergo cum ita sint, des mihi te velim;
Deoque dabimus, cui datus sumas eum.
Natura dantis talis est enim Dei.
Verum assequeris porro, sic considerans.
Sunt quidam et inter Ethnicos sophi viri,
Quanquam sophos quis dicat hos jure optimo,
Qui rebus id quod præminet longe omnibus,
Deum, bonorum principem causam, haud sciunt,
Natura quem vel ipsa cordatos docet,

Digitized by Google

200 Τούτους ἂν εὕροις τοῖς μὲν ἄλλοις δόγμασιν
Ἀσυνθέτους τε καὶ διεστῶτάς τισι
Τοῖς περὶ νοητῶν καὶ ὁρωμένων λόγοις,
Θεοῦ προνοίας, ἰδεῶν χ' εἱμαρμένης,
Ὕλης ἀπείρου, συνθέσεώς τε σωμάτων,
205 Ψυχῆς, νοός τε καὶ πλάνης αἰσθήσεων·
Ἐξ ὧν Στοαί τε καὶ προσώπων ὀφρύες,
Ἀκαδημίαι τε καὶ πλοκαὶ Πυῤῥωνίων,
Σκέψεις, ἐφέξεις, τεχνικῶν ληρήματα·
Ἀσυνθέτους μὲν ταῦτα, πάντας δ' ἐξ ἴσου
210 Ἐπαινέτας δὲ τοῦ καλοῦ καὶ σύμφρονας,
Οὐδὲν τιθέντας τῆς ἀρετῆς ἀνώτερον,
Κἂν μυρίοις ἱδρῶσι καὶ πολλοῖς πόνοις
Χρόνῳ τε μακρῷ τυγχάνῃ κρατουμένη.
Μεμνήσομαι δὲ, δείγματος χάριν, τινῶν,

A 215 Ὡς ἂν μάθῃς κἀνθένδε τὴν ἀρετὴν, ὅσα
Ῥόδ' ἐξ ἀκανθῶν, ὡς λέγουσι, συλλέγων,
Ἐκ τῶν ἀπίστων μανθάνων τὰ κρείσσονα.
Τίς οὐκ ἀκούει τὸν Σινωπέα τὸν κύνα;
Οὗτος, (τί τἄλλα χρὴ λέγειν;) ἀλλ' εὐτελὴς
220 Οὕτως τις ἦν, καὶ μέτριος τὰ τοῦ βίου,
Καὶ ταῦθ' ἑαυτῷ νομοθετῶν, οὐκ ἐκ Θεοῦ
Νόμον φυλάττων, οὐδ' ἐπ' ἐλπίσι τισὶν,
Ὥστ' εἶχεν ἓν μὲν κτῆμα, τὴν βακτηρίαν,
Οἶκον δ' ὕπαιθρον ἐν μέσῳ τοῦ ἄστεος,
225 Στρεπτὸν πίθον φεύγοντα πνευμάτων βίας,
Ὃς ἦν ἐκείνῳ δωμάτων χρυσωρόφων
Κρείσσων· τροφὴ τε σχέδιος, οὐ πονουμένη.
Κράτης δ' ὁμοίως χρημάτων ὑπερτιθεὶς
Αὐτὸν, μεθεὶς τε μηλόβοτον τὴν οὐσίαν,

200 Reperies eos aliis quidem in dogmatibus
Incompositos, et dissentientes in quibusdam
Disputationibus de iis quæ intelliguntur et videntur,
424-425 De Dei providentia, de ideis, de fato,
De materia infinita, de conformatione corporum,
205 De anima et mente, et sensuum deceptione:
Ex his Porticus et vultuum supercilia,
Academiæ et tricæ Pyrrhoniorum,
Speculationes, inhibitiones assensus, artificum deliria.
Atque in his quidem cum dissideant, omnes tamen æque
210 Laudatores sunt virtutis, et consentiunt,
Nihil virtuti præponentes,
Etiamsi immensis sudoribus, multisque laboribus,
Ac longo tempore parabilis sit.
Nonnullos autem exempli causa commemorabo,
215 Ut hinc etiam, quanta res sit virtus, cognoscas, veluti
Rosas in spinis, ut dicitur, colligens,
Dum ab infidelibus, quæ bona sunt, doceris.
Quis ignorat Synopensem illum canem?
Is (quid necesse est alia dicere?) tenuis
220 Adeo et parvus in victu erat,
Et quidem à seipso sibi præscriptam, non a Deo acceptam
Legem observans, nec adductus spe ulla,
Ut rem unam possideret, nempe baculum,
Ac domum sub dio, in medio civitatis,
225 Dolium versatile, quo tegebatur a vi ventorum,
Quod quidem ei domibus auro tectis erat
Pretiosius. Cibus autem nec præparatus, nec elaboratus.
Crates similiter, cum divitiis altiorem
Se præberet, ac opes suas pecori pascendas reliquisset,

205 *Ἰδεῶν χ'*. Vat. ἰδεῶν Θ'.
204 *Συνθέσεώς τε σωμάτων*. Coisl. et Vat. δέσιν εἶναι σωμάτων. Sic videtur legisse Leuv., *de eo quod vinculum quoddam sit corporum.*
205 *Νοός τε*. Coisl. νοοῦ τε.
206 *Ἐξ ὧν*. *Ex quibus* προσώπων ὀφρύες, *elata supercilia, fastus præstantiorum virorum, personarum dignitate, gradu, scientia insignium.*
208 *Ληρήματα*. Ita Coisl. Edit. ληρημάτων.
211 *Ἀνώτερον*. Coisl. ἀνωτέρω.
215 *Κἀνθένδε*. Ita Coisl. Edit. κἀνταῦθα. Mox ὅση pro ὅσα.
221 *Ἑαυτῷ νομοθετῶν*. Ita Coisl. Edit. ἑαυτῶν νομοθετῷ.

METRICA VERSIO.

Hos discrepare cæteris rebus quidem
Cernas, gravique congredi certamine,
De rebus, aut quas oculus, aut animus videt,
Fatove, formis, atque providentia,
Hyle, quibusque nostra constent corpora,
Animaque, mente, et sensuum fallacia,
Stoa unde fluxit, vultuum et fastus gravis,
Academiæque, vincula et Pyrrhonia,
Nugæque acutæ, quæ nihil certo asserunt.
Hos rebus, inquam, dissidere cæteris
Videas: at omnes ore concordi bonum
Laudare, quidquam celsius nec ducere
Virtute: multis hæc licet sudoribus
Paretur, atque temporis tractu haud brevi.
Dictisque constet ut fides, quosdam tibi

β Producam, ut inde, quanta res virtus, scias,
Rosas, ut aiunt, colligens ex sentibus,
Bona nempe discens quæpiam vel ab ethnicis.
Quis non, Synope quem tulit, novit canem?
Hic (quid necesse est cætera ut recenseam?)
Tam tenuis, ac tam parcus in vita sua
Erat, (idque sibi cum lex foret, non at Dei
Jussa sequeretur, spes nec ullas præmii)
Ut baculus esset ipsi opum loco omnium,
Proque domo haberet urbis in medio cadum
Versatilem, hunc que, fugeret ut ventos graves:
Quem præterebat ædibus pulcherrimis.
Quin victus illi tenuis, et cura vacans.
Crates eodem negligens opes modo,
Pascenda linquens bestiis sua prædia,

Digitized by Google

230 Ὡς ἂν κακίας ὑπηρέτιν καὶ σωμάτων,
Ἀρθεὶς ὑπὲρ βωμοῦ, μεγάλῳ κηρύγματι
Ἀνεῖπεν αὐτὸν, ὡς ἐν Ὀλυμπίᾳ μέσῃ,
Τὸ θαυμάσιον δὴ τοῦτο καὶ βοώμενος·
« Ἐλευθεροῖ Κράτητα Θηβαῖον Κράτης· »
235 Δουλείαν εἰδὼς τὸ κρατεῖσθαι χρημάτων.
Φασὶν τὸν αὐτὸν (ὥς τινες δ', ἄλλον τινὰ
Τῶν φιλοσοφούντων ἐξ ἴσου φρονήματος),
Πλέοντα, τοῦ κλύδωνος ἀγριουμένου,
Ἔπειτα φόρτῳ τῆς νεὼς βαρουμένης,
240 Ῥίπτειν προθύμως εἰς βυθὸν τὰ χρήματα,
Τοῦτον δ' ἐπειπεῖν ἄξιον μνήμης λόγον·
« Εὖγ', ὦ Τύχη, μοὶ τῶν καλῶν διδάσκαλε,
Ὡς εἰς τρίδωνα ῥᾳδίως συστέλλομαι! »
Ἄλλος παρῆκεν οὐσίαν τοῖς ἐκ γένους;

A 245 Ἄλλος δ' ὑπερβὰς ταῦτα, ὡς ἀνθρώπινα,
Ἅπανθ' ὅσ' εἶχεν εἰς μίαν βῶλόν τινα
Χρυσῆν συνελὼν, ἔπειτ' ἀναχθεὶς εἰς ἅλα,
Βυθῷ δίδωσι τὴν ἀλαζόνα πλάνην,
Μὴ δεῖν γὰρ ἄλλῳ προξενεῖν τὸ μὴ καλόν.
250 Καὶ τοῦτ' ἐπαινῶ. Τῶν τις ἀρχαίων κυνῶν
Βασιλεῖ προσελθὼν ἠξίου τροφῆς τυχεῖν,
Εἴτ' ἐνδεὴς ὢν, εἴτε καὶ πειρώμενος.
Τοῦ δ' εἴτε τιμῇ γ', εἴτε καὶ πείρᾳ τινὶ,
Πλὴν χρυσίου τάλαντον ἐκ προστάγματος
255 Δόντος προθύμως, οὐ μὲν ἀρνεῖται λαβεῖν·
Λαβὼν δ' ἐν ὄψει τοῦ δεδωκότος αὐτίκα
Ἄρτον πριάμενος τοῦ ταλάντου· « Τόνδ', ἔφη,
Λαβεῖν ἔχρῃζον, οὐ τὸν ἄβρωτον τύφον. »
Ταῦτ' οὖν μὲν ἴσα τοῖς ἐμοῖς νόμοις σχεδὸν,

230 Ut nequitiæ administras ac corporum,
Aram ascendens, magno præconio
Seipsum, ut in media Olympia, renuntiavit,
Mirabile illud dictum proclamans :
« Crates Cratetem Thebæum libertate donat; »
235 Servitutem esse ducens amorem pecuniæ.
Eumdem narrant (quanquam alium nonnulli
Philosophorum, sed pari animi magnitudine),
Cum navigaret, mari effervescente,
Ac deinde navis pondere gravaretur,
240 Libenter projecisse in profundum pecuniam suam,
426-427 Ac memorabilia hæc verba adjecisse :
« Euge, Fortuna, virtutis mihi magistra,
Quam facile ad pallium contrahor! »
Alius bona sua propinquis reliquit.
245 Alius hæc, ut humana, superans,
Sua omnia in unam quamdam colligens
Auream massam, deinde in altum provectus,
Profundo tradidit fastus et erroris materiam,
Non enim oportere (aiebat) alteri conciliare id quod bonum non est.
250 Illud etiam laudo. Quidam ex antiquis canibus
Accedens ad regem postulabat cibum,
Sive inopia coactus, sive ut regis periculum faceret.
Rex autem sive honoris causa, sive experimenti cujusdam,
Auri talentum prompto animo imperat
255 Dari : quod ille minime accipere abnegat;
Sed cum accepisset, statim in ejus qui dederat oculis
Panem emit talenti pretio : « Hoc, inquiens,
Indigebam, non fastu, qui comedi non potest. »
Hæc igitur meis pene legibus æqualia,

233 *Δὴ τοῦτο καὶ*. Deest in edit. καὶ, quod Vat. et Coisl. suppeditarunt. Legimus βοώμενος, quamvis Coisl. et edit. habeant βοώμενον.
246 *Ἅπαρθ' ὅσ' εἶχεν*. Ita Vat. Edit. ἅπανθ' ὅς εἶχεν.
249 *Ἄλλῳ*. Ita Coisl. Mendose edit. ἄλλων.
252 *Εἴτ' ἐνδεὴς ὤν*. Ita Vat. Edit. εἴτ' οὖν δεόμενος.
253 *Τιμῇ γ'*. Ita Vat. Coisl. τιμῇ. Edit. τιμῆς.
257 *Τόνδ' ἔφη*. Coisl. et Vat. τοῦτ' ἔφη.

METRICA VERSIO.

Tanquam ministra criminum et libidinum,
Scandens in aram, maximo præconio
Mirum illud atque vocibus celebre omnium,
Media in Olympo victor ut, de se extulit,
« Crates Cratetem liberat Thebis satum; »
Servile censens, opibus addici nimis.
Quin idem, ut aiunt, alter aut, quidam ut putant,
Sed mente certe prædītus non disparii,
Cum navigaret aspero quondam mari,
Nimisque pressa mercibus navis foret,
Opes libenter in fretum jecit suas :
Hoc laude dignum maxima dictum efferens,
« Bene est : magistram te mihi præbes boni,
Fortuna; vile ad pallium redigor libens. »
Opes propinquis alter at liquit suas.

B Humana veluti, rursus hæc superans adhuc
Alter, et in unam colligens massam auream
Sua cuncta, mox et vectus in mare altius,
Imo superbum gurgiti errorem dedit :
Non esse dandum dictitans malum alteri.
Collaudo et illud : Cum vetus quidam canis
A rege peteret pabulum, vel quod fame
Premeretur, aut hoc principem tentans modo,
Atque ille, honoris gratia, aut tentans eum,
Hilari talentum porrigi mente aureum
Juberet, istud accipit, sed principe
Spectante panem mox emit toto unicum
Auri talento : verbaque hæc statim addidit :
« Pane indigebam, non typho qui non alit.
Haud ista multum legibus sunt a meis

Digitized by Google

260 Οἵ με πτεροῦσιν εἰς βίον τε καὶ φύσιν
Πτηνῶν, ἐφημερίῳ τε κ' ἀσπόρῳ τροφῇ,
Κρίνων τε κάλλει εὖ μάλ' ἠμφιεσμένων,
Ὑφαῖς ἀτέχνοις ἐγγυῶνταί μοι σκέπην,
Εἰ πρὸς μόνον βλέποιμι τὸν μέγαν Θεόν.
265 Ἀλλ' εἴ τι χρή με καὶ ξέσαι τὰ τῶν βίων,
Ὡς ἂν δοκοίην μὴ μάτην ταῦθ' ἱστορεῖν,
Οἱ μὲν τιμῶντες χρημάτων ἀκτησίαν,
Βίον τ' ἐλεύθερόν τε καὶ δεσμῶν ἄνω,
Πρῶτον μὲν οὐ καλῶς τὸ καλὸν μετῆσαν·
270 Πλεῖον γὰρ ἦν ἔνδειξις, ἡ καλοῦ πόθος.
Ἦ τί ποτ' ἔδει βωμῶν τε καὶ κηρυγμάτων;
Ἔπειτα γαστρὸς ἡδοναῖς ἐφίεσαν,
Ὡς ἄν τινες φεύγοντες οὐ πλούτου κόρον,

A Τὰς φροντίδας δὲ καὶ πόνους τῆς κτήσεως,
275 Τρυφῆς δ' ἀφορμὴν τὸ ἀπορεῖν ποιούμενοι.
Δηλοῦσι σημαοῦσιν ἄρτοι κρίθινοι
Ὑπεξιόντες, καὶ τραγῳδίας ἔπη,
Ὧν ἔν τι καὶ τόδ' εὐστόχως εἰρημένον·
« Ὦ ξένε, τυράννοις ἐκ ποδῶν μεθίστασο, »
280 Σέρις τε φεύγουσ' ἐκ μέσων ἡδυσμάτων,
Ὄψον πενήτων, ἄφθονός τε γῆς χάρις.
Ἡμῖν δ' ἀνεπίδεικτον μὲν εἴ τι τῶν καλῶν,
Οἷς πρῶτόν ἐστι μηδὲ τὴν εὐώνυμον
Τὰ δεξιᾶς κινήματ' εἰδέναι σαφῶς.
285 Ἡ δ' ἐγκράτεια μαρτυρεῖ τὸ ἔνθεον.
Καλὸν Κλεάνθους τὸ φρέαρ, καὶ Σωκράτους
Τὸ ζῆν πενιχρῶς· τἆλλα δ' ὡς ἀσχήμονα!

260 Quæ me quibusdam alis efferunt ad vitam et naturam
Volucrum, invento in diem et non seminato cibo,
Et liliorum pulchritudine, quæ admodum splendide vestita sunt,
Texturis sine arte vestimentum mihi pollicentur,
Si ad solum respiciam magnum Deum.
265 Sed si me oportet et mores discutere,
Ut ne videar hæc frustra narrare,
Hi quidem qui paupertatem in pretio habent,
Vitamque liberam et vinculis altiorem,
Primo quidem non recte rectum secuti sunt;
270 Major enim erat ostentatio, quam studium virtutis.
Quid enim opus erat aris et præconiis?
Deinde vero voluptatibus ventris indulgebant,
Ut qui fugerent, non divitiarum satietatem,
Sed sollicitudines et labores possessionis,
275 Et penuriam in deliciarum copiam verterent.
Demonstrant id placentis panes hordeacei
Loco cedentes, et tragœdiæ verba,
Inter quæ illud etiam apposite dictum,
« Hospes, tyrannis protinus cedito, »
280 Cicheriumque mediis ex eduliis profugum,
428-429 Pauperum obsonium, et copiosæ telluris opes.
Nobis autem nefas in lucem proferre, si quid præclare egerimus,
Quibus primarium est, ut ne sinistra quidem
Dextræ motus clare perspiciat.
285 Est etiam castitas divinæ aspirationis argumentum.
Præclarus Cleanthis puteus, et Socratis
Vitæ paupertas; cætera vero quam turpia!

261 *Κ' ἀσπόρῳ.* Coisl. κ' ἀπύρῳ. Edit. male καὶ ἀσπόρῳ.
262 *Κάλλει.* Ita Coisl. Vat. κάλλος. Edit. κάλλη.
265 *Ξέσαι.* Ita Coisl. Edit. ζέσαι.
268 *Δεσμῶν ἄνω. A vinculis immunem, liberam.*
274 *Φροντίδας δέ.* Ita Coisl. Edit. τε.
275 *Τρυφῆς δ' ἀφορμήν. Inopiæ prætextu suavius viverent.*
279 *Ὦ ξένε. Hospes*, etc. Versus est Euripidis ex tragœdia quæ *Phœnissæ* inscribitur. Hunc versum Diogenes non infestive usurpavit, cum, in prandio quodam, pane hordeaceo vesceretur. Allata namque placenta, hordeaceum panem abjiciens, ait : « Hospes, tyrannis procul cedito, » hordeaceum panem per hospitem, placentam autem per tyrannos intelligens.
280 *Σέρις τε.* Ita Coisl. Edit. σέριν τε.
281 *Ἄφθονός τε γῆς χάρις. Quam gratiam affatim terra præbet.* Bill. legit : ἄφθονος στέγης χάρις. Favet cod. Vat. *carens invidia tecti gratia.*
282 *Ἀνεπίδεικτον.* Vat. ἀναπόδεικτον.
286 *Κλεάνθους τὸ φρέαρ.* Cleanthes, cum summa inopia premeretur, noctu aquam in hortis hauriebat : unde appellatur φρεάντλης· interdiu autem litterarum studiis operam dabat.

METRICA VERSIO.

Remota, quæ me per cibum partum in diem,
Nec seminatum, subvehunt ad alitum
Vitam, atque operta lilia insignem in modum,
Sine arte quamvis, unde mihi non defore
Vestem fides fit, si Deum spectem unicum.
At ponderare siquidem exacte decet
Vitas (referre hæc ne puter frustra omnia),
Queis cura egestas exstitit, queis liberam
Nullis strictam vinculis vitam sequi,
Primum secuti rem bonam non sunt bene :
Mage nam movebat gloria hos, quam amor boni.
Nam quid erat aris, quidque opus præconiis?
Laxasse ventri frena quin ipsos liquet :
Ut qui minime opes serio fugerent, opum

B Curas sed acres, ac labores anxios,
Esseque luxus his seges, penuria.
Monstrant placentæ hoc, panis et cibarius
Subductus, atque carmina ex tragœdia.
Quorum istud unum est editum scite admodum,
« Hospes, tyrannis cede quamprimum via : »
Mediisque fugiens intybum ex eduliis,
Inopum esca, tecti gratia invidia carens :
Nos contra ab omni re proba omnem gloriæ
Auram fugamus : ut quibus nil sit prius,
Quam ne sinistra, dextra quid faciat, sciat.
Jam si meretur continens animus decus,
Pulcher Cleanthis puteus, et inops Socratis
Vita. Indecora cætera at quam sint, vide :

Digitized by Google

Οἱ Χαρμίδαι τε καὶ σκέπη τριβωνίων,
Ὑφ' ἧς τὰ θεῖα τοῖς νέοις ὁ γεννάδας
Συνῆν. Μόνοι γὰρ οἱ καλοὶ νοήμονες.
Μηδεὶς ἔρωτι σωμάτων θηρευέτω
Τὸ κάλλος. Ὡς ὄλοιτο τοῖα σκέμματα·
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Λυδῶν ὁρίσματα.
Ἀλκμαίονος δὲ τίς τόδ' αἰνέσει ποτὲ,
Ὃς πρῶτ' Ἀθηναίων τῶν ἀοιδίμων φέρων
Ἀνὴρ γένει τε καὶ κράτει πνέων μέγα,
Τοσοῦτον ὤφθη χρημάτων ἠττώμενος,
Ὅσον περ εἰκὸς ἦν φανῆναι κρείττονα;
Κροίσου γὰρ αὐτὸν πλείοσι δεξιουμένου,
Ὧν ἐν, ταμεῖα χρυσοῦ ἅπαντα προθείς,
Ὡς ἂν δυνάστης τῇ τύχῃ μέγα φρονῶν,
Ἔχειν ἐκέλευσεν ὅσον δύναιτο ψηγμάτων·
Πλήσας δὲ κόλπους, καὶ γνάθους, καὶ τὴν κόμην
Θεὶς χρυσόπαστον (τῆς ἀμετρίας ὅση!)
Προῆλθε Λυδοῖς πλούσιος γελώμενος.
Τί δ' ὁ Πλάτων σοι, καίπερ ὢν σοφώτατος
Ἀνδρῶν; Τί δ' Ἀρίστιππος, τὸν ἥδιστον λέγω;
Τί δ' ὁ χαρίεις Σπεύσιππος, ὥσπερ οἶμαι;
Ὁ μὲν καπήλου δυστυχοῦς ἔζη βίον,
Πόνους διαντλῶν κέρδεσιν θαλαττίους·
Ἔλαιον ἦν ὁ φόρτος. Οὕπω τοῦτ' ἴσως

Charmidæ, et tegumen palliorum,
Sub quo præclarus philosophus de rebus divinis cum juvenibus
Colloquebatur. Soli enim pulchri intelligentia præditi.
Nemo corporum amore, virtutem
Venetur. Pereant ejusmodi speculationes :
Sint separati Mysorum et Lydorum termini.
Jam vero illud Alcmæonis quis laudaverit,
Viri inter Athenienses, quorum magna celebritas, primarii,
Ac de genere et auctoritate multum se efferentis,
Qui tanto se inferiorem pecuniæ exhibuit,
Quanto illum par erat altiorem videri?
Nam cum illum Crœsus pluribus donis ornasset,
Inter quæ illud exstitit, ut omnem auri thesaurum ei proferens,
Utpote regnator fortuna elatus,
Tantum juberet auferre ex ramentis, quantum posset,
Is et sinum et buccas implens, et comam
Gerens inauratam, o quanta immoderatio.
Prodiit coram Lydis dives irrisus.
Quid autem Plato tibi, quamvis sapientissimus
Hominum? Quid Aristippus? lepidissimum illum dico.
Quid festivus Speusippus, ut equidem opinor?
Horum unus cauponis infelicis vitam ducebat,
Labores exantlans ad lucra marinos.
Oleum erat sarcina. Sed forte nondum

288 *Οἱ Χαρμίδαι τε.* Illic παιδεραστίας Socratem insimulat Gregorius. Nonnulla sunt in dialogo Platonis inscripto *Charmides*, quæ hujus sceleris purum non fuisse hunc philosophum produnt, a quo nihilominus eum alius e suis discipulis, Xenophon, vindicat. Vide *Memorabilium* lib. I, cap. 11, n. 16. Ibid. σκέπη. Coisl. σκέπαι τριβωνίων.

289 *Ὑφ' ἧς.* Coisl. et Vat. ὑφ' οἷς.

290 *Μόνοι γὰρ οἱ καλοί.* Salse hoc loco, ait Billius, Socratem perstringit, ut qui ea de causa cum præstanti forma adolescentibus consuetudinem haberet, quod scilicet ii soli mentis acumine atque intelligendi facultate pollerent, qui egregia forma præditi erant.

292 *Κάλλος.* Vat. καλόν.

293 *Μυσῶν.* Edit. mendose Μήδων. Vide infra lib. II, sect. 1, carm. XI, *De vita sua*, vers. 1240. Hoc utitur eo loci proverbio Gregorius, ut ostendat inter honestam docendi rationem, atque impudicum amorem, quo flagrabat Socrates, plurimum interesse.

294 *Ἀλκμαίονος.* Coisl. Τίς δ' Ἀλκμαίονος τοῦτ' ἐπαινέσει ποτέ.

296 *Πλέων.* Sic Coisl. et Vat. Edit. πλέων.

300 *Ταμεῖα.* Coisl. et Vat. ἐν ταμείῳ χρυσίου πάντα.

301 *Τῇ τύχῃ.* Coisl. τῆς τύχης.

302 *Ἐκέλευσεν ὅσον.* Coisl. ἐκέλευσ' ὅσον.

304 *Τῆς.* Ita Coisl. Edit. mendose τήν.

308 *Τί δ' ὁ χαρίεις.* Suspicatur, nec immerito, Billius hunc versum glossema quoddam esse, quod postea in textum irrepserit : loquitur enim subinde de Platone et Aristippo, nec ullum de Speusippo verbum facit.

310 *Θαλαττίους.* Coisl. θαλασσίους.

311 *Ἔλαιον ἦν ὁ φόρτος. Oleum hinc inde vehebat.*

METRICA VERSIO

Et Charmides et pallii velum exteri,
Sub quo docebat puberum pulchrum gregem
Divina; soli pulchri enim ingenio valent.
At nemo amore corporum, quod est bonum
Captet : utinamque scemmata hæc intercidant.
Mysos Lydosque meta sit quæ separet.
Illud quis autem laudet unquam Alcmæonis,
Qui cum suorum civium esset maximus,
Et stirpe clara generis, et potentia,
Tam fœdo amore victus est pecuniæ,
Quam vinci ab illo par erat fluxas opes?
Namque ipsi, honores præter alios plurimos,
Cum Crœsus auri maximam vim ostenderet,
Ut rex beata sorte non parum tumens,
Efferre quantum posset omnino jubens,
Tunc ille buccas, et sinum implens et comam
Auro (cupido quanta, quam præpostera)!
Lydis cachinnum prodiit summum movens.
Plato quid autem, quamlibet doctissimus?
Festivus ille quidnam Aristippus? Quid et
Speusippus ille lepidus, ut existimo?
Plato victitabat, ut solet miser institor,
Ferens labores æquoris studio lucri.
Oleum ferebat scilicet; at hoc dixeris

Digitized by Google

Ἐρεῖς ἄπληστον, καὶ πενίᾳ τι προσνέμεις.
Τὸ δὲ τραπέζας προσκυνεῖν τυραννικὰς
Πλάτωνα· φεῦ λόγων τε καὶ σεμνῶν πόνων!
315 Ἐῶ λέγειν πράσιν τε καὶ οὐχὶ πράσιν,
Εἰ μὴ Πλάτωνί τις Λίβυς τῆς Ἑλλάδος
Ὤφθη γ' ἀμείνων, καὶ μικροῦ τιμήματος
Δόξαν τε καὶ Πλάτωνος ὠνεῖται λόγους.
Τοῦ δ' ἐκ Κυρήνης, μέγα μὲν ἡ παῤῥησία·
320 Ὅμως δ' ἔμιξε τῷ ἐλευθέρῳ τρυφὴν,
Βλάπτων τὸ καλὸν ἁλμυρῷ τῷ δόγματι.
Μύρων γὰρ ὀζων, συμποτῶν κατέπνεε·
Τὸ δ' εὐχάριστον τοῦ τρόπου καὶ στωμύλον
Ὁδηγὸν εἶχε λημμάτων. Οὕτω ποτὲ
A 325 Στολὴν γυναικῶν, Ἀρχελάου τοῦ σοφοῦ,
Οὐκ οἶδ' ὅπως τε καὶ δι' ἣν τὴν αἰσίαν,
Δωρουμένου, Πλάτων μὲν οὐ προσήκατο,
Ἴαμβον εἰπὼν καίριον ἐξ Εὐριπίδου·
« Οὐκ ἂν δυναίμην θῆλυν ἐνδῦναι στολήν. »
330 Ὁ δ', ὡς τὸ δῶρημ' ἦλθεν εἰς αὐτοῦ χέρας,
Φέροντος ἀνδρὸς, καὶ προθύμως λαμβάνει,
Καὶ τὴν ἴαμβου κομψότητ' ἰαμβίῳ
Βάλλει, τόδ' εἰπών· « Καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὕσ' ἥγε σώφρων, οὐ διαφθαρήσεται. »
335 Ὁ δ' αὐτὸς Ἀρχέλαος, ὥς φασιν, ποτὲ
Λαβεῖν θελήσαντός τι τοῦ Σοφοκλέους,
Εὐριπίδῃ δίδωσι τῷ σοφωτάτῳ.

Id dices inexplebilem avaritiam, aut paupertati aliquid concedes.
Sed quod mensas tyrannicas colebat
Plato: heu libros et præclaros labores!
430-431 315 Mitto auctionem, imo ne auctionem quidem,
Nisi Libyus quidam Platoni Græcia
Meliorem ac benigniorem se exhibuisset, et parvo pretio
Gloriam et Platonis libros emisset.
Cyrenensis autem magna quidem exstitit dicendi libertas;
320 Sed tamen libertati luxum miscuit,
Bonum lædens salsamentaria doctrina.
Olens enim unguenta compotores perflabat.
Morum autem urbanitas et dicacitas
Via illi erant ad captanda munera. Sic aliquando,
325 Vestem muliebrem, sapiente Archelao,
Nescio quomodo, aut quam ob causam,
Donante, Plato quidem illam non accepit,
Iambum ex Euripide proferens opportune:
« Haud feminarum vestibus possim indui. »
330 Ille vero, ut munus in ejus manus venit,
Ab aliquo allatum, protinus libens cepit,
At iambi leporem iambico telo
Percussit his verbis: « Non enim in Bacchi orgiis,
Si casta mulier exstitit, vitiabitur. »
335 Idem Archelaus, ut narrant, cum aliquando
Aliquid ab eo vellet accipere Sophocles,
Donavit id Euripidi sapientissimo,

313 *Τὸ δὲ τραπέζας*. Sit ita sane, quod Plato vituperio dignus non sit, ob vectum in Ægyptum mercaturæ causa oleum; an vero in tali viro reprehensione dignum non est, quod in Siciliam ad Dionysium juniorem se contulerit cupediarum amore? quod certe philosophum dedecebat, qui scriptis victus tenuitatem profitebatur.

314 *Φεῦ λόγων*. Ita habent codd. Coisl. et Vat. Prave edit. λέγων.

315 *Ἐῶ λέγειν πράσιν τε*. Quædam exponenda sunt, ut intelligatur hic locus. Plato e Sicilia rediens, ad Æginam insulam appulsus, ad quam accedere Atheniensibus capitale erat, maximum vitæ discrimen adiit. Tandem quidam Afer, Anicetis, meliorem se tota exhibens Græcia, quæ ab Æginetis de redimendo Platone nullatenus laborabat, eum atque ipsius famam et doctrinam viginti aut triginta minis coemit.

316 *Εἰ μὴ Πλάτωνί τις Λίβυς τῆς Ἑλλάδος*. Sic legendum, ut sensus et metrum constet. Edit. Εἰ μὴ Λίβυς τις τῆς Πλάτωνος Ἑλλάδος.

321 *Βλάπτων*. Vat. βάπτων. *Ἁλμυρῷ*. Salsamentariam Aristippi doctrinam appellat, quod ipse voluptatis assertor erat.

329 *Θῆλυν*. Ita Coisl. Edit. θήλειαν. Versus hic est Euripidis in *Bacchis* 834. Vide Laertium in *Vita* Aristippi.

334 *Οὕσ' ἥγε*. Sic Vat. et Coisl. Edit. male οὐχ οὗ ἦγε.

336 *Θελήσαντός τι τοῦ*. Coisl. et Vat. ἐθελήσαντός γε τοῦ.

METRICA VERSIO.

Non criminandum: dasque inopiæ quidpiam.
Mensas Platonem sed sequi tyrannicas,
Turpe, et labores atque doctrinam indecens:
Mitto auctionem, quæ nec habuisset locum,
Ni præstitisset Græcia sese Africus
Benigniorem; namque paucis numulis
Platonis emit gloriam ac scientiam.
Fiducia oris magna Aristippo fuit:
Sed juncta nimium luxui fœdo tamen.
Læsumque misto dogmate est falso bonum.
Nam combibones, unguine ipse perlitus,
Afflabat; atque comitas morum, et sales
Huic muniebant maximum ad quæstum viam.
B Sic Archelao rege quodam tempore
Vestem offerente femina dignam (haud scio.
Qua mente munus istud), hanc quidem Plato
Rejecit, illud proferens Euripidis:
« Non feminarum vestibus queam indui. »
Hic autem, ut ejus munus in manus idem,
Ferente quodam, venit, hoc statim accipit,
Versum et rependit versui lepide alterum,
Hæc dicta fundens: « Non enim in Bacchi Orgiis
Matrona casta labis aliquid contrahet. »
Idem Archelaus, ut ferunt, cum posceret
Sophocles ab illo quidpiam, hoc Euripidi
Dedit erudito protinus, verba hæc loquens:

Digitized by Google

Τοσαῦτ' ἐπειπών· « Σὺ μὲν ἄξιος δοκεῖς
Ζητεῖν ἐμοιγε, λαμβάνειν δ' Εὐριπίδης· »
Δεικνὺς ὅπερ ἄριστον εὐγενὴς τρόπος.
Τάξας δὲ τοῖς Ἕλλησι τοὺς πόρους ποτὲ
Ὁ Λυσιμάχου, καὶ τἄλλα τῶν πρώτων φανεὶς
Ἐν δημαγωγίαις τε καὶ στρατηγίαις,
Τοσοῦτον ὤφθη χρημάτων ἀνώτερος,
Ὅσθ' (ὅτι μὲν ἔσχε τοὔνομ' ἐκ τῆς πράξεως,
Δίκαιος ὢν τε καὶ καλούμενος εἰς ἔτι,
Ἑκὼν παρήσω) τὰς δὲ παῖδας ἡ πόλις
Ἐκδοῦσα τιμᾷ χρήμασι πενίαν καλὴν,
Αὐτόν τ' ἔθαψεν, οὐκ ἔχονθ' ὅθεν ταφῇ.
Οὐκ ἂν παρέλθοιμ' οὐδὲ τὰ Ῥωμαίων καλὰ
Ὡς μὴ παλαιοῖς ἰσχυριζοίμην μόνοις.
Πύρρου κρατήσας ἐν μάχῃ Φαβρίκιος,

A Ἦν δὲ στρατηγὸς τῶν περιβλέπτων ἄγαν,
Καὶ τοῖσδ' ἐνίκα μᾶλλον· ὡς γὰρ εἰς στενὸν
Ὁ Πύρρος ἦλθεν ἐλπίδων, ἐπειράθη
Χρυσοῦ ταλάντοις τὸν στρατηγὸν ἁρπάσαι·
Ὁ δ' οὐκ ἐδέξατ', ἀλλ' ὅμως ἐσπείσατο.
Ἐπεὶ δ' ὁ Πύρρος, ὡς λέγουσ', εἰρηνικὰ
Παίζων πρὸς αὐτὸν, τῶν ἐνόπλων θηρίων
Ἕνα τῶν ἐλεφάντων ὑπερφυᾶ τε καὶ μέγαν,
Οὔπω κατ' ὄψιν οἱ τέως ἐγνωσμένον,
Ἔδειξε· ῥινὸς ὑπερφανείσης ἀθρόως
Οὔτ' ἐπτοήθη, καὶ τόδ' εἶπεν ἤλεως·
« Οὔ μ' οὔτε χρυσὸς εἷλεν, οὔτε θηρίον. »
Ἀρκεῖ τοσαῦτα, καὶ τάδε μέτρου πέρα,
Ὡς ἄν τις εἴποι χρημάτων καταφρονῶν.
Μήτ' οὖν ἐκεῖνα προσδέχου τὰ μὴ καλὰ

Tantum adjiciens : « Tu quidem dignus mihi
Videris qui petas, Euripides autem qui accipiat ; »
His indicans esse quid præstantissimum generosos mores.
Is qui tributa Græcis aliquando exæquavit
Lysimachi filius, aliasque inter principes enituit,
In rebus publicis agendis ac militaribus expeditionibus,
Ita pecunia visus est altior, ut
(Ac illum quidem nomen ex agendi ratione habuisse,
Ut qui justus fuerit, et justus hactenus vocetur,
Libens omitto), ut civitas ære publico et illius filias
Collocaverit, præclaræ paupertati honorem habens,
Et ipsum sepelierit, non habentem unde sepeliretur.
Neque etiam Romanorum præteribo res præclare gestas,
Ne priscis tantum innitar exemplis.
Pyrrhum vicerat in prælio Fabricius,
432-433 Vir inter præcipuos duces insignis.
Sed his, quæ dicam, clarius vicit. Nam cum in arctum
Pyrrhi spes reductæ essent, aggressus est
Auri talentis ducem rapere ;
At ille non accepit, fœdus tamen pepigit.
Deinde, cum Pyrrhus, ut ferunt, pacificos ei
Ludos exhiberet, ex armatis belluis
Unam, nempe elephantem, insigni magnitudine,
Nunquam hactenus ab eo visu cognitam
Monstravit : at subito apparente proboscide,
Neque exterritus est, et placide dixit :
« Neque me aurum vicit, neque bellua. »
Hæc quidem satis multa, atque etiam supra modum;
Idque quisquis pecuniæ contemptor est, haud negaverit·
Ne igitur ista amplectans non belle dicta

340 *Ὅπερ ἄριστον.* Ita Coisl. et Vat. Edit. ἀρίστου.
349 *Ἔθαψεν.* Ita Coisl. Edit. ἔθαψαν.
352 *Φαβρίκιος.* Coisl. Φαβορῖνος.
355 *Ἐπειράθη.* Ita Vat. et Coisl. Edit. ἐπαράθη.
356 *Ἁρπάσαι. Rapere, animum ducis pellicere.*
360 *Ἕνα τῶν.* Coisl. Εἶδε τὸν ἐλέφαντ' ὑπερφυῆ τε καὶ μέγαν. Sic videtur legisse Leuv., qui vertit : *Cum Pyrrhus, ut aiunt, amice cum eo jocans, animadverteret eum*, etc.
361 *Ἐγνωσμένον.* Ita Coisl. Edit. ἀγνωσμένον.
365 *Μέτρου.* Coisl. et Vat. μετρίου.
366 *Ὡς.* Ita Coisl. Leuv. legisse videtur ὧν, ut in editis ; vertit namque, *quæ dicere quis possit, opes ac pecunias contemnens.*

METRICA VERSIO.

« Dignus videris tu quidem, qui postules :
Qui capiat autem, dignus est Euripides : »
Hinc, morum honestas quanta sit res, judicans.
Quin Lysimachi filius, qui Græciæ
Tributa quondam fixerat, vir eminens
Bello, domique rebus in forensibus,
Nummorum amore tam fuit sublimior,
Ut (mitto Justi nomen hinc quod rettulit
Adhucque gestat) ipsius natas viris
Urbs collocarit, de suo penuriam
Præclaram honestans : atque eum ære publico
Humarit, ipsi quod nihil prorsus foret.
Nec præteribo decora magnorum Ausonum
Exempla, ne me prisca solum fulciant.
Fabricius armis vicerat Pyrrhum, agminis

B Ductor Latini nobilis, rursum hunc magis
Hac arte superat. Pyrrhus etenim spes suas
Pressas in arctum conspicans, studuit ducem
Surripere, munus maximum ipsi deferens.
At hic rejecit : pepigit inducias tamen.
Ut Pyrrhus autem per jocum, velut ferunt,
Elephanta quemdam corporis vastissimi
Monstravit, armis undique instructum (haud prius
Fabricius hocce viderat monstri genus),
Sic ut proboscis subita sese ostenderet :
Non tremuit, hilari verba sed fronte hæc dedit :
« Nec me ante nummi, nec modo vicit fera. »
Satis ista nobis dicta sunt, et plus satis,
De despicandis opibus. Ergo ne probet
Illa parum honesta quispiam, ex priscis libris

Digitized by Google

Βίβλων παλαιῶν, ὦγαθ', αἷς ἐνετράφης·
Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.
Κρεῖσσον γὰρ ἢ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα ναίειν, δόξαν ἠμποληκότα.
Μή μοι γένος γένιζε, μάζα μοι γένος.
Τὰ χρήματ' ἀνθρώποισι τιμιώτατα.
Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀθλιώτερον.
Ἄνευ δὲ χαλκοῦ, Φοῖβος οὐ μαντεύεται.
Οὐκ ἔστιν ὅστις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ·
Ἢ γὰρ πεφυκὼς ἐσθλὸς, οὐκ ἔχει βίον,
Ἢ δυσγενὴς ὤν, πλουσίαν ἀροῖ πλάκα.
Πῶς γὰρ καλεῖς δυσδαίμονα, τὸν πένητα μὲν,
Πολλῷ δ' ἔχοντα πλουσιώτερον τρόπον;
Δύσδαιμον ὄντως τὸ φρονεῖν οὕτω κακῶς.

A Ταῦτ' οὖν ἅπαντα φεῦγε τούς τ' εἰρηκότας,
Εἴτ' ἄλλο τούτοις ἐμφερές τι ἐν λόγοις.
Καὶ ταῦτ' ἐπαίνει τῶν σοφῶς εἰρημένων·
Ὅτ' ἐκ πονηροῦ πράγματος κέρδος λάβῃς,
Τοῦ δυστυχεῖν νόμιζε ἀρραβῶν' ἔχειν.
Μὴ πάντοθεν κέρδαινε, σαυτὸν αἰσχύνων·
Τὸ μὴ δικαίως εὐτυχεῖν, ἔχει φόβον.
Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς, οὐχὶ θαυμάζω θεὸν,
Ὃν καὶ κάκιστος ῥᾳδίως ἐκτήσατο.
Πένης μέν ἐστι, τὸν τρόπον δὲ πλούσιος.
Σοφὸν πένητα μᾶλλον, ἢ Μίδαν κακόν.
Ληρεῖ δέ μοι Θέογνις ὡς λῆρον πλατὺν,
Κρημνοὺς προτιμῶν τῆς ἀπορίας καὶ βυθοὺς,
Κακῶς τε Κύρνῳ νομοθετῶν εἰς χρήματα.

In antiquis libris, quibus innutritus es, o bone,
Sine me lucra facientem vocari improbum :
Id enim satius, quam colentem leges deorum
Pauperem degere, gloriam ambientem.
Ne mihi genus proferas : offa mihi genus.
Pecunia hominibus maxime venerabilis.
Homine egeno nihil miserabilius.
Sine ære Apollo non vaticinatur.
Nemo est qui ab omni parte sit beatus;
Vel enim egregiis ortus parentibus, caret opibus,
Vel gente non clarus divitem arat campum.
Quomodo ergo miserabilem eum vocas, qui pauper quidem est,
Sed moribus præditus est longe ditissimis?
Vere miserum est tam prave sentire.
Hæc igitur omnia effuge, et eos qui ea effutierunt,
Et si quid aliud his consonum libris.
Atque etiam hæc lauda sapienter dicta :
Cum ex re prava lucrum feceris,
Scito te pignus infelicis vitæ habere.
Ne lucreris undequaque, teipsum dedecorans :
Injusta prosperitas non caret metu,
Ne Plutum appelles : non ego admiror deum,
Quem facillime teterrimus possidet.
434-435 Pauper quidem est, sed moribus dives.
Pauperem sapientem malo quam improbum Midam.
Delirat mihi Theognis insigniter,
Barathra præferens egestati et abyssos,
Pravasque de pecunia leges Cyrno præscribens.

369 *Ἔα με κερδαίνοντα.* Versiculi hi, inquit Billius, ex variis poetis corrogati sunt; quibus postea ad paupertatis commendationem alios mox subnectit.

370 *Κρεῖσσον.* Leuv. ita reddit : *Nam longe id præstat, atque si leges deorum colens, in paupertate cum gloria degerem.*

372 *Μή μοι γένος γένιζε.* Arbitratur Billius genizein esse vocem efflictam ad irridendam generis nobilitatem. Vat. ξένιζε, *ne meum genus deprimas.*

380 *Πολλῷ.* Ita Coisl. Edit. πολλῶν.

385 *Ὅτ' ἐκ.* Vat. οὐκ ἐκ.

389 *Μὴ Πλοῦτον εἴπῃς. Noli Plutum*, id est, *ditem appellare*, etc.

394 *Κρημνούς.* Alludit Gregorius ad hæc Theognidis :

Χρὴ πενίην φεύγοντα, καὶ εἰς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Oportet eum, qui inopiam fugit, in vastum mare se projicere, aut e præruptis scopulis se dare præcipitem.

METRICA VERSIO

Desumpta, juvenis quæ manu volvit frequens,
Sine me vocari, dummodo lucrer, malum :
Id namque præstat, quam colentem cœlitum
Leges egere, gloria hinc dum quæritur.
Genus mihi ne profer : offa mi genus.
Res nulla censu charior mortalibus.
Miserum indigente nil magis fingi potest.
Responsa Phœbus, æra si desint, negat.
Nemo beatus rebus est in omnibus.
Nam vel probis vir moribus victu caret :
Vel, stirpe cum sit sordida, censu affluit.
Miserum vocandum nam quid ipse existimas
Opibus carentem, divitem sed moribus?
Miser est profecto, quisquis hæc sentit male.

B Hæc ergo cuncta cum suis auctoribus,
Aliudque si quid tale sit dictum, fuge.
At ista lauda : dicta sunt enim probe.
Ex non honesta cum capis re commodum,
Calamitatis, hoc scias, arrham tenes.
Non undecunque lucra fac : verere te.
Pavore iniqua non caret felicitas.
Plutum quid inquis? Non ego admiror deum,
Haud ægre apisci quem queat vel pessimus.
Pauper quidem ille : moribus dives tamen.
Sophos egentes malo, quam Midas malos.
Delirat autem maxime Theognides,
Diram anteponit cum necem penuriæ,
Cyrnoque sancit improbas leges opum.

Digitized by Google

Ὅμηρε καὶ σὺ, πῶς τοσοῦτον ἀστάτῳ
Πράγματι νέμεις, ὥστε φράσαι που τῶν ἐπῶν,
Ὀπηδὸν εἶναι τὴν ἀρετὴν τῶν χρημάτων;
Φησίν· Τόδ' εἶπον αὐτὸς, οὐχ οὕτως ἔχων,
Γελῶν δὲ τοὺς ἔχοντας οὕτως ἀθλίως.
Οὐ γὰρ δοκεῖ σοι τὴν θάλασσαν ἐκφυγὼν
Ὀδυσσεὺς ἐκεῖνος, οὗ τὰ πόλλ' ἀθλήματα,
Ὀφθεὶς ἀλήτης τῇ βασιλίδι γυμνὸς,
Καταιδέσας δὲ τῷ λόγῳ τὴν παρθένον,
Φαίαξί τ' αὐτοῖς ἄξιος πλείστου φανεὶς,
Εἶναι προδήλως τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιον;
Τὸν μῦθον αἰνῶ τὸν Φρύγιον, ὃς εὖ ἔχει·
Μίδᾳ γὰρ αἰτήσαντι πάντα χρυσίου
Πλήρη γενέσθαι, τῆς ἀμετρίας δίκην
Θεὸς δίδωσιν ὧνπερ ἠξίου τυχεῖν·
Ὁ χρυσὸς ἦν ἄδρωτος· ὃς δ' εἶχεν, νέκυς.
Τί μοι ξένων μύθων τε καὶ διδαγμάτων;
Αὐτοὺς σκόπει μοι τοὺς ἐμοὺς ἤδη νόμους.
Ἐμοὶ γένος μέν ἐστι τὸ πρῶτον καλὸν,
Οὗπερ προῆλθον, καὶ πρὸς ὃ πτερῶ βίον,
Δεσμῶν ἐμαυτὸν ἐκλύειν πειρώμενος.
Ἡ δ' ἐκ μελῶν τε καὶ φθορᾶς ὁρμωμένη,
Νεκρῶν τε λαμπρῶν καὶ πάλαι σεσηπότων,
Ἣν δὴ καλοῦσιν εὐγένειαν οἱ κάτω,
Κόπρου ῥεούσης οὐδὲν εὐγενεστέρα.
Πατρὶς δὲ σωμάτων μὲν οὐκ ἐλευθέρα,
Φόρων τε δούλη, καὶ κακῶς τετμημένη
Κόλποις θαλάσσης καὶ νάπαις περίγραφος,

Et tu, Homere, quomodo tantum instabili rei
Tribuis, ut dicas alicubi carminum,
Pedissequam pecuniæ esse virtutem?
Sed, ait, non ideo dixi, quod sic ipse sentirem,
Sed ut eos irriderem, qui tam misere sentiunt.
Nonne enim fateberis profugum ex mari
Ulyssem illum, qui tot exercitatus laboribus,
Errabundus, et nudus regiæ filiæ visus est,
Ac reverentiam sibi a virgine sermone suo conciliavit,
Ipsisque Phæacibus summo in pretio fuit,
Manifestum esse virtutis præconium?
Laudo fabulam Phrygiam, quæ præclarissima est.
Nam cum precatus esset Midas, ut auro totus
Impleretur, immoderationis pœnam
Deus constituit, ut consequeretur quod rogabat:
Aurum non poterat comedi: qui autem habebat enectus est.
Sed quid mihi opus est peregrinis fabulis et doctrinis?
Ipse jam mecum meas leges considera.
Genus mihi quidem est primarium illud bonum,
Unde processi, et ad quod vitam erigo,
Vinculis memet ipsum satagens exsolvere.
Quæ autem ex membris et corruptela orta est,
Et ex illustribus defunctis dudumque putrefactis,
Nobilitas, ut terreni homines vocant,
Hæc fimo diffluente nihilo præstantior.
Corporum autem patria minime libera est,
Sed tributis subdita, ac non bene secta
Finibus maris et silvis circumscripta,

398 *Ὀπηδὸν εἶναι τὴν ἀρετήν.* Memoria hic lapsum esse Gregorium putat Billius, nec ab Homero dicta, sed ab Hesiodo, lib. cui tit. *Opera et dies.*

Εἰ δέ κεν ἐργάζῃ, τάχα σε ζηλώσει ἀεργὸς
Πλουτοῦντα· πλούτῳ δ' ἀρετὴ καὶ κῦδος ὀπηδεῖ.

Si sedulus fueris, forsan invidebit tibi piger locupleti; divitiarum pedissequæ sunt virtus et gloria.

400 *Γελῶν.* Ita Coisl. et Vat. Edit. γενῶν.

406 *Τῆς ἀρετῆς ἐγκώμιον.* Quod eo loci Gregorius ascribit Ulyssis virtuti, eloquentiæ ejusdem tribuit infra, lib. II, sect. 2, v. 208.

410 *Δίδωσι.* Coisl. et Vat. τίθησιν.

415 *Οὗπερ.* Coisl. et Vat. ὅθεν.

METRICA VERSIO.

Homere, qui fit ut rei fluxæ admodum
Tribuas et ipse tantum, opum ut quodam loco
Pronuntiaris esse virtutem asseclam?
Dixi quidem, inquit: non tamen sic sentiens,
Ridens, sed illos, sentiunt qui tam male.
Nam nonne Ulyssem, qui tot ærumnas tulit,
Cum sævientis impetum effugit freti,
Nudusque, inopsque regia est a virgine
Conspectus, hancque vocibus flexit suis,
Phæacibusque maximo in pretio exstitit,
Virtutis esse splendidam laudem putas?
Fabella quin hæc est Phrygum pulcherrima.
Nam cum petisset cuncta mutari sibi
Midas in aurum, quo malæ cupidinis
Supplicia lueret, annuit votis deus.
Sic habuit aurum: sed miser periit fame.
Figmenta sed quid atque præcepta extera
Propono? leges jam velim spectes meas.
Stirps clari generis est mihi princeps bonum.
Quo sum ortus, ad quod subveho vitam meam
Studens molestis vinculis me exsolvere.
At nobile illud, terrei ut vocant, genus,
A labe, nexu et corporum quod profluit,
Clarisque quondam mortuis et putridis,
Fluente fimo neutiquam est mage nobile.
Rursumque patria corporum haud est libera.
Gravibus tributis subdita, et scissa improbe,
Finita silvis, sinibus et vasti maris,

Digitized by Google

Πολλοὺς ἀμείβουσ' ἀθλίους οἰκήτορας,
Αὐτή γε μήτηρ καὶ τάφος γεννημάτων,
Κόπτουσα τοὺς κόπτοντας. Ὦ δίκη, δίκη
Τοῦ πρωτοπλάστου γεύσεώς τε καὶ πλάνης!
Ἡ δ' ἀντὶ ταύτης τοῖς σοφοῖς ζητουμένη
Πρὸς ἣν βλέποντες ἐνθάδ' οὐ ῥοιζούμεθα,
Ὥσπερ πόα τι ἐφ' ὑδάτων ὀχουμένη,
Πλατεῖ ἀτέρμων εὐγενῶν σκηνωμάτων,
Κρατουμένη τε τοῖς κατοίκοις εἰς ἀεὶ,
Ζώντων τε μήτηρ, καὶ μόγων ἀλλοτρία,
Χορός τ' ἄπαυστα Χριστὸν ὑμνούντων μέγαν,
Πανήγυρίς τε πρωτοτόκων γεγραμμένων
Ἐν οὐρανοῖς βίβλοις τε ταῖς αἰωνίοις.

A Δόξαν τ' ἐπαινῶ τὴν ἄνω μοι κειμένην,
Στιθμὴν δικαίαν, καλὸν ἀψευδέστατον.
Ἡ δ' ἐνθάδ', αὖρα καὶ κενῶν κενὴ χάρις·
Ἡ μὲν δικαίᾳ προστίθησιν οὐδὲ ἕν·
Ἡ δ' οὐκ ἀληθὴς εἰς βλάβην καθίσταται.
Τὸ γὰρ δοκεῖν, ὑφεῖλε τοῦ εἶναι πολύ.
Πλοῦτος δ' ὁ μὲν ῥέων τε καὶ μέθης πλέως,
Ὄψιν τε πηρὸς καὶ περιπλανώμενος,
Φυσῶν τε πολλοὺς καὶ κενῶς ἀντλῶν τύχην,
Γαστρός τις ὄγκος ὑδέρου πεπλησμένος.
Ἄλλοις προσέρποι φάρμακον νόσου γέμον
Καιροῦ φθόνου τε παίγνιον τιμώμενον.
Ἐμοὶ δὲ πλοῦτος ἄφθονός τε καὶ μένων,

Mutationem sæpe patiens miserorum inçolarum,
Eadem mater et tumulus sobolis suæ,
Tundens tundentes. O vindicta, o vindicta
Primi parentis gustus et seductionis!
At quæ istius loco a sapientibus quæritur,
436-437 Quamque hic intuentes non fluctuamus,
Velut herba aquis innatans,
Terminis caret præ latitudine egregiorum tabernaculorum,
Et ab incolis in æternum possidetur,
Mater viventium, et a laboribus aliena,
Chorus eorum qui magnum Christum indesinenter celebrant
Cœtus primogenitorum descriptorum
In cœlis ac libris æternis.
Gloriam etiam laudo in cœlis mihi repositam,
Pondus justissimum bonum minime mendax.
Terrena autem ventus est, et vanorum hominum vana gratia:
Ac ea quidem, quæ justa est, nihil prorsus addit;
Quæ vero non vera, in damnum convertitur.
Videri enim de vero multum detrahit.
Divitiæ fluitantes et ebrietatis plenæ sunt,
Oculis captæ et errabundæ,
Quæ multos inflant, et vane fortunam infundunt:
Ventris tumor quidam ex aqua intercute.
Aliis obrepat remedium illud morbidum,
Temporis et invidiæ ludibrium pretiosum.
Mihi vero divitiæ pretiosæ, permanentes,

424 *Ἀμείβουσ'*. Ita Coisl. Edit. ἀμείβους.

426 *Κόπτουσα τοὺς κόπτοντας. Tundens scilicet post mortem eos, a quibus, dum viverent, calcata est.*

429 *Ῥοιζούμεθα.* Vat. et Coisl. ῥιζούμεθα. *Non hic radices mittimus, haud secus ac herba fluctibus innatans.*

431 *Πλατεῖ ἀτέρμων.* Ita Coisl. et Vat. *Vastissima, nullis circumscripta terminis.* Mendose edit. πλατεῖα τέρμων.

432 *Τοῖς κατοίκοις.* Vat. et Coisl. τοῖς ἅπαξ οἰκήσασι.

434 *Χορός τ' ἄπαυστα.* Ita Coisl. Edit. χωρὸς τὰ πάντα.

436 *Ταῖς.* Coisl. τοῖς.

442 *Τὸ γὰρ δοκεῖν. Videri enim quod non sumus, multum detrahit, quominus simus id quod videmur. Opinio multum veritati detrahit.*

444. *Ὄψιν τε πηρός. Oculis captus Plutus*, ab Aristophane inducitur, eo quod, nulla proborum hominum habita ratione, divitias indignissimis largiatur.

445 *Ἀντλῶν τύχην.* Ita Coisl. et Vat. Edit. mendose ἀτλῶν.

448 *Καιροῦ φθόνου τε παίγνιον τιμώμενον.* Deerat hic versus in editis, Coisl. suppeditavit.

METRICA VERSIO

Subinde mutans incolas miserrimos:
Eadem parensque sobolis, et tumulus simul,
Eosque tundens, a quibus tusa est prius.
Quam primi acerbe plectitur gustus patris!
Illius ast hæc quam sophi exquirunt loco,
In quam intuentes neutiquam hic reptabimur
(Ut herba fluviis innatans), nullos habet
Omnino fines: domibus eximiis viget.
Semper colonis obtinetur a suis.
Viventium est mater, laborum libera:
Horum, Deum qui jugiter laudant, locus:
Decusque celebris agminis primo sati,
Cœlestis ille quod tenet scriptum liber.

B Jam laudo, sursum quod mihi situm est, decus,
Rectam illam amussim, nescium falsi bonum.
Mundana namque gloria est ventus levis.
Ac justa vero ne pilum adjungit quidem:
At falsa damnum maximum secum trahit.
Putare quippe, plurimum de re eripit.
Rursus fluentes, ebriæ, cæcæ, vagæ
Opes, tumorem plurimis quæ contrahunt,
Vaneque fortunam hauriunt, intercuti,
Similesque prorsus sunt aquæ, alteros petant:
Medicina morbi plena, ludus temporis,
Invidiæ et atræ: sint licet pretio haud levi.
At census est his amplus et stabilis mihi,

Digitized by Google

450 Ἐστὼς, ἄσυλος, κτημάτων ἀνώτατος,
Μηδὲν πεπάσθαι πλὴν Θεοῦ καὶ τῶν ἄνω.
Ἅπαντα μὲν γὰρ οὐκ ἂν, εἰ βούλοιτό τις,
Κτήσαιτο, οὔτ' ἐκτήσατ' οὔκουν ἄχρι νῦν·
Πάντων δ' ἔνεστιν ἀθρόως καταφρονεῖν,
455 Κρείττω τε πάντων τοῦτον εἶναι τὸν τρόπον.
Ἄλλοι φάλαγγας τασσέτωσαν ὁπλιτῶν,
Πλεῖόν τε πασχέτωσαν, ὧν δρῶσιν κακῶν,
Βάλλοντες, οἰμώζοντες, ἀστάτοις ροπαῖς
Ἀγχωμαλοῦντες, αἱμάτων ὠνούμενοι
460 Πλούτου τίν' ὄγκον, ἢ τυραννίδος κράτος.
Ἄλλοι δὲ γῆς τε καὶ θαλάττης ἀγρίας
Κόλπους μετρούντων, ἔμποροι δυσδαίμονες.
Ἄλλοι δίκας τε καὶ νόμους ἀντιστρόφους
Σπουδῇ πλεκόντων, λημμάτων μικρῶν χάριν·

A 465 Ἐμοὶ δὲ πάντων Χριστός ἐστιν ὠνιος,
Σταυρόν τε τὸν πένητα πλουσίως φέρω,
Ῥίψας τὰ σητῶν καὶ στροφὴν πεττευμάτων.
Τούτου νόμος μὲν πρῶτος, ἡ πρώτη τρυφὴ,
Ἐδὲμ δὲ καὶ παράδεισος εὐθαλὴς φυτοῖς,
470 Πηγή τ' ἐς ἀρχὰς τέτταρας τετμημένη.
Οὐ χρυσὸς, οὐκ ἤλεκτρον, οὐδὲ ἄργυρος,
Οὐκ εὐχρόων τε καὶ φανῶν λίθων χάρις,
Ἃ γῆ δίδωσι τοῖς κάτω νενευκόσι·
Μόνοις δὲ καρποῖς ἀφθόνως διέτρεφε
475 Τὸν ἐργάτην Θεοῦ τε καὶ θείας τρυφῆς.
Κάνταῦθ' ὅρος τις ἡδονῇ μετρούμενος·
Ξύλου γὰρ εἶργε γνώσεως ἐναντίων.
Ὅς οὐ φυλαχθεὶς, παντὸς ἐστέρησέ με,
Καὶ γῆς πόνοις ἔδωκε μητρὸς τῆς ἐμῆς.

450 Stabiles, furibus non obnoxiæ, possessionum præstantissimæ
Nihil possidere, præter Deum et cœlestia.
Nemo est qui omnia, etiamsi velit,
Possideat, neque hactenus quisquam possedit.
At licet omnia simul contemnere,
455 Omnibusque esse hoc modo celsiorem.
Ordinent alii militum phalangas,
Ac plura patiantur, quam inferunt mala,
Ferientes, ejulantes, ancipiti Marte
Decertantes, sanguine ementes
460 Divitiarum molem aliquam, aut tyrannidis potestatem.
Alii terræ ferique maris
Sinus metiantur, mercatores miseri.
Alii judicia et contrarias leges
Sedulo innectant, parvi lucri gratia:
465 Mihi vero Christus omnibus emendus est,
Ac pauperem crucem opulente fero,
438-439 Postquam ea quæ rodit tinea, et instar cuborum volvuntur, projeci.
Christi primam legem primæ deliciæ exceperunt;
Ac Edem et paradisus plantis floridus
470 Et fons in quatuor sectus principia:
Non aurum erat, non electrum, non argentum,
Non nitentium et pellucidorum lapidum gratia,
Quæ terra largitur his qui humi defixi sunt;
Solis at pomis abundanter nutriebat
475 Cultorem Dei et divinarum deliciarum.
Atque hic etiam modus voluptati præscriptus:
Ligno enim cognitionis contrariorum prohibebat;
Quæ lex minus servata omnibus me spoliavit,
Ac terræ miseriis matris meæ me addixit.

450 Ἄσυλος, *κτημάτων ἀνώτατος*. Ita Coisl. Edit. ἄσειστος, χρημάτων ἀνώτερος. Vat. πτωμάτων ἀνώτατος.
457 *Πλεῖον*. Coisl. πλείω. Mox, δρῶσι pro δρᾶσι.
467 *Πεττευμάτων*. Vat. τῶν πεμμάτων. Optima loquendi ratio, qua significat Gregorius omnia hujusce vitæ bona esse fortuita, et aleæ in modum singulis fere diebus in diversum mutari.
468 *Τούτου. Hujus prima lex, primæ deliciæ.*
471 *Ἤλεκτρον*. Ita Coisl. Edit. ἤλεκτρος.
476 *Ἡδονῇ μετρούμενος*. Ita Coisl. Edit. ἡδονῆς μετρουμένης.
477 *Ἐναντίων. Contrariorum*, id est, *boni et mali.*

METRICA VERSIO.

Fures nec ullos, nec graves casus timens,
Nil possidere, nisi Deum, et cœli bona.
Nam nemo prorsus omnia adipisci potest,
Nec est adeptus hactenus, cuncta at simul
Quin spernat, et sic rebus omnino omnibus
Exsistat ipse celsior, nihil vetat.
Alii phalanges instruant ad prælium,
Subeantque plura, quam inferant ipsi, mala,
Dum vulnerant nunc, nunc gemunt ob vulnera,
Dubioque Marte dimicant, et quasdam opes
Emunt cruore, robur aut tyrannidis:
Terræque, sævi et æquoris miser sinus
Mercator obeat, maximos quæstus sequens:
Leges et alter, juraque adversaria,
Dum lucra captat parva, nectat sedulus.

B Mihi ast emendus rebus est cunctis Deus,
Et crux, egentem quam fero opulente, obterens
Quod tinea rodit, et cubi instar volvitur.
Hujus fuit lex prima, primum gaudium,
Edem, hortus ille dulcibus plantis virens,
Fonsque in quaternos fluminum sectus sinus.
Argentum et aurum non erat tunc temporis,
Non tunc nitentes gemmulæ, et pellucidæ,
Quæ cuncta tellus porrigit fixis humi:
Verum colonus Numinis solo famem
Pellebat esu fructuum dulcissimo.
Atque hic voluptas limites etiam suos
Habebat, arbor vetita nam scientiæ
Erat, esa quæ nos omnibus orbos bonis
Terræ parentis tradidit laboribus.

Digitized by Google

480 Ὧν εἷς, τὸ πλεῖον τῶν ἀναγκαίων ἔχειν
Μηδέν τε μέτρον εἰδέναι τῆς κτήσεως,
Κακοῦ τὸ χεῖρον φάρμακον ποιουμένους,
Διψῶντας αὐτῷ τῷ ποτῷ καυσουμένους.
Ἐξ οὗ, τί γίνεθ', ὡς παράδοξον, σκόπει,
485 Ἀεὶ πένεσθαι τῷ λιπόντι κτωμένους,
Τέρψιν δὲ τοῦ κτηθέντος οὐ δύνασθ' ἔχειν,
Τῷ μὴ παρόντι· καὶ γὰρ ἐκτήκει φρένας.
Πρῶτος μὲν οὗτος εὐτελοῦς ζωῆς νόμος,
Ἔστιν δ' ἐκεῖνος δεύτερος. Τὸν Ἀβραὰμ
490 Τὸν πατριάρχην, τὸν θεόπτην τὸν μέγαν,
Οἴκου, γένους τε, πατρίδος ἐξελκύσας,
Ὁ τῶν μεγίστων οἰκονόμος μυστηρίων,
Εἰς γῆν μετήγαγ' εὐκόλως ἀλλοτρίαν,

A Ξένον, πάροικον, ἄστεγον, πλανώμενον.
495 Πίστις γὰρ εἶλκεν ἐλπίδων τῶν μειζόνων·
Ἄρτον δ' Ἰακὼβ καὶ σκέπην ᾔτει μόνον,
Ὁρμῶν ποταμῶν ποτ' εἰς μέσην, ὥσπερ λόγος,
Εἰ καὶ πολυθρέμμων ἐπάνεισιν ὕστερον,
Μισθὸν δίκαιον εὑρόμενος οὗτον πόνων.
500 Καὶ τοῦτο δ' εἰπεῖν εὖ ἔχει πρὸς οἷς ἔτην·
Μωσῆς ὅτ' εἴσω τοῦ γνόφου μόνος μόνῳ
Θεῷ προσωμίλησε, καὶ πλαξὶν νόμον
Διπλοῦν ἐδέξαθ', ᾧ λεὼν ἦγε μέγαν·
Τότ' οὖν μερίζων ἦν κατέσχον ἐκ Θεοῦ,
505 Ἄλλοις μὲν ἄλλην γῆν ἐμέτρησε ξένην·
Υἱοῖς δὲ Λευῒ κλῆρον οὐ νέμει μόνοις.
Κλῆρος γὰρ αὐτοῖς ὁ κράτιστος, ἦν Θεός.

480 Horum una est, plus quam necessitas requirat, habere,
Nec modum ullum possessionum agnoscere,
Malo pejorem dum facimus medicinam,
Sitientesque ipso potu æstuamus.
Ex quo quid fiat, quamque mirum sit, considera:
485 Per id quod deest, semper sumus pauperes in opibus,
Neque ex acquisitis voluptatem ullam percipere possumus,
Propter id quod non adest: hoc enim mentem labefacit.
Atque illa quidem prima exstitit vitæ simplicis lex,
Hæc autem secunda. Abrahamum
490 Patriarcham, magnum Dei contemplatorem,
Domo, genere, patria extractum,
Qui maximorum dispensator est mysteriorum,
In terram haud invitum transtulit extraneam,
Hospitem, inquilinum, sine tecto, errabundum.
495 Illum enim fides spei majoris trahebat.
Panem Jacob et vestes tantummodo petebat,
Profectus aliquando in Mesopotamiam, ut refert Scriptura,
Quanquam postea dives pecoribus rediit,
Justam hanc mercedem laborum adeptus.
500 Atque illud etiam his, quæ dixi, æquum est addere:
Quando Moses intra caliginem solus cum solo
Collocutus est Deo, ac lapidibus insculptam legem
Duplicem accepit, qua magnum regebat populum:
Tunc dividens terram, quam a Deo datam tenebant,
440-441 505 Aliis quidem aliam emensus est extraneam terram,
Solis autem filiis Levi nullam partem distribuit.
Pars enim illis præstantissima erat Deus.

482 *Ποιουμένους*. Ita Coisl. Edit. ποιουμένοις.
483 *Αὐτῷ τῷ*. Ita Coisl. Edit. εἶναι τῷ. Mox καυσουμένους, *combustos*.
485 *Τῷ λιπόντι κτωμένους*. Coisl. λειπόντι τηκομένους.
486 *Τοῦ κτηθέντος*. Coisl. τῶν κτηθέντων.
495 *Εἶλκεν*. Vat. et Coisl. ἦγεν.
499 *Μισθὸν δίκαιον εὑρόμενος οὗτον πόνων*. Coisl. μισθὸν δικαίων εὑράμενος τοῦτον. Vat. etiam εὑράμενος. — Benedictini post edit. servaverunt vocem οὗτον, quæ Græco idiomati extranea videtur; dicitur enim τοῦτον, non vero οὗτον. Forte legendum foret οὕτως, *sic justam mercedem*, etc.

METRICA VERSIO.

Quorum unus est hic, plus habere scilicet,
Quam sit necesse, scire nec census modum:
Morboque sic est pharmacum nocentius.
Hinc porro, quam res mira contingat, vide:
Ut nempe major surgat ex potu sitis,
Per idque miseri, quo carent, penuria
Semper laborent, gaudium nec sentiant
Ob parta; nam quod deficit, mentem premit.
Atque ista vitæ prima lex est pauperis.
At hæc secunda: summa qui mysteria
Dispensat, egit, patriarcha ut maximus,
Conspector atque Numinis summi, domum,
Patriasque sedes, cum propinquis omnibus,
Linquens, obiret exteras terras, vagus,

B Carensque tecto, dissitas longe; fides
Trahebat etenim, spesque majoris boni.
Jacob poposcit, pane dempto et vestibus,
Nihil, interamnam se fuga ad terram ferens:
Dives tametsi post domum reverterit,
Æquum laboris præmium id nactus sui.
Quin ad priora commode hoc jungi potest:
Moses receptus montis in caliginem,
Solus locutus cum Deo est, legem ac duplam
Accepit, agmen duceret qua maximum.
Tunc ergo terram partiens datam a Deo,
Aliis quidem aliam mensus est partem soli;
Levi sed ortis ipse nil solis dedit,
Quod pars eorum præpotens esset Deus.

Digitized by Google

Ἰωναδὰβ δὲ παισὶν εἰσάγων ποτὲ
Ἀκτησίαν τε καὶ τὸν ὑψηλὸν βίον
510 (Ἤδει γὰρ, ἤδει φιλοσοφεῖν, καίπερ τότε
Οὐδὲ πενίας πω κειμένης ἐν θαύματι)·
Τάδ' εἶπε, πατρὸς λίαν ὡς χρηστοῦ λόγον·
« Ὦ παῖδες, οἷον ὑμῖν, ὡς ἄγαν πολὺν
Κλῆρον πορίζω, οἷον οὔπω τις πατὴρ
515 Παισὶν δέδωκεν, οὐδ' ὃς εὐπορώτατος·
Φεύγοιτε πάντα κλῆρον, εὔλυτον βίον
Ἔχοιτε, δεσμῷ μηδένι κρατούμενοι.
Σκηνὰς μὲν οἰκεῖτ', οἰκίας κινουμένας·
Τέμνοι δὲ γῆν ἄλλος τις· ἄμπελος δέ γε
520 Τούτῳ φυτεύοιθ', ὄντιν' οἶνος εὐφρανεῖ·
Ὑμῖν δ' ἄοινος, ἐγκρατὴς ἔστω βίος.

A Ὣδ' ἂν βιοῦντες, ἀσφαλῶς ζώοιτέ μοι. »
Οὕτος μὲν οὖν τοιοῦτος. Ἠλίαν δὲ που
Θήσοιμεν, ὃν Κάρμηλος ἔτρεφεν μέγας
525 Κόραξι χειμάῤῥῳ τε, γῆς ἐκ διψάδος;
Ὃς ὢν πένης τε καὶ πενήτων ἔσχατος,
Ἴστη τυράννοις ὑετοὺς, ῥείθρων βάθη·
Πῦρ εἵλκεν ἐχθροῖς καὶ θυσίαις ἐξ οὐρανοῦ.
Χήραις ἐπήγαζε ῥανίδας στενῆς τροφῆς,
530 Τρέφων τρεφούσας πλουσίως ὁ ἐνδεής·
Νεκροὺς δ' ἀνέστη, μισθὸν εὐσεβοῦς σκέπης,
Πυρός τ' ἀνήγεθ' ἅρματι πρὸς οὐρανόν.
Ἐλισσαίου τε κλῆρος, ὃς παρ' Ἠλίου,
Χάρις τε καὶ τὸ κλεινὸν ἐξ ὕψους δέρος.
535 Ὅδε πρὸ γαστρὸς ἱερός. Ὦ τοῦ θαύματος!

Jonadab filiis præscribens olim
Nil possidere, vitamque sublimem ducere
510 (Sciebat enim, sciebat philosophari, quamvis tunc
Paupertas nondum admirationem moveret),
Hanc ad illos habuit, ut optimus pater, orationem :
« O filii, unam vobis, ut valde copiosam
Hæreditatem trado, qualem nondum ullus pater
515 Filiis dedit, ne ditissimus quidem :
Possessionem omnem fugite ; liberam vitam
Ducite, nullo prorsus vinculo constricti.
Tabernacula habitate, mobiles domos.
Terram scindat alius : vinea autem
520 Ab eo plantetur, quem vinum delectat.
Vobis autem vini expers continens sit vita.
Sic namque viventes secure vixeritis, nati. »
Sic igitur ille. Eliam autem ubi
Collocabimus, quem magnus aluit Carmelus,
525 Per corvos et torrentem, sitiente terra ?
Is pauper et pauperum ultimus,
Compressit tyrannis pluvias et ima fluminum,
Ignem e cœlo devocavit in inimicos et victimas.
Viduis fudit guttulas arcti cibi
530 Pauper copiose eas alens a quibus alebatur.
Mortuos suscitavit in mercedem pii hospitii,
Ac igneo curru in cœlum evectus est.
Elisæo hæreditas ab Elia venit,
Gratiaque et præclarum ex alto pallium.
535 Iste, ante partum sacer. O rem mirabilem!

508 *Ἰωναδάβ.* Ita Coisl. Edit. Ἰωναδάμ. Ita fere supra *Carm.* II, vers. 152, etc.

512 *Ὡς χρηστοῦ λόγον.* Vat. et Coisl. ὡς λίαν χρηστοὺς λόγους.

522 *Ζώοιτε.* Coisl. ζώητε.

523 *Οὕτος μὲν οὖν τοιοῦτος.* Ille igitur talis fuit : forte melius οὕτως · *sic igitur ille.* Coisl. et Vat. μὲν δή.

524 *Θήσοιμεν.* Coisl. θήσομεν. Mox, Κάρμηλος. Billius pro Carmelo, scripsit *torrentem :* Gregorius memoria lapsus est. Nam a corvis pastus est Elias, non in Carmelo, sed in torrente Carith. Verum id Billio fas erat observare, atque etiam debebat, quod est interpretis officium : at verba Gregorii non erant mutanda.

525 *Γῆς ἐκ διψάδος.* Coisl. γῆς ἐκδιψάμενος.

527 *Τυράννοις.* Coisl. τυράννους.

529 *Ἐπήγαζε.* Vat. ἐπῆγε.

534 *Κλεινόν.* Coisl. καλόν. Mox, Vat. δέρας pro δέρος. Vide supra sect. I, carm. XVI.

METRICA VERSIO.

Rechabus etiam filiis vitam indigam
Celsamque suadens (quippe jam norat genus
Vitæ altioris persequi : in pretio licet
Tum nondum egestas esset, ac miraculo),
Hæc verba patre protulit digna optimo :
« Qualem ipse vobis, filii, quam divitem
Hæreditatem porrigo ! qualem haud pater
Donavit ullus, ne quidem censu affluens.
Nil possidete ; liberum ævum ducite,
Nullo retenti vinculo ; in tentoriis
Habitate : vobis mobiles sint hæ domus
Proscindat alius quispiam terræ solum,
Vitesque plantet, quem juvat Bacchi liquor.
At vita vobis sit meri prorsum inscia.

B Vitæ exigetis tuto sic, nati, dies. »
Ac talis ille. Quo loco ponam Eliam,
Quem perque corvos, perque torrentem Deus
Alebat, arens dum siti tellus foret ?
Qui, pauper etsi, pauperum et pauperrimus,
Fluxus tyrannis imbrium pressit tamen,
Hostibus ab alto et victimis flammam extudit,
Viduisque fudit guttulas arcti cibi,
Alens alentem largiter vir indigus,
Traxitque ab orco mortuos pro præmio
Hospitii : ad astra raptus est curru igneo.
Hæreditatem quid Elisæi proferam,
Delapsam ab alto gratiam cum pallio ?
Quid ante ventrem, mira res ! sacrum Deo ?

Digitized by Google

Πάντως ἀκούεις τὸν Σαμουὴλ τὸν μέγαν,
Ὃν μητρὸς εὐχὴ τῷ Θεῷ προσήγαγεν·
Εἰ μὴ λίαν τολμηρὸν εἰπεῖν τοῦτό γε·
Οὐδ' αὐτὸν εἶχεν· ἐκ βρέφους Θεῷ δοθείς.
Τίς ἦν παλαιᾶς καὶ νέας μεταίχμιον
Θεοῦ διαθηκῶν, ὡς σκιᾶς καὶ σώματος,
Τὴν μὲν κατείργων, τῆς δ' ἀνοίγων εἰσόδους;
Τίς φωτὸς ἄκρου προτρέχων λύχνος μέγας;
Τίς ἐν γεννητοῖς πρῶτος, ᾧ μάρτυς Θεός;
Ἔρημον ᾤκει, καὶ ξένην εἶχε τροφήν·
Καμήλιον δ' ἔσθημα δέρματος στροφῇ
Ἐσφίγγετ'· ἔγραψε τὸν Ἰωάννην Λόγος,
Ὃς οὐδὲ διπλοῦν εἶασε κεκτῆσθαι ῥάκος.

A Τί δ' ἄν τις εἴποι πρὸς τὸν ἐκ τέχνης τροφὴν
Παῦλον πορίζοντ'; ἢ τὸν ἐκ θέρμων μόνων
Τρυφῶντα Πέτρον, τοὺς μεγάλους ἀποστόλους
Οἳ πάντα κόσμον δικτύων εἴσω Θεοῦ
Ἔθηκαν· ὧν αἱ χεῖρες ἐρρέον πολὺν
Πλοῦτον πένησι πλουσίως δωρουμένων;
Ἄλλοι παρῆκαν συγγενέσιν ἁλιάδας,
Καλούμενοι Θεῷ πρὸς ἁλείαν κρείττονα.
Λόγοις γὰρ ἦσαν τοῖς ἀρίστοις ἠγμένοι
Χριστοῦ, ὃς ἐπτώχευσε καὶ σαρκὸς πάχος,
Νοῦς ὢν μέγιστος, καὶ νοὸς πρώτη φύσις·
Πτωχοὺς δὲ τάξας τοῦ λόγου διαγγέλους,
Συνέμπορον δίδωσι τὴν πίστιν μόνην,

Magnum sine dubio intelligis Samuelem,
Quem matris votum Deo tradidit:
Nisi forte id dictu audacius est:
Neque illum habuit mater: infans Deo traditus.
Quis inter vetus et novum Dei testamentum
Intermedius, velut inter umbram et corpus,
Illud quidem claudens, hujus aditum aperiens?
Quis summam lucem præcurrens magna lampas?
Quis inter eos, qui nati sunt, Deo teste, primus?
Eremum incolebat, ac novo utebatur cibo:
Vestis illi ex cameli pilis, pellicea zona
Stringebatur: Joannem his verbis depinxit Christus,
Qui ne laceram quidem vestem sinit possidere duplicem.
Quid illum eloquar, qui ex arte victum
Parabat, Paulum? quid eum, qui solis ex lupinis delicias
Degustabat, Petrum, magnum utrumque apostolum:
Qui mundum universum intra Dei retia
Immiserunt: qui manibus fuderunt multas
Divitias pauperibus, donis opulentis cumulati?
Alii cymbas reliquerunt cognatis,
Vocati a Deo ad meliorem piscatum.
Optimis enim sermonibus ducebantur
Christi, qui pauper factus est, et crassam hanc induit carnem,
Cum esset mens maxima, et prima mentis progenies;
Ac pauperes instituens verbi nuntios,
Comitem eis dedit solam fidem,

539 *Οὐδ' αὐτὸν εἶχεν.* Ita Coisl. Edit. δ' αὐτὸν εἶχεν. Qua lectione vitiosa decepti interpretes, a Gregorii mente aberrarunt. Sic Leuvenkl. *Continuit ille se primis ab annis.* Bill. ineptam minus sententiam efficit: *Deum autem habebat ille.*

540 *Μεταίχμιον.* Sic Coisl. et Vat. Edit. μεσαίχμιον.

542 *Κατείργων.* Coisl. et Vat. καταργῶν, τῇδ' ἀνοίγων εἰσόδους. *Vetus abolens, novo autem aditum patefaciens.*

547 *Ἔγραψε τὸν Ἰωάννην Λόγος. Joannem depinxit Verbum Christus qui*, etc. — Contra sensum peccavit Billius, referendo vocem ὃς ad Joannem, cum referri debeat ad Verbum Christum. Melius vertisset: *Baptista depictus a Verbo sic fuit, quod*, etc. Caillau.

548 *Εἴασε.* Coisl. εἶα.

554 *Πλουσίως δωρουμένων.* Coisl. πλουσίων δωρουμένων. Sic videtur legisse Leuv. qui vertit: *Donantibus eas locupletibus.* Combef. δωρούμενον. *Pauperibus abundanter datas.* — Vox δωρουμένων sensum habere solet activum, non passivum, unde melius verteretur, *dona dantes opulenta.* Caillau.

555 *Συγγενέσιν.* Vat. ad marg. συγγόνοις. Mox, idem ἁλιάδας.

560 *Τοῦ Λόγου.* Coisl. τῷ λόγῳ.

METRICA VERSIO.

Samuelem, opinor, accipis, magnum virum:
Votum parentis quem Deo summo obtulit,
Audacter ipse forte ni dico hoc nimis:
Deum autem habebat ille, ei a puero datus.
Quis erat sequester fœderis prisci et novi,
Umbræque velut et corporis confinium,
Illud coercens, rursus huic pandens fores?
Lucerna summi luminis quis prævia?
Quis inter homines teste supremus Deo?
Sola incolebat hic loca, huic victus novus,
Vestis camelus, zonæ erat pellis loco:
Baptista nobis pictus est his versibus,
Qui nec sinebat quempiam vestes duas
Habere. Paulum quid loquar, victum sibi

B Manibus parantem? quid Petrum, cujus cibus
Erant lupini? maximos apostolos,
Quorum labore totus est orbis Dei
Clausus sagena: maximæ quorum e manu
Opes fluebant, indigis datæ ampliter.
Pars alia cymbas liquit agnatis suas,
Ad rete traheret hos Deus cum ditius.
Christi instituti namque erant dictis probis,
Qui prima cum esset, maxima et mens omnium,
Crassitiem egenæ carnis excepit tamen.
Legisset inopes cumque prænones sacri
Sermonis, his dat unicam comitem fidem:
Nudis, quibus non esset æs, non calcei,
Non pera, nec opes, maximum mysterium

Digitized by Google

Γυμνοῖς, ἀχάλκοις, πῆραν οὐκ ἐξημμένοις,
Ἀσανδάλοις τε καὶ ἀπόροις, μυστήριον
Ὅλης ἐπιτρέψας τῆς νέας οἰκουμένης,
Καὶ μηδὲ ῥάβδον ἐν χεροῖν ἐῶν ἔχειν,
Ὡς πίστις εἴη τοῦ λόγου τὸ εὐσθενές.
Ὅρα τὸ μεῖζον· οὐδὲ τῷ νέῳ μαθεῖν
Χρῄζοντι, πῶς ἂν τοῦ τελείου τις τύχοι,
Ἄλλῳ τὸ ἄκρον, ἢ μόνῳ περιγράφει,
Τῷ δεῖν ἅπαντα τοῖς πένησι σκορπίσαι,
Σταυρὸν ἐπ' ὤμων τὸν μέγαν φέρειν ἀεί,
Αὐτῷ θ' ἕπεσθαι τοῖς κάτω νεκρούμενον,
Εἴπερ ποθοίη καὶ συνυψοῦσθαι Θεῷ.
Οὕτω τελειοῖ καὶ τελώνας εἰσόδῳ

A 575 Πάντα προθύμως τῷ Θεῷ δωρουμένους·
Καὶ πειθέτω Ζακχαῖος, ὃς πλουτῶν κακῶς,
Οἰκτῳ πενήτων τῶν τε ἠδικημένων
Πλουτεῖ τὸ πένεσθαι, καὶ ῥύπου καθαίρεται.
Εἶεν· τὰ μὲν δὴ χρημάτων οὕτως ἔχει.
580 Τῆς δ' ἐγκρατείας μικρὰ μὲν τὰ τῶν πάλαι
Σοφῶν παρ' Ἕλλησί τε καὶ τῶν βαρβάρων.
Καὶ βαρβάροις γὰρ τῆς ἀρετῆς ἦν τις λόγος.
Τί χρὴ δ' ἀφ' ἡμῶν οἷα καὶ ὅσα γράφειν;
Πᾶσιν γάρ ἐστι περιφανῆ καὶ γνώριμα.
585 Ἤκουσα τοῦτο τῆς σοφῆς τραγῳδίας·
« Γαστρὸς δὲ πειρῶ πᾶσαν ἡνίαν κρατεῖν. »
Μόνη γὰρ ὧν πέπονθεν οὐκ ἔχει χάριν.

Nudis, sine ære, sine pera,
Sine sandaliis, sine censu, mysterium
Totius novi committens mundi ;
565 Ac ne baculum quidem manibus gestare sinens,
Ut fides esset verbi robur.
Majus quidpiam inspice : ne juveni quidem discere
Cupienti, quomodo ad summum quis perveniat,
Alio vel solo perfectionem circumscribit,
570 Ut scilicet omnia pauperibus distribuat,
Magnamque semper crucem humeris ferat,
Ac rebus terrenis mortuus ipsum sequatur,
Si etiam cum Deo in altum tolli cupiat.
Sic et introiens lustrat publicanos,
575 Qui Deo omnia libenter tradunt.
Persuadeat id Zachæus ille, qui cum male ditatus esset
Miserans pauperes, et eos quos læserat,
Paupertate ditescit, et a sordibus expurgatur.
Atque hæc quidem dicta sint de divitiis.
580 De continentia autem perpauca ab antiquis
444-445 Sapientibus, tum apud Græcos, tum apud barbaros suppeditantur.
Nam et barbaris virtus aliquo in pretio fuit.
Nostra autem, quæ et quanta sint, quid attinet describere ?
Sunt enim manifesta omnibus et nota.
585 Audivi illud sapientis tragœdiæ :
« Ventris conare habenas omnes tenere. »
Solus enim eorum, quæ de illo merueris, gratiam non habet.

562 *Πῆραν οὐκ ἐξημμένους. Peram non habentibus alligatam.*
564 *Ἐπιτρέψας.* Ita Vat. Edit. ἐπιστρέψας.
565 *Καὶ μηδὲ ῥάβδον.* Vat. μὴ ῥάβδον αὐτούς.
566 *Εὐσθενές.* Vat. ἀσθενές, quam lectionem præfert Billius ; verum bene minus juxta Combefisium : eo quippe loci commendatur efficacia et robur, cui nimirum astipulatur virtus divina, nullaque alia suppetunt adminicula.
568 *Τις τύχοι.* Ita Vat. Edit. κατατύχοι.
575 *Τῷ Θεῷ δωρουμένους.* Coisl. τοῦ Θεοῦ δωρουμένου.
576 *Καὶ πειθέτω.* Coisl. et Vat. πείθει Ζακχαῖος ἐκεῖνος.
578 *Πλουτεῖ τὸ πένεσθαι. Paupertate divitias consequitur.*
579 *Εἶεν· τά*, etc. *Hæc dicta sunto : quod quidem ad opes spectat, ita res se habent.*
581 *Καὶ τῶν.* Prave in editis καὶ γῆ.
584 *Περιφανῆ.* Vat. ἐμφανῆ.
586 *Γαστρὸς δέ.* Erat hic versus in monostichis Græcorum sententiis, ac Chareti tribuitur a Stobæo, sermone 16 *De continentia.* Bill.

METRICA VERSIO.

Totius orbis in manus tradens novi :
Nec ferre baculum vel levem hos sinens manu :
Infirmitas ut dogmati astrueret fidem.
Quod majus audi : postulanti, quo modo
Perfectus esse posset, adolescentulo,
Virtutis arcem finit haud ipse altera
Ulla re, egenis cuncta quam si protinus
Dispergat, humeris semper et gestet crucem,
Ipsumque, rebus mortuus terræ omnibus,
Sequatur, aveat cum Deo si subvehi.
Sic et telonas lustrat ingressu suo,
Dantes libenter Numini summo omnia.

B Testis Zachæus, qui malis dives modis,
Miserans egentes postea, et quos læserat.
Pauper opulente redditus, labem expiat,
Atque ista sunto dicta de censu mihi.
Ac continentis pectoris Græcos apud
Exempla quædam suppetunt, et barbaros.
Et barbaris nam cura virtutis fuit.
Quot nostra vero, quantaque, hic perscribere
Quid est necesse, clara cum sint omnibus ?
Hæc eruditæ verba sint tragœdiæ :
« Omnes habenas ventris ipse contine. »
Est namque doni solus accepti immemor.

Digitized by Google

Ἐν πλησμονῇ τοι Κύπρις, ἐν πεινῶσι δ' οὔ.
Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.
Πληρῶσαι δέρριν κηρίων ἤ τ' ἀλφίτων,
Οὐδὲν διοίσει ταῦτα γαστρὸς ἐν μυχοῖς.
Πίθῳ δ' ἐπαντλεῖν ἐκρέοντι, τίς χάρις;
Γαστὴρ δ' ἄναλτος εὗρε καὶ νεῶν δρόμους·
Ἄλλους δ' ἐπ' ἄλλοις ἐμμανεῖς ἐξώπλισεν.
Ἅπαντα δ' ἕρπειν εἰς βυθὸν τὰ τίμια
Τῶν γαστριμάργων σῖτα, μὴ δὲ σῖτ' ἔτι
Τῶν εὐτελεστάτων, λέβητος ἐξ ἑνός,
Ὀρθῶς λέγει που Κερκιδᾶς ὁ φίλτατος,
Τέλος τρυφώντων, αὐτὸς ἐσθίων ἅλας,
Αὐτῆς τρυφῆς ἔθ' ἁλμυρὸν καταπτύων.
Τίς δ' οὐκ ἐπαινεῖ τὸν τρυφῶντι τῷ νέῳ
Φήσαντα· « Ἂν σοὶ προστιθεῖς σου ταῖς πέδαις,
Ἐξαγριῶν τε τὸ σπαράσσον θηρίον. »
Κἀκεῖνο δ' οἷον Στωικῶν τῶν φιλτάτων;
Ὡς ἄλλος ἄλλῳ σαρκίῳ τις προσλαλῶν·
« Τί σοι χρεωστῶ, φησίν, ἄθλιον δέρος;
Φαγεῖν; μέγιστον, ἄρτος ἐνδεῶς δοθείς.
Πιεῖν; ὕδωρ σοι δώσομεν, καὶ ὀξίνην.
Οὐ ταῦτά μ' αἰτεῖς· τὰ τρυφῆς δὲ καὶ κόρου,
Κρυσταλλίνων τε ἀβρότητ' ἐκπωμάτων.
Λίαν ἑτοίμως δώσομέν γ', ἀλλ' ἀγχόνην. »
Ταῦτ' οὐκ ἀμείνω τῶν πάλαι βλακευμάτων
Σαρδαναπάλου τοῦ Νίνου, ὃς ὢν ποτε
Πλούτῳ τε λαμπρὸς καὶ τρυφῇ διεφθορώς,
Ἐβούλετ' αὐτῷ καὶ γεράνου μηκίστερον

A

In satietate Cypris, at non in esurientibus.
Pinguis venter subtilem sensum non parit.
Melle autem pellem implere, an farina,
Nihil hæc differunt in ventris penetralibus.
Dolio infundere diffluenti quid juvat?
Venter inexplebilis invenit etiam navium cursus,
Aliosque in alios furentes armavit.
Pretiosissimos quosque cibos, ubi irrepsere
In gurgitem helluonum, non jam cibos esse
Vel vilissimos, unico ex lebete,
Recte dixit alicubi lepidissimus Cercidas,
Finem luxuriosorum, ipse sale victitans,
Ac ipsius luxuriæ salsamenta respuens.
Quis non laudaret eum, qui juveni luxurie diffluenti
Dixit : « Desine tuis adjicere compedibus,
Ac belluam dilaniantem irritare. »
Illud vero quale est jucundissimorum Stoicorum?
Carnem quis alloquens ut alius alium :
« Quid tibi debeo, inquit, misera cutis?
Cibum? maximum donum est panis parce datus.
Potum? aquam tibi dabimus et acetum.
At non hoc reposcis, sed delicias et satietatem
Et crystallinorum poculorum elegantiam.
Libentissime dabimus, sed restem. »
Annon hæc meliora sunt, quam antiqua luxuries
Sardanapali a Nino prognati, qui cum esset
Divitiis splendidus, et deliciis corruptus,
Optabat ut sibi etiam grue longius

588 *Ἐν πλησμονῇ τοι.* Ita Coisl. et Vat. Mendose in edit. πλησμονήταις.

589 *Παχεῖα.* Ita fere infra carm. XXXIII, vers. 35, etc.

590 *Πληρῶσαι... ἤ τ'.* Sic legendum, et ita legisse videntur Bill. et Leuv. Edit. πληροῦται... εἴτ'.

592 *Ἐπαντλεῖν.* Benedictini male *haurire*, pro *infundere*, quod sensui directe repugnat. CAILLAU.

593 *Νεῶν.* Coisl. νέον δρόμον, *novum cursum*. Sic Leuv.

598 *Λέγει.* Coisl. λέγων.

599 *Ἅλας.* Coisl. ἅλα.

600 *Αὐτῆς τρυφῆς ἔθ'.* Coisl. τρυφῆς τε αὐτῆς.

602 *Ταῖς πέδαις.* Ita Coisl. Edit. τὰς πέδας.

609 *Οὐ ταῦτα μ' αἰτεῖς.* Coisl. οὐ ταῦτα ἀπαιτεῖς.

611 *Ἀλλ' ἀγχόνην.* Vide intra lib II, sect. I, poem. LXXXI, v. 98, etc., ubi Gregorius eamdem loquendi formam usurpat.

613 *Σαρδαναπάλου.* Hæc Aristoteles non Sardanapalo, sed Philoxeni tribuit.

615 *Μηκίστερον.* Coisl. et Vat. μηκέστερον.

METRICA VERSIO.

In ventre pleno Cypris est, non in fame.
Subtilem obesus venter haud mentem parit.
Ventrem farina, melle vel dulci impleas,
In ventris imo differet prorsus nihil.
Cado effluenti quid juvat te infundere?
At lurco venter navibus cursum dedit,
Hominesque rabido Marte commisit ferus.
Cunctasque in imum gurgitem labi dapes,
Charas gulosis, non dapes tamen amplius,
Lebete veluti quopiam ex vilissimo,
Dixit profecto Cercidas scite admodum,
Finem helluonum, cum sale ipse viveret,
Ipsumque luxum conspuens, salsum velut.
Quis non probarit, debito quod luxui

B

Quandoque dixit quispiam : « Ne adaugeas
Vincla tua, sævam et belluam magis asperes. »
Quale autem et illud, quod suam carnem alloquens
Stoicus, ut alter alterum, dixit : « Tibi
Quid, misera pellis, debeo? Te ut nutriam?
Abunde panis frustulum est. Potum petis?
Aquam aut acetum dabimus, ut pellas sitim.
At ista forte non petis, verum dapes
Gratas palato, pocula et dulcis meri?
Non ista, restim sed tibi lubens dabo. »
Nonne ista longe præferenda luxui
Sardanapali, splendidus qui copiis
Opum, maloque perditus luxu, grue
Optabat esse longius guttur sibi,

Digitized by Google

Λαιμὸν γενέσθαι, ἡδονῆς μακρᾶς χάριν;
Ὦ θεῖε Δαβὶδ, σοὶ δὲ διψῶντι φρέαρ
Γῆς ἀλλοφύλων καὶ ποτὸν κρατούμενον,
Ἐπεὶ δι' αἱμάτων τε καὶ μάχης τινὲς
Ὑπηρετοῦντο τῷ πόθῳ, χερσὶν λαβὼν
Ἔσπεισας ὕδωρ· οὐ γὰρ ἐξ ἀλλοτρίων
Κακῶν ἐδέξω τὸν σὸν ἐκπλῆσαι πόθον.
Εἰ δ' ἀγγέλων τις ἄρτος, ἡ Λόγου τροφὴ
(Ἀσώματον φύσιν γὰρ· οὐ σῶμα τρέφει),
Ὅσοι παρ' ἡμῖν ἀγγέλων ζῶσιν βίον,
Σπινθῆρσι μικροῖς τοῦ βίου κρατούμενοι!
Καὶ τοῦτ' ἄκοντες, δόγματος θείου χάριν·
Δεῖ γὰρ δεδέσθαι, μέχρις ἐκλύσῃ Θεός.
Ἐῶ τὰ βίβλων καὶ τὰ τῶν πάλαι λέγειν.
Ὅσοι καθάρσει σωμάτων θεούμενοι,

Τροφῆς ἄγευστοι ἡμέρας καὶ πλείονας
Διῆλθον, ὥσπερ σωμάτων ἐλεύθεροι,
Πυρὸς δ' ἀπειλὴν, καὶ λεόντων χάσματα
Ἤνεγκαν, ὥστε μὴ βέβηλον ἐν ξένῃ
Τροφὴν προσέσθαι βαρβάρων προστάγματι.
Ἀφ' οὗ δὲ Χριστῷ συμπλακεὶς ὁ δυσμενὴς
Ἀπῆλθε, σαρκὸς εὐγενοῦς ἡττημένος,
Ἐκ τεττεράκοντ' ἀσιτίας νυχθημέρων,
Ὡς μᾶλλον αἰσχύνοιτο τῆς πείρας σφαλείς,
Νόμος προῆλθε τῆς φίλης κακώσεως
Ἐν τοῖς ἀγῶσιν, ὦ σοφοῦ παλαίσματος!
Καὶ τῶν ἀναίμων ἐνθέων τε θυμάτων,
Ἃ πᾶς ὁ κόσμος καλλιερεῖ τῷ Δεσπότῃ,
Θύοντες, οὐ μόσχους τε τῷ πάλαι νόμῳ,
Οὐδ' ἄρνας, οὐδ' ἔξωθεν εἰσφοράν τινα

Guttur daretur, quo prolixior esset voluptas?
O divine David, cum sitiente te, ad puteum
Terræ Philisthinorum et potum perventum esset,
Quia per sanguinem et pugnam nonnulli
Ministraverant desiderio tuo, manibus acceptam
Libasti aquam: non enim ferebas aliorum
Incommodo sitim tuam expleri.
Quod si angelorum panis quidam est, nempe Verbi cibus
(Incorpoream enim naturam non alit corporalis cibus),
Quam multi apud nos angelorum vitam ducunt,
Parvis vitæ scintillis consistentes!
Idque non libenter, sed propter divinum decretum:
Vinctum enim esse oportet, donec Deus solvat.
Mitto sacræ historiæ et veterum exempla.
Quotquot corporum expurgatione dii facti,
Ciborum jejuni plures dies
Traduxerunt, quasi a corporibus liberi essent;
Ignisque minas et leonum ora
Pertulerunt, ne profanum in aliena terra
Cibum sumerent barbaro præcepto.
Ex quo autem cum Christo luctatus inimicus
Abscessit, a carne nobili victus,
Quæ per dies et noctes quadraginta nil gustaverat,
Ut eum puderet magis inanis tentamenti,
Prodiit lex voluntariæ corporis afflictationis
In certaminibus, o sapientem luctam!
Et incruentarum ac divinarum victimarum,
Quas totus orbis immolat Domino,
Sacrificantes, non vitulos, ut in antiqua lege,
Neque arietes, neque extrinsecus aliquam oblationem

617 *Σοὶ δὲ διψῶντι*, etc. *Cum sitires et optares aquam cisternæ Bethlehem, quam occupabant Philisthini, et potum penes te haberes*, etc.
635 *Βαρβάρων*. Coisl. βαρβάρῳ.
638 *Ἐκ τεττεράκοντ' ἀσιτίας*. *Per quadraginta dierum ac noctium jejunium.*
639 *Σφαλείς*. *Tentationis spe frustratum.*
641 *Ἐν τοῖς ἀγῶσιν*. *In certaminibus.* Non male Leuv. *In pietatis exercitiis.*
644 *Τῷ πάλαι*. Ita Coisl. Edit. τῶν.

METRICA VERSIO.

Ut ne voluptas flueret ipsi tam cito?
Jessæe, sed tu, cum sitires; atque aquam
Ex agro haberes hostium, quoniam haud sine
Cruore quædam tulerat hanc turma, obsequens
Cupiditati regiæ, laticem statim
Libasti, et unda militum parta malo
Explere vota veritus es, sitim et tuam.
Quod si angelorum panis est Verbi cibus
(Nam carne vacuas non alit mentes caro),
Quam multi apud nos angeli vitam exigunt,
Tenuesque vitæ spiritus tantum trahunt:
Nec id libenter, sed Dei ut jussa expleant!
Vinctum esse oportet, usque dum solvat Deus.
Antiqua sileo, quæque commemorant libri,
Caterva quanta, corporum purgamine

Divina facta, duxerit multos dies'
Impasta, tanquam corpore omnino carens:
Minas et ignis, oraque leonum horrida
Tulerit, profanis extera in terra cibis
Ne vesceretur, barbari jussu impii.
Cum Christo at ex quo Stygius hostis prælio
Congressus, abiit victus a carne inclyta,
Jejuna denos quæ dies quater egerat,
Quo major illum spe pudor lusum angere.,
Lex in palæstris prodiit jejunio
Carnis premendæ, o callidum pugnæ genus!
Atque incruentæ victimæ, et sanctissimæ.
Dominoque totus orbis æthereo immolat,
Non vitulum, ut olim, non arietem, aut exteram
Oblationem quampiam, plenam haud satis

Digitized by Google

Τῶν οὐ τελείων (πᾶν γὰρ ἄλογον ἐνδεὲς),
Αὐτοὶ δ' ἑαυτῶν τῇξιν ἐμμέτρῳ τροφῇ,
Τὸ μὴ τρυφᾶν τρυφῶντες, ὦ ξένης τρυφῆς!
Ναοὺς καθαίρειν τῷ Θεῷ πειρώμενοι,
Ἀγρυπνίαις τε παννύχοις θ' ὑμνῳδίαις,
Ἐκδημίαις τε τοῦ νοὸς πρὸς νοῦν μέγαν,
Ζῶντες τοσοῦτον ἐν σκιαῖς καὶ φάσμασιν
Ὅσον τὰ κρυπτὰ τοῖς ὁρωμένοις λαβεῖν.
Ἐντεῦθεν οἱ μὲν δέσμιον σαρκὸς πάχος
Θέντες σιδήρῳ, τὸν κόρον κατέσβεσαν·
Οἱ δὲ ζόφῳ τε καὶ στενοῖς οἰκήμασιν
Ἢ ῥήγμασι κλεισθέντες ἀγρίων πετρῶν,
Βλάβην ἐπέσχον τῶν πλάνων αἰσθήσεων.
Ἄλλοι δ' ἐρημίαις τε καὶ θηρῶν νάπαις,
Τὴν θηριώδη τοῦ φυγεῖν ἁμαρτίαν,
Αὐτοὺς ἔδωκαν, ἔκφυλον ζῶντες βίον,
Τοῦθ' ὃ βλέπουσι κόσμον εἰδότες μόνον,
Σάκκῳ τις ἄλλος, καὶ σποδῷ, καὶ δακρύοις
Εἵλκυσεν οἶκτον, καὶ χαμευνίᾳ πόνῳ,
Στάσει τε νυκτῶν ἡμερῶν τε πλειόνων,
Μηνῶν τε, τούτου μεῖζον· εἰ δ' εἴποιμ' ἐτῶν,
Ἄπιστον οἶμαι, πλὴν ἐμοὶ πιστὸν λίαν,
Ὅσοι τ' ἐπόπται τῶν φίλων τοῦ θαύματος.
Πίστις γὰρ ἐστήλωσε καὶ φόβος Θεοῦ,
Τὸν νοῦν πρόωρον ἁρπάσας τῶν σωμάτων.
Ξένων δ' ἀκούσῃ καὶ ποτοῦ καὶ σιτίων·
Ὄψον, σποδόν τε καὶ δάκρυον μεμιγμένον,
Ἄναρτον, ὡς ἄνυδρον οἱ δ' ἄλλοι βίον.

Haud perfectam (imperfectum enim quidquid rationis expers),
Sed ipsi suam ipsorum demenso cibo tabefactionem,
Deliciis carere pro deliciis habentes, o novas delicias!
Templa Deo expurgare nitentes,
Vigiliis, nocturnis psalmorum cantibus,
Ac mentis ad magnam mentem migrationibus,
Eatenus in umbris et imaginibus viventes,
Quatenus abdita ex his, quæ videntur, percipiant.
Hinc alii vinctam corporis molem
Sub ferro tenentes, cupiditatem exstinxerunt:
Alii autem tenebris et angustis habitationibus,
Aut fissuris inclusi silvestrium petrarum,
Labem represserunt noxiorum sensuum.
Alii autem desertis et ferarum saltibus,
Ut ferinum fugerent peccatum,
Seipsos tradiderunt, vitam non humanam ducentes,
Præter id quod vident, nihil ex mundo cognitum habentes.
Alius sacco, et cinere, et lacrymis
Miserationem movit et chameuniæ labore,
Et multarum noctium ac dierum statione,
Et mensium, quod majus est: quod si dixero annorum,
Incredibile id erit, opinor, at mihi valde credibile,
Iisque amicis, quicunque miraculi spectatores fuerunt.
Fidem enim illos et Dei metus quasi cippos fixerat,
Mentem ante tempus abstrahens corporibus.
Inusitatos audi et potus et cibos:
Pro obsonio cinerem cum lacrymis mistum,
Sine pane, quemadmodum et alii sine aqua.

646 *Τῶν οὐ τελείων. Eorum quæ non sunt perfecta.*

647 *Αὐτοὶ δ' ἑαυτῶν. Id est, ipsi suum corpus inedia, cibi parcitate absumentes, tabefacientes.*

653 *Ὅσον τὰ κρυπτά. Quatenus ex rebus sensibilibus ad rerum insensibilium et proinde abditarum cognitionem valeant assurgere.*

655 *Σιδήρῳ.* Ita Vat. Edit. σιδήρον. *Ferro vincientes carnem.*

661 *Ἔκφυλον ζῶντες βίον. Ab omni hominum commercio vitam agentes ita remotam, ut, præter eam terræ particulam in quo degunt, nullum alium agnoscant mundum.*

666 *Μηνῶν τε, τούτου μεῖζον· εἰ δ' εἴποιμ' ἐτῶν.* Ita Coisl. et Vat. Edit. μηνῶν τὸ μεῖζον· εἰ δὲ εἴποιμι χρόνων.

667 *Οἶμαι.* Ita Coisl. et Vat. Edit. εἶναι.

671 *Ξένων δ'.* Ita Coisl. Edit. ξένον δ'. Versus iste et duo qui proxime sequuntur, in duobus codd., quos vidit Bill., desunt, nec ad sensum magnopere facere ipsi videntur.

673 *Οἱ δ' ἄλλοι.* Coisl. ἄλλον. Vat. ἄλλων.

METRICA VERSIO.

(Perfectione nam carent bruta omnia),
Sed quisque tabem corporis: pro luxu habens
Carere lautis dapibus, o luxum novum!
Purgare templum sedulo nitens Deo,
Totas in hymnis dum vigil noctes agit,
Ac mente magnam migrat ad mentem, hactenus
Vivens in umbris levibus, et spectris, per hæc,
Quæ cernit oculus, capiat ut res abditas.
Hinc pars, catenis corpus astringens suum,
Exstinxit omnem funditus petulantiam.
Pars domibus arctis, quasque sol nunquam videt,
Vel clausa quodam rupis exesæ cavo,
Damnum repressit, quod vagi sensus ferunt.
Loca sola, quos et incolunt saltus feræ
Scelus ut ferinum fugeret, haud tardo pede
Pars petiit, ævi transigens novum genus,
Mundum sciens hoc, quod videt, tantummodo.
Est cui cinisque, saccus et, cum lacrymis,
Humique captus somnus inflexit Deum,
Statio et dierum plurimorum et noctium,
Et mentium etiam: siquidem annos dixero;
Non credet ingens agmen: at credam tamen.
Credentque pariter, mira res visa hæc quibus.
Figebat illos nam fides, Dei et metus,
Animum ante tempus abstrahens a corpore.
Haud usitatum prandium quin audies,
Cineri calentes lacrymas mistas simul.
Sine pane sunt qui vixerint, aqua et sine.

Digitized by Google

Ἃ μοι δοκοῦσι καὶ φύσεως νικᾶν νόμους,
Ζήλου φέροντος ἄχρις ἐκτόπων ὁδῶν.
Τί ταῦτα; Τοῦ Λεὼ δὲ σὺ θαυμάζεις κόρας,
Τὰς τῶν Ἀθηνῶν προσφαγείσας ἀσμένως,
Μενοικέως τε τὴν πρόθυμον εἰσφορὰν,
Θηβῶν ὑπερθανόντος ὡς σώσῃ πόλιν·
Κλεομβρότου τε τοῦ σοφοῦ τὸ τίμιον
Ἅλμα' ἀφ' ὕψους, ὡς ἀπέλθοι σώματος,
Ἐπεὶ Πλάτωνος τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ
Πειθεὶς, ἔρωτι λύσεως κατεσχέθη.
Λέγεις Ἐπικτήτου τε τὸ κλασθὲν σκέλος,
Πρὶν ἤ τι ῥῆξαι ῥῆμα δοῦλον τῆς βίας·
Εἶναι γάρ, εἶναι τ' ἀνδρὸς, ὡς ἀκούομεν,
Τὸ σῶμα δοῦλον, τὸν τρόπον δ' ἐλεύθερον·
Ἅπτισμόν τ' ἐν ὅλμῳ τῶν Ἀναξάρχου χερῶν,
Ὡς οὐ παρόντος, καὶ κελεύοντος σφοδρῶς
Πτίσσειν τὸν αὐτοῦ θύλακον, αὐτὸν γὰρ μένειν
Ἄπτιστον, ὅστις ἐστὶν, οὐχ ὁρώμενον·
Καὶ Σωκράτους τὸ κώνειον, φιλοτησίαν
Ξένην τοσοῦτον ἡδέως ἐσπωμένην.
Σὺ ταῦτ' ἐπαινεῖς; καί τι κἀγὼ, πλὴν ὅσον
Ἐν τοῖς ἀφύκτοις ἦσαν ἀνδρεῖοι κακοῖς·
Τοῖς γὰρ θέλουσιν οὐχ ὁρῶ σωτηρίαν.
Ἐντεῦθεν ἐλθὲ πρὸς πάλην τὴν ἔνθεον
Ἐμῶν ἀθλητῶν, καί σε δινείτω φόβος,
Τούτων ἀκούοντά τε καὶ μεμνημένον·
Οἷοις ὅσοις τε κινδύνοις ηὐξήσαμεν
Χριστοῦ τὸ σεπτὸν καὶ νέον μυστήριον,

Quæ quidem mihi videntur naturæ leges superare,
Fervore usque ad inusitatas vias ferente.
Sed quidnam hæc? Tu Lei admiraris puellas,
Libenter pro Athenis mactatas,
Et Menœcii voluntariam devotionem
Pro Thebis mortui, ut urbem servaret,
Et sapientis Cleombroti præclarum
Ex alto saltum, ut corpore abscederet,
Postea quam Platonis de anima libro
Perculsus, amore dissolutionis correptus est.
Narras Epicteti fractum crus, antequam
Vox ulla, doloris vi cogente, erumperet.
Erat enim hujus hominis, ut discimus,
Servum corpus, mores autem ingenui.
Contusas etiam in mortario Anaxarchi manus,
Quasi ille non adesset; imo cum juberet vehementer
Contundi saccum suum: se enim manere
Intactum, ut qui oculis, quis sit, non cernatur.
Socratis etiam cicutam, ejusque miram
Propinationem, tam libenter a se haustam.
Hæc tu laudas? ac ipse etiam laudo; sed tamen
In malis inevitabilibus fortes fuere;
Neque enim salutem volentibus relictam video.
450-451 Hinc te transfer ad certamen divinum
Athletarum meorum, et contremisce,
Hæc audiens et in memoriam revocans,
Quot et quantis periculis obeundis auxerimus
Christi venerabile ac novum mysterium,

674 *Δοκοῦσι*. Coisl. δοκεῖ καί. Vat. ἐμοὶ δοκεῖ.
675 *Ἐκτόπων. Ad inauditas usque vitæ rationes, absonas.* ἐξεστραμμένων. Hesych... Suid.
677 *Προσφαγείσας*. Ita Coisl. et Vat. Leos, Orphei filius, ut Atticam universam gravissima fame levaret, tres filias virgines mactandas tradidit, quod hoc unum depellendo morbo remedium oraculo ostensum esset. In cujus beneficii memoriam monumentum ab Atheniensibus erectum est, quod *Leochorium* appellarunt. Edit. προσφιγείσας.
678 *Μενοικέως*. Vid. tom. I, pag. 109.
687 *Τὸ σῶμα δοῦλον*. Non Epicteti ipsius, ut interpretatur Billius, hæc sunt verba, sed de illo dicta.
692 *Φιλοτησίαν*. Philotesia est, ait Billius, amica quædam ad bibendum invitatio. Novam autem Socratis philotesiam vocat, eo quod Socrates cicutæ poculum bibiturus dixisse feratur: *Propino pulchro Critiæ*, qui quidem in eum fuerat teterrimus, ut scribit Tullius.
693 *Τοσοῦτον*. Ita Coisl. Edit. τοσούτων.

METRICA VERSIO.

Natura leges habeat adversas licet,
Zelo ferente prorsus insuetam ad vitam.
Quidnam hæc? Lei tu filias laude evehis,
Subiere quæ pro gente Cecropia necem;
Seque offerentem non pigro morti pede,
Thebis salutem quo daret, Menœceum:
Cleombrotumque, sponte qui, dum corpore
Exire gestis, se dedit præceps neci,
Postquam Platonis quopiam inductus libro,
Amore mortis captus est magno illico.
Crus fractum Epicteto insuper narras prius,
Quam vi doloris ederet verbum indecens.
Namque asserebat ille, sic accepimus,
Servum esse corpus, liberam at mentem suam.
Tusas recenses tu quoque Anaxarchi manus,
Ut si abfuisset, namque utrem suum acriter
Tundi jubebat: quippe se illæsum interim
Manere: nec enim, quis sit, oculis conspici.
Laudas cicutam Socratis, philotesiam
Insolitam, ab illo pectore exhaustam impigro?
Tune ista laudas? laudo et ego; verum in malis,
Quæ non dabatur fugere, constantes erant;
Nam spes salutis nulla erat, vellent licet.
Hinc ad palæstram transeas sacram velim
Pugilum meorum: teque corripiat tremor,
Hæc audientem, et mente volventem, quibus
Quantisque fortes auximus periculis
Christi verendum ac novum mysterium:

Digitized by Google

Οἱ τοῦ καλεῖσθ' ἐκεῖθεν ἠξιωμένοι.
Πολλοὺς γὰρ ἡμῖν πολλάκις τε τοῦ φθόνου
Ζέσαντος ἐχθροὺς καὶ δώκτας τοῦ λόγου,
Θυμὸν πνέοντας, θῆρας ἠγριωμένους,
Οὐ πώποθ' ἡμεῖς εἴξαμεν καιροῦ ῥοπαῖς.
Ἀλλ' εἴ τι καὶ ῥᾴθυμον εἰρήνη προσῆν,
Εἴ τις κακὸς καὶ τἄλλα ὢν ἐτύγχανεν,
Ἐνταῦθα πάντες ἐστομώθημεν Θεῷ·
Ζήλῳ δὲ πυκνωθέντες ἐμπύρῳ, θράσος
Ἐχθρῶν δεδέγμεθ', εὐκλεῶς ἡττώμενοι.
Οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἡδέως σωτηρίαν
Κομίζεθ', ὡς ἡμεῖς γε κινδύνους καλούς.
Τίς πῦρ, ξίφη, βάραθρα, λιμὸν, ἀγχόνην,
Θῆρας φονῶντας, ὡς τρυφὴν ἐδέξατο;

Στρεβλώματ', ἐξαρθρώματ', ὀμμάτων σβέσεις,
Ζέσεις, σπαραγμοὺς, καὶ μελῶν λακίσματα,
Κρυμοὺς, βυθοὺς, ζόφους τε καὶ κρημνίσματα,
Χρόνου τε μακροῦ ποικίλην τραγῳδίαν;
Ὃ καὶ κακῶν χείριστον, εἰδόσι φράσω·
Ἡ μὲν γὰρ ἀκμὴ τοῦ κακοῦ, λύσις φόβου.
Τὸ προσδοκᾶν δ' ἀεί τι, πάσχειν ἔστ' ἀεὶ,
Θνήσκειν τε πολλοὺς ἀνθ' ἑνὸς πικροὺς μόρους.
Ἐῶ λέγειν φυγάς τε καὶ τὰς χρημάτων
Ἀλλοτριώσεις, καὶ τὸ ταῦτ' ἐν ὄψεσιν
Ἀνδρῶν, γυναικῶν, ἡλίκων, τέκνων, φίλων,
Πάσχειν, ἃ κάμπτει καὶ τὸν ἀλκιμώτατον.
Καὶ ταῦθ' ὑπὲρ τοῦ; συλλαβῆς ἴσως μιᾶς·
Τί τοῦτό φημι συλλαβῆς; καὶ νεύματος

Qui ab eo nomen, quo appellamur, consecuti sumus.
Nam cum multos nobis ac sæpe invidia
Incendisset inimicos et persecutores doctrinæ,
Iram spirantes, belluas efferatas,
Nunquam cessimus temporum momentis.
Sed si quid negligentiæ pax habuit,
Aut si quis aliunde timidus fuit,
Hic omnes obfirmati sumus Deo,
Studioque ardenti consolidati, impetum
Hostium excepimus, præclare victi.
Neque enim quisquam tam libens salutem
Accipit, quam nos præclara pericula.
Quis ignem, gladios, barathra, famem, restem,
Belluas crudeles, ut delicias suscepit?
Quis tormenta, luxationes membrorum, oculorum exstinctiones,
Ollas ferventes, dilacerationes, membrorum discerptiones,
Frigora, foveas, tenebras et præcipitia,
Longique temporis variam tragœdiam?
Quod quidem malorum maximum est, scientibus loquor;
Nam mali summa vis, solutio est timoris.
Semper autem aliquid exspectare, semper est pati,
Ac multas pro una crudeles mortes obire.
Mitto exsilia et bonorum
Publicationes; atque hæc in oculis
Virorum, conjugum, æqualium, filiorum, amicorum,
Pati, quod quidem vel fortissimum incurvat.
Atque hæc, qua de causa? Pro una forsitan syllaba;
Sed quid dico syllabam? cum vel nutus

706 *Καιροῦ ῥοπαῖς. Voluntati, nutibus eorum qui rerum potiebantur, tyrannis.*

710 *Πυκνωθέντες ἐμπύρῳ.* Ita Coisl. Edit. mendose πυρωθέντες ἐν πύρῳ.

717 *Ζέσεις. Liquidum plumbum.*

720 *Εἰδόσι.* Ita habet Coislianus codex. Edit. autem mendose εἰ δώσει.

721 *Ἀκμὴ τοῦ κακοῦ.* Merito Gregorius censet meliorem esse mortem quamlibet acerbam, quam diuturnas calamitates.

728 *Ὑπὲρ τοῦ.* Sic Vat. Edit. ὑπὲρ τῆς. *Atque hæc quidem pro una syllaba.*

729 *Φημι.* Coisl. et Vat. εἶπον. Ibid. *καὶ νεύματος. Imo propter nutum, per abnegationem mala saluti consulentem.*

METRICA VERSIO.

Nomen etiam unde trahere nobis contigit.
Persæpe nam cum livor in nos plurimos
Hostes furentes, persequentes et fidem,
Trucibusque similes belluis commoverit,
Non turbulento tempori unquam cessimus.
Quin pax habebat languidi si quidpiam,
Aut si quis alias moribus pravis erat,
Hic cuncti ad unum pectus obfirmavimus,
Atque solidati flammeo zelo, hostium
Tulimus furorem, splendide et victi sumus.
Nemo salutem nam capit lubentius,
Pericula quam nos, vera laus quibus comes,
Quis ignem et enses, barathra quis, crucem, famem,
Sævasque, luxus instar, excepit feras,

Tormenta, et artus sedibus vulsos suis,
Oculosque raptos, membra laniata undique,
Frigoraque, tenebras, corpora in præceps data,
Longique variam, quo nihil, gnaris loquor,
Est gravius animo, temporis tragœdiam?
Ardor doloris nam metum mox eximit·
Timere vero semper, est semper pati,
Mortesque ferre plurimas loco unius.
Exsilia mitto dicere, ablatas opes,
Atque hæc virorum, conjugum, sodalium,
Charæque sæpe prolis in conspectibus:
Quæ corda flectunt sæpe, vel fortissima.
Atque ista curnam? Syllabæ causa unicæ.
Quid dico causa syllabæ? nutus levis,

Digitized by Google

730 Ἑνὸς, κακῶς σώζοντος, ἐξ ἀρνήσεως.
Θεὸς γάρ ἐστιν ἐν βραχεῖ τὸ κείμενον·
Ὃν περ προδοῦσιν, ἄλλον οὐκ ἔστιν λαβεῖν.
Τί δεῖ λόγῳ μοι πλειόνων; ἆρον κύκλῳ
Τὴν ὄψιν, ἄθρει τὴν ὅλην οἰκουμένην
735 Ὅσην κατέσχε νῦν λόγος σωτήριος,
Δήσας Θεῷ τε καὶ πάθει μεμιγμένος,
Μίξιν ξένην τε καὶ Θεοῦ πόρρω νόμων·
Ταύτην καταστράπτουσιν ὥσπερ ἀστέρες
Σχεδόν τι πᾶσαν αἰθρίοις αὐγάσμασιν,
740 Ὑψωρόφοις θρόνοις τε καὶ διδάγμασιν,
Ἀθροίσμασίν τε καὶ δρόμοις πανεστίοις,
Ὑμνῳδίαις τε τῶν πόνων ἐπαξίαις,
A Οἱ τοῦ σφαγέντος εὐκλεεῖς νικηφόροι.
Τοσοῦτον δ' ἐστὶν τῆς ἀθλήσεως σέβας,
745 Ὡς καὶ κόνιν βραχεῖαν, ἤ τι λείψανον
Ὀστῶν παλαιῶν, ἤ τριχῶν μικρὸν μέρος,
Ἢ καὶ ῥακώματ', ἤ τι καὶ ῥαντισμάτων
Σημεῖον, ἀρκεῖν εἰς ὅλου τιμὴν ποτε.
Καὶ κλῆσιν ἔγνων, ἔστιν ὧν ἀλείψανον,
750 Τόποις δοθεῖσαν ἀνθ' ὅλου τοῦ μάρτυρος.
Ἰσχύν τ' ἴσην λαβοῦσαν, ὦ τοῦ θαύματος!
Σώζειν γὰρ οἶμαι καὶ τὸ μεμνῆσθαι μόνον.
Τί δ' εἰ λέγοιμι καὶ νόσων καὶ δαιμόνων
Κάθαρσιν ἔνθεν ἄπιστον, ἄχρι σημάτων,
755 Ἃ σωμάτων ποτ' ἠξιώθη τιμίων,

730 Unicus malam neganti salutem conciliet.
Quod enim agitur, ut verbo dicam, Deus est,
Quem qui prodiderunt, alium consequi non possunt.
Quid pluribus verbis opus est? tolle undique
Oculos, intuere orbem universum,
735 **452-453** Quem nunc occupat salutaris doctrina,
Postquam eum colligavit Deo et passioni,
Quæ mistio nova est, et a Dei legibus abhorrens;
Hunc orbem illustrant, velut astra,
Pene universum splendidis fulgoribus,
740 Excelsisque thronis, et doctrinæ institutionibus,
Cœtibusque et frequentissimis concursibus,
Ac hymnorum cantibus, qui laboribus digni sunt,
Illius qui occisus est inclyti martyres.
Tanta autem est suscepti certaminis veneratio,
745 Ut minutus pulvis, aut reliquiæ
Veterum ossium, aut exigua capillorum particula,
Aut panni, aut sanguinis aliquid aspersione
Signatum, sufficiant nonnunquam ad totius cultum.
Scio nomen sine reliquiis inditum esse
750 Nonnullis locis, totius martyris loco,
Vimque eamdem habuisse, o miraculum!
Saluti enim est, opinor, vel tantum reminisci.
Quid si dixerim a morbis et dæmonibus
Expurgationem incredibilem inde profectam, cujus vis ad usque sepulcra,
755 Quæ aliquando venerandis dignata sunt corporibus,

731 *Θεὸς γάρ ἐστιν, Deus est enim, ut paucis dicam, id quod nobis propositum est.*

736 *Δήσας. Vinciens Deo et passioni Christo scilicet, qui Deus est et idem homo, per cujus divinitatem et passionem salus nobis collata est.* Hunc esse Gregorii sensum probat quod sequitur : *quæ mistio nova*, etc. Leuv. *Deo et morbo; hoc est*, inquit in nota, *auxilio divino et humanæ infirmitati.* Nam robur meum, inquit, in infirmitate perficitur. Ex scholio Græco.

739 *Αἰθρίοις αὐγάσμασιν.* Ita Coisl. Edit. αἰθρίοις τε βήμασιν. Quod sic exponit Combef. *Ejusmodi sacrariis quæ serenum referunt cœlum... Locus est altaris*, inquit, *et Sancta sanctorum*, ubi res sacra peragitur; *quasi æthereis.* Addit Combef. jungendum ὑψωρόφοις cum βήμασιν quæ sic alte fastigiata Christiani rerum potientes, tanti sacrificii religione ambitiose exstruxerunt.

741 *Δρόμοις πανεστίοις.* Ad quos totæ familiæ, genus omne et ætas confluebant.

744 *Ἀθλήσεως.* Ita Coisl. et Vat. Edit. ἀληθείας. — Hinc Billius male : *Veneration tamque magnæ est veritas*, quod correctum Italicis distinximus. CAILLAU.

749 *Κλῆσιν ἔγνων, ἔστιν ὧν ἀλείψανον.* Ita Coisl. Leuv. ita legisse videtur. Edit. κλῆσιν, ἔστιν ἅγιον τὸ λείψανον.

751 *Ἰσχύν τ' ἴσην.* Ita Coisl. Edit. τὴν ἰσχὺν ἴσην.

METRICA VERSIO.

Deum abnegantis, consulat vitæ ut male.
De quo agitur etenim, multa ne dicam, est Deus :
Quem cum negaro, consequi haud licet alterum.
Quid plura? visus tolle per gyrum tuos,
Orbemque totum cerne, quantum nunc tenet
Ille occupatum sermo, quo venit salus,
Nos per Deumque, perque cruciatum ligans,
Mistura mira, legibus procul et Dei.
Hunc pene totum clara per sacraria,
Thronos et altos, perque doctrinam piam,
Cœtusque, sanctæ plebis et cursus leves,
Dignasque laudes maximis laboribus,
Fulgore complent, siderum in morem, illius,
B Mactatus est qui, martyres clarissimi.
Quin fulget almi tanta laus certaminis,
Exiguus etiam pulvis ut, vel ossium
Particula veterum quæpiam, aut paulum comæ,
Vestesve, sparsi aut sanguinis quædam notæ,
Cultum parem habeant, atque corpus integrum
Locisque nomen martyris solum inditum
Novi quibusdam, martyris loco integri,
Habuisse prorsus vim parem (o miraculum)!
Meminisse nam vel martyrum solum, ut reor,
Affert salutem. Quid febres ac dæmones
Mirum hinc fugatos in modum recenseam?
Quin et sepulcra, sacra, ubi olim corpora

Digitized by Google

Ἀντιστατούντων πνευμάτων ἐπιδρομαῖς;
Τοιαῦτα ἀθλητῶν τῶν ἐμῶν τὰ θαύματα.
Πίσαν δέ μοι σὺ καὶ κόνιν τὴν Δελφικὴν
Αὖχεις, Νεμέαν τε καὶ πίτυν τὴν Ἰσθμίαν·
Δι' ὧν ἔφηβοι δυστυχεῖς ἔσχον κλέος,
Ἄθλων τιθέντες μικρὰ καὶ μικρῶν γέρα,
Πυγμῆς, πάλης τε καὶ δρόμου, καὶ ἁλμάτων,
Ἃ μήτε νικᾷν, μήτε νικᾶσθαι μέγα.
Οὐ γὰρ Θεὸς τὸ ἄθλον, ἢ σωτηρία,
Ὡς τοῖς ἐμοῖς νόμοις τε καὶ παλαίσμασι,
Τυχεῖν τε δόξης τῆς ἄνω καὶ στεμμάτων.
Ἐπεὶ δὲ τὴν ἀνδρείαν ἐν τούτοις ἴδες,
(Ἦν καὶ μιμεῖσθαι ταῖς καθ' ἡμέραν πάλαις
Πρὸς τὸν διώκτην τοῦ βάθους καὶ λάθριον,
Κλέπτοντα δεινῶς ταῖς πλάνοις αἰσθήσεσι,
Κρίτιστόν ἐστι καὶ λίαν σωτήριον),

A Δεῦρο σκόπει μοι καὶ τὰ τῆς αἰνουμένης
Ἡμῖν μάλιστα σωφροσύνης. Ἔχει δέ πως.
Εἰσὶν μὲν, εἰσὶ καὶ παρ' Ἕλλησίν τινες
Ταύτης ἐράσται καὶ πάλαι καὶ νῦν ἔτι.
Οὐ γὰρ ἀπιστήσω γε τοῖς θρυλλουμένοις·
Φθόνος γὰρ οὐδεὶς σωφρονεῖν καὶ τοὺς ξένους.
Ξενοκράτην λέγουσιν, ὡς πόρνης τινὸς
Οἱ προσριφείσης ἔκ τινων πειρωμένων,
(Καὶ γὰρ καθεύδων νυκτὸς), ἡνίκ' ἤσθετο,
Οὔτ' ἐπτοήθη τῷ ξένῳ τῆς ὕβρεως,
Οὔτ' ἐξανέστη, ἢ φυγεῖν ἠνέσχετο·
Ἄμφω γὰρ εἶναι δεύτερα Ξενοκράτους·
Οὕτω δ' ἀκίνητός τε καὶ ἄτρωτος ἦν,
Ὥστ' ἐκφυγοῦσαν ἀσμένως βοᾷν· « Τί με
Νεκρῷ παρευνάσαντες ἠπατήσατε; »
Ἐπίκουρος ἡδονὴν μὲν ἠγωνίζετο

Obsistentia dæmonum incursibus?
Talia sunt meorum athletarum miracula,
Tu vero Pisam mihi et pulverem Delphicum
Jactas, et Nemæam, et pinum Isthmiam,
760 Per quæ misera juventus gloriam acquirebat,
Vilium certaminum vilia referens præmia,
Pugilationis luctæ, cursus, saltuum,
In quibus nec vincere magnum est, nec vinci.
Non enim præmii loco propositus est Deus, aut salus,
765 Ut in meis legibus et præliis,
Ac gloriæ cœlestis et coronarum adeptio.
Sed quia fortitudinem in his spectasti
(Quam quidem imitari in quotidianis prælils
Contra persecutorem internum et occultum,
770 Qui nos misere decipit fallacibus sensibus,
Optimum est et admodum salutare),
Nunc ea mihi considera, quæ spectant ad laudatam
454-455 Nobis maxime castitatem. Sic autem se habent.
Fuerunt quidem et apud Græcos nonnulli
775 Hujus virtutis olim, et nunc etiam amatores.
Non enim his, quæ dictitantur, fidem detraham;
Nec, si casti sint, etiam extranei, invidebimus.
Xenocratem ferunt, cum meretrix quædam
Ei noctu dormienti immissa esset,
780 Quorumdam tentamento, ubi id persensit,
Neque territum fuisse novitate injuriæ,
Nec surrexisse, aut fugere dignatum fuisse:
Utrumque enim esse indignum Xenocrate:
Sic autem invictus et invulnerabilis fuit,
785 Ut illa fugiens festive clamaret:
« Cur mortuo me copulantes decepistis? »
Epicurus voluptatem quidem contendebat

758 *Πίσαν δέ*. Vide tom. I, pag. 450.
767 *Ἀνδρείαν*. Coisl. ἀνδρίαν. Mox Coisl. et Vat. ἴγνως pro ἴδες.
770 *Πλάνοις*. Melius πλάναις vel πλάνης.
780 *Καὶ γάρ*. Coisl. sup. lin. ἦν.
786 *Παρευνάσαντες*. Coisl. παρευνήσαντες.

METRICA VERSIO.

Jacuere, pravos spiritus pellunt procul.
Hæc mira pugiles in dies patrant mei.
Tu vero Pisam, Delphicum tu pulverem,
Nemeamque jacta, et Isthmiam pinum insuper.
Per quæ juventus misera quondam claruit,
Statuens palæstris præmium exiguis leve,
Pugnæque, luctæ, cursibusque, et saltibus:
Magnum in quibus nec vincere est, nec cedere.
Nam nec salus hic præmium, nec est Deus,
Ut est palæstris in meis, superum est quibus
Decus, et coronas colligunt sancti viri.
Spectatum in hisce robur est postquam tibi
(Quod et æmulari commodum affert maximum,
Pugnis in illis, quas dies per singulos
Inimicus, ima cordis exagitans, movet,
Subripere sensus per vagos mentem studens),

B Jam castitatem, laudibus quæ amplissimis
Præsertim apud nos floret, attente inspice.
Hanc expetentes quidem etiam apud ethnicos
Olim fuerunt, nec modo desunt adhuc:
Nec enim asserenti detraham famæ fidem.
Namque esse castos exteros quoque nil vetat.
Quondam sopori dedito Xenocrati,
Subito a quibusdam est, hunc virum tentantibus,
Admota meretrix; quod statim ut sensit, neque
Adeo insolenti motus est injuria
Nec exsiluit illico, ac cepit fugam,
Neutrum decere judicans Xenocratem:
Immotus at tam, vulnere et liber stetit,
Ut illa fugiens diceret: « Cur fraus mihi
Est facta, dum me copulastis mortuo? »
Epicurus autem præmium ærumnæ mihi

Digitized by Google

Εἶναι τὸν ἆθλον τῶν ἐμοὶ πονουμένων,
Εἰς ἣν τελευτᾷ πάντα τ' ἀνθρώπων καλά.
790 Ὡς ἂν δὲ μὴ δόξειεν ἡδονῇ τινι
Ταύτην ἐπαινεῖν, κοσμίως καὶ σωφρόνως
Ἔζη, βοηθῶν ἐκ τρόπου τῷ δόγματι.
Οὐδ' ὁ Πολέμων ἔμοι γε σιγηθήσεται·
Καὶ γὰρ τὸ θαῦμα τῶν ἄγαν λαλουμένων.
795 Ἦν μὲν τὸ πρόσθεν οὗτος οὐκ ἐν σώφροσι,
Καὶ λίαν αἰσχρὸς ἡδονῶν ὑπηρέτης·
Ἐπεὶ δ' ἔρωτι τοῦ καλοῦ κατεσχέθη,
Σύμβουλον εὑρὼν, οὐκ ἔχω δ' εἰπεῖν τίνα,
Εἴτ' οὖν σοφόν τιν', εἴθ' ἑαυτὸν, ἀθρόως
800 Τοσοῦτον ὤφθη τῶν παθῶν ἀνώτερος,
Ὅσθ' ἕν τι θήσω τῶν ἐκείνου θαυμάτων.
Ἑταῖραν εἰσεκάλει τις ἀκρατὴς νέος·

A Ἡ δ' ὡς πυλῶνος ἦλθε, φασὶ, πλησίον,
Τῆς δ' ἦν προκύπτων Πολέμων ἐν εἰκόνι,
805 Ταύτην ἰδοῦσα, καὶ γὰρ ἦν σεβασμία,
Ἀπῆλθεν εὐθὺς καὶ θέας ἠττημένη,
Ὡς ζῶντ' ἐπαισχυνθεῖσα τὸν γεγραμμένον.
Καὶ τοῦτο πολλοῖς οἶδα τῶν λαλουμένων·
Δίων ἀνέπνει, φασὶν, οὐ μάλ' ἡδύ τι
810 (Τοῦτον λέγω Δίωνα, οὗ πολὺς λόγος),
Καὶ τοῦτ' ἐκερτόμησε τῶν τις ἀστικῶν·
Τόνδ', ὡς εἶδε γυναῖκα τὴν αὐτοῦ, φράσαι·
« Τί τοῦτο; οὐ γὰρ ἔφρασάς μοι τὴν νόσον. »
Καὶ τὴν σὺν ὅρκῳ· « Τοῦτο πάντων ἀῤῥένων,
815 Εἰπεῖν, τὸ σύμπτωμ' ᾠόμην, οὐ σοῦ μόνου. »
Τοσοῦτον ἀνδρῶν καὶ φίλων ἀποστατεῖν·
Ὁ γὰρ λόγος, δήλωμα τοῦ σεμνοῦ τρόπου.

Præmium esse laborum meorum :
Atque huc tendere quidquid hominibus inest boni.
790 Sed ne videretur voluptatis quodam amore,
Voluptatem laudare, honeste et caste
Vivebat, doctrinam moribus commendans.
Neque etiam a me Polemo prætermittetur :
Res enim mira est, et plurimum decantata.
795 Ac prius ille quidem parum pudicus erat,
Turpisque valde voluptatum servus ;
Sed postquam boni amore correptus est,
Nactus consiliarium, quemnam illum dicere nequeo,
Utrum sapientem aliquem, an seipsum, subito
800 Ita libidinum suarum victor apparuit,
Ut ex his quæ in eo mira sunt unum aliquod narrare libet.
Meretricem accersivit juvenis intemperans :
Illa autem, ubi ad atrium, ut narrant, prope accessit,
Prominentem Polemonis imaginem,
805 Quæ venerabilis erat, conspicata,
Statim ipso visu superata, abiit,
Ut vivum reverita eum, qui pictus erat.
Hoc etiam scio multorum ore celebrari :
Spirabat Dion halitu non valde suavi
810 (Dionem illum dico, de quo multus est sermo),
Atque hoc illi exprobravit quidam ex civibus :
Is autem, ut vidit uxorem, dixit ei :
456-457 « Quidnam hoc? non enim mihi vitium indicasti. »
At illa cum jurejurando : « Omnibus id, inquit,
815 Viris inesse vitium putabam, non tibi soli. »
Adeo se a viris et ab amicis removerat ;
Sunt enim hæc verba indicium castæ indolis.

788 *Πονουμένων*. Vat. πονημάτων.
792 *Ἔζη*. Ita Coisl. et Vat. Mendose edit. ἔξω.
794 *Λαλουμένων*. Vat. θρυλλουμένων.
796 *Καὶ λίαν αἰσχρός*. Ita Coisl. Edit. καὶ σφόδρα γε.
804 *Προκύπτων*. Coisl. et Vat. ὑπερκύπτων. *De quo prospectabat pictura expressus Polemon ; quam conspicata, erat namque venerabilis.*
807 *Ζῶντ'*. Mendose edit. ζῶτ'.
812 *Εἶδε*. Ita Coisl. Edit. ἰδεῖν.

METRICA VERSIO.

Statuebat omnis gaudium : hucque tendere
Aiebat, homines quidquid efficiunt boni.
Ac ne putaret quispiam hunc ob gaudia
Id facere, honesta vita erat. Sic dogmati
Opem ferebat castitas morum improbo.
Polemo nec ipse dignus est silentio.
Sermone celebre est omnium namque hoc quoque.
Erat impudicus moribus primo admodum,
Libidinumque servus ; at postquam est boni
Amore captus (nescio an suo ipsius
Suasu sit usus, an sophi cujuspiam),
Statim suarum sic faces libidinum
Exstinxit omnes, istud ex miraculis
Ut ejus unum prosequi haud verbis graver.
Scortum vocarat quispiam juvenis salax,

B Ut ergo meretrix atrium tetigit domus,
Polemona pictum prominentem conspicans
(Ore venerando namque erat, perquam et gravi),
Superata solo rettulit visu pedem.
Pictum perinde verita, luce ut præditum.
Quin istud etiam plurimum in lingua est situm :
Dion olebat, ut ferunt, haud suaviter
(Hunc dico fama nobilem). Huic cum quispiam
Hoc exprobrasset, conjugem ut primum suam
Vidit : « Quid? inquit, cur meum morbum mihi
Non indicasti? » Tum, deos testes vocans,
Respondit illa : « Sic olere masculos
Omnes putabam. » Tam procul cunctis viris,
Proculque amicis, ipsa se removerat!
Nam castitatem maximam hic sermo indicat.

Digitized by Google

Τίς δ' οὐκ ἐπαινεῖ τῶν Ἀλεξάνδρου τόδε;
Ὃς τὰς Δαρείου παῖδας ὡς ἡττημένου
Εἰς χεῖρας εἶλεν· εὐπρεπεῖς δ' εἶναι μαθὼν,
Εἰς ὄψιν οὐκ ἐδέξατ'· εἶναι γὰρ κακοῦ,
Τ' ἀνδρῶν κρατήσανθ' ἧσσον' εἶναι παρθένων.
Ταῦτ' ἐστι τῶν ἐμῶν μὲν οὐδὲν πλησίον·
Ὅμως δ' ἐπαινῶ· καὶ πόθεν; λευκὴν ἰδεῖν
Μορφὴν ἐν Αἰθίοψιν, ἡλίκη χάρις.
Ἢ καὶ θαλάσσης ἐν μέσῳ νάμα γλυκύ!
Ὡς δ' ἐν πονηροῖς καὶ κακοῖς διδάγμασιν,
Ἔχειν τι σῶφρον, ἢ μεγίστου θαύματος.
Ὧν γὰρ σεβάσματ' ἐστὶν ἐμπαθέστατα,
Τούτοις τὸ πάσχειν δηλαδὴ καὶ τίμιον.
Καὶ γὰρ θεῶν τιν', οὗ τὸ πάθος, προΐσταται,
Κακῶν βοηθῷ τοῦ κακοῦ κεχρημένος.
Τίνων ἔρωτες, εἰπέ μοι, καὶ ἀῤῥένων,
Δεῖ γὰρ πλέον τι τοὺς θεοὺς ὑμῶν ἔχειν.
Τίνων Φρυγίσκοι μείρακες καὶ συμπότται,
Ἥδιστον νέκταρ οἰνοχοῦντες ἐκλύτως;
Αἰσχύνομαι γὰρ τοῖς Διὸς μυστηρίοις.
Τίνων, γάμων κλοπαί τε καὶ δεσμῶν ὕβρεις;
Θέατρον αἰσχρὸν καὶ γέλως κεκλημένοις.
Πῶς πάντα ποιοῦσ' αἱ γυναῖκες τὸν Δία,
Ταῦρον, κεραυνὸν, κύκνον, ἄνδρα, θηρίον,
Χρυσὸν, δράκοντα, τὰς ἔρωτος ἐκστάσεις,
Τὸν ὕπατόν τε καὶ κακίστων μήστορα;
Τίς ἡδονῶν δέσποιναν ἡγεῖται θεὸν,
Βωμούς τ' ἐγείρει καὶ ναοὺς παθήμασι;

Quis non illud, inter alia, Alexandri laudet?
Is, cum filiæ Darii, quem vicerat,
In ejus manus venissent, ubi pulchras esse didicit,
Noluit eas coram se introduci: pravi enim esse hominis
Vinci a puellis, postquam viros superavit.
Hæc ad meas res haud prope accedunt:
Sed tamen laudo. Cur hoc? quia albam cernere
Formam in Æthiopibus, quam jucundum,
Aut dulcem in medio mari scaturiginem!
Sic etiam inter prava vivendi præcepta,
Casti aliquid habere, res est maxime mirabilis.
Quorum enim dii libidinosissimi,
His profecto prave allici etiam honestum est.
Nam qui sic allicitur, deorum aliquem vitii sui patronum constituit,
Malum adjutorem mali asciscens.
Quorumnam amores, dic mihi, etiam in masculos arserunt?
Decet enim, ut plus aliquid, quam vos, dii habeant.
Quorum Phrygii juvenes et convivæ,
Suavissimum nectar dissolute fundentes?
Pudet enim me Jovis mysteriorum.
Quorumnam exstitere furta connubii et vinculorum ignominiæ?
Turpe spectaculum et risus his qui vocati fuerant.
Quomodo Jovem mulieres in omnia commutant,
Taurum, fulmen, cycnum, virum, feram,
Aurum, draconem, amoris æstu abreptum,
Summum ac rerum pessimarum consiliarium?
Quis voluptatum dominam existimat deam,
Arasque et templa statuit vitiis?

818 *Τόδε*. Ita Coisl. Edit. τότε.

821 *Εἰς ὄψιν οὐκ ἐδέξατ', εἶναι γὰρ κακοῦ*. Ita Coisl. et Vat. Deerat hic versus in edit.

831 *Θεῶν τιν', οὗ τὸ πάθος*. Ita Coisl. et Vat. Edit. Θεόν τινες.

832 *Κεχρημένος*. Ita Vat. et Coisl. Edit. κεχρημένοις.

839 *Κεκλημένοις*. Ita Coisl. Edit. mendose, κεκλημένης.

841 *Κύκνον*. Sic Vat. Male edit. κύκλον. Vide supra carm. II, vers. 499, et infra lib. II, sect. II, carm. VII, vers. 92.

842 *Ἐκστάσεις*. Ita Vat. et Coisl., *insanias, furores*. Edit. ἐκτάσεις.

843 *Τὸν ὕπατον*. Ita Jovem appellat Homerus.

METRICA VERSIO.

Magni quis illud non Alexandri probet,
Qui rege natas Persico, quem vicerat,
Tenens, venustas audiens esse, abnuit
Ipsas videre: turpe nimirum ratus
Vinci a puellis, Marte prostratis viris.
Quanquam hæc remota longius sunt a meis,
Tamen ipse laudo. Cur ita? albam cernere
Æthiopes inter plurimum formam juvat,
Dulcisque lymphæ paululum in medio mari:
Præcepta sic et improba inter, quidpiam
Habere casti, maxime mirum arbitror.
Libidinosa nam quibus sunt numina,
Ab his libido plurimi fit scilicet.
Nam quisque numen criminis præses sui
Statuit, nefandæ pravam opem quærens rei.
Quorumnam amores, dic mihi, etiam masculi?
Vobis deos nam plus habere quid decet.
Quorum Phryges sunt, dic item, adolescentuli,
Qui dulce nectar dissolute porrigunt?
Mysteriorum nam Jovis me suppudet.
Quorum jugalis furta thalami, et vincula,
Fœdum theatrum, risus accitis deis?
In cuncta qui fit feminæ ut vertant Jovem
(Fit taurus, aurum, fit draco, cygnus, fera,
Vir, fulmen, et amor quidquid insanus jubet),
Summum, atque gravium criminum hercle conscium?
Deam esse dominam quis voluptatum putat?
Arasque vitiis maxima et templa exstruit?

Digitized by Google

Τίνων δὲ νύκτες, νυκτὸς ὄντως ἄξιαι,
Σεμνῶς ἀτίμων συμβόλοις τιμώμεναι;
Ἰθύφαλλοί τε καὶ Φαλλοί, γέλως μέσος,
Θεὸν νέον μιγνύντες ἐν τοῖς πλάσμασιν·
Ἃ καὶ λεγόντων ἐγκαλύπτεσθ' ἦν πρέπον,
Ἑρμαφρόδιτοι, Πᾶνες, ἀσχήμων γόνος·
Θεοὶ τραγοσκελεῖς τε καὶ τράγοι τρόπον,
Παρ' οἷς γάμων χορεύτριαι καὶ παρθένοι·
(Δεῖ γὰρ γάμου τι πάσχειν, εἰ καὶ μὴ γάμου).
Παρ' οἷς γαμίζουσ' αἱ καλαὶ τὰς οὐ κα-
[λὰς,
Συνεισφέρουσαι προῖκα, πορνείας πόρον.
Ἡ αἰσχρότης δὲ δαιμόνων τιμή τινος,
Ὡς μηδὲ τὸ φιλάνθρωπον εὔσχημον μένειν.
Ἐντεῦθεν ἔσχεν αἰσχρὰ τὴν παῤῥησίαν,
Πόρνης τέγη μισθώμαθ', ὕβρις ἔννομος.
Ταῖς σφῶν δ' ἑταίραις τὴν Ἀφροδίτην οἱ σοφοὶ
Μορφοῦσιν, ὡς θεοῖντο τῷ σοφίσματι·
Καὶ Φειδίας τὰ παιδικὰ ἐν τῷ δακτύλῳ
Τῆς παρθένου γραφέντα· « Παντάρχης καλός. »
Ἐντεῦθεν ὡς ἀνδρίαι καὶ στρατηγίαι
Λαμπραὶ γραφαῖς τε καὶ κρότοις καὶ συγγραφαῖς,

Quorum illæ noctes, nocte prorsus dignæ,
Religiose turpium rerum signis decoratæ?
Ityphalli, Phalli, et risus interjectus,
Cum deum juvenem suis miscent figmentis,
Quæ omnia occultari deceret:
Hermaphroditi, Panes, obscena soboles,
Dii hircinos pedes habentes, et ipsi hirci moribus,
Apud quos nuptiarum choros ducunt virgines;
(Oportet enim ut connubii quidpiam subeant virgines, quamvis connubium non sit);
Apud quos venustæ elocant invenustas,
Afferentes pro dote scortationis pretium.
Hæc etiam turpitudo honos est dæmonum alicujus,
Ut ne humanitas quidem honesta maneat.
Hinc turpitudo nacta est libertatem,
Prostibulum præmia, scelus lege permissum.
Suorum etiam scortorum forma Venerem callidi pictores
Effingunt, ut hac arte ipsis divinitatem concilient.
Et Phidias amores suos in annulo
Virginis (Minervæ) scripsit his verbis: « Pantarches formosus. »
Hinc ut res præclare gestæ et bellicæ
Celebrantur picturis, plausibus et historiarum monumentis,

846 *Νύκτες*. Ita Coisl. et Vat. Intelligit *Thesmophoria*, seu *Cerealia* festa in honorem Cereris. Edit. νυκτός.

850 *Ἃ καὶ λεγόντων ἐγκαλύπτεσθ' ἦν*. Ita Coisl. et Benedictini, sed mendose; legendum enim patet, vel ἃ καὶ λεγόντων ἐγκαλύπτεσθ' ἦν, vel ἃ μὴ λεγόντων ἐκκαλύπτεσθ' ἦν. Caillau. — Edit. ὃν καὶ ἐγκαλύπτεσθαι. Combef. ὧν καί. *Quæ quidem vel audita pudorem incutere debebant*. Leuv.

851 *Πᾶνες*. Leuv. legit πάντες, non recte.

852 *Θεοί*. Ita Coisl. Edit. Θεῖοι.

854 *Εἰ καὶ μὴ γάμου*. *Quamvis non connubii*, nempe, *spurcitiarum, non legitimi thalami*.

856 *Πόρον*. Ita Coisl. Mendose edit. πόρων. Billius putat hic a Gregorio designari Assyrios, apud quos olim virgines maturæ viro, in publicum productæ, singulis annis venales iis proponebantur, qui uxores ducere vellent; primo pulcherrimæ quæque vendebantur, et ea pecunia, quæ ex pulchrioribus venditis collecta fuerat, aliæ connubio locabantur. Joan. Bohemus, lib. II, *De moribus gentium*, cap. 3.

857 *Ἡ αἰσχρότης*. Coisl. ἡ χρηστότης, et sup. lin., ut edit., quæ lectio si placet, benignitas ea intelligenda est, qua pecunia stupro quæsita deformes elocabant.

858 *Ὡς μηδὲ τό*. Ita Coisl. Edit. ὡς μὴ τό. Ibid. εὔσχημον. Ita Coisl. Edit. ἄσχημον.

859 *Παῤῥησίαν*. Ita Coisl. Edit. παῤῥησίας.

860 *Πόρνης τέγη*. Coisl. πόρνης τε γαῖαν. Combef. τέγη, seu στέγη, *prostibula*. *Ὕβρις ἔννομος*, *scortatio lege confirmata*.

862 *Μορφοῦσιν*. Ita Praxiteles, ut ex Possidio refert Clemens Alexandrinus in *Adhortatione ad gentes*, Cnidiæ Veneris imaginem construens, fecit eam forma similem Cratinæ quam amabat, ut adorarent miseri amicam Praxitelis. Ita pictores olim ad pulchritudinem cujusdam meretricis Venerem effingebant.

863 *Καὶ Φειδίας*. Phidias Atheniensis in annulo Jovis Olympii, ut scribit Clemens Alexandrinus (non Minervæ), pusionis sui nomen scripsit.

864 *Παντάρχης καλός*. Ita Coisl. Edit. πάντ' ἀρκεῖ. Combef. πάντ' ἀρκεῖ καλῶς ἐντεῦθεν, quod sic exponit: *hinc* (ea arte) *præclare durant omnia*.

865 *Ἀνδρίαι καὶ στρατηγίαι*. Ita Coisl. Edit. ἀνδρία, στρατηγία.

866 *Λαμπραί*. Ita Vat. et Coisl. Sic etiam Billius in nota scripsit se reposuisse pro λαμπραῖς, quod tamen legitur in edit. Paris.

METRICA VERSIO.

Quorum, oro, noctes, quas nigræ noctes decent,
Fœdorum honeste symbolis turpissimis
Cultæ: veretra et rigida, risus maximus?
(Numinibus aliis nam novum adjungunt deum,
Cujus pudorem nomen et solum incutit.)
Hermaphroditi, Panes, obscenus satus:
Dii pedibus hirci, moribusque hirci simul.
Connubii apud quos virgines ducunt choros
(Subire thalami quidpiam quoque virgines
Debent), venustæ et invenustas elocant,
Stupri afferentes præmium dotis loco.
Coliturque dæmon fœditate hac quispiam,
Honesta maneat ne quidem ut benignitas.
Hinc turpitudo repperit licentiam,
Prostibula, pretium; lege permissum hinc scelus.
Scortique formam callidus pictor sui
Dat Veneri, ut arte feminam hac reddat deam.
Sic pusionis Phidias in annulo
Scripsit Minervæ subdolus nomen sui.
Hinc, bellicorum gesta præclara ut ducum
Pinguntur, atque litteris prodi solent:

Digitized by Google

Ὡς καὶ τὸ κοινὸν κάλλος. Ἄθρει μοι τόσας
Πόρνας ναοῖς τε καὶ θεοῖς τιμωμένας,
Εὐφρὼ, Φρύνην, Λέαιναν ἐν τῷ θηρίῳ,
870 (Σεμνὸν γὰρ ἦν καὶ τοῦνομ' ἐν ναοῖς μέσοις),
Τὴν Ἑλλάδος δέσποιναν, ἧς πολὺς λόγος,
Ἐξ Ὑκκάρων φθαρεῖσαν αἰσχρὰν Λαΐδα,
Ἄλλας τε πολλὰς, οὐ γὰρ ἀξιῶ λόγου.
Τούτων μὲν οὖν, βέλτιστε, ὥσπερ εὐφυὴς
875 Ἀργυρογνώμων, εἴ τι μὲν καλὸν, δέχου·
Ἀπεκλέγου δ' ἃ μή σε ποιεῖ βελτίω·
Τοῖς σοῖς δὲ πᾶσι προστρέχειν διδάγμασι,
Τύποις τε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν σωφρόνων·
Ὧν ἐλπὶς ἐστι καὶ Θεὸς διδάσκαλος,
880 Κρείσσους νόμους γράφοντες ὧν ἡ χεὶρ γράφει.

A Ἡμεῖς γὰρ ἐσμεν οἱ, τὸ μοιχεύειν κακὸν
Ἄλλων τιθέντων καὶ κολαζόντων νόμῳ,
Αὐτοὶ τὸ τούτου μεῖζον εἰσηγούμενοι,
Μὴ δ' ἐμβλέπειν αἰσχρῶς τε καὶ παθητικῶς,
885 Εἰς ἓν τιθέντες τῷ τέλει τὴν αἰτίαν,
Ὡς τῷ φονεύειν τὸν χόλον, παρ' οὗ φόνος.
Ὅρκου θ' ἑτοιμότητα τῇ ψευδορκίᾳ·
Ὧν γὰρ κακόν τι χωρὶς οὐ γενήσεται,
Ταῦτ' οὐκ ἐῶντες, καὶ τὰ δεινὰ φεύγομεν.
890 Οὕτως ἐμοὶ τὸ σῶφρόν ἐστιν ἀσφαλές·
Ἐξ οὗ πολύς μοι καὶ χορὸς τῶν παρθένων,
Ζωὴν ἄσαρκον ἀγγέλων μιμούμενος,
Θεοῦ τε τοῦ συνόντος αὐτῷ καὶ μόνου.
Ὅθεν τί γίνετ'; Ἐς βίον τὸν δεύτερον

Sic propalam posita pulchritudo. Vide mihi tam multas
Meretrices aris et cultu deorum decoratas,
Euphro, Phrynem, Leænam in belluæ forma,
870 (Venerandum enim erat horum nomen mediis in templis),
Et Græciæ dominatricem, de qua tam multus sermo,
Ex Hyccaris ortam fœdam Laidem,
Aliasque plurimas quas recensere non dignor.
Ex his quidem, vir optime, tanquam egregius
875 Argenti explorator, si quid boni fuerit, suscipe:
Relega autem, quæ te meliorem non faciunt;
Et ad tua omnia accurre vivendi præcepta,
Et ad exempla pudicorum virorum et mulierum,
Quorum spes et Deus sunt magistri,
880 Quique leges meliores scribunt, quam quæ manus scribit.
Nos enim, cum adulterium malum esse
Alii statuunt, ac lege puniunt,
Nos majus quidpiam præcipimus,
Ne aspicere quidem turpiter et libidinose,
460-461 885 Æqualem ducentes fini causam,
Homicidio iracundiam, ex qua homicidium,
Et præceps jurejurandum perjurio.
Nam dum illa, sine quibus malum aliquod non fiet,
Non permittimus, ipsa crimina effugimus.
890 Sic mihi castitas in tuto est.
Unde mihi frequens virginum chorus,
Qui carnis expertem vitam angelorum imitatur,
Ac Dei ipsius, qui huic choro ac solus quidem adest.
Quid hinc fit? ut ad vitam æternam

867 Ἄθρει μοι. Ita Coisl. Edit. Ἄθροι μοι.
869 Ἐν τῷ θηρίῳ. Ita Vat. et Coisl., qui sup. lin. ᾧ τὰ θηρία. Edit. αἰγὸν θηρίον. Leæna, meretrix Atheniensis, Harmodii amica (de qua Athenæus, lib. XIII, cap. 24), sub Veneris forma in templis depicta erat. Combef. αἰνὸν vel ὄργον θηρίον.
872 Λαΐδα. Hæc erat scortum ex Hyccaris, Siciliæ oppido, ortum; sic apud Athen. ejusd. lib. eod. cap.
Roboris invicti atque animi sit Græcia quamvis,
Victa tamen formæ paruit illa suæ
Laidis.
878 Τύποις. Ita Coisl. Edit. τύπους.
885 Εἰς ἓν τιθέντες. Coisl. et Vat. ἴσην, *æquamus æqualia*; quæ tamen non sic accipienda sunt, ut paria crimina esse credamus, cædem et iram, adulterium et turpem aspectum, perjurium et juramentum, sed æque a Christo prohibeantur.
886 Ὡς τῷ. Vat. ὡς καί.
892 Ἄσαρκον. Ita Coisl. Edit. ἀσάρκων.

METRICA VERSIO.

Sic prostituta forma. Tot scorta inspice,
Queis structa templa, queis honor divum datus,
Euphro, Leænam belluæ in forma, Phrynem
(Erat enim et ipsi nomini in templis honor),
Atque dominantem Græciæ ortam ex Hyccaris
Tantusque de qua sermo, fœdam Laidem:
Aliasque multas, eloqui quas me piget.
Horum ergo, quisquis es bonus mensarius,
Si quid probandum est, accipe; at per quæ nequis
Probitatis aliquid consequi, cuncta improba.
Divinæ at omne sequere doctrinæ genus,
Imitans pudicos, et viros, et feminas,
Magistra queis spes, et Deus: qui scilicet
Meliora scribunt scita, quam scribat manus.

B Nos namque, reliqui sola cum mala censeant
Stupra esse, pœnis istud et plectant scelus,
Progredimur ultra, legibusque edicimus,
Ne spectet oculo feminam quisquam improbo;
Causamque fini jungimus, cædi velut
Iram, ira siquidem cædis est tandem parens,
Orcum et frequentem nectimus perjurio.
Etenim hæc vetantes, sine quibus nihil mali
Exoritur, ipsa crimina in fugam damus.
Sic tuta nobis castitas. Hinc virginum
Habemus agmen maximum, quod se æmulum
Vitæ angelorum, regis et summi exhibet,
Qui degit una hoc cum choro, et solus quidem.
Quid hinc fit? ævum confluant ad alterum

Digitized by Google

Ἅπαντα συῤῥεῖν, καὶ ποθεῖν μετάστασιν
Δεσμῶν λυθέντα καὶ νόμων γαμηλίων,
Ἐξ οὗ με Χριστὸς, παρθένου μητρὸς τόκος
Φανείς, νόμοις καινοῖσι ποιεῖ παρθένον.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθον εἰς βίον καὶ δέσμιος,
Ῥύσει τὰ ῥευστὰ καὶ φθορᾷ τὰ τῆς φθορᾶς
Γνῶναι βιασθείς, ὡς μάθω τὰ κρείσσονα
Ἐκ τῶν ὁρωμένων τε καὶ πλανωμένων·
Χαίρων ἐπανάγων πρὸς Θεὸν τὴν εἰκόνα,
Ἐλευθέρῳ τε καὶ ἀσυνδέτῳ βίῳ,
Μηδὲν λελοιπὼς τῆς ἐμῆς ἴχνος δορᾶς,
Ἀσκόν τιν' ἄλλον ἐν βίῳ φυσώμενον.
Ὅλος θ' ὅλῳ τε τῷ Θεῷ κινούμενος,
Πολλῶν μετ' ἄλλων γνησίων συνεμπόρων
Οἳ πρὸς μόνην βλέποντες ἦν ἐλπίζομεν
Ζωὴν, ἀνῆκαν οὐ κόμας οὐδ' οὐσίας
Θεῷ, παρ' οὗ τὰ πάντα, ὧν ἔχουσι δὲ
Τὸ πρῶτον, ἁγνείαν τε καὶ ἀσαρκίαν.
Τὰ Ναζιραίων τῶν νέων συστήματα,
Πλήθοντα καὶ στίλβοντα τοῖς ἔνδον καλοῖς,
Ἃ παρθένοι τιμῶσι μέχρις αἵματος.
Τί σοι λέγοιμ' ἂν Θέκλαν; ἢ τὴν, ἢ τινὰς,
Ὅσαι Θεῷ τὸ κάλλος ἐσφραγισμένον
Τηρεῖν θέλουσαι, κινδύνοις προσέδραμον;
Τὸ δ' οὖν ἀεὶ πᾶσίν τε γνωριμώτατον,
Ὁρᾷς ἀγρύπνους παρθένων ψαλμῳδίας
Ἀνδρῶν, γυναικῶν, φύσεως λελησμένων·
Οἵων θ' ὅσων τε, καὶ ὅσον θεουμένων!

895 Confluant omnia, atque hinc migrare cupiant,
Vinculis soluta, et legibus nuptialibus :
Ex quo scilicet me Christus, virginis matris proles
Apparens, virginem novis legibus efficit.
Nam cum vinctus in hanc vitam venerim,
900 Atque ex fluxione quæ fluxa sunt, ex corruptione quæ sunt corruptionis
Noscere coactus sum, ut discam meliora
Ex aspectabilibus ac vagis et incertis,
Gaudens reduco ad Deum imaginem,
Liberaque et vinclis soluta vita,
905 Nullum relinquens pellis meæ vestigium,
Velut alium quemdam utrem in vita inflatum,
Totus cum toto Deo communico,
Cum pluribus aliis vitæ germanis sociis,
Qui ad eam solam respicientes quam speramus
910 Vitam, non comas aut opes dicarunt
Deo, a quo omnia, sed quod habent
Præcipuum, castitatem et sine carne vitam.
Hi Nazaræorum recentium sunt cœtus,
Abundantes et coruscantes internis bonis,
915 Quæ virgines usque ad sanguinem in pretio habent.
Quid tibi Theclam enarrem ? aut illam, aut alias,
Quæcunque Deo pulchritudinem obsignatam
Servare cupientes, etiam pericula libenter susceperunt?
Sed, quod semper ac omnibus notissimum est,
920 Cernis insomnes virginum psalmodias
Virorum ac mulierum naturæ oblitorum;
Quot et qualium ! quam ad divinitatem accedentium !

900 *Τὰ ῥευστά.* Ita Coisl. Edit. τ' ἄρευστα. Leuv. *De fluxione fluxa, de interitu obnoxia interitui cognoscere cogor, ut*, etc.

904 *Ἐλευθέρῳ. Per liberam vinclisque solutam vitam.*

907 *Ὅλος θ'.* Coisl. ὅλως θ'. Vat. pro ὅλῳ quod sequitur, οἷῳ. Mox κινούμενος. Forte melius κοινούμενος, quod metro non obstat, licet hoc dicant Benedictini. CAILLAU.

910 *Κόμας.* Ita legendum, versu postulante; alludit enim ad Nazaræos Veteris Testamenti, qui comam suam Deo consecrabant.

916 *Ἢ τήν.* Ita Coisl., *aut illam, aut alias.* Edit. ἢ τιν'.

918 *Τηρεῖν.* Coisl. et Vat. τηροῦσ' ἐδέξαντ' εὐκόλως καὶ κινδύνους.

920 *Παρθένων.* Ita Coisl. et Vat. Edit. πρὸς Θεόν.

922 *Ὅσον.* Coisl. ὅσων θεουμένων, *quotquot ad divinitatem accedunt.*

METRICA VERSIO.

Ut cuncta prorsus, hincque migrare expetant,
Thalami soluta legibus et vinculis,
Ex quo parente Christus ortus Virgine,
Me per recentes virginem leges facit.
Nam quando in ævum prodii, et vinctus quidem,
Per fluxa, fluxa, perque labem noscere
Coactus hæc quæ subjacent labi, et neci,
Meliora discam ut per vaga, et quæ cernimus,
Attollo mente lætus effigiem ad Deum,
Per injugatum, liberum et vitæ genus :
Nullam relinquens pellis hic notam meæ,
Inflatum ut utrem quempiam in vita, a Deo
Sed incitatus unico, cum plurimis
Aliis comitibus optimis sanctæ viæ;

B Vitam intuentes jugiter qui cœlitem
Christo dicarunt, non comam, aut opes suas,
Sed castitatem corporis, cui nil habent
Quod comparari possit in bonis suis.
Hos Nazaræos dico, qui novo agmine
Omnes abundant conditis intus bonis,
Quæ sanctæ honorant virgines usque ad necem.
Quid Theclam, et omnes cæteras narrem tibi,
Quæ dum Tonanti conditam formam student
Servare, vitæ maxima in discrimina
Venere? Sed, quod omnibus notissimum,
Noctune cernis ut canat laudes Deo,
Naturæ uterque sexus oblitus suæ?
Quot, quamque sancti? cernis angelicum chorum,

Digitized by Google

Σύμφωνον, ἀντίφωνον ἀγγέλων στάσιν
Δισσὴν, ἄνω τε καὶ κάτω τεταγμένην,
Θείας ὑμνῳδὸν ἀξίας καὶ φύσεως;
Οὕτω μὲν οὖν ἁγνεία σοι τιμητέα,
Λόγοις τοσούτοις καὶ τύποις, πρὸς οὓς βλέπων,
Ἁγνιζε σαυτὸν, ὡς Θεοῦ δέξῃ νόμους
Φρονήσεως δὲ πάντα μὲν τὰ τοῦ λόγου.
Τί γὰρ φρονήσεως δίχα τῶν αἰνουμένων;
Πρῶτον δὲ καὶ μέγιστον, εἰδέναι Θεὸν,
Ἔργῳ λόγῳ τε γνησίως τιμώμενον·
Ἡγὴ γὰρ αὕτη πᾶσι καὶ σωτηρία.
Θεὸς νοεῖται μέν τισιν, εἰ καὶ μετρίως·
Ὑπ' οὐδενὸς δὲ φράζετ', οὐδ' ἀκούεται,

A Ὅσον πέρ ἐστι, κἂν τις οἴηται λίαν.
Παρεμπίπτει γὰρ, ὡς ἀχλὺς, τῷ σκέμματι
Ἀεί τι τῶν ἐμῶν τε καὶ ὁρωμένων·
Ὅπερ ὑπερβὰς συγγένωμαι τῷ Θεῷ,
Ὃ καὶ κρατῆσαι καὶ πεπεῖσθαι τοῦτ' ἔχειν
Ὅπερ λαβεῖν ἔσπευδον, οὐ κάμνων ἔτι.
Θεὸν τὸ μὴ σέβειν μέν ἐστ' ὀλωτατον,
Μηδ' αἰτίαν τιν' εἰδέναι πρώτην ὅλων,
Ἐξ ἧς τὰ πάντα καὶ προῆλθε καὶ μένει,
Τάξει τ' ἀφράστῳ καὶ λόγῳ τηρούμενα.
Ὁ δ' ἐστὶν οἰεσθ' εἰδέναι, βλάβη φρενῶν,
Πλὴν εἰ καθ' ὑδάτων τις ἡλίου σκιὰν
Βλέπων, νομίζοι προσβλέπειν τὸν ἥλιον·

462-463 Concinentem et angelis respondentem chorum
Duplicem, in cœlo et in terra ordinatum,
Divinæ laudatorem majestatis et naturæ?
Sic igitur tibi castitas colenda
Has ob rationes, et exempla, quæ quidem considerans,
Expurga te ipsum, ut Dei leges accipias.
Ad prudentiam autem attinent quæcunque sunt rationis.
Quid enim sine prudentia laudabile?
Ac illud quidem primum et maximum est, Deum noscere,
Opere ac sermone illum sincere colendo:
Hæc enim omnia fons et salus omnibus sunt.
De Deo quidem cogitant nonnulli, etsi mediocriter:
De illo autem, quantus est, nemo dicendo explicat,
Aut audit, etiamsi in hoc multum quis sibi tribuat.
Considerationi enim intercidit, velut nebula,
Semper aliquid meorum et eorum quæ videntur;
Quod quidem superans conjungar cum Deo,
Ut teneam ac certus sim me habere
Quod apprehendere conabar, nihil amplius laborans.
Deum non colere res est miserrima,
Nec nosse primam aliquam omnium causam,
Ex quo omnia prodiere et permanent,
Ordine non enarrabili et ratione conservata.
Quod autem sit (Deus) scire sibi videri, vulnus est mentis,
Nisi quis forte solis umbram in aquis
Intuens, solem intueri sibi videatur,

923 *Σύμφωνον. Concinentem et respondentem angelicum chorum*, aut simul, aut alternis vicibus canentem angelicum chorum.

926 *Μὲν οὖν.* Coisl. *μὲν ἡ.*

928 *Ἁγνιζε σαυτόν.* Alludit ad Israelitas quibus, antequam legem acciperent, divinitus mandatum est, ut sese biduo sanctificarent, ac vestimentorum suorum labes abstergerent, ut habetur Exodi XIX. BILL.

929 *Τὰ τοῦ λόγου. Quæcunque sunt rationis.* Billius, *quæ cuncta diximus*, nempe *virtutum exempla, quæ in medium attulimus.* Combef. *Prudentiæ sunt, prudentia nituntur, quæcunque doctrinæ Christianæ* (ex Evangelii norma) *sunt.* Id enim λόγος, sic absolute.

935 *Ὑπ' οὐδενός.* Alludit ad Mercurium Trismegistum, qui Deum quidem cogitari quoquo modo posse ait, at oratione explicari nullo modo posse. BILL. In eadem est sententia Plato.

937 *Παρεμπίπτει.* Ita Coisl. et Vat. Edit. παρεισπίπτει.

939 *Ὅπερ ὑπερβάς.* Ita Coisl. Edit. ὃ πως. Billius ᾧ πῶς ὑπερβάς. Quæ sunt verba pii hominis gementis ob res corporeas, quæ ipsius menti in divina contemplatione defixæ se ingerunt.

940 *Κρατῆσαι.* Ita Coisl. Edit. κρατεῖσθαι.

942 *Ὁλοώτατον.* Coisl. et Vat. ἀθλιώτατον.

944 *Ἐξ ἧς.* Ita Coisl. Edit. ἐξῆς.

METRICA VERSIO.

Qui nunc simul, nunc vicibus alternis canit,
Partim deorsum positus, et partim supra,
Sine fine summi concinens laudes Patris?
Sic est colenda corporis tibi castitas
Per ista dicta, per typos, quos intuens,
Ut scita capias Numinis, mentem expia.
Prudentiæ autem sunt quidem quæ diximus
Cuncta; hac remota quidnam enim laudabile?
At munus ejus maximum, nosse est Deum,
Hunc ore colere, rebus, et non subdole.
Est namque fons hic omnibus, certa et salus.
Hunc cogitare quispiam exigue potest;
Audire sed non, quantus est, nec eloqui,

B Quantumlibet vane sibi hoc persuadeat.
Ut nebula semper hic enim se interjicit
Aliquid meorum, visui et quæ subjacent.
Superare quis det hoc mihi, ut jungar Deo,
Certusque jam sim, quod bono hoc vere fruar,
Quod capere avebam, non laborans amplius?
Miser est profecto quisquis haud colit Deum,
Nescitque quamdam principem causam omnium,
Quæ procrearit omnia, et miro ordine
Miraque sophia servet hæc quæ condidit.
At scire quid sit, qui putat, mente excidit,
Atque est perinde, solis ut si quis videns
Umbras in undis, hunc putet se cernere;

Digitized by Google

Ἢ καὶ πυλῶνος κάλλος ἐκπεπληγμένος,
Τὸν δεσπότην οἴοιτο τῶν ἔνδον βλέπειν.
Ἄλλος μὲν ἄλλου καὶ ποσῶς σοφώτερος,
Ὃς πλεῖον αὐγῆς ἔσπασε, πλείω βλέπων·
Κάτω δ' ὅμως ἅπαντες ἀξίας Θεοῦ,
Ὃν φῶς καλύπτει, οὗ σκότος προΐσταται.
Ἢν καὶ ζόφον τέμνῃ τις, ἀναστράπτεται
Τοῦ φωτὸς ἄκρου δευτέρῳ προβλήματι.
Διπλοῦν δ' ὑπερέχειν οὐ μάλ' εὐπετὲς σκέπας
Ὃς πάντα πληροῖ καὶ ἄνω παντὸς μένει,
Ὃς νοῦν σοφίζει, καὶ νοὸς φεύγει βολάς,
Ἕλκων ἀεί με πρὸς ὕψος ὑπεκδρομεῖ.
Θεὸν μάλιστα καὶ νοεῖν μὲν καὶ σέβειν,
Δεικνὺς τὸ φίλτρον ἐν ζέσει τῶν ἐντολῶν.

A Ζητεῖν δ' ὅ ἐστι, μηδὲ πάντῃ, μηδ' ἀεὶ,
Μήτε προχείρως πᾶσι γυμνοῦν τὸν λόγον.
Τὸ μὲν λεγέσθω τοῦ Θεοῦ καὶ σὺν φόβῳ·
Τὸ δ' ἔνδον ἔστω κείμενον, καὶ νῷ μόνῳ
Σέβοιτο κρυπτὸν, ἀψόφως τιμώμενον.
Τῷ δ' οὖς ἀνοίγοιτ', ἢν διδάσκῃ τις λόγος,
Ἧττον γὰρ οὖς, ἢ γλῶττα κίνδυνον φέρει.
Τὸ δ' ὕστερον δεοίμεθ' ἐκμαθεῖν σαφῶς,
Λυθέντος ἡμῖν τοῦ πάχους· νῦν δ', ὡς σθένος,
Σαυτὸν καθαίρειν καὶ νεοῦν λαμπρῷ βίῳ·
Δέξῃ γὰρ οὕτω καὶ Θεὸν νοούμενον.
Ναῷ Θεὸν δὲ προστρέχειν ἅπας λόγος·
Ἁγνοῦ γὰρ ἁγνός ἐστιν οἰκητήριον.
Οἱ μὲν λογισμοὶ μικρὸν εἰς γνῶσιν Θεοῦ.

Aut vestibuli pulchritudinem admirans,
Arbitretur dominum eorum, quæ intus sunt, cernere.
Alius quidem alio quadam ex parte sapientior,
Qui plus lucis traxit, plura intuens;
At omnes pariter infra dignitatem Dei
Quem lux abscondit, cui tenebræ præeunt.
Si quis tenebras secet, fulguratur
Summi luminis secundo velamine.
Duplex autem velum penetrare non admodum facile est.
Qui cuncta replet et supra omnia manet,
Qui mentem illustrat et mentis fugit conatus,
Trahens me semper in altum prætercurrit.
Deum maxime cogita et cole,
Ostendens amorem fervida mandatorum observatione.
Quærere autem quid sit, nec ubique, nec semper convenit,
Nec facile cuivis ea de re mentem tuam aperire.
Aliquid de Deo dicatur et quidem cum timore.
Aliquid etiam intus sit repositum, et sola mente
Colatur absconditum, sine strepitu, honore affectum.
Alicui auris aperiatur, si quæ doceat oratio.
Minus enim auris quam lingua periculum affert.
Quod autem superest, rogemus ut discamus quidpiam perspicue
Soluta crassitie corporis. At nunc quantum potes,
Expurgare te ipsum et innovare cures splendida vita.
Sic enim Deum apprehendes mente conceptum.
Deum ad suum templum accurrere, omnium est vox.
Puri namque purum esse debet habitaculum.
Ratiocinationes parum conferunt ad cognitionem Dei:

950 *Οἰοιτο τῶν ἔνδον.* Leuv. videtur legisse τὸν ἔνδεν, *Herum ipsum intra ædes abditum intueri se arbitretur.*
952 *Πλείω.* Coisl. πλεῖον.
954 *Οὗ σκότος προΐσταται. Ante quem stant tenebræ.* Priore versiculi parte alludit ad illud psal. CIII: *Amictus lumine sicut vestimento;* posteriore autem ad illud psal. XVII: *Posuit tenebras latibulum suum.*
955 *Ἢν καί.* Ita Coisl. Edit. ἢ καί.
956 *Προβλήματι.* Ita Coisl. Conjectura emendaverat Billius.
959 *Βολάς. Radios.*
960 *Ὑπεκδρομεῖ.* Coisl. et Vat. ταῖς ὑπεκδρομαῖς. — Ita Benedictini; sed metrum prorsus deficit, cum ὕψος sit trochæus, et non iambus, ut requiritur. Forte legendum foret: Ἕλκων ἀεί με ταῖς πρὸς ὕψος ὑπεκδρομαῖς. CAILLAU.
961 *Θεὸν μάλιστα.* Coisl. Θεὸν νοεῖν μὲν ὡς μάλιστα, καὶ σέβειν. Ad marg. ut in edit.
966 *Μόνῳ.* Ita Coisl et Vat. Edit. μόνον.
968 *Τῷ δ' οὖς.* Coisl. τὸ δ' οὖς.
969 *Ἧττον.* Ita Coisl. Edit. ἥττων.
970 *Τὸ δ' ὕστερον. Postremo.*
973 *Δέξῃ.* Ita Coisl. Edit. δέξει.
974 *Ναῷ Θεὸν δὲ προστρέχειν.* Ita Vat. Edit. Θεὸν δὲ νῷ καί, etc. Coisl. ναῷ δὲ Θεόν.

METRICA VERSIO.

Valdeque mirans atrium pulchræ domus,
Dominum videre credat idcirco ædium.
Præcedat alter alterum sophia licet,
Qui nempe lucis plus trahit, plura intuens,
Infra Dei omnes dignitatem sunt tamen:
Quem lumen operit, ante quem fusus nigror;
Tenebrasque si quis dissecet, velo statim
Summi secundo luminis perstringitur.
Non facile porro scinditur velum duplex.
Qui cuncta complens altior cunctis manet,
Docensque mentem, mentis aspectum fugit:
Trahens in altum dum celer se proripit.
Deum quidem tu cogita, et cole maxime,
Philtrum, obsequendo legibus, monstrans tuum:

B At parce, quid sit ipse, ubique, quærere,
Semperque, cunctis verba nec fundas levis.
Quiddam loquaris de Deo, idque cum metu
Quiddam sit intus conditum, strepitu sine
Clausum, quod ima mente persancte colas.
Ad aliud aures arrigas, si quis docet.
Auris pericli, lingua quam, minus parit.
Quod restat, ora planius post ut scias
Soluta mole corporis; nunc te expia,
Sancteque vivens innova quantum potes.
Sic namque, quem mens concipit, sumes Deum
Ad purum is autem concito accurrit gradu
Puri domus nam purus est; summi Dei
Ad notionem ratio non multum facit:

Digitized by Google

Λόγῳ γάρ ἐστι πᾶς λόγος ἀντίστατος.
Στρεπτὴν δὲ πίστιν οὐμὸς οὐκ ἔχει λόγος·
Τὸ δ' ἐξέχεσθαι τοῦ λαλουμένου μέγα.
980 Ὅς μὲν γὰρ ἠγάπησε, καὶ στερχθήσεται·
Ὅς δ' ἠγάπηται, καὶ ἔνοικον λαμβάνει.
Οὗ δ' ἐστὶν, οὐκ ἔνεστι μὴ φῶς τυγχάνειν·
Φωτὸς δὲ πρῶτον αὐτὸ γιγνώσκειν τὸ φῶς.
Οὕτω τὸ φίλτρον πρόξενον καὶ γνώσεως·
985 Ἥδ' ἔστ' ἀμείνων εἰς ἀλήθειαν τρίβος,
Τῆς ἐν λόγῳ τε καὶ στροφαῖς τιμωμένης.
Ὃ δ' οὖν ἐφικτὸν, τοῦτο καὶ δηλώσομεν.
Ἄναρχον, Ἀρχὴ, Πνεῦμα, Τριὰς τιμία,
Ἀναίτιον, γεννητὸν, ἐκπορεύσιμον·
990 Πατὴρ τὸ μέν· τὸ δ' Υἱὸς, αὐτὸς καὶ Λόγος·

A Τὸ δ' οὐ μὲν Υἱὸς, Πνεῦμα δ' οὐσίας μιᾶς.
Εἷς ἐκ τριῶν Θεός τε καὶ κοινὸν σέβας·
Οἷς καὶ τὸ θνητὸν τῆς πλοκῆς ἐκλύομαι.
Ταῦτ' ἢν σέβῃς μοι καὶ κρατῇς, σεμνῷ βίῳ
995 Ῥίψας ἅπασαν τὴν κάτω βίου ζάλην,
Λόγῳ τ' ἀληθεῖ καὶ μίσει τῶν πλασμάτων
Ἄνω τε τάξῃ, καὶ γένοιό μου πλέον,
Ὡς ἂν τύχοις πλείονος παῤῥησίας.

IA'. *Πρὸς κόσμον διαλογισμός.*

Ἐρώτ. Δικάζομαί σοι, κόσμε. Τίς, πόθεν πάρει,
Πρῶτον δίδαξον, καὶ ὅποι καταστρέφεις.
Ῥοιζεῖς δὲ πῶς με κύκλος ὡς μύρμηκ' ἄγων;
Ἀπόκρ. Οὐκ οἶδ' ὅθεν προῆλθον, ἐκ Θεοῦ δέ γε.

Cuivis enim rationi est ratio opposita.
Flexilem autem fidem mea non admittit doctrina:
Verum hærere revelatis, quiddam est maximum.
980 Qui enim dilexerit, et ipse diligetur:
Qui autem dilectus fuerit, is Deum hospitem accipit.
Ubicunque Deus est, non potest lux non esse.
Porro lucis pars prima est cognoscere lucem.
Sic amor nobis conciliat cognitionem;
985 Eaque longe melior ad veritatem via,
Quam quæ in disputationibus et argutiis versatur, estque in pretio.
Quod igitur percipi potest, id tibi manifestabimus.
Principii expers, Principium, Spiritus, Trinitas veneranda,
Expers causæ, Genitus, Procedens.
990 Primus Pater est; secundus Filius, idem et Verbum:
Tertius vero non quidem Filius, Spiritus autem ejusdem essentiæ.
Unus ex tribus (personis) Deus, et communis cultus,
Quibus mortali nexu exuor.
Hæc si religiose colas et teneas, honesta vita
995 **466-467** Abjiciens omnem terrenæ vitæ tempestatem,
Per doctrinam veram et odium fabularum
Sursum effereris, atque utinam me altius,
Ut majorem consequaris libertatem.

XI. *Dialogus cum mundo* *.

Interr. Litem moveo tibi, munde. Quis et unde sis,
Primum doceto, et ad quem finem tendas.
Cur me impetu volvis instar circuli, quasi formiculam?
Respons. Non novi unde processerim, at certe a Deo.

* Alias Bill. 101, pag. 179.

977 *Λόγῳ γάρ.* Huic simile est id quod ait infra in Tetrast., carm. XXXIII, vers. 12 : Λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος.

978 *Οὐμός.* Ita habet Vaticanus codex, quasi ὁ ἐμός. Edit. ὁ ὑμός.

979 *Τὸ δ' ἐξέχεσθαι. Hærere nudæ fidei simplici assensu, missa argumentorum contentione.* Billius, *hærere Numini.*

982 *Τυγχάνειν.* Vat. λαμβάνειν. *Is non potest non esse lucis particeps.*

988 *Ἄναρχον.* Ita Coisl. et Vat. Edit. ἄναρχος. Mox Coisl. μία Τριάς.

990 *Αὐτός.* Coisl. οἷος, *unicus.*

991 *Οὐσίας μιᾶς. Unius substantiæ.*

992 *Καὶ κοινὸν σέβας. Commune Numen.*

993 *Ἐκλύομαι.* Hoc est, *in quorum nomine baptizor.*

994 *Σεμνῷ.* Vat. λαμπρῷ.

997 *Μου.* Ita Coisl. Edit. μοι.

METRICA VERSIO.

Nam ratio quævis alteram pugnantem habet.
Doctrina at horret flexilem fidem mea·
Hærere vero Numini est res maxima.
Nam diligetur, qui Deum dilexerit.
Dilectus autem hunc hospitem interne capit.
Ubicunque porro sit Deus, lux est quoque.
Pars prima porro lucis est, lucem ut scias.
Sic notionem charitas nobis parit.
Estque ista multo melior ad verum via,
Quam sermo scitus, et leves argutiæ.
Nunc jam, potest quod percipi, exponam brevi.
Anarchus, Arche, Spiritus, sacra Trinitas:
Causa carens, et Genitus, atque Prodiens.
Pater ille: Natus rursus hic, Verbumque item:
Spiritus at alter: unius substantiæ

B Deus unus, idem et cultus omnino in tribus
Mortale per quos exuo vinclum. Colas
Tu si ista, teneas et proba vita, procul
Hujusce vitæ turbinem pellens, fide
Veraque, et odio fabularum turpium,
Sursum locaberis: utinam meque altius,
Fiducia inde major ut surgat tibi.

XI. SERMOCINATIO CUM MUNDO.

(*Billio interprete.*)

Interr. Lis, munde, tecum est nunc mihi. Primum [doce
Quis ortus, et quis terminus tandem tibi:
Me quique volvis, orbis ut formiculam?
Respons. Processerim unde, nescio: certe ex Deo.

Digitized by Google

5 Καταστρέφω δ' εἰς κρεῖσσον. Οὐ ῥοιζῶ δέ σε,
Ἀλλ' αὐτὸς ὢν ἄκοσμος, ὑβρίζεις ἐμέ.
Ἐρ. Πῶς οὖν σὺ μὲν πέπηγας, ἄστατος δ' ἐγώ;
Ἀπ. Ἐγὼ μὲν ἐκτός εἰμι, καὶ τίς ἡ χάρις;
Σὺ δ' ὢν θελητής, εἰ θέλεις, ἔχεις πλέον.
10 *Ἐρ.* Καλῶς· τὰ δ' ἐκτὸς τίς φέρει; *Ἀπ.* Τί [γὰρ κακόν;
Ὕλη τάδ' ἐστὶ τοῖς καλοῖς σωτηρίας.
Ἐρ. Ἡ κρεῖσσον αὐτὸν αἰτιᾶσθ'; *Ἀπ.* Οὕτω; ἔχει.

IB'. *Περὶ τοῦ ἐπικήρου τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.*

Κόσμε φίλ', οὐ φίλε πάντα, τί μ' ὡς τροχὸς ἀμφι- [έλικτος
Ῥοιζηδὸν φορέεις ἀντιπορευόμενον,
Μύρμηχ' ὡς ὀλίγον, πικρὴν φορὰν ἀσχαλόωντα;
Ἔμπα γε μὴν φορέεις τόσσον ἐόντα, τόσος.
5 Οἶδα μὲν ὡς θεόθεν σὺ Θεοῦ κλέος. Ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Χριστοῦ χειρὶ πάγην, πλεκτὸς ἀπ' ἀμφοτέρων,
Οὐρανίων χθονίων τε. Τὸ μὲν δέμας ἔνθεν ἐτύχθη·
Ψυχὴ δ' αὖ μεγάλου ἐστὶν ἄημα νόου.
Ἀλλὰ καὶ ὡς πολλοῖσιν ἐλαύνομαι ἔνθα καὶ ἔνθα
10 Πήμασιν ἐξ ἐμέθεν, πήμασι δυσμενέος.
Δελφὶς δ' ὡς ἐπὶ χέρσον ἀλίδρομος, ἠέρι θνήσκω.
Κόσμε, παρῆλθον ἐγὼ, λαὸν ἄτρωτον ἄγοις.

IΓ'. *Περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

Ἀλλήλους μὲν ἐγώ τε καὶ ὁ χρόνος, ὡς πτετηνὴ
Ἢ νέες ἐν πελάγει ἀντιπαρερχόμεθα,

5 Desino autem in melius. Non te volvo,
Sed tu inscitus probro me afficis.
Int. Quomodo igitur tu quidem fixus es, ego vero instabilis sum?
Resp. Ego quidem extra sum: sed quænam est hæc gratia?
Tu vero tui compos, si vis, habes amplius.
10 *Int.* Bene; at externa quis gubernat? *Resp.* Quid in eis est mali?
Sunt hæc optimis hominibus salutis materies.
Int. Num præstat, ut se quisque culpet? *Resp.* Sic est.

XII. *De naturæ humanæ fragilitate* *.

Amice munde, non tamen omnino amice, cur me, ut turbo versatilis,
Violenter raptas in contraria euntem,
Velut parvam formicam, jactatione acerba dolentem?
Me talem abripis, cum tantus ego sim et tu talis.
5 Equidem scio ex Deo te Dei gloriam esse. Sed et ipse
Christi factus sum manu, ex duobus conflatus,
Cœlestibus et terrenis. Ac corpus quidem hinc formatum:
Anima autem magnæ spiraculum est mentis.
Sed tamen plurimis jactor huc et illuc
10 Ærumnis a me ipso, ærumnis ab hoste.
Velut delphin in terra, mari assuetus, in aere morior.
Munde, ego præterii; populum invulneratum transmitte.

468-469 XIII. *De eodem argumento* **.

Nos invicem, ego et tempus, velut aves
Aut naves in mari præterimus;

* Alias Bill. 25, pag. 95. ** Alias Bill. 26, pag. 95.

XI. 7 Ἄστατος. *Instabilis, mutationi obnoxius.*

8 *Ἐκτός εἰμι.* Id est, *corpus, quod solummodo agatur, moveatur, cujus laus nulla sit;* τὸ ἐντός, *anima, qua homo* θελητής, *voluntate præditus, agens libere.*

10 *Τὰ δ' ἐκτός. Corpora autem quis agit?*

11 *Τάδ' ἐστί.* Sic Vat. Edit. τότ', et ad marg. τὸ δ'.

XII 4. *Τόσσον.* Coisl. sup. lin. τοσοῦτον ὄντα, τοσοῦτος ἐών. *Me, cum tantus sim, tu ipse tantus rapis.* Quibus verbis suam præ mundo præstantiam declarat, et sequentibus confirmat. Non certe, ut Billius et eum secutus doctus Gaulyer, *tantillum tantus.* In prima editione Billius, pro *tantillum*, verterat *tantum*, atque etiam observat in nota, hominem a Gregorio non μικρὸν κόσμον, ut eum Democritus appellat, sed μέγαν κόσμον appellari.

11 Ἀλίδρομος. *Maris cursor, maris incola.* Aristoteles, lib. VIII, cap. 2, *De hist. anim.*, delphinum diutius in terra vivere posse scribit, quod spirandi facultate sit præditus.

METRICA VERSIO.

In melius autem desinam; nec volvo te:
Immundus at tu me probro contra afficis.
Int. Quinam ergo, quæso, fixus es, non ast ego?
Resp. Extra quidem ipse sum: quænam est hæc gra- [tia?
At, velle cum sit, amplius, si vis, habes.
Int. Externa vero quis vehit? *Resp.* Quod hæc ma- [lum?
Sunt hæc salutis optimis viris seges.
Int. Ut me ergo culpem præstat? *Resp.* Istud scili- [cet.

XII. DE NATURÆ HUMANÆ FRAGILITATE.

(*Billio interprete.*)

Pic mihi, munde fugax, quid me ut versatilis orbis
Vi trahis, adversam dum tibi carpo viam,
Formicam velut exiguam, quam motio torquet?
Tantillum tantus me tamen ipse trahis.
Tu certe divinum opus es, tu gloria: at ipse
Sum quoque opus Christi, textus et ex superis,
Et simul ex imis; hinc ortum nam mihi corpus:
Mens autem est flatus Numinis ætherei.
Casibus innumeris tamen hinc ego jactor et illinc,
Quos ego, quosque mihi vis inimica parit.
Aereque amissa morior delphinus ut unda.
Præterii: populum, munde, rege incolumem.

XIII. DE EODEM ARGUMENTO.

(*Billio interprete.*)

Ut volucres, celeresque per æquora lata carinæ,
Mundum ego, me mundus præterit instabilis.

Digitized by Google

Ἑστῶσι οὐδὲν ἔχοντες· ὃ δ' ἥμπλακον, οὐ παραθρέξει,
Ἀλλὰ μένει· ζωῆς τοῦτο μογηρότατον.
Οὐδ' ὅ τι εὔξομ' ἔχω, ζῆσαι πλέον, ἢὲ λυθῆναι·
Τάρβος ἐπ' ἀμφοτέροις· ὧδε δὲ φράζεό μοι.
Ζωή μοι πολύμοχθος ἁμαρτάσιν. Εἰ δὲ θάνοιμι,
Αἴ αἴ, τῶν προτέρων οὐδὲν ἄκος παθέων.
Εἰ ζωὴ τόδε σοι τεκμαίρεται, ἧς τόσον ἄχθος,
Οὐδὲ τὸ λυθῆναι λῦσιν ἔχει καμάτων,
Κρημνὸς δ' ἀμφοτέρωθε. Τί ῥέξομεν; ἦ τόδ' ἄριστον,
Λεύσσειν πρὸς σὲ μόνον, σήν τ' ἀγανοφροσύνην.

ΙΔ'. *Περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως.*

Κθιζὸς ἐμοῖς ἀχέεσσι τετρυμένος, οἷος ἀπ' ἄλλων
Ἥμην ἐν σκιερῷ ἄλσεϊ, θυμὸν ἔδων.
Καὶ γάρ πως φιλέω τόδε φάρμακον ἐν παθέεσσιν,
Αὐτὸς ἐμῷ θυμῷ προσλαλέειν ἀκέων.
Αὖραι δ' ἐψιθύριζον ἅμ' ὀρνιθέεσσιν ἀοιδοῖς,
Καλὸν ἀπ' ἀκρεμόνων κῶμα χαριζόμεναι,
Καὶ μάλα περ θυμῷ κεκαφηότι. Οἱ δ' ἀπὸ δένδρων
Στηθομελεῖς, λιγυροὶ, ἠελίοιο φίλοι,
Τέττιγες λαλαγεῦντες ὅλον κατεφώνεον ἄλσος.
Πὰρ δ' ὕδωρ ψυχρὸν ἐγγὺς ἔκλυζε πόδας,
Ἦκα ῥέον δροσεροῖο δι' ἄλσεος. Αὐτὰρ ἔγωγε
Τὼς ἐχόμην κρατερῶς ἄλγεος, ὡς ἐχόμην.
Τῶν μὲν ἄρ' οὐκ ἀλέγιζον, ἐπεὶ νόος, εὖτε πυκασθῇ
Ἄλγεσιν, οὐκ ἐθέλει τέρψιος ἀντιάειν.
Αὐτὸς δὲ, στροφάλιγξιν ἑλισσομένοιο νόοιο,
Τοίην ἀντιπάλων ὄῆριν ἔχων ἐπέων·

Nihil stabile habentes : quod autem peccavi, non præteribit,
Sed manet ; quod quidem in vita molestissimum.
Nec quid optem habeo, diutius vivere, an solvi :
Pavor utrinque. Sic autem mecum considera.
Vita mihi valde peccatis molesta. Quod si moriar,
Heu, heu ! priorum nulla jam malorum medela ;
Si hoc tibi portendit vita, cujus tantum est onus,
Nec solvi quidem solutio est molestiarum :
Sed utrinque præcipitium. Quid faciemus ? Illud profecto optimum,
Ad te solum, Deus optime, et tuam misericordiam respicere

XIV. *De humana natura*[*].

Heri meis molestiis confectus, solus ab omnibus
Sedebam in umbroso nemore, animum peredens.
Amo enim hanc medicinam in mœrore,
Animum ipse meum tacitus alloqui.
Stridebant auræ una cum canoris volucribus :
Dulci ex ramis arborum concentu oblectabant
Quamvis valde afflictum : ex arboribus autem
Molliter modulantes, sonoræ, solis amicæ,
Cicadæ cantibus totum nemus personabant.
Unda etiam frigida pedes prope alluebat
Leniter fluens per roscidum nemus. At ego,
Sicut prius, vehementi dolore afficiebar.
Nihil ista curabam. Nam mens, ubi ingruunt
Dolores, non libenter oblectamenta suscipit.
Ipse autem, cum turbinibus mens circumageretur
Hanc contrariorum dictorum pugnam instituebam :

[*] Alias Bill. 14, pag. 86.

XIII. 11 *Τί ῥέξομεν ; ἦ.* Vat. τί ῥήξομαι ; ἦ.
XIV. 1 *Κθιζός.* Duo Regg. et Coisl. χθιζόν.
5 *Αὖραι δ' ἐψιθύριζον. Susurrabant, resonabant.*
7 *Κεκαφηότι.* Comb. κεκμηκότι.
8 *Στηθομελεῖς.* Sic Regg. 39, 990, 991, 992, 993, Vat. et Coisl. qui sup. lin. τῷ στήθει μελίζοντες. Edit. στηλομελεῖς.
10 *Ἐγγὺς ἔκλυζε.* Reg. 990 ἐγγύθι κλύζε.
12 *Τὼς.* Vat. τόσσ'. Al. ὡς. Mox, pro κρατερῶς, Reg. 993 κραταίως. Idem ἀνίης pro ἄλγεος. Reg. 991 κραταλῶς ὡς, ἐχόμην ἀνίης.
16 *Ἔχων.* Duo Regg. ἔχον.

METRICA VERSIO.

At non prætereunt, sed stant, quæcunque patravi :
Quo nihil in vita tristius esse potest.
Quidque optem haud habeo, vitamve an funera ; parte
Namque ab utraque gravis concutit ossa tremor.
Vita mihi noxas cumulat : rursumque medela est,
Si moriar, vitiis omnis adempta meis.
Hoc mihi portendit si vita onerosa, labores
Nec rursum solvit vita soluta meos.
Quid faciam ? hoc unum superest mihi scilicet, ut tu,
Rex bone, sis oculos jugiter ante meos,

XIV. DE HUMANA NATURA.

(*Billio interprete.*)

In nemus umbriferum, confectus corda dolore,
Solus ego hesterna luce profectus eram.
Namque meos luctus levat hæc medicina, dolorque,
Cum tacitus mecum colloquor ipse, cadit.
Aura susurrabat tenuis, volucresque canoræ
Fundebant avido gutture mille sonos.
Quinetiam cantu circum nemus omne sonabat,
Quem rauca ex viridi fronde cicada dabat.
Denique per tacitam labens sine murmure silvam,
Tingebat nostros frigida lympha pedes.
Ast ego, læta licet, prorsus nihil ista morabar :
Tantus amor luctus pectore fixus erat !
Nam cum mens querulo semel est obsessa dolore,
Ad læta occlusas tunc habet illa fores.
In partes variasque animum distractus, et illuc
Huc quoque me versans talia dicta dabam :

Digitized by Google

Τίς γενόμην, τίς δ' εἰμί, τί δ' ἔσσομαι; Οὐ σάφα οἶδα. A
Οὐδὲ μὲν ὅστις ἐμοῦ πλειότερος σοφίην.
Ἀλλ' αὐτὸς νεφέλῃ κεκαλυμμένος ἔνθα καὶ ἔνθα,
Πλάζομαι οὐδὲν ἔχων, οὐδ' ὄναρ, ὧν ποθέω.
Πάντες γὰρ χθαμαλοὶ καὶ ἀλήμονες, οἷσι παχείης
Σαρκὸς ἐπικρέμαται κυανέη νεφέλη.
Κεῖνος δ' ἐστὶν ἐμεῖο σοφώτερος, ὃς πλέον ἄλλων
Ἤπαφεν ἧς κραδίης ψεῦδος ἑτοιμολόγον.
Εἰμί. Φράζε τί τοῦτο; Τὸ μὲν παρέθρεξεν ἐμεῖο·
Ἄλλο δὲ νῦν τελέθω, ἄλλ' ἔσομ', εἴ γ' ἔσομαι.
Ἐμπεδον οὐδέν· ἔγωγε ῥόος θολεροῦ ποταμοῖο
Αἰὲν ἐπερχόμενος, ἐσταὸς οὐδὲν ἔχων.
Τίπτε με τῶνδ' ἐρέεις; τί δέ σοι πλέον εἰμι, δίδαξον.
Καὶ νῦν τῆδε μένων, δέρκεο μή σε φύγω.
Οὔτε δὶς ἂν τοπάροιθε, ῥόον ποταμοῖο περήσεις
Ἔμπαλιν, οὔτε βροτὸν ὄψεαι, ὃν τοπάρος.
Ἦν πάρος ἐν χροΐ πατρὸς, ἔπειτά μ' ἐδέξατο μήτηρ,
Ξυνὸν δ' ἀμφοτέρων. Ἔνθεν ἔπειτα κρέας
Ἄκριτον, ἄβροτον, αἶσχος ἀνείδεον, οὔτε λόγοιο,
Οὔτε νόου μετέχον, μητέρα τύμβον ἔχον.
Δὶς ταφέες, ζώοντες ἐπὶ φθορᾷ. Ἦν γὰρ ὁδεύω
Ζωὴν, τὴνδ' ὁρόω τῶν ἐτέων δαπάνην,
Ἦ μοι γῆρας ἔχευεν ὁλοΐον. Εἰ δέ με κεῖθι
Αἰὼν οὐ φθινύθων δέξεται, οἷα φάτις,
Φράζεο μὴ ζωὴ μὲν ἔχῃ μόρον, ἡ δὲ τελευτὴ
Ζωή σοί γε πέλῃ, ἔμπαλιν ἢ δοκέεις.

Quis fuerim, quis sim, quid futurus sim, non clare perspicio,
Sed nec aliquis, qui me sapientia superet.
Sed ipse nebula coopertus huc et illuc
Erro, nihil habens, nequidem per somnium, eorum quæ cupio.
470-471 Omnes enim abjecti et errabundi sumus, quibus crassæ
Carnis incumbit cœrulea nebula.
Ille autem me sapientior, qui præ cæteris
Ejecit e corde suo loquax mendacium.
Sum. Quid hoc? quæso: pars quidem jam a me efflUxit.
Aliud nunc sum: aliud autem ero, si quid ero.
Nihil firmum et certum: ego unda sum turbidi fluminis,
Semper progrediens, nihil habens stabile.
Quid me horum esse dices? quid tibi amplius sim, edoce.
Et nunc hic manens, ne effugiam, vide.
Nec bis, quam ante trajecisti, undam fluminis trajicies,
Nec rursus eumdem, ac prius, hominem videbis.
Eram prius in carne patris: postea excepit me mater
Communem utriusque. Inde postea carnis
Moles indigesta, non homo, sed informis fœditas, nec rationis,
Nec mentis particeps, matrem habens pro tumulo.
Bis sepelimur. Vivimus in corruptione. Quam enim percurro
Vitam, hanc video annorum esse impendium,
Ut quæ mihi invexerit perniciosam senectutem. Quod si me illic
Ævum immortale excipiet, ut oraculis constat,
Vide an non vita mortem habeat, mors autem
Vita tibi sit, aliter atque opinaris.

19 *Αὐτός*. Tres Regg., Coisl. et Vatic. αὖτως. Coisl. sup. lin. *μάτην*.

20 *Πλάζομαι οὐδὲν ἔχων*. *Aveo enim Deum cognoscere: nec tamen sapientiæ ipsius perspiciendæ facultas ulla est.* Dixi: Sapiens efficiar, at illa (sapientia) longius recessit a me magis quam erat (*Eccle.* VII, 24).

22 *Κυανέη*. Coisl. sup. lin. *μέλαινα σκοτία*.

23 *Ὅς πλέον*. Tres Regg. et Coisl. ὃν πλέον.

24 *Ἤπαφεν*. Sup. lin. Coisl. *ἠπάτησε*. Mox ἑτοιμολόγον. Int. ταχυλόγον. Combef. legit ἑτυμολόγον, et vertit: *Decepit cordis ejus falsa opinio, rationem reddens rerum originis.* Gaulyer: *Qui præ cæteris præcipitem sui cordis errorem fefellit.* Hoc propositum Gregorii videtur, ut Ecclesiastis sententiam explanet, qui *cuncta vanitatem vanitatum, et spiritus præsumptionem* appellat.

26 *Ἀλλ' ἔσομ'*. Sic legerunt Benedictini, ut patet ex versione, licet hanc in textu emendationem prætermiserint. Caillau.

28 *Ἐπερχόμενος*. Ita quatuor Regg. et Coisl. Edit. ἐνερχόμενος.

37 *Δὶς ταφέες*. *Bis sepelimur*, primo quidem in utero matris, qui est instar tumuli, deinde in terra post mortem. Ita carm. seq., vers. 133, Ἐκ τύμβοιο θορὼν ἐπὶ τύμβον ὁδεύω. *E tumulo ad tumulum rapide feror.*

42 *Πέλῃ*. Tres Regg. et Coisl. πέλοι. Mox ἔμπαλιν. Int. τοὐναντίον.

METRICA VERSIO

Quis prius ipse fui, quis sum, quis eroque, nec ipse B
Novi, nec sophiæ me quoque laude prior.
Sed vagor huc illuc, caligine tectus opaca,
Nil horum, quæ mens nostra requirit, habens.
Nam quibus impendet carnis densissima nubes,
Sunt humiles omnes, sunt inopesque vagi.
Ac magis hic sapiens, quem veri pectus inane
Decipit, et promptum fundere verba, magis.
Sum. Quid, quæso? Mei jam pars efflUxit: at istud
Sum nunc: atque aliud post ero, si modo ero.
Nil ego sum firmi, rapidi sed fluminis instar
Volvor, et instabilis semper ad ima fluo.
E tribus his quidnam potius sim, dic age: teque,
Hic quamvis positus, conspice ne fugiam.
Quas semel, haud iterum fluvii transmiseris undas,
Qui semel, haud iterum conspicietur homo.
In patre ante fui; cepit me postea mater:
Ex utroque simul post caro factus ego.
Non homo, sed labes informis, muta, carensque
Mente: mihi tumuli mater et instar erat.
Sic duo mi tumuli, vivoque in funera: quodque
Vitæ obeo, annorum certa ruina mihi est.
Hinc mihi canities fusa est; post funera vero
Sic mihi, quam memorant, vita perennis erit.
Dispice num vita hæc mors sit tibi, mors quoque rursus
Vita: secus quamvis forsitan ipse putes.

Digitized by Google

Οὐδὲν ἔφυν. Τί κακοῖσι δαμάζομαι, ὡς τι πεπηγός; A
Τουτο γὰρ ἠμερίων ἄτροπόν ἐστι μόνον,
Συμφυὲς, ἀστυφέλικτον, ἀγήραον. Ἐξότε κόλπων
Μητρὸς ὀλισθήσας πρῶτον ἀφῆκα δάκρυ,
Ὁσσατίους, οἵοις τε συναντήσασθαι ἔμελλον
Πήμασι, δακρυχέων πρὶν βιότοιο θίγω!
Χώρην μέν τιν' ἄθηρον ἀκούομεν, ὡς ποτε Κρήτην,
Καί τινα καὶ κρυερῶν ἀλλοτρίην νιφάδων·
Θνητῶν δ' οὔ ποτέ τις τόδ' ἐπεύξατο, ὡς ἀδάμαστος
Τοῦδε βίου στυγερῶν ἔνθεν ἀπῆλθε μόγων.
Ἀδρσνίη, πενίη τε, τόκος, μόρος, ἔχθος, ἀλιτροὶ,
Θῆρες ἀλὸς, γαίης, ἄλγεα, πάντα βίος.
Πήματα μὲν καὶ πάμπαν ἀτερπέα πόλλ' ἐνόησα,
Τῶν δ' ἀγαθῶν οὐδὲν πάμπαν ἄμοιρον ἄχους,
Ἐξέτι τοῦ, ὅτε μοι πικρὴν ἐπομόρξατο ποινὴν
Γεῦσίς τ' οὐλομένη, καὶ φθόνος ἀντιπάλου.
Σοὶ μὲν δὴ, σὰρξ, τοῖα δυσαλθέϊ, εὐμενέοντι
Ἐχθρῷ, καὶ πολέμιῳ οὔποτε λυομένῳ,
Θηρὶ πικρὸν σαίνοντι, πυρὶ ψύχοντι, τὸ θαῦμα!
Θαῦμα μέγ', εἴ ποτ' ἐμοί γ' ὕστατον εὐμενέοις.
Ψυχὴ, σοὶ δ' ἄρ' ἔπειτα λελέξεται ὅσσ' ἐπέοικε.
Τίς, πόθεν, ἤ τί πέλεις; τίς δέ σε νεκροφόρον
Θήκατο, καὶ στυγερῇσι πέδαις ἐνέδησε βίοιο,
Ἐς χθόνα βριθομένην πάντοθε; Πῶς ἐμίγης
Πνεῦμα πάχει, σαρξὶν δὲ νόος, καὶ ἄχθεϊ κούφη;
Ταῦτα γὰρ ἀλλήλοις μάρναται ἀντιθέτως.

Nihil sum. Cur ergo malis premor, ut firmum aliquid?
Hoc autem solum est in hominibus non varium et inconstans,
Sed innatum, inseparabile, non senescens. Ex quo matris
Elapsus sinu, primam effudi lacrymam,
In quot et quantas incursurus eram
Calamitates, illacrymans antequam vitam attingerem!
Regionem quamdam feris carere audivimus, ut olim Cretam,
Aliquam etiam a frigidis nivibus liberam:
At mortalium nullus unquam gloriatus est, quod expers
Tristium hujus vitæ molestiarum hinc discederet.
Morbus, paupertas, partus, mors, inimicitiæ, improbi,
Feræ maris et terræ, dolores, omnia hæc vita sunt.
Mala multa novi omnino expertia lætitiæ,
At bonum nullum omnino expers mœstitiæ,
Ex quo mihi acerbam inussit pœnam
Perniciosus gustus et inimici invidia.
472-473 Hæc tibi, caro, dicta sint, non facile sanabili, blando
Hosti, a bello nunquam desistenti,
eræ crudeliter blandienti, igni, res mira, refrigeranti:
Valde mirabor, si vere mihi amica tandem aliquando fueris.
Anima, tibi deinceps dicentur, quæ conveniunt.
Quæ et unde, quidnam es? quis te mortuum circumferre
Jussit, et molestis vitæ vinculis alligavit
Vergentem semper ad terram? Quomodo mista es
Crasso, quæ spiritus es, et carni mens, et oneri levis?
Hæc etiam pugnant inter se adversis frontibus.

51 *Ἐπεύξατο.* Int. ἐπεκαυχήσατο.
56 *Οὐδὲν πάμπαν.* Reg. 993 πάμπαν οὐδέν.
57 *Ἐπομόρξατο.* Reg. 992 ἐνομόρξατο.
61 *Θηρὶ πικρὸν σαίνοντι, πυρὶ ψύχοντι, τὸ θαῦμα.* Sic in Reg. 39, aliisque duobus codicibus legitur. In edit. vitiose θηρὶ ψυχρῷ.
62 *Εὐμενέοις.* Sic duo Regg. et Coisl. Edit. εὐμενέεις. Totum hunc locum Int. Coisl. exponit quemadmodum a nobis est redditus. Σοὶ μὲν οὖν, ὦ σὰρξ, τοιαῦτα· θηρίον ἥμερον ὁμοῦ καὶ ἀτίθασσον, φίλον καὶ πολέμιον, ἄσπονδον, ἐν ταὐτῷ πικραῖνον καὶ ἀνάψυχρον, ὃ καὶ θαυμάτιον, καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπερθαύμαστον, εἴ ποτέ μοι καὶ ὕστατον διατιθείης εὐμενέως. *Tibi igitur, o caro, talia; bellua mansueta simul et aspera, amica et infesta, implacabilis, in eodem amaritudinem afferens et refrigerationem, quod mirum est, et mirandum prorsus, si unquam mihi amica fueris. — Ac bellua*, inquit Bill., *perapposite comparari potest, adulatorie quidem mulcenti, cæterum non sine magno dolore interdum mordenti.*
64 *Ἤ τί...* Duo Regg. εἴ τι. Mox, νεκροφόρον. Sic animam appellat, qua sublata, corpus nihil aliud est quam cadaver.
66 *Βριθομένην.* Int. βαρυμένην.

METRICA VERSIO.

Nil sum; cur ergo tanquam firmissima quædam
Res, adeo sævis opprimor usque malis?
Namque homini hoc tantum firmum est, expersque [senectæ,
Inde ex quo nascens fletibus ora rigat:
Per lacrymas testans, quas vitæ in limine fundit,
Quotnam illum maneant agmina dura mali.
Est regio, ut quondam Cretæa, ignara ferarum,
Est alia hibernæ nescia terra nivis:
At vacua adversis quod vitæ tempora rebus
Clauserit, haud quisquam dicere jure queat.
Morbus, pauperies, partus, mors, hostis, iniqui:
Quasque feras etiam terra vel æquor alit.
Ac nullis sociata bonis mala plurima vidi:
At bona nulla, quibus non mala juncta forent:
B Inde ex quo ultrices pœnas mihi pestifer esus
Attulit, et sævi dæmonis invidia.
Ista tibi sint dicta, caro, medicabilis ægre,
Hostis blanda, omni tempore bella gerens:
Ac fera damnose mulcens, et frigidus ignis.
Quæ, mihi si faveas, res nova prorsus erit.
Eia age! Mens; nam te nunc alloquar, atque ea [dicam,
Quæ fore narratu non aliena puto.
Quidnam es, o mea mens? et quis tibi contigit ortus?
Atque cadaver olens quis tibi ferre dedit?
Quis solidis vitæ astrinxit gravibusque catenis,
Pendentem assidue lumina fixa solo;
Ut crasso flatus, carni mens juncta, levisque es
Duro oneri? Pugna est nam gravis inter ea.

Digitized by Google

Εἰ μὲν δὴ σάρκεσσιν ὁμόσπορος ἐς βίον ἦλθες,
Ὦ μοι συζυγίης τηλόθεν οὐλομένης!
Εἰκών εἰμι Θεοῖο, καὶ αἰσχεος υἱὸς ἐτύχθην·
Αἰδέομαι τιμῆς μητέρα μαργοσύνην.
Ῥεῦσις γάρ μ' ἐφύτευσεν, ὁ δ' ἔφθιτο· νῦν βροτός· [αὖθις
Οὐ βροτὸς, ἀλλὰ κόνις· ἐλπίδες ὑστάτιαι.
Εἰ δὲ σύ γ' οὐρανίη, τίς, ὅθεν; ποθέοντα δίδαξον.
Εἰ μὲν ἄημα Θεοῦ καὶ λάχος, ὡς φρονέεις,
Ῥίψον ἀτασθαλίην, καὶ πείθομαι. Οὐ γὰρ ἔοικε
Τοῦ καθαροῦ ῥυπαρὴν ἔμμεναι, οὐδ' ὀλίγον.
Οὐδὲ γὰρ ἠελίοιο λάχος σκότος, οὐδὲ πονηροῦ
Πνεύματος αἰγλῆεν ἔκγονον ἐξεφάνη.
Πῶς δ' ὁλοοῦ Βελίαο τινάγμασι τόσσον ἐλαύνῃ,

A Καί περ ἐπουρανίῳ Πνεύματι κιρναμένη;
Εἰ γὰρ τοῖον ἔχουσα βοηθόον ἐς χθόνα νεύεις,
+ Αἲ αἲ τῆς ἀκράτου σῆς ὁλοῆς κακίης!
Εἰ δ' οὔ μοι θεόθεν σὺ, τίς ἡ φύσις; ἦ μέγα τάρβος,
Μή ποτε μαψιδίῳ κύδεϊ φυσιόω.
Πλάσμα Θεοῦ, παράδεισος, Ἔδεμ, κλέος, ἐλπὶς, [ἐφετμὴ,
Ὄμβρος ὁ κοσμολέτης, ὄμβρος ὁ πυρσοπόλος,
Αὐτὰρ ἔπειτα νόμος, γραπτὸν ἄκος· αὐτὰρ ἔπειτα
Χριστὸς ἐὴν μορφὴν ἡμετέρῃ κεράσας,
Ὡς κεν ἐμοῖς παθέεσσι παθὼν Θεὸς, ἄλκαρ ὀπάζοι,
Καί με θεὸν τελέσῃ εἶδεῖ τῷ βροτέῳ.
Ἀλλ' ἔμπης ἀδάμαστον ἔχω μένος, ἐς δὲ σίδηρον
Αὐτοφόνῳ μανίῃ σπεύδομεν, ὥστε σύες

Quod si cum carnibus sata in vitam venisti,
Heu! conjunctionem mihi jampridem perniciosam!
Imago Dei sum, et turpitudinis filius factus sum:
Pudori mihi est, mater decoris cupiditas.
Fluxus me genuit: is corruptus est: nunc homo: rursus
Non homo, sed cinis: hæ spes extremæ.
Quod si cœlestis es, quænam et unde? scire aventem doce.
Si flatus Dei es, ejusque hæreditas, ut sentis,
Projice vitium, et credam: non enim convenit
Eam quæ ex puro est orta, vel leviter sordidam esse.
Non enim a sole caligo oritur, nec mali
Spiritus fetus apparuit splendidus.
Quomodo nefarii Beliæ tantis impulsibus agitaris,
Quamvis divino spiritui mista sis?
Nam si tantum habens adjutorem in terram vergis,
Heu! meram et perniciosam tuam malitiam!
Sin autem mihi ex Deo non es, quæ tua natura? valde profecto metuo
Ne inani gloria inflatus sim.
Figmentum Dei, paradisus, Eden, gloria, spes, præceptum,
Imber mundi exstinctor, imber igneus:
Tum postea lex, scriptum remedium: rursus tandem
Christus formam suam nostræ immiscuit,
Ut morbis meis patiens Deus auxilium ferat
Meque deum efficiat forma sua humana.
474-475 Sed tamen indomitum habeo animum, ac in ferrum,
Instar apri, furore mei ipsius homicida, ruo.

72 *Αἰδέομαι. Pudet me honoris mei matrem*, hoc est, *imaginis divinæ, petulantem et impudicam carnis libidinem dicere vel cogitare.*

76 *Λάχος. Hæreditas: si a Deo data es, si Dei munus*, etc.

87 *Πλάσμα Θεοῦ.* Adjumenta et beneficia Dei erga hominem enumerat. Primum paradisum in Eden plantavit; deinde hanc ei primam gloriam infudit, ut ad imaginem suam eum conderet. Tum adjumenti causa mandatum ei imposuit, cujus observationi immortalitatis consequendæ spes promittebatur. Quin etiam, cum a mandato recessisset, ne sic quidem omni ope destitutum reliquit; verum pluribus disciplinæ generibus, tam publicis quam privatis, impietates et flagitia eorum, quibus nefarie offendebatur, juste vindicans, sic paulatim eos ad agnitionem sui instituit; atque undis quidem obrutum orbem exitio tradidit: fulminibus autem Sodomitarum exsecrandam libidinem oppressit, urbesque in cinerem redegit. Postea aliud medicinæ genus, hoc est, scripta lex per Moysem inducta est; ac denique remedium omnium valentissimum ac præstantissimum, summæque bonitatis plenum, ipse in plenitudine temporum, a sinu paterno minime excedens unigenitus Filius, divinam naturam humanæ copulavit, totus toti personaliter arcano modo unitus, quo nimirum Deus impassibilis manens humana parte perpetiens, passionibus meis mederetur. Bill.

94 *Αὐτοφόνῳ.* Coisl. Int. et Reg. 991 ἀλληλοφόνῳ.

METRICA VERSIO.

Si vitæ, cum carne simul sata, prodis in auras:
Quam procul est nexus pestifer iste mihi!
Numinis effigies sum labe exorta: decusque,
Proh pudor! eximium fœda libido parit.
Corruptum semen me gignit; nunc homo, rursus
Non homo, sed spes est ultima nostra cinis.
Sin tu cœlestis: quinam tibi, dic, precor, ortus?
Si pars, ut sentis, flatus et ipsa Dei es,
Crimina dum pellas, credam id: namque edita puro
Quæ sit, eam cuncta labe carere decet.
Nam neque sol tenebras edit, nec pneumate pravo
Spiritus exoritur splendidus atque bonus.
Qui rabidus porro tam te quatit hostis et urget,
Spiritus ætherеus cum sit ab axe tibi?

B Namque ope nixa licet tali si vergis ad ima,
Heu! quanta est vitii copia visque tui!
Si non orta Deo es, tibi quæ natura? Verendum
Est animos inflet ne mihi vanus honor.
Plasma Dei, paradisus, Eden, spes, gloria, lex- [que,
Mundum imber delens, igneus imber item.
Legibus a scriptis demum est medicina petita:
Atque Deo Genitus denique factus homo:
Ut patiens nostris ferret medicamina morbis,
Sanctaque nos faceret numina, factus homo.
Sed tamen indomitum est robur mihi: nec secus [atque
Trux aper, in ferrum concitus ipse ruo

Digitized by Google

Τίπτ' ἀγαθὸν βιότοιο; Θεοῦ φάος; Ἀλλ' ἄρα καὶ [τοῦ
Εἴργει με φθονερὴ καὶ στυγερὴ σκοτίη.
Οὐδὲν πλεῖον ἔμοιγε. Τί δ' οὐ πλέον ἐστὶ κακοῖσιν;
Αἴθε γὰρ ἶσον ἔχον, καὶ μάλα περ μογέων!
Κεῖμ' ὀλιγοδρανέων· τάρβος δέ με θεῖον ἔκαμψε·
Τέτρυμ' ἠματίαις φροντίσι καὶ νυχίαις.
Οὗτος ὁ βρισαύχην με καὶ ὕπτιον ὦσεν ὀπίσσω,
Λὰξ ἐπέβη. Σὺ δέ μοι δείματα πάντα λέγε,
Τάρταρον ἠερόεντα, πυριφλεγέθοντας, ἱμάσθλας,
Δαίμονας, οἳ ψυχῶν πράκτορες ἡμετέρων.
Μῦθος ἅπαντα κακοῖσι, τὸ δ' ἐν ποσὶ μοῦνον [ἄριστον·
Οὐδὲν ἐπιστρέφεται τῆς βασάνου κακίη.
Λώϊον ἦν ἀλιτροῖσιν ἐς ὕστερον ἔμμεν' ἄτιτα,
Ἢ ἐμὲ νῦν κακίης πήμασιν ἀσχαλαᾶν.
Ἀλλά τί μοι, βροτέων τί δέ μοι τόσον ἄλγε' ἀείδειν;
Ἡμετέρης γενεῆς πᾶσιν ἔπεστιν ἄχος.
Οὔ μοι χθὼν ἀτίναχτος, ἅλα κλονέουσιν ἀῆται.
Ὧραι δ' ἀλλήλαις εἶξαν ἐπεσσύμεναι.
Νὺξ ἦμαρ κατέπαυσε, τὸ δ' ἤχλυσεν ἠέρα χεῖμα.
Ἀστρασιν ἠέλιος, ἠελίῳ δὲ νέφος
Κάλλος ἀπημάλδυνε, παλίζωος δὲ σελήνη·
Αὐτὰρ ὅγ' ἡμιφανὴς οὐρανὸς ἀστερόεις
Καὶ σύ ποτ' ἀγγελικοῖσιν, Ἑωσφόρος, ἦσθα χοροῖσι,
Βάσκανε, νῦν δ' ἔπεσες αἴσχος ἀπ' οὐρανίων

A

95 Ecquod vitæ bonum? Dei lux? sed ab illa
Arcent me invidiæ et odio dignæ tenebræ.
Nulla ad me utilitas redit. Ecquod est in quo non me superent mali:
Utinam enim illis æqualis essem, quamvis valde laborans!
Jaceo languidus: metus me divinus percussit:
100 Conficior diurnis ac nocturnis sollicitudinibus.
Ille me superbus supinum impulit retro,
Et calcibus protrivit. Tu vero mihi narra omnia metuenda,
Nigrum Tartarum, igneos Phlegethontes, flagella
Dæmones animarum nostrarum carnifices.
105 Fabula omnia improbis, et quod ante pedes positum, id optimum.
Nihil profecto mutatur propter tormenta improbitas.
Satius esset improbos in posterum esse impunitos,
Quam me nunc nequitiæ pœnas deflere.
Sed quid mihi, quid tantopere necesse est mortalium ærumnas canere?
110 Generis nostri omnibus mala sunt communia.
Non mihi terra immobilis est: mare agitant venti:
Horæ sibi invicem cedunt depulsæ:
Nox diei finem affert: aerem obscurat tempestas:
Sol astris, soli nebula
115 Decorem auferunt: reviviscit autem luna:
Cœlum stelliferum dimidia sui parte apparet.
Et tu aliquando angelicis choris intereras, Lucifer
Invide, nunc autem probrum e cœlis cecidisti.

95 *Καὶ τοῦ*. Reg. 992 καὶ τό.

97 *Οὐδὲν πλεῖον ἔμοιγε*. Id est, *nihilo melius mihi est* (ob virtutis studium) *quam aliis; imo meliora omnia impiis eveniunt*. Easdem querelas de impiorum prosperitate in viris sanctis, in Davide et prophetis passim reperies.

101 *Βρισαύχην*. Super lin. Coisl. μεγάλαυχος. Forte ὑψαύχην, *erecta cervice*.

103 *Πυριφλεγέθοντας*. Ita tres Regg. Int. πυρίνου; ποταμούς. Coisl. sup. lin. ποταμοὺς τοῦ ᾅδου. Edit. περιφλεγέθοντας.

106 *Ἐπιστρέφεται*. Reg. 991, sup. lin. αἰσχύνεται, et ad marg. φροντίζει.

107 *Ἄτιτα*. Coisl. sup. lin. ἀτιμώρητα. Int. Coisl. Βέλτιον ἦν τοῖς ἁμαρτωλοῖς τὰς ἐκεῖθεν τιμωρίας διαφυγεῖν, ἢ ἐμὲ νῦν ἀσχαλᾶν καὶ ἀνιᾶσθαι κακοῖς. *Melius esset peccatoribus ævi futuri pœnas effugere,* B *quam me nunc molestiis et ærumnis conflictari*. Billius hoc velle Gregorium putat: *Multo melius actum iri cum peccatoribus, si in hac vita, quæ brevi finem habitura est, cum ipso multas acerbitates perferrent, quam ut ad æternas pœnas reservarentur*. Mallem priorem Billii interpretationem: *Tametsi impii et nefarii homines de hujus vitæ prosperitate sibi gratulentur, me contra miserum existimare soleant, qui multis in vitæ curriculo calamitatibus afficiar; revera tamen præstabilius est magisque expetendum in hac vita excruciari, quam scelerum pœnas in altero ævo expendere.*

111 *Ἄλα*. Ita tres Regg., Coisl. et Chig. Edit. mendose ἀλλά.

112 *Ὧραι*. *Horæ*. Potest etiam intelligi *de anni partibus*.

METRICA VERSIO.

Quodnam hujusce bonum vitæ est? lux; dira ta- [men me
Caligo, invidiæ plenaque, pellit ab hac.
Plus ego nil habeo: quid non malus amplius autem?
Namque utinam saltem pars foret æqua mihi!
Oppressus jaceo: divinus me timor angit,
Conficior curis nocte dieque miser,
Me sternit, pedibusque terit vir quisque super- [bus,
Segnisque; ac mihi tu, quæ metuenda, refer.
Tartara nigra nimis, Phlegethontes, verbera dira,
Dæmonas obscenæ carnificesque animæ.
Cuncta mali hæc rident, et amant præsentia tantum;

C

Non curat pœnas gens scelerata graves.
Utilius pravis esset post funera pœnas
Non dare, quam pœnas hic dare me sceleris.
Ast hominum quid ego, quid nostræ incommoda gentis
Colligo? Res plane nulla dolore vacat.
Non terra intrepida est, quatitur sed turbine venti,
Inque vicem cedunt tempora prompta sibi.
Nox tegit atra diem, tempestas æthera fuscat:
Astrorum obscurat sol radiansque decus.
Sol tegitur nebulis, redivivaque luna resurgit:
Dimidiaque polum parte sui latitat.
Angelicos etiam cœtus, tu Lucifer, inter
Qui fueras, supera lapsus es arce miser.

Digitized by Google

Ἵλαθί μοι, βασίλεια κεδνή, Τριάς, οὐδὲ σὺ παμπαν
120 Γλῶσσαν ἐφημερίων ἔκφυγες ἀφραδέων.
Πρόσθε Πατὴρ, μετέπειτα Πάϊς μέγας, αὐτὰρ ἔπειτα
Πνεῦμα Θεοῦ μεγάλου, βάλλετ' ἐπεσβολίαις.
Ποῖ στήσεις με φέρουσα κακοφραδὲς ἔνθε μέριμνα;
Ἴστασο. Πάντα Θεοῦ δεύτερα. Εἶκε λόγῳ.
125 Οὐ δέ με μαψιδίως τεῦξεν Θεός. Ἔμπαλιν ὠδῆς
Ἴσταμαι· ἡμετέρης τοῦτ'-ὀλιγοφρενίης.
Νῦν ζόφος, αὐτὰρ ἔπειτα λόγος, καὶ πάντα νοήσεις,
Ἢ Θεὸν εἰσορόων ἢ πυρὶ δαπτόμενος.
Ὡς μοι ταῦτ' ἐπάεισε φίλος νόος, ἄλγος ἔπεσσεν.
30 Ὀψὲ δ' ἀπὸ σκιεροῦ ἄλσεος οἶκαδ' ἔβην,
Ἄλλοτε μὲν γελόων ἐτερόφρονα, ἄλλοτε δ' αὖτε
Κῆρ ἄχεϊ σμύχων, μαρναμένοιο νόου.

A ΙΕ'. *Περὶ τῆς τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου εὐτελείας.*

Τίς γενόμην; τίς δ' εἰμί; τί δ' ἔσσομαι οὐ μετὰ δηρόν;
Πῆ δὲ φέρων στήσεις πλάσμα μέγ', Ἀθάνατε,
Εἴ τι μέγ', ὡς μὲν ἔγω γε ὄϊομαι, οὐδὲν ἐόντες.
Ὀφρὺν μαψιδίως τείνομεν ἠμέριοι.
5 Εἰ τόδε μοῦνον ἔοιμεν, ὅσον πλεόνεσσι πέφανται,
Ζωῆς δ' ὀλλυμένης, μηδὲν ἔχοιμι πλέον.
Πόρτις μὲν διάλυξεν ἐὸν κευθμῶνα τεκούσης,
Καὶ σκαίρει, γλυκερόν τ' οὔθαρ ἀνακραδάει.
Καὶ τριετὴς ζυγὸν ἦρε, καὶ εἵρυσεν ἄχθος ἀπήνης,
10 Αὐχένα δ' αὐχενίῳ κάρτεϊ μίξε μέγαν.
Νεβρὸς δ' αἰολόδερμος, ἐπὴν διὰ γαστρὸς ὀλισθῇ,
Αὐτίκα μητρὸς ἑῆς πὰρ ποδὶ θῆκε πόδα,

Propitia mihi sis, Trinitas, venerandum regnum : ne tu quidem
120 Linguam hominum insipientium effugisti.
Primo Pater, deinde magnus Filius, tum postremo
Spiritus magni Dei, conviciis impugnatur.
Quo me tandem hinc abreptum feres, inconsulta sollicitudo?
Desine. Deo omnia inferiora. Cede verbo.
125 Non me frustra Deus formavit. Hic jam carmen
Retexo : hæc pusillo animo nostro tribuenda sunt.
Nunc tenebræ : rursus postea ratio, et omnia perspicies,
Aut Deum videns, aut igne cruciatus.
476 477 Postquam hæc mihi cecinit amica mens, dolorem concoxi.
130 Sic sero e nemore umbroso domum redii,
Nunc quidem me irridens, quod aliter sensissem ; nunc rursus
Cor mœrore macerans, mente secum pugnante.

XV. *De exterioris hominis vilitate* *.

Quis natus sum? quis sum? quis abhinc non longe futurus sum?
Ubi statues magnum tuum figmentum, o Immortalis!
Si quid tamen magnum est, ut equidem arbitror, cum nihil simus,
Frustra supercilium homines tollimus.
5 Si id tantum simus, quod plerisque apparet,
Amissa vita, nihil amplius habebo.
Vitulus e matris suæ utero exsilit,
Et saltat, et dulcia premit ubera.
Triennis jugum subit, et pondus plaustri trahit,
10 Cervicemque magnam collari inserit.
Hinnulus varia pelle, ubi ex alvo cecidit,
Statim matris suæ pedi pedem jungit,

* Alias Bill. 15, pag. 88.

123 *Ποῖ*. Schol. Ποῦ με φέρουσα στήσεις, ὦ κάκιστα βουλευομένη μέριμνα; ἐνταῦθα στῆθι. Iis verbis velut suam temeritatem reprimit, quod ausus sit Trinitatem, quæ ab omni injuria immunis est, in earum rerum classem adjungere, quæ variis incommodis atque injuriis pateat. Ibid. κακοφραδές. Reg. 991. Coisl. sup. lin. κακόβουλε. Mox ἔνθε. Duo Regg. et Coisl. ἔνθα.

125 *Ἔμπαλιν ὠδῆς ἴσταμαι*. Int. Coisl. παραφρονῶν λαλῶ τῶν πρώην εἰρημένων ἀντίρροπα.

Argumentum. *Postquam superiore carmine*, inquit Cyrus in argumento hujus carminis, *de humana natura ea, quæ convenire videbantur, exposuit Gregorius, nunc ærumnas et vilitates, ac miserias, quæ eam comitantur, enumerat atque exaggerat, sicque arrogantiam hominum, fastum et insolentiam comprimit. Extremis vitæ Gregorii temporibus conditum videtur hoc carmen.*

3 *Οὐδὲν ἐόντες*. Reg. 990 et Chig. ἐόντας.

METRICA VERSIO.

Quod dicam, rogo, sancta Trias, ignosce : pepercit
Hæretici prorsus nec fera lingua tibi.
Ante Pater rabidæ sensit convicia linguæ :
Post Genitore satus, Spiritus atque sacer.
Quo tandem, vesana, feres me, cura? gradum jam
Siste. Deo cedunt omnia, cede λόγῳ.
Me Deus haud frustra fecit ; mea verba retexo.
Stulta nimis sunt hæc, quæ mihi dicta prius.
Nunc tenebræ, post hæc ratio, tumque omnia nosces,
Perpetiens flammas, conspiciensve Deum.
Hoc mea conceptum coxit sermone dolorem
Mens mihi ; sic redii, luce cadente, domum :
Nunc secus affectos ridens, nunc pectora luctu
Confectus, pugnas mente ciente graves.

B XV. DE EXTERNI HOMINIS VILITATE, AC PRÆSENTIUM RERUM VANITATE. (*Billio interprete.*)

Quis prius ipse fui? quis sum, quis mox ero, magnum.
Figmentum ipse feres quo, bone Christe, tuum?
Si modo quid magni est : namque, ut reor ipse, superbum,
Nil cum sit, frustra tollit in alta caput :
Si tantum hoc esset quod cernitur, ac perituram
Post vitam hanc nullas prorsus haberet opes.
Namque utero excessit vitulus simul atque parentis,
Saltat, et impatiens ubera plena premit :
Cervicemque jugo, cum tres pervenit ad annos,
Subjicit, et magno plaustra labore trahit.
Maternaque etiam quam primum exivit ab alvo
Hinnulus, huic jungit protinus ipse pedem.

Digitized by Google

Φεύγει δ' ὠμοβόρους τε κύνας, καὶ ἵππον ἐλαφρὸν,
Καὶ λόχμης πυκινῆς κεύθεται ἐν λαγόσιν.
Ἄρκτοι δ', οὐλομένων τε συῶν γένος, ἠδὲ λέοντες,
Τίγρις τ' ἠνεμόεις, παρδαλίων τε μένος,
Αὐτίκα φρίξεν ἰδόντα· ἐπὴν κε σίδηρον ἴδηται,
Φρίξεν, καὶ κρατεροὺς ἄλτ' ἐπὶ θηρολέτας.
Ἄρτι δέ τ' ἄπτερος ὄρνις, ἐΰπτερος οὐ μετὰ δηρὸν,
Ἠέρα δινεύει πολλὸν ὑπερθε δόμου.
Ξουθὴ δ' αὖτε μέλισσα λίπε σπέος, οἶκον ἔτευξεν
Ἀντίθετον, γλυκεροῦ πλῆσε γόνοιο δόμον.
Πάντα δέ τ' εἴαρός ἐστιν ἑνὸς πόνος, αὐτομάτη δὲ
Πᾶσι τροφὴ, γαίης δαῖτα χαριζομένης.
Οὐ πόντον τέμνουσιν ἀπηνέα, οὐκ ἀρόουσιν,
Οὐ ταμίαι κείνοις, οὐδὲ κυπελλοφόροι.
Καὶ πτερὸν ὄρνιν ἔθρεψε ταχὺν, καὶ ἄγκεα θῆρα,
Βαιὰ πονησαμένους, φροντὶς ἐπηματίη.
Λὶς δὲ μέγας καὶ θῆρα τὸν ἔκτανεν, ὥσπερ ἄκουσα,
Λάψας, δαιτὸς ἐῆς λείψαν' ἀποστυγέει.
Ἄλλοτε μὲν δαίσαθ' ἑτερήμερος, ἄλλοτε δ' αὖτε
Λάψε ποτὸν, βριαρῶς γαστέρι μέτρα φέρων.
Τοσσάτιον κείνοισιν ἀμοχθότερος βίος ἐστί·
Πέτρη καὶ κλαδεὼν, οἶκος ἀεὶ σχέδιος
Ἀρτεμέες, κρατεροὶ, περικαλλέες· ἦν δὲ δαμάσσῃ
Νοῦσος, ἀπενθεῖς ἄλκιμον ἄσθμα λίπον.
Οὐ γοεροῖς μελέεσσι περισταδὸν, ἄλλοθεν ἄλλος,
Μύροντ', οὐδὲ φίλοι κέρσαν ἄπο πλοκάμους.
Εἶπω μείζονα μῦθον· ἀταρβέες ἐνθάδ' ὅλοντο,
Οὐδὲν ὑποτρομέει θὴρ κακὸν, εὖτε θάνῃ.

Fugitque crudivoros canes et velocem equum,
Atque in densi nemoris latebris absconditur.
Ursi, et truculentorum aprorum genus, leones,
Tigris ventos assequens, et pardorum vis,
Statim ac ferrum vident, horrent arrigentes jubam
Horrent ac in fortes insiliunt venatores.
Avis primum implumis, deinde non multo post pennis instructa,
Aerem secat supra nidum evecta.
Apis flava, relicto specu, domum struit
Quadratam, eamque dulci fetu implet.
Sunt autem hæc omnia unius veris labor, ac sua sponte
Nascitur iis cibus, terra dapes suppeditante :
Non pontum immitem secant, non arant ;
Nulli illis promicondi, nulli pincernæ :
Celerem avem penna nutrit, et feram valles,
Levis illis labor, diurna sollicitudo.
Magnus leo etiam feram, quam occidit, postquam, ut audivi,
Dilaniavit, cibi sui reliquias aversatur.
Interdum alternis diebus cibum sumit,
Alternis aquam, fortiter ventri modum imponens :
Adeo illis non laboriosa vita est :
Petra et rami domus sunt semper paratæ.
Sani, robusti, pulchri : si domuerit
Morbus, sine luctu validum spiritum relinquunt.
Non lugubri carmine circumstantes, aliunde alius,
Lamentantur, nec crines vellunt amici.
Eloquar majus quidpiam : impavidi hic pereunt,
Nec malum ullum expavescit fera, cum moritur.

20 *Ἠέρα*. Sic tres Regg. et Coisl. Edit. ἠέρεα.
21 *Ξουθὴ*. Reg. 39, ad marg., ξανθὴ.
22 *Ἀντίθετον*. Int. Coisl. ἐξ ἀντιθέτων πλευρῶν, *ex oppositis lateribus*.
25 *Τέμνουσιν*. Sic Coisl. cum tribus Regiis. Edit. τέμνουσι. Mox, pro ἀρόουσι, quod sequitur, Regg. plures habent ἀρόωσι.
26 *Κυπελλοφόροι*. Coisl. Int. ποτηροφόροι.
29 *Θῆρα*. Tres Regg., Coisl. et Vat. θῆρας.
30 *Λάψας*. *Leviter degustata*. Combef.
33 *Ἀμοχθότερος βίος*. Coisl. πόνος, et sup. lin. βίος. Int. τοσοῦτον κείνοις ὁ πόνος ἐστὶν ἐλαφρότερος, καὶ ὁ βίος ἀμοχθότερος.
35 *Ἀρτεμέες*. Duo Regg. ἀρτεμέεις.
36 *Ἀπενθεῖς*. Edit. νηπενθεῖς. Ut stet metrum, legendum forsitan esset ἀπενθήτοις, nisi supponatur duas fieri syllabas ex diphthonga εἶς. Caillau.
40 *Οὐδέν*. Sic Coisl. et tres Regg. Edit. κοὐδέν.

METRICA VERSIO.

Crudivorosque canes, et equos fugit alite cursu,
Se nemoris densi proripit inque sinum.
At truculentus aper, pardusque, ursusque, leoque,
Et tigris, vento non levitate minor,
Ut ferri cernunt aciem, juba protinus ipsis
Horret, in hostilem prosiliuntque manum.
Quin avis implumis primum, mox prædita pennis,
Ætheris immensi læta per alta volat.
Antro rursus apis condit sibi tecta relicto,
Adversamque implet sedula melle domum.
Hæc cuncta unius veris labor. Omnibus autem
Perfacilem tellus sponte dat alma cibum.
Æquora nec sulcant, nec scindunt arva, nec illis
Pocula fert quisquam, suppeditatque cibos.
Pennæ avibus, silvæque feris alimenta ministrant :
Hos labor exiguus, cura diurna tenet.
Ac leo cum præda ventrem exsaturavit, ut aiunt,
Cœnæ relliquias horret adire suæ.
Alternis sumitque cibos persæpe diebus,
Alternis (ventri sic moderatur) aquam.
Usque adeo minus his dura est atque aspera [vita !
Pro domibus ramos, antraque semper habent.
Intrepidi, fortes, pulchri ; si morbus eosdem
Opprimat, haud tristes mors inamœna rapit.
Non alii atque alii lugubria carmina fundunt :
Non sibi mœsta comam vellit amica cohors :
Denique, quod majus, pereunt formidinis omnis
Expertes ; fera nil mortua namque timet.

Digitized by Google

Ἆθρει καὶ μερόπων δειλὸν γένος, ὥς κε τόδ' εἴπῃς,
Ἦ ῥ' ἐτεὸν μερόπων οὐδὲν ἀκιδνότερον.
Ῥοιῆς μὲν γόνος εἰμὶ, μόγῳ δέ με γείνατο μήτηρ.
Ἐθρέφθην πολλοῖς καὶ στυγεροῖς καμάτοις.
Ἀγκὰς ἔχεν μήτηρ με, γλυκὺν πόνον· αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖαν ἐπεξεόμην, ἄλγεσι τειρόμενος.
Ἔνθεν ἔβην τετράκωλος ἐπ' οὖδος. Ἔνθεν ἀέρθην
Ἴθμασιν ἐν τρομεροῖς, κλεπτόμενος παλάμαις.
Ἔνθεν νοῦν ὑπέλαμπον ἀναυδέος ἴχνεσι φωνῆς.
Ἔνθεν δ' αὖ μύθων δάκρυσ' ὑφ' ἡγεμόσιν.
Εἰκοσέτης συνάγειρα μένος, καὶ πήμασι πολλοῖς
Πρόσθεν ὑπηντίασα, ὥς τις ἀεθλοφόρος.
Ἄλλα μὲν ἔστιν ἐμοί γε· τὰ δ' ὤχετο, τοῖς δὲ μογήσεις,
Εὖ τόδ', ἐμὴ ψυχή, ἴσθι, περῶσα βίον,

Inspice hominum miserum genus, ut dicas,
Certe hominibus nihil debilius.
Fluxus quidem sum proles : magno labore me genuit mater.
Nutritus sum multis gravibusque laboribus.
Ulnis gestavit me mater, onus dulce : deinde
Terram radebam doloribus confectus.
Postea ingrediebar solo ut quadrupes. Tum erectus steti,
Vestigiis vacillantibus, furtim nixus alienis manibus.
Inde mens sublucere cœpit signis inconditæ vocis.
Post hæc lacrymas fudi sub liberalium artium magistris.
Vicesimo ætatis anno vires collegi, atque in multas calamitates
Obvias incidi, ut quidam pugil.
Alia quidem me premunt : hæc effluxere : allis autem vexaberis,
Id bene scito, anima mea, trajiciens hanc vitam,
Tractum infidissimum, fluxum ferum, æstum maris,
Hinc atque hinc frequentibus ventis ferventem.
Multum quidem stultitia exagitor ; sed alia dæmon
Vitæ nostræ hostis mala attulit.
Etenim si omnia bona, omniaque vitæ mala
Appenderis, æqua examina trahens,
Multum certe præponderans malorum lanx ad terram verget,
Contra vero bonorum lanx sursum feretur.
Pugna, mare, terra, labor, prædones viri,
Possessio, tributi scribæ, exactores, clamosi præcones,
Rhetores, libri, judices, princeps homo scelestus,
Omnia hæc miseræ hujus vitæ sunt ludibria.
Inspice et quæ jucunda : saturitas, gravitas corporis, cantus, risus
Sepulchrum fetidis semper refertum cadaveribus,

Ὑλκὸν ἀπιστότατον, ῥόον ἄγριον, οἶδμα θαλάσσης,
Τῇ καὶ τῇ πυκινοῖς πνεύμασι βρασσόμενον.
Πολλὰ μὲν ἀφραδίῃσι τινάσσομαι· ἄλλα δὲ δαίμων
Ζωῆς ἡμετέρης ἤγαγεν ἀντίπαλος.
Εἰ γάρ κεν ὅσα τερπνὰ καὶ ὁππόσα λυγρὰ βιοῖο
Ἀντιταλαντεύοις, μέσσα τάλαντ' ἐρύων,
Πολλόν κεν βρίθουσα κακῶν ἐπὶ γαῖαν ἵκοιτο
Πλάστιγξ, ἡ δ' ἀγαθῶν, ἔμπαλιν ὕψι θέοι.
Δῆρις, πόντος, ἄρουρα, μόγος, λῃΐστορες ἄνδρες,
Κτῆσις, δασμογράφοι, πράκτορες, εὐρυβόαι,
Ῥητῆρες, βίβλοι τε, δικασπόλοι, ἀρχὸς ἀλιτρὸς,
Πάντα τάδ' ἐστὶ βίου παίγνια λευγαλέου.
Δέρκεο καὶ ὅσα τερπνά· κόρος, βάρος, ἆσμα, γέλωτες,
Τύμβος ἀεὶ πλήρης μυδαλέων νεκύων,

Tum vero adversum studeo transmittere flumen :
Atque maris fluctus, quos gravis aura quatit.
Ac mea me multum exagitat dementia : rursum
Multa vehit dæmon, qui mihi bella movet.
Nam si cum lætis perpendas tristia vitæ,
Ac libræ lances æquus utrasque trahas :
Protinus in terram verget depressa malorum
Lanx : jucunda tenens rursus at alta petet.
Pugna, mare, et tellus, durus labor, atque latrones :
Tristia quique gravi voce tributa legunt :
Causidici, libri, præfectus, præses iniquus :
Hæc secum infelix ludicra vita trahit.
Dulcia jam numera : ingluvies, et cantica, risus,
Urna nitens fœdis plena cadaveribus,

42 *Ἦ ῥ' ἐτεὸν μερόπων.* Alludit ad istud Homeri *Odyss.* VII, 12 :

Οὐδὲν ἀκιδνότερον γαῖα τρέφει ἀνθρώποιο,
Πάντων ὅσσα τε γαῖαν ἐπιπνέει τε καὶ ἕρπει.
Nullum infirmius homine alit terra
Ex omnibus quæ in orbe spirant et serpunt.

43 *Ῥοιῆς μὲν γόνος.* Tres Regg., Chig. et Vat. ῥοιῆς ἔκγονος. Carm. præc. vers. 75, ῥεῦσις γάρ μ' ἐφύτευσεν.

50 *Μύθων δάκρυσ'.* Schol. ἔπειτα λόγων ἡγεμόσιν πιστευθεὶς, ἐδάκρυσα πληγείς. *Post hæc artium liberalium magistris traditus, flevi verberibus cæsus.*

61 *Πολλόν.* Sic duo Regg. et Coisl. Edit. πολλῶν.

63 *Μόγος.* Sic Regg. 39, 990, 993, Chig., Coisl. et Vat. Edit. μόρος.

65 *Δικασπόλοι.* Vat., Coisl. et Reg. 990, δικασπόλος.

68 *Τύμβος.* Hæc Cyrus intelligit de magnificorum exstructione sepulcrorum ; Billius vero de aqualiculo cibis distento ; vel de externo splendore, sub quo persæpe impurissima et flagitiosissima vita delitescit. Alludit ad sepulcra dealbata, de quibus Do-

METRICA VERSIO.

Jam nostrum mihi cerne genus, dicesque profecto:
Debile gente hominum nil magis esse queat.
Fluxus me genuit, mater me protulit ægre :
Nutriit ingenti cumque labore diu.
Ulnis me primum gestavit (dulce onus), at post
Non sine tormento pes mihi rasit humum.
Tellurem hinc quadrupes trivi : mox corpore recto
Expandi tremulis gressibus ipse manus.
Obscure ostendit vox hinc incondita mentem :
Im fletu exseruit post duce sermo suam.
Quina quater firmum robur mihi contulit æstas,
Ac pugilis duri plurima more tuli.
Altera nunc patior : fluxerunt altera : vita
Altera trajiciens, mens, freta sæva, feres.

Ἕδνα, γάμος, γάμος ἄλλος, ἐπὴν ὁ πρόσθεν A [δλῆται,
Μοιχοί, μοιχολέται, παῖδες ὕποπτον ἄχος,
Κάλλος φίλτρον ἄπιστον, ἀτάρβητον κακὸν αἶσχος,
Φροντίδες εὐτεκνίης, ἄλγεα δυστεκνίης,
Πλοῦτος καὶ πενίη δισσὸν κακὸν, ὕβρις, ἀνίη,
Σφαῖρα νέων παλάμαις ἀνταποπεμπομένη.
Ταῦτ' οὖν εἰσορόων, φρένα δάπτομαι, εἴ τις ἄριστον
Οἴεται, ᾧ τὸ κακὸν πλεῖον ἀρειοτέρου.
Οὐ δακρύεις ἄϊων ὁπόσ' ἄλγεα καὶ προτέροισιν;
Οὐκ οἶδ' εἰ δακρύσεις, ἢ γελάσεις ἀΐων.
Ἄμφω καὶ πινυτοῖσιν ἐφήρμοσε ταῦτα πάροιθεν

Τῷ μὲν κλαυθμὸς ἔην κἀνθάδε, τῷ δὲ γέλως, B
Ὡς Τρῶες καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες,
Δῄουν ἀλλήλους εἵνεκα πορνιδίου.
Κουρῆτές τ' ἐμάχοντο καὶ Αἰτωλοὶ μενεχάρμαι,
Ἀμφὶ συὸς κεφαλῇ, θριξί τε χοιριδίαις.
Αἰακίδαι μέγ' ἄεισμα, θάνον γε μὲν, ὃς μὲν ἐπ' [ἐχθροῖς
Μαινομένῃ παλάμῃ, αὐτὰρ ὁ μαχλοσύνῃ.
Ἀμφιτρυωνιάδαο μέγα κλέος· ἀλλὰ δαμάσθη
Εἵματι σαρκοφάγῳ κεῖνος ὁ παντολέτης.
Κῦροί τε Κροῖσοί τε κακὸν μόρον οὐχ ὑπάλυξαν,
Οὐδὲ μὲν ἡμέτεροι χθιζὸν ἄνακτες ὅσοι.

480-481 Sponsalia, nuptiæ, aliæ nuptiæ, si primæ solvantur,
70 Adulteri, adulterorum interfectores, filii suspectus dolor (parentum)
Pulchritudo, amor infidus; expers timoris malum, deformitas;
Cura egregiæ prolis, dolor de improba:
Divitiæ et paupertas, duplex malum, insolentia, mœror,
Pila juvenum manibus utrinque retorta.
75 Hæc igitur inspiciens mente discrucior, si quis optimum
Existimat, quod plus habet mali quam boni.
Nonne luges audiens quot fuerint mala priscis hominibus?
Nequidem scio, an audiens lacrymaturus, an risurus sis.
Hæc quidem olim et duobus sapientibus convenere:
80 Uni quidem hæc omnia luctus, alteri vero risus erant,
(Cogitantibus) quomodo Trojani et Græci alteri in alteros ruentes
Sese mutuo truncarent propter meretriculam.
Curetes quoque pugnabant et Ætoli bellicosi
De apri capite, setisque porcinis.
85 Æacidæ formosissimi periere, alter inter hostes
Furibunda manu, alter vero incontinentia.
(Herculis) Amphitryoniadæ magna est gloria; attamen domitus est
Veste virulenta omnium monstrorum domitor.
Cyrus et Crœsus triste fatum non effugerunt,
90 Nec nostri quidem, qui heri imperatores erant.

minus loquitur in Evangelio, quæ extrinsecus pulchra apparent, cum intus plena sint ossibus mortuorum (*Matth.* XXIII, 25).

70 Ὑποπτον ἄχος. Semper enim in suspicione versantur ac metuunt parentes, ne quid mali accidat filiis. Ita Cyrus. Potest etiam, inquit Billius, hæc suspicio ad parentum zelotypiam, qua fit ut nonnunquam metuant ne alienos liberos pro suis alant.

73 Ὕβρις, ἀνίη. *Insolentia* ad divitias, *mœror* ad paupertatem refertur a Cyro.

74 Ἀνταποπεμπομένη. *Missa, remissa.*

76 Ὧ. Chig. ὡς. Mox Vat. pro ἀρειοτέρου habet ἀρειότερον.

77 Ὁπόσ'. Regg. duo, Chig. et Vat. ὅσσ'.

81 Θορόντες. Regg. duo θορῶντες.

83 Κουρῆτες. Hic versus ex Homero sumptus est, *Iliad.* IX, 525, ubi narrat Phœnix, quomodo circa apri Calydonii caput inter Curetes et Ætolos gravissimum prælium commissum fuit. Bill.

85 Αἰακίδαι. Coisl. Int. Αἰάκου ἀπόγονα, *Æaci nepotes.* Non semel Homerus, ut bene Suidas observat, Æacida vocat Achillem. Billius de Agamemnone, quem Gregorius, lapsus memoria, ut putat, Æacidem appellat, exponit. Minime vero probabile est, Gregorium in libris et historiis Græcorum versatissimum, hic lapsum memoria, atque Agamemnonem cogitasse et errore Æacidem vocasse. D. Gaulyer censet Gregorium de duobus Ajacibus, altero Telamonis, altero Oilei filio loqui. De posteriori, cujus meminit Virgilius, *Æneid.* lib. I, v. 40, Gregorius videtur verba facere.

87 Ἀμφιτρυωνιάδαο. Sic duo Regg. et Chig. Hercules, cum Nessi sanguine tinctam vestem induisset, totus statim exarsit, miserequeinteriit. Trag. Senec., *Hercules furens.* Edit. Ἀμφιτρυονιάδαο.

91 Ἄσγετε. Chig. ἄσχετον.

METRICA VERSIO.

Dos, hymen, exstincta repetitaque tæda priore:
Mœchus, qui mœchi sanguine tingit humum,
Edita progenies turbat cruciatque parentem:
Ipsiusque animum suspicione premit.
Infidum illicitum decor est; ignobilis autem
Forma malum est, omni quod caret usque [metu.
In cura est, soboles quem fecit pulchra parentem:
Qui genuit pravos, hunc dolor acris habet.
Fastum divitiæ, mœrorem gignit egestas:
Sphærula quæ pueris mittitur atque redit.
Hæc igitur cernens, crucior, vita optima cuiquam
Si censetur, habet quæ mala plura bonis
Non fles quæ passi veteres quoque sunt mala? Risu

Dignane sint, lacrymis an magis, addubites. B
Olim namque sophis quadrarunt ista duobus:
Illi fletus, at huic omnia risus erant
Horrida miscebant certamina, seque necabant
Argivi, atque Phrygum, pro meretrice, phalanx.
Aspera Curetes Ætolis bella movebant,
Pro capite, agrestis crinibus atque feræ.
Æacidæ celebres: sese tamen ille peremit
Vesanus: mœchi est cæsus at iste manu.
Herculis est ingens nomen: nam cuncta domabat;
Carnivoris periit vestibus ille tamen
Aspera non Cyris, non Crœsis Parca pepercit:
Hisque etiam, nuper sub quibus orbis erat.

Digitized by Google

Καί σε, δρακοντιάδη, μένος ἄσχετε, ὤλεσεν οἶνος,
'Ηνίκ', 'Αλέξανδρε, γαῖαν ἐπῆλθες ὅλην.
Τί πλέον ἐν φθιμένοισιν; ἴη κόνις, ὀστέα μοῦνα,
"Ηρως 'Ατρείδης, "Ιρος ἀλητοβόρος.
Κωνσταντῖνος ἄναξ, θεράπων ἐμός· ὅστις ἄνολβος,
"Οστις ἐριπτήμων· ἐν πλέον ἐστὶ τάφος.
Καὶ τὰ μὲν ἐνθάδε, τοῖα· τὰ δ' ἄλλοθι, τίς κεν ἐνίσποι·
'Οππόσα τοῖς ἀδίκοις ὕστατον ἦμαρ ἄγει,
Πῦρ βρομέον, σκότος αἰνόν, ἀπόπροθι φωτὸς ἐοῦσι
Σκώληξ, ἡμετέρης μνῆσις ἀεὶ κακίης.
Λώϊον, εἰ βιότοιο πύλας, κακέ, μὴ σὺ πέρησας,
Εἰ δ' ἐπέρησας, ἅλος, θήρεσιν ἶσα, λύθης,
"Η ὅτε κάνθάδ' ἔχεις τόσσ' ἄλγεα, καὶ μετόπισθεν
Ποινὴ χειροτέρη τῶν ὅσα ἐνθάδ' ἔχεις.
Ποῦ μοι πρωτογόνοιο μέγα κλέος; ὤλετ' ἔδωδῇ.
Ποῦ Σολομὼν πινυτός; ἀλλὰ γυναιξὶ δάμη.
Ποῦ δὲ δυωδεκάδος συναρίθμιος ἦν, ὅτ' Ἰούδας;
Κέρδεος ἀντ' ὀλίγου ἀμφεχύθη σκοτίην.
Χριστὲ ἄναξ, λίτομαί σε, κακῶν ἄκος αὐτίκ' ὀπάζοις,
"Ενθεν ἀναστήσας σῷ θεράποντι, μάκαρ.
"Εν μόνον ἀνθρώποισι καλὸν καὶ ἔμπεδόν ἐστιν,
'Ελπίδες οὐράνιαι, τοῖς ὀλίγον τι πνέω.
Τῶν δ' ἄλλων ἀγαθῶν πουλὺς κόρος. "Οσσ' ἐπὶ γαίης
Σύρετ', ἐφημερίοις πάντα λιπεῖν ποθέω·
Πάτρην, ἀλλοδαπήν τε, θρόνους, καὶ ἀπόθρονον εὖχος,
'Εγγύθεν, ἀλλοτρίους, εὐσεβέας, κακίους,
'Αμφαδίους, λοχόωντας, ἀβάσκανον ὄμμα φέροντας,
Αὐτοφόνῳ κακίῃ ἔνδοθι τηκομένους.
"Αλλοις τερπνὰ βίοιο· ἐγὼ δὲ πρόφρων ὑπαλύξω.
Οἴμοι τοῦδε βίου πήμασι μακροτέρου!

Te quoque, Anguigena, insuperabili robore, perdidit vinum,
Alexander, cum universum orbem peragrasses.
Quodnam discrimen inter mortuos? idem pulvis, ossa sola,
Heros Agamemnon et Irus qui polenta pascebatur.
Constantinus imperator, et famulus meus; quisquis pauper,
Quisquis multa possidens: unum solum secernit sepulchrum.
Et quidem res in hac vita tales: quales vero in altera, quis dixerit?
Quanta mala iniquis dies extremus sit adducturus,
Ignis crepitans, graves tenebræ, longe a luce constitutis
Vermis, nostræ sempiterna recordatio malitiæ.
Melius (tibi fuisset) improbe, si vitæ portas ingressus non esses,
Vel si ingressus, totus, perinde ac feræ, interiisses,
Quam, cum hic tantos dolores habeas, postea etiam
Majores dare pœnas his quas hic dedisti.
Ubi mihi primi parentis magna gloria? ésca periit.
Ubi Salomon tam sapiens? a mulieribus superatus est.
Ubi ille qui duodecim apostolis connumeratus erat, Judas?
Exiguum ob lucrum circumfusus est tenebris.
Christe rex, oro te, malorum medicinam protinus præbeas,
Inde sublato famulo tuo, benignus.
Unum tantum hominibus bonum et stabile est,
Spes cœlestes, quibus paululum spiro.
Aliorum vero bonorum magnum mihi fastidium. Quæcunque in terra
Volvuntur, hominibus omnia relinquere cupio:
Patriam, externam regionem, thronos, spretique throni gloriam,
Propinquos, alienos, pios, malos,
Apertos, insidiantes, vacuos invidia oculos ferentes,
Sui ipsius carnifice malitia, livore intus contabescentes.
Aliis vitæ voluptates sint: ego vero libens eas relinquo.
Heu mihi, cui præ ærumnis vita est longior!

482-483

96 *Ἐν πλέον ἐστὶ τάφος.* Ita Reg. 39. Sup. lin. Coisl. ἓν πλέον ὑπάρχει τάφος. Magnificentior namque divitibus exstruitur tumulus, ut Coisl. inf. exponit: ἓν ἐν τούτοις τὸ πλέον τάφος μεγαλοπρεπέστερος. Edit. εἷς πλεόνεσσι τάφος.

102 *Εἰ δ' ἐπέρησας.* Vat. εἰ δὲ περήσῃς.

103 *Ἤ ὅτε.* Sic duo Regg. et Chig. Edit. ἢ ὅτι.

106 *Ποῦ.* Sic Reg. 990 et Chig. Edit. οὐ.

117 *Ἀμφαδίους, λοχόωντας. Apertos et occultos insidiatores.*

118 *Αὐτοφόνῳ.* Sic appellat invidiam, quia invidum ipsum conficit.

METRICA VERSIO.

Te quoque, Alexander, victor grassate per orbem
Perdidit immodici copia sumpta meri.
Inter defunctos quidnam est discriminis? ossa:
Et cineres Iri, Tantalidisque pares.
Par Constantino famulus meus, hic ego tantum
Excipio tumulum; dives, inopsque pares.
Atque hic ista quidem: ast alio quæ condit in ævo
Ultima lux pravos, quis memorare queat?
Horrida flamma, gravis caligo, a luce remotis
Vermis, qui memores criminis esse facit.
Non natum esse tibi melius, scelerate, fuisset,
At natum prorsus more perire feræ,
Quam mala tot passum in terris, sævosque dolores,
Post graviora iterum tempus in omne pati;
Laus ubi primigenæ? decus illud perdidit esca.
Doctus ubi Salomon? femina vicit eum.

Ille ubi, legatos quondam inter census, Judas?
Exiguo lumen perdidit ære miser.
Hinc me, Christe pater, educ jam, quæso, malisque,
Queis crucior, medicam protinus affer opem.
Unum homini est, certumque bonum, fixumque, beata
Vita, animus cujus languet amore meus.
Cætera quæ terra volvuntur, nil moror ipse
Amplius; humanis linquere cuncta libet:
Externas simul et terras, patriosque penates,
Atque thronos, spretæ sedis et omne decus:
Externos, consanguineos: probitatis amantes,
Et qui præcipites in scelus omne ruunt:
Perspicuos, tectos: vacuos livore maligno,
Quosque imo rodit pectore livor edax.
Læta habeant alii vitæ: fugiam ipse libenter.
Quam gravibus longa est hæc mihi vita malis!

Digitized by Google

Μέχρι τίνος κόπροισι παρέξομαι; ὡς ἅπαν ἐσθλὸν
Ζωῆς ἡμετέρης, δίστομός ἐστι χάρις,
Δέξασθαι, ῥίψαι τε μετρούμενον ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ.
Βαιὸν λαιμὸς ἔχει, τἄλλα δὲ πάντ' ἀμάρη.
Χεῖμα πάλιν, θέρος αὖθις, ἀμοιβαδὸν εἶαρ [ὀπώρη,
Ἤματα καὶ νύκτες, φάσματα δισσὰ βίου.
Οὐρανός, αἶα, θάλασσα, νεώτερον οὐδὲν ἐμοιγε,
Οὔθ' ὅσα πηκτὰ πέλει, οὔθ' ἃ περιτρέπεται·
Τῶν κόρος. Ἄλλον ἐμοιγε βίον καὶ κόσμον ὀπάζοις·
Τῷ μογέων, πρόφρων πήματα πάντα φέρω.
Αἰ θάνον, εὖτέ με μητρὸς ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἔδησας,
Εὐθὺς ἐμοὶ σκοτίη δάκρυον ἀρχομένῳ!
Τίς βίος; ἐκ τύμβοιο θορὼν, ἐπὶ τύμβον ὀδεύω·

A Ἐκ δὲ τάφοιο, πυρὶ θάψομ' ἀπηλεγέως.
Αὐτὸ δ' ὅσον πνείω, ποταμοῦ ῥόος ὥκα θέοντος,
Αἰὲν ἀπερχομένου, ἐρχομένου τ' ὄπιθεν,
Ἑσταὸς οὐδὲν ἔχοντος· ὅλον κόνις, ὅμματ' ἐμεῖο
Βάλλουσ', ὥς κε θεοῦ τῆλε πέσω φαέων,
Τοίχους δ' ἀμφαφόων, καὶ ἀλώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα,
Ζωῆς τῆς μεγάλης ἐκτὸς ἔχοιμι πόδα.
Τολμήσω τινὰ μῦθον ἐτήτυμον, ὥς ῥα θεοῖο
Παίγνιόν ἐστι βροτὸς, τῶν ἓν, ὅσα πτολίων.
Ἄλλο πρόσωπον ὕπερθεν, ὃ χεῖρ κάμεν· ἦν δ' ἄρ' [ἀερθῇ,
Ἄζομαι, ἐξαπίνης ἐξεφάνην ἕτερος.
Τοῖος ἅπας μερόπων δειλῶν βίος, οἷσι μέμηλεν
Ἐλπὶς ὀνειραίη. Ταῦτ' ἔχετ' εἰς ὀλίγον.

Quousque stercoribus tenebor? vere profecto omnia
Vitæ nostræ bona ancipitem habent voluptatem
Accipere et rejicere demensum, unoquoque die.
Parum quid habet guttur, cætera vero omnia cloaca,
Hiems iterum, æstas rursus, vicissim ver, autumnus,
Dies et noctes, bina vitæ simulacra.
Cœlum, terra, mare, nihil mihi prorsus novum:
Nec quæ fixa sunt (sidera), nec quæ circumferuntur:
Horum mihi satietas. Aliam mihi vitam, et mundum tribue,
Cui laborans, libenter omnes molestias patiar.
Utinam mortuus fuissem, quando me matris in visceribus colligasti,
Et statim mihi tenebræ lacrymas fundere incipienti.
Quæ vita? e tumulo exsiliens ad tumulum curro;
E tumulo autem, igne tumulabor sævissimo.
Hoc autem ipsum, quod spiro, veluti cursus fluvii rapide currentis,
Semper effluentis, retroque influentis,
Nihil stabile habentis: nihil est quam pulvis oculos meos
Feriens, ut procul a Dei splendore excidam,
Parietes attrectans, et huc illucque oberrans,
A magna illa vita pedem retraham.
Audebo verbum aliquod verax dicere; certe Dei
Ludibrium est homo unum ex iis, quæ in urbibus celebrantur.
484-485 Alia quædam externa est larva, quam manus elaboravit; sin autem detrahatur,
Rubore suffundor, alius repente cum appaream.
Talis universa miserorum hominum vita, quibus curæ sunt
Spes somniis similes. His fruimini ad breve tempus.

121 *Παρέξομαι*. Coisl. cum pluribus Regg. παρέζομαι, et sup. lin. παρακάθημαι. *Stercoribus, cibis ingerendis et egerendis assiduus sum.*

122 *Δίστομος χάρις*. Id est, inquit Bill. in notis, *anceps voluptas*, quod intelligit de cibis quos nunc accipimus, nunc vicissim per alvum egerimus.

124 *Ἀμάρη*. Id est, postquam gustus nonnulla voluptate titillatus fuerit, reliqua omnia in eam corporis partem volvuntur, quæ educendis fæcibus a natura destinata est. Bill.

126 *Φάσματα δισσὰ βίου*. His verbis brevissime et luculentissime vitæ vanitatem describit, cum ait nos etiam interdiu perinde ac noctu in somnis rerum umbras amplecti

131 *Αἰ θάνον*. Ita Job x, 18. *Quare de vulva eduxisti me? Qui utinam consumptus essem, ne oculus me videret!*

134 *Πυρὶ θάψομαι. Loquitur in persona peccatoris, pœnas peccatorum post mortem subituri.*

136 *Ὄπιθεν*. Coisl. sup. lin. πάλιν.

142 *Παίγνιον*. Plato, lib. I et VII, *De legibus*, appellat hominem παίγνιον θεῶν, quod præclare dictum fuisse ait Synesius, orat. *De Provid.* Ad illud alludit Gregorius.

143 *Ὑπερθεν*. Coisl. Int. ἐξώτερον.

METRICA VERSIO

Quantisper tandem finis hærebo? Voluptas,
Sunt equidem vitæ commoda cuncta biceps.
Quavis accipiunus luce ejicimusque: cloaca
Cætera, cum guttur paucula cepit, habet.
Bruma, calens æstas, ver, autumnusque vicissim:
Spectra duo vitæ nox simul atque dies.
Cœlum, æquor, tellusque; novum nihil est mihi [prorsus;
Non quæ sunt motu prædita, quæque carent.
Nil moror hæc: alium mihi da, rex optime, mundum,
Propter quem hic prompto tot mala corde fero.
Atque utinam matris me mors rapuisset in alvo!
Nam tenebræ nato mox mihi fletus erat.
Quæ vita hæc! Tumulum a tumulo peto rursus; et ignis

B Post tumulum rursus me tumulabit edax.
Idque ipsum est quod vivo velut rapidissimus amnis:
Qui sursum exoriens semper ad ima fluit
Nam magis haud stabilis vita hæc, quæ pulveris in- [star
Me tenebrat, Christi fax mihi ne rutilet:
Mœnia sed palpans vagor huc illucque, proculque
Ter miser æthereis sedibus ipse cadam
Ludus homo (posita verum formidine dicam)
Numinis est, qualis luditur orbe frequens.
Larva tegit faciem, qua dempta protinus alter
Repperior, subitus tingit et ora rubor.
Talis vita hominum est, quos spes delectat inanis.
Ad tempus teneant, queis lubet, ista breve.

Digitized by Google

Αὐταρ ἐγὼ Χριστοῖο δεδραγμένος, οὔ ποτε λήξω,
Δεσμῶν τοῦδε βίου λυόμενος χθονίου.
Καὶ γὰρ διπλόος εἰμί· τὸ μὲν δέμας ἔνθεν ἐτύχθη·
Τοὔνεκα καὶ νεύει πρὸς χθόνα τὴν ἰδίην.
Ψυχὴ δ' ἔστιν ἄημα Θεοῦ, καὶ κρείσσονα μοίρην
Αἰὲν ἄγαν ποθέει τῶν ὑπερουρανίων.
Ὡς πηγῆς ῥόος ἐστὶν ἐπίδρομος, αἰθόμενον δὲ
Πῦρ ὁδὸν οἶδε μίην ἄτροπον· ἄλλετ' ἄνω.
Ὡς μέγας ἐστὶ βροτὸς, καὶ ἄγγελος· ἦν ἀπ-
[αΐξας,
Ὥσπερ ὄφις, στικτοῦ γήραος, ἔνθεν ἴοι.
Ὦ πάλλεσθ', ἱερῆες· ἐγὼ θάνον. Ὦ καὶ ἀλιτροὶ
Γείτονες, οὐκέτι με φρίξετε, ὡς τὸ πάρος.

Ego vero Christum amplexus, nunquam desistam
A terrenis hujus vitæ vinculis me exuere.
Etenim duplex sum. Hoc quidem corpus a terra conditum est;
Quare vergit ad terram sibi propriam.
Anima autem est flatus Dei, et meliorem partem
Semper valde desiderat cœlestium bonorum.
Sic fontis quidem cursus declivis est, ardens autem
Ignis, qui viam unicam certamque novit, sursum assilit.
Sic magnus est homo, imo angelus; si prosiliens,
Quemadmodum serpens, deposita senectute, inde sursum tendat.
Exsultate, o sacerdotes. Ego mortuus sum. O et vos scelesti
Vicini, jam non me pertimescetis, ut antea:

Α Αὐτοῖς μὲν μέγαν οἶκον ἀεὶ ζώοντος Ἄνακτος
Φράσσετε· αὐτὰρ ἐγὼ πάντα λιπὼν, ἓν ἔχω,
Σταυρὸν ἐμῆς ζωῆς φανὸν στύλον. Ἢν δ' ἄρ' ἀερθῶ
Ἔνθεν, καὶ θυέων ἄφομ' ἐπουρανίων,
Τοῖς φθόνος οὐ πελάει, τυκτὸν κακὸν, εἰ θέμις εἰπεῖν,
Πηνίκα καὶ φθονερῶν ἄφθονος εὔξομ' ὕπερ.

ΙϚ'. *Περὶ τῶν τοῦ βίου ὁδῶν.*

Τίς, πόθεν ἐς βίον ἦλθον; ἐπεὶ δέ με γαῖα καθέξει,
Τίς πάλιν ἐκ κόνις ἔσομ' ἀνιστάμενος;
Πῆ δὲ φέρων στήσει με Θεὸς μέγας; ἦ ῥα σαώσει
Ἔνθεν ἀναστήσας εὖδιον ἐς λιμένα;

Vobis quidem ipsis magnam semper viventis Regis domum
Asserite: ast ego omnia relinquens, unam habeo
Crucem, meæ vitæ lucidam columnam. Sin autem sublatus fuero
Hinc, et sacrificia cœlestia attingam,
Quibus non appropinquat invidia, fabricatum malum, si ita loqui liceat
Quandoquidem et pro invidis invidiæ expers deprecabor.

XVI. *De vitæ itineribus**.

Quis sum? unde in vitam veni? postquam autem me terra detinebit,
Quis rursus ex pulvere ad vitam rediturus?
Ubinam me collocabit magnus Deus? An me servabit
Inde suscitans tranquillum in portum?

* Alias Bill. 16, pag. 90.

147 *Οὔ ποτε λήξω.* Male Billius refert hæc verba et sequentia ad ævum futurum. Profitetur quippe Gregorius mortales suis deliciis permittendo, se Christo semper adhæsurum, imo et terrenæ vitæ vincula, quoad licebit, in hac etiam vita jamjam exuturum.

150 *Ἰδίην.* Duo Regg. ἰδίαν.

154 *Μίην.* Tres Regg. μίαν.

156 *Ἴοι.* Ita tres Regg. et Coisl. Edit. ἶει.

158 *Φρίξετε.* Regg. plures et Coisl. φρίξοιτε. Alii φρίξατε.

159 *Οἶκον.* Ita magno consensu codices, nec audiendus Billius, qui legit οἶκτον.

161 *Φαιόν.* Chig. φαενόν.

163 *Τυκτὸν κακόν.* Ita in cod. cardinalis Sirleti legit Bill., et eam lectionem adhibemus; frigida enim sunt hæc verba, εἰ θέμις εἰπεῖν, si legatur ut in edit. κρυπτὸν κακόν, quia nempe non magnum fuit dicere invidiam *occultum malum*, ut postea subjiciendum sit, *si ita loqui liceat*. Cum autem Gregorius invidiam vocat *fabricatum malum*, id est, cujus sibimet faber est invidiosus, jure ac merito, ob locutionis novitatem, potuit addere, *si ita loqui liceat*. Sic mors nuncupatur apud Homerum, *Iliad.* v, 833.

XVI. Tit. *Περὶ τῶν τοῦ*, etc. Ita Reg. 993; alter vero, nempe 992, hunc habet titulum: Περὶ τῆς τῶν παρόντων ματαιότητος, *De præsentis vitæ rerum vanitate.*

2 *Ἀνιστάμενος.* Al. ἀνισταμένης.

METRICA VERSIO.

Ast ego complectar mansura in sæcula Christum
Cum fuerint vitæ vincula rupta mihi.
Namque duplex ego sum; terra mihi corpus obor-
[tum est:
Unde etiam ad propriam debile verget humum.
Numinis at flatus mens est: ideoque supernis,
Quæ potiora, bonis expetit usque frui.
Sic nempe in pronum fons labitur: ignis at ardens
Unam duntaxat novit ad alta viam.
Magnus homo est, imo novus angelus: ipse senecta
Si posita, ut serpens, sidera summa petat.
De me actum est; saltate, sacri, saltate, propinqui:
Non jam vos quatiet terror, ut ante, meus.
Divinam vobis veniam præcluditis ipsi:
At crux, abjectis omnibus, una mihi est,

Β Clara columna meæ quæ vitæ est: hincque solutus,
Ætherea faciam lætus in æde sacrum.
Quo non invidiæ labes occulta propinquat,
Factum, uti hac liceat si mihi voce, malum.
Proque illis ego nunc vacuus livore precabor,
Qui sævo invidiæ me modo dente petunt.

XVI. DE VITÆ ITINERIBUS.

(*Billio interprete.*)

Eccunde in lucem veni? terraque sepultus,
Ex cinere exiguo quis redivivus ero?
Meque ubinam statuet magnus Deus? Anne periclis
Extractum in cœli littora tuta feret?

Digitized by Google

Πολλαὶ μὲν βιότοιο πολυτλήτοιο κέλευθοι,
Ἄλλη δ' ἀλλοίοις πήμασι συμφέρεται.
Κούδὲν ἐν ἀνθρώποισι καλὸν, κακότητος ἄμικτον.
Αἴθε δὲ μὴ τὰ λυγρὰ πλείονα μοῖραν ἔχεν!
Ὁ πλοῦτος μὲν ἄπιστος, ὁ δὲ θρόνος, ὄφρὺς ὀνείρων·
Ἄρχεσθαι δὲ μόγος, ἡ πενίη δὲ πέδη.
Κάλλος δ' ἀστεροπῆς, τυτθὴ χάρις, ἡ νεότης δὲ,
Βράσμα χρόνου· πολιὴ, λυπρὰ λύσις βιότου.
Οἱ δὲ λόγοι πτερόεντες· ἀὴρ, κλέος· αἷμα παλαιὸν
Εὐγενέται, ῥώμη καὶ συὸς ἀγροτέρου.
Ὑβριστὴς δὲ κόρος· δεσμὸς, γάμος· εὐτεκνίη δὲ,
Φροντὶς ἀναγκαίη· δυστεκνίη δὲ, νόσος.
Αἱ δ' ἀγοραὶ, κακίης μελετήματα· ἠρεμίη δὲ,
Ἀδρανίη· τέχναι, τῶν χαμαὶ ἐρχομένων.
Στεινὴ δ' ἀλλοτρίη μάζα. Τὸ δὲ γαῖαν ἀρόσσειν,
Μόχθος. Ποντοπόρων τὸ πλέον εἰν ἀΐδῃ.
Ἡ πάτρη δὲ, βέρεθρον ἑόν· ξενίη δέ τ' ὄνειδος.
Πάντα μόγος θνητοῖς τάνθάδε· πάντα γέλως.
Χνοῦς, σκιὰ, φάσμα, δρόσος, πνοιὴ, πτερὸν, ἀτμὶς, ὄνειρος,
Οἶδμα, ῥόος, νηὸς ἴχνιον, αὖρα, κόνις,
Κύκλος ἀειδίνητος, ὁμοῖα πάντα κυλίνδων,
Ἐσθηὼς, τροχάων, λυόμενος, πάγιος,
Ὧραις, ἤμασι, νυξὶ, πόνοις, θανάτοισιν, ἀνίαις,
Τερπωλῇσι, νόσοις, πτώμασιν, εὐδρομίαις.
Καὶ τόδε σῆς, γενέτορ, σοφίης, Λόγε, ἀστατέοντα
Πάντα πέλειν, στασίμων ὥς κεν ἔχωμεν ἔρον.
Πάντα νόου πτερύγεσσιν ἐπέδραμον, ὅσσα παλαιὰ,
Ὅσσα νέα· θνητῶν δ' οὐδὲν ἀκιδνότερον.

5 Multæ quidem vitæ hujus ærumnosæ sunt viæ,
Alia autem aliis calamitatibus implicatur,
Nullumque apud homines bonum, quod malo non sit mistum.
Atque utinam mala majorem partem non haberent!
Opes sunt infidæ, solium fastus somniis similis,
10 Esse sub imperio grave est, paupertas pedica.
Pulchritudo autem instar fulguris, levis gratia; juventus
Fervor temporis; senectus vitæ occasus.
486-487 Sermones vero alati: gloria, aer: vetus sanguis,
Nobilitas: robur, feri etiam est agri.
15 Procax est satietas: conjugium, vinculum: liberorum copia,
Cura necessaria: orbitas, morbus.
Forum, malitiæ exercitatio: quies,
Imbecillitas: artes, abjectorum hominum.
Angustus est alienus panis. Terram arare
20 Labor. Navigantium major pars in inferno.
Patria tellus, proprium barathrum; extera, opprobrium.
Omnia, quæ hic sunt, labor mortalibus: omnia risus,
Lanugo, umbra, spectrum, ros, flatus, volatus, vapor, somnium,
Æstus maris, torrens, navis vestigium, aura, pulvis;
25 Orbis semper volubilis, similia omnia volvens,
Constans, rotans, interiens, fixus,
Temporibus, diebus, noctibus, laboribus, mortibus, ærumnis,
Voluptatibus, morbis, calamitatibus, prosperis successibus.
Hoc autem tuæ, parens Verbum, est sapientiæ, ut instabilia
30 Omnia sint, quo stabilium amorem habeamus.
Omnia animi pennis perlustravi, quæcunque vetera,
Quæcunque nova: mortalibus vero nihil est imbecillius.

6 *Ἄλλη*. Ita quatuor Regg. et Coisl. Edit. ἄλλος.
8 *Αἴθε*. Ita Reg. cod. et Coisl. Edit. εἴθε.
13 *Πτερόεντες*. Eo quod pennarum instar quam ocissime fluant ac dilabantur.
16 *Κόρος* accipi potest pro amplissima quadam prosperitate, quæ impie Deum lacessendi occasionem iis præbet, qui ea uti nesciunt. *Bill.*
19 *Στεινὴ*. Elegans proverbium de iis qui duriore fortuna conflictantur, quique alienis admissi mensis, hospitibus suis cito fastidium pariunt.
21 *Ἑόν*. Int. ἴδιον. Optimus quisque in patria contemnitur sæpissime et obteritur, vicinorum nempe invidia proditus. *Cyrus.*
24 *Ἴχνιον*. Ita tres Regg. et Coislianus. Edit. mendose ἴγνιον.
29 *Γενέτορ*. Coisl. et duo Regg. γενέτωρ.
32 *Ἀκιδνότερον*. Int. ἀσθενέστερον. Vid. *Carm.* præcedenti, vers. 42.

METRICA VERSIO.

Multas vita vias habet ærumnosa, viarum
Cunctarumque suo nulla dolore caret.
Nec bona sunt hic ulla malis non mista: bonorum
Atque utinam non pars cederet ipsa malis!
Divitiæ infidæ, solium quoque fastus inanis:
Vincula, pauperies, atque subesse labor.
Fulgure forma brevis magis est, æstusque juventa
Temporis, et vitæ meta senecta gravis.
Sermones celeres: decus, aer: robur, aprorum:
Et veteri constat sanguine nobilitas.
Ingluvies petulans: vinclum, connubia: cura est,
Si bona sit, morbus, si mala, progenies:
Discitur inque foro vitium, tranquillaque vita
Invalida est: artes vilia corda decent.
Angusta est offa alterius: labor arva secare:
Per mare quot currunt, pene tot orcus habet.

Patria cuique sua barathrum, terra extera probrum:
Cuncta homini hic risus, cuncta laborque gravis,
Lanugo, spectrum, ros, et levis umbra, vaporque,
Flumineus fluxus, fluctus et æquoreus:
Somnia, fluctivagæ navis vestigia, ventus,
Penna celer, volitans pulvis, et aura levis:
Circulus, æquali qui motu cuncta volutat,
Constans atque rotans, fixus et interiens.
Namque anni partes volvit, noctesque diesque,
Duraque, mœstitias, terribilemque necem,
Et morbos, casusque graves: ac rursus amœna
Gaudia, et optatæ prospera sortis habet.
Nil autem hic firmum providit Christus ut esset:
Quo tua firmorum pectora tangat amor.
Cuncta ego perlustravi animo nova, priscaque: verum
Par nihil esse homini debilitate potest.

Digitized by Google

Ἓν μόνον ἀνθρώποισι καλὸν καὶ ἔμπεδόν ἐστιν,
Ἔνθεν ἀφορμᾶσθαι, σταυρὸν ἀειρομένους·
Δάκρυά τε, στοναχαί τε, νόος θείοισι μεμηλὼς,
Ἐλπὶς, καὶ Τριάδος λάμψις ἐπουρανίης
Μιγνυμένης καθαροῖσι, χοὸς λύσις ἀφραδέοντος,
Εἰκόνος ἀφθορίη, τὴν λάχομεν θεόθεν·
Ζώειν τ' ἀλλότριον ζωῆς βίον, ἀντὶ δὲ κόσμου
Κόσμον ἀμειβομένους, ἄχθεα πάντα φέρειν.

IZ'. *Διαφόρων βίων μακαρισμοί.*

Ὅλβιος, ὅστις ἔρημον ἔχει βίον, οὐδ' ἐπίμικτον
Τοῖς χαμαὶ ἐρχομένοις, ἀλλ' ἐθέωσε νόον.
Ὅλβιος, ὃς πολλοῖσι μεμιγμένος, οὐκ ἐπὶ πολλοῖς
Στρωφᾶτ', ἀλλὰ Θεῷ πέμψεν ὅλην κραδίην.
Ὅλβιος, ὃς πάντων κτεάνων ὠνήσατο Χριστὸν,
Καὶ κτέαρ οἷον ἔχει σταυρὸν, ὃν ὕψι φέρει.
Ὅλβιος, ὃς καθαροῖσιν ἑοῖς κτεάτεσσιν ἀνάσσων,
Χεῖρα Θεοῖο φέροι τοῖς ἐπιδευομένοις.
Ὅλβιος ἀζυγέων μακάρων βίος, οἳ Θεότητος
Εἰσὶ πέλας καθαρῆς, σάρκ' ἀποσεισάμενοι.
Ὅλβιος, ὃς θεσμοῖσι γάμου τυτθὸν ὑποείξας.
Πλειοτέρην Χριστῷ μοῖραν ἔρωτος ἄγει.
Ὅλβιος, ὃς λαοῖο φέρων κράτος, εὐαγέεσσι
Καὶ μεγάλαις θυσίαις Χριστὸν ἄγει χθονίοις.
Ὅλβιος, ὅστις ἐὼν ποίμνης τέκος, οὐρανίοιο
Χώραν ἄγει Χριστοῦ, θρέμμα τελειότατον.

Unum solum hominibus bonum ac firmum est,
Hinc erumpere tollendo crucem; lacrymæ,
Gemitus, mens rerum divinarum studiosa,
Spes, et cœlestis splendor Trinitatis,
Quæ puris mentibus miscetur, insanis pulveris abdicatio,
Incorruptio imaginis, quam divinitus accepimus;
Ducere vitam alienam ab hac vita, cum mundo altero
Mundum hunc commutantes, omnia aspera tolerare.

XVII. *Variorum vitæ generum beatitudines*[a].

Beatus, qui in solitudine degit, nec permiscetur
Cum his, qui humi gradiuntur, sed mentem ad Deum erigit.
Beatus, qui pluribus permistus, non cum pluribus
Circumagitur, sed Deo totum cor transmittit.
488-489 Beatus, qui cunctis suis possessionibus Christum emit,
Unicamque possessionem habet crucem, quam altius gestat.
Beatus, qui justis suis possessionibus imperans,
Divinam indigentibus manum porrigit.
Felix beatorum cœlibum vita, qui Deitati
Puræ propinquant, carne exuti.
Beatus, qui, postquam matrimonii legibus paululum cessit,
Majorem amoris partem Christo donat.
Beatus, qui populi principatum gerens, sanctis,
Magnisque sacrificiis Christum hominibus conciliat.
Beatus qui cum ex ovili sit, ad cœlestis
Christi locum alios ducit, ovium perfectissima.

[a] Alias Bill. 17. pag. 91.

37 Ἀφραδέοντος. Reg. 991, sup. lin. μωραίνοντος.

40 Ἀμειβομένους. Reg. 991 sup. lin. παρερχομένους.

ARGUMENTUM. *Postquam Gregorius res humanas extenuavit, miserasque esse ostendit, atque omnes hujus mundi voluptates, ex quibus carnalis affectus robur colligit, ut Deo resistat, arrogantiaque efferatur, tanquam incertas ac mutabiles depressit ac suggillavit, jam his versibus evangelicæ prædicationis legis capita, spiritalisque affectus nunquam intermorituram gloriam, ut vires, indicat: eodem nimirum sensu, atque iisdem vocibus cum Christo, beatos eos bonisque plenos prædicans, qui in virtute vivunt, aut victuri sunt. Quos quidem Christus in Evangelii initio beatos esse pronuntiat.* Bill. ex Cyro.

XVII. 2 Ἐθέωσε. Mentem divinam reddit per purissima desideria et colloquia cum Deo.

3 Ἐπί. Vat. ἐνί.

7 Κτεάτεσσιν. Ita tres Regg. Coisl. et Chig. Edit. κτεάνοισιν.

13 Λαοῖο. Vat. λαοῖσι.

15 Ἐών. Reg. 992. ἐόν. Coisl. Int. μακάριος καὶ ὅστις ἑαυτοῦ ποίμνης πρόβατον καὶ τέκνον πνευματικὸν διδασκαλικαῖς ὁδηγίαις εἰς Χριστοῦ χώραν ἀγαγαγών. Præterea pro οὐρανίοιο duo Regg. habent ἐν προνόμοισι. Scilicet, aliis iter ad Christum, exemplo, pietate, consiliis ostendit, aliisque præit ad pascua,

METRICA VERSIO.

Unum illi, verumque bonum, certumque putandum est,
Ut levis hinc et abeat, perferat atque crucem:
Ut ruat in sanctos gemitus, divinaque curet,
Huic, puris gaudens, irradietque Trias:
Carnalem affectum ut solvat: quamque hausimus ipsi
Cœlitus effigiem, servet ut incolumem:
Utque novam degat vitam, mundumque ruentem
Cum stabili mutans, aspera cuncta ferat.

XVII. VARIORUM VITÆ GENERUM BEATITUDINES.

(*Billio interprete.*)

Felix, a mundo abstractus, qui vivit eremo
In rigida, et mentem tollit ad astra suam.
Felix, qui multis junctus, non plurima versans
Distrahitur, pectus sed dedit omne Deo.
Felix, qui Christum fortunis omnibus emit:
Cunctorumque crucem, quam gerit, instar habet.
Felix, qui puris opibus dominatur: amicam
Pauperibusque libens porrigit usque manum.
Felix virgineus chorus est, qui carne repulsa
Non procul a summo Numine purus abest.
Felix, qui paulum thalamo, tædæque jugali
Concedens, tribuit plus tamen ipse Deo.
Felix, qui plebem imperio dum rite gubernat,
Humanis placat per pia sacra Deum.
Felix, qui primos inter numerandus ovilis
Christicolæ, tacitus se tenet inter oves.

Digitized by Google

Ὄλβιος, ὃς καθαροῖο νόου μεγάλῃσιν ἐρωαῖς,
Οὐρανίων φαέων δέρκεται ἀγλαΐην.
Ὄλβιος, ὃς χείρεσσι πολυκμήτοισιν Ἄνακτα
Τίει, καὶ πολλοῖς ἐστι νόμος βιότου.
Πάντα τάδ' οὐρανίων πληρώματα ἔπλετο ληνῶν,
Αἱ καρποῦ ψυχῶν δέκτριαι ἡμετέρων,
Ἄλλην ἀλλοίης ἀρετῆς ἐπὶ χώραν ἀγούσης.
Πολλαὶ γὰρ πολλῶν εἰσι μοναὶ βιότων.
Ὄλβιος, ὃν πτωχὸν παθέων μέγα Πνεῦμ' ἀνέδειξεν·
Ὅστις ἔχει ζωὴν ἐνθάδε πενθαλέην·
Ὅστις ἐπουρανίης αἰὲν ἀκόρεστος ἐδωδῆς,
Ὅστις ἐνηείῃ κληρονόμος μεγάλων·
Ὃς σπλάγχνοισιν ἑοῖσι θεοῦ μέγαν οἶκτον ἐφέλκει,
Εἰρήνης τε φίλος, καὶ καθαρὸς κραδίην·

A Ὃς πολλὰ Χριστοῖο μεγακλέος εἵνεκ' ἀνέτλη
Ἄλγεα, καὶ μεγάλου κύδεος ἀντιάσει.
Τούτων, ἣν ἐθέλεις, τάμνε τρίβον. Εἰ μὲν ἁπάσας,
Λώϊον· εἰ δ' ὀλίγας, δεύτερον· εἰ δὲ μόνην
Ὦ Ἔξοχα, καὶ τὸ φίλον. Σταθμά γε μὲν ἄξια πᾶσι,
Τοῖσι τελειοτέροις, τοῖσί τε μειοτέροις.
Καὶ Ῥαὰβ οὐκ εὔκοσμον ἔχεν βίον, ἀλλ' ἅρα καὶ τὴν
Κλεινὴν ἀκροτάτη θῆκε φιλοξενίη.
Ἐκ δὲ μόνης πλέον ἔσχε Φαρισσαίοιο τελώνης
Τῆς χθαμαλοφροσύνης, τοῦ μέγ' ἀειρομένου.
Βέλτερον ἀζυγίη, ναὶ βέλτερον· ἀλλ' ἐπίμικτος
Κόσμῳ, καὶ χθονίῃ, χειροτέρη δυάδος
Σώφρονος. Ἀκτεάνων αἰπὺς βίος οὐρεσιφοίτων·
Ἀλλὰ τύφος καὶ τοὺς πολλάκι θῆκε κάτω.

Beatus, qui puræ mentis egregiis motibus
Cœlestium luminum splendorem intuetur.
Beatus, qui laboriosis manibus Regem
Colit, ac multis vitæ norma est.
Sunt hæc omnia plenitudo cœlestium torcularium,
Quæ fructum animarum nostrarum recipiunt,
Alia in alium locum ducente virtute :
Variæ enim sunt variis vitæ generibus mansiones.
Beatus, quem vitiorum pauperem Spiritus magnus effecit,
Qui vitam hic ducit luctuosam,
Qui cœlestis cibi semper insatiabilis est :
Qui lenitate sua magnorum hæres est bonorum :
Qui misericordia sua magnam Dei misericordiam attrahit,
Qui pacem amat, qui puro corde est.
Qui multas ob Christum, cujus magna est gloria, pertulit
Molestias, magnamque gloriam consequetur.
Horum, quam volueris, viam tere. Quod si omnes,
Id melius ; si paucas, secundo id loco erit ; si unicam
Egregie, erit quoque gratum. Merces omnibus digna,
Tum perfectioribus, tum inferioribus.
Rahab minus honestam ducebat vitam : sed et illam
Illustrem fecit summus hospitalis amor.
Una re Pharisæum superabat publicanus,
Humilitate, hominem valde se efferentem.
Melior vita cœlebs, melior certe : sed permista
Mundo, et terrestris, inferior est conjugio
490-491 Casto. Monticolarum nihil possidentium vita sublimis :
Sed et hos sæpe superbia dejecit.

cum persæpe pastores, pravo exemplo, et moribus Dei opus destruunt. Nihilominus cum editis legimus ἐών. Videtur enim Gregorius loqui de iis qui sunt in Ecclesia, nullaque potiuntur auctoritate.

23 *Ἄλλην ἀλλοίης ἀρετῆς ἐπὶ χώραν ἀγούσης.* Ita Vat. Chig. tres Regg. et Coisl. Male edit. ἀρετήν.

25 *Or.* Ita Regg. plures et Coisl. *Quem vitiorum pauperem*, id est, *pauciorum minimisque laborantem*, non tamen *ab omnibus prorsus immunem*, ut Billius exponit. Edit. ὃς. Quam lectionem sequitur D. Gaulyer, vertitque, *qui magnum et excelsum animum, perturbationum inopem ostendit*, etc.

33 *Ἐθέλεις.* Reg. 990 ἐθέλῃς.

37 *Οὐκ εὔκοσμον.* Ita Vat. et Coisl. In editis deest οὐκ.

43 *Ἀκτεάνων.* De monachis recte intelligit Cyrus.

METRICA VERSIO.

Felix, qui puræ subvectus acumine mentis,
Prospicit ætherææ lumina sancta domus.
Felix, qui Christum manibus non segnis honorat,
Multisque est vitæ regula lexque piæ.
Horrea siderei complent hæc omnia cœli :
Queis, peperit quas mens, excipiuntur opes.
Diversis diversa bonos nam sedibus infert
Virtus, ac vitæ mansio cuique sua est.
Felix cujus inops mens criminis omnis et expers :
Qui vitæ in luctu tempora cuncta terit.
Cœlestes quique ore avido suspirat ad escas :
Mite cor innumeras cuique recondit opes.
Quique aliis facilis, Dominum sibi flectit Olympi.
Quem pax, quem cordis munditiesque juvat.
Denique pro Christo patitur quæ multa libenter :

B Æternum in cœlo carpet ob idque decus.
Quam malles, hac perge via ; si triveris omnes,
Id melius. Multas ? laudis id eximiæ.
Unam ? dum summe, gratum id quoque : præmia [maguis
Sunt tamen, et parvis digna parata viris.
Et Rahab, haud castis pollebat moribus : ipsi
Laus tamen hospitii sparsit in orbe decus.
Et quia non tumidus Pharisæi more telones
Exstitit, hoc uno nomine plura tulit.
Virginitas thalamo melior : sed dedita mundo
Si fuerit, fluxis junctaque, pejor erit.
Monticolæ atque inopis monachi celsissima vita [est
Stravit at hunc fastus sæpe superbus humi.

Digitized by Google

Οὐ γὰρ ἐὴν ἀρετὴν ἄλλοις μετρέοντες ἀρίστοις,
Ἄκριτον ἐν κραδίῃ ὕψος ἔχουσιν ὀτέ.
Πολλάκι καὶ ζείοντι νόῳ, πώλοισιν ὁμοῖα
Θερμοτέροις, νύσσης τῆλε φέρουσι πόδα.
Τιὔνεκεν ἢ πτερύγεσσιν ἀείρεο πάμπαν ἐλαφραῖς,
'Ηὲ κάτω μίμνων, ἀσφαλέως τροχάειν,
Μή που βριθοσύνῃ σεῖο πτερὸν ἐς χθόνα νεύσῃ,
Μὴ δὲ πέσῃς ἀρθεὶς πτῶμ' ἐλεεινότατον.
Νηῦς ὀλίγῃ γόμφοισιν ἀρηραμένη πυκινοῖσι,
Φόρτον ἄγει μεγάλης πλείονα τῆς ἀδέτου.
Στεινὴ μὲν πυλεῶνος ὁδὸς θείοιο τέτυκται,
Πολλαὶ δ' ἀτραπιτοὶ ἐς μίαν ἐρχόμεναι.
Οἱ μὲν τὴν προΐψεν, ὅσοις φύσις ἐνθάδε νεύει,
Οἱ δ' ἑτέρην, στεινῆς μοῦνον ἀφαπτόμενοι.

Οὔτε μίῃ πάντεσσιν ὁμῶς φίλον ἔπλετ' ἐδωδή,
Οὔτε Χριστιανοῖς εἷς βίος ἁρμόδιος.
Δάκρυα πᾶσιν ἄριστον, ἀϋπνίη τε, πόνοι τε,
Καὶ λύσσαν παθέων ἀργαλέων κατέχειν,
Αἰχμάζειν τε κόρον, Χριστοῦ θ' ὑπὸ χεῖρα κραταιὴν
Κεῖσθαι, καὶ τρομέειν ἦμαρ ἐπερχόμενον.
Εἰ δ' ἄκρην τελέως ἴοις τρίβον, οὐκέτι θνητὸς,
Ἀλλά τις οὐρανίων. Γρηγορίοιο νόμοι.

IH'. *Περὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης.*

Ὁ χοῦς, ὁ πηλὸς, ἡ παλίστροφος κόνις.
Τῇ γῇ γὰρ ἡ γῆ συμβιβάζεται πάλιν,
Καὶ σπαργανοῦται τῷ γειώδει ἀπαργάνῳ,
Καὶ χοῦς πάλιν πρόεισιν ὥσπερ ἡ κόνις,

45 Non enim virtutem suam cum aliis præstantissimis metientes
Temerarium corde fastum nonnunquam concipiunt.
Sæpe etiam fervida mente, velut pulli
Calidiores, procul a meta pedem ferunt.
Quare aut pennis erigere omnino levibus,
50 Aut infra manens securus curre,
Ne gravi pondere penna tua in terram decidat,
Neve in altum sublatus lapsu tristissimo cadas.
Parva navis quæ pluribus compacta clavis est,
Gravius fert onus, quam magna, cujus laxæ sunt compages.
55 Arcta quidem divinorum atriorum via,
Sed multæ in unum tendunt semitæ.
Alii hanc percurrant, quotquot natura illuc propendunt;
Alii aliam, modo arctam consequantur.
Non una omnibus esca similiter placet,
60 Nec Christianis unum convenit vitæ genus.
Lacrymæ omnibus optimæ sunt, vigiliæ, labores,
Et vitiosorum affectuum rabiem compescere,
Satietatemque comprimere, et sub potenti manu Christi
Jacere, diemque venturum expavescere.
65 Si summam perfecte viam incesseris, non jam mortalis es,
Sed cœlestium aliquis. Hæ sunt Gregorii leges.

XVIII. *De vita humana**.

Pulvis, lutum, in pristinum statum revolutus pulvis.
Terræ enim terra jungitur rursus,
Et involvitur terrenis fasciis:
Et pulvis iterum prodit, instar cineris,

* Alias Bill. 103, pag. 179.

59 *Μὴ*. Duo Regg. et Chig. *Ἠ*.
66 *Οὐρανίων*. Ita Reg. 39. Coisl. Int. *ἄλλα τις χρηματισθεὶς οὐρανίοις*. Male edit. οὐράνιον. Ibid. *νόμοι*. Reg. 990 et Chig. νόμοις. Coisl. sup. lin. *νομοθεσίαις*. Int. *ταῦτα Γρηγορίου θεσπίσματα*. Edit. male νόμον.
XVIII. 2 *Τῇ γῇ γάρ*. Ita Combef. et edit. ad marg. In textu deerat γῇ.

METRICA VERSIO.

Nam dum non aliis, decorat quos maxima virtus,
Se confert, temere sæpius alta petit:
Ferventique animo currens, atque impete magno,
Metam ultra fertur, more ferocis equi.
Quare vel levibus cinctus pete sidera pennis,
Vel tutam infirmus carpe per ima viam:
Ne nimio in terram vergat tibi pondere penna,
Ac misere, dum tu tendis ad alta, cadas.
Parvula, quæ densis clavis compacta carina est,
Quam male nixa ratis maxima, plura gerit.
Arcta quidem æternas cœli via ducit ad ædes;
Tendit ad hanc unam semita multa tamen.
Ergo alii hanc teneant, ita quos natura paravit:
Illam alii: ast arctum nemo relinquat iter.
Non una esca placet mortalibus omnibus: omni

Congrua Christicolæ vita nec una viro.
Utilis est cunctis fletus, labor, excubiæque,
Imperio affectus atque tenere feros:
Et tumidum ventrem compescere, seque Tonanti
Subjicere, extremum perque timere diem.
Si summum exacte teneas iter, haud homo jam tu
Es mihi, verum aliquis de grege cœlicolum.

XVIII. DE VITA HUMANA.
(*Billio interprete.*)

Pulvis, lutumque, rursus et pulvisculus,
Nam terra terræ jungitur, et involvitur,
Tanquam quibusdam fasciis, terra gravi,
Rursumque pulvis prodit, instar pulveris.

Digitized by Google

Ἦν ἡ βιαία συστροφὴ τῶν πνευμάτων
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσα συστέλλει κάτω.
Οὕτω γὰρ ἡμῶν τὸν πολύστροφον βίον
Αἱ τῶν πονηρῶν πνευμάτων καταιγίδες
Πρὸς ὕψος ἐξαίρουσι καὶ δόξαν νόθον·
Αὖθις δὲ χοῦς κάτεισι καὶ μένει κάτω,
Ἕως ὁ τοῦ κτίσαντος ἁρμόσῃ λόγος
Τῶν συνδεθέντων τὴν ἀναγκαίαν λύσιν.
Νῦν δὲ προκύψας, ὥσπερ ἔκ τινος βάθους,
Ὁ χοῦς ὁ θείᾳ πνευματωθεὶς εἰκόνι,
Καὶ τὰς γεώδεις ἐκβοᾷ τραγῳδίας,
Καὶ τὸν γελᾷν δοκοῦντα δακρύει βίον.

ΙΘ'. *Περὶ τῆς αὐτῆς.*

Τροχός τίς ἐστιν ἀστάτως πεπηγμένος,
Ὁ μικρὸς οὗτος καὶ πολύτροπος βίος.
Ἄνω κινεῖται, καὶ περισπᾶται κάτω·
Οὐχ ἵσταται γὰρ, κἂν δοκῇ πεπηγέναι.
Φεύγων κρατεῖται, καὶ μένων ἀποτρέγει.
Σκιρτᾷ δὲ πολλὰ, καὶ τὸ φεύγειν οὐκ ἔχει.
Ἕλκει, καθέλκει τῇ κινήσει τὴν στάσιν.
Ὡς οὐδὲν εἶναι τὸν βίον διαγράφων,
Ἢ καπνὸν, ἢ ὄνειρον, ἢ ἄνθος χλόης.

Κ'. *Περὶ πόθου.*

Δεινὸν πόθος πᾶς. Ἂν δὲ καὶ φιλουμένου,
Διπλοῦν τὸ δεινόν. Εἰ δὲ καὶ κόρας νέας,
Τριπλοῦν τὸ κέντρον. Εἰ δὲ καὶ κάλλους γέμων,
Πλεῖον τὸ κακόν. Εἰ δὲ πρὸς γάμον φέρει,
Πῦρ ἔνδον αὐτὴν βόσκεται τὴν καρδίαν.

5 Quem vehemens impetus ventorum
In altum cum sustulit, mittit deorsum.
Sic enim nostram instabilem vitam
Malorum spirituum procellæ
In sublime efferunt, et ad adulterinam evehunt gloriam:
10 Posthac autem, ut pulvis labitur et humi manet,
Donec Creatoris vox dissociata
Rursus simul coagmentaverit, mortemque solverit.
492-493 Nunc autem prospiciens, velut e quadam specu,
Pulvis, cui spiritus divinam inspiravit imaginem,
15 Terrenas clamore jactat tragœdias,
Et diffluentem falso risu deflet vitam.

XIX. *De eodem argumento*[*].

Rota est instabiliter fixa
Brevis hæc et multiplex vita.
Sursum movetur, et trahitur deorsum.
Non stat enim, quamvis videatur fixa.
5 Fugiens tenetur, et manens effugit.
Saltat plerumque, nec tamen effugere potest.
Trahit ac retrahit motu suo stationem,
Adeo ut nihil sit vita, si velis describere,
Quam fumus, aut somnium, aut flos herbæ.

XX. *De desiderio*[**].

Grave est omne desiderium. Si autem desiderium sit chari capitis,
Duplex est dolor. Si vero puellæ,
Triplex stimulus. Si præstanti forma,
Major adhuc dolor. Si animum ad nuptias appulerat,
5 Ignis intus depascit animum.

[*] Alias Bill. 67, pag. 155. [**] Alias Bill. 115, pag. 181.

11 Ἕως ὁ τοῦ κτίσαντος, etc. Imperfecta videtur Benedictinorum versio, qui melius ad verbum vertissent: *Donec Creatoris vox ad harmoniam revocaverit rursus consociatorum necessariam dissolutionem.* CAILLAU.

XIX. 8 *Διαγράφων*. Reg. 1277 διαγράφω. Alius διαγράφει.

METRICA VERSIO.

Quem vis in altum sustulit cum turbinis
Sævique venti, deprimit mox: in modum
Sic namque nostram mobilem vitam parem
Mali procellæ spiritus alio efferunt,
Adulterinamque evehunt ad gloriam:
Ac pulvis infra labitur rursum, et manet
Humi, creantis vox potens donec Dei
Soluta morte vinxerit rursus simul.
At nunc ut alta de specu sese exerens
Pulvis (Dei cui spiritum forma indidit)
Terræ molestas clamitat tragœdias,
Falsoque risu diffluens ævum gemit.

XIX. DE EODEM ARGUMENTO.

(*Billio interprete.*)

Hæc parva, varia et, vita par est turbini,
Simul movetur, fixus est et qui simul.
Sursum movetur, ac deorsum volvitur.
Fixum esse quamvis nam putes, non stat tamen.
Fugiens tenetur, et manens rursum fugit:
Multumque saltat, sed fugere nequit tamen:
Trahitque motu, retrahit et statum suum.
Nil ergo vita est, si velis describere,
Quam fumus, herbæ flos vel, aut insomnium.

XX. DE DESIDERIO.

(*Billio interprete.*)

Omnis cupido torquet: at duplex malum,
Desideratur cum caput charum; triplex,
Puella si sit; ore si pulcherrimo,
Malum ingravescit; ambias si nuptias,
Urit medullas tum dolor sævissimus.

Digitized by Google

ΚΑ'. *Περὶ θανάτου φιλουμένων.*

Πικρὸν τάφος πᾶς· ἂν δὲ καὶ τέκνου τάφος,
Διπλοῦν τὸ κακόν. Εἰ δ' ἀριστέου πάλιν,
Ἡ συμφορὰ πῦρ. Εἰ δὲ νυμφίου νέου,
Ἡ καρδία ῥάγηθι τῶν γεννητόρων.

ΚΒ'. *Περὶ φίλων τῶν μὴ καλῶν.*

Δεινὸν τὸ πάσχειν. Ἂν δὲ καὶ φίλων ὕπο,
Ὡς χεῖρον. Ἂν δὲ καὶ λαθραίοις δήγμασι,
Τοῦτ' οὐ φορητόν. Ἂν δὲ καὶ πιστῶν ὕπο,
Ἐπίσχες. Ἂν δὲ καὶ Θεοῦ παραστατῶν,
Ποῖ τις τράπηται; πῶς φύγῃ κακῶν φοράν;

A

ΚΓ'. *Εἰς τὸ αὐτό.*

Δεινὸν τὸ λυποῦν. Ἂν δὲ καὶ λυπῇ φίλος,
Ἀνδραποδῶδες. Ἂν δὲ καὶ δάκνῃ λάθρα,
Ὡς θηριῶδες. Ἂν δὲ καὶ γυνὴ λάλος,
Δαίμων σύνοικος. Ἂν δὲ καὶ δικασπόλος,
Χρεία κεραυνῶν. Ἂν δὲ καὶ θυηπόλος,
Ἄκουε, Χριστὲ, καὶ δίκαζε τὴν δίκην.

ΚΔ'. *Πρὸς πολυόρκους διάλογος.*

A. Ὅρκου τί χεῖρον; Οὐδέν, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος.
B. Πῶς τοῦτ' ἐλέγχεις; εἰπέ μοι.
A. Λίαν προδήλοις καὶ σαφεστάτοις λόγοις.
B. Τίσι; δίδαξον.

XXI. *De morte charorum*[*].

Triste est omne funus. Si autem filii sit funus,
Duplex fit dolor. Si præterea egregius fuerit puer,
Dolor est instar ignis: si novus sit maritus,
Rumpitur cor parentum.

XXII. *De falsis amicis*[**].

Molestum est pati. Si autem ab amicis,
Pejus est. Quod si etiam clandestinis morsibus,
Id intolerandum. Si et a fidelibus,
Sustine. Si denique ab iis, qui Deo astant,
Quo quis se vertat? Qui fugiat malorum impetum?

494 495 XXIII. *De eodem argumento*[***].

Acerba est læsio. At si lædat amicus,
Id servile. Si autem mordeat clanculum,
Hoc belluinum. Si vero femina garrula,
Domesticus est dæmon. Si judex,
Opus est tonitru. Demum si sacrorum minister,
Audi, Christe, et causam judica.

XXIV. *Dialogus adversus eos qui frequenter jurant*[****]

A. Juramento quid pejus est? Nihil, mea quidem sententia.
B. Quomodo id demonstras? Dic mihi.
A. Valde manifestis et evidentissimis rationibus.
B. Quibusnam? edoce.

[*] Alias B.II 116, pag. 181. [**] Alias Bill. 117, pag. 182. [***] Alias Bill. 118, pag. 182. [****] Alias Bill. 157, pag. 224.

XXII. 4 Ἐπίσχες. Combef. Ἔπαισχές, quæ lectio sensum Gregorii melius videtur exprimere.

ARGUMENTUM. *Gregorius noster, ut pravam jurandi consuetudinem coerceat, initio, quam magnum crimen sit perjurium ostendit. Deo enim contumeliam infert, quisquis pejerat, imo prorsus abnegat et amittit. Perjurio porro per improbam jurandi consuetudinem viam muniri asserit. Quapropter ne præcipites in perjurium ruamus, cavendum in primis juramentum monet: nec vero cur nobis jurandi necessitas injiciatur, modo illud studio et curæ sit, ut animum probis moribus excultum et ornatum habeamus: probis enim viris, etiam injuratis, majorem haberi fidem, quam improbis et sceleratis, etiam interposito jurejurando. Docet præterea, quæ detestanda præ cæteris sint juramenta, nempe ea, quæ cum divini nominis usurpatione conjuncta sunt. Diluit quod objici poterat, scilicet Deum et sanctum Paulum in sacra Scriptura jurantes inveniri, atque etiam veteri lege minime interdictum fuisse juramentum. Denique, cum Gregorii ætate, multi serius baptismum susciperent, ideoque facilius jurarent, rati baptismo deleri quidquid hac in re deliquissent, ut alia omnia; id quidem concedit Theologus, sed peccandi consuetudinem, qua animus imbutus et inustus est, baptismi sacramento aboleri negat.*

METRICA VERSIO.

XXI. DE MORTE CHARORUM.

(*Billio interprete.*)

Est funus omne triste; funus filii
Geminat dolorem; si probus rursus, dolor
Cor urit imum; si statim post nuptias,
Tum cor parentum rumpitur luctu gravi.

XXII. DE FALSIS AMICIS.

(*Billio interprete.*)

Pati molestum est; sed magis, si, quos amas,
Nocere tentent; clanculum si mordeant,
Hoc non ferendum. Si fide qui præditi,
Id pejus. At si Numinis summi astites,
Quo jam recedes, tot mala ut vites, miser?

B

XXIII. DE EODEM ARGUMENTO.

(*Billio interprete.*)

Omnis molesta est læsio. At si læserit
Amicus, istud fœdius; si mordeat
Clam, belluinum hoc. At loquax si femina,
Est dæmon hospes. Judicis si qui gerit
Partes, opus tum fulmine est. At si sacer,
Sis, Christe, causæ, te rogo, judex meæ.

XXIV. DIALOGUS ADVERSUS EOS QUI FREQUENTER JURANT.

(*Billio interprete*).

A. Quid pejus horco? Nil quidem est, ut sentio
B. Hoc unde monstres, dic mihi.
A. Firmis profecto et lucidis rationibus.
B. Cedo, quibusnam?

Digitized by Google

Τούτοις. Ἀπόκριναι δή, καὶ σκεψώμεθα.
B. Λέγ', εἰ λέγεις τι, φίλτατε.
A. Πάντων τι μεῖζον οἶδας ὧν ἐπίστασαι ;
B. Τίνων ἐρωτᾷς ;
A. Παντων, ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων.
B. Θεοῦ τι μεῖζον οὐ νοῶ.
A. Ὀρθῶς λέγεις μὲν, οὐχὶ δ' ὀρθῶς ἠρόμην.
B. Ἐχρῆν δὲ δὴ πῶς ;
A. Οὐκ ἔστι μεῖζον· οὐδὲ γὰρ συγκρίνεται.
Οὐ γὰρ σαφές σοι ; *B.* Καὶ πάνυ.
A. Τί οὖν μέγιστον πυνθάνεσθ' ἐχρῆν ἴσως ;
B. Οὕτω νομίζω.
A. Καὶ τοῦτο δ' ἂν λέγοιτο ἐκ συγκρίσεως.
B. Οὐκ οἶμαι· πῶς λέγεις ;
A. Οὐδὲν μέγιστόν ἐστι μὴ τῶν συμφυῶν·
Θεοῦ δὲ τί συμφυές ;
B. Οὐδέν. *A.* Λεγέσθω τοιγαροῦν ἄλλως θεός.
B Ὅπως λέγοις ἂν ἕλωμαι.
A. Τί τῶν ἁπάντων τ' οὐδὲ συγκριτός ; *B.* Θεός.
Ἐροῦμεν οὕτως, ὡς δοκεῖ.
A. Τί δ' οὐ σεβαστὸν, καὶ μόνον, πάσῃ φύσει ;
B. Μόνον σεβαστὸν, εὖ λέγεις.
A. Ἢ καὶ σεβαστὸν καί τι καὶ ὑβριστέον ;
B. Καὶ πῶς ἄμικτα μίξομεν ;
A. Καὶ γὰρ σκοπῶμεν ὅρκος εἰ τιμὴν φέρει,
Ἀλλ' οὐδέ γ' ὕβριν·
Εἰ μή γ' ὑπῆρχε κίνδυνος ψευδορκίας,
Οὕτως ἂν εἶχε καὶ σέβας·
Ὡς τις μεσίτης ἀσφαλὴς καλούμενος,
Καὶ γὰρ μεσίτης.

A. His. Responde, et consideremus.
B. Dic, si quid habes, amice.
A. Omnibus quæ nosti, an majus aliquid esse scis?
B. Quibusnam de rebus interrogas
A. De omnibus quæ videntur, et quæ intelliguntur :
B. Deo nihil majus novi.
A. Recte quidem dicis : ego autem non recte interrogavi.
B. Quomodo ergo oportuisset ?
A. Non est majus quidquam Deo, neque enim comparatur.
Annon tibi id liquet? *B.* Profecto liquet.
A. Ergo decuit forsan quærere, quid sit maximum?
B. Sic credo.
A. Et hoc dicatur ex comparatione.
B. Non credo. Quomodo dicis?
A. Nihil maximum est inter ea, quæ non sunt ejusdem naturæ :
Deo autem quid simile natura ?
B. Nihil. *A.* Alioquin Deus diceretur.
B. Prout dixeris, assentiar.
A. Quid autem ex omnibus est quod comparari non possit? *B.* Deus.
Ita dicemus, ut videtur.
A. Sed quid? annon adorandus, et quidem solus, omni naturæ?
B Solus adorandus, recte dicis.
496-497 *A.* Sed an adorandum simul et injuria aliquid afficiendum?
B. Quomodo non miscenda miscebimus?
A. Consideremus enim an jusjurandum honorem afferat,
Minime vero injuriam;
Si non adsit periculum perjurii,
Tunc honorem et cultum deferet.
Vocatum est, veluti tutus quidam mediator,
Nam mediator est.

XXIV. 14 *Σοι.* Ita Combef. Edit. μοι.
21 *Λεγέσθω. Aliter igitur est loquendum de Deo.* Bill., quod verborum interpretationi repugnat.
27 *Καί τι.* Forsan ἐστί. Caillau.
32 *Οὕτως ἄν.* Sic Coisl. Edit. οὕτω γὰρ ἄν.
33 *Ὡς τις μεσίτης ἀσφαλὴς καλούμενος, Καὶ γὰρ μεσίτης.* Geminos hos versiculos suppeditavit cod. Coisl. Deerant in editis. — Versioni metricæ supplevimus, correctis quatuor versibus superioribus, necnon et quibusdam aliis quos Italicis distinximus. Caillau.

METRICA VERSIO.

A. His. Sciscitanti tu velim respondeas.
B. Dic, si quid iste præsto habes.
A. Quidnam esse majus omnibus rebus putas?
B. Rebus quibusnam?
A. Et quæ videntur, cedit et visus quibus.
B. Majus Tonante nil reor.
A. Recte quidem tu : non bene ast ego sciscitor.
B. Quidnam ergo decuit?
A. Non ille major : namque conferri nequit.
Nonne tibi clarum hoc? *B.* Maxime.
A. Fors ergo decuit quærere, quid est maximum?
B. Sic ipse credo.
A. Ac comparandi dicitur quoque hoc modo.
B. Haud credo; quod ais, explica.
B *A.* Natura quorum dispar est, nil maximum.
Quid par Tonanti?
B. Nil. *A.* Aliter igitur est loquendum de Deo.
B. Probabo quidquid dixeris.
A. Quid comparari non potest solum? *B.* Deus.
Ut vis, loquemur sic enim.
A. Annon colendus solus est ab omnibus?
B. Sane colendus solus est.
A. Simulne cultu dignus et probro est simul?
B. Immista quisnam *misceat* ?
A. Consideremus horcus an decus ferat,
Non turpe probum :
Fœdi periclum ni foret perjurii,
Laus huic inesset et decus ;
Juris vocaretur sequester ut tenax,
Namque et sequester.

Digitized by Google

Νῦν δὲ σκόπει μοι τὸ πρᾶγμα καὶ ποῖ φέρει.
B. Σχεδὸν μὲν οἶδα, πλὴν λέγε.
A. Ζητῶ τιν' εἰκὼ τοῦ λόγου σαφεστάτην.
B. Τίς δ' ἂν γένοιτο ;
A. Πέτραν τιν' εἶδες ἐκ λόφου κινουμένην ;
B. Καὶ πολλάκις γε· πῶς γὰρ οὔ ;
A. Ῥοίζῳ τε πολλῷ σφενδονημένην κάτω ;
B. Πολλῷ φόβῳ τε.
A. Ἦ καὶ τόδ' εἶδες ῥᾳδίως ἱσταμένην ;
B. Εἰ μή τις ἄλλος, οὐκ ἐγώ.
Αὐτὴν γὰρ ὠθοῦσ' ἡ πέτρα, κρείττων χερός.
A. Λέγεις ἀληθῆ·
Τὸ δ' αὐτὸ πάσχω, κἂν ἐγὼ κατατρέχω.
Ῥοῖζος φέρει με πρὸς βίαν·
Μένειν δ' ἀπαρχῆς κἀμὲ ῥᾷστον καὶ λίθον.
B. Ῥᾷστον τί δ' οὐκ ἔχει ;
A. Τοῦτῳ κακὸν μέν ἐστι καὶ πᾶν προσφερὲς,
Μάλιστα δ' ὅρκος, οἶομαι.
Τὸ πῶς δ', ἄκουσον. Ἡδονὴ τῷ πράγματι
Πολλὴ πρόσεστιν.
Εἶτ' ἂν τύχῃ τις εἰς συμπάθειαν πεσών,
Τί γίνετ' ; οὐκ ἀνείργεται,
Ἕως ἂν ἔλθῃ πρὸς κατάκρημνον βάθος.
B. Λέγεις τί κρημνόν ;
A. Κρημνῶν μέγιστός ἐστιν ἡ ψευδορκία.
B. Τὸ πῶς, μάθοιμ' ἂν ἡδέως.
Πολλοὶ γὰρ οὐδ' ἴσασι πῶς ἐστι κακόν.
Ἔστι δὲ δὴ πῶς ;

35 Nunc autem mihi rem considera, et quo ferat.
B. Fere intelligo, sed tamen dic.
A. Quæro nitidissimam aliquam sermonis imaginem.
B. Quænam autem erit illa ?
A. Petram vidisti aliquando ex monte ruentem ?
40 *B.* Ac sæpe id quidem. Cur non enim ?
A. Ac magno impetu ad ima, quasi funda rotatam ?
B. Et cum magno tremore.
A. Num aliquando ipsam vidisti facile sisti ?
B. Nisi quis alius viderit, ego non vidi.
45 Seipsam enim impellens petra fortior est manu.
A. Recte dicis.
Idem mihi accidit, cum ad inferiora curro :
Effert me impetus violenter.
Manere autem ab initio, et me, et lapidem, res facillima.
50 *B.* Quid hic autem non facillimum ?
A. Huic imagini malum omne persimile,
Præcipue vero jusjurandum, ut mihi videtur.
Quomodo istud, audi. Inest huic rei
Multum voluptatis.
55 Deinde si quis in consuetudinem inciderit,
Quid fit ? non cohibetur,
Donec in profundum gurgitem pervenerit.
B. Quem dicis gurgitem ?
A. Gurgitum maximus est perjurium.
60 *B.* Quomodo id fiat, libenter didicerim.
Multi enim ne norunt quidem quomodo id sit malum.
Quonam autem modo malum est ?

36 *Λέγε.* Ita legendum videtur. In edit. quibusdam λέγεις, in aliis deest.
47 *Τὸ δ' αὐτὸ πάσχω, κἂν ἐγὼ κατατρέχω.* Sic Coisl. Dimidium versiculi in editis desideratur.
48 *Mé.* Ita Combef. Edit. σέ.
52 *Μάλιστα*, etc. Male hos versus divisos præbebant editi, quos secuti sunt incaute Benedictini. Eos ad ordinem verum reduximus admittendo lectionem Coislianam πρόσεστιν. Multis insuper peccat versio metrica tum quoad sensum, tum quoad typographiam, tum quoad versuum divisionem, quæ omnia correximus italicis distincta. CAILLAU.
54 *Πρόσεστιν.* Ita Coisl. Edit. ἐστιν.
55 *Εἰς συμπάθειαν. Qui affectum induerit quadam necessitudine.* Συνήθειαν, *consuetudine.*
56 *Ἀνείργεται.* Ita Coisl. Edit. ἀπείργεται.

METRICA VERSIO.

Nunc jam ista quonam res ferat, quæso, vide.
B. Jam pene nosco. *A.* Sed tamen
Sermonis aliquid postulo exemplum tui.
B. Quodnam sit illud ?
A. Petram cadentem monte vidisti edito ?
B. Ego ista vidi, nec semel.
A. Quanta ruens ad ima volvitur impetu !
B. Quanto et tremore !
A. An facile quæ se sistere visa est tibi ?
B. Mihi non : an alii nescio,
Nam petra sese concitans, vincit manum.
A. Tu vera dicis :
Hæc et mihi accidere ; ad ima cum feror,
Me citior abripit impetus.
Facile at manere primum erat meque et petram.
B. Perfacile sane.
A. Huic cuncta petræ paria cum sint crimina,
Tum maxime horcus, ut puto.
Qui fiat hoc, audi. Certe huic inest rei
Grandis voluptas.
At semel ut horco quispiam assuevit, quid hinc
Contingit ? haud jam sistitur,
Quoad in profundum gurgitem præceps ruat.
B. Quis gurges hic est ?
A. Non gurges ullus major est perjurio.
B. Id scire quid sit, *mi placet.*
Horcus malum nam quale sit, multos *latet.*
Hoc ergo pande.

Digitized by Google

A. Οὐ τὴν ἑαυτοῦ πολλάκις σωτηρίαν
Ὁμώμοκέ τις ; *B.* Καὶ μάλα.

A. Τί οὖν ; Δέδοικε μή τι τῶν κακῶν δράσας,
Τι καὶ κακωθῇ·

Μέσην τέως τέθεικε τὴν σωτηρίαν,
Τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δηλαδή,

Ὥστ' ἐξολέσθαι, εἰ τύχοι ψευδῆ λέγων.

B. Οὕτω δοκεῖ μοι.

A. Τοῦτ' οὖν λογίζου, κἂν Θεόν ποτ' ὀμνύσῃς.
B. Τὸ ποῖον, ὡς ἂν εἰδῶ ;

A. Μέσον τέθεικας τὸν Θεὸν τῆς πίστεως.
B. Μέσον· τί δ' ἄλλο ;

A. Φυλάσσετ' εὐορκοῦντι, λύεται δὲ μή,
Ὅσον ἐφ' ἡμῖν. *B.* Εὖ λέγεις.

A *A.* Τὸ μὴ φυλάσσειν δ', εἰπέ μοι, τί σοι δοκεῖ ;
B. Ἄρνησις, οἶμαι.
A. Ἄρνησις οὖν πέφυκεν ἡ ψευδορκία.
B. Οὐκ ἔστιν ἄλλως οὐδαμῇ.
A. Ἀρνήσεως δὲ τί χεῖρον ἄρ' εἰπεῖν ἔχεις ;
B. Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν.
A. Πάντων ἄρ' ἐστὶ χεῖρον ἡ ψευδορκία,
Ὡς γοῦν δέδεικται καὶ μακρῷ.
B. Πῶς οὖν φύγωμεν ; *A.* Τὸν τρόπον κτησώμεθα
Πιστόν. *B.* Μέγ' εἶπας.
A. Ὅρκου γὰρ ἧττον χρεία τοῖς εὐγνώμοσιν.
B. Ἧττον γὰρ οἶμαι οὐδαμῶς.
A Ἀλλ' ὁ τρόπος καθίστατ' ἀντὶ μάρτυρος.
B. Ἔχει γὰρ οὕτως.
A. Τί πλεῖόν ἐστι τοῖς πολυόρκοις, εἰπέ μοι ;
B. Γέλως. Τί δ' ἄλλο προστίθεις ;

A. Annon sæpe per suam ipsius salutem
Juravit aliquis? *B.* Certe sæpius.
498-499 65 *A.* Quid igitur? Dum metuit, ne quid admittens mali,
Malo et ipse afficiatur,
Mediam interposuit salutem,
Suam ipsius videlicet,
Ut pereat, si falsum dixisse inveniatur.
70 *B.* Sic mihi videtur.
A. Hoc igitur considera, si quando per Deum jures.
B. Quale illud est, ut intelligam?
A. Mediatorem posuisti Deum fidei tuæ.
B. Mediatorem sane. Quid enim aliud?
75 *A.* Servatur recte juranti ; solvitur. si non recte,
Quantum in nobis est. *B.* Recte dicis.
A. Sed non servare, dic mihi, quid tibi videtur?
B. Negationem esse arbitror.
A. Negatio ergo est perjurium.
80 *B.* Nihil aliud profecto est.
A. Negatione autem quid pejus dicere queas?
B. Haud equidem invenio.
B. Res est igitur omnium pessima, perjurium,
Ut pluribus demonstratum est.
85 *B.* Quomodo ergo illud fugiamus? *A.* Mores aptos habeamus
Ad faciendam fidem. *B.* Magnum dicis.
A. Minus enim opus est jurejurando viris probis.
B. Minus illud idem ipse puto, ac minime.
A Sed mores testis loco consistunt.
90 *B.* Sic enim se res habet.
A. Ecquod lucrum his qui sæpe jurant? Dic mihi.
B. Risus. Quid aliud adjicies?

67 *Τέως*. Ita mss. Edit. Θεῷ.
72 *Ἂν εἰδῶ*. Claudicare videtur metrum, deficiente uno pede, nisi in verbo εἰδῶ duæ fiant syllabæ ex duobus primus litteris εἴ. Caillau.
75 *Λύεται δὲ μή*. Subaud. εὐορκοῦντι.
79 *Πέφυκεν*. Coisl. πέφηνεν.
80 *B. Οὐκ ἔστιν ἄλλως οὐδαμῇ*.
A. Ἀρνήσεως δὲ τί χεῖρον ἄρ' εἰπεῖν ἔχεις ;
B. Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν.
A. Πάντων ἄρ' ἐστὶ χεῖρον ἡ ψευδορκία.
Quatuor isti versiculi in edit. desiderabantur. Ex cod. Coisl. descripti sunt. — Versibus expressos italicis distinximus. Caillau.
91 *Εἰπέ μοι*. Ita Coisl. In edit. deest μοι.
92 *Γέλως*, etc. Iste versiculus deest in Coisl.

METRICA VERSIO.

A. Annon salutem per suam quisquam frequens
Juravit ? *B.* Istud quis neget ?

A. Quid ergo? metuit ne quid admittens mali,
Patiatur etiam ?

Mediam salutem statuit inter se et Deum.
Suam salutem scilicet :

Ut pereat ipse, falsa si verba efferat.
B. Sic mihi videtur.

A. Hoc ergo reputa, si Deum jures quoque.
B. Expone quidnam hoc, ut sciam.

A. Fidei hunc, polo qui regnat alto, intercolas.
B. Ipsum profecto.

A. Servatur ergo vera juranti : secus,
Si falsa. *B.* Recte tu quidem.

B *A.* At non tueri, quale tu crimen putas?
B. Negationem,
A. Negat ergo summum, falsa qui jurat, Deum.
B. Certe negavit. A. At tibi
Negatione pejus esse quid potest?
B. Nil, credo, pejus.
A. Res ergo pessima omnium est perjurium,
Ut jam probatum est pluribus.
B. Fuga ergo tanti quæ mali? *A.* Mores probi.
B. Magnumque dicis.
A. Horco minus opus est enim probis viris.
B. Minus ; immo plane non opus.
A. Mores honesti tunc locum testis tenent.
B. Sic quippe res est.
A. Quidnam ille fructus, sæpe qui jurat, refert?
B. Risum. Quid aliud insuper?

Digitized by Google

Α Μηδ' ἂν λέγωσιν οὖν τι καὶ πιστὸν, δοκεῖν.
B. Κἀμοί γ' ἀρέσκει.
95 *A.* Φέρ' οὖν, ἐμοὶ πείσθητι. *B.* Καὶ μάλιστα μέν.
A. Τοῖς τοῦ λογισμοῦ φαρμάκοις
Πᾶσαν κάτασχε τὴν νόσον. Πολλοὶ δὲ δὴ
Ὧν ἴσμεν ἡμεῖς
Καὶ μειζόνων ἐκράτησαν ἢ βούλομαι.
100 *B.* Τίνων λέγεις δὴ μειζόνων ;
A. Θυμοῦ, φθόνου τε, πλησμονῆς, τῶν πλησμονῆς.
B. Πῶς ταῦτα μείζω ;
A. Πλείων ὄρεξις. Ὧν δ' ὄρεξις ἔντονος,
Μείζων κάθεξις. *B.* Πᾶς ; λόγος.
105 Εἰ δ' οὐ καθεκτὴν τὴν νόσον τέως ἔχεις,
Τί δεῖ γενέσθαι ;

Α *A.* Τὸ γοῦν ἀεὶ, καὶ μείζω, καὶ παντὸς πέρι,
Ὅρκους πληθύνειν, φεῦγέ μοι.
B. Πότ' οὖν, τίνας τε, καὶ τίνων δίδως χάριν ;
110 *A.* Οὔσης ἀνάγκης.
B. Ἔστω. Τίνος δὲ δὴ, προστίθει ; *A.* Κινδύνων
Ἐλευθερώσων δή τινας.
B. Χρηστόν γε. *A.* Ἢ σεαυτὸν αἰσχρᾶς αἰτίας
Ἐλευθερῶν γε.
115 Ὅρκος δὲ μή σοι χρημάτων κέρδος φέροι.
Λίαν γὰρ αἰσχρὸν φαίνεται.
B. Λίαν. *A.* Πρόχειρον ἐγκαλεῖν ψευδορκίαν
Τούτων τί μᾶλλον ;
Πλείους κακοὶ γάρ εἰσιν εἰς τὰ χρήματα.
120 *B.* Πλείους· τίς οὐ συνθήσεται ;
A. Καὶ τοῖς σοφισταῖς τοῦτ' ἐδογματίζετο.
B. Τί οὖν μέγ' ἡμῖν ;

A. Ut etiamsi aliquid veri dicant, dicere non videantur.
B. Mihi quoque ita placet.
95 *A.* Age igitur, obsequere mihi. *B.* Ac libentissime quidem.
A. Rationis medicamentis
Morbum omnem comprime. Multi autem
Quos novi,
Etiam majora (vitia) quam nunc volo. vicerunt.
100 *B.* Quænam majora dicis ?
A. Iram, invidiam, gulam. et quæ ex gula.
B. Quomodo hæc majora ?
A. Vehementior horum appetitus. Quorum autem vehemens appetitus,
Ea difficilius reprimere. *B.* Certa res.
105 **500-501** Sed si morbo hactenus insanabili laboras,
Quid faciendum ?
A. Semper, et vehementius, et de re qualibet
Caveas jusjurandum multiplicare.
B. Quandonam ergo, et quale, et quam ob causam, concedis jusjurandum ?
110 *A.* Ubi adest necessitas.
B. Sit sane : sed quæ necessitas, adde. *A.* Ut periculis
Liberes aliquem.
B. Optimum id sane. *A.* Vel ut te ipsum turpi crimine
Exsolvas.
115 Sed ne tibi ex jurejurando pecuniæ lucrum accedat.
Id enim videtur admodum turpe.
B. Admodum. *A.* Ac proclive est perjurii accusari
Istos præsertim.
Plures enim sunt mali causa pecuniæ.
120 *B.* Plures sane. Quis non assentiatur ?
A. Atque id sophistæ autumabant.
B. Quid igitur magni a nobis fit ?

101 *Πλησμονῆς, τῶν πλησμονῆς.* Coisl. πλησμονῆς, τῶν πλησίον.
103 *Ἔντονος.* Coisl. εὔτονος.
107 *Μείζω.* Coisl. μείζοσι.
108 *Ὅρκους πληθύνειν.* Coisl. ὅρκοις πληθύνεσθαι. — In utroque casu deficit metrum, cum prima syllaba πλη, quæ deberet esse brevis, male producatur. CAILLAU.
111 *Τίνος.* Coisl. τίνων.
115 *Σοι.* Ita Coisl. Edit. μοι.
117 *Ἐγκαλεῖν.* Coisl. ἐγκαλεῖσθαι.
119 *Κακοὶ γάρ.* Ita Coisl. In edit. deest γάρ.
120 *Πλείους.* Ita Coisl. Deest in edit.

METRICA VERSIO.

A. Ut vera nec cum dicat, inveniat fidem.
B. Mihi sic videtur.
A. Ergo monenti pareas. *B.* Perquam libens.
A. Rationis ipse pharmacis
Omnino morbum comprime ; a multis viris,
Quos ipse novi,
Majora quoque sunt victa, quam de quo loquor.
B. Majora quænam nunc ais ?
A. Invidiam, et iras, et gulam, et quæ *sunt gulæ*.
B. Majora quinam hæc ?
A. Cupido major ; quæ quis ardenter cupit,
Hæc retinet arcte. *B.* Res ita est.
Comprimere morbum si tamen nondum potes,
Quidnam est agendum ?

Β *A.* Jurare saltem semper et grandissime,
Omnique de re, diffuge.
B. Quando igitur horci gratiam nobis facis ?
A. Tum cum necesse est.
B. Quando at necesse est, adjice. *A.* Ex periculis
Magnis ut aliquos extrahas ?
B. Recte. *A.* Vel ut te crimine exsolvas gravi,
Tum quoque licebit.
Jurare quæstus absit at causa mihi :
Hoc turpe scilicet nimis.
B. Nimis A. Quis autem talis haud perjurii
Prompte arguatur.
Plures enim sunt improbi in pecuniis.
B. Nemo id negarit.
A. Etiam a sophistis traditum hoc olim fuit.
B. Quid ergo grande, si pares ?

Digitized by Google

A. Οὐδὲν τὸ μιμεῖσθαι, εἰ δὲ καὶ φαινοίμεθα
Χείρους, τόδ' αἰσχρὸν καὶ μάλα.

B. Ὅρκους δὲ δὴ μάλιστα φευκτέον τίνας;
A. Εὔδηλόν ἐστι.

B. Πλὴν σοῦ γ' ἀκούειν ἀσφαλές. **A.** Τούτους λέγω
Ὅσοι γε φρικωδέστεροι.

B. Δέδοικας εἰπεῖν; **A.** Ὅσσοι ἂν μνήμην Θεοῦ
Ἔχουσιν ἁπλῶς.

B. Γραφῶν δὲ δὴ τί, καὶ πάθους, καὶ προσφορᾶς;
A. Καὶ ταῦτ' ὁμοίως μυστικά.

B. Ἡμῖν δὲ δὴ μάλιστα τῶν ἐγχωρίων·
A. Καὶ δακρύω γε.

Τὸ γὰρ σύνηθες καὶ νόμος καθίσταται.
Πλὴν πάνθ' ἁλωτὰ τῷ λόγῳ.

A B. Τίν' οὖν λέλοιπας ὅρκον; **A.** Εἴθε μηδένα,
Μὴ δ' ἦν τις ἄλλος.

B. Εἰ μὴ γυναῖκα, τέκνα, τὴν σωτηρίαν,
Ζωὴν, ἀπένθητον βίον.

A. Ἀραὶ τάδ' ἐστὶν, ἀλλ' ὅμως ὅρκος δοκεῖ.
B. Καὶ γὰρ δοκείτω
Ταῦθ', οἵ τε καὶ πληγέντες οὐκ ὀλώλαμεν·
Ψυχῆς γὰρ οὔπω κίνδυνος·
Ἦν ἐξολέσθαι, παντελὴς ἐστι μόρος.
A. Ὀρθῶς ἔχει σοι.
Σοὶ δ' εἰς ἅπαντα, τῇ ζέσει τῆς καρδίας,
Θεὸς, τράπεζα, φίλτατα,
Σταυρὸς, γυνὴ, τὸ θεῖον αἷμα, αἷμα σὸν,
Γῆ, καὶ θάλασσα,
Ὃ πρῶτον ἤνεγχ' ἡ κακὴ προθυμία,
Τῷ σῷ φθορεῖ κινούμενον·

A. Nihil sane magni, si eos imitemur. Sed si videamur
Deteriores, erit id turpissimum.
B. Quænam autem juramenta maxime fugienda?
A. Manifesta res est.
B. Sed tamen ex te audire tutius erit. *A.* Illa dico
Quæcunque horribiliora.
B. Enarrare metuis? *A.* Quotquot Deum
Simpliciter memorant.
B. Quid si Scripturas, aut passionem, aut sacrificium?
A. Sunt hæc pariter arcana et mystica.
B. At nobis (juramenta) inter præcipuas loci consuetudines.
A. Est ita, idque defleo.
Nam consuetudo etiam legis obtinet locum:
Sed tamen omnia ratione vinci possunt.
B. Quodnam ergo jusjurandum concedis? *A* Utinam nullum!
Neque aliud prorsus esset.
B. Quidni per uxorem, filios, salutem,
Vitam, prosperos eventus?
A. Sunt hæc imprecationes. Sed tamen jusjurandum videntur.
B. Ac sane videantur talia.
Iis etsi lædimur, non tamen perimus.
Nondum animæ periculum,
502-503 Quam quidem perire, perfectus est interitus.
A. Recte hæc tibi se habent.
Tibi vero ad omnia quæ accidunt, æstu cordis,
Deus, mensa, res charissimæ,
Crux, uxor, divinus sanguis, sanguis tuus,
Terra et mare,
Quidquid primum mala cupiditas protulit,
Corruptore tuo incitante, adhibentur,

123 *Εἰ δὲ καί.* Ita legendum. In edit. decst εἰ.
129 *Ὅσσοι ἂν.* Edit. τοὺς ὅσσοι, unde claudicat versus, et deinde ἔχουσ' pro ἔχουσι. CAILLAU.
140 *Ἀπένθητον. Vitam mœroris expertem.*
143 *Οἵ τε.* Ita habet Coisl. codex οἵός τε καί. Forte legendum foret οἵοις τε καί.

METRICA VERSIO.

A. Nil grande, si pares; locum at tenebimus
Victi minorem turpiter.
B. At fugere quosnam maxime horcos convenit?
A. Id est apertum.
B. Audire at abs te tutius. *A.* Hos intelligo,
Qui tetriores cæteris.
B. Times referre? A. Quotquot alti Numinis
Sumpsere nomen.
B. Quid Scripta sacra, passio, atque oblatio?
A. Sunt sane et ista mystica.
B. Jurare tamen hæc, nos apud, mos est fre-
[quens.
A. Est: idque ploro.
Mos quippe longus obtinet legis locum.
At ratio nil non efficit.

B *B.* Horcum ergo quemnam liqueris? *A.* Nullum
[velim:
Nec exstet alius.
B. Quid si salutem, filios, sociam et tori,
Vitamque jurem prosperam?
A. Sic imprecaris, ast habet id horci typum.
B. Habet, fatemur.
Sed ictus ipse sim licet, tamen haud perii;
Menti periclum nondum enim est:
Omnino quam qui perdidit, miser occidit
A. Recte istud inquis.
Ad cuncta sed tu fervidus juras Deum
Mensamque, chara et pignora,
Crucem, Deique sanguinem, et simul tuum,
Terram, fretumque,
Quidquid libido pestifera primum tulit,
Agitante pravo dæmone,

Digitized by Google

Ὃς καὶ γλυκεῖαν τὴν νόσον ποιεῖ δοκεῖν,
Ὦ τῆς ἀνοίας!
Ὥσπερ χέοι τε χρυσὸν ἐκ γλωσσαλγίας.
B. Ἔχει γὰρ οὕτως, ὡς λέγεις.
A. Ἄλλα δ' ἐπ' ἄλλοις κύματ' ἐξεγείρεται,
Θυμοῦ πνέοντος
Ἴσως, ἴσως δὲ χρημάτων ἴσως πόθου·
Πλεῖσται γάρ εἰσιν αἱ πάγαι.
Οὐ τὸν χεθέντα δεινὸν ὅρκον οἴεται.
B. Οὐκ οἴεται γάρ.
A. Τῷ δ' ἐμμένοντι, φεῦ τάλας! συμπνίγεται.
B. Ὥσπερ γραφεὺς εἶ τοῦ πάθους.
A. Πείθειν νομίζει τῷ ἀπειθεῖσθαι πλέον,
Ἂν μὴ νοηθῇ.
A. Τί δεῖ λόγων σοι πλειόνων, ἂν εἷς κρατῇ;
B. Μόχθος περισσὸς δηλαδή.
A. Ὁρκῶν δὲ τί δεῖ πλειόνων, ἂν εἷς κρατῇ;
B. Οὐκ οἶμαί γε.
A. Τὸ πλῆθος οὖν γνώρισμα τῆς οὐ πίστεως.
B. Οὐκ ἔστιν ἄλλως, εὖ λέγεις.
A. Ἢ μηδόλως οὖν ὀμνύειν, ἢ εἶπου τινά.
B. Τοῦτ' ἦν ἄριστον.
A. Εἷς ἂν τρέπηται, καὶ τὸ πᾶν τραπήσεται.
B. Καλοῦ γε τοῦ σοφίσματος!
A. Εἶποι τίς ἂν, τὸ πλῆθος ὡς πιστεύεται;
B. Νομίζεθ' οὕτως.
A. Ἢ καὶ κόνιν συνθεὶς αὐ ποιεῖς χρυσίον;
B. Τίς δ' ἄλλος, ἢ τίς ἡ φύσις;
A. Ἐκ πλειόνων δὲ, τίς λόγος, ἀπιστουμένων
Πίστιν γενέσθαι;

Qui etiam efficit, ut dulcis morbus videatur,
O vesaniam!
Quasi aurum ex linguæ prurigine profundat.
B. Ita se res habet, ut dicis.
A. Alii autem ex aliis fluctibus excitantur,
Ira spirante
Forsitan, forsitan pecuniæ amore:
Sunt enim plurimi laquei.
Non grave illi videtur jusjurandum quod effudit.
B. Non sane videtur.
A. Sed ab eo quod intus manet, heu miser! suffocatur.
B. Veluti pictor es hujus morbi.
A. Fidem sibi adhiberi putat, cum denegatur maxime,
Si non intelligatur.
Quid opus est pluribus rationibus, si una vicerit?
B. Labor videlicet supervacaneus.
A. Juramentis quid pluribus opus est, si unum vicerit?
B. Haud equidem arbitror.
A. Multitudo igitur indicium est fidem denegari.
B. Non aliter se res habet, recte dicis.
A. Vel igitur omnino non jurare, vel saltem raro.
B. Id quidem esset optimum.
A. Unum si violetur (juramentum), omnia violantur.
B. O appositam rationem!
A. Forte quis dixerit multitudini fidem adjungi.
B. Sic equidem arbitrantur.
A. Nunquid tu pulverem congerens aurum efficis?
B. Quis vero alius, quæve natura?
A. Quæ ratio esse potest, ut ex pluribus, quæ fide carent,
Fides obtineatur?

152 *Τῷ σῷ φθορεῖ. Corruptore tuo*, id est, *diabolo.*
155 *Χέοι τε.* Sic legendum videtur. Edit. χέοντι.
166 *Ἂν μὴ νοηθῇ. Si non intelligatur.* Quod si rabie actus, nec satis sui compos, alia ex aliis juramenta evomit. *Combef.* Bill. omisit. Coisl. pro μὴ habet μοί. Sic legit Leuv. *Denique si rem recte considero.*

METRICA VERSIO

Dulcem videri qui tibi morbum facit,
O stoliditatem!
Ut si loquaci gutture aurum fundites.
B. Ita est ut ipse nuntias.
A. Fluctus, subinde sed novi surgunt, furens
Cum spirat ira,
Vel forte sæva cum sitis pecuniæ.
Permulta nam sunt retia.
Quem fundit horcum, tunc enim haud ducit gravem.
B. Non ducit equidem.
A. Sed suffocatur, pectore hunc si presserit.
B. Morbi peritus pictor es.
A. Fidem arrogari tunc sibi magis putat,
Cum nemo credit
Cum sermo vincit unus, an multis opus?
B. Labor hic inanis scilicet.
A. Horcus si vincat unicus, quid pluribus
Opus est? *B.* Opus nil.
A. Horci ergo plures, non tibi credi judicant.
B. Ut loqueris ita se res habet.
A. Horcos vel omnes igitur aut multos fuge.
B. Sapienter istud.
A. Unus cadat nam si irritus, cuncti cadent.
B. Recte quidem tu disputas.
A. Horcis habetur, dixeris, multis fides.
B. Sic arbitrantur.
A. Junctone multo pulvere hinc aurum facis?
B. Natura prorsus hoc vetat.
A. Ex pluribusne, cuncta quæ careant fide,
Fidem obtinebis?

Digitized by Google

B. Οὐδείς, ἔμοι γε φαίνεται. *A.* Παύσεις ποτὲ
Πλούτου κακίστου βέλτιον;
Οὔκουν ὁμῇ τὰ πάντα, οὐδὲ πάντοτε,
Ἔσθων, κυδεύων,
Πλέων, ὁδεύων, δυστυχῶν, εὐημερῶν,
Ἀπεμπολῶν, τι κτώμενος,
Χαίρων, στενάζων, ἐν φίλοις, ἐν συμπόταις,
Ἐμῶν τὸν ὅρκον,
Ὡς οἱ τροφῆς τε καὶ ποτοῦ πεπλησμένοι.
B. Πολλῆς τὸ πρᾶγμα συμφορᾶς.
A. Ἀλλ' οὐδὲ πάντων εἶνεχ', ὡς ἁλώσιμος,
Ἐπὰν κρατηθῇς
Ἔργου, λόγου, σκιᾶς τε καὶ τυραννίδος.
B. Ὡς γοῦν τὰ πολλὰ φαίνεται.

A A. Τὰ πάνθ' ὑβρίζεις, καὶ Θεὸν καὶ πράγματα.
B. Πῶς δὴ τὰ πάντα;
A. Εἰς ἓν τὰ πάντα συντιθεὶς, οὐκ ὄντ' ἴσα.
Σπάρτος τόδ' ἐστὶν ἡνίας.
Τί δ'; οὐχὶ, φήσεις, καὶ Θεός ποτ' ὀμνύων
Εὑρίσκεθ' ἡμῖν,
Ὡς αἱ Γραφαὶ γοῦν; Ἢ τί καὶ κρεῖσσον Θεοῦ;
B. Τὶ κρεῖσσον οὐχ εὑρίσκεται.
A. Εἰ δ' οὔτι κρεῖσσον, οὐδ' ἂν ὀμνύοι ποτέ.
B. Πῶς οὖν λέγουσι;
A. Λέγει τι, τοῦτο δ' ὅρκος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ.
B. Πῶς οὖν καθ' ἑαυτοῦ λέγεται;
A. Πῶς; οὐδ' ἂν εἴη παντελῶς, εἰ ψεύδεται;
B. Φρικτὸν λέγεις τι.

B. Nulla, ut mihi videtur. *A.* Relinquesne tandem aliquando
Malas divitias, quod est melius?
504-505 Noli ergo vel quævis juramenta usurpare, vel semper,
Edens, ludens,
Navigans, iter faciens, si male cesserit, si bene,
Vendens, aliquid acquirens,
Gaudens, ingemiscens, inter amicos, inter convivas,
Vomens jusjurandum
Veluti qui cibo et potu repleti sunt.
B. Res valde calamitosa.
A. Nec vero quibusvis de causis (jures), quasi qui reus agendus sis,
Si victus fueris,
Operis, sermonis, umbræque et violentiæ.
B. Certe velut plerumque fieri videtur.
A. In omnia contumeliosus es in Deum et res creatas.
B. Quomodo vero omnia?
A. In unum omnia nectens, quamvis non sint æqualia.
Spartea hæc est, ceu plexa junco habena.
Quid autem? Nonne, inquies, et Deum aliquando jurasse
Invenimus?
Sic Scripturæ tradunt. Quid autem Deo melius?
B. Haud quidquam melius invenitur.
A. Si autem non est quidquam melius, nunquam jurat.
B. Quomodo ergo tradunt (Scripturæ Deum jurare?)
A. Cum aliquid dicit, id juramentum est Dei.
B. Qui igitur per se ipsum jurare dicitur?
A. Qui? Deus omnino non foret, si mentiretur?
B. Horrendum quid narras.

184 *Βέλτιον*. Edit. addunt: μηδὲν ἔχειν. Hæc autem desunt in Coisl., servaverunt vero Benedictini, qui verterunt: *Desinesne tandem aliquando ex malis divitiis nihil melius habere?* Sed servatis his verbis μηδὲν ἔχειν, nulla remanet metri forma; his autem cum Coisliniano codice rejectis, fit cum metro patens sensus, quem in textu expressimus. CAILLAU.

186 *Ἔσθων*, etc. Hic plena in edit. metrorum confusio, quam a Benedictinis non coordinatam ad ordinem reduximus. CAILLAU.

194 *Ἐπὰν κρατηθῇς*. Leuv. *Tanquam qui deprehendi possis, si conviciaris, vel ipsa re, vel verbis, vel umbra quadam, vel per vim.*

200 *Σπάρτος τόδ' ἐστὶν ἡνίας*. Adagium quoddam istud est, inquit Combef., quo nexum fragilem, seu leve argumentum esse ostendit poeta, qui suos versus crebro adagiis condire solet. Leuv *Hæc freni tui regula esse debet, quæ vetat ne in juramentis, quæ non sunt paria, divina cum humanis, inter quæ incomparabile quoddam est discrimen componat.* Bill. videtur legisse *ἀνόλας*. *Dementis hæc est nexio.* Quod nec satis ad mentem Gregorii, nec metrum patitur.

201 *Οὐχί*. Ita Coisl. Edit. οὐ.

METRICA VERSIO.

B. Non ego: nec ullus. *A.* *Provide num* desines
Tandem malas quærens opes?
Nec ergo jures cuncta, nec semper, puta
Ludens, edensve,
Miser, beatus, navigans, carpens iter,
Vendens, emensque plurima,
Gaudens, gemiscens, in epulis horcum vomens,
Interque amicos,
Ut qui lyæo, dapibus et multis tument.
B. Hæc misera res est admodum.
A. Ob cuncta nec item, captus ut si sis statim,
Cum sermo vel res,
B Vel umbra, vel vis dura te convicerit.
B. Plerumque certe, ut cernitur.
A. In cuncta probra fundis, in res ac Deum.
B. In cuncta quinam?
A. Tunc cuncta in unum nectis haud æqualia.
Dementis est hæc nexio.
Quid? inquis: annon maximus jurat Deus?
Scriptura certe
Id tradit. Estne quidpiam melius Deo?
Nil melius exstat uspiam.
Nunquam ergo jurat. *B.* Cur sacræ ergo Litteræ
Testantur istud?
A. Cum dicit aliquid, horcus id summi est Dei.
B. Cur vota per se concipit?

Digitized by Google

Α. Φύσις γάρ ἐστι καὶ τὸ ἀψευδεῖν Θεοῦ·
Οὐκ ἔστιν ὅστις ἀντερεῖ.
Β. Τί δ' ἡ Παλαιά; Α. Οὐ τὸν ὅρκον κωλύει,
Ζητεῖ δ' ἀληθῆ.
Καὶ γὰρ φονεύειν τηνικαῦτ' ἦν ἔννομον,
Νῦν δ' οὐδὲ παίειν. Β. Τοῦ χάριν;
Α. Τόθ' ἡ τελευτὴ τῶν κακῶν ἐκρίνετο,
Νῦν καὶ τὸ κινοῦν.
Β. Οὕτω δοκεῖ μοι. Καὶ γὰρ ἦλθ' ἐπὶ πλέον.
Α. Ὥστ' οὐδ' ὀμεῖται σωφρονῶν.
Β. Τί οὖν; δέδωκας ἔστιν οἷς, ὡς νηπίοις,
Τροφῆς τὰ πρῶτα,
Ὡς ἂν λάβωσι καὶ τροφὴν τὴν ὕστερον;
Α. Ὀρθῶς γε καὶ σοφώτατα.
Β. Καὶ Παῦλος ὤμνυ, φασί. Α. Τίς τόδ' εἶπέ σοι;
Ὡς λῆρος ἦν τις!
Β. « Μάρτυς Θεός μοι, » καὶ, « Θεὸς τόδ' ἱστορεῖ, »
Ταῦτ' οὐκ ἦν ὅρκου; Α. Καὶ τίνος;
Πίστωσίς ἐστι τοῖς τοσούτοις ἀῤῥαγής.
Β. Ἐμοὶ δὲ δώσεις;
Α. Καὶ πάντα μοι γένοιτο Παῦλος εἰς σθένος.
Στάθμη δικαία τοῦτό γε.
Β. Θυμός τι λήψετ'; Α. Εὖγε, τηνικαῦτα δή,
Ἐπάν τι συμβῇ.
Ἁπλοῦν κακόν τι χεῖρον, ἢ διτταὸν δοκεῖ;
Οἷον τόδ' ἐστί·
Τὸ δ' οὐ προκληθέντ' ἀθρόως ὅρκῳ πεσεῖν,
Τί φαίνεταί σοι; Β. Ναὶ φθόνος.

A. Natura quidem Dei est, quod non mentiatur :
Nemo est qui negaverit.
B. Quid autem lex vetus? *A.* Jusjurandum non prohibet,
Sed quærit veritatem.
Etenim occidere tunc temporis erat lege permissum :
Nunc autem, nequidem licet ferire. *B.* Quam ob causam?
A. Tunc perpetratio sceleris judicio plectebatur :
Nunc autem, etiam id quod movet ad crimen.
B. Sic mihi videtur. Etenim lex nova tendit ad perfectius.
A. Quamobrem non jurabit sapiens.
B. Quid igitur? num largiris quibusdam tanquam infantibus,
Primum cibum,
506-507 Ut etiam capiant escam firmiorem?
A. Recte quidem et sapientissime.
B. Atqui Paulus juravit, inquiunt. *A.* Quis hoc tibi dixit?
Quam nugator is fuit!
B. « Testis mihi Deus est, » et : « Deus scit, »
Nonne hæc sunt juramentum? *A.* Quod?
Nihil aliud sunt quam asseveratio tantis rebus nixa, ut sit inviolabilis.
B. Mihi vero idemne concedes?
A. Utinam mihi omnino fias Paulus in virtute!
Regula sane justa est.
B. Iracundia quid accipiet? *A.* Optime tum scilicet,
Cum aliquid acciderit.
Simplexne malum tibi majus, quam duplex, videtur?
Quale istud est :
Ut si nemine impellente in juramentum sponte incidas.
Quid tibi videtur? *B.* Quasi primum scelus.

215 *Καὶ γὰρ φονεύειν.* Nempe eo sensu, quod judex sententiam proferret, ut ipse subinde exponit.
216 *Οὐδὲ παίειν. Ne leviusculam injuriam inferre, ne quidem irasci.*
219 *Ἦλθ' ἐπὶ πλέον.* Coisl. ἦλθε τὸ πλέον.
223 *Τὴν ὕστερον. Posteriorem.*
228 *Ταῦτ' οὐκ ἦν ὅρκου.* Ita Coisl. *Nonne hæc ad juramentum pertinent?* In Edit. ταῦτ' οὖν οὐκ, etc.
230 *Δώσεις.* Ita Coisl. Edit. δώσει.
233 *Θυμός τι λήψετ'. Iracundia etiam aliquid accipiet. Aliquid etiam dabis.* Mox δή. Coisl. δεῖ.
234 *Ἐπάν.* Ita Coisl. Mendose edit. ἀπάν.
235 *Δοκεῖ.* Coisl. δοκεῖν.
238 *Ναὶ φθόνος.* Ita Coisl. Edit. καὶ φθόνος. Hoc nomine sæpius diabolum appellat Gregorius, quod ejus invidia mors et omne malum subintraverit.

METRICA VERSIO.

A. Omnino non est, falsa si potest loqui.
B. Horrenda narras.
A. Natura namque est Numinis, verum eloqui.
Est nemo qui negaverit.
B. Quid at vetus lex? *A.* Illa non horcum vetat,
Sed vera quærit.
Namque et vetabat illa cædem admittere :
Hæc et ferire. *B.* Cur ita?
A. Plecti solebat criminum tunc exitus :
Nunc etiam origo.
B. Sic mihi videtur; hæc se enim ultra porrigit.
A. Horcum ergo fugiet qui sapit.
B. Ergo quibusdam porrigis, pueris velut,
Lac ebibendum,
Quo firmiores capere post cibos queant?
A. Sapienter istud porrigo.
B. At Paulus etiam jurat. *A.* Id qui dixerit,
Vanum hunc putato.
B. « Testis Deus » qui, « Novit hoc summus [Deus, »
Nonne horcus hæc sunt? *A.* Neutiquam.
Sed firma rebus maximis assertio.
B. Idem mihi dabis?
A. Ad cuncta magni sis velim Pauli æmulus.
Est recta sane hæc regula.
B. Quidnam ira capiet? *A.* Optime tum scilicet,
Cum quid erit ortum.
Simplexne gravius, an duplex censes malum?
Cujusmodi hoc est :
Quid, sponte in horcum si cadas non concitus?
B. Immane crimen istud est.

Digitized by Google

A. Τί δ', ἂν προκληθεὶς, ἄλλο χεῖρον εἰργάσω;
B. Τοῦτ' αὐτὸ δή που.
Εἰ δ' ἐξ ἀγνοίας; *A.* Μεῖον. Ἀλλ' ὑπεύθυνος,
Ὧν ἦν τὸ κίνημ' ἐξ ἐμοῦ.
B. Εἰ δ' οὐκ ἄκων μὲν, κινδύνων δ' ἐλευθερῶν;
A. Ἄλλος δότω τις.
B. Εἰ δ' ἐγγράφοι τις, ὅρκον οὐκ ὀμωμοκώς;
A. Τί οὖν τὸ γράμμα βούλεται;
Χειρόγραφον δὲ τῶν δεσμῶν δεσμεῖ πλέον.
B. Εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης;
A. Πῶς οὐ τέθνηκ'; ἐχρῆν δὲ πρόσθεν καὶ θανεῖν.
B. Εἰ δ' οὐ Γραφῶν προκειμένων;
A. Σελὶς τὸ σεπτὸν, ἢ Θεὸς χαρίζεται;
B. Δῆλον τόδ' ἐστί.
A. Φοβῇ τὸ δέρμα, τὸν Θεὸν δ' ἐγὼ πλέον.

A *B.* Πολλοῖς συνήθης ἡ νόσος.
A. Πολλοῖς τόδ' ἐστίν· οἷον εἴ τις δεσπότην
Παίων, ἀτιμῶν,
Τὸν δοῦλον ἢ ἀφεῖτο, ἢ τιμᾷν θέλοι.
B. Πολλῆς γε τῆς ἀτιμίας!
A. Ἢ καὶ βασιλέως εἰκόνα σώζοιτό τις,
Αὐτὸν καθαιρῶν.
B. Ἔχει μὲν οὕτω. Τοῦτο προστίθει δ' ἔτι,
Εἴπερ τι λείπει τῷ λόγῳ.
A. Ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος,
Πολλοὶ λέγουσιν.
B. Ἅπαντα πρόσθεν, ἢ ὅρκος, σοφίζεται.
Μηδεὶς πλανάσθω μηδόλως.
Ὅρκος μέν ἐστιν, ἡ δὲ διπλόη πόσον
Κακὸν πρόσεστι!

A. Quid autem, si provocatus, graviusne aliquid feceris?
B. Itidem malum est, ut prius.
Quid si ex ignorantia? *A.* Minus quidem malum. Verum reus sum,
Eorum quorum motus ex me oritur.
B. Quid si, non equidem invitus, sed ad liberandum a periculo?
A. Alius quis concedat.
B. Sin autem quis scripserit, juramentum ore non proferens?
A. Quid igitur hæc sibi vult scriptura?
Porro scriptura vinculis constringit arctius.
B. Si autem ex necessitate?
A. Quomodo mortem non oppetiit? Oportebat enim potius mori.
B. Quid si non præsentibus sacris libris?
A. An codex venerationem, an Deus præstat?
B. Id manifestum est.
A. Membranam times; Deum ego magis.
B. Pluribus frequens est hic morbus.
A. Multis et istud est; ac veluti si quis herum
Verberans et ignominia afficiens,
Servum aut missum faciat, aut etiam venerari velit.
B. O insignem contumeliam!
A. Vel si quis regiam imaginem servet,
Regem ipsum throno dejiciens.
508-509 *B.* Sic est equidem. Hoc autem adhuc velim adjicias,
Si quid superest dicendum.
A. Lingua juravit, sed mens est injurata:
Hoc multi dictitant.
Quidvis potius quam juramentum subdole excusatur.
Nemo sibi fraudem fieri ullatenus patiatur.
Juramentum quidem est, addita autem fraude quantum
Mali accedit!

244 Ἄλλος δότω τις. *Alius concedat.* Significat se id non concedere, non tamen prohibere quominus alter concedat. Supra, vers. 111 et 112, videtur illud permittere.
251 Τὸ σεπτόν. Ita Coisl. et Vat. Edit. τὰ σεπτά. Mox, Vat. in marg. χωρίζεται pro χαρίζεται.
253 Δέρμα. *Pellem.* Vat. in marg. βίβλον.
257 Ἡ τιμᾷν. Ita Coisl. Edit. τιμῶν.
259 Βασιλέως. Ita Coisl. Edit βασίλειον.
263 Ἡ δέ. Ita Vat. Edit. ἡ καί. Hic versus est Euripidis a Marco Tullio sic redditus: *Juravi lingua, mentem injuratam gero.*

METRICA VERSIO.

A. Quid gravius aliquid concitus si feceris?
B. Perinde *crimen.*
Quid si inscienter? *A.* Id minus, sed si tamen
Sit motus ex me, sum reus.
B. Si non coactus, sed fugans periculum?
A. Concedat alter.
B. Quid, si quis horcum scribat, haud ore efferat?
A. Scriptura quid vult hæc sibi?
Vincla minus arcte nos ligant quam syngraphæ.
B. Quid si coactus?
A. Mortem ante decuit perpeti. *B.* Quid si sacrum
Non proferat quis codicem?
A. Venerationem datne codex, an Deus?
B. Id est apertum.
A. Pellem vereris: plus ego multo Deum.

B *B.* Multis frequens est morbus hic.
A. Multis idemque est istud, ut si verberans
Spernensque dominum,
Dimittat aliquis servulum, aut etiam colat.
B. Est istud ingens dedecus.
A. Statuam velut si principis servans, throno
Deturbet ipsum.
B. Sic est ut inquis. At velim adjungas adhuc
Si quid supersit dicere.
A. Horcum profudit lingua, multi hoc dictitant,
At non item mens.
Fraudem sed horcus respuit supra omnia.
Sibi nemo fucum factitet.
Est istud horcus; juncta fraus et accidens, malo
Quantum addit ultra?

Digitized by Google

B. Σκοπῶ. Τί δ' ὅρκος; *A.* Τῶν δεδογμένων ὁ νοῦς. *A*
270 *B.* Ἔφριξ' ἀκούων οἷς λέγεις.
A. Λέγεις μέν. Οὕπω δ' οἶδα πρὶν πείρᾳ μάθω.
Πίστις γὰρ ἔργον.
Φρίσσουσι μέν τοι καὶ σύες παραυτίκα,
Συὸς βοῶντος. *B.* Ὧδ' ἔχει.
275 *A.* Ἀλλ' οὐ μέγ' οὐδέν. Εἰ δὲ καρδίας λόγος
Ἅψαιτ', ἐπαινῶ.
B. Τί δ'; οὐ τὸ λοῦτρόν ἐστί μοι καθάρσιον;
A. Ἔστι. Σκόπει δέ. *B.* Τί σκοπῶ;
A. Θὐ τοῦ τρόπου πάντως γε, τῶν δ' ἐπταισμένων
280 *B.* Τρόπου δὲ, πῶς ἄν;
A. Οὕτω μόνως ἄν, ἦν τι καὶ προεκπλύνῃ.
B. Νοῶ. *A.* Φόβος γὰρ τοῦ πρόσω·
Πολλῶν δὲ συγχώρησις οὐ τιμητέα.

B. Ἱῶς ἄν τόδ' εἴποι;
285 *A.* Μή που δέησις δευτέρου καθαρσίου;
B. Τί δ' ἔστι τοῦτο; γνώρισον.
A. Ἔστι δὲ μακρῶν δακρύων καὶ τήξεως.
B. Μή μοι γένοιτο.
A. Δεινὸν προέσθαι δῶρον εὐκολώτερον.
290 *B.* Πλάκες τάδ' εἰσὶ τοῦ Θεοῦ
A. Θεοῦ γάρ εἰσιν· ἐγγράφοις δὲ καρδίας
Πλαξί γε τῆς σῆς.
Βούλει μαθεῖν ὡς τοῦτο τοῦ φθόνου πάλη,
Τοῖς σοῖς φθονοῦντος δεξιοῖς;
295 *B.* Εἰπὼν ὀνήσεις· πολλὰ γὰρ παλαίομαι.
A. Ἄκουε. *B.* Φάσκε.
A. Ἠκουσά σου λέγοντος οὐκ ἀδακρυτί.
B. Τί τοῦτο; οὐκ ἀρνήσομαι.

B. Considero. Quid vero est juramentum? *A.* Eorum, quæ visa sunt, sensus.
270 *B.* Horresco audiens quæ dicis.
A. Id quidem ais. Sed tamen non credam, priusquam experientia didicero.
Fidem enim facit opus.
Horrescunt enim statim sues,
Uno sue clamante. *B.* Est ita.
275 *A.* Neque vero id mirum est; sed si cor oratio
Tangat, id laudo.
B. Quid autem? an non lavacrum mihi est lustrale?
A. Est quidem. Sed considera. *B.* Quid considerem?
A. Non mores abstergit penitus lavacrum, sed lapsus.
280 *B.* Morum autem quomodo fit lustratio?
A. Ita duntaxat fiet, si quid tu quoque ante lavacrum abstergas.
B. Intelligo. *A.* Timor enim in posterum esse debet:
Plurimorum autem venia non magni facienda.
B. Quomodo hoc quis dixerit?
285 *A.* Ne forte opus sit secundo lavacro.
B. Quale autem est istud? indica.
A. Est lavacrum diuturnarum lacrymarum et corporis afflictationum.
B. Ne mihi contingat.
A. Periculosum est facilius abjicere donum.
290 *B.* Tabulæ istæ sunt Dei.
A. Dei sane sunt tabulæ. Tu vero eas inscribito
Cordis tui tabulis.
Visne scire hanc esse diaboli luctam
Tuæ invidentis prosperitati?
295 *B.* Dicens mihi proderis; nam graviter afflictor.
A. Audi. *B.* Loquere.
A. Audivi te dicentem, non sine lacrymis.
B. Quidnam, obsecro? non negabo.

269 *Τῶν δεδογμένων ὁ νοῦς. Rerum statutarum sensus, intelligentia.* Leuv. *Nihil aliud certe, quam ipsa mens earum rerum, quas statuimus.*
276 *Ἅψαιτ'.* Ita Coisl. Edit. ἅψετ'.
277 *Καθάρσιον. Expurgatorium.*
281 *Μόνως.* Ita Coisl. Edit. μόνος. Mox ἦν pro ἦν, et προεκπλῦναι pro προεκπλύνῃ.
283 *Πολλῶν. Multorum autem malorum,* scilicet venia, *non ideo pluris faciendu quod multa condonentur.*
284 *Πῶς.* Coisl. et Vat. πᾶς. *Quivis hoc dixerit.* Leuv. sic legit: *Nam cæteroquin eo quisque confugeret.*
292 *Τῆς σῆς.* Ita Coisl. Edit. τοῖς σοῖς.
293 *Τοῦ φθόνου. Invidiæ.* Diabolum intelligit.

METRICA VERSIO.

B. Quid horcus? *A.* Horcus, est statutæ mens rei. *B*
B. Horresco, verba hæc audiens.
A. Horrere credam, fecerit cum res fidem,
Nam res fides est.
Clamante porco, namque porcorum illico
Horrescit agmen. *B.* Est ita.
A. Sed non id ingens; pectus, at laudo, meus
Si sermo tangat.
B. Quid? Non lavacrum crimina abstergit mihi?
A. Ita est; sed istud cogita.
Commissa tergit balneum, haud mores item.
B. Quinam ergo mores?
A. Sic nempe, si quid tu quoque abstergas prius.
B. Teneo. *A.* Futuri nam metus.
Nec vero laudem venia malorum obtinet.
B. Nemo id negabit.
A. Sit opus secundo ne tibi purgamine.
B. Quid sit istud, indica.
A. Est fletus ingens, carnis est afflictio.
B. Hoc absit a me.
A. Abjicere donum promptius perquam est grave.
B. Tabulæ ista magni sunt Dei.
A. Sunt ista sane, cordis at tabulis tui
Inscribito gnavus.
Vis scire quod sit dæmonis lucta hæc mali,
Tuis dolentis commodis?
B. Dicens juvabis: nam modis multis petor.
A. Audi. *B.* Profare.
A. Non absque lacrymis audii cum diceres
B. Quid? non negabo.

Digitized by Google

Α. Ὡς ἦν ποτ' εἰπὼν ὀντινοῦν λόγον τύχω,
Ὅρκον δὲ μὴ θῶ,
Ὡς οὐ τελείοις τοῖς λόγοις αἰσχύνομαι.
Β. Τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο ἐμφανῶς.
Α. Τὸ λεῖπον αὐτὸς προστιθεῖς σὺ τῷ λόγῳ
Τόδ' ἐστὶν ὅρκος,
Κακὸν πλήρωμα τῆς δεινῆς φλογός.
Πλάτων δὲ ποιεῖ καὶ τόδε
Ὡς μὴ θεάν τιν' ὀμνύειν τηρῶν σέβας.
Β. Εὖ οἶδ' ὃ φήσεις.
Α. Ἦν τις πλάτανος, καθ' ἣς ὤμνυ καὶ μόνης,
Ἀλλ' οὐδὲ ταύτης εὐστόχως.
Ἀλλ' οἶδεν ἤ τὸν, τίνα δ', οὐ προσῆν ἔτι.

Α Τί τοῦτο δ' ἔστιν
Ὅρκου σκιά τις, ἐμφασίς τ' ἀνώνυμος.
Β. Ἄνορκος ὅρκος. Ὡς ξένον!
Α. Μὰ τὸ δαιμόνιον οἱ σοφοί. Β. Πανορκία
Τοῦτ' ἔστιν ἤδη.
Α. Πέρας τόδ' ἔστω τοῦ λόγου. Β. Διψῶντά με
Λείψειν ἀπειλεῖς ὡς τάχος.
Α. Εἰ μέν τοι μικρὸν ὅρκος εἶναί σοι δοκεῖ,
Τοῦτ' οὐκ ἐπαινῶ.
Εἰ δ' ἔστιν, ὥσπερ ἐστί, τῶν φρικτῶν λίαν,
Κἀγώ τι τολμῶ τῶν καλῶν·
Αὐτόν γέ σοι τὸν ὅρκον, ὅρκους ἐκτρέπου.
Β. Ἔχεις τὸ νῖκος.

A. Si forte quidpiam dixerim, quidquid illud sit,
Juramentum vero non proferam,
Ut minus perfecti hujus sermonis me pudet.
B. Hoc ipsum est plane.
A. Quod superest, ipse tu adjicias dictis.
Istud autem est juramentum,
Mala consummatio exitialis flammæ.
Plato autem id agebat,
Ne per quempiam deum juraret, religiose cavens.
B. Novi quid dicturus sis.
A. Erat platanus quædam, per quam solam jurabat,
Sed neque ipsam recte.
Scilicet intelligebat aliquid (per quod jurabat), sed quid illud esset, non addebat.
Quid autem istud est?
Juramenti umbra quædam, significatio expers nominis.
B. Absque jurejurando jusjurandum. O res nova!
A. Per dæmonium jurabant sapientes. B. Universum juramentum
Jam istud est.
A. Verum esto nostræ finis orationis. B. Sitienti mihi
Minaris citam discessionem.
A. Si juramentum parvi momenti res tibi esse videtur,
Id non laudo.
Si vero est, ut re ipsa est, in numero rerum valde horribilium,
Ego quoque audebo quid præclarum dicere.
Per ipsum ego te juramentum obtestor, juramenta devita.
B. Victoriam tulisti.

299 *Ὀντινοῦν λόγον τύχω.* Ita Coisl. Vat. τάχως, quo modo legisse videtur Bill.
300 *Θῶ.* Ita Coisl. Edit. δῶς.
302 *Τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο ἐμφανῶς.* Sic vertit Bill.: *Affectus hercle hic est mihi.* Profano hæreticorum more, juramentum adhibet in interpretatione carminis quo Gregorius quælibet juramenta, etiam Christiano usu vel abusu usurpata, totis viribus oppugnat et profligat.
303 *Προστιθεῖς.* Coisl. προστίθησι τῷ λόγῳ.
305 *Πλήρωμα.* Deficere videtur metrum, nisi licentia poetæ admittatur. CAILLAU.
307 *Ὀμνύειν.* Coisl. ὀμνύῃ.
309 *Ὤμνυ.* Coisl. ἔπωμνυ.
311 *Ἀλλ' οἶδεν ἤ.* Coisl. ἀλλ' οἶδεν ἢ τὸν ὄντινα, δι' οὗ.
315 *Μὰ τὸ δαιμόνιον.* Ita Coisl. In edit. deest μά. *Per fortunam jurabant sapientes.* Leuv. jungit cum ὡς ξένον, *ut philosophi per genium peregrinum et ignotum jurabant.* Ibid. *Πανορκία, universum juramentum, per quaslibet res jurare, per omnia numina.*
317 *Πέρας τόδ' ἔστω.* Ita Coisl. Edit. πέρας δ' ἔστω.—Usque ad finem fere semper in editis confunditur metrum, quod in ordinem reduximus, quamvis a Benedictinis omissum. CAILLAU.
323 *Τὸν ὅρκον.* Ita Coisl. In edit. deest τόν.

METRICA VERSIO.

A. Si forte dixi quidpiam, quod non statim
Comitetur horcus,
Sermonis hujus me pudet, pleni ut minus.
B. Affectus hercle est hic mihi.
A. Quod ergo superest adjicis dictis tuis.
Est autem id horcus,
Horribilis explet qui statim flammæ impetum.
Est hic Platoni mos quoque.
Nam dum, Deum ne quempiam juret, cavet,
B. Novi quid aias.
A. Platanum per aliquam jurat, et tantum per hanc:
Quin nec per ipsam commode.
Platanum ille namque jurat, at quamnam, tacet.

B Quid istud autem est?
Horci umbra quædam, nomine et specie carens.
B. Anorcus horcus, quam novum!
A. Horcus sophorum, dæmonium erat. B. Quidlibet
Jurare jam istud est.
A. Ut dicta claudam... B. Tam cito, laborantem
Siti, minaris linquere? [adhuc
A. Jurare, parvum si quid esse existimas,
Id non probarim.
Horrenda sin res horcus est verissime,
Audax profabor quidpiam:
Horcum per ipsum, te rogo, horcos effuge,
B. Palmam tulisti.

Digitized by Google

325 A. Εἰ τοῦτ' ἔχοιμι. Χριστέ μου, σὲ δοξάζω
Τὸν θαυματουργὸν, ὡς παρός.
Πάντες δ' ὁμορρόθοῦντες εἴπωμεν τάδε,
Ἀμὴν, γένοιτο.

ΚΕ'. *Κατὰ θυμοῦ.*

Θυμῷ χολοῦμαι τῷ συνοίκῳ δαίμονι,
Οὗτος δίκαιος τῶν χόλων ἐμοὶ μόνος,
Εἰ δεῖ τε καὶ πάσχειν γε τῶν εἰωθότων.
Ἐπεὶ γὰρ ὅρκον τῷ λόγῳ κατείχομεν,
Ὃ Σιγῆς φέροντες καρπὸν ἄξιον λόγου·
Πάμπαν τιν' ὅρκου ῥίζαν εἰδότες χόλου,
Πολλαῖς σὺν ἄλλαις, αἷς τὸ δεινὸν φύεται,

A Τὴν ἀγριωτάτην τε καὶ μελαντάτην
Καὶ τὴν, Θεοῦ διδόντος, ἐξαιρήσομεν,
Τέμνοντες, ὡς οἷόν τε, τῇ λόγου τομῇ.
Αἰτῶ καὶ πρῶτον, μὴ χολοῦσθαι τῷ λόγῳ.
Οὕτω γάρ ἐστιν ἡ νόσος τῶν ἀσχέτων,
Ὥστ' ἀγριοῦσθαι πολλάκις καὶ ταῖς σκιαῖς,
Αὐτοῖς τε τοῖς σφῶν γνησίοις παραινέταις.
Δεῖ δ', ὡς ἔοικε, μή τι μαλθακὸν λέγειν,
Κακοῦ τοσούτου τῷ λόγῳ προκειμένου·
Ἀλλ' ὡς πυρὸς βρέμοντος ἀγρίαν φλόγα,
Πηδῶντος, αἰθύσσοντος ἐντινάγμασι
Πολλοῖς, ἄνω ῥέοντος ἐμψύχῳ φορᾷ,

325 *A.* Si hanc referam, Christe mi, laudem tibi dabo
Rerum mirabilium effectori, ut olim.
Omnes autem consurgentes vocibus dicamus,
Amen, fiat.

XXV. *Adversus iram*[*].

Iræ irascor domestico dæmoni.
Hæc sola ex omnibus, mihi licita est bilis,
Si necesse est me quidpiam pati ex iis, quæ sunt in usu.
Nam quando juramentum oratione nostra jam repressimus,
512-513 Silentii præclarum consecuti fructum,
Omnino quamdam juramenti radicem esse bilem scientes,
Inter alias plurimas, ex quibus malum hoc nascitur,
Acerbissimam et nigerrimam;
Hanc etiam, Deo dante, evellemus,
Exscindentes, quantum fieri poterit, acie verbi.
Primum autem obsecro, ne quis succenseat orationi.
Sic namque effrenis est morbus eorum qui moderari sibi nesciunt,
Ut efferantur sæpius vel adversus umbras,
Atque etiam adversus germanos monitores.
Nec vero decet molle quidquam profari,
Cum tantum malum orationi meæ propositum sit.
Verum, ac veluti cum ignis feram evomit flammam,
Salit, ardet succussionibus
Plurimis, sursum fertur vivo quodam impetu,

[*] Alias Bill. 158, p. 229

XXV. ARGUMENTUM. *Acriori genere dicendi in hoc poemate utitur Gregorius, atque iram insectando,* iræ, *ut ait,* irascitur, *quæ sola sibi ipsi ira licita videtur. Crediderim hanc eamdem iram sibi licitam existimasse Billium adversus Leuvenkclaium, qui carmen istud interpretatus est: adeo acerba et mordaci censura ejus interpretationem, et ipsum interpretem carpit in notis, nota 9:* « *Non tam nullius frontis hominem Leuvenkclaium esse existimo, ut hoc loco, cum versionem nostram legerit, non erubescat.* » *Et nota 18:* « *Nulla est tam exigua salebra, ad quam Germanus interpres non offendat, sive hoc nimiæ festinationi, sive ingenii tarditati tribuendum sit.* » *Et nota 30:* « *Hic plane delirat Leuv.; neque enim in tot tamque fœdis erroribus mitiori verbo uti possum.* » *Verum his omissis ad Gregorii poema redeo: in eo primum, quid veteres philosophi de ira senserint, exponit; deinde docet quid faciendum sit, cum iracundia jam fumum quemdam, propinquæ flammæ nuntium, excitare incipit. Mox irati hominis vultum, affectusque omnes mira verborum copia exprimit. Exempla virorum sanctorum, atque ipsius Christi, et nonnullorum etiam Ethnicorum, qui mansuetudinis laude floruerunt, proponit: objectionibus nonnullis respondet.*

3 *Εἰ δεῖ τε.* Coisl. sup. lin. *μέ.*

5 *Σιγῆς.* Ita Coisl. et Vat. Edit. σιγήν. Hoc ideo dicit, quod poema istud, ut et superius, eo conditum sit tempore, quo sibi silentium indixerat.

6 *Εἰδότες.* Vat. εἴδοντες.

10 *Λόγου τομῇ.* Sic postulat metrum. Edit. τοῦ λόγου.

11 *Αἰτῶ.* Ita Coisl. et Vat. Edit. αὐτῷ.

METRICA VERSIO.

A. Si nactus hanc sum, Christe mi, laus sit tibi.
Qui mira, ut olim, nunc facis:
Nos autem, in unum vocibus junctis, Amen
Dicamus omnes.

XXV. ADVERSUS IRAM.

(*Billio interprete.*)

Irascor iræ, dæmoni intus condito.
Nam justa sola hæc bilis est ex omnibus,
Si quid necesse est perpeti quod mos ferat.
Nam quando nos jam carmine horcum pressimus,
Tulimusque fructum hunc maximum silentii,
Illud scientes, ira quod radix fiet

B Horci (alia præter, ex quibus malum hoc fluit),
Radix agrestis maxime, et nigra admodum;
Hanc quoque, favente Numine, amputabimus,
Mucrone verbi, quatenus vires ferent.
Ac posco primum sermo ne quemquam meus
Irritet. Est nam tanta vis morbi istius,
Ut sæpe ad umbras contrahat flammam leves,
Infestus et sit optimis monitoribus.
Nec vero quidquam proloqui molle addecet,
De peste cum sit sermo tam dira mihi:
Verum ignis instar, qui vorax flammam excitat,
Salitque et ardet, et quatit quæque obvia,
Fluitatque sursum sævus animato impetu,

Digitized by Google

20 Λάρρως ἀεὶ τὰ πρόσθεν οἰκειουμένου,
Ὕδωρ, κόνιν πέμποντας εὐνάσαι βίᾳ·
Ἢ θῆρα λόχμης ἐκφανέντα συσκίου,
Φρίσσοντα, πῦρ βλέποντα, ἐξαφρούμενον,
Μάχης ἐρῶντα, καὶ φόνων καὶ πτωμάτων,
25 Λόγχαις, κυνηγοῖς, σφενδόναις καταιχμάσαι
Ἴσως ἂν οὕτω τοῦ πάθους γενοίμεθα
Κρείσσους, Θεοῦ διδόντος, ἤ τι μετρίως
Σχοίημεν. Οὐδὲ τοῦτο τῶν μικρῶν ἐμοὶ,
Κακοῦ μεγίστου καί τις ἔνδοσις μικρὰ,
30 Ὡς τοῖς βαρείας ἐκ νόσου στενουμένοις.
Μικροῦ δ' ἄνωθεν τὴν νόσον σκεψώμεθα,
Ἥτις, πόθεν τε καὶ ὅπως φυλακτέα,
Ἀνδρῶν παλαιῶν συλλογὰς σκοπούμενοι,

A Ὅσοι διεσκέψαντο πραγμάτων φύσεις.
35 Εἰσὶν μὲν οἳ λέγουσιν αἵματος ζέσιν,
Τοῦ γειτονοῦντος καρδίᾳ, τὴν ἔκστασιν·
Ὅσοι νέμουσι τὴν νόσον τῷ σώματι,
Ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν παθῶν ἄλλοις τισίν.
Ἄλλοι δ' ὄρεξιν εἶπον ἀντιπλήξεως
40 (Ψυχῇ διδόντες τὴν βλάβην, οὐ σώματι),
Ὀργὴν δὲ τὴν ὁρμῶσαν· εἰ δ' ἔνδον μένει
Λοχῶσα, τοῦτο μνησικακίαν τυγχάνειν
Ὅσοις δ' ἔδοξεν ἡ νόσος τοῦ συνθέτου,
Ζέσιν μὲν εἶπον αἵματος, τὴν δ' αἰτίαν,
45 Ὄρεξιν εἶναι, συντιθέντες καὶ λόγον.
Ταῦθ' ὡς ἔχει μὲν, οὐχὶ νῦν σκοπητέον.
Ἐκεῖνο μέν τοι καὶ λίαν τῶν γνωρίμων,

20 Largiter obvia quæque corripit,
Aquam et pulverem injicientes, flammam vi sopire conamur;
Aut feram ex densa et umbrosa prodeuntem sylva,
Frementem, igneos oculos ostentantem, spumantem,
Inhiantem pugnæ, cædibus, cadaveribus,
25 Debellamus lanceis, canibus, fundis;
Sic fortassis pravam hanc animi affectionem
Superabimus, Deo dante, aut certe mitiorem
Experiemur. Neque enim quid parvum mihi videtur
Maximi mali remissio quamvis exigua,
30 Velut his qui gravi morbo laborant.
Paulo altius morbum hunc consideremus;
Quis sit, unde nascatur, et quomodo cavendus,
Priscorum virorum sententias inspicientes,
Quicunque indagarunt rerum naturas.
35 Sunt qui dicunt æstum sanguinis,
Qui cordi vicinus est, esse iracundiam:
Scilicet hi tribuunt morbum hunc corpori,
Quemadmodum pleraque morborum genera aliis quibusdam causis.
Alii dicunt esse desiderium vindictæ
40 (Animæ tribuentes hoc vitium, non corpori),
Iram, cum erumpit; sin autem intus manet,
Insidias meditans, acceptarum injuriarum memoriam vocant.
Qui vero existimant morbum esse compositi,
Æstum quidem dixerunt sanguinis, causam vero
514-515 45 Esse desiderium vindictæ, compositam etiam rationem, seu definitionem,
An ita se res habeant, non jam investigandum. [edentes.
Illud quidem omnibus notissimum est,

21 *Εὐνάσαι.* Ita Coisl. et Vat. Edit. mendose ἐννάσαι.

22 *Ἐκφανέντα.* Ita Coisl. Edit. ἐκφάντασμα.

24 *Πτωμάτων. Cadaveribus*, quod Billius minus recte vertit, *lapsus.*

25 *Κυνηγοῖς. Canibus venaticis, venatoribus.*

31 *Μικροῦ.* Coisl. et Vat. μικρόν.

42 *Λοχῶσα.* Vat. χολῶσα.

45 *Συντιθέντες.* Billius sic vertit: *Cui cupido causam præbeat, et ratio simul*, ac veluti ratio tertium quid ad cupiditatem ulciscendi in ira accedat, et quasi vera ira non sit, nisi ratio adsit comes. Quod profecto alienum est a mente Gregorii et sapientium quorum opinionem exponit; illi scilicet tribuentes iram composito ex corpore et anima, tam corporis quam animæ compositam etiam definitionem afferebant, ut et compositi est affectio. Id sensit Germanus interpres, quem carpit Billius, sed reddere volenti defuerunt verba philosophica.

METRICA VERSIO.

A fronte et ipsi quidquid est, semper rapit,
Hanc premere, jacto pulvere, et jactis aquis,
Aut nemore denso belluam egressam velut,
Quæ spumat, oculos igneos volvit, fremit,
Pugnamque, lapsus, et neces rabida expetit,
Confícere fundis, lanceis, ferri ictibus.
Sic nam queamus frangere hoc forsan malum,
Donante Christo, mitius vel hoc premi.
Non parva porro nec levis res est mihi,
Vel parva vitii maximi remissio,
Velut his, gravis quos obsidet morbi dolor.
Examinemus morbum at hunc paulo altius,
Et quisnam, et unde, quoque fugiendus modo,
Considerantes prisca quid sensit cohors,

B Cui nosse rerum cura naturas fuit.
Pars æstuantem sanguinem pectus prope,
Subitum esse dixit impetum iracundiæ:
Hunc nempe tribuens corpori morbum unico,
Permulta ut aliis genera morborum solet.
Pars referendi dixit hanc cupidinem
(Animæ imputant hi noxiam hanc, non corpori):
Iramque vocitant, cum ruit: sin at, malum
Meditans, latescit, μνησικακίαν nominant.
At qui utriusque partis hunc morbum putant,
Æstum cruoris dictitant, sed cui tamen
Cupido causam præbeat, ratio et simul.
Sed qualia hæc sint, hujus haud est temporis
Dispicere: at istud omnibus certe liquet,

Digitized by Google

Ὡς νοῦς ἁπάντων ἡγεμών· ὃν σύμμαχον
Δέδωκεν ἡμῖν κατὰ παθῶν ὁ Δεσπότης.
Ὡς οὖν χαλάζης οἱ δόμοι σκεπάσματα,
Θάμνοι δὲ κρημνῶν, καὶ βυθῶν ἐρείσματα,
Τείχη δὲ τοῖς φεύγουσιν ἐκ μάχης τινός·
Οὕτω λογισμὸς πρὸς χόλου παρουσίαν.
Ὅταν καπνίζῃ τὸ φλέγον τὴν σὴν φρένα,
Πρὶν πῦρ ἀνάψαι, καὶ ῥιπισθῆναι φλόγα,
Ὅταν ποτ' αἴσθῃ πνεύματος κινουμένου,
Εὐθὺς Θεῷ πλάκηθι, καὶ τόνδ' ἐννοῶν
Ὡς σοῦ προεστῶθ', ὧν τε κινῇ, μάρτυρα,
Αἰδοῖ φόβῳ τε τὴν φορὰν τοῦ πράγματος
Ἐπίσχες, ἄχρις ἡ νόσος παρήγορος.
Εὐθὺς βόησον τῶν μαθητῶν ῥήματα·
« Ἐπιστάτα, κλύδων με δεινὸς ἀμφέπει. »

A Τίναξον ὕπνον, καὶ σὸν ἐξώσεις χόλον,
Ἕως λογισμοῦ καὶ φρενῶν ἐπικρατεῖς,
Ὧν πρῶτόν ἐστιν ἡ νόσος κατάκλυσις·
Ἕως χαλινὸν, ἵππος ὡς δυσήνιος,
Οὔπω δακὼν ὁδοῦσιν ἔρχετ' εὔδρομος,
Πνέων δρόμον τε καὶ φάραγγας, καὶ βάθη,
Θυμῷ σκοτώσας ὀμμάτων ὁδηγίαν.
Ῥᾷον γάρ ἐστιν ἀρχόμενον ἄγξαι λόγῳ,
Ἢ πρῶτον ἁρπάσαντα κατασχεῖν βίᾳ.
Αὐτὸς γὰρ αὑτὸν ἐκκάων οὐχ ἵσταται,
Ἕως λογισμὸν κρημνίσῃ τὸν ἱππότην.
Ἔπειτά μοι, τὸ αἶσχος ἡλίκον, σκόπει,
Οἷον τίθησι τὸν κακῶς πεπληγότα.
Τῶν μὲν γὰρ ἄλλων αἱ νόσοι καὶ λάθριοι,
Ἔρως, φθόνος, λύπη τε καὶ μῖσος κακόν·

Quod omnium mens sit gubernatrix, quam auxiliatricem
Dedit nobis Dominus adversus cupiditates.
Quemadmodum ergo a dira grandine tecta nos defendunt,
Stipites a præcipitiis, a lapsu fulcra,
Mœnia etiam protegunt fugientes e prælio;
Sic ratio adversus iram præsentem.
Cum ergo jam fumum edit, quod exurit mentem tuam,
Priusquam ignis accendatur, et flamma excitetur,
Ubi primum senseris spiritus perturbationem,
Statim conglutinare Deo, atque illum cogitans
Velut patronum tuum, et motuum, quibus agitaris, testem,
Pudore et timore impetum rei
Siste, donec morbus est remedii capax.
Cito clama, utens discipulorum verbis:
« Magister, tempestas me vehemens involvit. »
Excute somnum, et tuam expelles bilem,
Dum rationis et mentis es compos,
Quas primum morbus ille submersas obruit·
Dum nondum, velut equus contumax
Frenum mordens dentibus, fertur concito pede,
Cursum spirans, saltusque et voragines,
Offusa per iram caligine oculis viæ ducibus.
Facilius enim est nascentem compescere rationc,
Quam cum te jam abripuerit, vi continere.
Ipsa enim sese inflammare non absistit,
Donec rationem præcipitem egerit sessorem.
Deinde mihi, quanta iræ sit fœditas, considera,
Qualemque reddat furore male percitum.
Etenim cæterorum quidem morbi sunt occulti,
Amor, invidia, tristitia, odium malum:

52 *Τοῖς*. Ita Coisl. Edit. τῆς, apud quos versiculus hic præcedenti præponitur.
53 *Χόλου παρουσίαν. Iræ præsentiam.*
56 *Πνεύματος κινουμένου. Spiritum moveri senseris.*
58 *Κινῇ*. Coisl. κοινῇ.
62 *Ἐπιστάτα*. Ita lib. II, sect. I, carm. LXIX, vers. 1.
63 *Ἐξώσεις*. Coisl. ἐκσώσεις στόλον, *et tuam navem servabis.*
64 *Ἐπικρατεῖς*. Billius putat legendum ἔτι κρατεῖς.
69 *Ὁδηγίαν*. Coisl. ποδηγίαν.
73 *Λογισμόν*. Ita Coisl. Edit. λογισμῷ.

METRICA VERSIO.

Quod mens gubernat cuncta, quam sociam Deus
Adversus animi turbidos motus dedit.
Ut ergo diras grandines arcens domus,
Pugnaque victis mœnia salutem ferunt,
Lapsuque frutices in gravi præstant opem,
Sic ratio, præsens ira cum turbas movet.
Cum fumat id quod pectus exurit tuum,
Ignem priusquam pariat, et flammam excitet,
Statim ut moveri conspicis ventum asperum,
Regi supremo junge te, atque hunc cogitans,
Ut præsidemque, bilis et testem tuæ,
Pudore siste cum metu juncto impetum,
Consilia donec morbus admittit proba.
Apostolorum protinus clama in modum,
« Magister, atrox turbo me miserum quatit. »

B Propelle somnum; sic tuam bilem exiges,
Dum mentis ipse compos es, quam fervidi
Torrentis instar morbus hic primam obruit:
Dumque illa nondum, contumax equus velut,
Frenum momordit, concito et fertur pede,
Cursusque spirat præter et scopulos nihil,
Hebetante visus bile, qui corpus regunt.
Ratione primo nam premes hanc ocius,
Abreptus ipse quam queas hanc sistere.
Namque incitare non prius se desinit,
Quam mentis equitem de statu dejecerit.
Jam fœditatem, quanta sit, quæso, vide,
Qualemque reddat ira, cui plagam intulit.
Nam cæterorum tectus est morbus quoque,
Amor, odiumque, mœror, et livor malus.

Digitized by Google

Τινῶν δὲ φαίνοντ' οὐδ' ὅλως, ἤ τι βραχύ,
Ἀλλ' ἔνδον εἰσὶν αἱ νόσοι κατάσχετοι.
Τυχὸν γὰρ ἐκτάκειεν ἐν βάθει φρενὸς,
Πρὶν καὶ γενέσθαι τοῖς ὁρῶσιν ἐκφανεῖς.
Κέρδος δὲ λανθάνουσα καὶ δυσπραγία.
Θυμὸς δ' ὅλον γυμνόν τε καὶ δῆλον κακὸν,
Εἰκὼν προκύπτουσ' οὐχ ἑκόντος σώματος.
Εἴ σοί τις ὤπται τῶν ἁλόντων τῷ πάθει,
Οἶδας σαφῶς ὃ φημι, καὶ γράψει λόγος.
Ἔσοπτρον ἐχρῆν ἑστάναι χολουμένοις,
Ὡς ἂν βλέποντες, ἀλλὰ τὴν αὑτῶν ὕβριν
Μικρὸν χαλῶεν, τοῦ πάθους ἐξ ὕψεως.
Κατηγόρῳ σιγῶντι κάμπτοντες φρένα.
Ἦ καὶ τόδ' ἔστη, καὐτὸς ὑβριστὴς ὁ σὸς,

A Ἐν ᾧ κατόψει σαυτὸν, εἰ σχολὴν ἄγοις.
Πάθος γὰρ οἷς ἔν, κοινὰ καὶ συμπτώματα.
Ὑφαιμον ὄμμα, καὶ θέσεις διάστροφοι,
Τρίχες συώδεις, καὶ γένυς διάβροχος,
Ὠχρὰ παρειὰ, νεκρότητος ἔμφασις·
Ἄλλων ἐρυθρὰ, καὶ μολιβδόώδης τινῶν·
Ὅπως ἂν, οἶμαι, καί τινα χρώσας τύχοι
Ὁ μανιώδης καὶ κάκιστος ζωγράφος·
Αὐχὴν διοιδῶν, ἐγκυλούμεναι φλέβες,
Πνοὴ λόγον κόπτουσα καὶ πυκνουμένη,
Λυσσῶδες ἄσθμα, καὶ φρύαγμ' ἀσχημονοῦν,
Μυκτὴρ πλατύς τε καὶ πνέων ὅλην ὕβριν.
Κρότοι τε χειρῶν, καὶ ποδῶν ἐξάλματα,
Κύψεις, στροφαὶ, γέλωτες, ἱδρῶτες, κόποι·

In nonnullis etiam non apparet omnino, aut saltem parum,
Sed intus morbi continentur.
Forsitan enim ante liquescant in intimo corde,
Quam fiant inspicientibus conspicui.
Lucro apponenda est occulta calamitas.
516-517 Ira autem nudum penitus et manifestum est malum,
Imago prospectans invito corpore.
Si tibi quis visus est aliquando hoc captus morbo,
Intelligis plane quod dico, et quod pinget oratio.
Speculum oporteret exhiberi iratis,
Ut illud videntes, saltem violentiæ suæ
Aliquid remitterent, morbi imagine conspecta,
Accusatori muto flectentes mentem.
Imo etiam speculum statuit ille ipse, qui tibi est injuriæ auctor,
In quo temetipsum considerabis, si vacat.
Morbus enim quibus idem est, communia etiam sunt symptomata.
Crudelis aspectus, oculi distorti,
Crines aprini, et barba madida,
Pallidæ genæ, morticini instar,
Aliorum rubentes, plumbeæ quorumdam,
Prout, arbitror, aliquem hoc vel illo colore infecerit
Furibundus et sceleratissimus pictor.
Cervix inflata, rotundæ venæ,
Halitus sermonem interrumpens, et creber,
Rabiosus anhelitus, fremitus indecorus,
Latæ nares, et omnem spirantes injuriam,
Manuumque plausus, et pedum desultationes,
Incurva, contorta membra, risus, sudores, labores.

82 *Κέρδος δὲ λανθάνουσα*, etc. Majorem enim ea vitia nobis pudorem afferunt, quæ ab aliis agnoscuntur, quam quorum nos soli conscii sumus.

83 *Γυμνὸν... κακόν*. Sic infra, lib II, sect. I, carm. XLV, vers 47.

89 *Χαλῶεν*. Coisl χολῶεν.

91 *Ἔστη*. Coisl. ἔστι. *Imo tibi est speculum*. Ibid. Ὁ σός. Mendose editi ὅσος. Scilicet vult Gregorius nos ab inimicis nostris documenta capere; hoc est, ut eorum qui per iram nos contumelia afficiunt, vultus atque ora intueamur, quo, perspecta eorum deformitate, ab ejusmodi deformitate revocemur.

92 *Εἰ σχολὴν ἄγοις*. Ita legit Billius. Coisl. εἰ χολὴν. Edit. male ἄγεις.

94 *Καὶ θέσεις*. *Situs*, nempe *oculorum*.

95 *Καὶ γένυς*. Ita Coisl. Edit. γένος.

100 *Ἐγκυλούμεναι*. Ita Coisl. Edit. ἀγκυλούμεναι.

METRICA VERSIO.

Atque in quibusdam pressa sic morbi lues
Tenetur, ut non prorsus, aut exstet parum.
Ac forte citius intimo in cordis sinu
Liquesceat, hominum visibus quam se exserat.
Occulta porro commodum est calamitas.
Ast ira nudum penitus et clarum est malum,
Invito imago corpore alte prominens.
Si visus aliquis captus hoc morbo est tibi,
Quod dico nosti : pingere et nunc hoc libet.
Prostaret utinam fervidis ira gravi
Speculum, ut videntes dedecus, probrum et suum,
Hujusce morbi quidpiam hinc remitterent,
Taciteque carpti flexiles mentes darent.
Quin hoc statutum est, nempe violator tuus,

B In quo ipse tete, si vacat, cernas licet.'
Morbi paris nam paria sunt symptomata
Vultus cruentus, luminum inversus situs,
Crines aprini, barba madida, et pallidæ
Genæ, esse quales morte confectis solent,
Aliis rubentes, sunt quibus plumbo pares;
Hunc nam colorem nunc, et hunc rursus genis
Furibundus indit pictor et prorsum improbus,
Inflata cervix, venulæ incurvæ, frequens
Ac verba scindens spiritus, et anhelitus
Rabidum quid efflans, fremitus omnino indecens,
Latusque nasus, et minas spirans graves,
Manuumque plausus et pedum saltatio,
Inflexiones, risus, et sudor, gravis

Digitized by Google

Τίνος κοποῦντος; οὐδενὸς, πλὴν δαίμονος.
Νεύσεις ἄνω τε καὶ κάτω, λόγου δίχα,
Γνάθοι φυσώμεναί τε καὶ ψοφούμεναι,
Ὡς δή τις ἄλως· παιομένη τε δακτύλοις
110 Ἡ χεὶρ ἀπειλεῖ, καὶ ψόφων προοίμιον.
Καὶ τἀπὶ τούτοις τίς παραστήσει λόγος;
Ὕβρις, ἀραγμὸς, αἰσχρότης, ψευδορκίαι,
Γλώσσης ζεούσης δαψιλῆ ῥαντίσματα,
Οἷον θάλασσα, ἐξαχνιζούσης πέτρας.
115 Λέγει κακὸν τὸ μέν τι, τοῦδ' ὁρμὴν ἔχει,
Τῷδε στενοῦται, καὶ παραυτίκ' ἀγνοεῖ.
Καὶ τοῖς παροῦσιν ἠρεμοῦσι δυσφορεῖ·
Ζητεῖ τὰ πάντα συνδονεῖσθαι τῷ κλόνῳ.
Αἴτει κεραυνοὺς, γίνετ' ἀστραπηφόρος,
A 120 Αὐτῷ μένοντι δυσχεραίνει τῷ πόλῳ.
Τὸ μέν τι ποιεῖ τῶν κακῶν, τῷ δ' ἐστιᾷ
Τὸν νοῦν. Φρονεῖ γὰρ, ὡς δράσας ἃ βούλεται.
Κτείνει, διώκει, πυρπολεῖ. Τούτων δὲ τί;
Οὕτω τυφλόν τι καὶ μάταιον ἡ ζέσις!
125 Ἄφωνός ἐστιν, ἀσθενὴς, βοηλάτης,
Ῥήτωρ, Μίλων, τύραννος ἡμῖν ἀθρόως.
Ὁ δυσγενὴς τε καὶ πένης, τὸν εὐγενῆ,
Τὸν εὐποροῦντα, δυσγενέστατον καλεῖ,
Πένητα· δουλόμορφον, ἡ λώβη βροτῶν,
130 Τὸν ἄνθος ὥρας· δυσκλεῆ τὸν εὐκλέα,
Ὁ μηδ' ὅς ἐστι,· μήθ' ὅθεν, λέγειν ἔχων.
Οὐκ οἶδα κλαυθμὸς, ἢ γέλως τὸ δρώμενον.
Πᾶν ὅπλον ἐστὶ τῷ χόλῳ, καὶ μὴ παρόν.

Quo laborante? nemine, præter dæmonium.
Nutus sursum et deorsum, absque ratione,
Buccæ tumentes et sonantes,
Velut trita area; percussa digitis
110 Manus minitatur, et tumultuum est exordium.
Quæ autem post hæc sequuntur, quis exprimat sermo?
Maledicta, pulsatio, turpitudo, perjuria,
Uberes fervidæ linguæ respersiones,
Instar maris, cum scopulos, quibus alliditur, spuma conspergit.
115 Quædam profert convicia, alia proferre nititur,
Aliis coangustatur, et statim ignorat.
Et si astantes quietos viderit, fert moleste;
Vellet omnia secum tumultuari.
Poscit tonitrua, fulgurat;
120 Ipsi, quod in sua sede permaneat, succenset cœlo.
518-519 Aliud quid mali perpetrat, alio pascit
Mentem. Effert enim sese, ac veluti jam fecerit quod cupit.
Occidit, persequitur, exurit. Horum autem quid agit?
Usque adeo cæca res est et vana (iratæ mentis) æstus!
125 Elinguis fit, infirmus, bubulcus,
Qui prius nobis erat orator, Milo, tyrannus.
Ignobilis et inops, nobilem
Et divitem appellat ignobilissimum
Et pauperem; vilem servum, fœdissimus hominum,
130 Præstanti forma decorum; infamem eum, qui bene audit, vocat
Is qui nec quis sit, nec unde, fari queat.
Haud scio an fletu, an risu dignum sit quod agitur.
Quidlibet pro armis est iracundiæ, quamvis non adsit.

106 *Κοπούντος*. Coisl. σκοποῦντος.
107 *Λόγου δίχα, absque verbo.*
109 *Ἄλως*. Ita Vat. Edit. ἄλλως. Coisl. ἄλλος. Melior sane lectio Vat. Confert enim Gregorius sonitum eum, quem buccæ hominis ira inflammati emittunt, cum eo sono qui ob frumenti trituram ex area editur. Nam, ut interpres annotat in his verbis, lib. v, *Iliad.*, vers. 499 :

Ὡς δ' ἄχνας ἄνεμος φορέει ἱερὰς κατ' ἄλωάς,
Et sicut ventus paleas differt sacras per areas,

locus in quo triticum teritur, ac fruges a palea secernuntur, ἀλωή et ἄλως appellari solet.
114 *Θάλασσα*. Coisl. θάλασσαν.
128 *Καλεῖ*. Ita Coisl. Edit. καλεῖς.
130 *Τὸν ἄνθος*. Coisl. τό.

METRICA VERSIO.

Et lassitudo (solus hanc dæmon parit),
Nutus deorsum stolidus, et sursum simul;
Buccæ tumentes, instar et tritæ areæ
Sonitum excitantes; ictaque digitis manus
Minitatur, atque strepitus est præludium.
Jam, quæ sequuntur, versibus quibus exprimam?
Maledicta, pulsus, fœditas, perjuria,
Aspersiones fervidæ linguæ uberes,
Spumescit ut cum rupibus illisum mare.
Jam probra quædam projicit, quædam parat,
Aliisque rursus premitur, ac nescit statim,
Et, si quietos viderat astantes, dolet.
Tumultuari cuncta nam secum cupit,
Tonitrua poscit, fulgurat, firmus sua
B Quod maneat etiam sede, succenset polo.
Aliud malorum jam patrat, mentem altero
Pascit, cupito ut executo se efferens.
Persequitur, urit, opprimit: quid horum agens?
Tam cæca res est mentis iratæ calor!
Repente mutus, debilis, ductor boum,
Fit ille, rhetor qui prius, rex, et Milo.
Obscurus et inops, pauperem atque ignobilem
Appellat hunc, qui dives est, clara et domo:
Præstante forma præditum, fœdum vocat
Fœdus supra omnes: splendidum infamem asserit
Is, qui nec unde, nec quis est, fari queat.
Istudne lacrymis digner, an risu, haud scio.
Teli instar iræ cuncta sunt, absint licet.

Digitized by Google

Μίθηκός ἐστι, καὶ Τυφωεὺς γίγνεται.
Ἀποστρέφει τὴν χεῖρα, κυρτοῖ δακτύλους,
Ζητεῖ λόφον τιν', ἢ τὸν Αἰτναῖον πάγον,
Ὡς σφενδονήσων καὶ μακρὰν βίᾳ χερὸς
Ὁμοῦ βέλος τε καὶ τάφον τῷ δυσμενεῖ.
Τί πῦρ ἐφέξει τὴν ὕβριν, χάλαζα τίς;
Ὅταν κενώσῃ τῶν λόγων τὰς σφενδόνας,
Αἱ χεῖρες εὐθὺς, ἀγχέμαχοι προσβολαὶ,
Μάχη βία τε, καὶ κρατεῖ τοῦ δυσμενοῦς.
Ὁ δυστυχέστερός τε καὶ κρατούμενος.
Ἦτταν γὰρ οἶδα τὸ κρατεῖν ἐν χείροσι.
Ταῦτ' οὐχὶ δαίμων; καὶ πέρα, πλὴν πτώματος.
Καὶ πτώματ' εἶδον ἔστιν ὧν δονουμένων,
Ὅταν φέρωνται τῇ φορᾷ τοῦ πνεύματος.

A Ταῦτ' οὐκ ἀλλοτρίωσις ἐνδήλως Θεοῦ;
Πῶς δ' οὔ; Θεοῦ γὰρ τὸ πρᾶον καὶ ἥμερον,
Οὗ καθυβρίζειν οὐ καλὸν τὴν εἰκόνα,
Μορφὴν ἐπεισάγοντας ἀγνοουμένην.
Οὐδὲν τοσοῦτον ἡμῖν ἡ ἐμπληξία,
Οὔπω τοσοῦτον αἱ νόσοι τῶν σωμάτων.
Ταῦτ' οὐχ ἑκόντων, ἀλλὰ δυστυχῶν πάθη,
Εἰ καὶ πονηρὰ, καὶ παροῦσι δάκνομαι
(Τὸ γὰρ παρόν πως τοῖς κακουμένοις πλέον)
Οἴκτου τε μᾶλλον ἢ κατάρας ἄξιον.
Καὶ τῶν κακῶν τὸ δῆλον ἀσφαλέστερον·
Τὸ δ' οὐ δοκοῦσι προσπεσὸν, λυμαίνεται.
Μέθη κακὸν μέν· πῶς γὰρ οὔ; τίς δ' ἀντερεῖ;
Καὶ τοῦθ' ἑκόντων· οἱ γὰρ ὧν ἐστ' αἴτιον

Simia est, et fit Typhoeus.
Contorquet manum, curvat digitos,
Quærit montem quempiam, aut Ætneam rupem,
Quasi vibraturus longissime vi dexteræ
Simul et telum et sepulcrum hosti.
Quis ignis coerceat hanc petulantiam, aut quæ grando?
Postea quam exhausit (furor) verborum fundas,
Statim manus cominus pugnant, fit congressio,
Pugna, vi res agitur, et hostem superat
Qui infelicior ipse et victus est.
Nam eum vinci puto, qui vincit in malis.
Nonne hæc dæmon efficit? Imo plus quam dæmon, præter ruinam.
Ruinas etiam vidi quorumdam succussorum,
Cum ferrentur impetu spiritus.
Hæc nonne manifeste est abalienatio a Deo?
Et qui non esset? Deus enim mansuetus et lenis est,
Cujus non bonum est vitiare imaginem,
Formam inducendo incognitam.
Nihil tale nobis est insania,
Nihil tale nobis morbi corporum.
Hæc enim non volentium, sed infelicium mala sunt,
Quamvis molesta, meque, cum adsunt, mordeant
(Præsens enim malum his, qui eo laborant, omnium gravissimum videtur),
Idque comiserationem potius, quam exsecrationem meretur.
Et inter mala, id quod manifestum est tutius est:
520-521 Quod autem incautis accidit, profligat.
Ebrietas malum quidem est, et qui non sit? quis contradixerit?
Illud est etiam voluntarium: nam qui, quorum sit causa malorum,

134 *Γίγνεται.* Coisl. γίνεται.
145 *Ταῦτ' οὐχὶ δαίμων.* Hominem iracundiæ ardore deflagrantem dæmoni comparat: imo etiam, excepto lapsu, pejorem eo esse asserit. Basilius eum homini a dæmone obsesso similem esse scribit, in homil. *adversus irascentes.* Bill.
148 *Ἐνδήλως.* Vat. ἐκδήλως.
149 *Θεοῦ γὰρ τὸ πρᾶον. Dei enim peculiaris est lenitas et mansuetudo.*
156 *Τὸ γὰρ παρόν.* Pulchra sententia, quam ipsemet Gregorius in orat. *De plaga grandinis* ad hunc modum exprimit: Καθάπερ ἐν τοῖς νοσήμασι τὸ λυποῦν ἀεὶ πάθος τοῦ μὴ παρόντος ἀνιαρώτερον. *Non secus atque in morbis, calamitas præsens semper molestior est, quam ea, quæ procul abest.* Vide tom. I, pag. 304.
159 *Λυμαίνεται. Labefactat, magis lædit.*

METRICA VERSIO.

Gigas videri, simius cum sit, studet.
Manum ipse torquet, curvat et digitos suos,
Quæritne montem quempiam, aut Ætnam alteram,
Jaculetur hanc ut vi manus longissime,
Hostique telum quæ sit, et tumulus simul.
Quis ignis, aut quæ reprimet hoc grando malum?
Ut fudit autem tela verborum furor,
Manus sequuntur, resque geritur cominus,
Ac sævum initur prælium, atque hostem suum
Devincit is qui victus est, miser et magis:
Victum, in malis qui vicerit, nam judico.
Hæc nonne dæmon, plusque, si casum eximas?
Quin et cadentes contigit quosdam mihi
Videre, ferret impetus cum hos spiritus.

B Hæc nonne dirimunt maximo plane a Deo?
Est namque placidus, lenis est summus Pater
Turpare cujus regiam effigiem haud decet,
Formam inserentes exteram loco illius.
Nil tale nobis, tale nil insania:
Nil tale morbi corporum. Infelicium
Mala quippe sunt hæc, non item volentium:
Quamvis molesta, meque, cum adsunt, mordeant,
Gravior videri nam dolor præsens solet.
Nec tam exsecranda, digna quam luctu pio.
Quin, clara quæ sunt, tuta sunt mala hæc magis,
Incauto at id quod accidit pestem parit.
Damnanda res est, quis neget? temulentia.
Est nam volentis. Quisquis etenim, cum sciat,

Digitized by Google

Οὐκ ἀγνοοῦντες, ἀλλ' ὅμως ἡττώμενοι,
Αὐτοὶ προδήλως τοῦ κακοῦ γεννήτορες.
Ἀλλ' οὖν ἐκεῖ μὲν τοῦ κακοῦ τὸ δυσχερὲς,
Γέλως, ὃν εἷς ἔπαυσεν ὕπνος αὐτίκα.
Θυμοῦ δ' ὑπερκλύσαντος, εἰ χεῖρον, λέγε,
Τὶ τῶν ἁπάντων οἶδας, ἢ τι φάρμακον;
Ἄλλοις μέν ἐστιν εἰς φρένας πεσὼν Θεός·
Θυμὸς δὲ πρῶτον τῷ Θεῷ φράσσει θύρας,
Ἅπαξ ὑπερσχών· ἡ δ' ὑπόμνησις Θεοῦ,
Χεῖρον· συνάπτει καὶ Θεὸν ταῖς ὕβρεσιν.
Αὐτῷ λίθους ποτ' εἶδον, ὦ δεινοῦ πάθους!
Ῥιπτουμένους, κόνιν τε καὶ πικροὺς λόγους.
Τῷ ποῦ, τίσι τε καὶ ὅπως ἁλωσίμῳ;
Νόμοι παρωθοῦνται, οὐ διεγνώσθη φίλος,
Ἐχθρὸς, πατὴρ, γυνή τε, συγγενεῖς, ἴσα.

Μιᾶς φορᾶς ἅπαντα, χειμάῤῥου θ' ἑνός.
Ἦν καί τις ἐνστῇ, τὸν χόλον μεθείλκυσεν
Εἰς αὐτὸν, ὥσπερ θηρίον ψοφήμασιν,
Αὐτός τε χρῄζει συμμάχων ὁ σύμμαχος.
Τούτοις μὲν οὖν μάλιστα κάμπτεσθαι λόγοις·
Οὐ γὰρ δεήσῃ πλειόνων, ἂν εὖ φρονῇς.
Εἰ δ' ἔστ' ἐπῳδῆς χρεία σοι καὶ μείζονος,
Βίους σκόπει μοι τῶν πάλαι καὶ τῶν νέων,
Ὅσοι ποτ' ἔσχον ἐκ τρόπου παῤῥησίαν,
Τίνες μάλιστα προσφιλέστατοι Θεῷ
Τί πρῶτον, ἢ μέγιστον ἐξησκηκότες,
Μωσῆς ἐκεῖνος, Ἀαρὼν, οἱ φίλτατοι,
Δαυὶδ, Σαμουὴλ, εἶτα Πέτρος ὕστερον;
Οἱ μέν γε μαστιχθεῖσαν Αἴγυπτον τόσαις
Πληγαῖς ἀσωφρόνιστον εἶχον· ἀλλ' ὅμως

Non ignorantes, nihilominus se vinci patiuntur,
Ipsi manifeste mali sunt auctores.
Verumtamen hic quidem mali atrocitas
Desinit in risum. Nimirum ebrietatem unicus sopor illico pellit.
Ira autem effervescente, an quidquam sit pejus, ede
Ex omnibus quæ nosti, et quod sit remedium.
Aliis quidem vitiis remedium est, illapsus animis Deus.
Ira autem primum Deo occludit fores,
Ubi gravior exstat. Si Dei mentio fiat,
Pejor evadit, Deum ipsum jungit conviciis.
In eum lapides vidi aliquando, proh nefarium scelus!
Qui jaceret et pulverem et atrocia verba.
Ubi, quæso, a quibus, et qua arte expugnari queat?
Leges projiciuntur, non dignoscitur amicus,
Hostis, pater, uxor, cognati pares sunt.
Eodem omnia impetu, eodem omnia torrente rapiuntur.
Si autem quis obsistat, bilem attrahit
In seipsum, ut bellua cietur edito strepitu:
Et ipse indiget ope, qui opem ferre volebat.
His ergo maxime flecti par est verbis;
Nec enim pluribus opus erit, si sapias.
Sin autem adhuc carmine indiges efficaciori,
Vitas inspice mihi veterum ac recentium,
Quicunque olim consecuti sunt moribus auctoritatem.
Quinam præcipue fuerunt charissimi Deo,
Quam primum, quam maxime virtutem excoluerunt,
Moyses ille et Aaron erant Deo dilectissimi,
David, Samuel, deinde longo post tempore Petrus?
Illi quidem castigatam Ægyptum tot
Plagis insipientiorem experiebantur; nihilominus tamen

162 Ἀγνοοῦντες. Ita Coisl. et Vat. Edit. ἀγνοοῦντος.
165 *Γεννήτορες, parentes.*
168 Ἄλλοις. Ita Coisl. Edit. prave ἄλλ' οἷς. Ibid. πεσόν. Coisl. πεσών.
174 Τῷ ποῦ. Ita Coisl. Edit. τὸ ποῦ.
183 Εἰ δ' ἔστ'. Ita Coisl. Edit. εἰ δήτ'.

METRICA VERSIO.

Quantum malorum conflet, huic cedit tamen,
Censendus hujus hic mali certe est pater.
Illic at omne clauditur risu tamen
Malum, quod unus protinus sistet sopor.
Fervente at ira quod gravius usquam malum
Cognoris, ede, pharmacum et quodnam mali?
Medicamen aliis est Deus menti obvius.
Ast ira primum Numini occludit fores,
Cum gravior exstat. Si Deum quis proferat,
Malum ingravescit; jungit hunc conviciis.
Vidi ipse, saxa, pulverem, et verba aspera
Qui jaceret in eum, proh scelus nefarium!
Nulla arte, nullo qui modo vinci potest.
Jura obteruntur, non amicus noscitur,
Non hostis: uxor, genitor, affines, idem.

Fert cuncta torrens, impetus cuncta unicus.
Reprimere tentes? In caput bilem tuum
Trahes, furentem ut belluam sono edito.
Atque indigebis ipse, opem ferens, ope.
His ira flecti maxime verbis potest;
Nec enim indigebis pluribus, siquidem sapis.
Sin accinenda plura sunt adhuc tibi,
Veterumque vitas inspice et recentium,
Auctoritatem queis decus morum attulit.
Quinam fuerunt maxime chari Deo?
Virtus culta quæ prius, vel maxime?
Moses, Aaron, par Deo charissimum,
Davidque, Samuel, posteris annis Petrus.
Frustra intulissent cum tot illi Ægyptiis
Plagas, gerebant leniter sese tamen,

Digitized by Google

Φειδοῖ προσήγονθ' ὡς τὸ Φαραὼ θράσος,
Ἕως ἐπεκλύσθησαν ἐκ τῆς ὕδρεως,
Οἷς μὴ τὸ μακρόθυμον ἠνεγκεν σέβας,
Ὡς ἂν μάθωσι πάντες αἰδεῖσθαι τόδε.
Κρεῖσσον θρασὺν γὰρ ἢ πρᾶον περιφρονεῖν.
Αἰνῶ Σαμουὴλ, ὃς ποθ' ὕβριν δυσφορῶν,
Ῥήξαντος αὐτῷ τὴν διπλοΐδα τοῦ Σαοὺλ,
Εἶτ' ἀξιωθεὶς, ὥς γε συγγνώμην ἔχειν,
Ἀφῆκεν εὐθὺς τῷ λόγῳ τὴν αἰτίαν.
Τούτου τί δ' ἂν γένοιτο ἡμερώτερον;
Δαυὶδ ὑπομνήσθητι, καὶ τῶν κρουμάτων,
Ἐξ ὧν πονηροῦ πνεύματος Σαούλ ποτε
Ἠλευθέρωσεν· εἶτ' ἀγνώμονος τυχὼν,
Φεύγων, ἁλύων τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον,
Δοθέντος αὐτῷ τοῦ Σαοὺλ ἐφείσατο
(Καὶ τοῦτο δ' ἴστε), καὶ μόγις σεσωσμένος.
Ἡ διπλοῖς γνώρισμα τῆς ἐξουσίας
Κεκαρμένη, φακός τε τοῦ κράνους κλαπείς.
Τί δεῖ λέγειν τὸν υἱὸν ὡς ἠνέσχετο,
Τὸν πατροφόντην, καὶ τύραννον ἀπρεπῆ;
Ὅπου γ' ἐκεῖνον καὶ κλάει τεθνηκότα,
Θρήνοις τε πολλοῖς ἀνακαλεῖ καὶ γόοις,
Τὸν μηνυτήν τε τοῦ πάθους ἀμύνεται,
Ὥσπερ λαβών τιν' ἐχθρὸν, οὐκ εὐάγγελον;

Leniter se gerebant erga ferocem Pharaonem,
Donec aquis absorpti sunt ob petulantiam,
Quibus diuturna lenitas non instillaverat religionem,
Ut discerent omnes hanc vereri;
Præstat enim audacem, quam mitem spernere.
Laudo Samuelem, qui aliquando contumeliam moleste perpessus,
Lacerante ipsius pallium Saule,
Deinde rogatus ut veniam daret,
Condonavit statim roganti culpam.
Hoc porro quid mitius?
In memoriam revoca David et citharæ pulsationes,
Quibus a malo spiritu Saulem olim
Liberavit. Deinde ingratum expertus,
Fugiens, vagus, sollicitus in magno vitæ discrimine,
Tradito in manus suas Sauli pepercit
(Hoc sane nostis), idque vix ipse neci ereptus.
Discissa vestis, indicium est Saulem fuisse in Davidis potestate,
Et lenticula, quæ ad caput erat, surrepta.
Quid necesse est referre, quomodo filium toleraverit
Parricidam et tyrannum perfidum?
Quomodo et hunc mortuum defleverit,
Multisque lacrymis et ejulatibus inclamaverit,
Atque etiam nuntium cædis morte affecerit,
Velut hostem habens, non ut læta nuntiantem?

192 *Φειδοῖ προσήγονθ'*. *Mansuetos se exhibebant, parcebant Pharaonis audaciæ.*

195 *Αἰδεῖσθαι*. *Ut discerent omnes revereri, id est, non abuti virorum sanctorum lenitate.*

204 *Εἶτ'*. Ita Coisl. Edit. εἶπ'.

205 *Δρόμον*. Coisl. τρέχων.

209 *Φακός τε*, etc. Bis in manus Davidis incidisse Saulem narrat Scriptura: primo cum David præcidit oram ejus chlamidis (*I Reg.* XXIV, 5); deinde cum tulit hastam et scyphum aquæ, qui erat ad caput Saulis dormientis (*I Reg.* XXVI. 12). Καὶ ἔλαβε Δαβὶδ τὸ δόρυ, καὶ τὸν φακὸν τοῦ ὕδατος ἀπὸ προσκεφαλῆς αὐτοῦ. Ita Septuaginta: *Et accepit David lanceam et lentem aquæ a cervicali ejus.* Utriusque historiæ meminit Gregorius. Itaque φακός τε τοῦ κράνους, intelligendus juxta Scripturam scyphus aquæ, qui erat ad caput Saulis ceu ad cervical, pro more regum atque imperatorum: non vero *galea*, ut male hactenus reddiderunt interpretes. Nec felicius vertit Billius, *pars galeæ*. Ut enim concedamus κράνος significare *galeam*, sacer textus non aliud intelligere sinit per φακός, quam *scyphum aquæ qui erat ad caput Saulis*, ut in Vulgata legitur. Forte etiam in Gregorio non legendum esset κράνους, sed κράνου, quod, teste Eustathio, significat *caput*. Grammatici tradunt neutrum esse φακός, at masculini generis est apud Septuaginta, unde hanc vocem exscripsit Gregorius.

213 *Ἀναχαλεῖ*. Coisl. ἐγκαλεῖται, qui mox, λόγοις pro γόοις.

214 *Ἀμύνεται*. Hic memoria lapsus videtur Gregorius ut et infra, lib. II, sect. II, carm. III, *ad Vitalianum*, v. 324. David quidem nuntios mortis Saulis et Isboseth jussit interfici: at nihil tale gessit cum ei nuntiata est mors Absalom: imo non nuntiata est, sed sciscitando didicit.

METRICA VERSIO.

Animos feroces regis ut sic flecterent:
Donec superba gens aquis est obruta,
Quæ lenitatem tempserat nimis insolens:
Hanc ut vereri quilibet jam disceret.
Placido ferocem tutius nam spreveris.
Laudo Samuelem, maximum per dedecus
A rege vestem qui dolens ruptam sibi,
Simul atque veniam petiit ille, non moram
Injecit ullam, quin ei remitteret.
Hoc porro quidnam mitius fingi queat?
David, et hujus veniat in mentem chelys,
Quæ liberavit spiritu quondam improbo
Saulem. Huncque posthæc nactus ingratum nimis
Mœrens, vagusque, maximo in discrimine,
Ipsi pepercit, in manus sibi tradito
(Hoc hostis), idque vix nigræ ereptus neci.
Discissa vestis, parsque galeæ clanculum
Surrepta, facilis signum erat potentiæ.
Quid referam ut ipse parricidam filium,
Regnum occupantem perfide, lenis tulit?
Hunc namque et orco morte demissum dolet,
Multisque lacrymis plurimo et fletu vocat.
Faustumque non ut nuntium, lethi indicem,
Sed sævum ut hostem protinus morte afficit.

Digitized by Google

Ἡ γὰρ φύσις ἔμπροσθε τῶν ἐγκλημάτων
Ἔστη, λαβοῦσα τὸν τρόπον συνήγορον·
Ὡς καὶ προσάντης τῷ στρατῷ κατασταθεὶς,
Μικροῦ γενέσθαι τοῦ κράτους ἀλλότριος.
Τί δ'; οὐ τὸν ὑβριστὴν Σεμεὶ ἐκαρτέρει.
Δύσφημον ὄντα τῷ κλέει τῆς εἰσόδου;
Πέτρου δὲ δῆτα τοῦ σοφοῦ τεθαύμακα,
Ὡς μακροθύμως καὶ λίαν νεανικῶς
Ἤνεγκε Παύλου τὴν καλὴν παῤῥησίαν
(Καὶ ταῦτ' ἐν ἄστει τηλικούτῳ καὶ τόσοις
Ἐπαινέταις τε καὶ μαθηταῖς τοῦ λόγου),
Ὡς συντράπεζος οὐ καλῶς ἦν ἔθνεσιν,
Εἰ καὶ τόδ' ὤφετ' ὠφελήσειν τὸν λόγον.
Ἦν γὰρ τὸ κινοῦν καὶ μόνον Θεοῦ φόβος,
A Ἡ τοῦ λόγου τ' ἔλλαμψις ἐκ κηρύγματος.
Οὐκ ἂν παρέλθοιμ' οὐδὲ τὸ Στεφάνου καλὸν,
Ὃν οἶδ' ἀπαρχὴν μαρτύρων καὶ θυμάτων.
Λίθοις ἐχώννυτ'· ἀλλ' ὅμως, τοῦ θαύματος!
Μέσος λιθασμοῦ, φθόγγος ἐξηκούετο,
Αὐτός τε συγχώρησιν, ὡς εὐεργέταις,
Διδοὺς λιθασταῖς, τὸν Θεόν τ' αἰτούμενος.
Ταῦτ' οὐ προδήλως τῆς Θεοῦ τυπώσεως,
Καὶ τῶν ἐκείνου καὶ παθῶν καὶ δογμάτων,
Ὃς ὢν Θεός τε καὶ κεραυνῶν δεσπότης,
Ὡς ἀμνὸς ἦγετ' εἰς σφαγὴν ἀφωνίᾳ;
Ἐμπτυσμάτων τε καὶ ῥαπισμάτων ὅσων
Ἠνέσχετ'! ἄχρις ὠτίου πεπληγότος
Τὸ χρηστὸν οἶδε Μάλχος. Οὐκ ἐκραύγασεν

Nam natura ipsa ante crimina
Stabat, assumens animi lenitatem vice patroni.
Qua quidem agendi ratione ab ipso avertit exercitum,
Ut parum abfuerit, quin regno excideret.
Quid? Nonne maledicum Semei pertulit,
Qui inauspicatus occurrit celebritati ipsius in urbem reditus?
Petrum etiam virum sapientissimum miror,
Qui tam placida mente, et tam forti pectore
Tulit Pauli egregiam dicendi libertatem
(Et quidem in tanta urbe, totque inter
Laudatores et discipulos doctrinæ),
Quod non recte comederet cum gentilibus,
Quamvis id arbitraretur profuturum fidei.
Quod enim ad id movebat, solum erat Dei timor,
Et Evangelii illustratio, per prædicationem.
Nec vero prætermittam Stephani virtutem,
Quem agnosco primitias martyrum ac victimarum
Lapidibus obruebatur, et tamen, o prodigium!
Inter saxa vox ejus audiebatur,
Qua ipse veniam, tanquam de se bene meritis,
Condonabat lapidantibus, et Deum deprecabatur.
Annon hæc manifeste sunt æmulatio Christi exempli,
Et ipsius cruciatuum ac doctrinæ,
Qui cum Deus esset, ac fulminum dominus,
Tanquam agnus sine voce ducebatur ad necem?
Quot sputa, et quot pugnos
Pertulit! Nec minus, aure læsa,
Benignitatem ipsius expertus est Malchus. Non clamavit

524-525

217 *Τρόπον. Animi lenitatem.* Bill. male *fetum.*

221 *Δύσφημον.* Quasi convicia illa quibus Davidem Semei laceraverat, celebri regis in Hierosolymam reditui forent omen sinistrum.

224 *Παῤῥησίαν. Liberam reprehensionem.*

227 *Συντράπεζος οὐ καλῶς.* Bill.: *Quod vesceretur improbe.* Quod quidem durius. Videtur hic Gregorius a Scripturæ mente discedere. Non enim Paulus reprehendit Petrum, quod male communi mensa cum gentilibus uteretur, sed quod ab iis se subduxerit metu Judæorum, qui supervenerant, ne illis esset offendiculo, hincque gentilibus majori offendiculo foret. Excidit forte unus et alter versiculus.

234 *Μέσος λιθασμοῦ. In media lapidatione.*

243 *Οὐκ ἐκραύγασεν.* Alludit ad hæc verba Isa. XLII, 2: *Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox ejus foris. Calamum quassatum non conteret, et linum fumigans non extinguet.*

METRICA VERSIO.

Natura quippe stabat ante crimina,
Instar patroni fœtum habens firmissimi:
Sic, militari graviter offensa ut manu,
Hinc pene regni culmine exciderit sui.
Quid? Nonne Semei pertulit convicia,
Male ominantis splendido regressui?
Petrum ipse miris laudibus sane effero,
Qui mente placida, pectore et magno admodum,
Fortique Pauli liberam vocem tulit
(Atque hoc in urbe maxima, et laudantium,
Fidei magister queis erat, magno in grege),
Quod vesceretur improbe cum Gentibus:
Fidei quod istud crederet fore commodum.
Nam quod movebat, solum erat metus Dei,
B Verbique sacri fulgor ex præconio.
Nec præterire convenit Stephani decus,
Qui victimarum et martyrum auspex exstitit.
Saxis peribat: et tamen, quid tam novum?
Inter fluebat saxa vox sancti viri,
Per quam ipse, meritis optime ut de se, hostibus
Parcebat, et pro his Numinis supplex erat.
An hæc aperte non gerunt Christi typum,
Tormenta et ejus, dogmata et sacerrima?
Qui cum Deusque, fulminum et dominus foret,
Sine voce ductus instar est agni ad necem,
Et sputa fœda, et plurimos colaphos tulit.
Benignitatem sensit, at Malchus tamen
Vel usque ad aurem. Clamor ab illo, indicans

Digitized by Google

Ἐνδεικτικόν τι καὶ γέμον παῤῥησίας
Οὐδ' εἴριξέν τι. Τὴν κακίᾳ τεθλασμένον,
Ἄκλαστον ἔσχε. Τὴν φρενὸς κουφὴν φλόγα
Σβέσειν λέγει μὲν, ὡς δὲ χρηστὸς φείδεται,
Ὡς ἂν κρατήσῃ τῷ πράῳ τὸ συγγενές.
Τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα τοῦ σοῦ Δεσπότου.
Οἷς, ἄν τι πάσχοις, ἀντισηκώσεις τὰ σά,
Κἂν πάνθ' ὑποστῇς, τὸ πλέον λελείψεται·
Εἴπερ τὸ πάσχειν κρίνεται πρὸς ἀξίαν.
Ἀρκεῖ τάδ' ἡμῖν εὐγενῆ παιδεύματα,
Πλακῶν νόμοι τε καὶ τρόποι τῶν ἐξ ὄρους,
Εἰ δεῖ τι τούτοις προστεθῆναι καὶ νόθον;
Καὶ χεῖρον οὐδέν· ὥς τι κἂν τοῖς χείροσι
Τῶν κρεισσόνων τε καὶ φίλων δρεψώμεθα.
Ὧν γὰρ κρατεῖν καὶ σφόδρα, οὐ σφόδρ' αἰνετὸν,
Τούτων κρατεῖσθαι καὶ λίαν, πόσον κακόν!

A
Μεμνήσομαι δὲ καί τινων, καὶ συντόμως.
Παίειν ἔμελλεν ὁ Σταγειρίτης τινὰ,
Λαβὼν ἐπ' αἰσχροῖς καὶ κακοῖς ἐγκλήμασι·
Θυμοῦ δ' ἐπεισελθόντος ἡνίκ' ἥσθετο,
Ἔστη παλαίων τῷ πάθει, ὡς δυσμενεῖ.
Μικρὸν δ' ἐπισχὼν, εἶπεν (ὦ σοφοῦ λόγου!)
« Καινὸν πέπονθας. Προστάτην ἔσχες χόλον·
Εἰ μὴ γὰρ ὀργὴ, κἂν δαρεὶς ἀπηλλάγης.
Νῦν δ' αἰσχρὸν ἦν μοι τῷ κακῷ πλήττειν κακόν,
Κρατεῖν τε δούλου τοῦ πάθους ἡσσώμενον. »
Οὕτως ἐκεῖνος. Τὸν δ' Ἀλέξανδρον λόγος,
Εἰπόντος αὐτῷ Παρμενίωνός ποτε,
Πόλιν τίν' ἐξελόντι τῶν Ἑλληνίδων,
Εἶθ' ὃ δρᾶσαι χρὴ πολλάκις σκοπουμένῳ,
Ὡς, εἴπερ ἦν ἐκεῖνος, οὐκ ἐφείσατο·
« Ἀλλ' οὐδ' ἔγωγ' ἂν, εἴπερ ἦν, φάναι, σύγε.

In ostentationem sui, et in signum libertatis;
Neque litigavit. Criminibus contritum
Infractum servavit. Mentis exilem flammam
Exstincturum se quidem minatur, sed benignus parcit,
Ut nos subigat sua lenitate.
Talia ac tanta sunt exempla Domini tui,
Quibuscum, quæ forte pateris, si conferas,
Atque etiamsi omnia perferas, plurimum deerit:
Si quidem cruciatus pensatur ex ejus qui patitur dignitate.
Sufficiuntne nobis nobiles institutiones,
Tabularum leges et mores e sacro monte?
An his aliquid addendum est, etiam nothum?
Nihil inde pejus acciderit, sic etiam forte ex pejoribus
Quidpiam boni ac utilis decerpserimus.
Quos enim valde superare non magnopere laudandum est,
Ab his multum superari, quantum est malum!
Memorabo autem nonnullos, et quidem breviter.
Cædere parabat (Aristoteles) Stagirites quempiam
Deprehensum in turpibus pravisque facinoribus.
Cum autem iram supervenientem sensisset,
Substitit, et illam impugnavit velut hostem,
Paululumque moratus, ait (o præclarum dictum!).
« Novum quid expertus es. Patronam habes bilem;
Nisi enim ira me invasisset, cæsus abiisses:
Nunc autem turpe esset mihi, cum malus sim, cædere malum,
Et coercere servum, cum ipse iracundia victus sim. »
Hæc ille. Alexandrum autem narrant,
Parmenione illi dicente aliquando,
Cum quamdam urbem Græcorum expugnasset,
Et quid facto opus esset, sæpius deliberaret,
Se, si foret Alexander, nihil parciturum,
Respondisse: « Neque ego parcerem, si essem Parmenio.

245 *Οὐδ' εἰριξέν τι.* Edit. οὐδ' εἰρισέν τι.
248 *Τὸ συγγενές. Cognatam sibi gentem.*
255 *Εἰ δεῖ.* Forte ἦ.
263 *Ἐπεισελθόντος.* Ita Coisl. Edit. ἐπελθόντος.
265 *Εἶπεν.* Cicero, in lib. *De senect.*, dictum hoc Architæ Tarentino, non Aristoteli tribuit.

METRICA VERSIO.

Auctoritatem maximam, non exiit.
Non litigavit. Criminum quassum agmine
Non fregit. Atque fumigantem exstinguere
Mentem minatur is quidem, at non id facit:
Quo lenitate nos trahat summa hac sua.
Exempla Domini tanta sunt tot et tui.
Quibus quid ipse perferens, tua conferes?
Ut cuncta subeas, plurimum deerit tamen;
Ad dignitatem passio si extenditur.
Doctrina nobis sufficitne hæc nobilis,
Petita tabulis a sacris montis sacri?
An potius aliquid addere his nothi addecet?
Sic forte melius. Quidpiam ex pejoribus
Ita nam legemus forte, quod mentes juvet.
Quos namque valde vincere, haud magnum est decus,
Superari ab ipsis plurimum quantum est malum!

B
Memorabo porro pauculos, et hos brevi.
Quemdam parabat urbe Stagira editus
Olim ferire, crimine arreptum in gravi;
Ut sensit autem bile se subita rapi,
Adversus illam dimicans stetit illico,
Paulum et moratus, dixit: O dictum elegans!
« Nova res, patrona contigit bilis tibi.
Cæsus abiisses, liber hac si nunc forem.
At turpe nunc est, si malum cædat malus,
Iraque victus servulum coerceat. »
Sic ille. Rursus magnum Alexandrum ferunt,
Parmenio quondam forte cum ipsi diceret,
Capta urbe quadam Græciæ, quid facto opus,
Deliberanti sæpius: « Si rex forem,
Nihil misertus oppidum æquarem solo:
Æquarem et ipse, rettulit, si tu forem.

Digitized by Google

Σοὶ μὲν γάρ ἐστιν ὠμότης, τὸ δὲ πρᾶον
Ἐμὸν, φυγεῖν τε τὴν πόλιν τοὺς κινδύνους. »
Κἀκεῖνο δ' οἷον, ὡς ἐπαίνων ἄξιον ;
Ἐλοιδόρει τις τὸν μέγαν Περικλέα,
Πολλοῖς ἐλαύνων καὶ κακοῖς ὀνείδεσι
(Τῶν οὐδὲ τιμίων τις), ἄχρις ἑσπέρας.
Ὁ δ' ἡσυχῆ τὴν ὕβριν, ὡς τιμὴν, φέρων,
Τέλος καμόντα καὶ βαδίζοντ' οἴκαδε
Προὔπεμψε λύχνῳ, τὸν χόλον τ' ἀπέσβεσεν.
Ἄλλος δ' ὑβριστὴν, πλουσίαις ἐφ' ὕβρεσι
Προσθέντ' ἀπειλήν· « Ὡς ὀλοίμην παγκάκως,
Εἰ μὴ κακὸν κακῶς σε κτείναιμι σθένων. »
Τούτοις ἀμείβεθ' ὡς φιλανθρώποις λόγοις·
« Κἀγώ γ' ὀλοίμην, εἰ σε μὴ θείην φίλον. »
Κωνστάντιον δὲ (καὶ γὰρ εἰπεῖν ἄξιον,
Ὡς μὴ τὰ πρόσθεν τυγχάνῃ λόγου μόνα,
Περιφρονῆτέ θ' ὥνπερ αὐτοι μάρτυρες),
Φασί ποτ' εἰπεῖν ἄξιον μνήμης λόγον
Τίς δ' ἦν ; ἐκεῖνον τῶν τις ἐν τέλει ποτὲ,
Παρώξυν' ἡμῖν, οὐ φέρων τιμωμένους
Τιμαῖς τοσαύταις (καὶ γὰρ εὐσεβέστατος,
Εἴ πέρ τις ἄλλος βασιλέων, ὧν ἴσμεν, ἦν)·
Πολλοῖς δ' ἐπειπὼν καί τινα τοιοῦτον λόγον·
« Τί τῆς μελίσσης ἐστὶν ἡμερώτερον ;
Ἀλλ' οὐδ' ἐκείνη τῶν τρυγώντων φείδεται· »
Ἤκουσε· « Πῶς οὐκ οἶδας, ὦ βέλτιστε σὺ,
Ὡς οὐδ' ἐκείνη κέντρον ἐστὶν ἀσφαλές ;
Παίει μὲν, αὐτὴ δ' εὐθέως ἀπόλλυται. »
Τοσαῦτ' ἔχεις σὺ τοῦ πάθους τὰ φάρμακα,
Πάντων δὲ μεῖζον, ὧν ἔφην, τὴν ἐντολὴν,
Ἢ μηδὲ τὸν πλήσσοντα ὑβρίζειν ἐᾷ.
« Οὐ γὰρ φονεύσεις, » τοῖς πάλαι τεταγμένον·

Tibi quidem placet crudelitas ; lenitas autem
Mihi, et urbem eximi periculis. »
Jam vero et istud quale, et quam dignum laudibus ?
Conviciis lacessebat quispiam magnum Periclem,
Multis exagitans ac turpibus probris
(Isque non alicujus pretii homo), usque ad vesperam.
Pericles autem placide probra, ac veluti laudes perpessus,
Tandem fatigatum conviciatorem, et repetentem domum
Deduxit cum facula, et sic iram exstinxit.
Alius conviciatori, qui amplis maledictis
Addiderat minas his verbis : « Dispeream pessime,
Ni te malum male interficiam, si possim, »
His respondit tam humanis verbis :
« Et ego dispeream, ni te mihi fecero amicum. »
Constantium autem (hoc enim juvat referre,
Ne vetera, digna quæ narrentur sola,
Contemnenda autem vobis videantur ea, quorum estis testes),
Aiunt aliquando protulisse dignum memoria verbum.
Quodnam autem illud ? Quidam in amplissimo dignitatis gradu locatus
Illum inflammabat contra nos, inique ferens nos decorari
Tantis honoribus (etenim religiosissimus erat,
Ut si quis alius imperatorum, quos novimus) ;
Ac plurima fatus, tale quidpiam subjunxit :
« Quid ape est mitius ?
Verumtamen illa favos eximentibus non parcit. »
Is audivit : « An ignoras, vir optime,
Quod nequidem api stimulus sit securus ?
Ferit enim, sed ipsa statim perit. »
Talia habes tu morbi remedia,
Omnium autem, quæ dixi, maximum, Dei legem,
Quæ nequidem percutientem verbis lacessere sinit.
« Non enim occides, » lex illa antiquis erat sancita.

276 *Σοί*. Coisl. σή.
286 *Παγκάκως*. Coisl. παγκάλως.
292 *Περιφρονῆτέ θ' ὥν*. Coisl. autem codex habet περιφρονῆταί θ' ὧν
296 *Καὶ γὰρ εὐσεβέστατος*. Vid. tom. I, argum. in orat. 4 et 5, § 12.
306 *Ὑβρίζειν*. *Verbis lacessere*. Non bene Bill. *ferire*.
307 *Τεταγμένον*. Ita Coisl. Edit. τεταγμένων.

METRICA VERSIO.

Sævitia namque te decet, me lenitas,
Eximere et urbem, Marte ne cadat effero. »
Jam quale et istud, laudibus dignum et quibus ?
Magnum Periclem plurimis olim probris
Quidam obruebat, gravibus et conviciis,
Plebeius isque, per diem fere integrum.
At ille probra tacitus, ut laudes, ferens,
Lassum, domumque jam revertentem, face
Deduxit. Iram sustulit sic illius.
Rursum alter illum, qui minas has junxerat
Post mille probra : « Funditus peream, malum
Ni te necaro pessime, vires habens : »
Remuneratur blandus his dictis statim :
« Et ipse peream, ni te amicum fecero. »
Constantium autem (nam referre hoc convenit,
Ne vetera sola digna quis verbis putet,
Testata vobis quæque sunt, parvi æstimet),
Verbum extulisse memoria dignum ferunt.
Quodnam hoc ? Eum in nos principem cum quispiam
Quondam incitaret, non ferens nos consequi
Tantos honores (namque erat pius admodum
Ut si quis alius principum, quos novimus),
At multa fatus, tale quid inox subderet :
« Animalne fingi mitius potest ape ?
Atqui legentes pungit hæc favos tamen : »
Audivit : « Hocne te fugit, vir optime,
Stimulus nec ipsi quod vacet periculo ?
Namque ipsa pungit, sed statim quoque interit. »
En quanta morbi suppetant tibi pharmaca.
Ac majora istis omnibus lex est Dei,
Hunc quæ ferire nec sinit, qui te ferit.
Priscis erat lex ista : « Ne cædem inferas. »

Digitized by Google

Σοὶ μηδὲ χολοῦσθαί ἐστιν ἐντεταγμένον,
Μή τοί γε παίειν, μήτε δὴ τολμᾶν φόνον.
Τὸ πρῶτον εἴργων, οὐκ ἐᾷ τὸ δεύτερον
Τὸ σπέρμ' ἀναιρῶν, τὸν στάχυν κεκώλυκε.
Τὸ μηδ' ὁρᾶν κάκιστα, μοιχείας τομή.
Τὸ μηδ' ὀμνύειν, φάρμακον ψευδορκίας.
Τὸ μηδὲ θυμοῦσθ', ἀσφάλεια πρὸς φόνον.
Σκόπει γὰρ οὕτω· θυμὸς ἐκπέμπει λόγον,
Λόγος δὲ πληγήν, ἡ δὲ πληγὴ τραύματα·
Ἐκ τραυμάτων δὲ τὸν φόνον γινώσκομεν.
Θυμὸς πατὴρ πέφηνε τοῦ πικροῦ φόνου.
Τοῦ μὴ φονεῦσαι τίς ποτ' ἤνεγκε γέρας;
Τὸ μηδὲ θυμοῦσθ' ἐστὶ τῶν αἰνουμένων·
Τοῦ μέν γ' ὁ μισθός, ἡ φυγὴ τοῦ κινδύνου·
Τούτου δ' ἀμοιβή, γῆς μέρος τῆς τιμίας.
Ἄκουε Χριστοῦ, τοῖς πράοις ἃ βούλεται

A Ἐν τοῖς μακαρισμοῖς, οἷς ἀπηριθμήσατο,
Τὰ μέτρ' ὁρίζων τῶν ἐκεῖθεν ἐλπίδων.
Τούτου χάριν σοι καὶ νόμους τοίους γράφει.
Παίῃ παρειάν; πῶς δὲ τὴν ἄλλην ἐᾷς
Ἄκαρπον; εἰ μὲν οὐκ ἐκοῦσ', οὔπω μέγα
Πέπονθε, μεῖζον δ', ἢν θέλῃς, τὶ λείπεται·
Καὶ τὴν ἐκοῦσαν πρόσθες, ὡς ἔμμισθος ᾖ.
Χιτῶνα γυμνοῖ; προστίθει καὶ δεύτερον,
Ἔσθημ' ἂν ᾖ σοι καὶ τρίτον, γυμνωσάτω
Τούτων ἔχεις τὸ κέρδος, ἂν πρόῃ Θεῷ.
Ἂν λοιδορώμεθ', εὐλογῶμεν τοὺς κακούς·
Ἂν ἐκπτυώμεθ', ἐκ Θεοῦ τιμὴν ἔχειν
Σπεύδωμεν. Ἐκδιωκόμεθ'; οὔτι καὶ Θεοῦ;
Τοῦτ' οὐκ ἀφαιρετόν γε τῶν πάντων μόνον.
Ἂν τις καταρᾶται, σὺ προσεύχου τοῦδ' ὑπερ.
Δράσειν ἀπειλεῖ; ἀνταπείλει καρτερεῖν.

Tibi vero, ut nequidem irascaris, præceptum est,
Nedum ferire licitum sit, aut cædem committere.
310 Qui primum vetat, non permittit secundum.
Qui semen avellit, quominus spica oriatur, impedit.
Qui male intueri mulierem prohibet, adulterium præcidit.
528-529 Omnino non jurare, remedium est perjurii;
Non irasci, cautio est contra cædem.
315 Sic namque reputes : ira producit sermonem
Sermo autem ictus, ictus vulnera ;
Ex vulneribus autem mortem inferri novimus.
Itaque iracundia parens est acerbæ cædis.
Quis unquam, eo quod non occiderit, tulit præmium?
320 Non irasci autem, res est laudabilis;
Et hujus merces est fuga periculi,
Illius præmium, terræ pars pretiosæ.
Audi Christum ; mitibus quid promittat
Inter felicitates, quas recenset,
325 Mensuras definiens rerum in altera vita sperandarum.
Propterea tibi tales dat leges.
Cæditur tibi maxilla, quomodo alteram sinis
Esse fructus expertem? si quidem invite, nihil profecto magnum
Præstitit. Majus autem, si velis, aliquid restat.
330 Etiam volentem præbe, ut mercedem consequatur.
Tunicam quis tollit? adde et alteram
Vestem : si adsit tibi tertia, eam exue.
Ex his habebis lucrum, si ea reliqueris Deo.
Si maledictis impetimur, bene precemur malis,
335 Si despicimur, a Deo honorem consequi
Studeamus. Si persecutionibus vexamur, nunquid a Deo divellimur?
Id unum est ex omnibus, quod nobis adimi non potest.
Si diras tibi quis imprecetur, adhibe Deo preces pro eo.
Mali quidpiam minatur se facturum? minare te toleraturum

321 *Τοῦ μέν γ' ὁ μισθός.* Ilic versus excidit Billio, forte typographo. Hunc supplevimus, posteriore correcto, et italicis utrumque distinximus. Caillau.

323 *Βούλεται.* Quid largiri velit, mitibus quam bene velit.

336 *Ἐκδιωκόμεθ'. Fugamur nunquid et a Deo?*

METRICA VERSIO.

At tibi nec ira corripi in quemquam licet :
Nedum ferire, cædere ac multo minus.
Qui prima prohibet, posteris nil dat loci.
Spicamque, semen qui necat, simul impedit.
Stuprum amputabis, feminam haud spectans male.
Ne jura, habebis pharmacum perjurio.
Facessat ira, cautio ad cædem hoc erit.
Sic namque reputes : Ira sermonem parit,
Ictusque sermo, vulnera ictus afferunt :
Cædem quod autem vulnera accersant, liquet.
Sic ira cædis horridæ certa est parens.
Quis haud patratæ præmium cædis tulit?
At vacuus ira maximam laudem obtinet.
Merces prioris est periculi fuga;
Alterius autem terra dives præmium.
Audi quid ipse mitibus Christus velit,

B Felicitates supputans, summa et bona,
Quæ sperat illic sancta gens, definiens.
Ob ista tales dat tibi leges quoque :
Mala feriris, alteram curnam sinis
Carere fructu? passa si nolens id est,
Laus parva : majus restat aliquid, si velis.
Hanc sponte junge, præmium ut certum feras.
Tunicam quis aufert? Pallium quoque adjice,
Si tibi sit, ac te tertia veste exuas.
Hæc si Tonanti liqueris, fructus manet.
Si jactet in te vir malus probra, huic bene
Precare : si te conspuat, honorem a Deo
Capta. Fugat te? non autem rex cœlitum,
Qui solus adimi rebus ex cunctis nequit.
Si te exsecretur quispiam, causa ipsius
Ora. Minatur multa? minitare hæc pati.

Digitized by Google

340 Ἔργων ἔχεται; σὴ πρᾶξις ἡ εὐπραξία.
Δύω γὰρ οὕτω τὰ κράτιστα κερδανεῖς·
Αὐτός τ' ἄριστος τοῦ νόμου φύλαξ ἔσῃ,
Κἀκεῖνον ἕξεις τῷ πράῳ τῷ σῷ πρᾶον,
Ἔχθρὸν μαθητήν, οἷς κρατεῖ νικώμενον.
345 Ὁρᾷς; μάλιστα μέν σε μὴ χολᾶν θέλει·
Τοῦτο γὰρ ἐστι καὶ τὸ ἀσφαλέστατον·
Εἰ δ' οὖν, προλύειν ἑσπέρας τὴν ἔκστασιν
Δύεσθ' ἐπ' ὀργῇ μὴ δέχου τὸν ἥλιον·
Εἴτ' οὖν, ὃς ἐκτὸς ὀμμάτων πέμπει βολάς,
350 Εἴτ' οὖν, ὃς ἔνδον τοῖς σοφοῖς αὐγάζεται.
Δύει γὰρ οὗτος τοῖς πεπληγόσι φρένας,
Ὡς τοῖς ἀρίστοις καὶ καλοῖς ἐκλάμπεται,
Ἱλεῖον τὸ λάμπειν τοῖς βλέπουσιν ἐνδιδούς.
Τί δ'; οὐ φύσις δέδωκε, φησί, τὸν χόλον;
55 Καὶ τὸ κρατεῖν γε τοῦ χόλου. Λόγον δὲ τίς;

A Τίς δ' ὄψιν, ἢ τίς χεῖρας, ἢ ποδῶν βάσιν;
Θεὸς τὰ πάντα καὶ φύσις, πλὴν εἰς καλόν.
Σὲ δ' οὐκ ἐπαινῶ μὴ καλῶς κεχρημένον.
Οὕτως ἔχει καὶ τ' ἄλλα τῆς ψυχῆς πάθη.
360 Δωρήματ' ἐστὶν ἐκ Θεοῦ, κινούμενα
Λόγου ποδηγίᾳ τε καὶ στρατηγίᾳ.
Ζήλου μὲν ὅπλον θυμὸς ἐμμέτρως πνέων·
Πόθου δὲ χωρὶς οὐχ ἁλώσιμος Θεός.
Λογισμὸν οἶδα τῶν καλῶν διδάσκαλον.
365 Εἰ δ' εἰς τὰ χείρω ταῦτα τὴν ῥοπὴν ἔχοι.
Ὁ μὲν χέων ὕβριν τε καὶ μοχθηρίαν,
Ὁ δ' εἰς κακίστας ἡδονὰς οἰστρηλατῶν,
Ὁ δ' οὐ κατάγχων ταῦτα, καὶ πλοκὰς στρέφων,
Οὕτω τὰ καλὰ γίγνεται τοῦ φθορέως.
370 Θεοῦ δὲ δῶρον οὐ καλὸν κακῷ φύρειν.
Θεὸν δ' ἀκούων ἐν Γραφαῖς χολούμενον,

340 Facinus committit? tuum opus sit beneficentia.
Duo enim sic maxima commoda percipies;
Ipse præstantissimus legis custos eris,
Et hunc habebis mansuetudine tua mitem,
Jam discipulum ex hoste, iis, per quæ vincit, superato.
345 Vides quid rei sit? summopere ne irascaris, studeto.
Hoc enim est tutissimum;
Aut si irascaris, depone ante vesperam furorem:
Nec sinas condere se in ira tua solem,
Sive istum, qui extra oculos nostros mittit radios,
350 Sive illum, qui intus sapientibus lucet.
Is enim occidit stultis et vulneratis mentibus,
Contra vero optimis et honestis fulget,
530-531 Vehementius ut fulgeant cernentibus tribuens.
Quid igitur? non natura, dicet aliquis, dedit bilem?
355 Verum et dedit illam domare. Quis enim rationem dedit?
Quis etiam visum? quis manus? quis pedum incessum?
Deus dedit hæc omnia et natura, sed ut in bonum iis utamur.
Te autem non laudo, qui male uteris.
Sic se habent et aliæ mentis affectiones.
360 Dona sunt, cum moventur
Ratione, quæ eas, ut dux, regit, iisque imperat.
Zeli quidem armatura est iracundia moderate spirans:
Sed absque amore Deus apprehendi non potest.
Rationem scio rerum bonarum esse magistram.
365 Si autem in deteriora tria hæc propendeant,
Iracundia quidem fundens injuriam et nequitiam,
Amor vero ad flagitiosas cupiditates quasi œstro stimulans,
Et ratio hæc non coerceat, sed et dolos nectat,
Sic quæ sunt bona, fiunt dæmonis.
370 Dei donum cum malo miscere non est bonum.
Deum autem cum legis in Scripturis iratum,

343 *Ἔξεις τῷ πράῳ τῷ σῷ.* Ita Coisl. Edit. ἕλξεις τῷ πράῳ, τὸ σὸν πρᾶον, *efficies tuum et mitem ex hoste discipulum, victorem et victum.*
361 *Ποδηγίᾳ*, mox, στρατηγίᾳ. Ita Coisl. Edit. ποδηγίαι... στρατηγίαι
363 *Οὐχ ἁλώσιμος. Exorari, quasi expugnari non potest Deus absque amore, quo uno nobis conciliatur.*
369 *Τοῦ φθορέως. Corruptoris, dæmonis.*
370 *Φύρειν.* Coisl. φέρειν.

METRICA VERSIO.

Exsequitur ista? fac bene: hoc tuum est opus.
Hinc bina carpes commoda, hæcque maxima.
Namque ipse legis optimus custos eris:
Placidumque reddes placidus hunc et discipulum
Ex hoste, dantem, quod ferat palmam, manus.
Summe studeto, bile ne pectus tuum
Laboret, hoc nam longe erit tutissimum:
Aut certe ut ante vesperam furor occidat.
Ne sol in ira se tua condat, cave,
Sive ille, radios qui foras mittit suos,
Sive ille, radiat qui probis intus viris.
Namque ipse stultis occidit: contra bonis
Cupidisque honesti lucet, ac cernentibus
Hoc tribuit, ipsi ut fulgeant vehementius.
Natura bilem non dedit? forte inquies.
At et hanc domare. Quis tibi mentem dedit?

B Quis rursus oculos, quis manus, gressum et pedum?
Natura cuncta hæc, et Deus; sed in bonum.
At rebus his te non bene utentem improbo:
Sic mentis aliis res habet se motibus.
Dominantis alto munera hæc sunt optima
Cum ratio recta ducit hæc, atque imperat.
Moderata zelo bilis arma porrigit:
Amor eximatur, non potest Numen capi.
Ratio magistra est ad bonum quodvis probis
In pejus autem si tria hæc propendeant,
Illineque bilis impotens fundat scelus,
Amorque rursum stimulet ad mala gaudia,
Nec ratio stringat ista, sed nectat dolos,
Hac arte fiunt dæmonis, quæ sunt bona.
Inficere munus at Dei haud decet malo.
Ira moveri porro cum legis Deum,

Digitized by Google

Ἢ πάρδαλίν τιν', ἢ παροιστρῶσαν πόθῳ
Ἄρκτον, ζέοντα ἐκ μέθης καὶ κραιπάλης,
Ἢ καὶ μάχαιραν τοῖς κακοῖς στιλβουμένην.
Μὴ τοῦτο ποιοῦ τοῦ πάθους παρήγορον
Ὃ προσπλακείς· ζητεῖς γὰρ οὐ λύσιν κακοῦ
Καλῶς ἄκουε, μὴ κακῶς, τοῦ πράγματος.
Πάσχει γὰρ οὐδὲν ὧν ἐγὼ πάσχω Θεός.
Μή τις τοῦτ' εἴπῃ· καὶ γὰρ οὐδ' ἐξίσταται
Αὐτός ποθ' αὑτοῦ. Ταῦτα γὰρ τοῦ συνθέτου,
Καὶ τῶν μάχεσθαι ἠργμένων ἐκ πλείονος.
Ὁ δ' ἔστι, τοῦτ' εὔδηλον, ἄτρεπτος φύσις.
Πῶς οὖν τυποῦται ταῦτα; τῆς τροπῆς νόμοις.
Πῶς; δειματῶσαι τῶν ἁπλουστέρων φρένας,
Ὥσπερ τὰ πολλὰ τῶν λόγῳ δηλουμένων.

Ἀντιστροφὴν νόει γὰρ, καὶ τὸ πᾶν ἕξεις.
Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὶ πλήσσομεν χολούμενοι,
Χολᾷν τὸ πλῆσσον τοὺς κακοὺς ἐγράψαμεν.
Ὡς ὄψιν, ὦτα, χεῖρας ἐξευρήκαμεν,
Οἷς χρώμεθ' αὐτοὶ, τῷ Θεῷ δεδωκότες,
Ἐπάν τι τούτων, ὡς δοκεῖ, ἐργάζεται.
Ἔπειτ' ἀκούεις τοὺς κακοὺς, οὐ τοὺς καλοὺς,
Ὀργῇ Θεοῦ πάσχειν τι καὶ δίκης νόμοις·
Ὁ σὸς δὲ θυμὸς οὐ μέτροις ὁρίζεται.
Πάντας δ' ἴσους τίθησι. Μὴ τοίνυν λέγε
Ὡς ἐκ Θεοῦ σοι, καὶ Θεοῦ τὸ σὸν πάθος.
Ἢ καὶ φρονεῖς σύ γ' ὡς Θεὸν μιμούμενος;
Ζήλωσον, ἀλλὰ τὴν νόσον γ' αὖραις δίδου.
Εἴ που δ' ἀνέγνως εὐσεβῶν ἀνδρῶν χόλους,

Vel esse tanquam parilalim, aut percitam desiderio
Ursam, vel ferventem temulentia quadam et crapula.
Vel gladium malis fulgentem.
Ne hoc afferas in defensionem morbi
Quo laboras; nam hoc pacto non quæris depulsionem mali.
Recte intellige, non sinistre, rem.
Nihil enim horum, quæ patior, patitur Deus.
Ne quisquam hoc dicat. Non enim unquam
Deus extra se est. Hæc sunt compositorum,
Et eorum quæ pugnandi initium fecere jamdudum.
Ille vero est, ut patet, expers mutationis natura.
Quomodo igitur hæc tribuuntur Deo? per metaphoram.
Qua ratione? ut timore percellantur simplicium mentes,
Quemadmodum pleraque eorum quæ oratione exponuntur.
Antistrophen enim cogita, et rem totam habes.
Quoniam enim ipsi cædimus irati,
Irasci quoque Deum, cum plecti' malos, scripsimus.
Sic oculos, aures, manus ipsi effinximus,
Ea quibus ipsi utimur, Deo dantes,
532-533 Cum tale quidpiam, ut videtur, facit.
Præterea audis malos non item bonos,
Ex ira Dei pati aliquid, et justitiæ legibus;
Tua autem ira metris non concluditur;
Omnes pares facit. Ne ergo dixeris,
Ex Deo tibi, et Dei esse tuum affectum.
Num te jactitas Dei esse æmulatorem?
Æmulare sane, sed morbum tuum ventis trade.
Quod si alicubi legisti virorum piorum iras,

376 Ὃ *προσπλακείς*. Ita Coisl. Bill. legit ἀναπλάσεις, quam vocem non reperit, sed ipse fabricavit ex varia lectione exemplaris Romani, quod habet mendose προσεπλάσης, et sup. lin. ἀναπλ., ac sic exponit... *Commenta*, inquit, *et obtentus quosdam, non mali depulsionem quæris;* quod a Gregorii mente non abhorret.

382 *Ὁ δ' ἔστι*. Ita Coisl. Jam Billius emendaverat, graviterque Leuvenkclalum reprehendit, qui legit, οὐδ' ἔστι, pravamque lectionem secutus vertit, vel, ut cum Billio loquar, pervertit hunc locum.

383 *Τῆς τροπῆς νόμοις*. Tropice et figurate.

384 *Δειματῶσαι. Ad inculiendum simplicioribus timorem.*

386 *Ἀντιστροφὴν νόει γὰρ, καὶ*. Ita Coisl.; deest γάρ in editis, et claudicat versiculus. Antistrophen autem vocat Gregorius, cum Deo ea tribuimus quæ ipsi non conveniunt, sed nobis : ut, quia irati aliquem cædimus, Deum quoque proinde irasci dicamus, cum de aliquo supplicium sumit. Ibid. ἕχεις, *habes*, id est, *intelligis*.

395 *Πάντας δ'*. Ita Coisl. In edit. deest δ'.

METRICA VERSIO.

Pardumque, amoris percitam aut œstro velut
Ursam, vel ipsum fervidum multo mero,
Gladium aut micantem, sontibus qui sit minax,
Hinc ne favorem compares morbo tuo.
Hoc nam tueris, non fugas, pacto malum.
Rem non sinistre, sed bono sensu accipe.
Quæ patior, horum nil Deus prorsum subit :
Hoc nemo dicat. Non enim a se cœlitum
Rex exit unquam. Compositis hæc congruunt.
Cœpere duduin quæque jam bello premi.
Ast ille, quis non hoc videt, verti nequit.
Quinam ergo dantur hæc Deo? tropico modo,
Mentes ut ipse terreat mage simplices
Multa velut ex his, tropica quæ dicta indicant.

Antistrophen fac cogites : et totum habes.
Nam bile quoniam conciti aliquem cædimus,
Iram proinde, cum ferit, damus Deo.
Sic visum, et aures, sic manus huic finximus,
Dantes supremo Numini hæc, quibus utimur,
Horum, ut videtur, quidpiam cum factitat.
Audis deinde, non bonos, verum improbos,
Ira Tonantis, legibusque, aliquid pati :
In bile vero nullus est modus tua :
Exæquat omnes. Ergo caveas dicere
Quod morbus iste sit tibi ex Deo, et Dei.
Num te Tonantis jactitas esse æmulum?
Sis sane : at auras in leves morbum abjice.
Iras piorum sin legas forte uspiam,

Digitized by Google

400 Πάντας δικαίους εὗρες. Οἶμαι δ' οὐ χόλους,
Κακοῖς δὲ πληγὰς ἐνδίκως κινουμένας.
Οὔπω γὰρ ἦν ἐκείνοις ἡ πληγὴ κακόν·
Πληγαὶ δ' ἐκείνοις σφόδρα συμφορώτατον,
Χρῄζουσι πολλῆς τοῦ βίου καθάρσεως,
405 Ῥάμνου σίδηρον ὀξὺν ἐκκαλουμένης,
Νόμου τε πρόσθεν, καὶ πρὶν ἰσχύσαι νόμον
Οὕπω τελείως τοῖς τότ' ἐρριζωμένον.
Οὕτω μὲν οὖν σὺ τὴν νόσον κατασβέσεις,
Τούτοις τε σαυτὸν ἐκμαλάσσων τοῖς λόγοις,
410 Ὡς οἱ κατεπᾴδοντες ἀσπίδων γένους.
Οἴσεις δὲ δὴ πῶς; τοῦτο γάρ σοι δεύτερον.
Μή που, πυρὸς πῦρ ἐκκαῇ χόλου χόλος·
Ἴσον γάρ ἐστιν αὐτὸν ἅρξασθαι κακοῦ,

A Ἄλλῳ τε κινηθέντι συμπαθεῖν κακῶς.
415 Πρῶτον μὲν εὐθὺς πρὸς Θεὸν κατατρέχων,
Αἰτῶν τε τὴν χάλαζαν ἐκτρίψαι κακῶς,
Ἡμῶν δὲ φείδεσθ' οὐδὲν ἠδικηκότων·
Σταυρῷ τε σημειούμενος παραυτίκα,
Ὃν πάντα φρίσσει καὶ τρέμει, ᾧ πάντοτε
420 Πρὸς πάντας οἶδα προστάτῃ κεχρημένος·
Ἔπειτα σαυτὸν εὐτρεπίζων πρὸς πάλην
Τοῦ τὸν χόλον κινοῦντος οὐ χολουμένου,
Ὡς ἂν κρατήσῃς τοῦ πάθους ὡπλισμένος.
Τὸ μὲν γὰρ οὐχ ἕτοιμον οὐδ' ἀνθίσταται·
425 Ὁ δ' ἠὐτρέπισται, τοῦτο καὶ νικᾷν σθένει.
Τὸ δὲ κρατεῖν τί; τὸ κρατούμενον φέρειν
Τρίτον σεαυτὸν μὴ μεγίστων ἀξιῶν,

400 Omnes justas reperisti. Credo etiam non iras.
Sed pœnas fuisse malis juste inflictas.
Nondum enim erat illis plaga res mala,
Imo plagæ his erant utilissimæ,
Utpote indigentibus magna vitæ expurgatione,
405 Spina virgam ferream provocante
Ante legem, et priusquam vim haberet lex,
Quæ nondum perfecte in hominibus hujus temporis radices egerat.
Sic igitur tu morbum exstingues,
His te ipsum molliens rationibus,
410 Ac veluti qui excantant aspides.
Quomodo autem tu feres injuriam? id namque præterea spectandum:
Ne forte quemadmodum ignis ignem accendit, sic bilis bilem excitet.
Perinde est enim, si quis incipiat malum,
Aut si cum alio commoto ipse male afficiatur.
415 Primo quidem statim ad Deum confugias
Orans, ut diram exterat grandinem,
Nobisque parcat, qui neminem læsimus;
Cruce quamprimum signatus
Quam omnia metuunt et tremunt, qua semper
420 Adversus omnes tutatrice scio me usum esse;
Deinde præpara te ad certamen
Contra eum qui hanc bilem movet, non contra iratum,
Ut affectum superare queas armatus;
Nam qui paratus non est, nequit resistere.
425 Instructus autem armis, vincere potest.
Sed quid est vincere? vinci te æquo animo ferre.
Tertium, ne te ipsum maximis dignum reputes,

402 *Οὔπω γάρ. Tunc enim cædere aliquem res non erat mala.*
404 *Χρῄζουσι πολλῆς.* Coisl. πολλῆς δεομένοις.
409 *Τούτοις τε σαυτόν.* Ita Coisl. qui κατεπᾴδων, *excantando.* Edit. τούτοις δὲ αὐτὸν ἐκμαλάσσων.
412 *Χόλου χόλος.* Ita habet Coislinianus codex. Edit. autem legunt χόλου χόλον.
416 *Ἐκτρίψαι κακῶς.* Forte κακήν. Coisl. ἐκτρέψαι. Vat. καλῶν.
422 *Τοῦ τόν.* Id est, contra diabolum, qui iram accendit. Ita Coisl. Edit. τοῦτον. Mox, οὐ χολουμένου. Ita Coisl. Male editi, οὐκ ὀλουμένου.
424 *Οὐχ ἕτοιμον.* Ita Coisl. et Vat. In edit. deest οὐχ.
425 *Ὁ δ' ηὐτρέπισται.* Ita Coisl. Edit. ὁ δ' εὐτρεπίσας.
427 *Ἀξιῶν.* Coisl. et Vat. ἄξιον.

METRICA VERSIO.

Nullas iniquas tu leges: iras nec has,
Plagas malis sed potius inflictas vocem,
Nec plaga nondum res erat illis mala,
Quin plena potius commodis. Nam maxime
Ipsis indigebant criminum purgamine,
Ac provocabat spineus ferrum frutex,
Et ante legem, dumque adhuc lex languida
Esset, nec alte fixa satis in cordibus.
Sic ipse morbum facilis exstingues gravem,
Si pectus hisce mulceas dictis tuum,
Sævas ut hilaris aspides cantus solet.
At bilis (id nam sequitur) æstum qui feres,
Ne flamma bilis excitet bilis facem?
Malum inchoare nam parem culpam arbitror,
Alterius iræ seque præbere æmulum.

B Primo ad supremum concitus Numen fuge,
Ab eoque posce, grandinem ut diram exterat,
Facilisque tibi sit, neminem qui læseris.
Signare mox te sis memor sancta cruce,
Quam cuncta metuunt, ac tremunt: qua præside
Adversus omnes semper usum me scio.
Post autem in illum ut dimices te compara,
Non quem ira præceps commovet, sed qui hanc [movet:
Ut septus armis vincere hunc morbum queas.
Namque imparatus quisquis est, resistere
Nequit: paratos at manet palmæ decus.
Quid ferre palmam est? cedere æquo pectore.
Tertium erit, ut te maximis dignum haud pu- [tes,

Digitized by Google

Εἰδὼς ὅπως προῆλθες, ἢ καταστρέφεις·
Ὡς μὴ ταράσσῃ τὸ παρ' ἀξίαν πνέειν.
Τὸ γὰρ ταπεινὸν καὶ φέρει νικώμενον.
Οὐ κάμπτεται δὲ τὸ σφόδρ' ἐξωγκωμένον.
Σποδὸν δὲ, καὶ γῆν, καὶ σκιὰν καλουμένους
Αὐτοὺς ὑφ' αὐτῶν οἶδα τοὺς Θεῷ φίλους,
Ὡς ἄν τι συστέλλωσι τῆς ἐπάρσεως.
Σὺ δ', ὡς ἄριστος, τὰς ὕβρεις ἀπαξιοῖς;
Μὴ καὶ δίκας ὄφλῃς γε τοῦ φρονήματος.
Πῶς δ' ἂν παθῶν ἔργῳ τι τῶν οὐχ ἡδέων
Στέρξαις, ὃς οὐδὲ ῥήματ' εὐπετῶς φέρεις;
Τέταρτον, εἰδὼς οὐδὲν ὄντα τὸν βίον,
Ἀλλ' οὐδὲ κριτὰς ἁπλανεῖς τῶν πραγμάτων
Ἅπαντας ὄντας τῶν καλῶν ἢ μὴ καλῶν·
Στροβούμενον δὲ καὶ περιπλανώμενον

A Τὸ πλεῖον ἡμῶν, ὦ 'γάθ', ἐν τοῖς πλείοσι.
Ἃ μὲν γὰρ ἡμῖν αἰσχρὰ οὐχὶ καὶ Λόγῳ·
Ἃ δ' οὐκ ἔμοιγε, ταῦτα τῷ Λόγῳ τυχόν.
Ἓν ἐστι πάντως αἰσχρὸν, ἡ μοχθηρία,
Τὸ δοξάριον δὲ τοῦτο, καὶ τὸ εὔπορον,
Ἥ τ' εὐγένεια, παιδίων ἀθύρματα.
Ὥσθ' οἷς μὲν ἄχθομ', ἐντρυφᾷν ἐχρῆν ἴσως·
Οἷς δ' ὀφρυοῦμαι, καὶ ταπεινοῦσθαι πλέον,
Ἡ νῦν ἐπαίρομ' οὐ καλῶς φυσώμενος.
Πέμπτον, λογισμῷ μείζονι χρησώμεθα.
Ὡς εἰ μὲν οὐκ ἀληθὲς οὐδὲν, ὧν λέγει,
Ὁ τῷ χόλῳ ζέων τε καὶ τυφλούμενος,
Οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς· εἰ δ' ἀληθεύει λέγων,
Ἐμαυτὸν ἠδίκηκα, καὶ τί μέμψομαι
Τὸν ἐκλαλήσαντ' ἃ πρὶν ἦν κεκρυμμένα;

Noscens unde prodieris, et quo reversurus,
534-535 Ne turberis, altiores, quam pro dignitate, spiritus gerens.
Qui enim humilis est, vinci se patitur;
Non flectitur autem, qui valde est tumidus.
Cinerem, terram, umbram appellare
Sese ipsos scio viros Deo acceptos,
Ut non nihil comprimant elationem.
Tu autem, velut præstantissimus, ferre injurias recusas?
Cave ne luas pœnas tuæ superbiæ.
Quo pacto perpessus re ipsa aliquid ingratum
Libenter sustineres, qui nequidem verba fers patienter?
Quartum, scias nihil esse hanc vitam,
Nec omnes esse rectos judices
Rerum bonarum et malarum:
Decipi autem, versari et errore circumagi
Maximam partem nostrum, o bone, in rebus plerisque.
Quæ enim nobis sunt turpia, non item Verbo sunt turpia;
Quæ autem mihi non sunt, talia forte sunt Verbo.
Una res omnino turpis, pravitas,
Gloriola hæc tenuis, et opulentia,
Ipsaque nobilitas, puerorum ludicra,
Itaque, quibus crucior, iis forte lætandum esset;
Quibus vero insolesco, animum demittere potius deberem,
Quam efferri, sicut nunc non bene inflatus sum.
Quinto, ratiocinatione firmiori utamur.
Si nihil veri est in iis quæ profert
Is qui bile fervet et est excæcatus,
Nihil ad nos attinent: sin autem vera sunt quæ dicit
Memet ipse læsi, et quid reprehendo eum
Qui prodit, quæ prius erant abscondita?

428 *Ἢ καταστρέφεις*. Coisl. οἶ.
429 *Παρ' ἀξίαν πνέειν*. Coisl. παρ' ἀξίαν πλέον.
433 *Ὑφ' αὐτῶν*. Ita Coisl. Edit. ὑπ' αὐτῶν.
434 *Ὡς ἄν τι*. Coisl. ὡς ἄν σε, *ut tuam superbiam retundant*.
435 *Τὰς ὕβρεις*. Mendose edit. τὰς ὕβρις.
444 *Οὐχὶ καὶ Λόγῳ*. *Non item Verbo*, nempe *Deo*. Bill. et Leuv. *rationi*.
446 *Ἓν ἐστι*. Ita Coisl. Bill. ex conjectura emendaverat.
457 *Τὸν ἐκλαλήσαντ' ἃ*. Ita Coisl. Edit. mendose τὸν καλέσαντ' ἃ.

METRICA VERSIO.

Noscens et ortus quis tuus, quisque exitus:
Turberis ut ne, spiritus altos gerens.
Summissus æqua mente nam vinci feret:
At tumida fastu mens gravi flecti negat.
Terramque et umbram, et pulverem sese vocant,
Quos rex Olympi maxime charos habet:
Elationis nonnihil quo sic premant.
Ac tu recusas, optimus velut, probra?
Hujusce fastus ne luas pœnas, vide.
Qui porro, rebus læsus, hoc æquus feres,
Molesta cum tu verba tam graviter feras?
Quarto, esse vitam prorsus hanc credas nihil,
Rectos nec omnes esse rerum judices,
Quas vel probare convenit, vel carpere:
Errore sed nos decipi turpi admodum,

B Ex parte magna, rebus in quamplurimis.
Nam fœda quæ nos ducimus, ratio haud item:
Ac pulchra quæ nos, ipsa fortasse improbat.
Una, una vere fœda res, est pravitas.
Gloriola vero hæc tenuis, et moles opum,
Splendorque generis, ludus est pueros decens
Quibus ergo crucior, forte lætandum his erat:
Quibus insolesco, par erat mage dejici
Ob ista, quam nunc improbe mentem effero.
Quinto, altius sic cogites tecum velim:
Si falsa sunt hæc cuncta, quæ de me evomit,
Qui bile fervet, lumine et mentis caret,
Nil me ista tangunt. Vera sin autem objicit,
Meme ipse læsi. Curnam ei succenseam,
Enuntiavit probra qui prius abdita?

Digitized by Google

Χόλος φυλάσσειν πίστιν οὐκ ἐπίσταται·
Ὃς γὰρ καθίστατ' οὐδ' ἀληθὲς πολλάκις,
Πῶς ἂν κατάσχοι μοι χόλος μυστήριον;
Ἔπειτ' ἐκεῖνο σωφρονήσεις ἐννοῶν,
Ὡς εἰ μὲν οὐδέν ἐστιν ἡ ζέσις κακὸν,
Οὐδ' ἐγκαλεῖν δίκαιον· εἰ δ' ἔστι κακὸν,
Ὡς ἔστι, καί σοι φαίνεται, μὴ αἰσχρὸν ᾖ
Πάσχειν, ἃ τοῦ πάσχοντος εἶ κατήγορος,
Καὶ μὴ τὸν ἐχθρὸν λαμβάνειν παραινέτην;
Εἶτ' εἰ μὲν ἔστι πρόσθεν οὐκ αἰνούμενος
Οὗτος, ὁ νῦν ζέων τε καὶ πνέων θράσος,
Καὶ νῦν προδήλως ἀντὶ σοῦ μεμφθήσεται.
Εἰ δ' ἂν καλῶν τις, οὐ σὺ δόξεις σωφρονεῖν.
Ἱρὸς γὰρ τὸ κρεῖσσον ἡ ῥοπὴ τῶν πλειόνων.
Ἀλλ' εὖ πέπονθε; πλεῖον ἐγκληθήσεται.

A Ἀλλ' ἠδίκησέ σ'; αὐτὸν οὐ δράσεις κακῶς.
Ἀλλὰ σχεθήσετ'; ἂν δὲ πλεῖον ἐκμανῇ.
Ἀλλὰ προήρξατ'; ἀλλὰ κλασθήτω τάχος
Τῷ σῷ λόγῳ τε καὶ τρόπῳ περιτραπείς,
Ὥσπερ τι κῦμα λυθὲν ἐν χέρσῳ τάχος,
Ἢ καὶ ζάλη τις οὐκ ἔχουσ' ἀντίστασιν.
Ὕβρις τάδ' ἐστίν; ὕβρις, ἣν συνεκπέσῃς.
Ἢ καὶ νοσοῦσιν ἀντιλοιδορήσομεν;
Τῶν δαιμονώντων οὐ φέρεις τὴν ἔνστασιν;
Τούτων λέγω δὴ τῶν ὑλακτούντων βίᾳ.
Τοὺς ἔκφρονας δὲ καὶ δεινῶς μεμηνότας;
Ἂν εὖ φρονῇς γε· τοὺς μεθυπλήγας δ' ἔτι,
Ὧν τὴν φρόνησιν ἡ μέθη κατέκλυσε.
Τί δ' εἰ κύων σοι προσδράμοι λύσσης γέμων;
Τί δ' ἂν κάμηλος φυσικῆς ἐξ ὕβρεως

Iracundia fidem servare nescit:
Quæ enim objicit sæpe quod verum non est,
Qui fiat ut servet mihi iracundia secretum?
Deinde moderatior fies, hæc tecum recogitans;
Si quidem ira non est malum,
Neque iratum reprehendere æquum est; si autem est malum,
Ut est re ipsa, ac tibi videtur, nonne turpe est
Eodem vitio laborare, quo laborantem alium reprehendis,
Nec hostem habere instar monitoris?
Præterea, si antea non erat laudabilis
Is, qui nunc ira fervet, et spirat audaciam,
536-537 Etiam nunc manifeste vituperabitur, tu vero minime.
Sin autem vir bonus est, tu non videberis sapiens:
In meliorem enim partem propendet pars major.
Verum bene de illo meritus sum, inquies: hinc magis culpabitur.
At injuria te affecit: cave ne tu vicissim afficias improbe.
At coercebitur: forte majori furore corripietur.
At ille cœpit: fac ut cito frangatur
Verbis tuis et moribus blandis immutatus,
Quemadmodum fluctus ad terram frangitur illico,
Aut procella, quod non habet quod ipsi renitatur.
At probra hæc sunt: probra sane, si simul cadas.
An ægrotis mutua ingeremus convicia?
Nonne agitatorum a dæmone toleras furorem?
Horum dico, qui vi coacti latrant.
Non fers insanos, et graviter furentes?
Fers certe, si sapis; temulentos etiam
Quorum rationem ebrietas obruit.
Quid si canis accurrat furiosus?
Quid si camelus naturali petulantia

459 *Ἀληθές*. Ita legendum. Edit. ἀληθής.
460 *Χόλος*. Coisl. χόλον.
470 *Δόξεις*. Ita Coisl. Edit. δόξῃς.
473 *Ἠδίκησέ σ'; αὐτὸν οὐ δράσεις κακῶς*. Ita Coisl. Edit. ἠδίκηκε; αὐτός.
476 *Τῷ σῷ λόγῳ τε*. Ita Coisl. et Vat. Deerat in editis τῷ σῷ, et uno pede claudicabat versus.
477 *Τάχος*. Coisl. πράως. Vat. in marg. *leniter*.
481 *Ἔνστασιν*. Ita Coisl. Edit. ἔκστασιν.

METRICA VERSIO.

Servare bilis impotens nescit fidem.
Persæpe nam quæ falsa proloquitur libens,
Occulta quonam comprimat tandem modo?
Hoc præter ista cogitans, moderatior
Redderis. Ira si malum non est, ea
Captum improbare non decet. Sin est malum,
Et est, et esse judicas, quid turpius,
Quam, quem tu in alio carpis, hoc morbo affici,
Nec ipso ab hoste capere consilium tuo?
Huc adde, quod si non prius laudabilis
Erat hic, modo qui fervet, et spirat ferox,
Nunc etiam aperte dedecus, non tu, feret.
Sin autem honestus, improbus videberis.
Præstantiori pars enim major favet.
Ingratus in me est: gravius hinc notabitur.

B At læsit hic me: tu cave hunc lædas item.
At reprimetur: forsan hinc crescet furor.
At cœpit ille: protinus verbis tuis
Frangatur, atque moribus blandissimis,
Solutus instar fluctuum ad terram illico,
Aut ut procella, cum nihil renititur.
At probra sunt hæc: probra, si cadas simul.
Ægrosne probris mutuis ipse impetes?
Annon furentes pateris hos, qui dæmone
Agitantur, ac vi perciti horrendum latrant?
Quid? mente captos non feres? certe feres,
Si mentis ipse es integræ. Quid ebrios,
Quorum Lyæi nimia vis mentem obruit?
Quid, rabidus ad te forte si currat canis?
Quid? si camelus quispiam ferox tonet

Digitized by Google

Βροντῶσα λαιμῷ, καὐχέν' ἐκτείνουσά σοι,
Στήσῃ παλαίων ; ἢ τὸ φεύγειν σώφρονος ;
Τί δ' εἴ σε πόρνη τοῖς ἑαυτῆς αἴσχεσι
Βάλλοι ; σύνηθές ἐστι γὰρ πόρναις τόδε,
Αἷς ἐστι δεινὸν αἶσχος, αἶσχος εἰδέναι,
Τέχνην ἐχούσαις μηδὲν αἰσχύνεσθ' ὅλως.
Ὁ δ' ἐκ Σινώπης προσιὼν ταῖς ἐκ στέγους,
Ὕβριζε ταύτας, ὡς λόγος · τί μνώμενος ;
Φέρειν τὰς ὕβρεις εὐκόλως ταῖς ὕβρεσι.
Ταῦτ' ἐννοῶν σὺ τὰς ὕβρεις ἀτιμάσεις.
Εἴπω τι καὶ τεχνικὸν, οὐ μὴν ἄξιον
Τοῖς τὸ πρᾶον τιμῶσιν · ἀλλ' ὅμως ἐρῶ.
Σβεστήριον γάρ ἐστι τῆς ἀηδίας.
Πύκτας ποτ' εἶδες ; ὡς τὸ πρῶτον ἡ στάσις
Τούτοις ἀγώνισμ' ἐστὶν, ὑψηλὴν λαβεῖν ;
Οὐ γὰρ μικρόν τι τῷ κρατεῖν συνεισφέρει.
Οὕτω θέλησον αὐτὸς ἣν λῷον λαβεῖν.
Ἡ δ' ἔστι τὸν λυσσῶντα βάλλειν παιγνίοις.
Γέλως μέγιστον ὅπλον εἰς ὀργῆς μάχην.
Ὡς οἱ κεινὴν πέμποντες ἀθληταῖς χέρα
Ὁρμήματι σφοδρῷ τε καὶ μεμηνότι
Κάμνουσι πλεῖον τῶν πονούντων σωμάτων
(Κράτημά τ' οὐκ ἔντεχνον ἰσχύος κλάσις) ·
Οὕτως ὃς ὑβρίζει μὴ χολούμενόν τινα,
Ἀλλ' ἐκγελῶντα τὴν μάχην, ἀγεῖ πλέον.
Τὸ δ' ἀντιπῖπτον καί τιν' ἡδονὴν φέρει.
Πλείων γὰρ ὕλη τῷ χόλῳ καθίσταται,
Λίαν γλυκεῖ τε καὶ ἁπλήστῳ πράγματι.
Ἐκεῖνό σοι γένοιτο τῆς βουλῆς τέλος.
Τί τὸ πρᾶον μάλιστα τῶν ὄντων ; Θεός.

A

Tonet gutture, et cervicem erigat tibi,
Stabisne contra eum dimicans ? nonne sapientis est fugere ?
Quid autem si te scortum propriis turpitudinibus
Petat ? hæc enim consuetudo est meretriculis,
Quibus magnus est pudor pudore affici,
Utpote quæ artem unam habeant nullatenus erubescere.
Sinopensis philosophus, accedens ad fornicem,
Convicia scortis ingerebat, ut ferunt. Quid consequi cupiebat ?
Ut pati facile contumelias disceret contumeliis.
Hæc tu considerans, convicia despicies.
Dicam aliquid artificiosum, haud equidem dignum
Iis, qui lenitatem in pretio habent, verumtamen dicam :
Id enim exstinguere potest molestiam.
Pugilesne aliquando vidisti ? quo pacto primum de loco
Ipsis est certamen, singulis superiorem occupare conantibus ?
Non enim parvi hoc est ad victoriam momenti.
Sic tu studeas locum opportuniorem capere.
Is autem est, ut hominem ira furentem ludicris dicteriis petas.
Risus enim fortissima est armatura in prælio adversus iram.
538-539 Quemadmodum ii, qui inaniter mittunt in athletas manum,
Impetu vehementi et furibundo
Defatigantur magis, quam laborantia corpora,
(Prehensio nimirum inscita vires frangit) ;
Sic qui conviciis lacessit quempiam, qui non irascitur,
Imo qui ridet pugnam, multo magis dolet.
Nam cum ipsi repugnatur, id gaudium quoddam parit.
Uberior enim materia iræ suppeditatur,
Quæ admodum dulcis et insatiabilis res est.
Is tibi sit nostri consilii finis.
Quid in rerum natura est mitissimum ? Deus.

B

492 Αἶσχος. *Hoc loco*, inquit Billius, *non tam turpitudinem ipsam, quam pudorem ex turpitudine conceptum significat.*

505 Ἡ δ' ἔστι. Coisl. εἰ δ' ἔστι.
508 Μεμηνότι. Coisl. μαινομένῳ.

METRICA VERSIO.

Gutture, tibique tendat infestum caput ?
Stabisne pugnans ? nonne qui sapit, fugit ?
Quid si suis te fœda meretrix impetat
Probris ? id etenim moris est meretriciis,
Pudore quibus est affici magnus pudor,
Ut queis sit arti neutiquam erubescere.
Civis Sinopes fornicem adiens, turpibus
Scorta impetebat vocibus : quid moliens ?
Per probra probra disceret facile ut pati.
Hæc mente volvens negliges convicia.
Aliquidne dicam callidum ? non id quidem
Placidis quadrabit mentibus : dicam attamen.
Hoc mentis etenim tædium exstinguit grave.
Pugilesne cernis, studium ut his hoc sit prius,
Uter altiore figet in loco pedem.

Haud namque parvum pondus ad palmam hoc habet.
Sic altiorem consequi gradum stude,
Hoc est ut ira torridum jocis petas.
Adversus iram nam joco nil fortius.
Inanem ut is qui mittit in pugilem manum,
Magnoque fertur impetu, et totus furit,
Hoc, cui laborant membra, lassatur magis
(Inscita vires nam quatit prehensio),
Sic qui lacessit placidum et ira liberum,
Ridentem et atrox prælium, magis dolet.
At qui repugnat, gaudium quoddam parit,
Materia quippe surgit hinc iræ amplior,
Quæ dulcis est res, atque saturari negat.
Extrema nostri hæc clausula hortatus erit :
Quid rebus exstat mitius cunctis ? Deus.

Digitized by Google

Τίς δ' ἡ χολώδης φύσις; ὁ βροτοκτόνος.
Ὀργήν γέ τοι γίνωσκε καὶ καλούμενον,
Πρὸς αἷς καλεῖται κλήσεσι πονηρίας.
Τούτων ἑλοῦ τιν' ἣν θέλῃς μοῖραν σύγε·
Ἄμφω γὰρ οὐκ ἔνεστι. Καὶ τοῦτο σκόπει·
Τίς μὲν γελᾶται, τίς δὲ τῶν αἰνουμένων;
Μικρὸν γὰρ οὐδὲ τοῦτο τοῖς σκοπουμένοις.
Τὸ λοιπόν, ὁρκίζω σε τῶν κακῶν φίλον,
Τὸν δυσμενῆ συνήγορον καὶ προστάτην,
Οἰδοῦντα καὶ διδοῦντα ταῖς ᾅδου πύλαις,
Εἶξαι Θεῷ τε καὶ Λόγῳ τὸ σήμερον,
Θυμέ, ζέσις, πλήρωμα τοῦ βροτοκτόνου,
Αἶσχος προσώπου ἐμφανές, φρενῶν ζάλη,

A Μέθη μύωψ, κρημνιστά, ταρταρηφόρε.
Ὦ πνευμάτων λεγεών, κακὸν σύνθετον,
Δεσμοὺς διασπῶν καὶ πέδας σὺν ἅμμασιν,
Χριστός σε βούλεθ', ὃν τὸ πᾶν τόδ' οὐ φέρει,
Αὐτὸς φέρει δ' οἷαξιν ἀπταίστως τὸ πᾶν,
Νωμῶν βροτῶν τε καὶ τῶν ἀγγέλων βίον,
Ὃς καὶ πονηρῶν πνευμάτων λύσιν φέρει
Παθῶν τε, τοῖς καλοῦσιν αὐτὸν ἐκτενῶς,
Οὗτός σε βούλετ' ἔνθεν ὡς τάχος φυγεῖν·
Τῶν σῶν συῶν πλήρωσον εἰσελθὼν βάθη·
Δέξονθ' ἑτοίμως εἰς βυθὸν πεσούμενον.
Ἡμῶν δ' ἀπόσχου τῶν Θεῷ μεμηλότων.
Καὶ ταῦτα σιγῆς· οἱ δὲ λύσαντες λόγον,

Quid autem iracunda natura? Hominum carnifex.
Iram vero hunc (dæmonem) scito esse appellatum
Inter cæteras, quas habet, appellationes malitiæ.
Horum elige, quam volueris, partem;
Nam utramque simul non potes habere. Hoc quoque considera:
Quis irrideatur, quis laudibus celebretur?
Neque enim leve istud est æquis rerum æstimatoribus.
Cæterum adjuro te malorum amicam,
Inimicam patronam et tutatricem,
Inflantem et tradentem inferni portis,
Ut cedas Deo et Verbo hodie,
Ira, fervor, domicilium ejus, qui hominem interfecit,
Turpitudo vultus manifesta, mentium perturbatio,
Ebrietas stimulatrix, præcipitatrix, ad tartarum ferens.
Spirituum legio, animæ et corporis labes,
Vincula rumpens et pedicas una cum nexibus,
Vult te Christus, quem universum istud ferre non potest,
Qui ipse clavo gubernat inoffenso universitatem hanc,
Regens hominum et angelorum vitam,
Quique a pravis spiritibus liberat
Et a cupiditatibus, eos qui ipsum continuo implorant,
Christus, inquam, te vult hinc confestim fugere:
Porcorum tuorum profunditates ingrediens reple:
Excipient prompte in mare ruentem.
A nobis vero abstine, qui Deo curæ sumus.
540-541 Et hæc silentii: vos autem, qui meam solvistis orationem,

518 *Βροτοκτόνος*. Dæmonem intelligit.

519 *Ὀργήν*. *Hunc*, id est, dæmonem: his verbis arbitratur Billius hunc Ephes. II, 3, locum significari: eramus natura *filii iræ*, quanquam alio sensu dici possint *filii iræ*, qui sempiterna *Dei ira* sunt digni.

525 *Τῶν κακῶν*. Coisl. τὸν κακόν. Sic legit Leuv., qui vertit *malam amicam*.

526 *Προστάτην*. *Inimicam adjutricem* appellat iracundiam Gregorius, eo quod auxilium illud, quod nobis injuria quapiam affectis præbet, saluti nostræ noxium sit et exitiosum.

527 *Οἰδοῦντα καὶ διδοῦντα*. Coisl. ἰδόντα καὶ διδόντα.

528 *Λόγῳ τό*. Coisl. λόγῳ τῷ, verbo: Leuv. *hodiernæ orationi*. Billius: *his meis sermonibus*. Malim, *Verbo*, cujus Gregorius judicium opponit humano judicio, vel Evangelium, seu doctrinam Christianam. Alludit forsan ad istud Hebr. XIII, 8, *Jesus Christus heri et hodie*.

529 *Πλήρωμα*, id est, τοῦ δαίμονος πεπληρωμένον, ut Elias interpretatur in orat. quadam ubi Gregorius vocat Arium πλήρωμα τοῦ δαίμονος.

530 *Προσώπου*. Coisl. προσώπων.

532 *Πνευμάτων λεγεών*. Alludit ad Lucæ VIII, 30. Mox, κακὸν σύνθετον. *Compositum malum* appellat, quod homini composito ex corpore et anima noceat tam in corpore quam in anima.

533 *Πέδας*. Ita Coisl. Male edit. πόδας.

536 *Νωμῶν*. Ita Coisl. Edit. νομῶν.

541 *Δέξονθ'*. Ita Coisl. Edit. δέξοντ'.

542 *Τῶν*. Ita Coisl. Edit. τῷ.

543 *Σιγῆς*. Silentii quod sibi indixerat, tempore conditum hoc carmen significat.

METRICA VERSIO.

Quis fervet ira? Carnifex mortalium.
Namque et vocatur ira, præter cætera,
Quæ fecit illi nomina ingens pravitas.
Harum tu utramvis partium partem elige:
Utramque nec enim fas tibi. Hoc quoque cogita:
Quis rideatur, quis sit in laude omnium?
Recte æstimanti nam nec hoc sane leve.
Quid restat? o quæ es agmini chara improbo,
Simul inimica præses, adjutrix simul,
Tumesque, et orco tradis, ut cedas Deo
Te adjuro, cedas his meis sermonibus.
O ira, fervor, dæmonis domus horridi,
Manifesta vultus macula, turbo mentium,

B Crapula, et asile, tartari ad lacus ferens,
Horrenda legio, multiplex labes mali,
Et vincla rumpens, et pedum nexus graves:
Te Christus, hic quem cuncta non simul ferunt,
At ipse clavo cuncta fert lapsum citra,
Hominumque vitam, cœlitum et mentes regens:
Qui spiritusque, si quis hunc precibus vocet,
Pravos, et animi præpotens morbos fugat:
Te Christus, inquam, fugere confestim hinc jubet.
Porcorum in alvum te tuorum conjice:
Capiet ruentem grex libens hic in mare.
At parce nobis, qui Deo curæ sumus.
Et hæc silentis. Ora qui mea solvitis,

Digitized by Google

Εἰ μέν τοι τούτων ἄξιον φθέγγεσθ' ἔπος,
Φθέγξασθε κἀμοί· εἰ δὲ σιγῆς, οὐκ ἐμοί.
Καὶ ὦτα δήσω τοῖς λόγοις, ὥσπερ λόγον.

ΚΖ'. *Εἰς σύγενῆ δύστροπον.*

Αἵματος ἐξ ἀγαθοῦ τις, ἅπαν κακὸν, ἀνδρὶ γένος· μὲν
Οὐ τῶν εὐπατέρων, τἄλλα δὲ θαυμασίων,
Ἰρούφερε τοὺς προγόνους. Καὶ ὃς μάλα ἡδὺ γελάσσας,
Εἶπε λόγον μνήμης ἄξιον, ὡς « Τὸ γένος
Ἔστιν δνειδος ἐμοιγε, γένει δὲ σύ. » Τοῦτο φύλασσε
Ὡς μὴ τῆς ἀρετῆς ἄλλο τι πρόσθεν ἄγοις.
Εἰ σοῦ τις τὸ δυσειδὲς ἐκέρτομεν, ἢ τὸ δυσῶδες,
Εἶπες ἄν, ὡς « Ὁ πατὴρ ἦν καλὸς, ἢ μυρίπνους; »
Εἰ δέ σέ τις ὡς δειλὸν ἐπέσκωπτεν καὶ ἀνανδρον·

A 10 « Ὡς πρόγονοι πολλὰς εἶλον ὀλυμπιάδας; »
Οὕτω, εἴ σε κακόν τις ἐλέγχει καὶ ἀνόητον.
Μή μοι τοὺς πατέρας, μηδὲ τὰ νεκρὰ λέγε.
Χρυσόδετον κιθάρην τις ἔχων, ἔκρεξε κάκιστον.
Ἄλλος ἀπ' εἰκαίης εὐγενὲς ἦκε μέλος.
15 Τίς τούτων, ὦ λῷστε, ἀμείνων σοι κιθαριστής;
Ὃς σώζει τεχνικοῖς κρούμασιν ἁρμονίας.
Ἀλλὰ σὺ χρυσῶν μὲν πατέρων ἔφυς, ὥς σε λέγουσιν,
Αὐτὸς δ' οὐκ ἀγαθός. Εἶτα μέγα φρονέεις;
Τοῦτό γέ σοι λαμπρὸν γένος ἐστὶν, οἱ προπάλαιοι
20 Νεκροὶ, καὶ μύθων πλάσματα, καὶ γραῖδες;
Παίζεις. Πρὸς σὲ δ' ἔγωγε βλέπω μόνον, εἰ δίκαιός τις]
Ἢ κακός. Ἡ δ' ἀρχὴ, πηλὸς ἅπαντες ἴσος.

Si quidem his dignum proferatis verbum,
Proferte et mihi; sin autem silentio dignum, nec mihi proferte.
Aures etiam ligabo sermonibus, ut vocem ligavi.

XXVI. *In nobilem male moratum*[a].

Quidam ex nobili sanguine, omnino malus, homini genere quidem
Non claro, cætera vero admirabili,
Proferebat majores, et ille perquam suaviter arridens,
Reddidit verbum memoria dignum : « Genus
Est mihi probro, tu vero generi. » Hoc dictum serva,
Ne virtuti aliud quidpiam anteponas.
Si tibi quis oris deformitatem exprobraret, vel odoris fetorem,
Diceresne : « Pater meus erat formosus, et suavissime olens? »
Si vero te quis, ut timidum irrideret et ignavum,
10 (An diceres) : « Majores mei plures olympicas palmas reportarunt? »
Sic, si quis te malum ostendat et stultum,
Ne mihi parentes et cadavera laudes.
Auream citharam qui habens, pulsavit pessime,
Alius e vulgari egregiam reddidit modulationem.
15 Uter horum, o bone, melior tibi videtur citharœdus?
Ille qui eruditis pulsibus servat concentum.
Ergo tu aureis quidem parentibus natus es, ut de te aiunt,
Ipse vero non bonus; postea magnos spiritus geris?
Hoc splendidum tibi genus est, proavi
20 Mortui, fabulosa et anilia commenta?
Jocaris. In te ego respicio solum, justusne sis
An malus? Prima origo, lutum idem omnes sumus,

[a] Alias Bil. 53, pag. 126.

544 *Εἰ μέν τοι.* Coisl. εἰ μέν τι.
545 *Οὐκ ἐμοί.* Ita Coisl. Edit. οὐ κἀμοί.
XXVI. 2 *Θαυμασίων.* Coisl. θαυμασίῳ.
6 *Ἄγοις.* Coisl. ἄγῃς.
7 *Ἐκέρτομεν.* Coisl. et Herv. ἐκερτόμησεν.
11 *Οὕτω.* Coisl. οὕτως.
14 *Εἰκαίης.* Coisl. εἰκέης.
19 *Τοῦτό γε.* Ita Coisl. In edit. deest γε, quæ et λαμπρόν σοι.
20 *Γραῖδες.* Coisl. sup. lin. γραῖδα.
22 *Ἴσος.* Coisl. ἴσως.

METRICA VERSIO.

Si, quod sit his par, quidpiam loquamini,
Et mihi loquimini : sin minus, non et mihi.
Ligabo et aures vocibus, vocem velut.

XXVI. IN DIVITEM MALE MORATUM.

(*Billio interprete.*)

Nobilis, at gravibus vitiis adopertus, honesto,
Non tamen illustri, commemorabat avos.
Risit ad hæc alter, sciteque hoc rettulit : « Ut mi
Dedecori genus est, sic quoque tu generi. »
Hoc memori condas animo, repetasque subinde :
Ut virtute tibi nil prius esse queat,
Quod si te salibus quisquam probrisque lacessat,
Quod tibi cum facie sit quoque fœdus odor :
An dices : « Genitor præstabat, odorque,

B Quem dabat e toto corpore, gratus erat? »
An multas, dices, timidus si forte voceris,
Imbellisque, atavus vicit Olympiadas?
Sic quoque, si quis te nequam stolidumque vocarit,
Ne mihi, quos rapuit mors fera, profer avos.
Pulchra rudes modulos dedit uni barbitus : uni
Vilis at egregios edidit icta sonos.
Dic mihi quis fidicen melior censendus eorum?
Annon qui docta barbiton arte ferit?
Ergo animos tollis, quod, sis licet improbus ipse,
Diceris auratis patribus ipse satus?
An tibi nobilitas sunt prisca cadavera, ficti
Sermones, et quos garrula fundit anus?
Ludis. Ego at tantum specto (par omnibus ortus
Argilla est etenim), sis bonus ante malus.

Digitized by Google

Δέρματα πάντες ὅμοια, φυσώμεθα δ' οἱ μετέωροι,
Πλούτῳ καὶ δόξῃ, καὶ πατρίσι μεγάλαις.
Ὥστε τί μοι τὰ περισσὰ, πατὴρ, γένος; Οὔτε με [μῦθοι
Τέρπουσ', οὔτε τάφοι. Ἀλλ', ἀγαθὲ, σὲ βλέπω.
Εἷς χοῦς πάντες, ἑνὸς πλάστου γένος. Ἡ δὲ τυραννὶς
Εἰς δύο τὰ θνητῶν ἔσχισεν, οὐχὶ φύσις.
Δοῦλος ἐμοὶ πᾶς σκαιός· ἐλεύθερος, ὅστις ἄριστος.
Εἰ δὲ σὺ τύφον ἔχεις, τοῦτο τί πρὸς τὸ γένος;
Ἡμιόνοις τί πατὴρ ποθ' ὁ κάνθων ἐστὶν ὄνειδος;
Οὐδέν. Τίς δέ τ' ὄνοις δόξα παρ' ἡμιόνων;
Οἱ δ' ἀετοὶ τίκτουσι, καὶ οὓς ῥίπτουσι νεοσσούς.
Ὥστε τί μοι πατέρας, σαυτὸν ἀφεὶς, σὺ λέγεις;
Κρεῖσσον ἄριστον ἐόντα κακὸν γένος, ἢ κάκιστον
Ἔμμεναι εὐγενέτην· καὶ ῥόδον ἐκ τραχέος

A Ἐβλάστησε φυτοῖο, ῥόδον γε μέν. Εἰ δ' ἀπὸ γαίης
Ἦλθες ἄκανθ' ἁπαλῆς, τοῦ πυρὸς ἄξιος εἶ.
Πῶς σὺ κάκιστος ἐὼν, τόσσον φρονέεις προγόνοισιν,
Ὦ κάνθων μυλικὲ, ἵππιον ὕψος ἔχων;

ΚΖ'. *Περὶ τοῦ αὐτοῦ.*

Εἴ σοι πίθηκον εἰς λέοντα σκευάσας
Σπουδῇ προσῆγον, ἆρ' ἂν ἡδέσθης ἰδών;
Καὶ πῶς; τί δ' εἴ σοι κύκνος ἠγωνίζετο
Δοκεῖν ὁ πάντ' αἴσχιστος ὀρνίθων κόραξ,
Χρωσθεὶς τὸ λευκόν; ἦ γελοῖος ἦν πλέον;
Ἔμοιγε φαίνετ'. Εἰ δ' ὁ δυσγενὴς τρόπον
Φρυάσσετ' εὐγένειαν, αἰδεσθήσομαι;
Οὐ δὴ γὰρ εἰκῶ τὴν γεγραμμένην πλέον
Τῆς τοῦ πνέοντος ἀνδρὸς, εἰ καὶ λάμπεται.
Ἄλλοι γραφέσθων· ὁ τρόπος δ' ἐμοὶ γένος.

Pelle cuncti eadem induti; inflamur autem, tumidi
Opibus, et gloria, et illustri patria.
Itaque quid mihi hæc inania jactas, patrem, genus? Neque me fabulæ,
Delectant, neque tumuli. Verum te unum, o bone, inspicio.
Unus pulvis omnes, unius fictoris genus: tyrannis autem,
Non natura, in duas partes mortalium res secuit.
Servus mihi est omnis malus: liber quisquis optimus,
Sin autem tu fastu tumes, quid ad hoc genus?
Mulis quodnam pater, qui asinus est, affert opprobrium?
Nullum. Quæ vero asinis gloria est a mulis?
Aquilæ etiam, quos procreant, projiciunt pullos.
Itaque, quid mihi parentes, te ipso omisso, laudas?
Præstat optimum esse ex ignobili genere natum, quam pessimum
Esse ex nobili ortum: et rosa ex aspera
Nascitur spina, rosa tamen est. Si autem tu e molli
Terra existi spina, igne dignus es.
Quomodo tu, cum pessimus sis, tantopere gloriaris majoribus,
O asine molarie, equi fastum habens?

XXVII. *De eodem argumento*[a].

Si tibi simiam in leonis habitu sedulo
Effingens offerrem, num timeres illum conspiciens?
Et qui timeres? quid autem, si tibi cygnus conetur
Videri omnium fœdissimus volucrum corvus,
Ascito colore albo? nonne magis ridiculus esset?
Mihi profecto videtur. Si autem ignobilis moribus,
Jactet nobilitatem, num reverebor?
Minime: neque enim par est pictam imaginem plus
Revereri, quam spirantem virum, licet illa splendeat.
Alii pingantur; mores mihi sunt genus.

[a] Alias Bill. 165, pag. 251.

33 Ῥίπτουσι νεοσσούς. *Eos*, scilicet, *qui degeneres sunt neque solem irretortis oculis possunt intueri.*
36 Τραχέος. Ita Coisl. Male edit. ταχέως.
37 Ῥόδον γε μέν. Ita Coisl. Melius pro metro, quam in edit. ῥόδον μέν.
XXVII. 1 Εἴ σοι πίθηκον. Ita fere infra, carm. XXXIII, vers. 96.
10 Γραφέσθων. *Alii pingantur*, id est, *sint nobiles pictura, fucate*, etc.

METRICA VERSIO.

Omnibus est eadem pellis: nos patria, opesque,
Nos tamen et tumidos reddit inane decus.
Vana quid ergo refers, patriam, genus? haud [mihi ficta,
Haud mihi busta placent. Temet ego inspicio.
Omnibus est idem pulvis, fictorque: tyrannis,
Non natura, homines scidit in ista duo.
Qui malus, hic servus: quisquis bonus, hic mihi liber.
Quid facit ad clarum mens nimis alta genus?
Quod probrum est multis asino fluxisse parente?
Quod mulos asinis est genuisse decus?
Quin parit, at fetus nido Jovis ejicit ales:
Ergo te misso quid mihi promis avos?
Esse probus malim, quamvis ignobilis ortu,
Quam claros, vitiis plenus, habere patres.
Ex spinis etenim rosa nascitur: ignibus at tu

B Dignus es, e molli spina creatus humo.
Cur caput instar equi molitor sustollis aselle,
Obque atavos, cum sis improbus ipse, tumes?

XXVII. DE EODEM ARGUMENTO.

(*Billio interprete.*)

Si simiam leonis instar sedulo
Fictum tibi offerrem; vererisne tu
Dum cernis hoc? Qui? si videri olor tibi
Contenderet corvus avium fœdissimus,
Candore tinctus, dignus hic risu magis
Mihi videretur. Si item quis moribus
Ubi firmiter maneam, et improbos fures arceas,
Ac viam scelestam, et vulnera, et viatores
Crudelem animam habentes, dum de pietate gloriantur.
Didici duos homines : magna spirantem Pharisæum,
Quasi omnium esset apud Deum præstantissimus, et publicanum
Ob lucra non sancta intus corde contritum,
In templum ascendisse; atque ille quidem singula enumerabat,
Legis jejunia et decimas, seque adæquabat
Viris antiquis, et verbis publicanum spernebat.
Hic rursus lacrymas fundens et pectus manibus percutiens,
Nec adversum magni Dei sedem latum cœlum
Aspiciens, sed serviles oculos defigens in pavimentum,
Procul stans precabatur : « Propitius sis,
Propitiare famulo tuo, inclamans, malis oppresso;
Non lex, non me decimæ, non præclare facta salvum facient.
Nec iste fuligine aspergens me, mendax est. Atque equidem templum
Verecundor pedibus non sanctis tangere.
Sed tua gratia, tua in me profanum stillet miseratio,
Quam solam spem, Rex, miseris peccatoribus præbes. »
Sic locuti sunt, ac utrumque Deus audivit, ac eum miseratus est
Quem vidit afflictum, superbum autem despexit.
Sic vidisti, sic judicasti, Deus, fiduciam mihi largiens.
Ego tibi sum scelestus ille publicanus;

394 *Ὡς γε Θεῷ*. Sic Schol. et e Regiis unus, accuratius quam edit. ὃς γε, *qui*, etc. Neque enim Pharisæus ille, ut ait Billius, primas pietatis partes apud Deum tenebat, a quo rejectus est ob superbiam; sed ita cristas attollebat quasi nemo ad ipsius virtutem animique præstantiam accederet.

396 *Εἰς ἱερὸν ἀναβάντες*. Sic mss. Edit. ἱερὸν εἰσαναβάντες. Reg. 992, ἀναβάντε.

398 *Ἀνδράσι γε*. Chig. ἀνδράσι τε. Mox λόγῳ Chig. et unus e Regiis λόγῳ.

402 *Ἑστηκὼς δὲ λιτάζετο*. Sic codices aliquot nonnulli. Edit. ἑστηὼς δ' ἐλιτάζετο. — Forte melius, cum servetur augmentum. (Caillau.)

404 *Καί*. Ita Reg. 992. Edit. οὐκ.

411 *Ὀπάζων*. Schol. θαῤῥεῖν παρεσκεύαζας. *duciam mihi præbuisti.*

METRICA VERSIO.

Dum legit, in terram cecidit, qua traxerat ortum.
At nunc, summe Parens, animæ miserere precantis;
Eripe me nigræ morti, quem mole dolorum
Oppressum nimia gravium sacer ordo reliquit.
Vulnera rite liga festinus, ad hospita ducens
Tecta : sacram redeam teque auspice rursus ad ur- [bem
Viribus incolumis, maneamque ibi fixus in ævum.
Submoveasque malos fures, callemque molestum,
Vulneraque, et fictos homines, subque ordine sacro
Et recti specie crudelia corda gerentes.
Ascendisse duos sacrata volumina quondam
In templum narrant homines : quorum alter inani
Turgebat fastu, tanquam ipso charior esset
Nemo Deo, nemo melior nec sanctior usquam;
Hic pharisæus erat : lucra ast ob iniqua dolore
Saucia corda gerens alter luctuque jacebat.
Ille quidem inflatus meritorum ex ordine summam
Subducens, legis decimas, jejunia crebra
Jactabat, priscisque viris de laude movebat
Certamen, tumido calcans sermone telonen.
Hic autem lacrymans feriebat pectora palmis.
Nec vero in cœlum, sedem Patris altitonantis,
Spectabat, verum in terram servilia figens
Lumina, stansque procul fundebat pectore voces
« Parce tuo famulo, Deus optime, parce roganti.
Aspice me facilis, noxarum mole gravatum.
Non lex, non decimæ, non me benefacta tueri,
Ac dulcem misero poterunt afferre salutem.
Ficta nec in nostrum caput hic convicia torsit.
Quin etiam impuris pedibus contingere templum
Hoc vereor. Sed me ipse, Pater lenissime, ser
Inque hominem stillet tua gratia sancta profan
Quæ spes una malis a te donata refulget. »
Talia dicentes audit Deus, ac miseratur
Quem videt afflictum luctu, spernitque superb
Hos, Pater, aspiciens confestim tale tulisti
Judicium : hincque mihi læta est fiducia mata.

Digitized by Google

Ὡς δὲ βαρυστενάχω, ποιὴν δ' ἐπιέλπομ' ἀρωγήν.
Λίσσομαι, εἴ ποτε δή σε πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ
Δάκρυσι, καὶ στοναχῇσι, καὶ εὐχωλῇσιν ἔτισαν,
Ἤ τινά τοι κτεάνων τυτθὴν ἀπὸ μοῖραν ἔνειμαν,
Ἤ θυσίαις καθαρῇσι καὶ εὐαγέεσσι γέρηραν
(Οὐ γὰρ ἐγώ ποτε σεῖο ἐπάξιον οὐδὲ ἔρεξα),
Τῶν μνῆσαι, καὶ ἄλαλκε· κακὰς δ' ἀπόπεμπε με-
[ρίμνας·
Μηδέ με συμπνίξειαν ἑοῖς πτόρθοισιν ἄκανθαι,
Μηδ' ἅρ' ἐπειγόμενον θείην ὁδὸν ἀψ ἐρύσειαν,
Ἄλκαρ ἐμὸν, πέμποις δέ μ' ἀπήμονα. Σὸς γὰρ ἔγωγε
Λάτρις, σὸν δὲ λάχος. Σὺ δέ μοι Θεὸς οἷος ἄνωθεν.
Σοὶ δέ μ' ἀπὸ σπλάγχνων μήτηρ ἀνέθηκε φέρουσα,
Ἥματι τῷ, ὅτε κοῦρον ἑοῖς ἐπὶ γούνασι θεῖναι
Παῖδα ποθεῦσ' ἱερῆς Ἄννης ἐμιμήσατο φωνήν·

A « Κοῦρον ἐγὼ μὲν ἴδοιμι, σὺ δ' ἔρκεος ἐντὸς ἐέργοις,
Χριστὲ ἄναξ, ὠδῖνος ἐμῆς ἐριθηλέα καρπόν. »
Εἶπε· Θεὸς δ' ἐπένευσας, ὁ δ' ἕσπετο θεῖος ὄνειρος
Οὔνομα μητρὶ φέρων, μετέπειτα δὲ κοῦρον
[ἔδωκας.
Ἤ δέ με σοῖς ἱεροῖσι νέον ἀνέθηκε Σαμουὴλ,
Εἴ ποτ' ἦην. Νῦν δ' αὖτ' ἐναρίθμιός εἰμι βεβήλοις
Ἡλεὶ σοῦ θεράποντος ἀγακλέος υἱέσι μάργοις,
Οἳ θυσίαις καθαρῇσιν ἐπέχρασαν ἄφρονι θυμῷ,
Χερσὶν ἐφαπτόμενοι θείων λίχνῃσι λεβήτων·
Τοὔνεκα καὶ χαλεπῆς κύρσαν βιότοιο τελευτῆς.
Ἀλλ' ἦγ' ἐλπωρῇσιν ἀμείνοσι μοῖραν ἔνειμε
Σοὶ τεκέων, Βίβλοισι δ' ἐμὰς χέρας ἥγνισε θείαις,
Καί μ' ἀγαπαζομένη, τοίῳ προσεφώνεε μύθῳ·
« Ἤδη τις φίλον υἷα θεόσδοτον ἤγαγε βωμῷ,

Ac, quam graviter ingemisco, par spero auxilium.
Precor, si quando te pater, et veneranda mater,
Lacrymis, et gemitibus, et precibus coluerunt,
Aut parvam bonorum partem obtulerunt,
Aut victimis puris et sanctis munerati sunt
(Nondum enim quidquam egi, quod te dignum sit),
Horum recordare, et auxilium fer; malas autem pelle sollicitudines :
Nec me una cum suis surculis suffocent spinæ,
Nec properantem in via divina inhibeant,
Sed me, robur meum, illæsum dimitte. Tuus enim sum
Cultor, tua hæreditas. Tu mihi solus Deus ab initio.
Tibi me ab utero mater offerens consecravit,
654-655 Quo die masculam prolem genibus imponere
Cupiens, sanctæ Annæ vocem imitata est.
« Filium quidem ego habeam : tu vero intra septum tuum retineas,
Rex Christe, partus mei florentem fructum. »
Dixit illa : tu vero, Deus, annuisti, secutumque est somnium divinum,
Quo nomen meum matri ferebatur, ac deinde filium dedisti.
Illa autem tuis me sacris novum consecravit Samuelem,
Si quando Samuel fui. Nunc autem profanis annumeror
Heli illustris famuli tui protervis filiis,
Qui insipiente animo puras victimas contaminarunt,
Avidas manus sacris lebetibus injicientes;
Quapropter funestum vitæ finem experti sunt.
At illa meliori spe fulta partem tibi obtulit
Filiorum, sacris libris meas consecravit manus
Meque amanter complectens tali allocuta est sermone :
« Jam charum filium aliquis divinitus datum, bonum optimus,

421 Ἐρύσειαν. Ita antiqui codices, Reg. 39. Chig., Coisl. Edit. ἐρύκοιεν.
429 Ἐπένευσας. Chig. et duo Regg. ἐπένευσεν. Cum editis consentiunt Coisl. et Int. et Schol.
433 Θεράποντος. Reg. 992 θεραπευτοῦ.
434 Ἐπέχραον. Int, Coisl. ἐπέβαινον. Schol. ἐπεπήδων.

METRICA VERSIO.

um miser, hoc fateor, sum pessimus ille telones ;
'onsimiles edo gemitus, similemque medelam
xspecto, numenque tuum, Pater optime, supplex
btestor, si te quondam materque paterque
upplicibus votis sancte coluere piisque
letibus, aut quadam donarunt parte bonorum,
ut etiam pura et sancta tibi mente litarunt
lunquam etenim quidquam te dignum fecimus ipsi),
s memor, ac fer opem, curasque averte nocentes,
:c mea mortiferæ constringant guttura sentes,
it iter ad superum tendentem forte morentur;
iin potius, mea certa, Deus, tutela salusque,
esum me mitte, precor : siquidem ipse tuus sum,
: colo, te veneror, mihi tu, Deus, unus ab ipsis
minibus vitæ. Nam me tibi vovit ab alvo
ara parens, tunc cum succensa cupidine prolis,
nam imitans tales emisit pectore voces :
)a mihi tu, quæso, Dominator maxime, natum :

B Ædibus inque tuis omnes tibi serviet annos. »
Dixerat, et precibus flexus de nocte parenti
Designas nomen pueri : prolesque secuta est.
At vero illa tuis me protinus, ut Samuelem,
Addixit templis, Samuelem si tamen unquam
Moribus expressi : nam nunc ego dispare sorte
Conferri Helidis videor mihi posse profanis,
Qui nimium fœda ingluvie sanctissima sacra,
Et stolido oblatas temerabant pectore carnes :
Divinosque avidis manibus tractare lebetes
Ausi, luctifica clauserunt lumina morte.
At mea spem genitrix meliorem corde fovebat,
Cum te natorum donavit parte suorum.
Namque manus nostras divinis sedula libris
Lustrabat, corpusque etiam complexa tenellum
Talia verba dabat : « Jam vir clarissimus olim
Exstitit, intrepidus qui sanctam duxit ad aram
(Res mira !) acceptum divino munere natum

Digitized by Google

Σπεύδοντ' ἐς θυσίην ἱερήϊον, ἐσθλὸν ἄριστος,
Σάρρας ὀψιτόκοιο γόνον, ῥίζαν τε γενέθλης,
Ἣν ἐλπὶς ἐχάρασσεν, ὑποσχεσίη τε Θεοῖο.
Ἀβρὰμ ἦν ἱερεὺς, ἀμνὸς δέ τε κύδιμος Ἰσάκ·
Αὐτὰρ ἐγὼ ζωόν σε Θεῷ γέρας, ὥσπερ ὑπέστην,
Δωροῦμαι. Σὺ δέ μοι μητρὸς τελέσειας ἐέλδωρ,
Ἣ τέκον εὐξαμένη σε, καὶ εὔχομαι εἶναι ἄριστον.
Τοῦτον ἐγώ σοι πλοῦτον, ἐμὸν τέκος, ἐσθλὸν ὀπάζω
Ἐνθάδε καὶ μετέπειτα. Τὰ ὕστατα πολλὸν ἀρείω. »
Μητρὸς μὲν πόθος οὗτος. Ἐγὼ δ' ὑπόειξα πό-
[θοισι
Παῖς ἔτ' ἐὼν, ἁπαλὴ δὲ νέην ὑπεδέξατο μορφὴν
Εὐσεβίης ψυχή· σφρηγὶς δ' ἐφυλάσσετο Χριστοῦ

A Νεύμασιν, ὃς ῥ' ἀναφανδὸν ὁμίλεεν ᾧ θεράποντι,
Σωφροσύνῃ δέ μ' ἔδησε φίλῃ, καὶ σάρκα πέδησε,
Καὶ θερμὸν σοφίης θείης ἐπέπνευσεν ἔρωτα,
Καὶ μοναχοῦ βιότοιο, βίου μέλλοντος ἀπαρχὴν,
Πλευρᾶς οὐ κατέοντος ἐὸν δέμας ἀμφαγαπώσης,
Ῥήμασί θ' αἱμυλίοισι πικρὴν ἐπὶ γεῦσιν ἀγούσης,
Ἀλλὰ Θεῷ πέμποντος ἀγνὸν πόθον, οὐδὲ γυναικὶ
Καὶ Χριστῷ τέμνοντος ὅλον Θεοῦ ἐκγεγαῶτα.
Ὅς με διὰ στεινῆς τε καὶ ἀργαλέης ἐπὶ λεπτὴν
Τείνων ἀτραπιτοῖο πύλην σὺν ἀρείονι πομπῇ,
Οὔτι βατὴν πολλοῖσι, Θεῷ θεὸν ἦγ' ἀπὸ γαίης
Τυκτὸν οὐ γεγαῶτι, καὶ ἄφθιτον ἐκ θανάτοιο.
Εἰκόνι σὺν μεγάλοιο Θεοῦ, καὶ σῶμ' ἐπαρωγὸν

Properantem, ut sacra victima fieret, ad aram adduxit,
Saræ tardiparæ prolem, radicemque generis,
Quam spes sculpsit, et Dei promissio.
Sacerdos erat Abraham, victima inclytus Isaac:
Nunc te ego vivum Deo munus, ut promisi,
Offero. Tu vero matris spem adimple,
Quæ te precibus peperi, et, ut optimus sis, precor.
Has tibi divitias, fili mi, præclaras trado
Nunc et in posterum. Quæ autem postrema, longe meliora. »
Matris meæ tale desiderium fuit. Ego autem illius desiderio obtemperavi
Adhuc puer, ac tenera novam suscepit formam
Pietatis anima: sigillum autem reservabatur Christi
Nutibus, qui manifeste cum servo suo loquebatur,
Ac me castitati amicæ alligavit et carnem frenavit,
Flagrantemque inspiravit sapientiæ divinæ amorem,
Et vitæ cælibis, quæ vitæ futuræ præludium est,
Nec costa indiget corpus suum adamante,
Blandisque verbis ad acerbum gustum perducente,
Sed Deo emittit castum desiderium, neque uxorem inter
Et Christum dividit eum qui totus ex Deo genitus est.
656 657 Hæc me vita per angustam et difficilem viam
Trahens meliore ductu tenuem ad portam
Non multis perviam, Deo deum adduxit a terra
Factum non facto, et ex morte immortalem.
Quin etiam socium corpus, simul cum magni Dei imagine

441 *Σπεύδοντ' ἐς θυσίην.* Reg. 992, σπεύδοντα θυσίαν.

452 *Σφρηγίς.* Ita Coisl. aliique veteres plerique codices. Edit. σφραγίς. Scholiastes eo loco non intelligit baptismum, sed impressam mentique insculptam Gregorii pietatis formam. Τὴν ἐνσημανθεῖσαν ἐφύλαξε σφραγῖδα Χριστοῦ νεύμασι. Mirum in puero sic instituto et a talibus parentibus tandiu baptisma dilatum.

456 *Καὶ μοναχοῦ βιότοιο. Vitæ monasticæ, Christianæ* scilicet *philosophiæ.* Nec satis Billius, *vitæ quæ conjugii expers ducitur.* Non enim hæc tota est vita monastica, quam semper Gregorius in animo habuit, quam laudat frequenter, et quam professum esse, tum ex eo loco, tum ex aliis pluribus constat.

460 *Καὶ Χριστῷ τέμνοντος.* Id est, quæ animum hominis dividit ita ut partim Christo, partim uxori serviat. Alludit ad Apost. verba, I Cor. VII, 33 *Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, et divisus est.*

462 *Τείνων.* Int. Coisl. Ἕλκων. Schol. διαβιβάζων. Non male legeretur τείνοντ'. Mox σὺν ἀρείονι πομπῇ, κρείττονι ὁδηγίᾳ. Videtur Gregorius respicere ad periculum paulo ante memoratum, quod in conjugio ex mulieris blanditiis nascitur. Hinc ut potiores apponit ductores quorum consiliis in cœnobio uti licet.

463 *Ἦγ'.* Sup. lin. Reg. 991 ἦγαγε.

464 *Γεγαῶτι.* Ita Reg. 991, Coisl., Chig. et alii codices. Male edit. γεγαῶτα.

METRICA VERSIO.

Currentem ad cædem, sacrum laudabile, charam
Tardiparæ sobolem Sarræ, generisque potentis
Radicem, quam spes sculpsit, promissaque magni
Numinis. Abrahamus porro grave munus obibat
Sacrificî, pecudisque vicem præstabat Isachus.
Ast ego te vivum Christo, charissime, munus
Offero, nate, fidem servans, promissaque reddens.
Tu facito ut charæ solvas pia vota parentis:
Quæ te concepi precibus, quæque optimus ut sis,
Moribus utque tuis nil sit purgatius, opto.
Hos tibi præclaros, et nunc et postea, census
Porrigo; sunt autem multo meliora futura. »
Hoc genitricis erat votum. Cui protinus ipse
Cedendum, in tenera quamvis ætate, putavi
Ac nova mollem animum pietatis forma notavit.
Munere quin etiam Christi me lympha manebat

B Purifica, alloquio famulum dignantis aperto:
Meque pudicitiæ adjunxit, carnique catenam
Injecit, sophiæque ardenti afflavit amore
Cœlestis, vitæque hujus, quæ conjugis expers
Ducitur, æterni referens præludia sæcli,
Nec costam quærit, proprium quæ blandula corpus
Lactat, et illecebris damnosam ducit ad escam.
Sed superi Regis casto exardescit amore,
Nec totum Christi dextra omnipotente creatum
Partitur Christo, thalami sociæque jugalis.
Qui me per strictum callem plenumque laboris
Ducit ad angustam salebroso tramite portam,
Quam non multi adeunt humano sanguine creti:
Atque adeo præcelsa deum me duxit ad astra,
Factum non factus, nigraque ex morte perenne
Cum supera effigie, socium quoque corpus, ut aiu

Digitized by Google

Ἕλκων, οἷα μάγνησσα λίθος ἀΐθωνα σίδηρον.
Ὦ μοι ἐγών! Ὦ λυγρὰ καὶ ἄντιτα ἔργα παθοῦσα
Ψυχή! Ὦ θνητοὶ κενεαυχέες! ὡς ἑτεόν γε
Λεπταλέαις αὔρῃσιν ἐοικότες, οἵ γενόμεσθα,
Ἠὲ καὶ Εὐρίποιο παλιμπλάγκτοισιν ἐρωαῖς
Στρωφώμεσθ' ἐπὶ γαῖαν ἑτώσια φυσιόωντες.
Κοὐδὲν ἐν ἀνθρώποισιν ὁμοῖον ἐς τέλος ἐστίν,
Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλόν. Ὁδοὶ δ' ἄγχιστα ἔασιν.
Οὐδ' ὁ κακὸς τό γε οἶδεν ἐς ὕστατον, ὁππότε λήξει,
Οὔτ' ἐσθλοῖς ἀρετὴ μένει ἔμπεδον, ἀλλὰ κο-
[λούει,
Ὡς τάρβος κακίην, ἀρετὴν φθόνος. Ἀμφοτέροις δὲ
Κάμπτεσθ' ἡμερίων Χριστὸς γ' ἐκέλευσε γενέθλην,
Ὡς κεν ἄνω νεύοιμεν-ἐὸν σθένος εἰσορόωντες.
Κεῖνος δ' ἐστὶν ἄριστος ὃς ἰθείην ὁδὸν ἕλκει,

A 480 Οὐδὲ μεταστρέφεται Σοδόμων ἐπὶ τέφραν ἐρή-
[μην,
Ἣν διὰ μαργοσύνην ξείνῳ πυρὶ δηϊωθέντων.
Φεύγει δ' ἐσσυμένως ἐς ὄρος, πάτρης δὲ λέληται,
Μὴ μῦθος καὶ λᾶας ἁλὸς μετόπισθε λίπηται.
Μάρτυς ἐγὼ παθέεσσιν ἐμοῖς βροτέης κακότητος.
485 Παῖς μὲν ἐὼν, ὅτε τυτθὸν ἐνὶ στήθεσσι νόημα,
Οἷῳ δὴ σκιόεντι λόγῳ, καὶ ἤθεσι κεδνοῖς
Ἑσπόμενος, προσέβαινον ἄνω λάμποντι θοώκῳ,
Ἴχνεσιν ἁπλανέεσσιν ἰὼν βασιλήϊον οἶμον.
Νῦν δ' ὅτε μῦθον ἄγειρα, βίου δ' ἐπὶ τέρμαθ' ἱκάνω,
490 Οἷα μεθυπλανέεσσι τάλας ποσὶ δόχμια βαίνω.
Καί με ταλαντεύει σκολιοῦ μόθος ἑρπηστῆρος,
Λάθρα καὶ ἀμφαδίην κλέπτων φρένας ἐσθλὰ νοεύσας.
Ἄλλοτε μέν τε Θεῷ τείνω νόον, ἄλλοτε δ' αὖτε

Trahit, velut a lapide magnete candens ferrum trahitur.
Heu miser! heu læsa tristibus et puniendis operibus
Anima! o vani mortales! quam vere
Tenuibus auris similes, qui geniti sumus,
470 Aut alternantibus Euripi motibus,
Volutamur in terra inanibus rebus inflati.
Nihil apud homines stabile usque in finem est,
Non bonum, non malum. Sunt autem vicinæ hæ viæ:
Nec malus novit quem supremum finem habiturus sit,
475 Nec bonis virtus immobilis manet, sed imminuit,
Ut metus vitium, ita virtutem invidia. Utraque
Incurvari hominum vitam Christus voluit,
Ut rursum eriganur ipsius potentiam intuentes.
Ille autem optimus, qui rectam carpit viam,
480 Nec convertitur ad desertum Sodomorum cinerem,
Quæ ob suam libidinem novo igne combustæ sunt,
Fugitque citissime in montem, et patriæ obliviscitur,
Ne fabula et lapis salis posteris fiat.
Testis ego ex his, quæ passus sum, humanæ malitiæ.
485 Puer eram, quo tempore exiguus in pectore sensus,
Sed tamen cum umbratilem solum rationem et prudentes mores
Sequerer, progrediebar ad sedem in cœlo resplendentem,
Vestigiis non errantibus regiam viam carpens.
Nunc autem postquam doctrinam collegi, et ad vitæ finem accedo,
490 Veluti pedibus vino titubantibus oblique gradior miser,
Meque deprimit tortuosi pugna serpentis,
Clam et aperte mentes bonis cogitationibus intentas subripiens;
Interdum autem Deo mentem intendo. Rursus alias

466 *Αἴθωνα*. Int. λαμπρὸν, πεπυρωμένον.
467 *Ἄντιτα*. Int. ἀντίποινα, τιμωρίας ἄξια. Schol. προτέροις ἀντίθετα.
469 *Οἵ γενόμεσθα*. Int. οἵ ἐγενήθημεν.
472 *Κοὐδὲν ἐν*. Deerat in editis ἐν.
474 *Ἐς ὕστατον*. Sic duo Regg. Edit. ὕστερον. Mox Chig. et alii, ὁππότε pro ὁππόθι quod habent editi.
486 *Οἷῳ*. Schol. μόνῳ.
489 *Μῦθον*. Int. et Schol. *doctrinam* intelligunt.
491 *Ταλαντεύει*. Reg. 991 sup. lin. μεταστρέφει.
492 *Κλέπτων*. Chig. et Reg. unus κάμπτω.

METRICA VERSIO.

Magneti ferrum vis indita, tollit in altum.
Heu miser! heu quam pestiferis, graviterque
[luendis
Mens mea criminibus læsa est! heu gloria inani
Perfusum mortale genus fastuque protervo!
Quam vere levibus conferri possumus auris,
Quam sumus Euripo similes! namque illius instar
Volvimur in terra vano splendore tumentes.
Nec res ulla manet stabilis mortalibus usquam;
Non virtus, non improbitas: callesque propinqui
nter se exsistunt, ut nec qui crimine mentem
olluit, hoc certo norit, quisnam exitus ipsum
xspectet, nec qui studium amplexantur honesti,
irtutem fixam teneant certamque futuri.
itque metus vitium pellit, sic livor iniquus
irtutem exagitat. Voluit nam Christus utroque
ncurvari homines: ut non superabile robur
sius aspiciens, sursum tua lumina tollas.

B Optimus is vero est, graditur qui tramite recto,
Nec caput ad Sodomæ fumantia tecta retorquet,
Quam scelerata novo populata est igne libido:
Sed propere fugit in montem, patriosque penates
Ejicit ex animo, ne posthac fabula vulgi
Linquatur, fiatque salis non mobile saxum.
Ac per me casusque meos dignoscere promptum est
Quam nostrum genus in vitium proclive feratur.
Nam qui jucundæ primævo in flore juventæ,
Cum levis in molli versatur pectore sensus
Umbrosa solum ratione, et moribus utens
Egregiis ducibus, sublimia tecta petebam,
Certa in regali figens vestigia calle;
Nunc cum collecta est ratio, jamque ipse senectæ
Ad metam accessi, miser heu, velut ebrius erro,
Ac sæva obliquus pugna me deprimit anguis,
Et recte consulta rapit furtimque palamque.
Interdum mea mens ad Regem fertur olympi:

Digitized by Google

Ἕλκομαι ἐς κόσμοιο κακὴν χύσιν, οὐκ ὀλίγην δὲ
Μοῖραν ἐμῆς ψυχῆς λωβήσατο κόσμος ἀπείρων.
Αὐτὰρ ἐγὼν, εἰ καί με κάκη ἐκάλυψε μέλαινα,
Καὶ δνοφερὸν προπάροιθεν ἰὸν χέεν ἐχθρὸς ἐμεῖο,
Σηπίη ὡς ἐμόωσα καθ' ὕδατος, ἀλλὰ καὶ ἔμπης
Τόσσον ἔτ' εἰσορόω καὶ δέρκομαι, ὅσσον ἄριστα
Ἴδμεναι, ὅστις ἐὼν, καὶ οἳ ποθέων ἀνοροῦσαι,
Οἳ κεῖμαι δύστηνος, ὅσον τ' ἐπὶ γαῖαν ὀλισθον
Ἠὲ καὶ γῆς ὑπένερθεν ἐς εὐρώεντα βέρεθρα.
Οὔτε παραιφασίῃσιν ἰαίνομαι, οὔτε λόγοισι
Κλέπτομαι, οἳ παθέεσσιν ἀρηγόνες, οὔτε μέτροισιν
Ἀλλοτρίης κακίης ἐπιτέρπομαι, ὥς τις ἄριστος.
Τίς γὰρ τεμνομένοισι χάρις μογέουσι σιδήρῳ
Ἄλλων τεμνομένων ὁράαν χαλεπώτερον ἄλγος;
Ἢ τί κακοῖσιν ὄνειαρ ἀτασθαλίῃσι χερείων;

Ἐσθλοῦ μὲν γάρ κέν τις ἀρείονος ἐσθλὸς ἐπαύροι
Ὡς δὲ κακός. Καὶ γάρ τις ὁρῶν τυφλοῖσιν ὄνειαρ
Τέρπεσθαι δέ κακοῖσι, τελειοτέρης κακότητος.
Εἰ δέ τις ὄντα κάκιστον ὀΐεται ἔμμεν ἄριστον,
Ἄχθος ἐμοὶ, καὶ κρυπτὸς ἐνὶ στήθεσσιν ὀδυρμός.
Κρεῖσσον ἄριστον ἐόντα δοκεῖν κακὸν, ἢ κάκιστον
Κῦδος ἔχοντ' ἀγαθοῖο, τάφον ψεύστην μεμ[πτὸν
Ἔμμεναι, ὃς μυδόωσι νεκροῖς ἔντοσθεν ὀδοῦσι,
Ἔκτοθεν ἀστράπτει κονίῃ καὶ χρώμασι τερπνοῖς.
Ὄμμα μέγα τρομέωμεν, ὃ καὶ γαίης ὑπένερθε
Λεύσσει, καὶ πόντοιο μέγαν βυθὸν, ὅσσα τε κεύθει
Νοῦς μερόπων. Τέμνει δ' οὐδὲν χρόνος, ἀλ[λὰ πάρεστι
Πάντα θεῷ. Πῶς κέν τις ἰὸν κακὸν ἀμφικαλύπτοι;

Trahor in mundi malam confusionem, nec parvam
Mentis meæ partem læsit mundus immensus.
Rursus ego, etsi me nigra cooperuit nequitia,
Ac in me atrum venenum hostis antea effudit,
Instar sepiæ in aquam vomentis, sed tamen
Tantum adhuc video et perspicio, quantum ut optime
Sciam quis sim, et quo cupiens assilire,
Ubi miser jaceam, et quomodo in terram delapsus sim,
Vel etiam in lata infra terram barathra.
Nec solatiis foveor, nec verbis
Subripior vitiorum adjutoribus, nec mensuris
Alienæ improbitatis delector, quasi optimus quidam sim.
Quæ enim ægris, dum ferro cæduntur, oblectatio,
Aliorum, qui incisionem patiuntur, molestiorem cernere dolorem?
Aut quæ malis utilitas ex sceleribus deteriorum?
Nam probus vir ex alio meliore utilitatem percipiat,
Sic etiam et improbus. Nam qui vident, cæcis auxiliantur.
Malis autem delectari est perfectioris malitiæ.
Quod si quis, cum pessimus sim, optimum me esse putat,
Onus id mihi est, et occultus in pectore dolor.
Satius est, cum optimus sis, ut malus videaris, quam ut pessimus
Laudem habens viri boni, sepulcrum sis hominibus
Mendax, quod intus mortuis putridis fetens,
Extrinsecus renidet calce et jucundis coloribus.
Magnum oculum tremamus, qui et subter terram
Intuetur, et magnum ponti abyssum, et quæcunque abscondit
Mens hominum. Nihil autem incidit tempus, sed adsunt
Deo omnia. Quomodo suum quis malum occultet?

495 Ἀπείρων. Schol. μέγας. Edit. male ἀποίρων.
496 Κάκη. Int. Reg. cod. 991, καλία.
503 Παραιφασίῃσιν. Ita ex Reg 991, 39, et Coisl. Emendatum quod erat in editis παρφασίῃσιν.
519 Μέγαν βυθόν. Coisl. μέγα βυθόν.
520 Τέμνει δ' οὐδὲν χρόνος. *Tempus quod nihil secat, nec futurum a præterito dirimit, cum enim omnia sunt præsentia.* Bill.

METRICA VERSIO.

Interdum in mundum devexo pondere vergit,
A quo animæ graviter læsa est pars maxima nostræ.
Sed licet improbitas me totum obtexerit atra,
Atque in me nigrum virus diffuderit hostis,
Sepia cæruleas vomitu velut inficit undas:
Hactenus incolumis tamen est mihi visus, ut istud
Cognoscam, unde salus, quonamque ascendere [tentans,
Infelix ubinam jaceam, tellure profunda,
Aut etiam subter terras in faucibus orci.
Nec vero illa meam recreant solatia mentem,
Verbaque deficiunt, quæ turpes subdola motus
Auxilio vitiumque juvant, pravoque favore.
Grandia nec cernens aliorum crimina lætor,
Excelsa tanquam ipse sedens virtutis in arce.
Quid juvat ægrotum ferro dum membra secantur,
Cernere quos gravius cruciet vis aspera ferri?

Quid juvat obstrictum vitiis sceleratior alter
Nam bonus ex meliore queat decerpere [fruc
Non secus atque malus. Siquidem qui [ap
Utilis esse potest oculorum lumine capto.
At gaudere malis scelus est immane ferumq
Quod si cum fœdis vitiis tamen optimus ess
Nonnullis videor, doleo, tacitusque gemisco.
Malim, cum recto studeam, vitiosus haber
Quam vitio addictus, justi clarescere fama,
Mendaxque ignaris mortalibus esse sepulcru
Quod licet interno fetentia corpora claudat,
Calce tamen nitet externa, gratoque colore
Ille oculus nostras gelida formidine ment
Concutiat, radiis qui pallida tartara lustrat
Qui fundum pelagi mentisque arcana tuetur
Nilque secat tempus, verum præsentia sun

Digitized by Google

Ἤματι δ' ὑστατίῳ ποῦ κεύσομεν ἡμέας αὐτούς;
Ἤ τίς ἀλεξήσει; πῶς λήσομεν ὄμμα Θεοῖο,
Ἡνίκα πῦρ κρίνῃσι καθάρσιον ἔργματα πάντων,
Βοσκόμενον κακίης κούφην φύσιν αὐαλέην τε.
Τὴν μὲν ἐγὼ τρομέω καὶ δείδια νύκτα καὶ ἦμαρ,
Εἰσορόων ψυχὴν θεόθεν πίπτουσαν ἔραζε,
Καὶ χοὸς ἄσσον ἰοῦσαν, ὃν ἐκφυγέειν μενέαινον.
Ὡς δ' ὅτε χειμερίοιο παρ' ὄχθῃσιν ποταμοῖο,
Ἡ πίτυν ἢ πλατάνιστον ἐπηετανὸν κομόωσαν,
Ῥηγνύμενος ῥίζῃσι ῥόος δηλήσατο γείτων·
Τῆς δή τοι πρῶτον μὲν ὑπέχματα πάντα τίναξε,
Καὶ κρημνῷ μιν ἔθηκεν ἐπήορον, αὐτὰρ ἔπειτα
Βαιῇσι ῥίζῃσιν ἐρυκομένην προθέλυμνον,
Κρημνοῦ ἀπορρήξας μεσάταις ἐνὶ κάββαλε δίναις,

Καί μιν ἄγων μεγάλῳ πατάγῳ πέτρῃσιν ἔδωκεν·
Ἔνθα δέ μιν ὄμβρος καὶ ἀφυσγετὸς αἰὲν ἐρείδων
Σῆψαν, ἀτιμότατον δὲ τρύφος παρὰ χείλεσι κεῖται.
Ὡς καὶ ἐμὴν ψυχὴν Χριστῷ θαλέθουσαν ἄνακτι,
Λάβρος ἐπαΐσσων χαμάδις βάλεν ἐχθρὸς ἀτειρής,
Ἧς πλεῖστον μὲν ὄλεσσε, μικρὸν δέ τι λείψανον αὖτως
Πλάζεται ἔνθα καὶ ἔνθα. Θεοῦ γέ μιν αὖθις ἐγεῖραι,
Ὅς ῥα καὶ οὐδὲν ἐόντας ἐπήξατο, καὶ μετέπειτα
Λυομένους πήξει τε καὶ ἐς βίον ἄλλον ἐρύσσει,
Ἤ πυρὸς, ἢ Θεοῖο φαεσφόρου ἀντιάσοντας.
Εἰ δὲ Θεοῦ, καὶ ἅπαντας ἐσύστερον; ἄλλοθι κείσθω.
Χριστὲ ἄναξ, εἰ καί με νεκρὸν καὶ ἀνάλκιδα φῶτες

Supremo autem in die, ubi nosmetipsos abscondemus?
Aut quis auxiliabitur? Quomodo latebimus oculum Dei,
Cum ignis purgatorius omnium opera dijudicabit;
Depascens malitiæ levem et aridam naturam?
Hanc ego diem horresco, et die ac nocte metuo,
Cernens animam a Deo delapsam in terram,
Et prope a pulvere euntem, quem fugere avebam.
Velut cum hiberni ad ripas fluminis,
Aut pinum, aut platanum perenni coma ornatam
Vicina erumpens unda radicitus lædit;
Ac primum quidem omnia illius retinacula quatit,
Illamque in præcipitium vergentem tenet, ac rursus
Levibus hærentem radicibus funditus
660-661 Abruptam in medios præcipitii vortices detrudit,
Eamque magno strepitu trahens in cautes impingit;
Ubi illam imber et colluvies semper incumbens
Putrefaciunt, ac inhonestus in littore truncus jacet.
Sic et meam animam Christo regi florentem
Violenter irruens humi stravit hostis indomitus,
Cujus maxima quidem pars periit, leves autem adhuc illius reliquiæ
Huc et illuc errant. Dei autem est illam rursus erigere,
Qui nos, cum nihil essemus, compegit, ac postea
Dissolutos compinget, et in aliam vitam restituet,
Aut ignem, aut Deum lucis auctorem sortitos
Quod si Deum, an omnes aliquando? id alio servetur.
Christe rex, etsi mortuum me et infirmum homines

523 *Λήσομεν*. Duo Regg. λήσομαι.
525 *Κούφην*. Reg. unus κοῦφον.
526 *Τήν*. Suppl. ἡμέραν.
530 *Ἐπηετανόν*. Int. Coisl. πάνυ κοσμοῦσαν. Schol. θάλλουσαν ἱκανῶς.
532 *Ὑπέχματα*. Unus e Regg. ὑπέργματα.
537 *Ἀφυσγετός*. Ita Reg. 39, 991, et Coisl. Mense edit. ἀσφυγετός. Cod. 993, βόρβορος. Mox αἰὲν ἐρείδων. Sup. lin. 991, συνεχῶς προσπίπτων. Cod. 3, διηνεκῶς.
540 *Ἀτειρής*. Int. 992 et 993 ἀκαταπόνητος. Schol. ἀπηνής.
541 *Πλεῖστον*. Regii plures et Coisl. πλεῖον. Mox αὖτως. Forte αὐτῆς. Coisl. ἁπλῶς. Schol. μάτην.
542 *Θεοῦ*. Sic Coisl. ejusque interpres, necnon Schol. Reg. 991. Hæc lectio præferenda nobis visa est editis, in quibus legitur Θεός.
546 *Εἰ δὲ Θεοῦ, καὶ ἅπαντας ἐσύστερον; An vero etiam omnes Deo postmodum potituri sint?* Quibus Origenianum errorem perstringit Gregorius. Origenes namque sibi finxerat damnatos aliquando ad vitam revocandos.

METRICA VERSIO.

ncta Deo. Quanam porro sua crimina quisquam
ntegere arte queat? quisnam locus ille patebit,
o nos extrema trepidantes luce tegamur?
is feret auxilium? quis magni lumina Regis
llet, cum rerum purgatrix flamma datura est
licium, turpis vitii siccamque levemque
turam absumens, et fœdas crimine mentes?
lux illa gravi noctesque diesque tremore
icit, æthereo cum mentem a Patre fluentem
terram video, et nigro cum pulvere jungi,
em fugere intentis conatibus ipse parabam.
velut hibernis fluviis cum flumina crescunt,
pinum, aut platanum vernantem fronde perenni,
inis illisa terit radicibus unda:
primum illius retinacula cuncta revellit,
itque in præceps pendentem inflectere ramos,
x etiam nimis exigua radice retentam

Funditus abrumpit, medioque in vertice fusam
Protinus in cautes impellit et aspera saxa.
Hic illam tum colluvies, tum plurimus imber
Inficit, ad ripamque jacet sine nomine truncus.
Sic quoque nostram animam, quæ Christo læta virebat,
Impete pestifero vesanus perculit hostis.
Et miseræ, jam nunc majori ex parte peremptæ,
Relliquiæ tenues errant, passimque vagantur.
Quas utinam clari summus Regnator olympi
Excitet, ex nihilo qui nos effinxit, et idem
Exstinctos rursus finget, vitæque secundæ
Asseret, aut flammis ardentibus excruciandos,
Aut percepturos æternæ gaudia vitæ.
Sintne omnes autem cœlesti luce beandi?
Affirmare meum non est; tibi, Christe, relinquo.
Magne Deus, quanquam me gens inimica lacessens

Digitized by Google

Δυσρινίας καλέουσι, λάθρῃ δ' ἐπιμυθίζουσι,
Κινυμένας κεφαλῆσιν ἐμὴν γελάοντες ὀιζύν,
Μή με λίπῃς χείρεσσιν ὑπ' ἀντιβίοισι δαμῆναι·
Πρῶτα μὲν οὐρανόθεν ἐν ἐλπίσιν αὖθις ἐρείδας,
Καί μοι σβεννυμένῳ τυτθὴν στάξειας ἐλαίου
Ψιμάθα, δεξαμένῳ λύχνῳ φωσφόρος ἀρωγόν,
Ὡς κεν ἐγειρομένοιο πυρὸς, παλινάγρετον αἶθῃ
Φῶς ἀναθηλήσαν, ζωῆς δὲ τύχωμι φαεινῆς.
Δεύτερον ἄχθεα πάντα δόλος ἀνέμοιο θυέλλαις,
Ῥῖψας ἐξ ἐμέθεν (πνοὴν δ' ὑπάσσιος ἴλαφρὸν),
Οἷσιν δὴν ἐδάμασσας ἐμὸν κέαρ· εἴτε με κηρὶ
Τινύμενος πάχεϊ, εἴτ' ἄλγεσιν, οἷά τε πῶλον
Παντοίοισι δρόμοισι καὶ ἠλιβάτοισι δαμάζων·

Εἴτε τιν' ὄγκον ἐμῆς ἴσχων φρενὸς, ἧς μάτην
Φύεται εὐσεβέεσσιν, ὅσοι νόον εἶσιν ἀμεμφεῖ,
Οἳ κακὸν ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ τύχον ἁρπάζουσιν·
Εἴτε κακὸς ἐθέλων, σῶτερ Λόγε, ἐμπεδόωσι
Παιδεῦσαι θνητοὺς, βάσσον στυγέειν κακότητα
Ὡς οὐχ ἑσταμένου, πέλεται δ' ἐπὶ πήματ' ἀνοίῃ,
Ἐσθλοῖς ἠδὲ κακοῖσι, βίον δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπείρει,
Ἐμπεδον, ἀστοφέλικτον, ἀρειονά τ' εὐαδέοντα.
Ἀλλὰ τὰ μὲν σοφίης μεγάλοις ἐνὶ βένθεσι κεῖται
Ὅσσα φέρει στρεπτοῖο βίου παλιμπρεπέα νῦ[ν]
Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια· Λόγῳ δέ τε πάντα φέρτα
Κἠν πλείῳ φεύγῃσι νόου πάχος ἡμετέρου.

Inimici vocant, et clam naso suo suspendunt,
Capitis motu meam irridentes ærumnam,
Ne sinas me sub manibus hostilibus domari :
Sed primum quidem cœlesti spe animum fulcias,
Ac mihi qui exstinguor, pusillam stillas olei
Guttam, quæ sitienti lampadi ad lumen auxilietur,
Ut igne excitato, revocata redeat
Lux reflorescens, ac lucidam vitam nanciscar.
Deinde vero onera omnia tradas venti procellis,
Et arceas a me (spiritum autem præbeas levem),
Quibus cor meum abunde exercitasti : sive me ob acerbum
Puniens malitiam, sive doloribus, veluti pullum
Variis et arduis cursibus domans,
Sive mentis meæ fastum aliquem cohibens, qui facile
Innascitur piis, quotquot sunt levi animo,
Qui malam ex bono Deo superbiam arripiunt :
Sive meis volens, Verbum servator, malis
Erudire mortales, ut vitæ oderint pravitatem,
Ut minime stantis, ac omnibus incommoda inferentis,
Bonis ac malis, atque ad aliam vitam properent,
Quæ stabilis est et immobilis, et probis melior.
Atque hæc quidem in magnis sapientiæ thesauris sunt posita,
Quæcunque vitæ instabilis admoniliones mortalibus ferunt,
Sive bona sint, sive mala : quod autem ad Verbum spectat, præstantissi[ma]
Quamvis pleraque mentis nostræ crassitiem fugiant. [omnia]

550 Ἀντιβίοισι. Sic codices Regg. 39, 992, necnon et Coislinianus, quorum ope erratum editorum emendavimus in quibus legitur ἀντιβλοισι.

553 Φωστῆρος. Reg. 991 sup. lin. φωτός.

558 Ἄδην. Int. Coisl. ἀθρόως. Schol. ἄγαν.

559 Τινύμενος. Coisl. τινυύμενος. Ibid. οἷά τε πῶλου. Ita Coisl. Edit. ὡς ὅτε.

560 Ἠλιβάτοισι. Int. ὑψηλοῖς τόποις. Schol. χωρίοις ἀνάντεσιν.

563 Ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ. Nempe, *qui ex benignitate et patientia Dei*, peccandi et superbiendi ansam arripiunt, ut schol. οἵ τινες ἐξ ἀγαθοῦ Θεοῦ χρηστευομένου, καὶ μακροθυμοῦντος, τύφον κακὸν ὑφαρπάζουσι.

569 Μεγάλοις. Coisl. et Int., μεγάλης.

571 Λόγῳ δέ τε πάντα φέρεστα. *Quod autem ad Verbum spectat, præstantissima.* Varie a variis locus intelligitur. Nobis vero, ut sic interpretemur, interpres et schol. codicis Coisl. præbet. Combef. λόγῳ accipit pro *summa ratione*, seu *divinæ sapientiæ, quo omnia proveniunt ac dirigunntur.* Λόγον hic pro *Filio Dei* accipio, inquit Billius, ut sit sensus : *Quamvis nos rebus prosperis nomen tribuamus, adversis contra malum, tamen apud Deum utraque optima sunt, quippe optima ratione mortalibus a Deo immittantur.*

572 Πάχος. Unus e Regg. τάχος. Sic supra, lib. II, sect. II, carm. 1, *In laudem virginitatis*, vers. 1[0] legitur de Deo, quod sit φάος φεῦγον νόου ἐγγὺς ὀόντος.

METRICA VERSIO.

Infirmum exanimemque vocat, motoque latenter
Vertice prosequitur sævo mala nostra cachinno :
Ne sinito hostili victum procumbere dextra,
Sed spe cœlesti primum mea pectora fulci.
Ac, ne deficiat mea lux, alimenta ministra,
Humentisque olei nonnullum infunde liquorem.
Qui lychno auxilium sitienti præbeat, ut lux
Accenso igne mihi jamjam rediviva recurrat,
Et fruar æternæ præclaro lumine vitæ.
Tum vero ærumnas a nobis discute tristes,
Ventisque in latum pelagus committe ferendas :
Atque auras concede leves. Sat namque malorum
Pectoris ipse mei domuisti mole tumorem,
Seu vindex meritis multans mea crimina pœnis,
Seu velut indomitum variis durisque caballum
Cursibus, ingentique dolorum examine franges
Seu fastum reprimens, homines pietatis amici
Qui facile invadit, mentis gravitate carentes.
Queis bonitas divina mali est occasio fastus :
Seu documenta volens per tot mala prodere m
Ut cuncti vitam vitæque adversa perosi,
Et dubios casus atque infortunia justis
Injustisque simul venientia, præpete cursu,
Æternum meliusque piis propereinus ad æru
Verum hæc divinæ sophiæ sunt abdita fund
Quæ fluxi documenta ferunt mortalibus ævi,
Tam bona quam mala. Sunt Verbo tamen o
[cun
Quamlibet effugiant mentis quamplurima nostra
Crassitiem. Nam tu clavum scitissimus orbis

Digitized by Google

Νωμᾷς δ' ἔνθα καὶ ἔνθα σοφῶς οἰήϊα κόσμου,
Οἷσιν ἐλαυνόμενοι τρηχὺ σπιλάδεσσι κακῇσι
Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωμεν ἀπιστοτάτου βιότοιο.
Αὐτὰρ ἐγὼ μογέων, καὶ πήμασι παντοδαποῖσι
Τειρόμενος, κάμπτω σοι γούνατα. Πέμψον ἔμοιγε
Δακτύλῳ ἱκμαλέῳ ξηρὴν φλογὶ Λάζαρον ὧκα
Γλῶσσαν ἀναψύξοντα, χάος δέ με μηκέτ' ἐρύκοι,
Μηδ' Ἀβραὰμ μεγάλων κόλπων ἀποτηλόθι [βάλλοι
Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Τεὴν δ' ἐπὶ χεῖρα κραταιὴν
Πέμψειας, ἀχέων δὲ πόροις ἄκος, εἰς δέ με πάντα
Θαύματα καὶ τεράων δείξαις σθένος, ὡς τοπάροιθεν.
Εἰπὲ, καὶ αἱματόεσσα ῥύσις λήξειε τάχιστα.
Εἰπὲ, καὶ ἐκμήνειε συῶν ἀγέλην λεγεῶνος
Πνεῦμα, καὶ ἐν πελάγεσσι πέσοι, χάζοιτο δ' ἐμοῖο.
Καὶ λέπρην ἐλάσειας ἀτερπέα· καὶ φάος ἔλθοι

A Ὄμμασιν οὐχ ὁρόωσι, καὶ οὔατα φθόγγον ἀκούει·
Καὶ ξηρὴν τανύσειας ἐμὴν χέρα, δεσμά τε γλώσσης
Ῥήξειας, στήσαις δὲ ποδῶν βάσιν ἀδρανέουσαν.
Ἐκ δ' ἄρτου κορέσαις ὀλίγου· στορέσαις δὲ θάλασσαν
Δειμαλέην· στράψαις δὲ φαάντερον ἠελίοιο.
Πήξειας δὲ μέλη βεβαρηότα, ἐκ νεκύων δὲ
Αὖθις ἀναστήσειας ὀδωδότα· μηδέ μ' ἄκαρπον,
Οἷα συκῆν τοπάροιθεν, ἰδὼν, ξηρὸν τελέσειας.
Ἄλλος μέν τ' ἄλλοισιν ἀρηγόσι, Χριστὲ, πέποιθεν,
Αἵματι, καὶ τέφρῃ, καὶ ὀφρῦϊ σήμερον οὔσῃ.
Οὔ τ' ἄλλου χατέουσιν ἀρηγόνος οὐτιδανοῖο·
Σοὶ δ' ἄρ' ἐγὼ μούνῳ, Βασιλεύτατε, μοῦνος ἐλείφθην,
Ὅς πάντων κρατέεις, καί μοι σθένος ἐσσι [μέγιστον.
Οὔ μ' ἄλοχος κομέουσα δυσαλθέα κήδεα λύσει.
Ἥ τε καὶ ἀσχαλόωντα παρηγορίῃσιν ἰαίνει·

Moves autem sapienter hinc et illinc mundi gubernacula
Quibus abacti a malis scopulis, asperum
Vitæ incertissimæ magnum mare trajicimus.
Rursus ego laborans et omnibus ærumnis
Contritus, tibi flecto genua. Mitte mihi
Lazarum, qui digito humenti aridam flammam cito
Linguam refrigeret, nec me chaos cohibeat,
Nec Abraham longe a magno sinu projiciat
Divitem patientem. Sed fortem tuam manum
Mitte, et dolorum fer remedium, ac in me omnia
Miracula, et prodigiorum virtutem, ut olim, ostende.
Dic, et celerrime fluxus sanguineus desinat.
Dic, et porcorum gregem in furorem agat legionis
Spiritus, et in mare cadat, et a me recedat.
Lepram tristem remove; lumen accedat
Oculis cæcis, et aures sonum audiant:
Aridam manum meam extende, et vincula linguæ
Rumpe, et pedum firma gressum debilem.
Ex modico pane satia; sterne mare
Terribile; splendidius sole corusca
Fige membra ingravescentia, et ex mortuis
Rursus suscita fetentem; nec me infructuosum,
Postquam, veluti ficum, videris, arefacias.
Alius quidem aliis adjutoribus, Christe, confidit,
Sanguine, et cinere, et supercilio in diem permanente.
Alii alio indigent adjutorio infirmo.
Tibi vero soli, Rex omnium, solus relictus sum,
Qui omnium dominaris, mihique maximum robur es.
Non me uxor fovens molestis sollicitudinibus solvet.
Aut afflictum dulcibus alloquiis deliniet:

578 *Φλογὶ Λάζαρον*. Sic emendavimus ex schol. cod. Coisl. vitiosam lectionem codicum aliorum et editorum qui habent φλάγα.

579 *Μηκέτ' ἐρύκοι*. Coisl. μὴ κατερύκοι.

581 *Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Ærumnis locupletem.* Mox ἐπὶ χεῖρα. Reg. sup. lin. ἐπ' ἐμέ.

583 *Δείξαις*. Unus e Regg. δείξειας.

586 *Δ' ἐμοῖο*. Ita Reg. 991. Edit. δ' ἐμεῖο.

590 *Ἀδρανέουσαν*. Reg. sup. lin. ἀσθενοῦσαν. Edit. male ἀδανέουσαν.

597 *Ὀφρῦϊ σήμερον οὔσῃ*. Id est, *fastui brevissime duraturo.*

METRICA VERSIO.

Hinc illincque regis, quo gens mortalis abacta
A scopulis, vitæ malefidas trajicit undas.
Ast ego jam gravium confectus mole dolorum,
Te genibus flexis supplex obtestor, ut ad me
Laxatum extemplo veniat, flammasque calentes
Leniat humenti digito, nec chasmate vasto
Ulterius tenear, sinibusque excludar amœnis
Abrahami, ærumnis locuples pœnaque perenni.
Quin potius mihi mitte manum, tristesque dolores
Ipse salutifera quamprimum pelle medela,
Priscaque nunc in me facilis miracula profer.
Dic, et sistatur profluxio fœda cruoris:
Et grege porcorum stimulis furialibus acto
Proruat in pelagus legio, procul atque facessat.
Excute deformem lepram, cæcisque recurrat
Lux oculis, rursusque meas vox intret in aures.

B Arentesque extende manus, et vincula linguæ
Solve, pedumque malos firma, Rex maxime, gressus;
Pane perexiguo satia, compesce tremendos
Æquoris irati fluctus, et sole nitente
Tu mihi splendidius radia, corpusque recurvum
Erige, fetentemque reduc ad lumina vitæ.
Nec veluti sterilem jubeas arescere ficum.
Præsidiis aliis alii, Deus optime, fidunt,
Et genere et cinere exiguo, fastuque fugaci,
Aut alias quasdam spes amplectuntur inanes.
At soli tibi solus ego sum, Christe, relictus,
Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
Omne situm est, in te fiducia tota salutis.
Non animi curas depellet sedula conjux,
Quæ vel mœrentem dulci sermone maritum
Oblectare potest: nec chara gestio prole,

Digitized by Google

Οὐδὲ φίλοις παίδεσσιν ἀγάλλομαι, οἷς ὑπὸ γῆρας
Ὀρθοῦται, νεαροῖσιν ὑπ' ἴχνεσιν αὖθις ὀδεῦον·
Οὐδὲ κασιγνήτοις ἐπιτέρπομαι, οὐδ' ἑτάροισι.
Τοὺς μὲν γὰρ στυγερὸς μόρος ἥρπασεν· οἱ δὲ φιλεῦντες
Νηνεμίην, ἑτάρων ὀλίγην φρίκα τρομέουσι
Κείνην τερπωλὴν οἵην ἔχον, ὡς ὅτε πηγὴν
Διψαλέη ψυχρὴν ἔλαφος σχεδὸν, ἀνδρὰς ἀρίστους,
Χριστοφόρους, ζώοντας ἐπὶ χθονὶ, σαρκὸς ὑπερ-
[θεν,
Πνεύματος ἀενάου φίλους, καὶ λάτριας ἐσθλοὺς,
Ἀζυγέας, κόσμοιο περίφρονας. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Μαρνάμενοι περὶ σεῖο δ:αχριδὸν ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἵστανται, ζῆλος δὲ Θεοῦ λύσε θεσμὸν ἀθέσμως,
Ἁρμονίην· ἀγάπης, ἧς οὔνομα μοῦνον ἐλείφθη.

A Ὡς δ' ὅτε τίς τε λέοντα λιπὼν ἅρπτῳ τε
Μαινομένῃ, καὶ τήνδε φυγὼν ἐς δῶμα πέ:
Ἀσπασίως, καὶ χεῖρα ἓὴν πρὸς τοῖχον ἐρ:
Ἔνθεν δ' ἐκπροθορών μιν ὄφις τύψῃσιν
Ὡς καὶ ἐμοὶ πολλοῖσιν ἐλαυνομένῳ κ:
Οὐδὲν ἄκος καμάτοιο, τὸ δ' ἄλγιον, ὅ τι
Πάντῃ δ' ἀθρήσας τε καὶ ἐν πάντεσσι μοχ
Ἐκ σέθεν, εἰς σὲ, μάκαρ, λεῦσσω πάλιν, ἐ
Παντοκράτωρ, ἀγένητε, καὶ ἀρχὴ, καὶ πα:
Υἱὸς ἀθανάτοιο, φάος μέγα φωτὸς ὁμ
Ἐξ ἑνὸς εἰς ἓν ἰόντος ἀτεκμάρτοισι λόγοι:
Υἱὲ Θεοῦ, σοφίη, βασιλεῦ, λόγε, ἀτρεκὴς π:
Εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἶση.
Ποιμὴν, ἀμνὲ, θύος τε, Θεὲ, βροτὲ, ἀρχιε

Non charis filiis glorior, a quibus senectus erigitur,
Et juvenilibus vestigiis rursum progreditur :
Nec cognatis delector, nec amicis :
Illos enim invisa mors rapuit : isti autem amici
664 665 Quietis, ad minimum amicorum pavorem contremiscunt.
Hanc unam habui oblectationem, velut fonti
Frigido appropinquans cerva sitiens, optimos viros
Christiferos, viventes in terra, supra carnem,
Spiritus æterni amicos, et bonos cultores,
Cælibes, mundi contemptores. Sed et illi
Decertantes de te adversis frontibus hinc et illinc
Stant, et studium partium legem Dei solvit haud legitime,
Et concordiam charitatis, cujus nomen solum relictum est.
Velut si quis relicto leone in ursam incurrat
Furentem, atque hanc fugiens in domum incidat
Lætus, et manum muro sustentet,
Atque hinc prosilions cum inopinato serpens percutiat :
Sic mihi multis agitato perturbationibus
Nullum laboris remedium, et quidquid invenero, id molestius est.
Postquam autem undequaque circumspexi et in omnibus laboravi,
Ex te, in te, beate, rursus intueor, robur meum,
Omnipotens, ingenite, principium, et Pater principii,
Filii immortalis, magnum lumen similis luminis,
Ex uno in unum, modo non enarrabili prodeuntis :
Fili Dei, sapientia, rex, verbum, veritas,
Imago exemplaris, natura Genitori æqualis,
Pastor, agne, victima, Deus, homo, pontifex ;

606 *Ἥρπασεν*. Chig. ἥλασεν.
608 *Κείνην*. Ita Coisl. et Chig. Edit. ξείνην.
611 *Ἀενάοιο*. Coisl. ἀεννάοις.
612 *Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ*. Hic carpit monachos de Christo decertantes, qui acriori zelo et concordiam et charitatem solvebant.
614 *Ζῆλος*. Int. Coisl. φθόνος. Melius s
περὶ Θεοῦ φθόνος.
616 *Πελάσσει*. Coisl. πελάσῃσι.

METRICA VERSIO.

Qua subnixa velut primos renovatur ad annos,
Nec tremulo terram pulsat pede curva senectus.
Sed neque germanis, nec jam delector amicis :
Namque illos tristi rapuit mors horrida fato;
Hos autem, cœlo ventorum turbine puro
Gaudentes, simul atque levis licet, aura sodales
Concutit adversæ sortis, tum protinus horror
Afficit, et pavidos gelidus tremor obsidet artus.
Ut vero confecta siti cum cerva propinqua est
Fontis aquæ gelidæ, sic nobis una voluptas
Hæc erat, eximia nimirum laude corusci
Et virtute graves homines, Christumque ferentes,
Altius in terra viventes corpore crasso,
Æternum flamen sincera mente colentes,
Conjugis expertes, contemptoresque caduci
Fluxarum mundi rerum. Sed et hi quoque de te
Hinc atque hinc stantes pugnant, et marte nefando
Contendunt : legemque Dei perfregit iniquus
Livor, amicitiæ felicia vincula solvens,
Cujus nil nobis superest nisi nomen inane.

B Ut si quis sævum cupiens vitare leonem,
Unguibus occurrat furibundæ protinus ursæ,
Atque illam rursus fugiens, ædesque libenter
Ingressus, paries dum languida brachia firmat
Præter spem infelix diro feriatur ab angue :
Sic mihi, cum variis agiter quatiarque procel
Nulla tamen miseros sanat medicina labores.
Imo etiam quidquid postremum occurrerit m
Intima pervellit graviori corda dolore.
Undique porro oculos versans, inque omnibus
Afflictus rursum, Deus, ad te lumina tollo,
In quo præsidii spes est mihi tota reposta.
O qui cuncta potes, nullo genera*te, nec ullum*
Principium agnoscens, qui Principium genuisti
Æternum natum, lucis similis jubar ingens,
Ex uno arcana ratione fluentis *ad unum* :
Nate Dei, Verbum, rex, et sapientia, veri
Auctor, et archetypum referens, Patrique pa
Natura æqualis, præcellens, pastor, et agnus,
Mortalisque, Deusque, et victima pura, sacer

Digitized by Google

630 Πνεῦμά θ' ὁ πατρόθενεῖσι, νόου φάος ἡμετέροιο,
Ἐρχόμενον καθαροῖσι, θεὸν δέ τε φῶτα τίθησιν
Ἵλαθι, καί μοι ὄπασσον ἐπιπλομένοις ἐνιαυτοῖς,
Ἐνθάδε καὶ μετέπειτα ὅλῃ θεότητι μιγέντα,
ἡθόσυνον ὕμνοις σε διηνεκέεσσι γεραίρειν.

B'. Ὅρκοι Γρηγορίου.

Ὤμοσα τὸν Λόγον αὐτὸν, ὅ μοι Θεός ἐστι μέγιστος,
Ἐξ ἀρχῆς ἀρχή, Πατρὸς ἀπ' ἀθανάτου,
εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἴση,
Ὃς φθάσε καὶ μερόπων ἐς βίον οὐρανόθεν·
Ὤμοσα, μήτε νόῳ γε νόον μέγαν, ἐχθρὰ νοήσας,
Ῥῖψειν, μήτε λόγῳ τὸν Λόγον ἀλλοτρίῳ.
Εἰ Τριάδος θεότητα διατμήξαιμι φαεινῆς,
Ἐσπόμενος καιρῶν νεύμασιν ἀντιπάλων·
Εἰ δ' ἕδρη μεγάλη ποτ' ἐμὸν νόον οἰστρήσειεν,
Ἠὲ πάθῳ δοίην ἀλλοτρίῳ παλάμην·
Εἰ δὲ Θεοῦ προπάροιθε βροτὸν θείμην ἐπίκουρον,
Πέτρης ἠπεδανῆς πείσματ' ἀναψάμενος·
Εἰ δέ ποτ' ἐσθλὰ φέροντος ἀγήνορα θυμὸν ἔχοιμι,
Ἠὲ κακοῖς κύρσας, ἔμπαλιν ἀδρανέα·
Εἰ δὲ δίκην δικάσαιμι παρακλίνας τι θέμιστος,
Εἰ δὲ λάβοι τιμὴν ὀφρὺς ὕπερθ' ὁσίων·
Εἰ δὲ κακοὺς ὁρόων τι γαληνιόωντας ὁδοῖο
Σταίην δεξιτερῆς, ἢ ἀγαθῶν σκοπέλους·

630 Tum Spiritus, qui ex Patre procedit, lumen mentis nostræ,
Ac puris illabitur, et deum hominem facit:
Miserere, mihique concede volventibus annis,
Hic et in futurum toti deitati permistum
Hymnis te perpetuis gaudentem celebrare.

II. *Gregorii jusjurandum.*

Juravi Verbum ipsum, quod mihi maximus est Deus,
Ex principio principium, ab immortali Patre,
Imago exemplaris, natura Genitori æqualis,
Qui e cœlo ad hominum vitam descendit:
666-667 5 Juravi me, nec mente magnam mentem, impia cogitando,
Abjecturum, nec Verbum verbo inimico.
Si Triadis lucidæ deitatem discindam,
Temporum molestorum momentis obsequens:
Si meam unquam mentem magna sedes vulneraverit,
10 Aut aliorum cupiditati manum adjutricem admoveam:
Si Deo anteponam hominem adjutorem,
Petræ invalidæ rudentes innectens:
Si unquam, Deo prospera largiente, animum elatum geram,
Aut rursus infirmum, in mala incurrens:
15 Si litem dirimam ab æquitatis norma aliquantulum deflectendo,
Si supercilium plus a me honoris habeat, quam sanctitas;
Si malos videns pace perfruentes, ac bonorum scopulos,
Gressus a dextra semita declinavero;

* Scriptum an. 372. — Alias Bill. 18 pag. 92.

634 *Γηθόσυνον*. Sic mss. Edit. γηθοσύνως. — Forte melius ob puritatem metri, quod aliter claudicat. Caillau.

II. Argumentum. *In isto poemate, Gregorius vitæ suæ legem ac regulam tradit: votaque, quibus Deo se obstrinxit, tanquam doctrinæ suæ sigillum, atque evangelicæ vitæ rationis confirmationem nobis pronuntiat:* Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ, psal. cxviii, 106.

Tit. *Ὅρκοι*, etc. Reg. 992, τοῦ αὐτοῦ ὅρος θεολογίας. Reg. Med. ὅροι βίου, ἢ περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς, *vitæ regulæ*, sive *de sua ipsius virtute*.

2 *Ἐξ ἀρχῆς ἀρχή*. Billius vertit, *ortus ab ortu*, quod minus theologiæ consonum, si verba potius quam mentem interpretis spectes.

3 *Ἴση*. Bene Int. ἡ αὐτή, *natura eadem*. Ita carm. præced. vers. 628.

5. *Νόον μέγαν*. Pollicitus fuerat Gregorius operam se daturum, ut nunquam mente seu cogitatione, Deum Patrem, qui νοῦς appellatur, offenderet. Nunc de sermone locuturus, studio sibi fore pollicetur, ne in Verbi offensionem incurrat. Male Billius utitur ista voce *rursus* ut versum expleat, quasi Gregorius non semper coluisset, quod est absurdum. — Non legitime carpi videtur Billius, cum vocis *rursus* sensus ille sit, quod non magis Verbum offendere velit, quam Patrem. Caillau.

6 *Λόγῳ... ἀλλοτρίῳ. Sermone alieno.*

13 *Ἐσθλὰ φέροντος*. Subaud. Θεοῦ.

15 *Δίκην*. Coisl. et Reg. 990, δίκας.

17 *Ὁρόων*. Sup. lin. Coisl. εἰσορόων.

18 *Σκοπέλους*. *Calamitates bonorum* intelligit.

METRICA VERSIO.

Spiritus a summo procedens Patre, tenebras
Mentibus a nostris pellens, et pectora pura
Ingrediens, homini et tribuens deitatis honorem,
Sis facilis misero, nec non vertentibus annis
Da, precor, ut reliquo mortalis tempore vitæ
Atque etiam tota posthac deitate coruscans,
Perpetuo laudum celebrem te carmine lætus.

II. Gregorii jusjurandum.

(*Billio interprete.*)

Verbum juravi, mihi qui Deus ortus ab ortu,
Atque immortali qui Genitore satus;
Archetypi effigies, par et natura paternæ,
Qui supero ad nostrum venit ab axe genus:
Quod mea nec mentem mens abjectura supremam
Discindent rursus nec mea verba Λόγον: [est,
Si Triadis claræ subeat mihi scindere Numen,
Dum nutum adversi temporis ipse sequor:
Si mentem exstimulet sedes mihi celsa, vel illos,
Quos agitat sedis dura cupido, juvem:
Ante Dei humanum auxilium si forte locarim,
Invalidæ et petræ sit mea nexa ratis
Læta ferente Deo si mens sit turgida fastu,
Rebus in adversis rursus at illa cadat:
Si judex æquum pervertam jusque, superbis
Plus tribuens, gravibus quam pietate viris,
Prospera pravorum cernens, scopulosque bonorum,
Si linquam dextrum non bene sanus iter·

Digitized by Google

Εἰ φθόνος ἐκτήξειεν ἐμὴν φρένα· εἰ γελάσαιμι
Πτῶμα καὶ οὐχ ὁσίων, ὡς πόδα πηγὸν ἔχων·
Εἰ δὲ χόλῳ πλήθοντι πέσοι νόος, εἰ δ' ἀχάλινος
Γλῶσσα θέοι, μάχλον τ' ὄμμα φέροι κραδίη·
Εἰ δέ τιν' ἐχθαίροιμι μάτην, εἰ δ' ἐχθρὸν ἐμεῖο
Τισαίμην δολίως, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην·
Εἰ κενεὴν πέμψαιμι δόμων ἄπο χεῖρα πένητος,
Εἰ φρένα διψαλέην οὐρανίοιο λόγου·
Ἄλλῳ Χριστὸς ἔοι πλέον ἤπιος, αὐτὰρ ἐμοῖο
Τοὺς ἄχρι καὶ πολιῆς αὖρα φέροι καμάτους.
Τοῖσδε νόμοισιν ἔδησα ἐμὸν βίον. Εἰ δὲ πόθοιο
Ἐς τέλος ἱκοίμην, Ἄφθιτε, σεῖο χάρις.

A

Γ. Ἐνόδια Κωνσταντινουπόλεως.

Ἐν σοὶ μὲν ἠρεμοῦμεν, ὦ Θεοῦ Λόγε,
Μένοντες οἴκοι· σοὶ δ' ἀνάπτομεν σχολήν.
Σὴ μὲν καθέδρα, σὴ δ' ἔγερσις, καὶ στάσις,
Σὴ δ' αὖ πορεία, σοῖς δὲ καὶ νῦν νεύμασιν
Εὐθυποροῦμεν. Ἀλλά μοί τιν' ἀγγέλων
Πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,
Ὃς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι,
Τέμνοι δὲ πόντον, ῥεῖθρα δ' ἱστάῃ λόγῳ,
Τρέφοι δ' ἄνωθεν καὶ κάτωθεν πλουσίως.
Σταυρὸς δὲ χερσὶν ἐκτυπούμενος θράσος
Ἐχθροῦ κατείργοι· μηδ' ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ

Si livore mens mea tabescat : si risero
Lapsum eorum, etiam qui sancti non sint, quasi firmo sim pede ;
Si tumescente ira mens ceciderit : si freni expers
Lingua excurrat, corque lascivos oculos intendat ;
Si quem odio nequidquam habuero, si meum inimicum
Ulciscar dolo aut aperte :
Si vacuam a domo mea dimisero manum pauperis,
Si mentem siti cœlestis verbi laborantem,
Aliis potius indulgeat Christus, ac meos labores
Etiam usque ad canitiem susceptos ventus auferat.
Ilis legibus obstrinxi vitam meam. Si vero desiderii
Compos fuero, o Immortalis, tibi gratia erit habenda.

III. *Itinerarium Constantinopolitanum*

In te quiescimus, o Dei Verbum,
Manentes domi ; tibi referimus otium.
Tua est consessio, tua exsurrectio, tua statio,
Tua rursus profectio, tuis et nunc auspiciis
Viam inimus. Sed mihi aliquem angelum
Mitte ducem viæ, faustum custodem,
Qui me columna ignis et nubis ducat,
Dividat mare, flumina sistat verbo,
668 669 Nutriat cibo cœlesti et infero largiter.
Crux autem manibus signata audaciam
Inimici frangat : neque in die media

* Scriptum an. 379. — Alias Toll. 17, pag. 99 ; et Murat. 194, pag. 177.

22 *Θέοι*. Sic et mss. Edit. mendose Θεῷ.
27 *Ἐμοῖο*. Ita Reg. 991. Edit. ἐμεῖο.
30 *Ἐς*. Reg 993, εἰς.

III. ARGUMENTUM. *Gregorii Constantinopoli proficiscentis est istud poema. Excusum fuit etiam a Muratorio*, p. 177. *Sic autem habet vir eruditus : post carmen olim* LIV, *nunc* XXXVI, *lib.* I, *sect.* I, *inter poemata dogmatica, quod inscribitur* Ἐνόδια, *seu sancti Gregorii profecturi precatio, jam typis editum, hæc subjiciuntur in Ambr. codice. Ea vero lucubrasse videtur poeta sacer, cum a catheдra Constantinopolitana qua se abdicaverat, ad solitudinem ruris paterni sese contulerat.* Sic Muratorius.

3 *Καθέδρα*. Idest, *per te sedemus, surgimus, stamus.*
4 *Νεύμασιν*. Sic Murat. Edit. ῥεύμασιν.
8 *Ἱστάῃ*. Murat. ex cod. Mediolan. ἱστῷ.
10 *Σταυρός*. Venerabile signum crucis, quo Christi sectatores germani se manu quotidie muniunt, diabolum fugare posse, vetustissima est traditio. Ejus institutio ab apostolis ipsis profecta videtur : cujus rei ac ritus exempla pete a Gregorio in amplissimo opere *De sancta cruce*, a Basilio, etc. *Ita Murat.* Audiamus nunc Tollium, cujus auctoritas in hac re maximi sane momenti videbitur : « Sic enim, ait, semper sensit sancta mater Ecclesia ; quare noster invectiva priori *in Julianum*, illum apparitione dæmonis perterritum munisse signo crucis refert. » Vid. tom. I, pag. 102.

METRICA VERSIO.

Si me livor edat, si casu læter iniqui,
Non secus ac firmo stet mea vita gradu :
Si mentem sternat sævus furor, ac sine freno
Si mea lingua, oculus sit meus atque procax :
Si mihi quisquam odio sit frustra, ulciscar et ho-
Perspicue, aut tectis fraudibus, ipse meum : [stem
Si vacuis a me manibus discedat egenus,
Cœlestesque petit qui sitibundus aquas :
Humana gens, vobis? equus non est, nisi
Natura equus fuerit; neque avis est, quæ haud volat.
Cernens bovem, quis dixerit, delphinus hic?
Et quidquid est quodcunque, tale noscitur.
Hæc bina vitæ exhibent comœdiam.
Stellis notatur animal in terris situm;
Et littera facit nobilem vel pessimum.
Annon emis pulchrumque pernicemque equum,
An calcitronem, nobili e genere satum?
Mavis bonum, sat scio. Canesque celerrimos?
Quid, nonne par ratio est in aliis omnibus?
Cuncta pariter se habent: at ipse pessimus
Cum sis, vocas te nobilem: frustra id facis.

B Funiculus esse rectum comprobet: credam illico.
Tu, liberum quamvis, me ignobilem vocas?
Morbum tuum, quod improbus sis, rideo,
Celare vitia nobilitate autumas:
Fecere nobiles opes, sed non boni
Mores, avos forte an tuos: finge et modos:
Quid, nobilis sed pessime, hoc ad te attinet?
Patre nobilem utique, moribusque ignobilem,
Duco esse mortuum, cui honestas fetida est.
Nam vera nobilitas bonos mores colit.

XXVIII. ADVERSUS OPUM AMANTES.

(*Billio interprete.*)

Proh, proh! abundant improbi quibus malis,

Digitized by Google

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτ' ἴσασιν οἱ τρισάθλιοι,
Ὡς ἄν τι καὶ λάβοιεν εἰς σωτηρίαν,
Λόγον τιν', ἢ σύμβουλον, ἢ μνήμην Θεοῦ·
Ἅ πάντα φάρμακ' ἐστὶ τοῖς πεπληγμένοις.
Ἀλλ' εὐσθενοῦσιν, ὡς δοκοῦσ'. Οἰκτροῦ πάθους!
Ὡς οἱ παραπλῆγές τε καὶ μεμηνότες,
Ἰσχὺν νομίζειν τὴν νόσον καὶ τῶν φρενῶν.
Ἵπταντ', ἀροῦσιν, ἄπτεροι, βοῶν δίχα.
Βοηδρομοῦσιν, ἡ φάλαγξ δ' οὐ πλησίον·
Πλέουσιν οὐ πλέοντες, ἀθλοῦσιν μόνοι,
Πλουτοῦσι, βασιλεύουσι, νικῶσι δίκας.
Ἅπαντα ταῦτα τῆς νόσου. Πείθει δέ τις;
Κακόν τι λήψῃ πρόσθεν, ἢ πείσεις λέγων,

A 15 Ὡς φαρμάκων χρῄζουσι τῆς ἀῤῥωστίας.
Τίς γάρ, νομίζων μὴ νοσεῖν, ἀλλ' εὐσθενεῖν,
Ἢ φαρμακεύετ', ἢ ζητεῖ σωτηρίαν;
Τοῦτ' ἔστι τοῦ νοσοῦντος, ἀλλὰ μετρίως.
Ὅστις δὲ τὸν δίκαιον οἴεται νοσεῖν,
20 Πότ' ἂν δέξαιτο τοῦ πάθους παρήγορον;
Πλουτεῖς· βιάζῃ γειτονεῖν σοι μηδένα.
Ζητεῖς ἔχειν ἄρουραν· ἡ δὲ πλησίον
Οὐ σή· τὸ πρᾶγμα συμφορά. Χρὴ σοῦ μόνου
Τὴν ὄψιν εἶναι. Δεινὸν, εἰ τὸ σῶμά σοι
25 Κόπτοιτο. Ἥλος ὀμμάτων τὸ τοῦ πέλας.
Ὡς εἴθε καὶ γένοιτο. Ἢ γὰρ ἂν τυχὸν
Ἕστης ἀεὶ τὸ πλεῖον ἐκκαρπούμενος,

Sed neque id norunt homines ter miseri,
Ut aliquantulum saltem consulant saluti,
Doctrinam assumendo, aut consiliarium, aut recordationem Dei:
Quæ omnia sunt remedia vulneratis.
Verum sanos se esse arbitrantur. O miserabilem morbum!
Ac veluti mente capti et furiosi,
Pro mentis robore suum ducunt morbum.
Volant, arant, absque pennis et bobus.
Sublato clamore innuunt quasi ad pugnam, cum nulla phalanx prope sit.
Navigant non navigantes, præliantur absque hostibus,
Abundant opibus, regnant, causas obtinent.
Omnia hæc sunt morbi effectus. Vis suadere aliquid?
Mali quidpiam reportabis, prius quam persuadeas dicendo,
Eis opus esse remediis ad curandam ægritudinem.
Ecquis enim ratus se non ægrotare, sed valere,
Aut remedia adhibet, aut quærit salutem?
Istud est ægri, sed mediocriter.
Quisquis autem hominem justum putat ægrotare,
Ecquando eum admiserit morbi sui medicum?
Divitiis abundas; vim adhibes, ut nemo sit tibi vicinus.
Quæris agrum habere, qui proximus est,
Nec tuus: magna hæc est calamitas. Oportet tui solius
Prospectum esse. Grave est, si corpus tibi
Pulsetur. Clavus oculis tuis est tibi res proximi.
Atque utinam esset! sic enim forsan
546-547 Desisteres semper magis ac magis depascere,

tasse, aut etiam hostibus relicturi. Midæ insuper et dipsadi ob inexplebilem opum cupiditatem eos conferi, optatque ut idem ipsis usu veniat, quod iis olim, qui manna in posterum diem asservabant. Quoniam autem hoc avaritiæ suæ prætexere consueverunt, multos quoque summa virtute atque sanctitate viros opibus studuisse, distinguenda esse tempora docet. Majora enim et sublimiora a nobis requiri, quam ab iis qui legem tantum magistram habebant, ac veluti pueri lacte duntaxat utebantur: atque in hoc loco expoliendo et exornando mirificum artificem exhibet, dum in eos invehitur, qui cum omnibus vitiis deformati essent, bonorum virorum exemplis hinc inde corrogatis, obtentum aliquem et patrocinium suis criminibus quærebant. Postea eos ad beneficentiæ studium excitat, ita tamen ut de suo largiantur. Quod si hoc ab ipsis impetrari nequeat, saltem ut rapinis et latrociniis suis modum finemque constituant. Id autem quo facilius persuadeat, mortem ipsis ac divinum tribunal, et sempiternos impiorum cruciatus ad memoriam revocat. Postremo cum D. Paulo eos omnes idolorum cultores esse pronuntiat, qui totos se in divitiarum amore ac cultu defixerunt. Bill.

10 *Βοηδρομοῦσι. Vociferantes currunt.*

11 *Πλέουσιν οὐ πλέοντες.* Ita Coisl. Edit. οὐ πλέουσι.

13 *Πείθει δέ τις.* Ita Coisl. Edit. πείθει δέ τι. Billius putat legendum πείθεις.

22 *Ζητεῖς ἔχειν.* Coisl. ζητεῖς, ἔχων, *quæris agrum, cum jam habeas.* Ita legit et vertit Leuv.: *Sed ager proximus non est tuus.*

27 *Ἕστης.* Ita Coisl. Edit. ἔστιν.

METRICA VERSIO.

Istud tametsi nesciant! nam quidpiam
Cupidi salutis sumerent certe suæ;
Monitoris, inquam, verba, memoriam et Dei,
Quæ vulneratæ pharmacum menti ferunt.
Sanos et ipsi se putant. Morbum gravem!
Non aliter atque, queis furor mentem abstulit,
Magnum esse robur mentium morbum putant.
Pennis carentes bobus et, volant, arant:
Opem, propinqua cum phalanx non sit, ferunt:
Non navigantes navigant: sine hostibus
Certant, abundant, imperant, litem obtinent.
Hæc cuncta morbus efficit. Si quid mones,
Patieris aliquid ante, quam hos adduxeris,

B Ut indigere pharmacis se existiment.
Quisnam, valentem se putans, vel pharmacum
Adhibet, salutis vel gerit curam suæ?
Est istud ægri, non tamen præter modum.
Ægrum esse justum quisquis at censet virum,
Ecquando morbi sumpserit medicum hunc sui?
Es dives: ut sit nemo vicinus tibi,
Studes: agerque cum tibi sit, haud proximum
Tuum esse cladem ducis. Aspectum decet
Tuum esse tantum: corpus ac tundi tibi
Grave est: propinqui visus est clavus tuo.
Atque esset utinam! Si enim forte in dies
Vorare plura fervidus desisteres,

Digitized by Google

Ὡς φλόξ τις, ἢ χείμαρρος, ἢ λοιμοῦ νόσος,
Μέσου κρατοῦντος οὐδενός. Ὡς μοι δοκεῖς
Οὐδ' ἠντινοῦν δνησιν οὐδὲ σῶν ἔχειν,
Εἰ μή τι προσγένοιτο τῶν ποθουμένων.
Εἶθ' ἡ συνεργὸς τῆς χερὸς συκοφαντία.
Ὕβρισμ'; ἔχω χρήστην σε, πράκτορ' εὐθέως,
Στρέβλαι, τὰ δεσμά· φείδεται τοῦ σώματός
Ὁ πένης· δίδωσι πάντα, σωθῆναι θέλων.
Εὔψυχός ἐστιν, οὐχ ἑκών, ἐν οἷς ἔχει.
« Τί δ'; οὐ πολιτείας σὺ καὶ ναυαρχίας
Ὑπεύθυνος; σὺ δ' οὐχὶ τοῦ λῃστοῦ φίλος; »
Λέγει τὸν οὐκ ὄνθ', ὡς φοβήσας κερδαίνειν.
« Ὁ βοῦς δέ σοι πῶς τοῖς ἐμοῖς ἐνύβρισεν;
Ἦδ' ὕβρις, εἰπέ; Μεῖζον ἐβρυχήσατο,
Πένητος ὤν, καὶ ταῦτα ὡς μάχης ἐρῶν,
Ἢ καὶ νενίκηχ'. Ἡ δὲ τῶν δένδρων σκιὰ
Ὑπερκύπτουσα τοῖς ἐμοῖς λυμαίνεται.
Ὁ παῖς δέ σου προσῆλθε τῷ 'μῷ χωρίῳ.
Ἐπίσχες, ἢ τοῦτο δράσειν μαρτύρεται. »
Οὕτως ἀπῆλθε βοῦς, ὁ παῖς, τὸ κηπίον.
Ταῦθ' ἡ τυραννίς. Ἂν δὲ καὶ σοφὸς κακὸς
Τύχῃ τις ὤν, τὸ πλάσμα πειθανώτερον.
Ἄλλους ἀνείργει (σχῆμα προστάτου λαβών),
Ποιεῖν κακόν τι, καὶ σκέπει δουλούμενος.
Ἔπειτα θοινᾶθ', ὡς λέων ζώου τινὸς
Θῆρας διώξας, οὐ φιλανθρωπεύεται,
Ἀλλ' αὐτὸς αὑτῷ θήραν ὡς βᾴστην ἔχει.
Τί κάμνεθ'; ἁπλοῦν ἐστιν, ἀρκεῖσθ' οἷς ἔχεις.
Τῆς δ' οὐ μετρητῆς κτήσεως μέγας πόνος.
Μάχαι, δίκαι, σοφίσματ', αἱ ψευδορκίαι

A

Velut flamma quædam, aut torrens, aut pestis morbus,
Nullo obsistente medio. Sic mihi videris
Nequidem utilitatis quidpiam ex opibus tuis capere,
Nisi quid accedat ex iis quæ cupis.
Deinde adjutrix manus est calumnia.
Damni aliquid accepi? ades creditor, mox exactor,
Tormenta, vincla; parcit corpori suo
Pauper: dat omnia, salvus evadere volens.
Liberalis est, quamvis nolens, in iis quæ possidet.
« Quid autem? non tibi administratæ reipublicæ, aut navalis imperii
Reddenda est ratio? non tu hujus prædonis es amicus? »
Nomenque fingit ejus, qui nusquam est, ut metum injiciens lucrum faciat.
« Cur bos tuus meos boves læsit?
Quænam illa læsio, dicito? — Majorem edidit mugitum,
Cum sit bos pauperis, idque quasi pugnam expetens,
Aut etiam vicit. Arborum tuarum umbra
Prominens arboribus meis nocet.
Puer tuus venit in prædium meum.
Cedito; aut id facere voluisse testimoniis comprobatur. »
Sic amittitur puer, bos, hortulus.
Hæc ipsa tyrannis est. Sin autem improbus homo
Versutus sit, figmentum adhibet callidius.
Alios vetat (defensoris personam assumens),
Facere mali quidpiam, ac dum defendit, in servitutem redigit.
Deinde devorat ut leo, qui cum a bestia quadam
Alias feras propulsat, non benignitate id præstat,
Sed ipse sibi, ut paratam facile prædam habeat.
Quid defatigatur homo? Unum quid simplex est, iis esse contentum quæ habes,
Verum in acquirendo modum nescire magnus est labor:
Dissidia, lites, fallaciæ, perjuria;

33 Ἔχω χρήστην. *Habeo te creditorem.* Mox πράκτορ', *exactorem.* Coisl. πράκτωρ.
37 Οὐ. Coisl. οὐχί. quod metro nocet.
38 *Οὐχί.* Ita Coisl., et postulat metrum. Edit. οὐ.
39 Λέγει τὸν οὐκ ὄνθ'. *Eum appellat qui non est.* Combefisius mallet λέγεις. Mox, ὡς φοβήσας κερδαίνειν. Coisl. κερδαίνει, *sic metum injiciens lucrum facit.*
46 Ἐπίσχες. *Exspecta.* Billius minus bene: *Hic cedis: acres aut statim jactat minas.*
51 Σκέπει. Coisl. σκέπῃ.
56 Μέγας πόνος. Coisl. καὶ τίς πόνος! *Quantus labor, quot dissidia,* etc.

METRICA VERSIO.

Ut flamma, torrens ut rapax, pestis velut,
Retinente nullo prorsus. Ac nullum ex tuis
Opibus videris consequi fructum mihi,
Accedat horum, quæ cupis, nisi quidpiam.
Post manui opem fert sedulam calumnia,
Si lædor, es tu creditor: mox carnifex,
Tormenta, vincla, corpori parcit suo
Pauper: salutis cuncta dat causa: bonis
Est liberalis in suis, sponte haud licet.
« Quid? functionis publicæ non est reus,
Navarchiæque? non faves prædonibus? »
Nomenque fingit, ut metu injecto lucrum
Captet. « Quid? annon bos tuus læsit meos? —
Qui, quæso, læsit? — Altius, cum pauperis
Bos hominis esset, mugiit, pugnam expetens,

B

Aut vicit etiam. Præter hoc umbra arborum
Nostris tuarum prominens noxam parit;
Tuusque venit prædium in nostrum puer. »
Hic cedis: acres aut statim jactat minas.
Sic bos puerque perditur, sic hortulus.
Hæc vis aperta. Si malus sit callidus,
Fabella tunc hæc luditur speciosius.
Specie patroni vindicat ab injuria
Miserum: sibique subjicit, dum protegit:
Voratque post hunc, ut leo, qui a bestia
Feras cruentas submovet, non ducitur
Benignitate, sed parat prædam sibi.
Quid te fatigas? vivere contentum suo
Est facile: at ingens, non modum nosse, est labor,
Dissidia, lites, cum dolis perjuria.

Digitized by Google

Εἰ μηδὲν ἄλλο, φροντίδες, ὥσπερ ζόφοι,
Τούτοις ἀεί τι προσφέρουσ' ἀλλότριον.
Οὐδ', εἰ τραπέζης ἀξίωμ' ἔχων ἴσον,
Ἄπληστος ἦσθα, καὶ βαρὺς τοῖς συμπόταις,
Πάντων ἀμέτρως χερσὶν ἐμφορούμενος,
Ἐπῄνεσάν σε; Μή τι δὴ τῆς κτήσεως;
Ὦ; τό γ' ἄπληστον πανταχοῦ βδελυκτέον.
Σοὶ δ' οὐχὶ φαίνετ' ἐγκεχωσμένῳ φρένας.
Τὸ μὲν γὰρ ἔστι, τοῦ δ' ἐρᾷς, τὸ δ' ἥλπισας·
Τοῦ δ' εἰσὶν οἱ προμνήστορες καὶ μαστροποὶ,
Ὡς εἰσιν ἄλλοι τῆς νόσου τῶν σωμάτων.
Σέβεις δὲ χρυσόν. Ἡ δὲ σητῶν βρώματα
Ἐσθὴς τέθαπται. Τῶν δὲ σιτώνων ἀεὶ
Πλήρης. Καπηλεύεις δὲ τὰς ἀκαιρίας.
Οἱ μὲν στένουσι, τοὺς δ' ἔχουσιν ἐλπίδες.
Κοῦφον γάρ ἐστιν ἐλπὶς ἡμέρας ὄναρ.
Τοὺς μὲν σφραγίζεις, τοὺς δ' ἀνοίγεις εὐστόχως·
Ὅπως δ' ἂν, οἶμαι, καὶ τὰ τοῦ καιροῦ ῥέῃ.
Φεῦ, φεῦ, πενήτων συλλέγεις τὰς συμφοράς,
Ἀλλοτρίαν κάκωσιν ἐκκαρπούμενος,
Ἄλλην ἄρουραν τὸ στενὸν ποιούμενος!
Τίς ταῦτα; κάκ τίνων σύ; καὶ θαρρῶν πόθεν;
Ὃν ἡ παροῦσα νὺξ ἴσως ἕξει νεκρὸν,
Μέσων ἀναρπάξασα τῶν ποθουμένων.
Ὦ; ἔστι δεινὸν, καὶ τὰ πάντα πλουσίως
Ἄλλων διδόντων, σώματ', οὐσίας, Θεῷ

Et si nihil aliud, sollicitudines, velut nebulæ,
His hominibus semper proponunt res alienas.
Et quidem, si parem mensæ dignitatem obtinens,
Insatiabilis esses et molestus convivis,
Quælibet immodice manibus ingerens,
Num laudarent te? Nunquid et in parandis opibus?
Inexplebilis enim cupiditas ubique abominanda.
548-549 Tibi autem non ita videtur, cujus mens est obruta.
Hoc quidem jam possides, istud cupis, aliud speras,
Ad aliud occupandum tibi præsto sunt conciliatores et lenones,
Quemadmodum alii sunt libidinis corporum ministri.
Aurum colis. Tinearum esca
Vestes reconditæ sunt. Granaria semper
Plena tritico. Abuteris in quæstum tuum difficilibus temporibus.
Alii gemunt, alii sperant (penuria se levandos):
Spes enim est leve diei somnium.
Horrea partim obsignas, partim recondis solerti consilio,
Habita, ut opinor, ratione temporis.
Heu! heu! pauperum colligis calamitates,
Ex aliorum miseriis fructum percipiens,
Et ex angustia alium tibi efformans agrum!
Quis ista? Quibus ex causis? Unde tantum habes fiduciæ?
Tu quem præsens nox forsan habitura est mortuum,
E mediis avellens te opibus concupitis.
Quam grave est, quod cum omnia large
Cæteri dent, corpora, facultates, Deo

59 Ἀλλότριον. *Res alienas proponunt*, scilicet *ut accendant cupiditatem.*

61 Ἄπληστος. Ita Coisl. Edit. ἄπλητος.

62 Ἐμφορούμενος. Combef. ita versum hunc exponit: *Cui præ nimia voracitate omnium vix sufficerent manus, qua lege in conviviis solent, ut cuique aptum videtur, a convivatore, seu alio, de hujus nutu, dapes apponi.*

63 Μή τι δὴ τῆς κτήσεως. Ita reddit Billius: *In opibus multo minus.*

70 Τῶν δὲ σιτώνων. Ad verbum, *plenus semper granariis*, qui multa habet horrea tritico plena: unde sequitur, *alia obsignas, alia recludis, habita ratione temporis, ut carius vendas.* Σιτώνων, a voce σιτὼν, σιτῶνος, *ager frumentarius*, sive etiam *horreum tritico plenum*, non a σιτώνης, *frumenti emptor*, ut non recte Billius existimavit.

72 Οἱ μὲν στένουσι. *Alii gemunt*, pauperes nimirum fame laborantes. Ibid. Τοὺς δ'. Ita Coisl. Edit. τοῖς δ'. *Alii sperant, inde penuria se levandos.*

73 Κοῦφον. *Spes leve diei somnium:* quandoquidem per divitum usuras gravius semper premuntur.

80 Ὃν ἡ. Ita Luc. XII, 20.

METRICA VERSIO.

Utque alia non sint, at nigræ curæ tamen
Aliena semper his solent proponere.
At dignitatem si parem mensæ obtinens,
Immodicus esses, et gravis sodalibus,
Cunctis gulose farciens ventrem cibis,
Non te probarint: in opibus multo minus.
Odiosa ubique res enim nimia est fames.
At non videtur obruta mente hoc tibi?
Quiddam tenes jam, quiddam aves, quiddam levi
Spe fingis; aliud turba lenonum tibi
Captant, ut alii feminam ad stuprum solent.
Veneraris aurum. Conditas vestes habes
Tineis edendas. Tritici emptor plurimus

B Te circum. At ipse vertis in quæstum famem.
Quidam ingemiscunt: spes tenet contra alteros.
Spes nam diurnum somnium est perquam leve.
Partim recludis horrea, et partim obstruis,
Annonæ ut esse plurimum aut paulum vides.
Proh, proh! egentum demetis casus graves,
Aliena quæstus in tuos vertens mala,
Agrumque faciens asperam novum famem!
Quis tu ista, causis et quibus fidens, facis,
Habitura quem nox forsan est hæc mortuum,
A concupitis illico avulsum bonis?
Indigna res est, cuncta cum donent Deo
Alii libenter, corpora, et totas opes,

Digitized by Google

Παρ' οὗ τὰ πάντα, σὲ ζητεῖν ἔχειν δέον.
Ὡς ἂν λάβῃς τί; δεινὰ θησαυρίσματα,
Ὄγκων τραπέζης, καὶ στενοῦ λαιμοῦ χάριν,
Εἰς ὃν τὰ πάντα συντρέχει φροντίσματα,
Οἴδημα γαστρὸς, τὴν κόρου τ' ἀῤῥωστίαν
(Οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ τόκοι τῆς πλησμονῆς),
Οἴκους περιττοὺς, καὶ κενοὺς τῷ πλείονι,
Χρυσωρόφους τε, πλαξί τε στιλβομένους,
Παῖδας γυναικῶν εἴδεσι κοσμουμένους,
Σκιάσματα, ψυκτῆρας, ἐκμεθύσματα,
Συνῳδίας τε καὶ κρότους ὁμορρόθους,
Ὑφ' ὧν τὸ κάλλος φθείρεται τῆς εἰκόνος,
Λαμπρὸν φυσᾶσθαι καὶ μέγιστον ἐν πόλει
Ὑψαυχενοῦντα, καὶ θρόνων αὐχεῖν κράτος,

A Θρόνους, φθόνου πάλαισμα καὶ τυραννίδος.
Ἄλλος γὰρ ἄλλον οὐκ ἐᾷ φρονεῖν μέγα,
Ὑπερφέρων τε καὶ πλέον γαυρούμενος,
Ὥσπερ δράκοντος ἐπιῤῥέουσαι φωλίδες.
Εἶεν· τί λοιπὸν ἔστι σοι τῶν τιμίων,
Θρύψις γυναικῶν ἐν λίθοις καὶ χρυσίῳ,
Διαπλόκοις τε καὶ πλοκῆς ἀλλοτρίοις;
Δεσμοί τε χειρῶν καὶ ποδῶν, τερπνὸν βάρος,
Ἐξ ὧν τὸ κάλλος οὐ καλῶς σπουδάζεται,
Πολλοῖς ἀρέσκειν ἀῤῥένων ἀσκούμενον;
Τί δ' ἄλλο; παῖδας εὐπόρους λιπεῖν ἴσως,
Καὶ τῆς πατρῴας ὄβριως ἐπιστάτας;
Ἦν ἂν τι τούτων, εἰ συνήντων ἐλπίδες.
Νῦν δ' οὐδὲ χοῦν τις οἶδεν, οἵ λυθήσεται,

A quo omnia (profecta sunt), tu parandis opibus studeas?
Ut quid consequaris? malos thesauros,
Onus mensæ, et angusti gutturis gaudium,
In quod omnes concurrunt sollicitudines,
Ventris tumorem, et satietatis languorem
(Hi namque sunt fetus repletionis),
Domos superfluas, et vacuas magna ex parte,
Aureo tecto et tabulis micantes,
Pueros femineis vultibus ornatos,
Umbracula, vasa refrigeratoria, temulentas compotationes,
Concentus et plausus consonos,
Quibus corrumpitur pulchritudo divinæ imaginis;
Splendidum quid et maximum spirare in urbe,
Cervicem tollendo, et thronorum jactare potestatem,
Thronos, qui luctæ causa sunt, livoris et tyrannidis.
Alius enim alium non patitur se efferre magnifice,
Dum ipse se effert, et magis superbit,
Quemadmodum draconis squamæ aliæ super alias incumbunt.
Sit ita: quid præterea tibi est in pretio?
550-551 Deliciæ mulierum in auro et gemmis
Vel simul connexis, vel non consertis?
Catenæ manuum et pedum, gratum pondus,
Quibus pulchritudo non pulchre excolitur,
Pluribus placere viris gestiens?
Quid adhuc? an forte liberos divites relinquere,
Et paterni dedecoris præsides?
Essent hæc aliquid, si responderent spes.
Nunc autem, nequidem novit quis terram, ubi dissolvetur,

84 *Ἔχειν δέον.* Pro δέον legit Bill. πλέον, ut sit sensus, *rem sane indignam et gravem esse, cum alii omnes etiam facultates suas Deo dono dent, avarus tamen a pia hac largitione tantum abesse, ut etiam plura quam habeat, habere studeat.*
85 *Δεινὰ θησαυρίσματα.* Leuv. *miros thesauros.*
86 *Ὄγκων τραπέζης. Onustas dapibus mensas.*
87 *Φροντίσματα.* Vat. in marg. φορτίσματα.
93 *Ψυκτῆρας. Vasa potoria majora* interpretatur auctor Thesauri: præterea intelligi possunt *loca condensa et opaca.*
96 *Ἐν πόλει.* Ita Coisl. Male edit. ἐκ.
99 *Φρονεῖν.* Coisl. φθονεῖν.
101 *Φωλίδες.* Coisl. φολίδες.
111 *Χοῦν*, etc. *Nequidem novit quis locum ubi corpus suum dissolvendum sit, ubi moriturus sit.*

METRICA VERSIO.

Tu plura contra pectore insano expetas.
Ut consequaris ipse thesauros malos,
Mensas onustas, gaudium arcti gutturis
Breve, in quod omnes confluunt curæ simul,
Ventris rumorem noxium, et vomitum gravem
(Hos nam saturitas corporis fetus habet),
Domos superbas, parte vacuas maxima,
Tecto micantes aureo, et tabulis item,
Comptosque pueros feminæ prorsus modo,
Umbrosa densi nemoris, et nimium meri,
Cantusque lætos consonis cum plausibus,
Imago dia queis decus perdit suum;
Spirare in urbe maximum quiddam, et caput
Efferre, primos ob thronos se attollere,

B Thronos quibuscum livor et vis dimicant.
Namque alter alte surgere haud sinit alterum,
Dum se ipse in altum tollit, et tumet magis,
Squamæ ut draconis mutuo in sese influunt.
Quid rursum apud te maximo in pretio viget?
An feminarum luxus in pellucidis
Gemmis, et auro, sive nexis, sive non?
Manuum pedumque vincla, onus gratissimum,
Per quæ venustas quæritur pulchro haud modo,
Multis placere masculis prave studens?
An forte gnatos divites relinquere,
Opumque, luxus et paterni præsides?
Horum esset aliquid, vota si succederent.
At nunc nec ulli mortis est notus locus,

Digitized by Google

Οὐθ' οἳ προβήσεθ' ἡ βλάβη τῆς κτήσεως.
Σὺ μὲν πονεῖς τε μακρὰ, κἀγρυπνεῖς ἴσως,
Νύκτας συνάπτων ἡμέραις ἐν φροντίσιν,
Ὡς πλεῖον εἶναι τὸ στενὸν τῆς τέρψεως·
Τοκογλυφεῖς τε καὶ τρέφεις τόκοις τόκους,
Ἐν δακτύλοις τε τοὺς τόκους ἀεὶ φέρεις.
Τάδ' οὔτε σοὶ φυλάσσετ', οὔθ' οἷς ἤλπισας·
Ἀλλ' ἔστιν, ὧν πέρ ἐστι, καὶ ξένων τυχόν.
Ἀσπαστὸν ἦν ἄν· νῦν δ' ἴσως καὶ δυσμενῶν,
Οἵ σου κατηγοροῦσι καὶ τῶν σῶν καλῶν,
Οὓς οὔποτ' ἠξίωσας οὐδὲ κλάσματος.
Τούτων τυχόν τις τῶν κακῶς πεπονθότων,
Ὃς ἤρδεν ἁλμυρῷ σε τῷ ποτίσματι,
Οἰκόν τε τὸν σὸν, ἐν γόοις καὶ δάκρυσιν,

A Οὗτος τραφήσετ' ἐν πόνοις ἀλλοτρίοις,
Ἀλεκτρυὼν παχύς τε καὶ βλέπων ἄνω,
Πόλλ' οὐκ ἐπαινῶν τῶν γε νῦν τυπουμένων·
Ὃς οὐδὲ ἄρτον, εἰ τύχοι, διακλάσει
Τῷ κληρονόμῳ σου τῶν κενῶν φαντασμάτων.
Πρὸς ταῦτα, εἴ τι περινοεῖς, προσλάμβανε.
Στρέβλου, βιάζου, μηδὲν ἐλλείπῃς κακὸν,
Γῆς καὶ θαλάσσης ἐξερευνάσθω βάθη.
Ξέειν', ὃ δὴ λέγουσι, καὶ νεκρῶν τρίχας,
Θύειν σαγήνῃ, προσκυνεῖν τὴν δεξιὰν,
Ἢ σοι τοσοῦτον χρυσίον συνήγαγεν.
Ἅπαντα ποιοῦ τοῦ λαβεῖν κατώτερα,
Ἐχθροὺς, φίλους τε, συγγενεῖς, εὐεργέτας.
Οὐδὲν διοίσει ταῦτα τῇ ἀμπώτιδι,

Nec quorsum evenient injustæ facultates.
Tu quidem laboras plurimum, et vigilas forsitan,
Nocles conjungens diebus in sollicitudinibus,
Sic ut majus sit tædium quam voluptas;
Et feneraris, et alis usuras usuris:
In digitis fenus (quo res tua crescit) semper gestas.
Hæc autem nec tibi servantur, nec quibus sperabas:
Verum erunt, quibus erunt, et forte extraneis.
Quod quidem et gratum esset; nam ad ipsos forte pervenient hostes,
Qui te reprehendunt et tuas opes,
Quos nunquam dignatus es panis frustulo.
Horum forte aliquis, qui a te male habiti sunt,
Qui irrigabat salso te poculo,
Et domum tuam, in fletibus et lacrymis,
Hic vescetur bonis alieno labore partis,
Gallusque pinguis et spectans sursum,
Plurima non probans, quæ nunc designas;
Qui forte ne quidem frustum panis franget.
Ei quem fingis hæredem inanibus consiliis.
Ad hæc, si quid cogitas, acquire.
Torquere, vim adhibe, nihil intactum relinque mali,
Terræ et maris perscrutare profunditates.
Rade, ut aiunt, et mortuorum capillos,
Fac reti sacrificium, adora dexteram,
Quæ tibi tantam auri copiam comparavit.
Omnia habendi desiderio postponas,
Inimicos, amicos, cognatos, bene meritos.
Nihil hæc differunt ab Euripo,

112 *Τῆς κτήσεως.* Ita Coisl. In edit. deest τῆς.
117 *Τόκους.* Coisl. πόρους.
119 *Ἀλλ' ἔστιν ὧν πέρ ἐστι.* Ita Coisl. Billius ex conjectura emendaverat.
120 *Ἀσπαστὸν ἦν ἄν. Idque optandum esset; nunc autem forte ad ipsos hostes.*
127 *Παχὺς τε.* Coisl. πλατύς τε.
128 *Τυπουμένων. Quæ nunc designas*, vel *statuis, præcipis*, Bill.: *Quæ nunc sculpis.* Leuv.: *Quæ nunc sculpuntur.*
130 *Τῶν κενῶν φαντασμάτων. Quem vana spe ductus, habiturum se hæredem sperabat dives, inanium duntaxat imaginationum hæredem vocat Gregorius.*
131 *Προσλάμβανε. Insuper adjunge.*
135 *Προσκυνεῖν.* Coisl. προσκυνεῖ. Vide supra, carm. VIII, *De comparatione vitarum*, vers. 66.
139 *Διοίσει.* Ita Coisl. Edit. διοίσοι. Mox, *τῇ ἀμπώτιδι, ab æstu maris reciproco.*

METRICA VERSIO.

Nec quonam ituræ sint opes tandem improbæ.
Longos labores tu quidem forsan capis,
Vigilasque curis anxius noctu et diu,
Sic ut voluptas sit minor, quam tædia.
Tu feneraris, fenera usuris alis,
Digitisque semper fenerum summam geris:
At ista servas, nec tibi, nec queis putas:
Verum quibusnam? forsitanne extraneis?
Bene res haberet; gravibus at forte hostibus,
Qui teque carpunt, et tuum luxum simul,
Dignatus es quos frustulo nunquam unico.
Horum aliquis, abs te læsus sæpius,
Salso irrigabat poculo qui te, ac tuam
Domum, calentes fletuum effundens globos,

B Sudore partis vivet alieno bonis:
Pinguisque gallus, et caput sursum ferens,
Permulta quæ nunc sculpis, haudquaquam probans:
Qui forte panis ne quidem huic frustum dabit,
Quem mente vana fingis hæredem tibi.
Ad ista, si quid cogitas, junge insuper.
Torquere, vim adhibe, nil mali intactum sine:
Terræ profundos excute ac maris sinus.
Vel mortuorum deseca, ut dicunt, comas:
Reti sacrum fac, dextram adora, quæ tibi
Tantum auri, opumque copiam tantam attulit.
Postpone lucris omnia, propinquos tuos,
Hostes, amicos, deque te meritos bene.
Omnino nihil hæc different ab Euripis,

Digitized by Google

140 Ἢ καὶ Χαρύβδει τῇ ῥοφούσῃ τοὺς στόλους.
Μικρόν τι καὶ ὁ πλοῦτος ἐκβλυσθήσεται,
Ὥσπερ κόρου τις φόρτος εἰς ἄνω ῥυείς.
Μικρὸν μενῶ τι, καὶ προσέρχεθ' ἡ δίκη,
Κρεῖσσον μὲν, εἰ νῦν· εἰ δὲ μή γ', εἰς ὕστερον.
145 Καλῶς πένεσθαι κρεῖσσον, ἢ πλουτεῖν κακῶς,
Ταπεινὸν εἶναι μᾶλλον, ἢ φυσώμενον,
Εὐεξίαν δοκοῦντα τὴν ἀῤῥωστίαν.
Ἢ πάντ' ἔδει σοι χρυσὸν, ὡς Μίδᾳ ποτὲ
Φασὶ, γενέσθαι, ὡς τὰ Μίδου καὶ πάθοις,
150 Ἔχων δίκαιον λιμὸν ἐξ εὐχῆς κακῆς.
Διψάς τίς ἐστι τῶν ἐχιδναίων γενῶν,
Τούτων, ὅσ' ἡ ἔρημος Αἰγύπτου φέρει.
Ταύτης τὸ τύμμα οἷον, ἡ κλῆσις λέγει.
A Τὸ θηρίον γὰρ τοῦ πάθους ἐπώνυμον.
155 Πίνων διόλλυθ', ὃς τὸν ἰὸν ἔσπασεν·
Εὑρών τι ῥεῖθρον, χανδὸν ἐμπεσὼν ὅλος,
Ἕως τὸν εἴσω φόρτον ἐκρήξῃ πότῳ.
Ὁμοῦ δὲ τὸ ζῆν καὶ τὸ δίψος ἐσχέθη.
Οὐκ οἶσθα τοῦτο, φίλτατ', οὐδ' ἀκήκοας,
160 Ὡς ἄρτον ὗσεν οὐρανὸς λαῷ ποτε,
Περῶντι τὴν ἔρημον εἰκὸς ἄτροφον,
Δῶρον δαψιλὲς, ὡς Θεοῦ, καὶ ἄφθονον;
Ἀλλ' οὖν ἔκειτο τοῖς ἀμέτροις καὶ δίκη.
Ἔπωζεν εὐθὺς τὸ πλέον· μέτρον γὰρ ἦν
165 Ἡ χρεία τοῦ δωρήματος. Τοῦτ' οὖν ἀεὶ
Πάσχειν ἕκαστον τῶν ἀδίκων ἔνδικον,
Ψοφεῖν ποθοῦντας, ἢ συνόζειν οἷς κακῶς

140 Aut a Charybdi, quæ absorbet classes.
552-553 Brevi futurum est ut opes istas evomas,
Ac veluti quoddam satietatis onus sursum fluitans.
Paululum exspectabo, et adveniet vindex justitia,
Utilius quidem, si in hac vita; sin autem, in altera.
145 Honeste pauperem esse præstat, quam male divitiis abundare.
Humilem esse melius est, quam superbia inflatum,
Qui pro integra valetudine ducit morbum.
Oportebat sane omnia tibi aurum fieri, quod Midæ olim
Contigisse ferunt, ut eadem ac Midas, perpetiaris,
150 Æqua laborans fame ob improbum votum.
Dipsas est quoddam viperarum genus,
Ex his, quas fert solitudo Ægypti.
Hujus ictus qualis sit, nomen declarat.
Animal enim ex morbo, quem parit, nomen consecutum est.
155 Bibendo perit, quisquis hujus venenum hausit;
Si reperit fluentum, inhiando prosilit totus,
Quousque internum pondus potu disrumpat.
Ita simul cum vita sitis exstinguitur.
Non nosti hoc, amicissime, nec audisti aliquando,
160 Ut panem pluit cœlum populo olim
Iter facienti per desertum, ut par est, cibis carens,
Largum munus, utpote Dei, et sine invidia?
Verumtamen tunc proposita erat avidioribus pœna,
Fetebat illico, quod nimium erat; modus enim
165 Muneris erat necessitas. Hoc itaque semper
Contingere cuilibet injusto æquum esset,
Ut vel creparent desiderantes, vel simul feterent cum iis quæ male

141 *Ἐκβλυσθήσεται.* Ita Coisl. Alludit ad istud Job xx, 15: *Divitias, quas devoravit, evomet;* et Prov. xxiii, 8, *Cibos, quos comederas, evomes.* Edit. ἐκβληθήσεται.

144 *Εἰ νῦν. Si nunc, sin minus in posterum.*

145 *Καλῶς πένεσθαι.* Ita fere infra carm. xxxiii, v. 145.

154 *Ἐπώνυμον. Ejusdem nominis ac morbus.*

157 *Ἐκρήξῃ.* Ita Coisl. Edit. ἐκρήξει.

162 *Δῶρον.* Deest hic versus in Coisl., nec interpretatus est Billius. — Supplevimus, et Italicis distinximus. (Caillau.)

167 *Ψοφεῖν ποθοῦντας.* Vel. *desideriis strepererent.* Ibid. Συνόζειν. Ita Coisl. Edit. συνόξειν.

METRICA VERSIO.

Aut a Charybde rabida, quæ classes vorat.
Brevi futurum est ut vomas istas opes,
Immodica ventris sarcina ut solet vomi.
Ventura vindex criminum vis est brevi,
Aut hic, quod esset melius, aut in posterum.
Pauperiem honestam malo quam pravas opes,
Atque humilis esse, quam tumens fastu gravi,
Pro sanitate deputans morbum integra.
Ut Midæ, in aurum sic tibi verti omnia
Sane decebat: par tibi pœna ut foret,
Justam obtinenti non probo ex voto famem.
Est viperarum quodpiam dipsas genus,
Quas solitudo Pharia complures alit.
Ac vulnus ejus quale sit, nomen docet.
B Huic namque morbus, quem parit, nomen dedit.
Perit bibendo, quisquis hac ictus fuit,
Aquis repertis, totus in eas ruens,
Quousque nimio turgidus potu crepet.
Vita cadente sæva sic cadit sitis.
Nunquamne ad aures venit hoc, quæso, tuas,
Fusum esse quondam cœlitus panem agmini,
Deserta quod per sicca carpebat viam,
Largum a Deo, carens et invidia datum?
At constituta pœna erat cupidis nimis;
Quod plus, olebat illico. Nam muneris
Modus necessitas erat. Id ergo pati
Homines iniquos scilicet justum foret,
Ut vel creparent, opibus aut cum pessime

Digitized by Google

Ἔχουσιν. Οὕτως ἂν μόνως ἦσαν σχετοί.
Τί δ' οὐ τὸ σῶμα τοῖς θέλουσιν ἐνδίδως;
Τί δ' οὐχὶ καὶ λῄσταρχον ἀσπάζῃ βίον,
Τοιχωρυχεῖς τε καὶ διοχλίζεις τάφους,
Εἴ σοι τὸ πλουτεῖν καὶ μόνον σπουδάζεται,
Τοῦ πῶς δ', ὅθεν τε, μηδὲ εἷς ὅλως λόγος;
Κάλλους μὲν εἶναι μέτρον, εἶναι δ' ὄψεως,
Δρόμου, σθένους τε καὶ μελῶν, καὶ ἁλμάτων,
Λόγων τε, μόχθων τ'· ἔργον οὐχ ἁρπάγματος·
Κτήσει δὲ μηδὲν μέτρον· ἀλλ' ἔχειν ξένον
Τὰ τοῦ καμόντος καὶ καλῶς κεκτημένου,
Ἢ καὶ πατρῷον κλῆρον εὖ δεδεγμένου·
Καὶ τοῦτ' ἐς μικρὰν ἔστιν οἷς βίου πνοήν,
Τὸν οὐδ' ἔχοντα γνῶσιν ὧν κέκτητ' ἴσως.
Μὴ σοὶ μόνῳ δοθήσετ' ἡ οἰκουμένη;
Κἂν ταῦτα δῶμεν, οὕτι καὶ λειφθήσεται;
Τί οὖν δράσεις; σὺ σπουδάσεις καὶ ταῦτ' ἔχειν;
Ἀεὶ μογήσεις, τῷ λείποντι γὰρ πένης.
Ἀλλὰ σχεθήσῃ; τοῦτο καὶ νῦν δοξάτω.
Τῶν σῶν ἔχεις ὄνησιν· εἰ δ' ἄμετρος εἶ,
Ἰὸν τόδ' ἴσθι προστιθεὶς οἷς νῦν ἔχεις,
Καὶ φλὸξ ἀκάνθαις, ὃ προσέρχεται κακῶς,
Οἷς δ' ἂν προσέλθῃ, ταῦτα καὶ συνόλλυται.
Ὡς οὐ μαραίνει δίψαν ἐξ ἅλμης ποτόν,

Possident. Sic duntaxat possent compesci.
Quidni autem corpus tuum cuivis permittis?
Quidni et latronum amplecteris vivendi genus?
Quidni muros effodis, et tumulos diripis,
Si tu in id unum, ut dives fias, incumbis,
Quibus modis, et unde acquiras opes, nihil curans?
Pulchritudini statuitur modus, et visui,
Et cursibus, et robori, et cantilenis, et choreis,
Et sermonibus, et laboribus; non violentia opus est.
Divitiarum autem nullus est modus: verum habet extraneus
Facultates ejus qui desudavit, et honeste eas comparavit,
554-555 Aut etiam paternam hæreditatem, quam legitime accepit;
Atque his fruitur ad exiguum vitæ tempus,
Qui nequidem forsan novit bona quæ possidet.
Nunquid tibi unus dabitur orbis?
Sed ut illum demus, annon aliquid relinquetur?
Quid igitur facies? tunc satages illud etiam acquirere?
Semper laborabis, ob id quod restat, pauper.
An tandem tibi modum statues? quin id jam nunc tibi faciendum decernito?
Facultatum tuarum habes fruitionem; si autem insatiabilis es,
Venenum scito te addere iis quæ possides,
Et instar flammæ spinas corripientis est quidquid accedit injuste,
Et quibus admovetur, hæc simul absumuntur.
Quemadmodum non exstinguit sitim salsa potio,

169 *Οὐ τὸ σῶμα*, etc. Billius hæc per aculeatam ironiam dicta a Gregorio observat.

170 *Οὐχὶ καὶ λῄσταρχον*. Hunc versum Billius non reddidit, nec Leuv. — Supplevimus, et Italicis distinximus. (Caillau.)

173 *Ὅλως λόγος*. Coisl. ὅλος, *nulla ratione habita*.

176 *Μόχθων τ'*. Ita Coisl., quæ vox interpretatione separatur ab his quæ sequuntur, *ἔργον οὐχ ἁρπάγματος, non opus est violentia*; id est, *id fit sponte, absque ulla vi*; siquidem *defatigatio efficit, ut his rebus modum imponamus*. Edit. μόχθον. — Unde contra sensum simul et contra metrum verterat Billius: *Verbisque, labor est quidem, non vis rapax*. Correctum quoad utrumque versum Italicis distinximus. (Caillau.)

180 *Τοῦτ' ἐς μικράν*. Ita Vat. Edit. τοῦτο μικράν. — Sic Benedictini, qui, ut sensui faveant, metro prorsus nocent, ut cuilibet manifestum est. (Caillau.)

183 *Κἂν ταῦτα δῶμεν*. Superiori versu οἰκουμένη non in genere pro toto terrarum orbe accipienda est (alioqui nihil acquirendum superesset), sed duntaxat pro iis terræ partibus quæ ab hominibus incoluntur. Bill.

184 *Τί οὖν δράσεις*. Ita Coisl. Edit. τί γοῦν, etc. — Sic correxerunt Benedictini, licet editorum lectio metro magis faveat. (Caillau.)

185 *Τῷ λείποντι* Ita fere supra carm. VIII, vers. 83.

189 *Ἀκάνθαις, ὃ*. Ita Coisl. Edit. ἀπάνθ', mendose: quod mendum corrigere tentavit Billius, sed frustra: nisi quod observat recte, divitias iniquis artibus comparatas, instar flammæ corripientis et absumentis quidquid admovetur, etiam honestis rationibus quæsitis opibus perniciem afferre.

190 *Προσέλθῃ*. Coisl. et Vat. συνέλθοι.

191 *Ἐξ ἅλμης*. *Haustus e mari potus*.

METRICA VERSIO.

Partis olerent. Unum id illos sisteret.
Quin ipse corpus objicis cuivis tuum?
Quin et latronum deligis vitæ genus?
Sepulcra quin tu diripis, tecta effodis?
Opibus struendis siquidem omnino studes,
Nec unde curans, nec quibus prorsus modis.
Figere decori, visui, atque robori
Modum, choreis, cantilenis, cursibus,
Verbis, labori; non opus violentia.
At non modus opum est ullus, his sed exterus
Fruitur, labore parta quæ alius maximo
Tenebat, aut quæ liquerat moriens pater.

B His fruitur, inquam, pauculos sæpe ad dies,
Qui forte nec quæ possidet novit bona.
Orbisne dabitur totus hic soli tibi?
Ut demus ipsum, nonnihil restat tamen.
Quid ergo facies? addere hæc satages quoque,
Semper laborans, pauper ob restantia?
Cohibebis at te? quin idem nunc jam placet?
Fructus tuorum te juvat. Nescis modum?
Opibus venenum, quas habes, addis miser,
Instarque flammæ est quidquid injuste advenit.
Quodcunque tangit, id statim simul interit.
Ut unda salsa fervidam haud fugat sitim,

Digitized by Google

Οὐδ' ὄψις ἐμμένουσα τῷ ποθουμένῳ
Τὸ φίλτρον, ἀλλὰ διπλασίως ἐξάπτεται·
Οὕτω τὸ ληφθὲν τοῖς ἁπλήστοις φάρμακον,
Ἀεὶ καθίστατ' εἰς ὄρεξιν πλειόνων.
Γνώμην ἔδωκ' ἂν τοῖς ἀπραγμονεστέροις,
Ἢ τοῖς πένησι, συμφέρειν τι τοῖς κακοῖς,
Ὡς θηρσὶ βρῶσιν, ἢ χοὰς τοῖς δαίμοσιν,
Ἃς προσφέρουσιν οἵ γε δεισιδαίμονες,
Εἰ, τοῦτ' ἐχόντων, ἠρεμεῖν ἐμέλλομεν.
Ὧδ' ἄν τι καὶ πένητας οἷόν τ' ἦν ἔχειν,
Ἀεὶ τρέμοντας τῶν κακῶν καὶ τὰς σκιάς.
Νῦν δ' οἶδα πάντων φάρμακον, πλὴν τῶν κακῶν·
Λιμοῦ δίαιτα, πλησμονῆς τὸ ἐνδεὲς,
Ὕδρωπος ἡ κένωσις, ὀφθαλμοῦ σκότος,
Πένθους λογισμὸς ἢ φίλος, λύπης χρόνος·

A Τοῖς δυσπλοοῦσι, πυρσὸς ἢ λιμὴν φανείς,
Κόποις, ἄλειμμα· τοῖς πονηροῖς δ' οὐδὲ ἓν,
Πλὴν τοῦ Θεοῦ τε καὶ δίκης καὶ τραυμάτων·
Ἀλλ' οὐδὲ ταύτης αἰσθάνονθ οἱ δυσσεβεῖς.
Ἡ πλησμονὴ γὰρ καὶ δίκης καταφρονεῖ.
Ζόφῳ καλύπτει τὰς φρένας ὁ συνεργάτης,
Χαλκοῖ τὸ νῶτον, ὡς ἀνήλατος σαφῶς,
Ἄχμων σιδήρῳ, τῇ κακώσει γίνεται.
Πρὸς τὰ παραδείγματ' εὐθέως ἀνατρέχει.
Τί τοῦτο, Χριστέ; πῶς δέδωκας τοῖς κακοῖς
Τὰ τῶν ἀρίστων· ἔστιν ὧν προσκρούσματα,
Ὡς ἄν τιν' εὑρίσκουσι τοῦ τρόπου φυγήν;
Καλὸν μὲν οὐδείς, καὶ πλέον, λογίζεται,
Κακὸν δὲ, καὶ μικρόν τι, γίνεται πίναξ
Τοῖς ἀφρονεστέροις τε καὶ κακωτέροις.

Nec aspectus defixus in rem desideratam
Amorem, sed duplo magis accenditur,
Sic sumptum ab hominibus insatiabilibus medicamentum,
Semper excitat ad appetitionem plurium.
Id consilii darem libenter iis, qui tranquilliore vita sunt,
Aut inopibus, dare quidpiam improbis,
Ut feris escam et libamina dæmonibus,
Quæ offerunt superstitiosi,
Si tali munere tranquillitatem consecuti essemus.
Sic fieri potest, ut ipsi etiam aliquid pauperes haberent,
Qui semper reformidant vel ipsas improborum umbras.
Nunc autem scio ad omnia esse remedia, præterquam ad improbos.
Famis remedium est cibus; repletionis, inedia;
Aquæ intercutis, evacuatio; oculi, caligo;
Luctus, ratio vel amicus; doloris, tempus;
Tempestate jactatis, fax aut littus conspectum:
Laboribus, unctio; improbis autem nullum,
Præter Deum et pœnam, et plagas:
Imo nequidem pœnam sentiunt improbi.
Etenim satietas ipsam quoque pœnam contemnit.
Caliginem offundit mentibus ille improborum cooperator,
Æreum reddit dorsum, ut indomitus prorsus,
Velut incus ferro, homo afflictioni fiat.
Ad exempla protinus currunt.
Quid hoc, o Christe, quomodo concessisti improbis
556-557 Præstantissimorum quorumdam hominum offensiones,
Ut quoddam vitiis suis inveniant effugium?
Bonum quidem nemo, quamvis amplum, considerat:
Malum vero, ut libet parvum, est loco tabulæ
Stultissimis et improbissimis hominibus.

196 *Τοῖς ἀπραγμονεστέροις. Iis qui vita tranquilliore frui volunt.*
197 *Ἢ τοῖς*. Ita Coisl. Edit. ἤτοι.
200 *Τοῦτ' ἐχόντων. Si, postquam hæc haberent.*
204 *Λιμοῦ*. Coisl. λοιμοῦ.
212 *Συνεργάτης. Operis socius, diabolus.*
213 *Τὸ νῶτον*. Coisl. τὰ νῶτα.
215 *Ἀνατρέχει*. Ita Coisl. Edit. τρέχει.
219 *Καλόν. Virtutem quidem nemo quamvis insignem*, etc.

METRICA VERSIO.

Nec flammam amoris fixus in amatam diu
Visus, sed inde surgit hæc duplo altior:
Cepere sic quod, nimia quos opum tenet
Cupido, virus plurium est sitim afferens.
Avidos quietis, vel quibus desunt opes,
Libens monerem, quidpiam ut darent malis,
Feris ut escam, dæmonum aut turbæ impia
Libamina, superstitio quæ demens colit,
Si certa nobis munere hoc esset quies.
Sic aliquid etenim forte haberent pauperes,
Umbram improborum fide qui nullo tremunt.
Ad cuncta nunc est pharmacum, at non improbis.
Saturo medetur inedia, et victus fami,
Inanitio aquæ intercuti, lemis nigror,
Ratio aut amicus luctui, molestiæ

B Tempus, procellis visa fax aut littora,
Oleumque fessis: improbos at nil juvat,
Præter Tonantem, vulnera et pœnas graves.
Quanquam nec ipsas pestilens sentit cohors.
Obesitas nam vindicem quoque Numinis
Vim spernit: animos genius et cæcat malus.
Dorsum ille reddit æreum, ut, ferro velut
Incus, domari non queant mille ictibus.
Exempla veterum protinus multa afferunt.
O Christe, quidnam hoc? improbis lapsus viris
Cur optimorum, quæso, sunt abs te dati,
Quo fugere possent perditis in moribus?
Insigne nemo cum bonum consideret,
Vitii tamen nil tam leve est, quin improbis
Stultisque tabulæ sit loco, hanc ut exprimant.

Digitized by Google

Καλοῖς σίδηρος, κηρὸς ἐν τοῖς χείροσιν
Εἰσί, τὸ χεῖρον ῥᾳδίως τυπούμενοι.
« Οὐ σωφρονῶ· τί δ'; ἄλλος οὐχ εὑρίσκεται
Τοιοῦτος; » Οἴμοι! καὶ σοφῶν λέξει τινά.
« Κτείνω· τί δ'; οὐχὶ κἀνθάδ' εὑρεθήσεται
Τῶν τις παλαιῶν, ἢ νέων; Πλουτῶ κακῶς·
Ἔθνη δὲ τ' ἄλλος καὶ πόλεις ἐκτήσατο.
Ὅρκου δέ τις οὐκ οἶδεν ἄρνησις πόσον
Χείρων; » Ἔπειτ' ἄρνησις ἐπλάσθη τινὸς,
Εἰς συγκάλυψιν τραυμάτων ἐλασσόνων.
Πρὸς ταῦτα καί τι μυθολογῆσαί σοι θέλω,
Εἰ δεῖ τι παίζειν ἐν μέσῳ τῶν συμφορῶν,
Μῦθον πρέποντα τοῖσδε τοῖς σοφίσμασι.
Τὴν γλαῦκ' ἐπέσκωπτέ τις· ἣδ' ἐφύγγαν
Τῶν σκωμμάτων ἕκαστον εὐστόχῳ λόγῳ·

A « Ὅσον κάρηνον! — Τοῦ Διὸς δὲ πηλίκον! —
Ἡ γλαυκότης δέ! — Τοῦτο τῆς Γλαυκώπιδος. —
Φθέγγῃ δύσηχον. — Ἡ δὲ κίττα καὶ τρέον. —
Τὸ λεπτόπουν πῶς; — Ὑῆρ δέ σοι τί φαίνεται; »
Ἐπεὶ δὲ πάντα διέδρασε ῥᾳδίως,
Ἑνὶ κρατεῖται, καὶ σοφή περ οὖσ' ὅμως.
« Ἀλλ', ὦ σοφή, σκόπησον, ὡς τούτων μὲν ἓν
Ἑνὶ πρόσεστι, σοὶ δ' ἅπαντα καὶ λίαν·
Γλαυκὴ, δύσηχος, λεπτόπους, βαρύκρανος
Τούτοις ἀπῆλθεν ἐντραπεῖσ' ἡ φιλτάτη.
Σὺ δ' οὐδὲ τοῦτο, ἀλλὰ κἂν μύθῳ πολὺ
Ἔστι τις ὄρνις σῆς φρενὸς σοφώτερος.
Ἑνὸς τὰ πάντα· τοῦτό σου τὸ δυσχερές.
Ὡς ἓν μὲν ἁρπασθέντα, καί που δεύτερον
Πταῖσαί τι, καὶ μικρόν τι, συγγνώμην ἔχει.

Ad res honestas ferrei, ad turpissimas cerei
Sunt, facile in pejorem partem conformati.
« Non sum pudicus: annon alius reperitur
Talis? » Hei mihi! et sapientium proferet quempiam.
« Homicida sum: quid autem? nonne et hic invenietur
Quis ex antiquis hominibus aut novis? Facio rem mala ratione:
Nonne alter et gentes et urbes sic acquisivit?
(Juro:) juramento autem quis nesciat, quantum abnegatio
Sit deterior? » Deinde fingitur abnegatio cujuspiam,
In tegumentum vulnerum minorum.
In hanc rem, quamdam narrare fabulam tibi volo,
Si quid decet ludere mediis in malis,
Fabulam, inquam, convenientem hisce versutiis.
Noctuam quis irridebat, illa autem propulsabat
Cavillationum unamquamque ingeniosis verbis.
« Quantum tibi caput est! — Jovi quanto majus? —
Quam cæruleus oculorum color! — Hic Palladis color est. —
Cantas horride. — Pica adhuc horridius. —
Quam exiles pedes! — Quid tibi videtur sturnus? »
Cum autem omnia depulisset facile,
Uno superatur, quamvis sapiens esset.
« O sapiens (dixit ille), considera quod horum duntaxat unum
Cuique est vitium, tibi autem omnia, et quidem insigniter;
Cæsia es, sonans horride, tenui pede, grandi capite. »
Ad hæc discessit multo rubore suffusa.
Tu vero nequidem hoc; sed etiam in fabula
Est avis quædam longe, quam tu sis, sapientior.
Tibi uni omnia sunt vitia: hoc tuum est malum.
Semel quidem per mentis subreptionem, aut etiam iterum
Peccatum aliquod, modo exiguum, admittere, venia dignum est.

225 *Οἴμοι*. Coisl. ἦ μοι καί, etc.
227 *Πλουτῶ κακῶς*. Coisl. πλουτῶν.
223 *Ὅρκου δέ τις οὐκ οἶδεν*. Ita Coisl. Edit. ὅρκον. — Hic evidenter deest aliquid, nisi legendum sit ὁρκῶ δέ· τίς οὐκ οἶδεν, etc CAILLAU.
237 *Ὅσον κάρηνον! Quam grande, quantum tibi caput!* Billius *quale collum*, quod noctuæ non convenit cujus breve est collum.
243 *Ὦ σοφή*. Edit. ὡς.
247 *Σὺ δ' οὐδὲ τοῦτο. Tu vero nequidem hoc*, hoc est, nequidem pudore afficeris.
251 *Πταῖσαί τι*. Ita Coisl. Edit. πταίσαντι.

METRICA VERSIO.

Ad honesta ferrum, cera sunt ad turpia,
Facile exprimentes quidquid est dignum probro.
« Non sum pudicus: talis annon quispiam
Reperitur alter? » ac probum aliquem proferet.
« Perimo: quid? annon hic quoque exsistet reus
Veterum aut recentum quispiam? Ditor male:
Gentes et urbes alius adjunxit sibi.
Juro: quid? annon gravior est negatio? »
Statimque finget qui fidem abjuraverit,
Leviora tegere quo queat sic crimina.
Adversus ista fabulam quamdam libet
Referre, si quid ludere in malis decet,
Quæ quadret istis optime versutiis.
Ridebat aliquis noctuam; scite ast ea
Verbisque acutis scommata fugabat procul.

B « Heu quale collum! — Majus est multo Jovi. —
Glaucedo quanta est! — Et Minerva cæsia. —
Insuave cantas. — Pica longe insuavius. —
Pedesque tenues quam tibi! — Sturno magis. »
At cuncta facili repulit ut negotio,
Superatur uno, quamlibet scita admodum.
« Specta (ille dixit), o sagax, quod unicum
Est cuique vitium: cuncta sed valde tibi.
Colla alta, glauca, stridula, et tenui pede. »
Ad hæc pudescens illa discessit statim.
At tu nec istud: volucris ast in fabula
Multo, ipse quam sis, cernitur sapientior,
Te vitia fœdant omnia: hoc tuum est malum.
Peccare namque, mentis abreptæ impetu,
Semel iterumque nonnihil, venia haud caret;

Digitized by Google

Δώσω τι μικρὸν καὶ σκότῳ τοῦ σώματος.
Τὸ παντελῶς ἄπταιστον ἐν Θεῷ μόνῳ
Τὸ δ' ἐκ προνοίας, καὶ φρονοῦντα τῷ κακῷ,
Καὶ πολλάκις τε καὶ κακῶν τὰ μείζονα
Πταίειν, ἀναισχυντοῦντα καὶ γελῶμενον,
Καὶ μηδὲ πληγαῖς σωφρονίζεσθαι θέλειν,
Αἷς καὶ τὰ πάντα ἄθλι' ἐκπαιδεύεται,
Γυμνῇ δὲ χωρεῖν τῇ κεφαλῇ πρὸς κινδύνους,
Τοῦτ' ἔστιν ἡ δεινή τε καὶ κακὴ νόσος.
Τὰ σὰ σκόπει σὺ, καὶ τὰ προστεταγμένα,
Τί πρακτέον σοι, καὶ τί σοι μὴ πρακτέον.
Καιροῦ δ' ἐκεῖνα καὶ τύπου σκόπει τίνος;
Ἡ πίστις ἦρχεθ'· ὥσπερ οὖν τοῖς νηπίοις
Ἔδει ποδηγίας τε καὶ λεπτῆς τροφῆς·

A Τοῦτ' ἦν δ καὶ πταίουσι συγγνώμης μετὴν
Σοὶ δ' οὐκ ἔτ' ἔστι, τοῦ λόγου πεπλησμένου,
Καὶ πολλὰ Χριστοῦ σοῖς κακοῖς πεπονθότος
Ἀλλ' ἡ τίσις μενεῖ σε τῶν ἐπταισμένων·
Ἐπταισμένων τί φημι; τῶν νῦν δρωμένων
Ἔχει δὲ πολλὰς κἀνθάδ' ἡ δίκη λαβάς
(Οὔπω λέγω σοι τὰς ἐκεῖθεν ἐλπίδας)·
Οἶκος, γυνή σοι, παῖδες, εἴ τι φίλτατον,
Εἴπερ μενεῖς σύ γ' ἀλλὰ τούτοις δεξιὸς,
Ἡ κτῆσις αὕτη, τὸ τρυφᾷν παρρησίᾳ,
Τὸ σῶμα πάντων ἔσχατον. Ταῦτ' οὖν ἔχω
Ζωῆς τοσοῦτον φόρτον, ἀσφαλῶς πλέε.
Τί δ'; οὐχὶ καί σοι καὶ νόσοι καὶ συμφοραί;
Πένης τε καὶ ἄοικός ἐστί σοι βίος

Dabo etiam quidpiam parvum caligini corporis.
Omnino enim non impingere est Dei solius.
Verum consulto, et gloriantem etiam de malo,
Et sæpius, et vel maxima peccata
Perpetrare, et impudentem esse, licet irrisum,
558-559 Et nequidem plagis ad frugem revocari velle,
Quibus miserrime quique eruditiuntur,
Nudo etiam capite ferri in pericula,
Istud est gravis et noxius morbus.
Tua tu considera, et quæ præcepta sint,
Quid agendum tibi, et quid tibi agendum non sit.
Cujus autem illa temporis perspice, et cujus fuerint typi.
Fides oriebatur. Itaque velut parvulis
Opus erat manuductione et tenui cibo:
Hæc erat causa, cur cadentibus venia dabatur.
Tibi autem non perinde est, cum plena jam sit fides,
Et plurima pro peccatis tuis Christus pertulerit
Sed te manet vindicta eorum quæ perpetrasti.
Quæ perpetrasti? quid dico? imo eorum quæ nunc perpetras.
Habet autem plurimas hic justitia occasiones
(Necdum dico quæ te maneant hinc digressum spes):
Tibi domus, uxor, filii, et quidquid charissimum est,
Modo tamen ipsis fueris commodus,
Ipsæ opes, et deliciarum libera facultas,
Corpus ipsum denique. Hæc igitur habens
Vitæ tantum pondus, caute naviga.
Quid autem? (inquis) nonne tibi et morbi et calamitates accidunt?
Inopsque et tecto carens vita?

263 *Τύπου σκόπει τίνος. Cujus ritus ac forma.*
264 *Ἦρχεθ'. Fides incipiebat, exspectabatur.* Hic Gregorius occurrit objectionibus ex Veteri Testamento petitis easque dissolvit.
267 *Σοὶ δ' οὐκ.* Ita Coisl. Edit. σὺ δ' οὐκ.
268 *Σοῖς.* Ita Coisl. Edit. τοῖς.
274 *Εἴπερ μενεῖς σύ γ'.* Ita Coisl. Billius sic emendat, aut emendare sibi videtur locum, quem depravatum arbitratur: ὑπερμένῃς σύ γ', ἀλλὰ τούτοις δεξιός, quæ quidem me non intelligere fateor, et sic vertit: *superbus es quidem, his at commodus.* Certe nihil necesse est textum immutare, qui rectum satis exhibet sensum. *Si tamen his ipse commodus exstiteris: si bene illis usus fueris, si quæ tua in eos humanitas.*
278 *Τί δ'; οὐχί*, etc. Verba hæc sunt divitis morbos et res adversas objicientis.
279 *Πένης τε.* Leuv. ita reddit: *Cur non et i, se vitam inopem et extorrem agis?*

METRICA VERSIO.

Ut demus aliquid corporis caligini:
Nam solus omnis liber est culpæ Deus.
At destinata mente cum peccas, malo
Et gloriaris, et frequens, et maxima
Committis, irrisusque frontem perfricas,
Plagis nec ullis effici melior cupis,
Queis eruditur quisque vel miserrimus,
Nudoque capite ferris in pericula;
Hoc vero morbus est malus, perquam et gravis.
Tete ipse specta, quidque lex a te exigat,
Quid facere, quid non, debeas. Specta quoque
Sint cujus illa temporis, cujus typi.
Ortum trahebat tunc fides: ut parvulis
Opus ergo tenui victu erat, ductu et manus;
Ob idque venia danda tunc lapsis erat.

B Tibi non perinde, plena jam cum sit fides,
Christusque multa tulerit ob noxas tuas.
Verum ob patrata pœna te vindex manet:
Quid ob patrata dico? ob hæc, quæ nunc patras.
Et captiones hic habet multas Deus
(Necdum, in futurum quæ manent, tibi pro-
[fero);
Tibi domus, uxor, filii, si quid tibi
Charum est (superbus es quidem, his at commodus),
Opes et ipsæ, luxus, et fiducia,
Et corpus ipsum denique. Hæc habens, onus
Tantumque vitæ, moneo caute naviges.
Quid? (inquis) annon tibi quoque et morbi, et
[graves
Casus, inopsque vita? non tecto cares?

Digitized by Google

280 Πάλιν πλέκῃ σὺ τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς·
Τί σοι τόδ' ἐστὶ τἀμὰ δυστυχήματα,
Ὡς ἂν καλέσαις αὐτός; Ἦ σὺ καὶ πονῶν,
Ἠλγεις ἂν ἧττον, συγκάμνοντος τοῦ πέλας
Ἔπειτ' ἄκουσον, ὡς πὸ πάσχειν οὐκ ἴσον·
285 Τούτων τὰ μὲν δέδρακα, οὐ πένονθ' ἐγώ·
Τὸ γὰρ πένεσθαι καὶ πλανᾶσθ' ἑκουσίως
Ποθῶ, τὸ δεσμῶν τυγχάνειν ἐλεύθερος,
Μηδ' ἐνθάδ' εἶναι τὴν ἐμὴν κατοικίαν.
Σοὶ ταῦτα φίλτατ', ἀλλ' ἐμοὶ τἀναντία.
290 Παῦσαι λέοντι μέτρα κέρκωπος φέρων.
Ταῦτ' οὖν νομίζεις συμφορᾶς; ὦ συμφορᾶς!
Τοῖς δ' ἄχθομαι μέν (καὶ γὰρ οὐκ ἀρνήσομαι,
Ἔχω τι κἀγὼ τοῦ χοὸς καὶ τοῦ ξύλου,
A Καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἡδονῆς, ἄνθρωπος ὢν)·
295 Ἀλλ' οὖν φέρω τε καὶ στέγω πάσχων τόδε.
Ἐμοῦ τὸ πάσχειν κρεῖσσον ἢ σοῦ τὸ σθένειν.
Ἔπειτα τοῦτο συνδιασκεψώμεθα.
Ἄμφω κακούμεθ'· ἀλλὰ σοὶ μὲν τοῦ τρόπου
Δίκη τὸ πάσχειν· ὁ τρόπος κατήγορος,
300 Τὸ πικρὸν ἔνδον καὶ σαφὲς κριτήριον.
Ἐμοὶ δέ τις κάθαρσις ἡ μοχθηρία,
Καὶ τῆς τυχούσης αἰθάλης· οὕπω λέγω
Πεῖράν τιν' εἶναι καὶ πάλην τὸ δυσχερὲς,
Ὡς ἂν κρατήσας καὶ τύχοιμι τοῦ στέφους.
305 Τί ταῦτα; τίς σοι τῶνδ' ὄνησις τῶν λόγων;
Ἰατρὸν οὐδεὶς εὖ φρονῶν σοφίζεται·
Ἢ λήσεθ' οὕτω τῇ νόσῳ διαφθαρείς.

280 Rursus artificiose exagitas aliena mala.
Quid ad te meæ calamitates,
Quemadmodum ipse appellas? nunquid tu morbo correptus
Doleres minus, si eodem morbo laboraret proximus?
Prætera audi, quod ipsum pati nequaquam par sit.
285 Horum alia quidem feci, non passus sum ego.
Nam inops esse et vagari sponte mea
Cupio, et vinculis esse liberum,
Nec in hac vita fixam esse meam habitationem.
Tibi hæc chara sunt, mihi vero contraria.
290 Noli leonem metiri ex simia.
Hæc ergo arbitraris esse calamitates? o calamitates!
Quibusdam equidem angor (id enim non negabo:
560-561 Habeo quippe aliquid terræ et ligni,
Et noxiæ, quæ inde nata est, voluptatis, homo cum sim);
295 Verumtamen perfero, et tolero quæ patior.
Cruciatus meus præstat roborl tuo.
Quin etiam hoc una simul consideremus:
Ambo affligimur; verum tibi vitiorum
Pœna est, id quod pateris; ipsi mores te accusant,
300 Acerbumque et accuratum, quod intra te est, tribunal.
Mihi vero ærumna est quædam purgatio
Vel levioris fuliginis: necdum dico
Explorationem quamdam esse et luctam, hanc adversitatem,
Ut vincendo assequar coronam.
305 Quid ista? quænam tibi ex his verbis redit utilitas?
Medico nemo mentis compos illudit;
Vel sic inscius morbo periret.

280 *Πάλιν πλέκῃ*. Hæc est responsio Gregorii.
282 *Καλέσαις*. Ita Coisl. et Vat. Edit. καλέσσαι.
285 *Τούτων τὰ μέν*. Res adversas ita dividit Gregorius ut quasdam hoc nomine appellandas esse neget, cum voluntariæ sint, ut paupertatem, et ex aliis locis in alia loca oberrationem; in aliis autem, ut corporis doloribus, patientiam adhibeat.
287 *Ποθῶ*. Coisl. πείθω. Mox, sup. lin. τῷ δεσμῶν, pro τὸ δεσμῶν.
290 *Παῦσαι*, etc. Hoc proverbium, inquit Billius, non ineleganter usurpari solet de iis qui propterea quod ipsi in voluptatibus et deliciis summum bonum ponunt, optimos viros, ob præsentis vitæ labores et calamitates, miseros et infelices dicunt.
291 *Ὦ συμφοράς*. Ita Billius emendavit. Edit. ὡς συμφοράς.
295 *Στέγω πάσχων τόδε*. Coisl. σέβω πάσχων τάδε. Al. *στέργω, amplector, acquiesco iis quæ patior.*
299 *Ὁ τρόπος κατήγορος. Ipsi mores tui sunt accusatores.*
305 *Τί ταῦτα*. Ita Coisl. Edit. τίς.
306 *Ἰατρόν*. Ita Coisl. Edit. ἰατρῶν.

METRICA VERSIO.

Aliena rursum sævus exagitas mala.
Nostræ quid te miseriæ? sic nam vocas
Quæ dura patior. Tune correptus febri,
Levius doleres, alterum ægrotum videns?
Audi deinde: dispar est ipsum pati.
Horum ipse quædam passus haud sum, sed lubens
Feci. Vagari nam libet, censu libet
Carere: liber vinculis nam sum omnibus,
Nec ulla sedes uspiam hic fixa est mihi.
Tibi chara sunt hæc? at mihi contraria.
Ne tu leonem metiare ex simia.
Calamitates hæc putas? Sortem gravem!
Angor quibusdam rursus (haud negavero,
Mihi quippe limi, cum sim homo, pars est quoque,
B Lignique, et illinc gaudii orti noxii),
Toleranter ista pectore at fero tamen.
Cruciatus iste robori præstat tuo.
Mecum istud etiam tu, velim, consideres.
Vexamur ambo: criminum sed tu luis
Pœnas: aperte hoc arguunt mores tui,
Sævum tribunal mentis, et clarum admodum.
Ærumna contra nonnihil mea crimina,
Fuliginemque vel levem expurgat meam.
Quin forte luctæ est instar hæc molestia,
Ut, hoste victo, nobilem palmam assequar.
Quid ista? quisnam fructus ex verbis tibi?
Nemo medenti, præditus mente integra,
Illudit: aut sic semet imprudens necat.

Digitized by Google

Δύω νοσήματ', ἢ καταφρονεῖν Θεοῦ,
Ἢ συμπνιγέντα τοῖς κακοῖς, ἀπ' ἐλπίδος
Ἔχειν τὸ χρηστόν. Ἀλλ' ἐμὸν δέξαι λόγον.
Τούτων πάθοις σὺ μηδέτερον· ἴσον κακὸν
Περιφρόνησις, κἀπόγνωσις ἐλπίδος.
Κριτὴς μέν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πατὴρ Θεός·
Δέδοικας ὡς κρίνοντα, ὡς χρηστῷ δέ γε
Θάῤῥησον· εἰπὲ τὴν νόσον, σωτηρίαν
Αἴτει, δίδου τε δάκρυον τοῖς τραύμασι.
Δὸς καὶ πένησι, τοῖς καλοῖς σου προστάταις,
Οἷ πλουσίως χαρίζονθ' ὧνπερ χρῄζομεν
Ἡμεῖς, τὸν οἰκτον ἐκ Θεοῦ τάς τ' ἐλπίδας·
Δὸς δ', εἰ δίδως, τῶν σῶν τι· τοῖς ἀλλοτρίοις
Μήτε τράπεζαν μήτε τὸν πτωχὸν σκέπειν.

Ὁ μὲν γάρ ἐστι πλάσμα τῆς τοῦ Θεοῦ χερὸς,
Ὥστ' οὐκ ἄτιμος· ἡ δὲ καὶ σεβασμία.
Μή μοι τὸ θεῖον ὡς δικαστὴν ἄθλιον
Ὑπόσπα, μὴ καί σοι πλέον χολώσεται.
Κλέπτειν διδάσκεις τὸν κλοπῆς ἀναιρέτην;
Εἰ μέν σε πείθω, κρεῖσσον· εἰ δὲ μηδέπω,
Τὸ γοῦν τυραννεῖν ὀψὲ γοῦν στῆσόν ποτε
(Κόρος δὲ πάντων καὶ καλῶν καὶ χειρόνων)·
Καὶ τοῦτο τῶν σῶν αἰνέσω· τοῖς γὰρ κακοῖς
Μέγιστόν ἐστι καὶ στάσις πονηρίας.
Εἰ μὲν δέχῃ τοῦτ'· εἰ δὲ μή, σὲ μὲν τάφου
Μνήσω, τὸ πάντων τῶν κακῶν ἐστιν πέρας,
Ὃν πᾶσιν ἔξεις ἴσα, κἂν Ἡρακλέους
Στήλας παρέλθῃς, καὶ πύλας τὰς Κασπίας.

Duo hic sunt morbi, aut Deum contemnere,
Aut obrutum malis omnem boni spem
Abjicere. Tu vero meum excipe consilium.
Neutrum tibi contingat. Par malum est
Contemptus Dei et desperatio.
Judex quidem est, verum et pater Deus;
Ut judicantem metuis, ut bono
Confide; expone morbum; salutem
Posce; da lacrymas vulneribus tuis.
Da etiam pauperibus, velut bonis patronis,
Qui affatim largiuntur, queis indigemus
Nos, scilicet Dei commiserationem et bonas spes.
Da porro, si das, ex tuis; nec alienis ex rebus
Mensam exhibeas, aut pauperem tegas.
Pauper enim est figmentum manus Dei,
Ideoque non contemnendus: mensa autem venerabilis est.
Ne tu Numini tanquam malo judici
Corruptelam moliri velis, ne tibi magis irascatur.
Subripere doces eum, qui furtum prohibet?
Si te persuadeam, id quidem melius; sin minus autem,
Saltem tyrannidem exercere tandem aliquando desine
(Satietas enim est rerum omnium tum bonarum, tum malarum);
Et hoc equidem in te laudabo; improbis enim
562-563 Maximum quoddam est desistere de pravitate.
Si hoc admittis (bene est); sin minus, tumulum
Tibi in mentem revocabo, qui omnium malorum est finis;
Quem habebis communem cum omnibus, etiamsi Herculis
Columnas prætergredereris, et ultra portas Caspias,

308 *Δύω*. Ita Coisl. Edit. δύο.

309 *Ἢ συμπνιγέντα*. Coisl. συμπηγέντα.

321 *Τράπεζαν*. Billius vertit *sacram mensam*, atque in notis censet intelligendum esse sacram Eucharistiam, eo quod postea dicatur σεβασμία. Hic tamen Gregorius non nisi de mensa hospitibus exhibita, quæ quominus *ipsa venerabilis* appelletur, nihil profecto vetat, loqui videtur. Ibid. τὸν πτωχὸν σκέπειν. Coisl. τῷ πτωχῷ σκέπην. Combef. τὴν πτωχῶν σκέπην.

324 *Μή μοι τὸ θεῖον*, etc. Eum, qui post multas opes scelerate partas, aliquid in pios usus erogat, tanquam hinc scelerum impunitatem empturus, huic pulchre comparat qui judicem pecunia corrumpere molitur. Bill.

334 *Ὃν πᾶσιν*. Ita Coisl. Edit. ὧν.

METRICA VERSIO.

Morbus duplex hic, vel Deum contemnere,
Malis vel omnino obrutum cunctas procul
Spes effugare. Monita sed nostra excipe.
Neutrum tibi ex his accidat. Pari in malo
Hæret, Deum qui temnit, et qui spem abjicit.
Est ille judex: est item dulcis pater.
Ut judicantem metuis? at benignitas
Te firmet. Ecquid doleat, expone, ac pete
Supplex salutem; lacryma ob plagas tuas;
Egentibus da, præsides qui sunt tui,
Qui largiuntur affatim, queis est opus,
Nobis bonas spes, criminum veniam a Deo.
Da porro, si das, de tuo: nec vel sacram
Mensam, nec inopes opibus ereptis tege

Regis supremi fictus est pauper manu,
Ob idque pretii maximi: hæc venerabilis.
Nec tu Tonantem, judicem ut pravum, stude
Surripere, fiat ne tibi hinc infensior.
Surripere num tu, furta qui vetat, doces?
Flexere si te hæc, pulchre habet: sin at minus,
Quandoque saltem rapere, quæso, desine
(Rei saturitas omnis est, bonæ et malæ);
Hoc quoque tuorum laudibus tollam; improbis
Nam magna laus est a malo desistere.
Si flecto, pulchre est: sin minus, busti tui
Te submonebo (finis id cunctis malis),
Quod par habebis omnibus, licet Herculis
Superes columnas, Caspias portas licet,

Digitized by Google

Τὰ τῶν συνοίκων κτώμενος καὶ γειτόνων·
Ὃν ἄλλος, οἶομ', ἐξυλεῖ τοῦ σοῦ τρόπου,
Τὸ λοξὰ βαίνειν ἐκ πορείας σῆς ἔχων,
Χείρων μαθητὴς τοῦ σοφοῦ διδασκάλου·
Καὶ τῆς ἀπευκτῆς τοῖς πονηροῖς ἡμέρας,
Καθ' ἣν ζόφοι τε καὶ φλόγες, καὶ τάρταροι,
Εἴσπραξις ὄντες τῶν κακῶν τῶν ἐνθάδε,
Τὴν εἰκόνα ζητοῦντες ἐγκεχωσμένην
Ταῖς τοῦ δράκοντος καὶ πολυτρόπου πάγαις,
Γεύοντος ἡμᾶς τῆς κακίστης ἡδονῆς.
Ἐγὼ δ' ὅπως φύγοιμι τὴν μοχθηρίαν
Ζητῶ, τίσι πτεροῖς τε καὶ τίσι βυθοῖς
Γῆς ἢ θαλάσσης, ἢ τίσι σοφίσμασιν,
Εἰς ποῖον ἐλθὼν τέρμα τῆς οἰκουμένης,
Τίνα ζόφον πρόβλημα ἢ νέφος λαβὼν,

A Ποίαις τὸ θεῖον ἐκθεραπεύσας λιταῖς;
Ὡς ταῦτα τρία πανταχοῦ, χρόνος, τόπος,
Ἁμαρτίας τε τῆς κακῆς ῥᾴστη τύχη·
Στήσω νόμον τὸν θεῖον. Οὗτός ἐστι τίς;
Πόλεις ἀμείβετ' ἐκ πολέων· τῇ γὰρ φυγῇ
Τινὲς λελείψοντ', εἶπε τοῖς ἀποστόλοις,
Ὅταν διωθῇθ' ὁ κρατῶν πάντων Θεός.
Πάσας ἀμείψω μέχρις ἐσχάτου πυρὸς,
Φεύγων πονηρῶν ἀσχέτους ἐπιδρομάς.
Ἐκεῖ μὲν ἕξει καὶ ἄκοντας ἡ δίκη.
Οὐδὲν διοχλήσουσι ταῖς ἄνω μοναῖς,
Οὐδ' ἐκβαλοῦσι τοὺς πένητας, ὡς γε νῦν,
Κἀκεῖθεν· εἶπου καὶ δεήσονται τυχὸν
Οἴκτου βραχείας ῥανίδος εἰς ψύξιν φλογός.
Ὁ πλούσιός σε πειθέτω καὶ Λάζαρος·

Facultates concivium possidens et vicinorum,
Quem alius, ut arbitror, disperdet, iisdem ac tu, moribus præditus,
Oblique gradi ex tuo incessu consecutus,
Pejor discipulus vafri magistri.
(Revocabo etiam) horrendam malis tristemque diem
In qua tenebræ, flammæ, et tartarus,
Vindices malorum, quæcunque hic commisimus,
Imaginem Dei quærentes penitus deletam et obrutam
Draconis subdoli fraudibus,
Qui gustandam nobis præbuit pessimam voluptatem.
Ego vero quo pacto effugere possim hanc nequitiam
Quæro, quibus alis, et quibus profunditatibus
Terræ et maris, aut quibus sophismatibus,
In quam secedens partem orbis terrarum,
Quam caliginem pro tegmine aut nubem assumens,
Quibus Numen exorans precibus?
Hæc tria ubique versantur, tempus, locus,
Peccatique pravi facillima occasio;
Statuam mihi divinam legem. Quænam illa est?
E civitate in civitatem fugite: etenim, in quas fugere possitis, urbes
Quædam supererunt, dixit Christus apostolis,
Quando exigetur dominator omnium Deus.
Omnes obibo usque ad extremum ignem,
Fugiens improborum intolerabiles impetus.
Illic quidem eos tenebit vel invitos ultio divina.
Non jam perturbabunt cœlestes mansiones,
Nec inde pauperes expellent, ut nunc ejiciunt,
Illis in terris; quin etiam ab ipsis petent forsitan
Commiserationis exiguam guttam ad refrigerationem flammarum.
Dives hoc tibi persuadeat, et Lazarus;

340 *Τοῖς πονηροῖς*. Ita Coisl. Edit. τῆς πονηρᾶς.
343 *Ἐγκεχωσμένην*. Vat. ἐγκεχοσμένην.
356 *Λελείψοντ'*. Ita legendum videtur cum Billio. Editi. λελήψοντ'. Vide Matth. x, 23.
357 *Διωθῇθ'*. Ita legimus, Billii conjecturam probantes. Coisl. διώκῃ δ'. Edit. διωθῇ. Tunc expellitur Deus, cum ipsius doctrina, et qui eam colunt aut prædicant, exagitantur.
359 *Ἀσχέτους*. Ita Coisl. Editi mendose ἐσχάτους.
364 *Εἰς ψύξιν*. Ita Vat., quæ lectio multum arridet. Edit. φύξιν.

METRICA VERSIO.

Conciviumque, proxima et bona colligens:
Quod, opinor, alter diruet, ritu tuo
Obliqua figens (sic soles) vestigia,
Vafri magistri discipulus nocentior.
Horrendum et illum rursus objiciam diem,
In quo tenebræ, flammaque est, et tartarus,
Queis vindicatur quidquid hic commisimus,
Et per quæ imago quæritur, plane obruta
Astus per anguis subdoli: per gaudia
Qui nos inescans pessima, in casses trahit.
At ipse quonam crimina effugiam modo,
Quibusque pennis, quærito, et quo gurgite
Terræ marisve, vel quibus sophismatis,
Orbisve quemnam limitem extremum petens,
Qua nube, quave me tegens caligine,

B Quibusve precibus cœlitum exorans Patrem?
Ubique terna hæc sunt enim, tempus, locus,
Noxæque promptæ facilis et contagio:
Legi Dei parebo. Quid vero hæc jubet?
Ex urbe in urbem pergite; fugæ siquidem
Quædam supererunt (dixit hoc Christus suis)
Procul exigetur cum poli rector Deus.
Omnes obibo, donec ignis ultimus
Adsit, malorum ne graves subeam impetus.
Illic habebit ultio hos, nolint licet.
Non jam molesti sedibus superis erunt,
Inopes nec illinc, ut modo, expellent foras.
Quin forte ab ipsis guttulam exiguam petent
Ardor levari nonnihil flammæ ut queat.
Hoc dives ille, Lazarus teque hoc docet:

Digitized by Google

Ὁ μὲν μόνου διδούς γε τοῦ τρυφᾶν δίκας,
Ἄλλου κάμνοντος καὶ τροφῆ καὶ τραύμασιν,
(Ὤθει γὰρ οὖν κἀκεῖνος, ὡς σὺ, Λάζαρον)·
Ὁ δ', ὡς φέρων ἅπαντα, καὶ τιμώμενος.
370 Πέρας λόγου. Δέχου δὲ σὺν τρόμῳ λόγον.
Πολλῶν κακῶν ὄντων τε καὶ καλουμένων,
Εἰδωλολάτρης οὗτος εἴρηται μόνος
(Ὁ τῶν κακῶν μέγιστόν ἐστιν ἐν βίῳ),
Ὃς οὐδὲν οἶδεν, ἢ λογίζεσθαι, πλέον·
375 Ὡς καὶ τόδ' ἂν τάχιστα τῇ νόσῳ παθὼν
Εἰ καιρὸς ἔλθοι τῷ πάθει καρπὸν φέρων,
Ἢ καὶ Χαμὼς βδέλυγμα τὸν πλοῦτον σέβων.
Ῥίψωμεν οὖν, ῥίψωμεν εἰδώλων τύπους,

Α Μόνον Θεὸν σέβοντες, ὃν γινώσκομεν.

ΚΘ'. *Κατὰ γυναικῶν καλλωπιζομένων.*

Μὴ κεφαλὰς πυργοῦτε νόθοις πλοκάμοισι, γυναῖκες,
Θρύπτουσαι μαλακοὺς αὐχένας ἐκ σκοπέλων,
Μηδὲ Θεοῦ μορφὰς ἐπαλείφετε χρώμασιν αἰσχροῖς,
Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπα, φέρειν.
5 Οὐδὲ γὰρ ἀσκεπέα κεφαλὴν θέμις ἀνδρὶ γυναῖκα
Φαίνειν, ἢ χρυσῷ σφιγγομένων πλοκάμων,
Ἠὲ κόμης ἀδέτοιο κατωμαδὸν ἔνθα καὶ ἔνθα
Σκιρτώσης ἁπαλῶν μαινάδος ἐξ ἀνέμων.
Οὐδὲ λόφον καθύπερθε φέρειν κορύθεσσιν ὁμοῖον,
10 Τηλεφανῆ σκοπίην ἀνδράσι λαμπομένην,

Ille quidem ob delicatam duntaxat vitam dans pœnas,
Cum Lazarus afflictaretur ex inopia cibi et ulceribus
(Propulsabat enim ille Lazarum, ut tu nunc pauperes);
Iste vero, quod æquo animo calamitates tulerit, honore affectus.
370 Sed finis sit orationi. Tu autem accipe cum tremore extremum hoc verbum.
564-565 Cum multi sint et appellentur improbi,
Idololatra ille dictus est solus
(Quod malum est maximum in hominum vita),
Qui nihil aliud novit, quam pecuniam numerare;
375 Propterea quod facile, qui hoc morbo laborat,
Si tempus occurrerit cupiditati lucrum afferens,
Vel ipsum Chamos idolum, Plutum adoret.
Projiciamus igitur, projiciamus fictorum numinum simulacra,
Solum Deum venerantes, quem agnoscimus.

XXIX. *Adversus mulieres se nimis ornantes*[*].

Nolite capita tollere instar turrium, adulteris crinibus, o mulieres,
Lascive inflectentes mollia colla e scopulis,
Nec Dei formas inungite fœdis coloribus;
Sic ut non jam facies, sed larvas gestetis.
5 Neque enim nudum caput fas viro mulierem
Ostendere, dum aut auro stringuntur crines,
Aut coma soluta humeris hinc inde
Involitat, instar Mænadis, mollibus ventis agitata,
Neque cristam superne ferre licet galeis similem,
10 Procul conspicuam speculam viris collucentem,

[*] Alias Bill. 64, pag. 147.

369 *Τιμώμενος*. Ita Coisl. Edit. τιμώμενον.
370 *Πέρας*. Ita Coisl. Edit. πέρα.
373 *Ὁ*. Ita Coisl. Edit. ὦ.
374 *Λογίζεσθαι*. Ita Coisl. Edit. λογίζεται. Billius : *Præter aurum nil scit, aut nil cogitat.*
377 *Χαμὼς βδέλυγμα τὸν πλοῦτον*. Hæret hic Billius et fatetur se ex Gregorii scriptis colligere non potuisse, cur potissimum Gregorius Plutum Chamos vocet. Verum, si minus ex ejus scriptis, saltem ex libro Judicum xi, 24, id colligere possumus, ubi Jephte regi Ammon bellum moventi, et veluti sua repetenti, quæ Amorrhæorum fuerant, eisque Israelitæ, Deo auctore, abstulerant, sic respondet : Οὐχ ἃ κληρονομήσει σε Χαμὼς, ὁ θεός σου, αὐτὰ κληρονομήσεις... *Nonne quæcunque possidendo dederit tibi Chamos, deus tuus, hæc possidebis?* Sic etiam Hebræum. Ilis patet, quemadmodum apud Græcos Plutus opum et possessionum arbiter censebatur, sic apud Moabitas fuisse Chamos, adeoque licuisse Gregorio ad avaros et raptores transferre.

XXIX. 1 *Πυργοῦτε*. Schol. Coisl., ὑψοῦτε πύργου δίκην.
2 *Ἐκ σκοπέλων. Quæ ipsæ sint scopuli, et juvenum spectantium certa naufragia.* Comb.
6 *Φαίνειν*. Sup. lin. δεικνύειν.
10 *Σκοπίην*. Ita habent codd. Regii 992, 993 et Coisl. Edit. σκοπήν.

METRICA VERSIO.

Quorum ille pœnas unicum ob luxum dedit,
Premeretur alter cum fame et mole ulcerum
(Pellebat enim Lazarum, ut tu pauperes);
Ille contra honorem, cuncta quod ferret, tulit.
Hoc tremulus audi, quod loco dicam ultimo.
Multi licet sint, et vocentur, improbi,
Idololatra dictus est solus tamen
(Quo nullum in ævo gravius est usquam scelus),
Qui præter aurum nil scit, aut nil cogitat :
Facturus ut qui hoc facile sit, morbum ob suum,
Si tempus astet quidpiam lucri afferens,
Vel exsecrandum quod Chamos Plutum colat.
Pellamus ergo fœda simulacra, et Deum

Β Solum colamus, nosse quem nobis datum.

XXIX. ADVERSUS MULIERES SE NIMIS ORNANTES.
(*Fed. Morello interprete.*)

Crinibus ascitis capiti fastigia vestro
Ne addite, conspicua ut mollia colla sient
Neve Dei formas pictura inducite fœda,
Ut jam non facies, larva sed ora notet;
Femineum caput illicitum est nudare, virorum
In cœtu, seu auro cæsarie implicita :
Sive comæ huc illuc agitatæ, et pone vagantes,
Perque leves auras Mænadis instar eant.
Femina nec cristam galeæ instar vertice gestet,
Nempe viris læte ut splendeat hæc specula.

Digitized by Google

Ἢὲ λίνου μαλακοῖο διαυγάζουσαν ἕθειραν
Κρυπτὴν, ἀμφαδίην, τήνδε μετωπιδίην,
Ξανθὸν ἀπαστράπτουσαν, ὅση κρήδεμνον ἄλυξεν,
Ὡς δοκέειν παλάμης ἔργα πονησαμένης·
Εὖτε τὸν οὐχ ὁρόωντα διδάσκαλον, ἄπνοον εἰκὼ
Μορφῆς στασαμένη, κάλλος ἐκεῖθε γράφεις.
Κάλλος δ' εἰ μὲν ἔδωκε φύσις, μὴ κρύπτετ' ἀλοιφῇ,
Ἀλλ' οἷοις καθαρὸν ἀνδράσιν ὑμετέροις
Σώζετε, κἀλλοτρίῳ μηδ' ὄμματα λίχνα φέρουσαι·
Ὄμμασι γὰρ κραδίη ἕσπεται οὐχ ὁσίοις·
Εἰ δ' οὐ γεινομένῃσι συνέσπετο, δεύτερον αἶσχος
Φεύγετε, ἐκ χειρῶν κάλλος ἐφελκόμεναι·
Κάλλος, ὃ γαῖα φέρει, καὶ ὤνιόν ἐστι γυναιξὶ
Πανδήμοις, ὀβολῶν περνομέναις ὀλίγων
Κάλλος, ὃ ῥυπτόμενον χαμάδις ῥέει· οὐδὲ γέλωτι
Ἵστατ', ἐπὴν λύσῃ χάρμα παρειὰν ὅλην,
Καὶ δακρύων ὀχετοῖσιν ἐλέγχεται, ἰκμαλέῳ τε
Δείματι, καὶ ψεκάδος λύεται ἐξ ὀλίγης.
Ἡ δὲ πάρος στίλβουσα, καὶ ἡ χαρίεσσα παρειὴ,
Χάρμα μέγ' ἐξαπίνης διχρόος ἐξεφάνη,
Περκνὴ, μαρμαρόεσσα. Μελάγχροε, μιλτοπάρῃε,
Πῶς δύνασαι κατέχειν κάλλος ἐλεγχόμενον;
Ταῦτ' οὐ κινυμένοισιν ἀγάλμασι· σοὶ δ' ἀφορητὴ
Μορφὴ, καὶ πολλοῖς λυομένη πάθεσι.
Τοῦτο Θεοῦ δέμας ἐστὶ, χερὸς τόδε· τοῦτο παλαιὸν,
Τοῦτο νέον. Λειμὼν ἄνθεα δισσὰ φέρων,

Aut molli pellucidam lino cæsariem,
Occultam, simul et perspicuam, frontem supra revinctam,
Flavum quiddam coruscantem, qua parte velo non obtegitur,
Ut videantur opera manu elaborata;
Quippe quæ cæcum magistrum, exanime simulacrum
Formæ tibi proponens, illinc pulchritudinem quasi penicillo ducis.
Pulchritudinem autem, si quidem dedit natura, nolite occultare pigmentis,
Sed solis puram maritis vestris
Servate, nec aliis quibusquam procaces oculos injicite:
Oculos enim cor nefarios sequitur:
Sin autem vobis negavit natura formæ elegantiam, secundam deformitatem
Fugite, pulchritudinem manibus comparatam;
Pulchritudinem, quam terra producit, quæ venditur a mulieribus
Trivialibus, quam obolis vendunt paucis.
566 567 Pulchritudinem, quæ abstersa in terram fluit: quæ ad risum
Consistere non potest, si solverit lætitia effusior genas,
Et lacrymarum rivulis proditur, et udo sudore
Metu excusso, et guttis solvitur exiguis.
Quæ vero antea splendida erat, gratoque quodam prædita nitore gena
Risum magnum movet, subito bicolora apparens,
Subatra, candida. O nigricolor, minioque fucata,
Quomodo potes retinere pulchritudinem, quæ tam facile proditur et deletur?
Hæc immobilibus statuis linquenda: tibi vero
Forma quæsita pigmentis non convenit, quæ multis solvitur casibus.
Hoc divinæ fabricæ corpus, illud manufactum: illud antiquum,
Hoc novum. Pratum dicas duplices flores ferens,

12 *Μετωπιδίην*. Sup. lin. ἄλλην δὲ κατὰ τῆς ὄψεως.
13 *Κρήδεμνον*. Coisl. int. τὸ σουδάριον.
15 *Ἄπνοον*. Male edit. ἄπλοον.
16 *Γράφεις*. Coisl. et duo Regii γράφῃς. In uno cod. Colb. legitur οὔτε, pro εὖτε, στησαμένην pro στησαμένη, et γράφειν pro γράφεις, quæ lectio planum efficit sensum: *Neque cæcum magistrum, inane simulacrum formæ tibi proponens, hinc pulchritudinem quasi penicillo ducas.*
17 *Μὴ κρύπτετ'*. Sic Chig. et Coisl. Edit. μὴ κρύπτε.
19 *Κἀλλοτρίῳ μηδ' ὄμματα*. Sic Chig. et Reg. 993. Edit. μηδ' ἀλλοτρίῳ.
20 *Οὐχ ὁσίοις*. Ita Chig., Reg. 990. Sup. lin. τοῖς ἀδίκοις. Edit. οὐχ ὁσίως.
22 *Ἐφελκόμεναι*. Schol. 991 χειροποίητον.
24 *Περνομέναις*. Int. πιπρασκομέναις.
25 *Ῥυπτόμενον*. Ms. ῥιπτόμενον, et sup. lin. πλυνόμενον.
27 *Ὀχετοῖσιν*. Int. ῥεύμασι πλατύνεται. Mox, ὑδροποίῳ φόβῳ.
31 *Μαρμαρόεσσα*. Sup. lin. 991, λευκή. Mox schol. ὦ μελάγχροε.
32 *Ἐλεγχόμενον*. Chig. sup lin., ὀνειδιζόμενον.
33 *Οὐ κινυμένοισι*. Int., ἀκινήτοις. *Hæc linquenda mortuis statuis, tibi vero non conveniunt quæ non es immobilis, sed forma multis modis dissolubilis.* Ibid. Σοὶ δ' ἀφορητή. Ita exigit sensus. Coisl. et Combef. σοὶ δ' οὐ φορητή, cui repugnat metrum. Edit. σοὶ δὲ φορητή. Reg. 991, sup. lin. περιφορητή. — Metricam versionem hic capiat qui potuerit. Duo sequentes versus adeo contra sensum peccabant, ut mutationem expostularent, quam Italicis distinctam inferius reperies. Caillau.

METRICA VERSIO.

Ac vel lucentem lino redimire capillum,
Occultum aut clarum summa per ora nefas:
Flavum fulgentem, simul ac velamen abegit,
Ut palmæ constet munus id artificis:
Cum cæcum doctorem, atque exanimum simulacrum
Formæ constituens, hinc decus assequitur.
Si formam natura dedit, ne inducite fuco,
Sed facite ut solis pura sit illa viris:
Neve oculos avidos alium jaculamini in ullum:
Nam cor non caste lumina subsequitur.
Si minus est vobis formæ concessa venustas,
Nec deforme decus conciliate manu:
Quod tellus profert decus, et venale lupis est
Et scortis, nummis exiguisque emitur.
Illic decor abstersus per humum fluit, atque manere
In risu nescit, quando soluta gena est.
Eluitur, quoties lacrymarum funditur imber;
Hunc madidusque metus, stillaque parva abigit.
Inde prius fulget gena quæ gratissima visu,
Discolor apparet, res bene ridicula,
Fusca et marmorea. O minii male tincta colore,
Qui retinere potes quod decus arguitur?
Hæc non sponte sua signis salientibus adsunt:
Extera forma modis solvitur innumeris.
Numinis hæc opus, illa manus; vetus illa figura,
Hæc nova; ceu pratum fert varias violas,

Digitized by Google

Τερπνῶν τε στυγερῶν τε ἀμοιβαδὶς, ἠέ τις ἐσθὴς
Ἀμφίχροος ζώναις πλείοσιν ἑλκομένη.
Τοὔνεκεν ἢ φεύγειν γραπτὸν δέμας, ἢὲ φυλάσσειν,
Μηδ' ἐπιλωβητὸν εἶδος ἄλκαρ ἔχειν.
Ἴστὸν Πηνελόπης, τὸν νὺξ λύεν, ἦμαρ ὕφαινεν·
Ἔνδοθι τὴν Ἑκάβην, ἔκτοθι τὴν Ἑλένην.
Εἰ μὲν δὴ μῆχός τι λαθεῖν πόσιν, οὐ μὲν ἀνεκτὸν,
Εἶδος ἀποκρύπτειν θειότερον βροτέῳ,
Μή σε Θεὸς τοίοισιν ἀμείψηται χαλεπῆνας·
Τίς, πόθεν ὁ πλάστης; ἔρρε μοι, ἀλλοτρίη.
Οὔ σ' ἔγραψα, κύων, ἀλλ' ἔπλασα εἰκόν' ἐμοῖο·
Πῶς εἴδωλον ἔχω εἶδος ἀντὶ φίλου;

A Ἀλλ' ἔμπης νούσῳ τι παρήσομεν. Εἰ δ', ἀρίδηλον
Ἐστὶ πίναξ γραφέων εἶδος ἐπ' εἶδος ἔχων,
Στήλην αἴσχος ἴσθι βροτοῖς περιφαντὸν ἐγείρειν
Μορφὴν, ἣν σὺ γράφεις ἔμπνοον ἀλλὶ νόου.
Κῆπος Ἀδώνιδος ἦδε τεὴ χάρις ὠλεσίκαρπος,
Πουλύποδος χροιὴ, γράμματ' ἐπὶ ψαμάθων.
Πῶς δὲ σύγ' εἶδος ἔχουσα κολοιΐον (εἴ γε κολοιὸν
Εὔπτερον ἀλλοτρίοις ἄνθεσι μῦθος ἔχων,
Αὖθις γυμνὸν ἔθηκε γελοῖον), οὐκ ἀλεγίζεις
Αἴσχεος ὑστατίου, κάλλεος ὀλλυμένου.
Ἔλπῃ δ' ἀστυφέλικτον ἔχειν γάνος; οὐ μετὰ δηρὸν
Ὄψεαι ἀλλοτρίου κάλλεος ὅσσον ἄχος.

Jucundos et ingratos vicissim : aut quamdam vestem
Bicolorem pluribus zonis tractam.
Quapropter aut fuge fucatum corpus, aut conserva,
Nec turpe formæ adjumentum adsciscas.
Telam Penelopes, quam nox solvebat, dies texebat;
(Id quidem agis) interne Hecubam, externe Helenam refers.
Etiam aliquo modo latere maritum posses, haud tamen ferendum
Te formam occultare divinam mortali,
Ne te Deus his verbis alloquatur indignatus :
« Ecquis, undenam est tuus fictor? Hinc abi, mulier aliena.
Non te depinxi, o impudentissima, sed finxi imaginem mei.
Quomodo igitur idolum habeo pro chara imagine? »
Attamen huic morbo non nihil indulgeamus. Sin autem, manifesta
Velut tabula pictorum, formam formæ superjectam habens,
Statuam turpitudinis noveris te conspicuam mortalibus excitare,
Formam quam tu pingis vivam, viribus ingenii.
Adonidis hortus est tua venustas cito marcescens,
Polypi color, litteræ in arena conscriptæ.
Quomodo tu, quæ graculi formam habes (quandoquidem graculum
Alienis ornatum plumis ostendens fabula,
Rursus his nudatum protulit ridiculum), quomodo, inquam, non curas
Summum dedecus, cum perierit tua pulchritudo?
568-569 An vero spes est constantem hanc tibi futuram venustatem? brevi certe
Perspicies ex adulterina pulchritudine quantus sit dolor.

37 Ἀμοιβαδίς. Sup. lin. ἐκδιάδοχος. Mox, ἐσθὴς, ἱμάτιον δίχροον.

40 Ἄλκαρ. Schol. βοήθημα.

41 Ἴστὸν Πηνελόπης. *Penelopes telam retexere*, est inanem operam sumere, et rursus destruere quod effeceris : proverbium natum ex Homero qui *Odyss.* II, 94, fingit Penelopem Ulyssis uxorem procos eam urgentes hac conditione delusisse, ut tum se promitteret nupturam, ubi telam, quam habebat in manibus absolvisset. Quam conditionem, postea quam illi accepissent, mulier astuta, quod interdiu texuisset, id noctu retexere cœpit :

Ἔνθα καὶ ἡματίη μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστὸν,
Νύκτα δ' ἀλλύεσκεν, ἐπὴν δαΐδας παράθειτο.

Hoc proverbium usurpat Plato in *Phædone*, et Tull. *Acad. quæst.* lib. II.

42 Ἑκάβην. Int. σώφρονα. Mox, Ἑλένην. Int. πόρνην.

46 Ἔρρε. Sup. lin., φθείρου.

47 Κύων. Sup. lin., ὦ ἀναιδέστατα.

49 Ἀρίδηλον. Ita Coisl. et Chig. Edit. ἀρίδηλα. Mallem ἀρίδηλος.

51 Ἐγείρειν. Chig. ἐγείρεις.

52 Ἀλλὶ νόου. Sic legendum : sensus postulat; et certe schol. non legit Ἀλκινόου, ut in editis, quippe qui supra Ἀλκινόου scripsit ταῖς ἰδίαις χερσὶ, *propriis manibus.*

53 Κῆπος Ἀδώνιδος. Edit. male κῆτος. Ad marg. 991 scribitur : Ἐπὶ τῶν ἀώρων, καὶ ὀλιγοχρονίων, καὶ μὴ ἐρριζομένων. Nimirum proverbium est de rebus leviculis, parum frugiferis, brevemque habentibus voluptatem, radices non habentibus. Vide Erasm. Ibid. Ὠλεσίκαρπος. Sup. lin. Coisl., καρποὺς ἀποβάλλουσα, ἀπολλυμένη.

54 Πουλύποδος χροιὴ. *Polypi color*, et *litteræ in arena descriptæ*, proverbia sunt de rebus fluxis. Hæc aptissime transfert ad fucatam mulieris pulchritudinem.

55 Κολοιὸν. Quod de graculo Æsopus in fabulis, hoc de cornicula scribit Horatius, epist. 3, lib. I.

METRICA VERSIO.

Jucundas mistas inamœnis : vestis et instar,
Cui variæ zonæ sunt, variusque color.
Idcirco pictum corpus fugito, atque caveto :
Sperne hoc probrosum subsidium decoris;
Telam Penelopes luce orsam, nocte retextam :
Nempe Hecuba est intus, sed foris est Helena.
Quod si ulla est ratio ut lateas virum, at hoc pote [non est
Mortali divinam occulere effigiem;
Ne Deus infensus te dictis increpet istis :
« Quisnam, unde hic fictor? vade, aliena mihi?
Te haud pinxi, canis; est a me mea condita imago :
Cur pro forma illa das simulacra mihi? »

B Attamen huic morbo veniam damus. At manifesta [est,
Picta tabella alium mox aliumque notans.
Claram ignominiæ forma stabilire columnam
Crede tua, vivam quam facis ingenio.
Hortus Adonidis ista venustas, fructibus obstans,
Polypus omnicolor, littera et in sabulo.
Fabula nota, avis ut furtivo munere gaudens
Pennarum, risum concitet alitibus,
Mox ubi nudatur specie illa. Cur tibi gratum est
Dedecus extremum, pestiferumque decus?
An sperare queas peritura hæc gaudia nunquam?
Quam grave sit cernes mox decus haud proprium.

Digitized by Google

Πυνθάνομ' ὥς τι φέριστον ἔχει πλάσις, ἦν ποτε γῆρας A
Ῥικνώσῃ μορφήν, τὴν πάρος ἀνθοφόρον·
Τῆμος ὅτ' ἄγραφός ἐστι μελῶν πλάσις, ὡς πυρίκαυ-
[στον
Λείπεσθαι σαρκῶν λείψανον ἐκ κονίης·
Ὀψὲ μετακλαίειν δὲ μελῶν δόλον, εὖτε πίθηκον
Ῥυτίσιν ἐν πυκιναῖς ὥσε τὸ λειπόμενον.
Τοίη ψευδομένων μελέων χάρις. Ἀλλὰ, φέριστη,
Νῦν στῆσον μορφῆς ἔκτυπον, ὡς τὸ πάρος.
Ἀτρεκὲς οὐ μὲν ἔγωγε οἶομαι· ἀλλὰ πολὺ πρὶν
Μηδένα μηδ' ἀνδρῶν εὔξεαι ὄμματ' ἔχειν,
Οἵ σε πάρος κλήϊζον, ἐπ' ὄμματα δ' εἶχον ἕτοιμα
Τῇ καὶ τῇ σοβαροῖς ἴθμασι κινυμένην.
Καὶ τὸ, γέλως, ἀνδρῶν λήθειν γένος ἰσχανόωσα,
Μύστας σῆς μορφῆς ἄνδρας ἐπεσπάσαο.
Ἄνδρες γὰρ τρίψαντο τὰ φάρμακα, οἷς σὺ γέγηθας,
Ληΐσταὶ μεγάρων, τέκτονες ἧς μανίης.
Ταῦτ' οὐ σωφροσύνης τὰ σοφίσματα, μαχλοσύνης δέ.
Πᾶν γὰρ ὃ τεχνάζῃ ἄῤῥεσι, μαχλοσύνη.
Φασὶ ταὼ μεγάλαυχον, ἐπὴν περίκυκλον ἐγείρῃ
Αὐχένα κυρτώσας χρύσεον, ἀστερόεις,
Κλάζειν θηλυτέραις φιλοτήσιος. Εἰ δὲ σὺ μορφὴν
Οὐ σφριγόωσι γράφεις ὄμμασι, θαῦμα μ' ἔχει.
Εἰ μὲν γὰρ πόσιός σου ἔχεις πόθον, ὡς σὸν ἐκεῖνος,
Ἐξέτι τοῦ, ὅτ' ἐρῶν σ' ἦγαγε πρὸς θαλάμους
Κουριδίην θαλέθουσαν, ἔχεις χάριν· εἰ δὲ σύ γ' ἄλλων
Ὄμμασιν ἀνδανέεις, τοῦτο πόσις στυγέει.
Κεύθειν λώϊόν ἐστι βελῶν χάριν οἷσι δόμοισιν,
Ἢ ψευδομένην οὐχ ὁσίως προφέρειν.

Si vera audio, hoc commodi habet fucus, postquam senectus
Rugis contraxerit formam prius florentem:
Tunc cum jam membris pigmenta non adhibentur, velut igni adustas
Relinqui carnis reliquias e cinere;
Tum sero deplorat membrorum fraudem, cum simiam
Rugis densissimis propulerit id quod superest.
Talis commentitia membrorum venustas. At nunc, o præstantissima,
Statue formæ simulacrum, ut antea.
Sincerum haud equidem ego putem: ac certe priusquam faciem admoveas
Nemhnem ex iis viris optabis oculos habere,
Qui te antea laudibus efferebant, et oculos habebant in te defixos
Huc et illuc superbis gressibus procedentem.
Et hoc ridiculum est, te hominum genus latere velle,
Quæ mystas tuæ formæ viros adscivisti.
Viri enim contriverunt hæc pharmaca, quibus delectaris,
Magnarum prædones domorum, artifices suæ insaniæ.
Hæc pudicitiæ artificia non sunt, sed lasciviæ.
Quidquid enim struis in gratiam virorum, libidinem promit.
Ferunt pavonem superbum, cum circulum efficit,
Aureum intorquens collum, pennis gemmantibus
Clangore suo feminas ad venerem invitare. Si autem tu formam
Non pingis, ut lascivis placeas oculis, hoc admiror.
Si enim mariti desiderio flagras, ut tui ille
Jam inde ex quo te sibi matrimonio sociavit
Puellam florentem, id gratum. Si autem aliorum
Oculis placere studes, hoc maritus odit.
Occultare melius est membrorum elegantiam in suis ædibus,
Quam commentitiam nefario proferre.

60 *Κάλλεος*. Chig. et Coisl. κύδεος.
65 *Μελῶν δόλον*. Χάριν, *elegantiam*. Ibid. *Πίθηκον*. *Simiam propulerit*, id est, *ementitam pulchritudinem*.
68 *Στῆσον*. Ἔγειρε, *ironice*.
69 *Ἀλλὰ πολὺ πρὶν*. *Prius crederem te optare ut nemo ex iis viris oculos habeat*.
73 *Λήθειν*. Chig. λήθην.
76 *Τέκτονες ἧς μανίης*. *Ipsi enim sibi laqueos quibus capiantur parant, dum pigmenta conficiunt, quibus elegantiores reddantur mulieres*.
78 *Τεχνάζῃ*. Ita duo Regg., Coisl. et Chig. Edit. τεχνάζοι.
79 *Ταώ*. Chig. et Coisl. ταών.
80 *Ἀστερόεις*. *Stellis micans*.
84 *Ὅτ' ἐρῶν σ' ἦγαγε*. Reg. 991, Coisl., Chig. ἐξέτι τοῦ ὅτε σε ἠγάγετ'. *In thalamum admisit*.
87 *Βελῶν*. Uterque interpres legit μελῶν. Cf. vers. 65. Edit.

METRICA VERSIO.

Audio quid prosit medicamen, quando senectus
Contraxit faciem floribus ante parem:
Cum non inficiunt vultus pigmenta, supersunt
Corporis ambustæ relliquiæ e cinere.
Deflere at serum est fraudem medicaminis hujus,
Cum densis rugis simia conficitur.
Talis mendacis decoris stat gratia. Quare
Siste oris speculum quale prius fuerat.
Haud ego crediderim verum: sed vota tua essent
Cunctis nulla viris lumina in ore fore;
Iis qui te quondam celebrabant, teque ferebant
Ante oculos incessu atque gradu tumido.
At quod ridiculum est, generi hoc celare virorum
B Contendens, mystas hos trahis ad faciem.
Pharmaca namque viri triverunt quæ tibi cordi,
Prædones domuum, nequitiæque fabri.
Hoc lenocinii est commentum, haud sobrietatis:
Namque est flagitium quod struis arte viris.
Pavonem memorant præ fastu cum explicat alas
Gemmantes, collum et stellifer aureolum,
Clangore ad se accire suo Venerem. Ipsa colorem
Si non ob molles, miror, amas oculos.
Estne viri desiderium tibi mutuum et ardens,
Ex quo te a prima virgine duxit amans?
In thalamum genialem habuisti gratiam: at idem
Vir te odit, si aliis luminibus placeas.
Occultare domi est satius quæ in corpore dotes,
Quam non rite foras prodere fictitias.

Digitized by Google

Τῇ μὲν γὰρ πόσις ἐστὶν ἐπάρκιος· ἡ δ' ἐπὶ πολλοῖς
Ἴσταται, ὥς τε λίνον ἱπταμένων ἀγέλῃ.
Τέρπῃ τερπομένῳ, καὶ ἀμείβεαι ὄψιν ὀπωπῇ,
Αὐτὰρ ἔπειτα γέλως, καὶ λόγος ἀντίθετος,
Κλεπτόμενοι τὸ πρῶτον, ἔπειτα δὲ θάρσος ἔχοντες.
Μηκέτι μοι τὰ πρόσω φθέγγεο, γλῶσσα λάλε.
Ἀλλὰ τόδ' ἀτρεκέως μυθήσομαι, οὐδὲν ἄκεντρον
Τῶν ὅσα θηλυτέραις παίζεται ἀμφὶ νέοις.
Πάντα γὰρ ἀλλήλοισιν ἅμ' ἕσπεται, ὥστε σίδηρος,
Ὃν μάγνης ἐρύει, ἄλλον ὑπ' ἄλλον ἄγων.
Ὡς ὄφελον ψιμύθοις καὶ φύκεσιν, ἀντὶ γυναικῶν,
Στίλβειν, καὶ λιπαρῶς, ἀνέρες ἀφραδέες,
Οἳ τόσον αἶσχος ἔχοντες ἐν ὀφθαλμοῖσι σύνοικον,
Τέρπονται κακίῃ, ἀχλὺν ἐφεσσάμενοι·
Ἄλλας μὲν βάλλουσιν ἐπεσβολίῃσι φασινὰς,
Αὐτοὶ δ' ἐν σφετέροις αἴσχεσίν εἰσι σύες·
Ἡ τάχα καὶ συφεοῖσιν ἐνὶ σκυτίοισι πέσοιεν,
Εἰρχθέντες Κίρκης χρίσμασι θηροτόκοις,
Οἳ μήτ' ἐχθαίρουσι, καὶ ὡς πυρὶ κάγκανον ὕλην
Βάλλουσ', ἣν ἐρύειν λώϊον ἠὲ φέρειν.
Ἄλλον γάρ τ' ἄλλος τις ἀνὴρ κόσμοισι γυναικῶν
Νικῶσ', ἀφραδίῃ πλεῖον ἔχειν ἐθέλων.
Πολλάκι καὶ κτεάνων ἐπιδευέες, ὥς νεν ἐγείρειν
Ὕβριν ἐῶν ἀλόχων, πλεῖον ἔχουσι πόνον.
Ἐχθρῷ δ' οὔ ποτ' ὀρεξας ἐὸν ξίφος, οὐδὲ χαράδρῃ
Σοῖσιν ἐπ' ἀστάχυσιν ὤπασας εὐοδίην.
Πανδώρην ἐνέπουσι, πυρὸς μαλεροῖο κλαπέντος,
Ποινὴν ἡμερίοις ἄντιτον ἐλθέμεναι,

Nativa tua pulchritudo marito sufficit : commentitia vero pluribus
Prostat, ut rete volatilium gregi.
Delectabit te ille quem delectas, et reddes aspectum aspectui ;
Deinde risus et mutuum colloquium,
Furtivum id primo, postea accedit audacia.
Ne mihi jam, quæ deinceps sequuntur, loquaris, lingua garrula :
Sed hoc vere dicam, nihil sine aculeo
Ex omnibus quæ mulieres joco dicunt aut faciunt cum juvenibus.
570-571 Omnia enim inter se cohærent, ut ferrum
Quod magnes trahit, permulta deinceps rapit.
Atque utinam cerussa et fuco, loco mulierum,
Renideront, et quidem abunde, viri stolidi,
Qui tantam turpitudinem habentes ob oculos contubernalem,
Vitio delectantur, caligine circumfusi ;
Alias quidem insectantur dicteriis sapientia illustres,
Ipsi vero in propriis obscenitatibus sunt porci :
Aut forsan et in tenebrosas haras deciderent,
Inclusi Circes unctionibus feriparis,
Qui non oderunt hujusmodi fucos, imo igni quasi aridam materiam
Injiciunt, quam extrahere satius esset quam inferre.
Alium enim alius vir ornatu mulierum
Vincere, et insipientia primas habere gestit.
Sæpe etiam facultatibus egentes, ut excitent
Fastum uxorum suarum, maximos suscipiunt labores.
Inimico nunquam suum porrexisti gladium, neque torrenti
Tuas in segetes facilem aperuisti viam.
Pandoram ferunt, igne a consumente furtim sublato,
Pœnam mortalibus ultricem advenisse

89 *Ἐπάρκιος*. Sic habent edit. Reg. 991, ἐπάρκεος. Mox, ἡ δ' ἐπί. Ita pariter idem Reg. 991, 992 et Coisl. Edit. εἰ δ'.

91 *Τέρπῃ τερπομένῳ*. Int. Coisl. τέρπῃ καὶ ἀντιτέρπεις, *delectaris et delectas*.

95 *Οὐδὲν ἄκεντρον*. *Nihil quod non pungat, quod non vulneret*.

98 *Ὃν*. Ita duo Regg. et Coisl. Edit. οὐ. Mox, ἄγων. Sic Reg. 990, Coisl. et Chig. Edit. ἄγος. *Aliud super aliud scelus*.

103 *Φασινάς*. Int. Coisl. βάλλουσι μὲν λοιδορίαις σώφρονας γυναῖκας. *Injuriis lacessunt sapientes mulieres*.

106 *Κίρκης χρίσμασι θηροτόκοις*. Circe veneficiis suis Ulyssis socios in sues mutavit. Sic lascivæ mulierculæ fuco ac pigmentis suis ita maritos dementant, ut pene hominum exuisse naturam, et belluinam induisse videantur.

110 *Νικῶσ'*. Int. Coisl. ὑπερβάλλει.

115 *Πανδώρην*. Pandora puellæ nomen est apud Hesiodum, sic dicta, quod dii omnes donum aliquod in eam contulissent. Hanc, ob cœlestem ignem a Prometheo surreptum, e cœlo in terram demissam fuisse fingit poeta, ut homines philtris suis ac fucis in exitium impelleret. Hæc enim sunt de ea Jovis verba :

Σοὶ δέ τοι ἀντὶ πυρὸς δώσω κακὸν, ᾧ κεν ἅπαντες
Τέρπωνται κατὰ θυμὸν ἑὸν μόρον ἀμφαγαπῶντες.

METRICA VERSIO.

Forma tua et nativa virum juvat; at si eadem ambit
Multos, rete gregi tenditur ut volucrum.
Ille placet tibi cui ipsa places, cernisque tuentem,
Obtutum risus, sermoque persequitur.
Hoc furtim primum, mox hinc fiducia surgit :
Ne ulterius pergas, garrula lingua, cave.
Hoc tamen effabor vere, quod non jocus ullus
Femineo in cœtu est, qui stimulo careat.
Cuncta etenim sibi inhærescunt, velut ordine ferrum,
Quod traxit magnes, ferrea quæque rapit.
Quam vellem cerussa homines, fucoque niterent,
Qui sic desipiunt, et muliebre secus !
Nempe oculis tantum cum dedecus obversetur,
Induti vitiorum exsiliunt nebula ;
Nec cessant cultas dictis incessere acerbis :
At porci remanent dedecore in proprio ;
Deciderint in haras tales duntaxat opacas,
Vincti Circæis, unguinibusque feris.
Non etenim odere hæc, alimenta sed arida in ignes
Conjiciunt, quæ esset subtrahere his melius.
Hic illum ornatu uxoris vult vincere semper,
Nec quisquam cuiquam cedere stultitia :
Sæpeque cum indigeant opibus, quo attollere possint
Uxorum fastum, majus opusque movent.
Atqui hosti gladium non das, torrentis et undis
In segetes proprias haud iter ipse facis.
Post ignem æthereo subductum culmine, fertur
Pandoram venisse huc grave supplicium,

Digitized by Google

Ἀντὶ πυρὸς πῦρ ἄλλο, καλοῦ κακὸν, ὥς κε φλέγῃσι
Καὶ πλέον, ἀσκῆσαι κάλλεσι δαιδαλέοις
Δαίμονας, ἄλλο τι δ' ἄλλον ἐπίκλοπον εἰς ἓν ἄγοντας.
Συμφερτὴν ἀπάτην ἀνδράσιν ἐμπελάσαι,
Δειπνολόχην, δολόεσσαν, ἀναιδέα, μειλιχόμυθον,
Τερπωλὴν ὀλοὴν, δαλὸν ἀειφλεγέα.
Οὐ μὲν δὴ μύθοις ἐπιπείθομαι· εἰ δὲ κελεύεις,
Μὴ σύ γε Πανδώρη γίνεο δαιδαλέη.
Πανδώρης γένος εἰσὶν ἀναιδέες· ἀλλὰ σὺ Χριστοῦ
Εἰκὼν, σωφροσύνῃ λάμπεο καὶ πραπίσιν.
Ἄλλος δ' οὐκέτι μῦθος, ἐμῶν δ' ἐπέων ἐπάκουσον,
Οὕς σοι θειοτάτων φθέγξομαι ἐκ λογίων.
Οὐκ ἀΐεις καὶ πρόσθε τὸν πατέρ' ὡς ἀπάτησεν
Ἀνδροφόνοιο φυτοῦ εὔχροος ἀγλαΐη

A Ἤπαφεν, εὐθαλέος τε ἄφαρ βάλεν ἐκ παραδείσου,
Δυσμενέος τε δόλος, παρφασίη τ' ἀλόχου.
Οὗτός σοι νόμος ἐστὶ πατρώϊος ἐξέτι κείνου,
Μή ποτ' ἐπ' εὐχροίῃ θάρσος ἔχειν, θύγατερ.
Πᾶν μὲν κάλλος ἐμοὶ, βαιὴ χάρις, εἴαρ ἔνεικε,
Καὶ χειμὼν κρυερὸς ὤλεσεν ἐξαπίνης.
Ἡ νοῦσός μιν ἔκαμψεν ἀώριον, ἦ χρόνος αἰνὸς
Ὤλεσε, τηκεδανῶν κύκλα φέρων ἐτέων.
Τοῦτο δὲ καὶ πλέον ἐστὶ γελοῖον· οἷδεν ἄκοσμον
Εἶδος ἔχουσα γυνὴ, καὶ πατέει Δανάην,
Αἴσχεῖ κυδιόωσα. Τὸ δ' αἶσχιον (ὡς ἐνέπουσιν
Ἴδριες, οὐ γὰρ ἐγὼ, τῆσδε κακορραφίης),
Ξυνὴν νοῦσον ἔχουσι, καὶ ἀλλήλας ἐθέλουσι
Κεύθειν. Τίπτε νόσου τῆσδε χερειότερον;

Pro igne, ignem alium, scilicet pro bono malum, et quo inflammaret
Magis, eam instruxisse omni pulchritudinis genere
Deos, suas certatim illecebras in unum conferentes:
Tum vero confertam hominibus fraudem invexisse,
Epulis insidiantem, versutam, impudentem, dulciloquam,
Oblectamentum perniciosum, facem semper ardentem.
Haud quidem fabulis crediderim: verumtamen, si volueris,
Ne tu fias Pandora versipellis.
Pandoræ filiæ sunt omnes procaces mulierculæ; sed tu Christi
Imago, sapientia splendeas et prudentia.
Verum jam omissis fabulis, verba mea audi,
Quæ tibi divinis depromam ex oraculis.
Non audisti quomodo olim tuum parentem in fraudem impulerit
Homicidæ arboris color nitidus?
Decepit hunc, et e virenti subito extrusit paradiso
Fraus inimici, et consilium uxoris.
572-573 Hæc tibi lex est paterna ex illo tempore,
Ne unquam pulchritudini confidas, o filia.
Omnem quidem pulchritudinem mihi, gratum sed breve ver affert,
Et hiems aspera exstinguit confestim:
Aut eam morbus frangit præmature, aut tempus grave
Delet, edacium orbem volvens annorum.
Stud autem magis est ridiculum: novit se deformem
Speciem habere mulier, et calcat Danaen,
Quamvis deformis gloriando. Quod vero turpius est (ut aiunt,
Periti hujus artificii, neque enim id exploratum mihi est),
Communi morbo laborant, et se mutuo volunt
Celare. Quid morbo hoc pejus est?

Pro igne dabo tibi gratam pestem, qua omnes
Delectentur suam ipsorum mortem amantes.

Commode itaque Gregorius Pandoræ comparat mulieres fucatas et unguentis delibutas. Hujusmodi Pandoræ egregia est descriptio Proverb. VII.

123 *Εἰ δὲ κελεύεις*. Int. Coisl. εἰ βούλει, μὴ γίνου.

128 *Οὕς*. Non concordat cum genere substantivi neutri ἐπέων.

131 *Ἤπαφεν*. Sic Coisl. et Reg. 991. Male edit. ἧπαφεν.

133 *Σοί*. Ita Coisl. et Chig. Edit. μοί.

134 *Μή ποτ' ἐπ'*. Coisl. μή ποτ' ἐν.

137 *Ἀώριον*. Chig. ἄωριος.

139 *Οἶδεν. Suæ sibi conscia deformitatis.*

140 *Πατέει Δανάην. Ipsam Danaen forma præstantissimam aspernatur.* Schol., καὶ τῶν φύσει εὐειδέων καταχαυχᾶται.

142 *Οὐ γὰρ ἐγὼ*. Int. Coisl. ἔμπειρος. Mox Reg. 990, κακοφραδίης.

METRICA VERSIO.

Ignem alium pro igne, atque malum pro commodo B
Ureret utque magis, hanc genii decorant:
Artibus inque unum collata fraude dolosis,
Admovere viris decipulam omnigenam:
Insidiantem epulis, blandam, sine fronte, loquacem,
Ardentem torrem, lætitiam nocuam.
Credulus haud ego sum fabellis: credere si vis,
Ne Pandoram actu fingito multiplici.
Pandoræ genus hæ perfricta fronte, sed heus tu
Mente tua Christum et sobrietate refer.
Fabula nulla modo est: mea nunc age dicta capesse;
Quæ tibi ab oraclis eloquar ætheriis.
Nunquamne audisti pater ut deceptus Adamus
Sit tuus in pomi pestiferi decore?
Hunc lusit viridique cito ejecit paradiso
Hostilis dolus, et conjugis alloquium.
Hinc tibi ab antiquo lex est præscripta parente
Ne credas formæ, filia chara, tuæ.
Omne decus fragile est, veris quod protulit hora.
Momentoque brevi bruma peremit atrox.
Morbus et ante diem fregit, tempusque volucre
Messuit, annos quod corripit innumeros.
Hæc etiam mulier digna est majore cachinno,
Quæ novit se informem, et gerit ut Danaen,
Dedecore exsultans. At turpius hoc memoratur
Expertis (nec enim id mens mea callet opus);
Vexantur morbo communi: seque latere
Invicem amant; morbo hoc quid, rogo, deterius?

Digitized by Google

Τέκτων τέκτονος ἔργον ἐπίσταται, ἴδρις ἀοιδὸς
Ἴδριν ἀοιδοσύνης, φῶρα δὲ φὼρ ἐδάη.
Ἀλλ' αἴ γ' οὐκ ἐθέλουσι τά περ νοέουσι, νοεῖσθαι.
Ἦ ῥ' ἐτεὸν, κακίη ὄμματα πηρὰ φέρει.
Ὦ; δ' ἄνδρες τίουσι τά περ γελόωσι πρόσωπα,
Τερπόμενοι χροιαῖς κινυμένων πινάκων.
Οὕτι τόσον πινάκεσσιν ὄίομαι, ὅσσον ἐπ' ἀνδρῶν
Θυμῷ, τοῦ τελέθει χρώματα μαρτυρίη.
Πυνθάνομ' ὡς κενεὴν, καὶ ἀνείδεον, ὑστερόφωνον
Ἠχώ τις ποθέων, πλάζεθ' ὑπὲρ σκοπέλων·
Καὶ μορφῆς τις ἐῆς ποτ' ἐράσσατο, καὶ κατὰ [πηγῆς
Ἧλατ' ἐπ' εἰδώλῳ κάλλεος οὐλομένου.

A Ἄλλη δ' αὖ ποταμοῖο καλοῖς ἐπεμήνατο ῥείθροις,
Μαίνετο, οὐδ' ὄχθας ἦγ' ἀπέλειπε φίλας·
Λάπτεν ὕδωρ, χείρεσσιν ἀφύσσετο, ἀφρὸν ἔμαρπτεν·
Ἀλλ' οὐδ' ὡς πυρόεις ὕδασι λῆγε πόθος.
Οὕτω τυφλὸν ἔρως καὶ ἀνάρσιον. Οὐ μέγα θαῦμα,
Εἴ τινα καὶ σὺ νέων τῆλε νόοιο βάλοις,
Εὔχροος, ἀβροχίτων, ῥοδοδάκτυλος, ὑψικάρηνος,
Οὐχ ἕνα, ἀλλὰ τόσους, ὁσσατίοισι γράφῃ.
Πείθομαι, ὥς ποτε ταῦρον ἀνὴρ σοφὸς ἡπαφε τέχνῃ,
Χρώμασι μορφώσας δουρατέην δάμαλιν
(Ξεινὸς ἔρως! ἀπνόοισιν ἐπ' εἴδεσιν ἔμπνοα βαίνει,
Ὀππότε καὶ σὺ νέοις μήσαο τοῖον ἄγος.
Ὀρφεὺς θῆρας ἔπειθε, σὺ δ' ἀνέρας, οἷσιν ὁμοῖος
Θήρεσίν ἐστι νόος, θηλυμανής τε βίος.

Faber fabri opus scit, peritus cantor
Peritum musicæ, furem fur novit.
Illæ vero nolunt, quæ in aliis deprehendunt, in se deprehendi.
Certe verissimum est istud; vitium oculis cæcitatem affert.
Sic viri honorant, quas rident, facies,
Oblectantes se coloribus vivarum tabularum.
Neque eos tam tabulis delectari puto, quam virorum
Ingenio, cujus colores sunt testes.
Audio quod vanæ, informis, posterius resonantis
Echus quidam amore captus, erraverit per scopulos;
Et formam quis suam deperiit, et in fontem
Insiliit ad amplexandum simulacrum exitiosæ pulchritudinis.
Alia autem rursus pulchra fluminis insano amore prosequebatur fluenta,
Insaniebat, nec a dilectis discedebat ripis:
Lambebat aquam, manibus hauriebat, spumam arripiebat;
Verum nec sic igneum cessabat desiderium.
Tam cæca res est amor et præpostera. Non ergo valde mirum,
Si quem et tu juvenum de mente deturbasti,
Colore nitens, molliter vestita, roseis digitis, excelso capite,
Nec unum duntaxat, sed quotquot sunt, quorum causa faciem pingis.
Credo id quod narratur: taurum insignis pictor elusit arte sua,
Coloribus depingens ligneam juvencam
(Novus amor! ad inanimas formas viva animantia currunt);
Quandoquidem et tu juvenibus par molita es scelus.
574-575 Orpheus feras flectebat, tu autem viros, quibus similis
Brutis est animus, et insanus feminarum amor.

148 *Πηρὰ φέρει.* Colb. παραφέρει.
149 *Τὰ περ.* Al. ἅπερ γελόωσι.
152 *Τοῦ.* Sic Coisl. Edit. τῷ. Mox, χρώματα. Reg. 990 ὄμματα.
154 *Ἠχώ τι ποθέων.* Narrat Ovidius, lib. III *Metam.*, quemadmodum Echo Narcissi amore correpta fuerit; verum quis ipsam Echo deperierit, non indicat. Ibid. πλάζεθ'. Chig. πλάζεσθαι.
155 *Τις.* Ita Coisl. Male edit τῆς. Sic etiam infra, lib. II, sect. II, carm. III vers. 52.
156 *Ἧλατ'.* Al. ἥλατ'.
162 *Καὶ σὺ νέων.* Chig. συνέτων. Reg. 990 πινύτων.
164 *Οὐχ ἕνα.* Chig., Coisl. οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ τόσων ὁσσατίοισι.
165 Myronis juvenca, *Anthol.* epigr. 4.
167 *Ξεινός.* Legendum forte ξυνός, inquit Billius, ut præcedentis distychi ratio reddatur, negatque Gregorius mirandum si taurus præstantia artis deceptus in pictam juvencam impetum fecerit: hoc enim ipsi commune est ac stultis viris, qui fucatæ formæ elegantia inescati in luculentam fraudem incidunt. Sed nihil immutandum videtur. De quodam Parrhasio pictore etiam commemoratur, quod arte sua sic ad vivum uvas expresserit, ut aves ad eas, tanquam ad veras uvas advolarint. Mox, βαίνει. Reg. 991 βαίνειν.
168 *Μήσαο.* Ita duo Regg., Chig. et Coisl. Edit. μησαῖο.

METRICA VERSIO.

Scit munus fabri faber, et furem aspicit alter:
Notus cantori est qui bonus est canere.
Illæ nolunt alias quod habent in pectore scire:
Nimirum vitium lumina cæca facit.

Ficta viri pariter derident ora coluntque,
Quos tabulæ vivæ, quos recreatque color.

Non tamen in tabulis vis est, sed mente virorum,
Est cujus color hic testis et indicium.

Quondam aliquis vanæ, informis, resonabilis Echus
Errabat, fama est, captus amore vago:

Ardebatque suam spectatam in fonte figuram
Alter, cui exitium forma venusta dedit.

B Et desiderio quædam insanibat aquarum
Fluminis, et ripas linquere non poterat:
Lambit aquam, palmis haurit, spumamque prehendit,
Haudque exstinctus aquis igneus ille furor.
Sic ferus est et cæcus amor. Mirabile non est,
Si juvenem mentis de statione moves,
Hac facie, hoc cultu, his digitis, cerviceque recta,
Non unum, sed tot quam varius color est
Credo equidem artificem olim decepisse juvencum,
Qui vaccam e trabibus finxerat egregiam.
Idem amor in formas spirantia corpora inertes
Pellit, quo fabricas talia puberibus.
Orpheus ille feras persuasit, tuque viros, queis
Par brutis animus, vitaque amore furens.

Digitized by Google

Εἴ τοι μὴ σάρκεσσι χαρίζεαι, ἀντὶ δὲ σαρκῶν
Ὄμμασι, καὶ τὸ, νόσος ἠερίη φιλότης.
Ἀλλ' ἄτρωτος ὅλη· ναὶ πείθομαι, οὐδὲ τόδ' ἐσθλὸν
Ἐστὶν ἐμοὶ κενεῆς δόξαν ἔχειν κακίης.
Ὡς δ' ἂν καὶ πολλῇσι νόμον γράψειας ἀκο-
[σμον,
Καὶ πινυτή περ ἐοῦσ'. Εὔδρομον ἡ κακίη.
Ἄλλων μὲν ῥυπόωντα βίον τεχνάσμασι κεύθειν,
Σοὶ δὲ σαοφροσύνην καί τι μέλαν φορέειν.
Εἰ γὰρ σώφρονές εἰσιν ἐπανθέες, οὔ ποτ' ἂν ἄλλας
Πείσαις θηλυτέρας σώφρονα θυμὸν ἔχειν.
Μῦθος δ' ἡμετέροιο νόμου, μηδ' ὄμματα βάλλειν
Εὔνιν ἐπ' ἀλλοτρίην, μοιχιδίοισι πόθοις.
Ἀρχὴ γὰρ φιλότητος ἀναιδέος ὄψις ἀναιδὴς,
Τὴν κεν ἀνὴρ φεύγων, καὶ κακότητα φύγοι.

A Πῶς δὲ σὺ τόσσον ἔρωτος ἐπ' ἀνδράσι κεσ:ὸν
[ἄγουσα,
Λυσιγάμοιο, γύναι, τῆλε μένεις κακίης,
Εἰ δ' ἄγε, σοὶ καὶ μῦθον ἐοικότα μυθολογήσω
Αἴσχεσιν ὑμετέροις. Ἡ πολιὴ δὲ λάλον.
Ἄκριτον ἦν τοπάροιθε βροτῶν γένος, ὅς τε φέριστος,
Ὅς τε χερειότερος, ὡς φάτις ὠγυγίη.
Πολλοὶ μὲν δοκέεσκον ἀνάρσιοι, ὄντες ἄριστοι,
Πολλοὶ δ' αὖτ' ἀγαθοὶ, ἔμπαλιν ἀφραδέες.
Κῦδος ἀτιμοτάτοισιν, ἀτιμίη δέ τ' ἀρίστοις
Ἔσπετο, οὕτι δίχῃ τῶν δ' ἐπαμειβομένων.
Ἀλλ' οὐ λῆθεν ἄνακτα Θεὸν κακίη μεδέουσα
Ὀψὲ δ' ἀλαστήσας τοῖον ἔειπεν ἔπος·
Οὐ θέμις ἔστ' ἀγαθοῖσιν ὁμὸν κλέος ἠδὲ κακοῖσιν
Ἔμμεναι, ὥδ' ἂν ἔοι πλειοτέρη κακίη.

Si autem non ut carnis libidini obsequaris (fuco uteris), sed carnis loco
Oculis; et hoc scito, morbus est aerius amor.
At ab omni vulnere tuta es: equidem credo; sed neque id pulchrum
Mihi videtur, inanis suspicionem habere vitii.
Sic enim plerisque mulieribus legem institues inhonestam,
Quamlibet alioqui prudens sis. Facilis cursus ad vitium.
Aliarum est sordes vitæ arte occultare:
Tibi vero castitatem obducere est vel levem criminis notam ferre.
Nam si castæ mulieres nitida sunt facie, nunquam aliis
Persuaseris mulieribus, ut pudicitiam amplectantur.
Præceptum est legis nostræ, neque oculos conjicere
In uxorem alienam adulterinis desideriis.
Origo namque impudentis amoris est impudens aspectus,
Quem qui fugerit, vitium quoque fugiet.
Quomodo ergo tu tantum amoris cestum viris exhibens,
Ab adulterii, o mulier, crimine procul esse potes?
Verum age, tibi fabulam congruentem referam
Turpitudini vestræ. Senectus loquax est.
Confusum olim erat mortalium genus; et qui optimus,
Et qui pessimus, nullo discrimine erant, ut fama fert antiqua.
Multi quidem videbantur nefarii, quamvis essent optimi,
Multi contra boni (habebantur), licet stulti et vecordes.
Gloria abjectissimos, contemptus præstantissimos
Sequebatur, utrisque haud æquam mercedem accipientibus.
At non latuit Deum regem vitium latius dominans,
Et tandem indignatus, istud protulit verbum:
« Haud æquum est bonis parem et malis
Esse gloriam: sic enim magis augeretur vitium.

172 *Ὄμμασι. Oculis* : scilicet, *ut a viris conspiciaris.*
178 *Σοὶ δὲ σαοφροσύνην.* Legendum nonnullis videtur σαοφροσύνη. *Tua vero castitas sit ut et pulli aliquid ferat.* Favet Int. Coisl. σὺ δὲ σωφροσύνην ἀμπέχου καὶ μέλαν ἱμάτιον, *tu vero castitatem indue, necnon et nigrum vestimentum.*
182 *Ἀλλοτρίην.* Ita Chig. et Reg. 990. Edit. ἀλλότριον. Mox Coisl. μοιχιδίοισι. Edit. μοιχαδίοισι.
183 *Ἀναιδέος.* Chig. ἀπηνέος
190 *Ὠγυγίη.* Sup. lin. Coisl. ἀρχαία.
196 *Τοῖον.* Colb. τοῦτο.
197 *Ὁμόν.* Sic Reg. 992 et Coisl. Edit. male ἐμόν. Mox Chig. κακίστοις pro κακοῖσιν.

METRICA VERSIO.

Ut nil corporibus tribuas, solis sed ocellis,
Non expers morbi est hic amor aerius.
At nulli te ictus penetrant: concedo; sed illud
Non probo, cum vitii fama laborat inops.
Deinde noces multis exemplo, et lege inhonesta,
Sis prudens licet. At lubrica res vitium est.
Est aliarum, spurcitiem vitæ obtegere arte:
Atram at ferre notam, vita modesta tibi est.
Nam in cute si curanda operata est turba pudica,
Vix aliis superest cura pudicitiæ
Præceptum legis nostræ est non flectere ocellos
Feminam in externam, mens ut adultera sit.
Sunt lascivi oculi fœdi primordia amoris,
Quos si quis vitet, crimen ita effugiet.

B Tu quando ostentare viris cestum illicem amoris
Gaudes, qui pura es crimine adulterii?
Verum age, narremus fabellam, congrua quæ sit
Opprobriis vestris. Namque senecta loquax.
Indistinctum hominum quondam genus exstitit aiunt,
Nec virtutis erat, nec vitii ulla nota.
Plerosque infandos, qui præstarent pietate,
Credebant rectos, queis mala mens inerat.
Indignos decus ornabat, sed dedecus æquos
Præstantesque viros, sortibus immeritis.
Rex orbis vitium vidit late dominari,
Cum gemituque gravi talia verba tulit:
« Haud fas est eadem statuatur gloria rectis
Et pravis: vitium cresceret usque nimis.

Digitized by Google

Τοὔνεκα τοῖσιν ἐγὼ σημήϊον ἐσθλὸν ὀπάσσω,
Ὄφρ' εὖ γινώσκῃς, ὃς κακὸς, ὃς τ' ἀγαθός.
Ὡς εἰπὼν ἐρύθηνε παρήϊα τοῖς ἀγαθοῖσιν,
Αἷμ' ὑπὸ δέρμα χέας, αἴσχεος ὀρνυμένου·
Θηλυτέραις δὲ μάλιστα, ἐπεὶ καὶ εἶδος ἀραιαὶ
Καὶ κραδίην ἁπαλοὶ, πλεῖον ὑπεσκέδασε·
Τοῖς δὲ κακοῖσιν ἔπηξε, καὶ ἄτροπον ἔνδον ἔθηκε
Τοὔνεκεν οὐδ' ὀλίγον αἴσχεσι συμφέρεται.
Τῶν σύ μοι ἴη ἐοῦσα, πολύχροε· οὐ γὰρ ἔρευθος
Αἰδέομ', εἰ καί μοι τόσσον ὕπερθε φέρεις.
Τοῦτο γάρ ἐστιν ἔρευθος ἀναιδείης ἀνερεύθου
Ἔκγονον, ὃ κλύζει ὄμβρος ὁ πρὶν Σοδόμων.
Μὴ γράψῃς τὸ πρόσωπον, ἀτάσθαλε, μηδὲ δολώσῃς
Σὸν νοόα. Κάλλος ἐμοὶ μοῦνον, ὃ δῶκε φύσις.

A Καὶ γὰρ πλοῦτος ἐμοὶ πατρώϊός ἐστιν ἀρείων
Τοῦ δ' ὃν ἐμὴ παλάμη οὐχ ὁσίως συνάγει,
Καὶ τυτθός περ ἐὼν, πολὺ πλείονος. Ὡς δὲ γυναῖκα
Στέργω κουριδίην, οὐχὶ δὲ μοιχιδίην·
Καὶ γραπτῶν παίδων πολὺ φέρτεροι, οὓς ἐφύτευσα,
Καί περ ἀρειοτέρων, οἵ γε χερειάτεροι.
Τῶν σὺ μνωομένη τήρει δέμας, οἷον ἐτύχθη,
Μηδ' ἐθέλειν δοκέειν ἀνθ' ἑτέρης ἑτέρη.
Κελτοὶ μὲν χρίνουσι γόνον Ῥήνοιο ῥεέθροις,
Καὶ χρυσοῦ καθαροῦ ἄνθρακές εἰσι κρίσις.
Σὸν δὲ σαόφρονα θυμὸν ἀκαλλεῖ κάλλεϊ μορφῆς
Σταθμῶμ'. Ἀσβολόεις μή σε γράφοι Βελίας·
Ἡ γὰρ τέφραν ἔθηκᾶν ὅλην, ἢ καπνὸν ἔχευε,
Τόσσον ἀεικίσσας τέρψιος ἀντὶ τόσης.

Quapropter his ego præclarum signum impono,
200 Ut perspicue cognoscatur, quis bonus, quis vero malus sit. »
Sic fatus, rubore tinxit genas bonorum,
Sanguinem sub pelle fundens, cum turpitudo insurgeret :
Mulieribus autem præcipue, quoniam cute rariori
Et molli pectore sunt, plus pudoris suffudit.
205 Malis vero densavit sanguinem, immotumque intus tenuit.
Quocirca nec minime ob turpitudinem erubescunt.
576-577 Ex quibus una tu mihi est, variis tincta coloribus ; non enim rubore
Tuo moveor, quamlibet copiosum supra faciem exhibeas.
Rubor enim ille est impudentiæ, quæ erubescere nescit,
210 Proles quam obruit pristinus imber Sodomorum.
Ne pingas faciem, o improba mulier, neque fuco inficias
Cutem tuam. Pulchritudo sola mihi est illa, quam dedit natura.
Etenim divitiæ mihi paternæ sunt excellentiores
Iis quas manus mea non legitime colligit,
215 Et licet exiguæ sint, multo abundantioribus. Sic ego mulierem
Diligo, quam virginem duxi uxorem, non adulteram :
Sic etiam pictis filiis multo meliores sunt ii, quos genui,
Quamvis picti elegantiores, isti vero imbecilliores videantur.
Horum tu memor, serva corpus tuum, quale conditum est,
220 Nec videri velis alia pro alia.
Celtæ quidem explorant fœtus Rheni fluentis,
Atque auri puritatis ignis est judex.
Tui vero pudicitiam animi incompta pulchritudine formæ
Expendo. Fuliginosus ne te pingat Belial
225 Aut enim in cinerem rediget totam, aut fumum offundet,
Tantum deformans pro exigua voluptate.

202 *Αἴσχεος ἐρυτιέτου. Cum turpe quid occurraret, turpi prosiliente motu..., re turpi objecta.*
205 *Αἴσχεσι.* Cod. male αἴσχεσιν. Mox συμφέρεται. *Nequidem parum commoventur.*
207 *Τῶν σύ μοι ἴη ἐοῦσα.* Chig., Coisl. et Reg. 990 ἐρυθεοῦσα. Ubique deficit metrum.
209 *Ἀνερεύθου.* Sic Colb. Coisl. sup. lin. τῆς μὴ ἐρυθριώσης. Edit. ἀνέρευθος.
215 *Γυναῖκα.* Int. Coisl. γυναῖκα παρθενικήν.
221 *Κελτοὶ μέν.* Vide infra, lib. II, sect. II, carm. IV, *Nicobuli filii ad patrem*, vers. 143
224 *Ἀσβολόεις.* Chig. ἀσβολέης.
226 *Ἀεικίσσας. Καθυβρίσας.* Mox τόσης. Coisl. μικρᾶς.

METRÍCA VERSIO.

Idcirco his ego præbebo signum manifestum,
Hinc bene quis malus, ut noveris, atque bonus. »
Sic fatus, fuso sub pelle cruore, proborum
Moxque pudore orto, tincta rubore gena est.
Feminea in facie præsertim ; sub cute rara,
Et corde in molli, sic rubor exoritur.
Frigidus at pravis circum præcordia sanguis
Hæsit, et ascendit nullus ad ora rubor.
Unam te ex illis statuo, quæ tincta colore
Es vario : nec enim est mi rubor ille pudor.
Infandæ proles rubor iste libidinis exstat,
Quem Sodomorum ardens obruerat pluvia.
Ne pingas faciem, infelix, neve infice fuco ;
Quod natura dedit, solum adamo decus hoc.

B Pluris opes facio a patribus mihi jure relictas,
Quam gazas partas artibus illicitis :
Exiguum licet, est pretiosius. Ut mihi conjux
Chara est legitima et criminis absque nota :
Et natis mihi adoptatis melioribus, illi,
Quos genui imbelles, sunt magis in pretio.
Hinc corpus servare tuum sine labe memento :
Quod sisque esse velis, nec videare alia.
Nam Celtæ explorant natos in fluminis undis,
Atque auri puri judicium ignis habet.
Pendo pudicum animum non culto corporis hujus
Ornatu. Ne ater te inficiat Belial ;
Verteret in cineres quia te, vel nomina fumo
Spargeret, hac pensans gaudia vana vice.
Non aurum gemmis intextum lumine suavi
Perstringens oculos nobilibus pretio est :

Digitized by Google

Οὐ χρυσὸς λιθάκεσσι διάπλοκος δμματα βάλλων
Αὐγαῖς ἠερίαις, τίμιος εὐγενέταις·
Δειροπέδη στήθεσσι περίτροχος, οὗας ἀτίζων
Ἄχθεῖ μαργαρέῳ ἀμφιπερικραδάων·
Οὐδ' ὅσος ἀμφὶ κάρηνον ὑπέρτατος, οὐ πολύχρυσος
Ἐσθὴς, λεπταλέων δαίδαλα ἔργα μίτων,
Πορφύρεα, χρύσεα, διαλαμπέα, σιγαλόεντα,
Οὐδὲ παρειάων φάρμακα λευγαλέα,
Κόσμος θηλυτέραις· οὐ χείλεα πορφυρόεντα,
Οὐ γραπτῶν βλεφάρων ὀφρὺν ὕπερθε φέρειν
Κυανέην, διεράς τε κόρας ἔντοσθεν ἐλίσσειν,
Οὐκ ὀπὶ θρυπτομένῃ εὐμενὲς οὗας ἄγειν,
Οὐδὲ χέρας τε πόδας τε φίλῳ καὶ ἠδεῖ δεσμῷ

A

Χρυσῷ σφιγγομένην, δούλιον εὖχος ἔχειν,
Οὐδὲ μύροις μαλακοῖσι τεὸν δέμας, ἠὲ κάρηνον
Χρίεσθαι (νεκροὺς ἀμφιέπουσι γύπες)
Μηδὲ μὲν ἐν στομάτεσσι τεοῖς ἄβρωτον ἐδωδὴν
Μαλθάσσειν, δονέουσ' ἔνθα καὶ ἔνθα γένυν,
Οἷα περιφρονέουσα σαόφρονας· ἐκδ' ἄρ' ὀδόντων
Πέμπειν καὶ διερῶν ἀφρὸν ἀπὸ στομάτων.
Μηδὲ δίφρων στεροπῇσιν ἀγάλλεο, μὴ παραφαίνειν
Εἶδος ἀπὸ σχιστῶν δαιδαλέων διθύρων,
Δερκομένη λεύσσοντας· ἀείρεο μὴ θεραπόντων
Πληθύϊ, μὴ δμωαῖς εἰκόσι σῆς κραδίης.
Εἶαρος ἄγγελοί εἰσι χελιδόνες, ἄνθος ὀπώρης,
Δεσποίνης δμωαί· καὶ τόδε φράζεό μοι.

Non aurum gemmis intextum oculos perstringens
Splendore suo, mulieribus pretiosum nobilibus;
Non collare pectus ambiens, aurem deprimens
Sarcina gemmea circum vibrans;
Non id omne quo summum caput ornatur, non auro abundans
Vestis; non opera tenuissimis eleganter elaborata filis,
Purpurea, aurea, pellucida, eximia arte confecta,
Neque genarum pigmenta perniciosa,
Ornatum conferunt mulieribus; non etiam labra purpurea:
Non pictarum palpebrarum supercilium attollere
Cæruleum, humentesque pupillas intus volvere,
Non voce blanda benevolam aurem allicere,
Non manus et pedes amico gratoque vinculo
Aureo stringens, servilem gloriam habere;
Neque mollibus unguentis tuum corpus aut caput
Inungere (circum cadavera currunt vultures);
Neque ore tuo inusitatam escam
Mandere, movens hinc inde genam,
578-579 Ac veluti sapientes feminas contemnens: non ex dentibus
Atque humido ore spumam emittere.
Nec vero lecticarum fulgore glorieris; non obiter ostendas
Formam tuam per bipatentes elegantes fenestras,
Conspiciens spectantes: ne extollaris ob servorum
Multitudinem et ancillarum quæ tui imagines sunt pectoris.
Ut enim veris nuntiæ sunt hirundines, flores fructuum,
Sic dominæ morum ancillæ: et hoc diligenter expende.

228 *Αὐγαῖς ἠερίαις. Splendoribus aeriis.*

230 *Ἀμφιπερικραδάων.* Sup. lin. περισείων, περιχινῶν.

231 *Οὐ πολύχρυσος.* Coisl. et Chig. οὐδὲ πολύχρους.

237 *Κυανέην.* Schol. μέλαιναν. Mox, διερὰς, καθύγρους. Demum ἑλίσσειν, περιστρέφειν.

240 *Δούλιον εὖχος ἔχειν.* Ut enim mancipia ferreis catenis constringuntur, sic hujusmodi mulierculæ catenis, licet aureis, corpus suum constringunt.

242 *Ἀμφιέπουσι.* Schol. περιτρέχουσι. Non satis perspicio, inquit Billius, quam recte conveniant hæc verba cum his quæ præcedunt, hoc tamen mihi significare videtur Gregorius unguenta non vivorum, sed mortuorum potius corporibus adhiberi solita.

243 *Ἄβρωτον ἐδωδήν.* Moris erat hoc quoque lascivis mulieribus, ut ciendæ salivæ causa vel lignum aliquod, vel aliquid hujusmodi dentibus premerent, credo ut humoris illius emissione vegetius os redderetur. Ad hunc igitur morem exagitandum ita hæc describit quasi de equis verba faceret. Equorum enim proprium est ἄβρωτον ἐδωδὴν μαλθάσσειν, *ronger son frein*, ac maxillas huc illuc detorquere, spumamque ore emittere.

250 *Μὴ δμωαῖς εἰκόσι.* Eleganter vocat dominarum suarum imagines ancillas, quod tales esse soleant ancillæ quales dominæ.

METRICA VERSIO.

Non collare suum auro ornans, et gemmea pendens
Sarcina ab auricula, quam premit atque quatit:
Aurea non capitis redimicula, vestis et auro
Dives, subtilis raraque fila operis,
Et Tyrio, et fulvo, et nitido splendore decora:
Non pigmenta ipsis exitiosa genis,
Femineum decorant genus: haud lita purpura labris
Nec pictæ palpebræ alta supercilia.
Humida nec pupilla intus revoluta, nec aures
Illecebris capiens blandula fractaque vox.
Scilicet aurcolis vinclis palmasque pedesque

B

Stringens, captivo tum fueris decore:
Mollibus et caput unguentis pollingere corpus
Quid prodest? (vultur nempe cadaver amat)
At quo fine cibum insulsum premis ore terisque,
Et mentum, utramque exagitasque genam?
An contemnis eas quibus est stola vitaque honesta?
Dum spumam ore udo dentibus atque cies.
Hæc ne te capiant, neque lecticæ nitor ingens,
Nec juvet inserere os per bifores speculas.
Neve greges famulorum te attollant, neque turba
Ancillarum, quæ est cordis imago tui.
Nuntius ut flos est fructus, ut veris hirundo
Nuntia: sic famula est indicium dominæ.

Digitized by Google

Τῶνδε γὰρ εἰ καὶ ἕκαστον ἀκοσμίη τις ἐλαφρὴ,
Πάντα γ' ἅμ' ἀλλήλοις ἔμπεδός ἐστι μόρος.
Ἄνθος ἐν ἐστι γυναιξὶν ἐράσμιον, ἐσθλὸν ἔρευθος,
Αἰδώς. Τοῦτο γράφει ζωγράφος ἡμέτερος.
Δώσομεν, εἰ ποθέεις, καὶ δεύτερον· ὠχρον ἐφέλκοις
Κάλλεϊ σῷ, Χριστοῦ τηκομένη καμάτοις,
Εὐχαῖς τε στοναχαῖς τε καὶ ἤμασι νυξί τ' ἀϋπνοις·
Ταῦτα καὶ ἀζυγέων φάρμακα, καὶ ζυγίων.
Χρώματα μὲν τοίχοισι παρήσομεν, ἠδὲ γυναιξὶ
Ταῖς, ὁπόσαις λύσσῃ βόρβορός ἐστι νέων.
Κεῖναι καὶ σκιρτῷεν ἀναιδέα καὶ γελόῳεν,
Ἡμῖν δ' οὐδ' ὁράαν μαχλάδας ἐστὶ θέμις.
Ὁ τρόπος ἐστὶ γυναιξὶ τὸ τίμιον, οἴκαδε μίμνειν
Πλείονα, καὶ θείοις προσλαλέειν λογίοις,
Ἰστῷ τ' ἠλακάτῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γυναικῶν
Δμωαῖς ἔργα νέμειν, δμῶας ἀλευέμεναι,
Χείλεσι δεσμὰ φέρειν, καὶ ὄμμασιν ἠδὲ παρειαῖς,
Μηδὲ πόδα προθύρων πολλάκις ἐκτὸς ἔχειν·
Χαίρειν θηλυτέρῃσι σαόφροσιν, ἀνδρὶ δὲ μούνῳ,
Τῷ μίτρην θεόθεν λύσαο παρθενικήν.
Καὶ τῷ μέτρα φέρειν σύ γε θάρσεος, ὥς κεν ὀπάζοις
Πίστιν, ὅτι ξείνων τῆλε μένεις φαέων.
Τίς πρῶτος χροίησε Θεοῦ πλάσιν; ὡς ἀπόλοιτο
Πρῶτος ἀναιδείην χρώμασιν ἐγχεράσας.
Ὡς δ' ὁπότ' ἀρνευτῆρες ἀναιδέες, ἄνδρες ἄνανδροι,
Εἴδωλον μορφῆς ἔνδοθι κευθομένης
Ἔκτοθεν ἐστήσαντο, τὰ δ' ἔσπεται, ὅσσ' ἐπέοικεν
Ἅλματα, καὶ λιγυρῶν αἰσχρὰ λύσις μελέων,

A

Horum enim, licet unumquodque dedecus afferat leve,
Omnia simul collecta certa sunt pernicies.
Decor unicus in mulieribus est amabilis, bonus rubor,
Scilicet pudor, quem pingit pictor noster.
Dabimus, si velis, et alterum; pallorem asciscas
Pulchritudini tuæ, Christi tabescens laboribus,
Precibus, suspiriis, diurnis nocturnisque vigiliis:
Hæc innuptis pigmenta sunt et nuptis.
Colores itaque muris relinquamus atque etiam mulieribus
Iis, quarum cœnum in rabiem agit juvenes.
Illæ sane saltent impudenter et rideant:
Nobis autem nec intueri meretrices fas est.
Mores sunt mulierum ornamentum, domi manere
Ut plurimum, cum divinis conversari oraculis,
Fuso ac lanæ operam dare; hoc namque munus est feminarum
Ancillis opera partiri, servos vitare,
Labiis catenas injicere, et oculis atque etiam genis
Nec pedem extra limina frequenter efferre;
Oblectari mulieribus pudicis, viroque solo
Cui zonam a Deo datam solvisti virgineam.
Quin et huic tu licentiæ modum impone, ut ipsi facias
Fidem, te ab alienis abhorrere oculis (et amoribus).
Quis primus pinxit Dei figmentum? sic pereat
Qui primus impudentiam coloribus immiscuit.
Quemadmodum autem urinatores impudentes, virorum nomine indigni,
Simulacrum formæ intus absconditæ
Extrinsecus exhibent, deinde sequuntur quæ conveniunt
Saltationes et stridulorum turpis solutio membrorum,

272 *Μίτρην*. Reg. 990 et Coisl. μήτρην, et sup. lin. ζώνην. Coisl. Int., τῷ ἐκ παρθενίης συνοικίσαντι.

276 *Ἀναιδέην*. Ita Coisl. Edit. ἀναιδείην.

278 *Εἴδωλον*. Id est, *larva primum faciem obtegunt*.

279 *Ὅσσ' ἐπέοικεν*. *Quæ conveniunt inhonestæ rei*.

METRICA VERSIO

Hæc meditanda tibi. Levis ut cujusque sit error,
Cuncta simul prava hæc exitium pariunt.
Unus amabilis in mulieribus est color et flos,
Eque pudore rubor: pinxit eum ipse Deus.
Si cupis, alterum item dabimus. Tua pallor ad ora
Accedat Christi tabida vulneribus,
Et gemitu, et precibus, noctis lucisque labore:
Hæc uxoribus et pharmaca virginibus.
Ergo age, picturæ muris linquamus honorem,
Atque his queis rabies spurcitia est juvenum.
Turpiter et saltare his et ridere licebit,
Nobis vel meretricem intuitum esse, nefas.
Mores sunt gemmæ muliebres, atque manere
Ædibus, oraclis colloqui et ætheriis.

B

Penso operam dare, tum percurrere pectine lanam
Et præscribere opus, femineum officium est:
Servos vitare, et dare frena orique genisque,
Promovisse suum limine vixque pedem:
Matronis gaudere probis, castisque puellis,
Atque viro, junctus qui tibi jure thoro est:
Huicque modum audendi finemque imponere certum,
Unde tibi invisos esse probes alios.
Quis primus figmenta Dei orsus pingere, abegit
Pigmentisque pudorem? is male dispereat.
Ut fœdi urinatores, haud nomine digni
Nempe viri, larvata effigie ora tegunt:
Obsceni gestus modo, saltus deinde sequuntur,
Turpibus et gratis membra soluta modis.

Digitized by Google

Ἀνδράσιν ἀφραδέεσσιν ἐαδότα, ὡς ἄρα ταί γε,
Ἐσσάμεναι μορφὴν ἔκτοθεν ἀλλοτρίην,
Κωμικὸν, οὐχ ἱερὸν αἰδοῦς σκέπας, ἔνθεν ἔπειτα
Κίνυνται μορφῆς ἄξια δαιδαλέης.
Τῇ περιμοχθίζουσι θύραι, κληῖδες, ἔσοπτρα,
Φάρμακα, φαρμακίδες, ἄτρομον οὐδὲ τέγος.
Ταῦτ' εἰδογραφίης κενεαυχέος· ἀκομίης δὲ
Οὐδὲν ἀμοχθότερον σώφρονος ἀγλαΐης.
Εἰ δὲ σὺ κάλλεϊ τόσσον ἐπιπλάστῳ βλεμεαίνεις,
Οὔ ποτ' ἂν ἀπλάστῳ σώφρονα θυμὸν ἔχῃς.
Ἐσθὴρ εἶδος ἔτευξεν ἐράσμιον· ἀλλὰ τί κείνης
Ἔργον ἀριπρεπίης; ἔθνος ἔμεινεν ὅλον.
Γράψε ποτ' ὄμματα πόρνης Ἰεζάβελ ἀγριόθυμος,
Λοῦσέ γε μὴν πόρνας αἵματι πορνιδίῳ. [πόρναις

Α Σοὶ δ' οὔτ' ἔργον ἄνακτος ἐλεῖν χόλον, οὔτ' ἐνὶ
Μοῖραν ἔχεις· τῷ μοι φείδεο σωφροσύνης.
Οὐ τρομέεις ἱερῆας ὑποκλίνουσα κάρηνον,
Σκηνὴν ἀμφιθέτοις εἴδεσι λαμπομένην;
Οὐδὲ χέρες φρίσσουσιν, ἐπὴν ἐς μύστιν ἐδωδὴν
Τείνεις, αἷς σὺ γράφεις πένθιμον ἀγλαΐην;
Πῶς δὲ σύ γ' ἀθλοφόροισιν, ὅσοις ἵστησι χορείην
Λαὸς πασσυδίῃ, τίμιον αἷμα σέβων,
Εἶδος ἄγεις πολλῶν θελκτήριον, ὡς ἀγορή τις
Πληθὺν ἐφελκομένη ἐν μεσάτῳ πτολίων,
Ἢ θηρῶν δείκτῃσιν ὁμοίϊα, τοὶ προφέρουσιν
Ἑρπυστὰς σκοτίων δειμαλέοι λαγόνων;
Ἀλλὰ, γύναι, μύθοις ἐπιπείθεο ἡμετέροισι,
Μή σε νόος τρώσῃ χεῖρας ἐπ' εἶδος ἄγων.

Hominibus stultis placentia; sic utique illæ
Indutæ formam externe alienam,
Scenicum, non sacrum pudoris velamen, exinde postea
Moventur, ut forma dignum est fucata.
580-581 Huic laborant fores, claves, specula,
Pigmenta, pictrices, nec timoris est expers tectum.
Hæc incommoda affert pictura inanis formæ: incompta autem
Nihil minus laboriosum est pudica pulchritudine.
Si vero tu ob ascititiam venustatem tantopere insolescis,
Nunquam erga eum qui fucum aversatur, pudicum amorem habebis.
Esther quidem formam composuit ad amorem concitandum; sed quis hujus
Fructus fuit pulchritudinis? totius gentis salus.
Pinxit olim oculos fornicaria et ferox Jezabel:
Verum perfudit meretrices cruore meretricio.
Tibi autem neque opus est regis iram sedare, neque inter meretrices
Partem habes: quare parce pudicitiæ tuæ.
Non pertimescis sacerdotes, dum submittis caput,
Larvam velut quamdam oppositis inter se formis lucentem?
Non horrescunt manus, cum ad mysticam escam
Eas extendis, quibus tu pingis luctuosam pulchritudinem?
Quomodo vero tu martyribus, quibus instituit choreas
Populus agminatim, pretiosum sanguinem veneratus,
Faciem geris multos inescantem, velut forum quoddam
Populares attrahens in medio urbium;
Aut ferarum ostensoribus similis, qui proferunt
Serpentes e tenebrosis trepidi cubilibus?
At tu, mulier, sermonibus obtempera nostris;
Ne te mens vulneret, manus ad faciem ducens.

282 *Ἐσσάμεναι.* Ita Coisl. et duo Regg. Edit. ἐσσόμεναι.

290 *Ἔχῃς.* Reg. 991 ἔχοις.

292 *Ἔθνος ἔμεινεν ὅλον.* Schol., διεσώθη, *gens tota servata est.*

294 *Λοῦσέ γε.* Vult forsan Gregorius impiam Jezabelem, cum jubente Jehu præcipitata est, cadendo impudens os suum oculosque suos cruentasse. Alludit enim ad id quod dictum olim de impudente homine, eum non habere in oculis κόρας, sed πόρνας, κόρη namque etiam significat puellam. Combef. πόρνας accipit pro πορνείας, *lavit scortationes meretricio cruore.*

299 *Ἐς μύστιν ἐδωδήν.* Id est, *sacram Eucharistiam, quam olim fideles suismet manibus accipiebant.*

303 *Ὡς ἀγορή τις.* *Mulier circumforanea*, ἀγοραία.

304 *Πληθύν.* Ita Reg. 990 et Coisl. Edit. πλυθύν.

305 *Δείκτῃσιν.* Reg. 990, δήκτῃσιν ἐπαοιδοῦ θηροδήκτου, *incantatori a serpente percusso similis.*

306 *Ἑρπυστάς.* Reg. 990 et Coisl. ἑρπηστάς.

308 *Μή σε νόος τρώσῃ.* Int. Coisl. μή σε πλήξῃ λογισμὸς πείθων ἐπαίρειν χεῖρας εἰς ποικίλαν μορ-

METRICA VERSIO.

Non aliter lasciva cohors sua cum exuit ora,
Personam et formæ fictitiæ induerit,
Quæque decent scenam, haud casti indumenta pu- [doris,
Par sequitur formæ motio, nempe salax.
Ilis valvæ strepitant, claves, specula atque colores,
Pictrices, nec eo tecta tremore carent.
Hæc formæ pictura trahit damna: at decor artis
Expers, incompta et forma, labore vacat.
Quod si fucato placet indulgere nitori,
Fucum aversantem haud mente coles placida.
Forma fuit peramœna Esther. Sed quis fuit oris
Fructus formosi? gentis amica salus.
Jezabel at meretrix oculos fera pinxit, et inde
Lumina polluto tincta cruore tulit.

Β At tibi non opus est regem placare, nec inter
Scorta jaces: ut sit vita pudica vide.
Sacrificisne caput non horres subjicere illud,
Larvæ instar, formis oppositis nitidum?
Non horrent palmæ quas liba ad mystica tendis,
Et queis depingis triste et inane decus?
Jam cum martyribus Christi statuuntur athletis,
A populo choreæ, ut vulnera sancta colat:
Vulgus inescantem faciem gerere, o scelus, au- [des?
Non secus atque forum quod media urbe patet:
Aut illis par, qui proferre cubilibus angues,
Ostentare feras e tenebrisque solent.
Ne monitis, mulier, nostris parere recuses,
Nec temeraria mens ducat ad ora manus,

Digitized by Google

Μὴ σύ γε, μὴ κείνῃσιν ὁμόπλοος, ὦ τέκος, εἴῃς,
Μὴ σύ γε συμφράδμων, μηδὲ συνωροφίη·
Ἄλλῃσιν τὰ περισσά· σὺ δ' ἄζεο χείλεσιν ἀνδρῶν
Καὶ κληΐζομένη. Τοῦτο γυναιξὶ κλέος.
Εἰ μέν σοί γε βίος πανελεύθερος ἔπλετο δεσμῶν,
Χριστῷ ζῶε μόνῳ, πάντ' ἀποσεισαμένη,
Παρθένος αἰγλήεσσα, περίφρων, ἀγλαόμητις,
Νυμφίον ἧς κραδίης ἁγνὸν ἔχουσα Λόγον.
Εἰ δέ σέ γε πλευρῆς εἵλεν πόθος, ἧς ἐκεάσθης,
Μούνην γε πλευρὴν ἀμφιέπειν φιλίην,
Ἐσθλὸν φίλτρον ἔχουσα, ἐλεύθερον ἀντὶ κακοῖο·
Τοῖς δ' ἄλλοις πάθεσιν, μηδ' ὄναρ ἀντιάᾳν.
Καὶ σὺ Θεοῦ μεγάλοιο παραστάτι, οὐδὲ σὺ λήθεις,
Ἦν ποτε τῷ χθαμαλῷ θῆλύ τι συγκεράσῃς.
Ἔστι καὶ ἐν ῥυπόωσί ποθ' εἵμασι θρύψις ἄσεμνος,
Καὶ σεμνότης μαλακοῖς. Ἴστορες οὐκ ὀλίγοι.
Ῥυτίς σοι πλέον ἐστὶν, ἐπίστασο, ἢ τὰ μέγιστα
Τραύματα κοσμοβίων. Ἄζεο μαρτυρίην.
Οὐδὲ γὰρ ἐν ῥυπόωσι ῥανὶς τόσον, ὁσσάτιόν περ
Φαίνεται ἐν καθαροῖς εἵμασιν ἰσοχρόοις.
Ταῦτ' εἰ μὲν πεπίθοιμεν, ὀνήσομεν· εἰ δὲ πρόσωπον
Στήσειας, λάμποις δὶς τόσον, εἰ ποθέεις,
Χρυσῷ τ' ἠλέκτρῳ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι·
Τοῖα χαρίζομ' ἐγὼ ταῖς νεοκαλλιγράφοις.
Ἡ στήλη μὲν ἕτοιμος, ἐγὼ δ' ἐπίγραμμα χαράξω·
Δεῦρ' ἴθ' ὅσοισι φίλον, κάλλεϊ τερψόμενοι.

Λ'. *Στίχων ἡ ἀκροστιχὶς τῶν πάντων στοιχείων, ἑκάστου ἰάμβου τέλος παραινέσεως ἔχοντος.*

Ἀρχὴν ἁπάντων καὶ τέλος ποιοῦ Θεόν.

Ne tu quidem, ne cum talibus mulieribus naviges, o filia,
310 Ne tu consilii socia sis, neque contubernalis.
Aliis supervacanea relinque ; tu autem erubesce vel ore virorum
Celebrari. Hæc est mulierum gloria.
Si tibi vita penitus libera sit a matrimonii vinculis,
Uni Christo vive, omnibus excussis,
315 Virgo splendida, prudens, clara consilio,
Sponsum animæ tuæ immaculatum habens Verbum.
Sin autem te lateris cepit desiderium, e quo secta es,
Unicum saltem illud latus dilectum complectere,
Laudabilem fovens amorem, liberum pro malo :
320 Aliis autem affectibus, ne quidem per somnium indulge.
At tu, virgo, quæ magno Deo astas, nec tu latebis,
Si unquam humili vitæ generi muliebre quid miscueris.
582-583 Sunt aliquando in sordidis vestibus deliciæ inhonestæ ;
Est et gravitas in mollibus. Norunt non pauci.
325 Ruga tibi turpior est, id certo scias, quam maxima
Vulnera in mundo viventibus. Revereare professionem.
Neque enim in sordidis macula perinde atque
In puris apparet vestibus et unius coloris.
Hæc si tibi persuadeam, prodero ; sin autem faciem
330 Obfirmes (per me licet), fulgeas duplo amplius, si cupis,
Auro et electro, et argento et ebore :
Hæc ego largior mulieribus novi ornatus studiosis.
Columna quidem parata est, ego autem hæc verba insculpam :
Huc veniat quisquis voluerit, et pulchritudine oblectetur.

XXX. ***Versus iambici acrostichi secundum omnes alphabeti litteras sic dispositi, ut quilibet iambicus in adhortationem aliquam desinat*.**

Principium rerum omnium et finem Deum tibi propone.

* Alias Bill. 122, pag 186.

φὴν. *Ne te ulla ratio variam formam suadeat induere.* Combefisius probat Billii conjecturam, μή σε νέος, *ne juvenis vulnus infligat, manus in ora injiciens.*

326 *Κοσμοβίων.* Mss. κοσμοβίῳ.

332 *Νεοκαλλιγράφοις* Schol. τοῖς νεωστὶ κάλλος γράφουσι. *Istis novis elegantiæ pictricibus.*

XXX. Tit. *Στίχων*, etc. Primus hoc carmen edidit Leuvenclaius, et sic reddidit, ut et iambici versus Latini singuli Græcis respondeant, et aliquam Latini quoque alphabeti rationem habuerit interpres.

METRICA VERSIO.

Ne comptis cum illis in eadem nave vehasimilis,
Nec cole tecta eadem : consilium neque des.
Linque aliis vana : at labiis vereare virorum
Commendari etiam. Hoc femineum decus est.
At siquidem vinclo non es sociata jugali,
Christo vive uni, cæteraque excutito,
Insignis virgo probitate et dotibus almis,
Verbum pro sponso cordis habensque sui.
At si te costæ, a qua es secta, cupido virilis,
Corripit, unum illud sit tua cura latus.
Laudatum foveas purumque fideliter ignem,
Nullaque vis sensus flectat et umbra tuos.
At tu, virgo, Deo quæ astas, non, crede, latebis,
Si vesti abjectæ molle quid addideris.
Luxuria interdum vestitus sordibus hæret,
Mundi cultorum gravitas. Pluribus idque patet.
Ast gravior ruga est in te, quam vulnera quævis
Mundi cultorum : nescia ne fueris.
Atris in pannis macula haud apparet, ut albis
Vestibus et puris quas color unus amat.
Iis si parueris monitis, tibi proderit : at si
Obfirmes faciem : fas magis ut niteas
Argentoque, auroque, electroque, atque elephanto :
Hæc ego pigmenti largior artifici.
Ecce columna patet, lubet huic inscribere versum :
Huc, decore optato quo potiaris, ades.

XXX. VERSUS IAMBICI ACROSTICHI, SECUNDUM OMNES ALPHABETI LITTERAS SIC DISPOSITI, UT QUILIBET IAMBICUS IN ADHORTATIONEM ALIQUAM DESINAT.

(*Leuv. interprete.*)

Agendorum initium sit et finis Deus.

Digitized by Google

Βίου τὸ κέρδος, ἐκβιοῦν καθ' ἡμέραν.
Γίνωσκε πάντα τῶν καλῶν τὰ δράματα.
Δεινὸν πένεσθαι, χεῖρον δ' εὐπορεῖν κακῶς.
Εὐεργετῶν νόμιζε μιμεῖσθαι Θεόν.
Ζήτει Θεοῦ σοι χρηστότητα χρηστὸς ὤν.
Ἡ σὰρξ κρατείσθω καὶ δαμαζέσθω καλῶς.
Θυμὸν χαλίνου, μὴ φρενῶν ἔξω πέσῃς.
Ἴστη μὲν ὅμμα, γλῶσσα δὲ στάθμην ἔχοι.
Κλεὶς ὡσὶ κείσθω, μηδὲ πορνεύοι γέλως.
Λύχνος βίου σοι παντὸς ἡγείσθω λόγος.
Μή σο. το εἶναι τῷ δοκεῖν ὑποῤῥέοι.
Νόει τὰ πάντα, πρᾶσσε δ' ἃ πράσσειν θέμις.
Ξένον σεαυτὸν ἴσθι, καὶ τίμα ξένους.
Ὅτ' εὐπλοεῖς, μάλιστα μέμνησο ζάλης.
Πάντ' εὐχαρίστως δεῖ δέχεσθαι τἀκ Θεοῦ.
Ῥάδδος δικαίου πλεῖον, ἢ τιμὴ κακοῦ.
Σοφῶν θύρας ἔκτριβε, πλουσίων δὲ μή
Τὸ μικρὸν οὐ μικρόν, ὅταν ἐκφέρῃ μέγα.
Ὕβριν χαλίνου, καὶ μέγας ἔσῃ σοφός.
Φύλασσε σαυτόν, πτῶμα δ' ἄλλου μὴ γέλα.
Χάρις φθονεῖσθαι, τὸ φθονεῖν δ' αἶσχος μέγα.
Ψυχὴ θύοιτο μᾶλλον ἢ τὸ πᾶν Θεῷ.
Ὦ τίς φυλάξει ταῦτα, καὶ σωθήσεται;

ΑΑ'. *Γνῶμαι δίστιχοι.*

Γυμνὸς ὅλος βιότοιο τάμοις ἄλα, μηδὲ βαρεῖα
Ναῦς ἐπὶ πόντον ἴοι, αὐτίκα δυσομένη.

Vitæ lucrum est mori singulis diebus.
Nosce omnia egregiorum virorum præclara facta.
Grave est egere, pejus divitem esse improbe.
Benefaciens crede te esse imitatorem Dei.
Concilia tibi Dei misericordiam, ipse misericordiam adhibendo.
Caro coerceatur, et pulchre dometur.
Iram refrena, ne de mentis statu excidas.
Cohibe oculos, lingua normam habeat.
Sera aures claudantur, nec lasciviat risus.
Lumen et dux totius vitæ tibi sit ratio.
Ne tibi vana specie decepto res ipsa effluat.
Nosce omnia ; sed age tantum quæ fas est agere.
Peregrinum te esse scito, et honora peregrinos.
Cum prosperam habes navigationem, tunc maxime memento tempestatis.
Omnia cum gratiarum actione accipienda sunt a Deo.
Virga justi potior est quam gratia mali.
Sapientum limina tere, non vero locupletum.
Res parva parva non est, cum magnum aliquid affert
Libidinem refrena, et eris maxime sapiens.
Cave tibi ipsi, nec alterius lapsum rideas.
Gloria est invideri, invidere autem maximum est dedecus.
584-585 Animus Deo mactetur potius, quam alia quælibet victima.
O quis hæc servabit, et ipse salvabitur?

XXXI. *Distichæ sententiæ* *.

Nudus totus vitæ sulca pelagus, nec nimis onusta
Navis tua mari se committat, mox demergenda.

* Alias Bill. 63. pag. 146.

3 *Πάντα*. Reg. 1227, πάντων.
10 *Πορνεύοι*. Reg. 1227, πορνεύῃ.
12 *Ὑποῤῥέοι*. Reg. 1227, ὑποῤῥέῃ.
16 *Δεῖ*. Reg. 1227, χρή.
17 *Ῥάδδος*, etc. Alludere videtur Gregorius ad illud psal. CXL, 5 : *Corripiet me justus in misericordia et increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Ibid. πλεῖον. Reg. 1227, κρεῖσσον.
19 *Ἐκφέρῃ*. Reg. 1227, ἐκφύῃ.
20 *Ὕβριν*. Reg. 1227, ὕβριν μικρὸν κρατοῦντα φίσασθαι μέγα. — Versus 21 in versione metrica peccat. (Caillau.)

XXXI. Tit. in Vat. idem est ac in editis : Coisl. Γνῶμαι παραινετικαὶ ὧν ἡ ἀκροστιχὶς ἥδε. Porro ἀκροστιχίς, genus est carminis, in quo primæ singulorum versuum litteræ aliquod nomen vel sententiam efficiunt. Sic in isto carmine, ex primis cujusque versus litteris hæc fere duo pentametra efficies :

Γνῶμαι Γρηγορίου, δίστιχος εὐεπίη,
Ἐσθλὸν ἄθυρμα νέοις, καὶ χάρις ἐξοδίη.

Sententiæ Gregorii, disticha venustas,
Utilis lusus juvenibus, munus postremum.

Alter tit.: Δίστιχος. Sic Coisl., Reg. 993. Edit. Δίστιχοι. Ἐσθλόν. Sic. Vat. et Coisl. Edit. καλόν.
1 *Βαρεῖα*. Sic Coisl. Edit. βαρεῖος.
2 *Ναῦς*. Edit. νηῦς. Ibid. ἴοι. Sic Reg. 993. Edit. ἴοις. Mox Reg. 992, 993 et Coisl. δύσσομένη pro δυσομένη.

METRICA VERSIO.

Beata lucra vitæ quotidie mori.
Cognoscere hominum facta egregiorum stude.
Durum est egere : pejus ditem esse improbe.
Eris si beneficus, imitaberis Deum.
Fac sis benignus, ut benignum habeas Deum.
Geras cave carni morem, sed eam doma.
Habenis retine iram, ne te occupet furor.
Inhibeto visum, quædam linguæ norma sit.
Clavem auribus obde, risum lascivum fuge.
Lucerna sit ratio vitæ tibi totius.
Missam fac opinionem remque amplectere.
Noscenda cuncta putato : sed quæ fas age.
Omnem exhibe hospiti honorem, cum hospes ipse [sis.
Procella timeri cursu debet prospero.
Quæcunque dat Deus, animo grato accipe.
Res virga justi potior est, quam honos mali.
Sapientum mihi fores, non locupletum tere.
Tibine pusillum est, unde quid ingens provenit?
Vir magnus esse potes frenans petulantiam.
Probe tibi cave, alterius lapsum haud riseris.
Gratum invideri, at invidere ingens probrum.
Præstat animum quam cætera offerri Deo.
O quam beatus, quisquis hæc servaverit!

XXXI. DISTICHÆ SENTENTIÆ.
(*Billio interprete.*)

Nudus ara vitæ pelagus, nec onusta carina
In mare, ne pereas, te dato fluctivagum.

Digitized by Google

Ὡς αἰεὶ κρυεροῖο παρεσταότος θανάτοιο
Μνώεο, καὶ θανάτου ἦσσονος ἀντιάσεις.
Αἰεὶ νηὸν ἔγειρε θεῷ νόον, ὥς κεν ἄνακτα,
Ἴδρυμ' ἄϋλον, ἔχῃς ἔνδοθι σῆς κραδίης.
Γνῶθι σεαυτὸν, ἄριστε, πόθεν καὶ ὅστις ἐτύχθης,
Ῥεῖά κεν ὧδε τύχῃς κάλλεος ἀρχετύπου.
Ἥμαρ ἐπ' ἦμαρ ἄγει σε· κυλίνδεται ὅστις ἐλαφρός·
Γνώμη δ' εὐπαγέος ἦμαρ ἄλυτον ἔχει.
Ὅστις ἀπερχομένοισι καὶ ἐρχομένοισι πέποιθε,
Ῥεύματι πιστεύει οὔ ποτε ἰσταμένῳ.
Ἶσον ἐμοὶ κακόν ἐστι βίος καὶ μῦθος ἀλιτρός·
Ὁππότερόν κεν ἔχοις, καὶ θατέροιο τύχοις.

Tanquam semper præsentem frigidam mortem
Intuere, et mors levior accidet.
Semper templum Deo mentem exstrue, ut regem,
Tanquam imaginem incorpoream, habeas in pectore tuo.
Nosce teipsum, optime, unde et quis sis :
Facile enim sic assequeris pulchritudinem archetypam.
Dies ad diem te transmittit : volvitur quisquis est levis ;
Vir autem constans animo perpetuum diem habet.
Quisquis venientibus et recedentibus confidit,
Flumini confidit nunquam consistenti.
Par mihi videtur malum, vita et oratio scelerata :
Utramvis habueris, alteram habebis.
Flagitiosum est impurum astare sacrificiis :
Flagitiosius omnes mortuorum reliquias venerari.
Nunquam subsistas in via virtutis : in vitii enim voraginem relaberis
Si substiteris, tu qui excessisti e vitio.
Videns cæcus est, qui vitii sui non videt exitium :
Vestigia feræ indagare, perspicacium est oculorum.
Cum indigeas cura medici, si vitia celaveris,
Nunquam putredinem effugies exitialem.
Tuus sermo, opus meum. Qui non præclarum opus susceperit,
Præclaram orationem habeat adjutricem oppositam.
Procax est satietas. Ego autem volo te, optime,
Opus habere, quo consistat animus perpetuo volubilis,

Ὑγρὸς ἀναγνον ἐόντα παρεστάμεναι θυέεσσι·
Δεινότερον νεκύων λείψανα πάντα σέβειν.
Ἵστασο μὴ ποθ' ὁδοῖο καλῶν· κακὸν ἐς βυθὸν ἕρπειν
Σοὶ στάσις, ὅστις ἔδης ἔκτοθι σῆς κακίης.
Τυφλὸς ὁρῶν, ὃς ἑῆς κακίας οὐκ ὄσσετ' ὄλεθρον·
Ἰχνια μαστεύειν θηρὸς, ἄκρων φαέων.
Χρῄζων δὴ παθέεσσιν ἀκέστορος, ἦν κακὰ κεύθῃς,
Οὔ ποτε σηπεδόνα φεύξεαι ἀργαλέην.
Σὸς λόγος, ἔργον ἐμεῖο. Ὅς οὐ καλὸν ἔργον ἐρεξεν,
Εὐεπίην ἐχέτω σύμμαχον ἀμφίθετον.
Ὑβριστὴς κόρος ἐστίν. Ἐγὼ δέ σε βούλομ', ἄριστε,
Ἔργον ἔχειν, ψυχῆς πῆξιν ἀειστρεφέος,

3 *Κρυεροῖο.* Schol. Coisl. ψυχροῦ.
4 *Ἥσσονος.* Reg. 992, χρείσσονος.
6 *Ἴδρυμ'.* Int. ἄγαλμα. Ibid. ἔχῃς. Reg. 993, ἔχοις.
8 *Τύχῃς.* Reg. 993, τύχοις.
9 *Κυλίνδεται ὅστις ἐλαφρός.* Billius et Gaullyer referunt hæc verba, *levissime volvitur* ad *diem*. Sed genus pugnat ; opponit sane Gregorius eum qui levis est ac inconstans, ἐλαφρός, illi qui habet animum constantia fultum, εὐπαγέος γνώμη.
11 *Ἀπερχομένοισι.* Schol. ἀνθρωπίνοις πράγμασι, *rebus humanis*.
16 *Νεκύων λείψανα.* De falsis diis hæc accipienda sunt, inquit Billius ; neque enim hic habent quod arrodant hæretici. Tantum enim ab eo abest Gregorius ut eum honorem, qui sanctorum corporum reliquiis a piis hominibus haberi solet, exagitandum putet, ut Cypriani cineres innumera miracula edere solitos esse scribat : Ἅπαντα δύναται Κυπριανοῦ καὶ κόνις μετὰ πίστεως, id est, ut exponit Nicetas, *Omnia potest vel ipsa Cypriani cinis, si quis cum fide accedat.* Vide ea de re tom. I, pag. 449, num. 18.
17 *Ἵστασο μὴ ποθ'.* Schol. μὴ στῆθι τῆς ἐπ' ἀρετὴν ὁδοῦ. Schol. 991, τὸ γὰρ ἑστάναι τοῦ καλοῦ, εἰς βυθὸν ἔστι φέρεσθαι, ἔστιν ἕρπειν. *In vitii enim voraginem relabi, idem est ac subsistere tibi*, etc. Edit. Ἵστατο.
19 *Τυφλός.* Ita Coisl. et Regii duo, Schol. Coisl. : τυφλὸν ἐκεῖνον ἐγωγέ φημι, καὶ εἰ λίαν ὁρᾷ. Edit. τυφλόν
21 *Χρῄζων δή.* Vat. et Coisl. χρῄζων, omisso δή. Mox, κεύθῃς. Reg. 993 κεύθεις.
23 *Σὸς λόγος.* Int. Coisl. σὺ λόγον ἔχεις τὸν ἔξωθεν· ἐμοὶ δὲ τὸ ἔργον μᾶλλον θαυμάζεται
24 *Σύμμαχον.* Int. Coisl. συνήγορον. Schol. 990 πολύστροφον.
26 *Ἀειστρεφέος.* Schol. Coisl. ἀεὶ κινητοῦ, *quo animus semper volubilis firmetur in bono*, πρὸς καλόν.

METRICA VERSIO.

Fac tibi mors nunquam memori de mente recedat:
Mors tibi sic veniens haud gravis hostis erit.
Ut statua in medio tibi pectore corporis expers
Sit Deus ; huic templum construe mente tua.
Te noscas, et quæ tibi sit cœlestis origo :
Sic facilis venies ad decus archetypum.
Ad lucem lux te ducit ; volvuntur inanes,
At constanti animo stat sine nocte dies.
Fidere quæ veniunt rebus, fugiuntque vicissim,
Fluminis est rapidis fidere semper aquis.
Par mihi sermo malus, sceleratæque vita : duorum
Alteruter tibi sit, mox comes alter erit.

Sacrificare grave est non pura mente, sed omnis
Defuncti peccat qui colit ossa, magis.
In recto ne fige gradum. Qui crimine licto
Insistit, vitii rursus ad ima redit.
Nil videt is, qui non cernit quo crimina ducunt ·
Qui loca trita feræ prospicit, ille videt.
Cum medicum poscant tua vulnera, si tegis illa,
Pestiferam saniem nil prohibere queat.
Sit tibi sermo bonus, mihi contra innoxia vita :
Ambiguam a verbis quærat iniquus opem.
Ingluvies petulans. Tu vero totus in hoc sis,
Perpetua ut menti suppetat esca tuæ.

Digitized by Google

Πλουτεῖν δ' αὖ θεότητα μόνην, καὶ κόσμον ἅπαντα,
Ἴσον ἀρχαίοις νήμασιν αἰὲν ἔχειν.
Πάντα μὲν ἀνθρώπων, ἀλλότρια τοῦδε βίοιο·
'Η δ' ἀρετὴ βροτέη, τοῦτο μόνον βιοτή.
Δεῦτε δὲ, πᾶσι Θεοῖο βοᾷ Λόγος ἀφθιτόμητις,
Σπεύδετ' ἐπὶ Τριάδος γνῶσιν ἐπουρανίης.
Θέσθε νόον, βιότῳ μὲν ὅσους γάμος ἁγνὸς ἔδησε,
Ληνοῖς οὐρανίοις πλείονα καρπὸν ἄγειν.
Ὅσσαι δ' ἂν μεγάλοιο Θεοῦ Λόγου ἀγκάζεσθε,
Νύμφαι παρθενικαὶ, πάντα Θεῷ προσάγειν.
Αἴγλη παμφανόωσα μονότροπος, ἀλλ' ἀπὸ κόσμου
Θυμὸν ἔχειν, σαρκῶν τηλόθεν ἱστάμεναι.
Ὕβρις πίστιν ἔχειν ἐν χριὼμασι, μὴ κραδίῃσι·
'Ρεῖά κεν ἐκπλυτ' ἔοι. Βένθος ἐμοί γε φίλον.

A Μήτε δικαιοσύνην τίν' ἀκαμπέα, μήτε φρόνησιν
Ἀγκυλόεσσαν ἔχειν. Μέτρον ἄριστον ἅπαν.
Νωμᾶσθαι καὶ θάρσος, ἐπεὶ θράσος, οὐ κράτος ἔσται·
Ἔστι σαοφροσύνης καί τι γαληνὸν ἔχειν
Οἴγειν ἐν λογίοισι Θεοῦ νόον αἰὲν, ἄριστον·
Ἴδρις ἐπουρανίων ὧδ' ἂν ἔοις νομίμων.
Σπεῦδε μὲν εἶναι ἄριστος· ἀφάνδανε, οἷσιν ἄριστον·
Καὶ κακίην τέρπειν, δυσκλεές ἐστι κλέος.
Αἰσχρὸν, ἄριστον ἐόντα, συνήγορον ἔμμεν' ἀλιτρῶν
Ἴσον, καὶ κακίης σὸν πόδα ἐντὸς ἔχειν.
Χρυσὸς μὲν χοάνοισι δαμάζεται, ἄλγεσι δ' ἐσθλός·
Ἄλγος ἀπημοσύνης πολλάκι κουφότερον.
'Ρεῖά κεν ἀρνήσαιτο Θεὸν μέγαν, ὃς γενετῆρα·
Ἴσθι δὲ καὶ γενέτην ὡς πατέρ' εὐσεβίης.

Ditescere solo Deo, et mundum universum
Similem aranearum telis semper existimare.
586-587 Omnia quidem, quæ sunt hujus mundi, ab hac vita aliena sunt :
Virtus autem hominum, hæc sola vita.
Venite ergo, clamat omnibus Verbum Dei sapientissimum,
Properate ad excelsæ Trinitatis cognitionem.
Ponite in hoc animum, quotquot vitæ sanctum conjugium alligavit,
Ut torcularibus cœlestibus ampliorem fructum inferatis ;
Quæcunque autem rursus magni Dei Verbum complexæ estis,
Sponsæ virgines, omnia Deo offerte.
Splendor præclarus est monachus ; verum a mundo
Animum abducat, et a corpore procul stet.
Contumelia est fidem habere fictam, non in corde :
Facile eluitur fucus. Quod imo pectore infixum est, mihi placet.
Nec justitiam inflexibilem, neque prudentiam
Callidam habeas. Modus optimus est in omnibus.
Rege animi confidentiam ; alioqui temeritas, non fortitudo erit :
Est temperantiæ aliquid serenitatis præ se ferre.
Aperire divinis oraculis mentem assidue, optimum est :
Peritus cœlestium sic fies legum.
Optimus esse contende : displice, quibus optimum est displicere :
Malis placere turpis est gloria.
Turpe est eum, qui optimus est, patronum esse nefariorum :
Idem est ac si intra vitium pedem ipse habeas.
Aurum quidem fornace exploratur, calamitatibus vir bonus :
Dolor incolumitate sæpe levior.
Facile Deum magnum ille abjuraverit, qui abjurat patrem :
Agnosce vero genitorem tuum, tanquam patrem tuæ pietatis.

29 *Πάντα μέν*. Schol., τὰ τοῦ κόσμου τούτου ἀλλότρια τῶν ἀνθρώπων.
30 *Ἀρετὴ βροτέη*. Sic Reg. 991, et Int. ἀρετὴ ἀνθρωπίνη, αὕτη μόνη βίος ἐστί. Coisl. μόνη δὲ ἀρετὴ βίος ἡμῶν ὑπάρχει.
31 *Δεῦτε*. Reg. 993 ἔλθετε. Vat. δεῦρ' ἴτε. Mox, ἀφθιτόμητις, *incorrupti consilii*.
32 *Σπεύδετ' ἐπί*. Ita Reg. 993. Coisl. et Vat., Edit. σπεύσετ'.
37 *Μονότροπος*. *Qui solitariam vitam ducit*.
38 *Ἱστάμεναι*. Int. ἵστασθαι.
39 *Ὕβρις*. Versus iste, et qui proxime sequitur desunt in Reg. 993.
43 *Νωμᾶσθαι*. Vat. νωμάσθω. Schol. κυβερνᾶσθαι. Ibid. κράτος. Schol. δόξα.
45 *Λογίοισι Θεοῦ*. Ita Vat. Edit. λόγοισιν ἑόν.
47 *Ἀφάνδανε*. Schol. ἀπαρέσῃς. Combef. legit ἐπαρέσῃς, *iis qui sunt optimi, placere stude*.
51 *Δαμάζεται*. Schol. δοκιμάζεται.
52 *Ἀπημοσύνης*. Schol. ἀπαθείας.
54 *Ὡς πατέρ'*. Ita Reg. 991. Schol. *Scito autem pietatis magistrum, ut patrem tibi colendum esse*. In edit. deest ὡς, et legitur πατέρα.

METRICA VERSIO.

Sit tibi pro cunctis opibus Deus. At bona mundi
Semper arachnæi staminis instar habe.
Quæ tenet hic mundus, cuncta hæc aliena putato :
Virtus, hanc habeas si modo, sola tua est.
Noscendam ad Triadem (sermo divinus ad omnes
Inclamat) celeri mox properate gradu.
Vos thalamus mundo quos junxit, in horrea fructum
Majorem superæ tendite ferre domus.
At vitam amplexus Christi quæcunque secutæ
Virgineam colitis, vos date cuncta Deo.
Eximius splendor virgo est, modo carnibus ipsa
Stet procul, ac mundo sit quoque mente procul.
Non fuco simulanda fides, sed corde tenenda est :
Eluitur fucus. Pectoris ima peto.

B Nec tibi jus rigidum, tibi nec prudentia rursus
Subdola sit. Melius nil queat esse modo.
Fortis in audacem migrat moderamine dempto :
Jucundique aliquid castus habere potest.
Mens tua divinis pateat sermonibus : ut sic
Noscas quæ supera sanxit ab arce Deus.
Esse bonus cura : pravis ne quære placere.
Gloria nam fœda est, velle placere malis.
Turpe bono est pravis sese præbere patronum :
Nec minus id quam si pessimus ipse foret.
Vir probus adversis tentatur, ut ignibus aurum :
Sæpe levis magis est prosperitate dolor.
Qui patrem, idem etiam Christum, mihi crede, negarit :
Qui tibi dux fidei est, hunc quoque nosce patrem.

Digitized by Google

55 Σῆτες ἔδουσιν ἅπαντα· λίπῃς τὰ σὰ μηδὲ τάφοισιν· A
Ἐξ᾽ ἑῇ τιμῇ, δεξιὸν οὔνομ᾽ ἔχειν.
Σείνων ἡμεδαπῶν περιφείδεο, ἔξοχα δ᾽ αὖτε
Οἳ τάδε πάντα λίπον, ἀδρανέων νεκύων.
Δεῦρ᾽ ἄγε, κόσμον ἅπαντα καὶ ἄχθεα τῇδ᾽ ἀπο-
[λείψας,
60 Ἱστίον ἐς ζωὴν οὐρανίην πέτασον.
Πάντα μὲν αἰὲν ἄριστα θεοπρεπὲς ἔργα τελείσθω,
Ἡ δὲ Τριὰς πάντων ἔξοχά σοι μελέτω.

—

ΛΒ'. *Γνωμικὰ δίστιχα.*

Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος,
Ὀρθῶς δοκοῦσιν οἱ ὅροι τῶν πραγμάτων.
Ἀρχὴ καλὸν τίκτουσα τοῖς βροτοῖς πέρας,
Βίου κάθαρσις ἐνθέως ἀσκουμένη.
5 Λόγοις πτερωθείς, μὴ πτερῶν ἔξω πέτου
Πτερῶν γὰρ οὐδὲ πτηνὸν ἵπταται δίχα.
Γνῶσις βροτοῖς μέγιστον ἐν βίῳ κλέος·
Κακὸν δὲ αὖτῃ τοῖς κακῶς κεχρημένοις.
Κενή σε δόξα μηδόλως συναρπάσῃ·

55 Vermes comedunt omnia; ne ergo relinquas opes tuas sepulcris:
Honorificum tumulo incisum eulogium, præclaram famam habere.
Hospitibus nostratibus parce, maxime autem
Infirmis mortuis, qui hæc omnia liquerunt.
Ergo age, mundum omnem, omnesque molestias hic abjiciens
60 Vela ad vitam cœlestem pande.
Omnia quidem semper optima, ut Deo dignum est, opera exsequere,
Trinitas autem præ omnibus maxime tibi curæ sit.

588-589 XXXII. *Aliæ generis ejusdem sententiæ* *.

Præclari principii præclarum esse etiam finem,
Recte probant exitus rerum.
Porro principium, quod egregium parit hominibus finem,
Vitæ puritas est pio studio exculta.
5 Verborum pennis fretus, ne sine pennis vola;
Nam sine pennis neque avis volat.
Scientia hominibus maxima in hac vita est gloria;
Malum vero ipsa est maximum iis qui male utuntur.
Inanis ne te gloriæ cupiditas ullo modo abripiat;

* Alias Bill. 63, pag. 146.

55 *Λίπῃς*. Reg. 991 λίποις.
56 *Ἐξοδίῃ*. Schol. ἐπιτάφιος.
58 *Ἀδρανέων νεκύων*. Non dubitat Combef. quin Gregorius his verbis pauperes monachos intelligat, quos passim his nominibus appellat.
61 *Θεοπρεπές*. Vat. θεοτρεφές, quam lectionem sequitur Cyrus et exponit, τοῖς θείοις θεωρήμασιν τεθραμμένε, *divinis contemplationibus educate*.

Sequitur aliud carmen confectum ex variis Gregorii locis, nullo ordine, nulla ratione congestis. Exstat apud Hervag. Græce et Latine; apud Leuv. Latine tantum. Illud omisimus.

XXXII. Tit. *Γνωμικά*. Ita duo Regg. In alio hic est titulus: Τοῦ αὐτοῦ μεγάλου Γρηγορίου γνῶμαι δίστιχοι. Alius addit, περὶ ἀγνείας. Carmen istud bis in cod. Reg. 1277 descriptum legitur pag. 225, et 240. Varius in utroque versuum ordo, variæque sunt lectiones ab editis plurimum discrepantes, maxime pag. 240. Quamvis plures desint versus in utroque, in altero tamen, nempe 240, quatuor reperiuntur tetrasticha, quæ in Billiana editione hujus carminis frustra quæsieris. Sed unum reperies seorsim editum Græce et Latine, pag. 256, ad calcem tetrastichorum; alia autem duo Latine tantum ad calcem editionis Morellianæ, pag. 308. Quartum nullibi apparet.

2 *Ὀρθῶς δοκοῦσιν*. Combef. vertit: *Rite sentiendum suadent rationes rerum*; ego mallem *recte sentientibus*, ut alius et quidem planior efficiatur sensus hujusmodi: *Peccata vel recte facta regulis morum, non rerum eventu, metienda*; quam totidem pene verbis sententiam Tullius expressit de oratore.

3 *Ἀρχὴ καλόν*, etc. Duo Regii: ἀρχὴ καλὴ σοὶ παντὸς ἔργου καὶ τέλους. *Omnis tibi operis principium bonum et finis*. Pro τέλους, alter codex τέλος.

5 *Λόγοις*, *Rationum pennis*, etc. Tillem.

6 *Οὐδέ*. Reg. οὐδέν, quod quidem significantius: *nulla avis*.

7 *Βροτοῖς*. Ita Reg. 1277. Edit. βροτῶν.

8 *Αὖτῃ*. Reg. 1277 ταύτῃ. Alii duo Regg. δέ γ' αὖτῃ

METRICA VERSIO.

Cuncta vorant tineæ: nec tu tua linque sepulcris: B
Egregium est funus nomen habere bonum.
Hospitibus parcat tua vox nostratibus, hisque
Præsertim, quibus est ultima clausa dies.
Huc age, cum mundo mundi quoque pondera lin-
[quens,
Protinus ad superas carbasa pande domos.
Nullo cum strepitu semper, quæ recta, facesse:
Eximiæ at curæ sit tibi sancta Trias.

—

XXXII. ALIÆ EJUSDEM GENERIS SENTENTIÆ.
(*Billio interprete.*)

Quod cœpta felix exitus claudat bona,
Rerum ipse finis monstrat hoc certissime.
Origo, lætum quæ parit mortalibus
Finem, est honestæ culta vitæ puritas.
Doctrina pennæ sint tibi: pennis sine
(Avis nec istud nam potest) ne provoles.
Doctrina summum gignit in vita decus:
Damnosa vero est, si quis hac abutitur.
Nunquam te inanis gloriæ sitis promat:

Digitized by Google

10 Καὶ γὰρ πανοῦργον τοῦτο τοῖς ἁπλουστέροις.
Εὖ ὅρων φύλαττε σαυτὸν ἐν τούτῳ μένειν·
Ταχὺς γάρ ἐστι πρὸς τὸ χεῖρον ὁ δρόμος.
Γέλως κρατείσθω, καὶ θυμὸς λάβοι πέρας·
Ἀργὸς δὲ παντάπασιν εἰργέσθω λόγος.
15 Θεὸν φόβου πρώτιστα, καὶ γονεῖς τίμα,
Ἱερεῖς ἐπαίνει, πρεσβύτας σεπτῶς ἔχε.
Υἱὸν δίκαια πατρὶ μηδόλως λέγειν,
Θεσμός θ' ὁρίζει, καὶ πρὸ θεσμῶν ἡ φύσις.
Οἷα πρὸς ἄλλου μὴ παθεῖν αὐτὸς θέλεις,
20 Τοιαῦτα καὶ σὺ μηδὲ δρᾷν ἄλλῳ θέλε.
Οὐ δεινὸν ὀργὴ δεινὰ τοῖς εἰργασμένοις·
Καὶ γὰρ δικάζει τοῖς ὁμοίοις ἡ δίκη.

A Χείλη σοφὰ στάζουσιν ἡδίστους λόγους·
Φάρυγξ δὲ πικρὸς ἐξερεύγεται μάχας.
25 Ῥεῖθρα γλυκασμοῦ γλῶσσα βλύζει στωμύλη·
Ῥήσεις δὲ φαύλας ἄκριτον γεννᾷ στόμα.
Φίλοι φιλοῦσι καὶ ἃ τοῖς φίλοις φίλα·
Ἐχθροὶ δὲ φαυλίζουσιν αἰσχρῶς τοὺς φίλους.
Πτωχοὺς φίλους λάθουσι πλουσίων θύραι·
30 Αὐλαὶ δὲ λαμπραὶ, πλουσίοις ἀεὶ φίλαι.
Ὕδωρ, ποτὸν φέριστον, εὐκρατοῖ φρένας·
Θολοῖ δὲ τὸν νοῦν συλλαβοῦσα κραιπάλη.
Οὐκ οἶδεν οἶνος σωφρονίζειν τὴν φύσιν,
Κινεῖ δὲ μᾶλλον ἡδονὰς παροξύνων.
35 Νοῦν λεπτὸν ὄγκος ἐκδιώκει γαστέρος·

10 Etenim callide insidiatur simplicioribus.
Cum bene agis, serva teipsum, ut in hoc permaneas;
Celer namque est ad vitium cursus.
Risus coerceatur, et ira capiat finem:
Otiosus autem penitus arceatur sermo.
15 Deum time in primis, parentes cole,
Sacerdotes lauda, senes reverere.
Ne filius cum patre quoquo modo expostulet;
Lex vetat, et ante leges natura.
Quæ ab alio tolerare ipse non vis,
20 Ea et tu ne facere alteri velis.
Non gravis ira esse debet iis qui gravia perpetrarunt;
Etenim rependit similia ultrix justitia.
Labia sapientia stillant dulcissimos sermones;
Guttur autem amarum eructat pugnas.
25 Fluenta dulcedinis facunda diffundit lingua;
Sermones autem malos expers judicii os gignit.
Amici amant quæ suis amicis sunt chara;
Inimici autem contemnunt turpiter amicos.
Pauperibus amicis clausæ sunt divitum fores.
30 Luculentæ autem aulæ divitibus semper sunt amicæ.
590-591 Aqua, potio optima, sobriam efficit mentem;
Turbat autem animum corripiens crapula.
Non novit vinum moderari naturam,
Subvertit potius voluptates irritans.
35 Mentis subtilitatem obruit crassities ventris:

11 *Εὖ ὁρῶν*. Duo Regg. et Combef. ἔδραν. Mox, μένειν. Reg. 1277, μένε.

12 *Πρὸς τὸ χεῖρον*, etc. Sic et supra, carm. XXIX, vers. 176, εὔδρομον κακίη, et inter ea quæ edidit Tollius carm. II, nunc LXVIII, lib. II, sect. 2, vers. 37: Πολὺς γάρ ἐστιν εἰς τὸ χεῖρον ὁ δρόμος, κἂν μηδενὸς κινοῦντος. *Plurima enim est in pejus propensio, etiam nemine impellente.*

16 *Ἱερεῖς*. Combef. ῥητῆρας αἶνει. *Doctores lauda.* Mox, πρεσβύτας. Reg. 177, γῆρας.

17 *Δίκαια. Ne filius cum patre judicio contendat.*

18 *Θεσμὸς θ' ὁρίζει*. Combef. ex uno Reg. cod. Θεὸς δ' ὁρίζει. Sic ex antiquissimo cod. Leuv., quæ lectio ipsi melior videtur: *Deus statuit, et natura ante legem.*

19 *Αὐτός*. Ita Reg. 1277. Edit. ὅλως.

21 *Εἰργασμένοις*. Reg. 1277 ὠργισμένοις, *qui vehementius exarsere.*

22 *Τοῖς ὁμοίοις*. Reg. 1277 τοὺς ὁμοίους.

27 *Καὶ ἃ τοῖς φίλοις*. Reg. 1277 τοῖς φίλοις ἅπερ. In Aldinis emendationibus λαλοῦσι pro φιλοῦσι.

28 *Αἰσχρῶς*. Reg. 1277, ἐχθρῶν. Alius ἐχθρῶς.

29 *Λάθουσι*. Ita Reg. 1277. Edit. λάθωσι.

30 *Αὐλαὶ δὲ λαμπραί*. Ita Reg. 1277. Edit. λαμπραὶ δὲ αὐλαί.

31 *Φέριστον*. Reg. 1277, ἄριστον. Ibid. εὐκρατοῖ φρένας. Combef. ex Reg. ἔγκρατοι φρένες, quod probat et vertit: *Mens sobria et temperans*, nec improbat εὔκρατοι φρένες. Aldus secundis curis, εὔκρατοι φρένας et εὐκριτοι φρένες.

34 *Ἡδονάς*. Combef. ex duobus Regg. ἡδοναῖς, et vertit, *libidinibus irritans.*

35 *Νοῦν λεπτὸν ὄγκος*. Sic Reg. 1277. Combef. et Toll. in carm. *ad Episc.* not. in vers. 579, nunc

METRICA VERSIO.

Namque illa vafre simplices mentes capit.
Vivens honeste, perstet ut virtus, stude:
Est namque cursus in malum celerrimus.
Compesce risum, mentis æstum comprime:
Atque otiosis frena verbis injice.
Deum extimesce: queis satus pie hos cole,
Senes honora, præsules lauda sacros.
Ne cum parente litiget proles suo,
Natura primo, post eam leges vetant.
Quod fers inique ab altero fieri tibi,
Istud cavendum est alteri ne factites.
Grave quid patrantem non grave est iram pati:
Æquas rependit nam malis pœnas Deus.

B Prudentis ore verba manant dulcia:
At os amarum nil nisi pugnas vomit.
Faceta lingua verba fundit mellea:
Procaci at ore pessimæ voces fluunt.
Amant amici quæ placent his quos amant:
Hostes amicos turpiter spernunt suos.
Egenti amico divitis clausæ fores:
At copiosis splendidæ semper patent.
Menti tuendæ nil aqua præstantius
At prorsus illam turbat orta crapula.
Frenare nescit impetus carnis merum:
Imo hinc voluptas excitatur noxia
Ventris tumorem mens procul tenuis fugat:

Digitized by Google

Τἀναντία γὰρ τοῖς ἐναντίοις μάχῃ.
Κρείσσων τροφὴ σύμμετρος εὐπορουμένη,
Ἡ δεῖπνος ἁβρὸς, ὃν ἔπλασέ τις τ' ὄναρ.
Πλουτοῦσι μωροὶ τοῖς ὀνείρασι πλέον,
Ἡ χρημάτων ἄδυσσον οἱ κεκτημένοι.
Κ,είσσων ἅπαις, ἢ μωρὰ κύειν ἔκγονα·
Ὁ μὲν γὰρ ἅπαις, οἱ δὲ πολλοὶ καὶ κακοί.
Παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος·
Πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς, γῆ τε καὶ εἰς γῆν πάλιν.
Ποιμὴν ἀμέλγει, εἰ θέλει, καὶ τοὺς τράγους·
Ἀλλ' ἀντὶ γάλακτος, αἱμάτων πηγὰς ὔσει.
Ἡ σῦς ἐποπτεύουσα δειπνοποιΐαν,
Οἶδε τραπέζης τοὺς ὅρους μὴ συγχέειν.
Βίαζε καὶ σὺ τοὺς ἀτάκτους, μὴ λύειν
Τάξιν πρεπώδη καὶ νόμοις ἡρμοσμένην.
Νόμους φυλάττων, τοὺς φόβους ἔξω βάλοις·
Φόβων γὰρ ἔξω πᾶς ὁ τῶν νόμων φύλαξ.
Κύβερνος ἶδμων φεύξεται τρικυμίας,
Καὶ δεινὰ πάντα νοῦς σοφὰς φέρων φρένας.
Ζωῆς ἀρίστης μὴ φρόνει τἀναντία·
Καὶ γὰρ πρόδηλος τοῖς κακίστοις ἡ δίκη.
Μέγιστος ἄκμων οὐ φοβεῖται τοὺς κτύπους,
Καὶ νοῦς ἐχέφρων πᾶσαν ἔλκουσαν βίαν.
Φύλλων λαγωοὺς ἐκφοβοῦσιν οἱ ψόφοι,

Contraria enim contrariis adversantur.
Melior est cibus mediocris, modo suppetat,
Quam cœna delicata, quam sibi quis in somnis finxit.
Stulti per somnum affluunt majoribus divitiis,
Quam qui immensam pecuniarum vim possident.
Felicior est qui caret liberis, quam qui stultos procreavit filios:
Ille equidem absque liberis est, hi vero multi ac mali.
Cuivis homini morienti quælibet terra est sepulcrum:
Quidquid enim ex terra ortum est, terra est, et in terram redibit.
Pastor mulget, si velit, etiam hircos:
Verum pro lacte sanguinis fontem exprimet.
Sus inspectans epulas parantem,
Novit mensæ terminos non confundere.
Coerce et tu temerarios, ut discant non evertere
Ordinem decorum et legibus institutum.
Qui leges custodiendas suscepisti, timorem foras mitte;
Sine metu enim esse debet legum custos.
Gubernator peritus vitabit tempestates;
Sic gravia omnia animus viri prudentis.
Vitæ optimæ nihil admittas quod contrarium sit:
Etenim manifesta est in sceleratos animadversio.
Incus maxima non pertimescit ictus:
Sic nec mens sapiens vim quamcunque trahentem.
Lepores exterrent foliorum strepitus:

lib. II, sect. I, carm. XII. Sic etiam legitur in Aldinis emendationibus, cui concinit iste versus 589, carm. X, supra, *De virtute*: Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον, *Pinguis venter subtilem sensum non parit*. Edit. νοῦς λεπτὸς ὄγκον.

36 *Γὰρ τοῖς*. Reg. 1277, γάρ που. Mox, μάχαι pro μάχῃ.

37 *Κρείσσων*. Reg. 1277, κρεῖσσον.

42 *Ἅπαις*. Reg. 1277, Leuv., Combef., Land., Ald. οἷος, *solus*.

45 *Εἰ θέλει, καὶ τοὺς τράγους*. Reg. 1277 et Ald. καὶ τράγους, εἴπερ θέλει. Proverbium quo admonemur videndum esse in quorum gratiam labores suscipiamus, ne pro speratis uvis, nihil præter labruscas colligamus.

46 *Αἱμάτων πηγὰς ὔσει*. Reg., Combef. et Leuv. αἵματος ῥοὴ βλύσει.

47 *Ἡ σῦς ἐποπτεύουσα*. Quid hæc significent, non satis liquet. Combef. ex Reg. μετριοπομπεύουσα δειπνοποιΐα, et vertit: *Moderato sumptu fastuque cœnæ apparatus*. In Regii codicis margine σῦς ἐποπτεύουσα · in cod. Leuv. ἡ μετριοπομπεύουσα δειπνοποιΐα, quod sic exponit scholiastes: Ἡ δειπνοποιΐα μετρίαν ἤ τοι σύμμετρον ἔχουσα τὴν πομπὴν, ἤγουν τὴν τῶν ἀναλωμάτων διάθεσιν. Itaque verborum sensus erit, inquit Leuv.: *Apparatum cœnæ modicum, minimeque sumptuosum, mensæ fines non confundere*.

50 *Τάξιν*, etc. Reg. 60 et Combef. τάξεις πρεπώδεις, καὶ νόμοις ἡρμοσμένας.

51 *Νόμους*. Ita duo Regg. et Combef. Edit. νόμον. Ibid. βάλοις. Ita duo Regg. Edit. βάλῃς.

52 *Φόβων*. Reg. et alii φόβου. Mox, τοῦ νόμου φύλαξ pro τῶν νόμων.

56 *Τοῖς κακίστοις ἡ δίκη*. Sic duo Regg. et Combef. Leuv. legit κακίστης, quod habet in ora cod. Bill. Edit. τῆς κακίας ἡ πλάνη.

57 *Ἄκμων μέγιστος οὐ φοβεῖται τοὺς κτύπους*. Sic Reg. 60, Combef., Leuv. Proverbium de firmo homine atque constanti, adversaque et gravia omnia forti animo perferente. Edit. οὐ πτοεῖται τοὺς ψόφους.

58 *Ἔλκουσαν*. Sic Reg. et Leuv. Combef. legit: εἴκουσαν βίαν, *vim omnem cedentem*. Edit. ἐκκρούει βλάβην, *detrimentum extrudit*.

METRICA VERSIO.

Adversa nam se mutuis bellis petunt.
Moderata præstant, suppetant dum, pabula,
Quam cœna pinguis, ficta per somnos leves.
Vir mente læta dormiens est ditior,
Quam qui peramplos aggeres opum tenent.
Orbum esse præstat, improbos quam giguere:
Est orbus ille: multi at hi sunt et mali.
Omnis sepulcrum mortuo est tellus. Humo
Nam quidquid ortum est, humus et est, et huc redit.
Mulgebit hircos, si velit, pastor quoque:
Merum at cruorem lactis exprimet loco.
Immunda quamvis sus, tamen cœnam videns,
Turbare mensæ terminos semper fugit.
Sic immodestos coge non dissolvere
Honestum et æquis legibus nixum ordinem
Legem tuendo projicis metum foras:
Nam legis extra est pallidum custos metum.
Fugiet peritus turbinem ductor ratis:
Itemque prudens cuncta mens pericula.
Adversum honesto mente nil verses tua:
Nam pœna fœdis criminis certa est comes.
Ut spernit ingens stridulos incus sonos,
Sic pellit omnes mens sagax injurias.
Sonus pavorem frondium ut lepusculis

Digitized by Google

60 Ἄνδρας δ' ἀνάνδρους αἱ σκιαὶ τῶν πραγμάτων. A
Μισῶ πένητα πλουσίῳ δωρούμενον,
Ὃς τῷ λέγοντι τοῦ τρέφειν λελησμένῳ.
Ῥήτωρ πονηρὸς τοὺς νόμους λυμαίνεται·
Ἁγνὸς δὲ ῥήτωρ, εὔκρατος ἁρμονία.
65 Γελῶσιν οἱ πλουτοῦντες ὀρφανῶν ῥόγους,
Αὐτὴν γελῶσι τὴν Θεοῦ τιμωρίαν.
Νόμοις περιδραμεῖται πρὸς ὀλεθρίαν,
Ὁ μὴ νόμου φύλαξιν ἐννόμως φέρων.
Πέφυκε τοῖς πένησι μὴ φρονεῖν μέγα·
70 Τοῖς πλουσίοις γὰρ οὐδὲ φροντὶς τοῦ βίου.
Παίδευε μωρούς, ὡς ἐφικτὸν τῇ φύσει·
Ἔξουσι γάρ που καὶ φρένας παρ' ἐλπίδα.
Πλήττων σίδηρος ἐκπυρεῖ καὶ τοὺς λίθους·
Σκληρὰ δὲ μάστιξ παιδαγωγεῖ καρδίαν.
75 Ἃ δυσμενεῖς φοβοῦσι τῶν ἄλλων πλέον,
Ὁ σταυρὸς καὶ βαπτισμοῦ ἡ κοινωνία.
Ὅρκους κάπιστον διδόναι καὶ λαμβάνειν,
Ἴσως γὰρ ἄμφω προσκέκρουκας τῇ δίκῃ.
Αἰῶνα θησαύριζε τὸν ἔξω τέλους·
80 Οὗτος γὰρ ἐκλέλοιπε καὶ πρὸ τοῦ τέλους.
Μὴ δὴ φίλει τὸν ὄλβον, ὃν λύει χρόνος·
Ἃ γὰρ χρόνος δόμησε, καὶ λύσει χρόνος.
Αἰσχρὸν γυναῖος ἄρσεν ἦθος ἐκφέρειν·
Ταῖς κοσμίαις γὰρ τάξις ἡ αἰδὼς ξυνή.
85 Κάταντές ἐστιν ἡδονὴ τοῖς χρωμένοις,

60 Sic homines ignavos umbræ rerum.
Odi pauperem diviti donantem,
Ut odi donantem viro sermones serenti, cui cibus deest.
592-593 Orator improbus leges labefactat:
Bonus vero orator concinna est harmonia.
65 Rident divites pupillorum exprobrationes,
Ipsam rident Dei vindictam.
Legibus involvetur ad suam ipsius perniciem,
Qui legem non legitime sancit.
Natura comparatum est pauperibus, ut non magnifice de se sentiant;
70 Divitibus autem, neque curæ est, unde vivant.
Erudi stultos, quantum licet per indolem:
Habebunt enim fortasse prudentiam præter spem.
Ferrum percussum accendit lapides:
Aspera autem virga instruit cor.
75 Quæ inimici metuunt, plus quam alia omnia,
Crux et baptismi communicatio.
Jusjurandum dare et accipere pessimum est:
Æque enim utroque offenderis justitiam.
Ævum thesauriza sempiternum:
80 Istius enim vitæ thesauri nos deserunt ante mortem.
Ne diligas opes, quas delet tempus:
Quod enim exstruxit tempus, etiam everiet tempus.
Turpe est mulieribus masculos mores proferre.
Honestis enim ordo communis est pudor.
85 Proclivis est voluptas voluptati indulgentibus,

60 *Ἄνδρας δ' ἀνάνδρους.* Regg. duo et Combef. καὶ ἄνδρ' ἄνανδρον.

62 *Ὃς τῷ λέγοντι.* Combef. ex Reg. ὡς τὸν λέγοντα τοῦ τρέφειν λελειμμένον. Ut eum *qui pollicitus est*, et *tamen alendi officio deest*. Nec minus *eum qui bona quidem verba dat, interim tamen egentem alere obliviscitur*.

64 *Ἁρμονία.* Langus ἁρμοσία, *recta administratio est*, vel ut Langus, *bene administrat integer rempublicam*.

65 *Ῥόγους.* Reg. τύχην, *sortem*.

70 *Τοῦ βίου. Unde vivant;* quippe quibus omnia abunde suppetunt, nec labore, nec sollicitudine opus est, ut sibi victum parent, quo fit ut facile animis efferantur. Forte legendum Θεοῦ, *minime curant de Deo*.

75 *Ἃ δυσμενεῖς φοβοῦσι τῶν ἄλλων πλέον, Ὁ σταυρὸς καὶ βαπτισμοῦ ἡ κοινωνία.* Illi duo versus qui desunt in editis, in cod. 1277 reperiuntur. — Illos in versione metrica supplevimus et Italicis distinximus. (Caillau.)

77 *Διδόναι.* Leuv. καὶ νέμειν.

78 *Προσκέκρουκας.* Leuv. προσκέκρουκε. Al. προσκεκρουκότες. Combef. προσκεκρουμένη δίκη.

79 *Αἰῶνα.* Ita Reg. 1277. Edit. εἰς αἰῶνα.

81 *Μὴ δὴ φίλει.* Reg. 1277, μὴ σπεῦδε πλουτεῖν ἃ βραχὺς λύει χρόνος. Ἃ γὰρ χρόνος τέθεικεν, αὐτὸς καὶ φθερεῖ, φθινεῖ.

84 *Ξυνή.* Ita legendum videtur. Edit. ξένη. Mallem αἰδωσύνη pro αἰδὼς ξυνή. Leuv. Cod. ταῖς κοσμίαις γὰρ τάξις ἡ ὁδὸς ξένη. Schol. ait ξείνην εἶναι τὴν τῶν ἀῤῥένων, *peregrinos esse mulieribus virorum mores*.

METRICA VERSIO.

Excitat, inertes umbra sic rerum quatit.
Egentem ut odi dona qui dat diviti,
Sic et loquentem, qui tamen cibum negat.
Rhetor scelestus legibus pestem parit:
At nil probato rhetore est concinnius.
Casum orphanorum dives in risum trahit,
Et quas minatur improbis pœnas Deus.
Tormenta pendet legibus gravissima,
Qui legem iniquam subditis induxerit.
Sentire de se pauperes alte haud solent:
At cura vitæ nulla tangit divites.)
Natura quantum concipit, stultos doce:
Fortasse mentem nam bonam sic induent.

B Percussus ignem concipit ferro silex:
Durum eruditur pectus acri verbere.
Hæc sunt profani quæ reformidant magis,
Crux et salubris unda baptismi sacra.
Sive ipse jures, pessimum, sive alterum
Jurare cogas, jus utrinque læditur.
Opes in ævum conde finis nescium:
Hæ namque nos et ante finem deserunt.
Felicitatem sperne, quam delet dies:
Quod excitarit nam dies, tandem ruet.
Præferre mores feminis turpe est mares:
Probas pudore namque nil magis decet.
Res est voluptas impetu prono fluens:

Digitized by Google

Καὶ ὡς πρόσεισιν, οἴχεται λίθου δίκην.
Οὐδεὶς ὑγείας πλοῦτος ἀλγοῦσι πλέον·
Σοφῶς δὲ ταύτην ἡ φύσις βροτῶν θέλει.
Ἦχοι θαλάσσης, ἀνδρὸς ἄφρονος λόγοι·
Βρίθοντες ἀκτὰς, οὐ πιαίνουσι χλόας
Πείθουσι δῶρα καὶ σοφοὺς παραβλέπειν
Βροτοῖς δὲ θήρα χρυσὸς, ὡς πτηνοῖς πάγη.
Γῆρας λύπαι τίκτουσι καὶ πρὸ τῶν χρόνων·
Ἃ γὰρ τρόπος καθεῖλεν, οὐ στήσει χρόνος.
Πλοῦτος τάχιστος τῶν κακῶν ὑπηρέτης·
Καὶ γὰρ πρόχειρον εἰς κακουργίαν κράτος.
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κτῆμα βέλτιον φίλου·
Πονηρὸν ἄνδρα μηδέπου κτήσῃ φίλον.
Τάξις τιμάσθω, καὶ προηγείσθω κράτους·

Α Κράτος γὰρ αὖτη καὶ κράτους ἀεὶ φύλαξ
Νοῦς ἐμμέριμνος σὴς βιβρώσκων ὀστέα·
Θάλλει δὲ σῶμα φροντίδας παρατρέχον.
Οὐδεὶς κόρος πέφυκε σωφρόνως ἔχειν·
Καὶ γὰρ τὸ πῦρ εἴωθε ταῖς ὕλαις θέειν.
Οἶνος πάθους ἔγερσις ἐκλελοιπότος·
Ὕλη γὰρ εἰσρέουσα ῥώννυσι φλόγα.
Φεύγουσιν ὀργὰς οἱ δίκας δεδοικότες·
Θυμὸν γὰρ ἐξάπτουσι πολλάκις δίκαι.
Δεινὸν πόνοις κάμνοντι προσθεῖναι πονους
Ἀλλ' οὖν πόνους ἔπαυσε πολλάκις πόνος.
Ἄλλοι μὲν ἄλλων τοὺς πόνους δεδοικότες,
Ἄλλοις ὁρῶνται κινδυνεύοντες πόνοις.
Δόξης ἀεὶ φρόντιζε τῆς αἰωνίου·

Et ut accedit, illico cadit instar lapidis.
Nullæ divitiæ ægris sanitate potiores sunt:
Sapienter hanc natura mortalium cupit.
Sonitus maris, viri stulti sunt sermones:
Premunt littora, non pinguia reddunt prata.
Munera efficiunt, ut sapientes hallucinentur:
Hominibus aurum est laqueus, ut avibus pedica.
Senectutem mœrores pariunt, etiam ante tempus;
Quæ enim mores prostraverunt, non restituet tempus.
Census celerrimus est malorum minister;
Etenim prompta est ad flagitium potentia.
594-595 Non est ulla possessio præstantior amico:
Improbum hominem nunquam habeas amicum.
Ordo colatur et præponatur robori;
Robur namque ipse est et roboris semper custos.
Mens sollicita, tinea est corrodens ossa;
Viget corpus curas effugiens.
Satietas nulla conducit ad temperantiam;
Etenim ignis solet ad ligna currere.
Vinum libidinem excitat languentem;
Materia enim subjecta flammæ vires addit.
Fugiunt iras qui lites timent:
Iram enim accendunt sæpius lites.
Durum est laboribus vexato labores addere
Verumtamen labores sæpe sedavit labor.
Sunt qui aliorum labores timent;
Aliis tamen videntur laboribus periculose conflictari
Perpetuam sempiternæ gloriæ curam habe;

86 *Ὡς πρόσεισιν.* Combef. ὥσπερ ἐστίν... ὡς δέ.
88 *Σοφῶς.* Leuv. σαφῶς. Mox βροτῶν. Ita Reg. duo, Leuv. et Combef. Edit. ἀεί.
90 *Χλόας.* Sic mss. Male edit. χρόας.
91 *Πείθουσι.* Alludit ad hæc verba Eccli. xx, 31, *Xenia et bona excæcant oculos judicum.*
95 *Πλοῦτος τάχιστος.* Leuv. cod. πλοῦτος κάκιστος ἐν κακοῖς ὑπηρέτης.
98 *Μηδέπου* exigit metrum. Edit. μηδέ ποτε.
99 *Τάξις.* Reg. 1277, πρᾶξις.
103 *Οὐδεὶς κόρος.* Id est, *satietas libidinem excitat.*
106 *Ῥώννυσι.* Reg. 1277, ῥωννύει.
110 *Πόνους.* Reg. 1277, πόνον.

METRICA VERSIO.

Ut venit ipsa, labitur velut lapis.
Haud sanitate census est ægris prior:
Natura jure semper hanc valde expetit.
Haud sermo stulti dispar est maris sono:
Ripas adimplet, prata sed nihil juvat.
Vel mente cæcat præditos munus bona:
Quod rete avibus est, munus hoc mortalibus.
Diem ante mœror efficit gravis senes;
Nam strata tempus moribus non eriget.
Census minister est malis celerrimus:
Nam prompta res est ad scelus potentia.
Nil unquam amico conferendum duxeris:
At nunquam amicum junxeris malum tibi.
Ordo colatur, robori et sit pro duce:

Β Nam robur ipse est, roboris custos quoque.
Tinea est, medullas quæ coquit, mens anxia:
Curas edaces quod fugit, corpus viget.
Castum esse nescit obrutum corpus cibis.
Ad ligna nempe flamma currit fervida.
Vinum jacentes excitat libidines:
Ut flamma lignis robur admotis capit.
Lites pavorem queis movent, iras fugant:
Lites furorem sæpe nam gignunt gravem.
Labore fessis sarcinam est grave addere:
Labor laborem sæpe compressit tamen.
Alterius horret qui labores anxios,
Aliis patere cernitur periculis.
Curæ perenne sit decus semper tibi:

Digitized by Google

Ἡ γὰρ παροῦσα ψεύδεται καθημέραν.
115 Οὐδεὶς μετ' ὀργῆς ἀσφαλῶς βουλεύεται·
Τὰ γὰρ μετ' ὀργῆς οὐδέπω βουλὴν ἔχει.
Δεινὸν δράκοντες, καὶ κακοῦργον ἀσπίδες·
Διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηρίοις.
Πείθουσι γυμνὰ τοὺς ὁρῶντας ὀστέα,
120 Ὡς οὐδὲν ἡμῖν προσφυὲς τῶν ἐνθάδε.
Εἰ λοξὰ μὴ βαίνουσι καρκίνων γόνοι,
Πεῖραν λάβωσι μητρικῶν βαδισμάτων.
Δώσεις προδήλως ἐκβιάζων τὴν φύσιν,
Καλοὺς μαθητὰς ἐκ κακῶν διδασκάλων.
125 Κόσμει σεαυτὸν τοῖς καλοῖς τεκμηρίοις,
Καὶ μὴ πένητος ὀρφανοῦ καταφρόνει.

A Θεοῦ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει φθόνος,
Καὶ μὴ διδόντος, οὐδὲν ἰσχύει κόπος.
Τίκτεις, ἔχιδνα· μὴ φόβου τὰς ὠδῖνας·
130 Ἔχεις λαβοῦσα μητρικοῦ πεῖραν τόκου.
Οὐδεὶς ἀριστεὺς ἐκ προδήλου δειλίας·
Νίκαι γὰρ εἰσπράττουσι τὰς εὐφημίας.
Ἀνὴρ ὑπνώδης, εὑρέτης ὀνειράτων·
Μύστης γὰρ ὕπνος φασμάτων, οὐ πραγμάτων.
135 Εἴωθε πείθειν μὴ θέλοντας ἡ βία,
Ἄγχει γὰρ αὕτη καὶ γίγαντας πολλάκις.
Δήμου σφαλέντος, πᾶς ἀγύρτης ἄρχεται·
Δῆμος δὲ πάντη τῶν καλῶν ἀταξία.
Ἔργον πάρεργον οὐδαμῶς ἔργον λέγω·

Nam præsens fallit quotidie.
115 Nemo iratus secure deliberat;
Quæ enim cum ira geruntur, consilio carent.
Horrendi dracones, et subdolæ aspides:
Duplicem mulier habet malitiam utriusque feræ.
Suadent nuda spectantes ossa,
120 Nihil nobis proprium esse in hac vita.
An oblique non gradiantur cancrorum fetus,
Experimentum capere licet maternis ex incessibus.
Dabis procul dubio, si vim attuleris naturæ,
Bonos discipulos ex malis magistris.
125 Exorna teipsum præclaris dotibus,
Nec pauperem orphanum contemne.
Deo dante, nihil potest livor;
Et eo non dante, nihil potest labor.
Paris, vipera; non time partus labores
130 Sumptum habes materni experimentum partus.
Nemo bellica laude floret, qui aperte ignavus est
Victoriæ enim exigunt laudationes.
596-597 Vir somnolentus inventor est somniorum:
Somnus enim simulacra rerum exhibet, non res ipsas.
135 Solet persuadere etiam nolentes violentia:
Cogit namque ipsa sæpius gigantes.
Populo decepto, quivis circulator dominatur:
Populus autem omnino est bonorum confusio.
Opus præposterum, nullatenus opus voco:

121 *Μὴ βαίνουσι*, etc. Ita Reg. cod Edit., *προσβαίνουσι*. Vix fieri potest, inquit Billius, ut ii quibus mali vitæ magistri contigerunt, non ipsi quoque mali et flagitiosi exsistant: unde illud: *mali corvi, malum ovum.*

129 *Τίκτεις*, etc. Schol.: Τίκτει ἔχιδνα μὴ φοβοῦσα τὰς ὠδῖνας. Juxta Billium his verbis ostendit Gregorius non esse quod quisquam queratur, si eodem modo alii cum ipso agant, quo ipse cum aliis prius egit: ut si quis eodem supplicio, quo alios afficere solebat, postea excrucietur.

137 *Δήμου σφαλέντος*. Reg. 1277, δήμων σφαλέντων. Billius vertit ἄρχεται, *incipit*, et cum nullus sit sensus, putat legendum fortasse ἔρχεται. Sed nihil mutandum: ἄρχεται idem significat ac ἡγεῖται, quod Homericum est, inquit Combef., sensumque optimum efficit: *Seducta plebe, quivis circulator præest*, quivis nebulo auctoritatem usurpat. Nulla etiam difficultas in verbis sequentibus, quæ multum torsere Billium. Δῆμος καλῶν ἀταξία, *plebs bonorum confusio, eorum scilicet, quibus credita est respublica.* Nec necesse mutare καλῶν, legendo κακῶν, ut Billio placet.

METRICA VERSIO.

Hoc namque præsens quolibet fallit die.
Consilia nemo recta commotus capit:
Consulta nec sunt, ira queis adjungitur.
Sævi dracones; callidæ sunt aspides:
Est feminarum vis duplex inter feras.
Dum conspicamur ossa nuda carnibus,
Hic esse nobis discimus certum nihil.
Incessus an sit curvus haud cancro satis,
Discant parentis istud ex incessibus.
Natura si vim sentiat tuam, ex malis
Bonos magistris discipulos certe dabis.
Orna quidem te rebus excellentibus.
Orbos egentes non tamen sperne insolens.

B Donante Christo, nil malus livor potest:
Non dante Christo, nil labor noster potest.
Partus dolores ne pavescat vipera:
Partum parentis experitur sic suæ.
Fert nemo palmam, quem tenet turpis metus:
Nam sola laudes exigit victoria.
Vir somnolentus sola reperit somnia:
Nam somnus haud res, visa sed tamen docet.
Vis permovere dura nolentes solet.
Ipsis et affert nam manus gigantibus.
Errante plebe, circulator inox subit:
Plebs at bonorum prorsus est confusio.
Opus, quod ad rem nil facit, non est opus:

Digitized by Google

140 Τὸ γὰρ πάρεργον καὶ καταφρονητέον.
Ἡ πρὸς τὰ νεκρὰ τῶν χαμαιριφῶν μέλη
Τάξις τιμᾶται τῶν κυνῶν ἠθροισμένων.
Χρυσοῦ λαλοῦντος, πᾶς ἀπρακτείτω λόγος,
Πείθειν γὰρ οἶδε, κἂν πέφυκεν μὴ λέγειν.
145 Ἔξουσι καὶ νῦν τὰ πρὸς εἰρήνην φέρειν,
Οἱ πρὸς τὰ ῥευστὰ τοῦ βίου μεμηνότες.

—

ΑΓ'. *Γνωμολογία τετράστιχος.*

Ἐπίγραμμα τῶν στ.χων.

A *Γρηγορίου πόρος εἰμὶ, τετραστιχίην δὲ φυλάττω,*
Γνώμαις πνευματικαῖς μητρύσυνον σοφίης.

Πρᾶξιν προτιμήσεις, ἢ θεωρίαν;
Ὕψις τελείων ἔργον, ἢ δὲ πλειόνων.
Ἀμφὼ μέν εἰσι δεξιαί τε καὶ φίλαι·
Σὺ δὲ πρὸς ἣν πέφυκας, ἐκτείνου πλέον.
5 Ἤρετό μέ τις πρόβλημα τῶν ἐκ πνεύματος,
Ἦν ἐκρυπωθῇς, εἶπον. Ἀλλὰ σωφρονῶ.
Ἦν ἐκρυπωθῇς. Νῦν δὲ δεῖ καθαρσίων.
Μύρον δοχεῖον σαπρὸν οὐ πιστεύεται.
Μήτ' ἀντίτεινε πᾶσι, μήθ' ἕπου λόγοις,
10 Ἀλλ' οἷς ἐπίστῃ, καὶ ὅσον, καὶ πηνίκα.

140 Quæ enim ad rem non faciunt, spernenda sunt.
Ad mortua humi projectorum cadavera
Laudatur ordo canum collectorum.
Auro loquente, omnis desinat oratio;
Persuadet enim aurum, quamvis vocem nullam edat.
145 Licebit etiam illis nunc pacis commodo frui,
Qui caducorum hujus vitæ bonorum insana cupiditate flagrant.

XXXIII. *Tetrastichæ sententiæ*.

Epigramma in sequentes versus.

Gregorii labor sum, tetrastichamque methodum servo,
Sententiis spiritualibus, monumentum sapientiæ.

Actionem præponas, an contemplationem?
Contemplatio perfectorum est, actio multorum.
Ambæ quidem sunt laudabiles et amicæ;
Tu vero ad quam aptus es, ad hanc potius animum appelle.
5 Quæstionem proposuit mihi quidam ex spiritualibus:
Si expurgeris, respondi. Sed castitatem colo.
Si expurgeris; nunc opus est expurgationibus.
Unguentum sordido vasculo non committitur.
Nec obsiste, nec cede omni sermoni;
10 Sed quem perspectum habes, et quantum, et quomodo expedit.

*Alias Bill. 69, pag. 156.

140 *Τὸ γὰρ πάρεργον*. Sic Reg. 1277. Edit. τῶν γὰρ παρέργων.

142 *Τῶν κυνῶν ἠθροισμένων*. Hic hæret Billius, et quid sibi velit Gregorius se non intelligere fatetur vir doctus. Credo equidem cum Combefisio *canes collectos* invidam potentium turbam significare, qui in subjectos irruunt, eosque opprimunt. Præterea notum est canes circa cadavera collectos ordinem servare.

143 *Πᾶς ἀπρακτείτω λόγος*. Ita Reg. 1277. Leuv. ἀπρακτεῖται. Edit. ἅπας ἄπρακτος, etc.

145 *Ἔξουσι*, etc. Derisorie videlicet loquitur Gregorius.

147 Στρωμνὴν, κλινὴν, δάκρυα, θάνατον, κρίσιν,
Λοῦε, βρέχε, στάλαζε, πρόσβλεπε, τρέμε.
Stratum, cubile, lucrymas, mortem, judicium,
Lava, irriga, stilla, prospice, time.
Iis duobus versibus terminatur in cod. 1277.

XXXIII. Tit. *Τοῦ αὐτοῦ γνωμολογία*, etc. Sic etiam Coisl. τοῦ αὐτοῦ τετράστιχα, et e regione ἐπιγραφὴ τοῦ αὐτοῦ εἰς ταῦτα, quæ omnia rubricis sunt picta. In Reg. τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Θεολόγου, γνῶμαι τετράστιχοι.

1 *Πρᾶξιν... ἢ θεωρίαν*. Id est *cœnobiticam vitam et eremeticam*, ut Nicolaus diaconus exponit, πρακτικὴν, τὴν ἐν κοινοβίῳ διαγωγήν, et θεωρητικὴν, τὴν ἐν ἡσυχίᾳ καὶ καθ' ἑαυτόν.

5 *Τῶν ἐκ*. Al. τῶν τοῦ.

6 *Ἦν ἐκρυπωθῇς*. Scilicet juxta Gregorium vitæ puritas scientiam debet anteire. Mox σωφρονῶ. Coisl. Reg., Ambr., Cass. σωφρονεῖς. Reg. 1277, σωφρονῇς.

8 *Μύρον δοχεῖον*. Sic Horat. *Sincerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit*. (Epist. l. II, v. 54.) Et Christus ipse (Matth. IX) vetat ne vinum novum in veteres utres mittatur. Legendum forte δοχείῳ σαπρῷ.

METRICA VERSIO.

Nam despicandum, quidquid ad rem non facit.
Est laude dignus ordo quem canes tenent,
Ad membra cum se colligunt jacentium.
Auro loquente, sermo nil prorsus potest:
Hoc namque mentes permovet, mutum licet
Licebit illis pace nunc dulci frui,
Qui fluxa vitæ perdite nimis ambiunt.

XXXIII. TETRASTICHÆ SENTENTIÆ.
(*Billio interprete.*)

Quæ præferenda est, actio an theoria?
B Hæc est adultæ mentis, illa plurium.
Ambæ tamen sunt laudibus dignissimæ.
Ad quam aptiorem te vides, hanc arripe.
Quidam explicari quid sibi quæsiverat
Sublimioris. Purus, inquam, sis prius.
At mente consto. Sordibus verum scates.
Unguentum olenti vasculo non creditur.
Nec cede cunctis, nec resiste vocibus.
Fac ante noscas: tunc modum et tempus tene.

Digitized by Google

Θεοῦ δὲ μᾶλλον ἐξέχου, ἢ προστάτει.
Λόγῳ παλαίει πᾶς λόγος, βίᾳ δὲ τίς;
Ἢ μὴ διδάσκειν, ἢ διδάσκειν τῷ τρόπῳ.
Μὴ τῇ μὲν ἕλκειν, τῇ δ' ἀπωθεῖσθαι χεροῖν.
Ἧττον δεήσῃ τοῦ λέγειν, πράττων ἃ δεῖ
Γραφεὺς διδάσκει τὸ πλέον τοῖς ἐκτύποις.
Ὑμῖν λέγω μάλιστα τοῖς τοῦ βήματος,
Ὀφθαλμὸν εἶναι μὴ σκότους πεπλησμένον,
Μὴ καὶ πρόεδροι τοῦ κακοῦ φαινώμεθα.
Εἰ γὰρ τὸ φῶς τοιοῦτον, τὸ σκότος πόσον;
Ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα·
Λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου.

A Οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.
Δῶρον Θεῷ κάλλιστόν ἐστιν ὁ τρόπος.
Κἂν πάντ' ἐνέγκῃς, οὐδὲν οἴσεις ἄξιον.
Ὃ καὶ πένης δίδωσι, τοῦτο πρόσφερε.
Μίσθωμα πόρνης ἁγνὸς οὐ μερίζεται.
Μηδέν ποτ' εὔξῃ, μηδὲ τῶν μικρῶν, Θεῷ.
Θεοῦ γάρ ἐστι, πρὶν λαβεῖν. Τί οὖν λέγω;
Κλέπτεις τὰ σαυτοῦ μὴ διδούς. Καινοῦ χρέους!
Ἀνανίας σε πειθέτω, Σάπφειρά τε.
Πανήγυριν νόμιζε τόνδε τὸν βίον.
Ἢν πραγματεύσῃ, κέρδος. Ἀντάλλαγμα γὰρ
Μικρῶν τὰ μείζω, καὶ ῥέοντ' ἀϊδίων.
Ἢν δ' αὖ παρέλθῃ, καιρὸν ἄλλον οὐκ ἔχεις.

Ex Deo potius pendeas, quam eum defendas.
Sermoni adversatur omnis sermo, at vitæ quis?
598-599 Vel non doce, vel doce moribus.
Ne altera trahas, altera repellas manu.
Minus opus erit verbis, si feceris quæ decet:
Pictor imaginibus plurimum docet.
Vobis dico maxime, qui præsidetis,
Non sitis oculus tenebrarum plenus,
Ne etiam vitii præsides videamur.
Si enim talis lux, quales erunt tenebræ?
Opus sine verbo præstat verbo sine opere.
Nemo unquam sine vita altius sublatus est,
Multi sine sermone diserto;
Non enim loquentium, sed bene viventium est gratia.
Donum Deo optimum sunt mores.
Etiamsi omnia offeras, nihil dignum offeres.
Quod dat pauper, hoc tu offer
Mercedem meretricis sanctus non accipit.
Nihil unquam Deo, ne parvum quidem voveas.
Dei enim est, antequam accipiat. Quid igitur dico?
Furaris, quæ tua sunt, si non reddas. O novum debitum!
Id tibi persuadeant Ananias et Sapphira.
Nundinas esse hanc vitam existima.
Si negotiatus fueris, lucrum facies. Commutantur enim
Majora parvis, et fluentia æternis.
Si autem nundinæ præterierint, aliud tempus non habes.

11 *Μᾶλλον*. Duo Regii πλεῖον. *Deo magis obsequium impende, quam patrocinium.* Hic Gaullyer mallet legere pro ἐξέχου, ἐνέχου, adhære. Eo loci Gregorius non improbat eos qui religionis Christianæ doctrinam adversus hæreticos strenue tuendam susceperunt; sed eos tantum admonet ut non tam eruditione sua disputandique subtilitate atque acrimonia nitantur, quam ex Deo, ipsiusque ope pendeant. Billius.

12 *Λόγῳ*, etc. Ita supra carm. x, vers. 977. Mox *βίᾳ δὲ τίς*; Id est *quis vitæ præclaræ adversetur?*

16 *Τοῖς ἐκτύποις*. Nicetas, τοῖς ὑποδείγμασι τῶν ἀρχετύπων, *plus pingendo quam loquendo pictor docet.*

20 *Τοιοῦτον*. Coisl. τοσοῦτον. Ita Matth. VI, 23.

28 *Μίσθωμα πόρνης*. Hoc est, *Deus munus ab impuro et scelerato animo proficiscens aversatur*, ut et psalm. XLIX, 16, non patitur ab homine iniquo laudes suas prædicari. Alludit autem hoc loco Gregorius ad illud Deuter. XXIII, 18, *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini tui*, etc.

29 *Μηδέν ποτ' εὔξῃ*. Nonnihil obscura hæc sententia. Sic exponi et intelligi potest: nihil unquam retinendum, ne parvum quidem, quod Deo voverimus. Nihil Deo vovendum, quod non summa fide reddatur, utpote cui omnia sunt, etiam ante votum. Hanc esse mentem, propositum Ananiæ et Sapphiræ exemplum demonstrat.

30 *Θεοῦ* Ambr. αὐτοῦ.

METRICA VERSIO.

Nec tam tueri, quam sequi cura Deum.
Adversa verbis verba sunt: vitæ nihil.
Vel ne doceto, vel doceto moribus:
Illa trahas me ne manu, pellas at hac.
Erit loquendum, si probe vivas, minus:
Sermone non tam, quam manu pictor docet.
Cavete, quæso, maxime vos, præsules
Ne lumen omni prorsus orbum lumine,
Vitiique tantum, non boni, sitis duces.
Si tale lumen, quantus est tandem nigror?
Infecta verba muta vincit actio.
Nemo absque vita magnus unquam vir fuit,
At absque verbis plurimi mulcentibus.

B Namque est agentis, non loquentis gratia.
Virtute nullum gratius donum Deo.
Quidvis licet des, nil tamen dignum feres.
Hoc offer ergo, quod queat pauper dare.
Meretricis horret purus ille præmium.
Nil pollicere, sit licet parvum, Deo
Nam munus ante jam Dei est, quam sumpserit.
Fur es tuorum, (o debiti genus novum!
Nisi des. Docent hoc Sapphira et vir perfidus.
Hanc esse vitam nundinas credas velim.
Negotiari si scias, lucrum feres,
Caduca mutans commodis perennibus.
Post tempus istud, alterum non suppetet.

Digitized by Google

Πολὺς μὲν ἔστιν ὁ προκείμενος δρόμος·
Πλείων δ' ὁ μισθός. Μὴ βλέπων τὸ πᾶν ἅμα,
Τοῦ παντὸς ἐκστῇς. Καὶ πλέεις οὐ πᾶν ἅμα·
Καὶ τοῦτο πεῖρα πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.
Μὴ σφόδρα θαρρεῖν, μηδ' ἀπελπίζειν ἄγαν.
Τὸ μὲν γὰρ ἐκλύει σε, τῷ δ' ἀνατρέπῃ.
Τὸ μὲν κατόρθου, τοῦ δ' ἔχου· τοῦδ' οὐ φθόνος.
Οὐχ ὡς ὁδοῦ τὸ λεῖπον ἀχρειοῖ πόνον.
Μὴ θερμὸν ἅπτειν, ἐμμένειν δ' οἷς ἂν κρίνῃς·
Κρεῖσσον προκόπτειν, ἢ ει κόπτειν τοῦ καλοῦ.
Καὶ γὰρ κακοὺς καλοῦμεν, οὐχὶ τοὺς κάτω,
Τοὺς δ', ἡνίχ' ὑψωθῶσι, πίπτοντας μέγα.
Σπινθὴρ ἀνάπτει καὶ βραχὺς πολλὴν ὥλόγα,

A 50 Καὶ σπέρμ' ἐχίδνης πολλάκις δυώλεσε.
Τοῦτ' οὖν ὁρῶν, ἔκκλινε καὶ μικρὸν βλάβος·
Μικρὸν μὲν ἔστιν, εἰς δὲ μεῖζον ἔρχεται.
Ἐρεύνα σαυτὸν πλεῖον, ἢ τὰ τῶν πέλας·
Τὸ μὲν γὰρ αὐτὸς κερδανεῖς, τὸ δ' οἱ πέλας.
55 Κρείσσων λογισμὸς πράξεων, ἢ χρημάτων·
Τὰ μὲν γάρ ἐστι φθορᾶς, τὰ δὲ ἵσταται.
Ὁ νοῦς ἀεί σοι καμνέτω τυπούμενος
Θείοις νοήμασί τε καὶ βίου λόγοις.
Γλώσσης δὲ φείδου· καὶ γὰρ εὐκολωτέρα
60 Βλάπτειν· τὸ κέρδος δ' ἧσσον εὖ κινουμένης
Ὄψις συνήρπασέ με, πλὴν ἀλλ' ἐσχέθην·
Εἴδωλον οὐκ ἔστησα τῆς ἁμαρτίας.

Ingens quidem tibi propositus cursus :
Sed major est merces. Cave ne simul totum intuens,
Totum amittas. Neque enim totum simul navigas :
40 Atque id sæpe est tentatio inimici.
Ne nimium confidas, nec nimium desperes.
Istud enim te debilitat, alio subverteris.
Aliud absolve, in alterum incumbe : hujus nulla sit invidia.
Non enim quod viæ reliquum est, irritum reddit laborem.
45 Ne calidius assilias ; sed persta in his quæ tibi statuta sunt
Præstat proficere, quam boni quidquam detrahere.
600-601 Etenim malos vocamus, non eos qui infra resident,
Sed eos qui, cum altius conscenderint, graviter ruunt.
Vel levis scintilla ingentem flammam accendit :
50 Et viperæ semen sæpe mortem infert.
Hæc cum videas, vel parvam vitæ labem devita :
Parva quidem est, sed crescendo fit major.
Scrutare potius teipsum quam res alienas :
Illud enim tibi, hoc aliis prodest.
55 Præstat inire rationem actionum, quam pecuniarum :
Illæ enim corrumpuntur, illæ vero permanent.
Continuus tibi labor sit, ut mens tua informetur
Divinis cogitationibus et salutaribus monitis.
Sed parce linguæ : hæc enim proclivior ad lædendum :
60 Minorem etiam utilitatem parit, quamvis egregie moveatur.
Aspectus me abripuit ; sed tamen me cohibui :
Imaginem peccati non effinxi.

38 *Μὴ βλέπων.* Ita Reg. 1277. Edit. μὴ βλέπειν.

43 *Τοῦδ' οὐ φθόνος.* Locus difficilis : non male Leuv., *nihil moreris :* id est, *nihil istud te moretur, si absit. Altiora te ne capias, ne seles, ne invideas ; ac si ea minime consecutus es, invidia adversus eos qui consecuti sunt, ne tabescas.* Combef. : *Hujus nulla invidia. Nihil interest, modo viæ reliquum haud cassum reddat.* Nicetas : *Invidia Deo nulla est, quin consequaris.* Gregorii mens hæc esse videtur, ut animo non concidamus, nec spem omnem salutis abjiciamus, si numeros omnes virtutis explere nequeamus, quandoquidem mediocri etiam virtute præditis in cœlo sua est etiam sedes parata. Non eadem ratio est eorum qui ad salutem contendunt, ac eorum qui iter aliquod faciunt : his enim nisi ad locum, quo ire sibi proponunt, pervenerint, irritus est omnis labor ; sed non item iis, qui in honesta vivendi ratione versantur atque ascensiones in corde suo disponunt. Nec enim, si supremum virtutis apicem non attigerint, propterea animo debent concidere, perinde ac laborum suorum nullus omnino fructus futurus sit.

48 *Ἡνίχ'*. Ambr. cod. ὅταν. Reg. 1277, εἴπεν.

50 *Σπέρμ'*. Ambr. σπάραγμα. Nicetas ita legit, ut patet ex ejus commentario : ὥσπερ σπάραγμα τῆς ἐχίδνης· *quemadmodum tenuis viperæ morsus.*

54 *Τὸ μὲν... τὸ δ'*. Reg. 1277, τῷ μὲν... τῷ δ'.

56 *Φθορᾶς*. Sic Coisl. et Regg. duo. Edit. vero φορᾶς. Favent Ambr. et Cass.

58 *Βίου. Vitæ rationibus, doctrina, Scripturarum meditationibus*, etc.

60 *Τὸ κέρδος δ' ἧσσον*. Ambr., Cass. ἧττον. *Ejus minor utilitas, etiam cum recte moveatur.*

61 *Ἐσχέθην*. Sic habent duo Regg. Alii vero, ut edit. ἐσχέθη.

METRICA VERSIO.

Est cursus ingens, qui tibi proponitur :
At ampla merces. Ne simul totum videns,
Totum relinquas. Non maris totas simul
Transmittis undas. Hostis est sæpe hic dolus
Ne fide multum, nec nimis spem projice.
Mens languet illinc, prorsus hinc evertitur.
Hoc fac, tene illud ; si nequis porro, hoc viæ
Cassum haud laborem, quod tibi restat, facit
Præceps agas nil : cœpta sed ne deseras.
Proficere præstat, quam boni quid scindere.
Manens deorsum nam malus non dicitur,
Ad ima sed qui, celsius vectus, ruit.
Scintilla magnas parva flammas excitat

B Ac viperinum semen haud raro necat.
Ob idque noxam, quamlibet parvam, fuge.
Nam parva primum sit licet, crescit tamen.
Te potius ipsum, quam propinquos excute
Lucrum tibi illud, proximis istud feret.
Numerare præstat acta, quam vastas opes.
Nam semper acta permanent, opes fluunt.
Divina menti sensa fige sedulus :
Semperque vitæ sculpta sit sermonibus.
At parce linguæ : nam nocet promptissime :
Minusque prodest, cum celer fundit sonos.
Visus quidem me cepit : at repressus est,
In mente forma picta, nec nova est mea

Digitized by Google

Εἴδωλον ἔστη; πρᾶξιν ἐκπεφεύγαμεν.
Βαθμοὶ τάδ' εἰσὶ τῆς πάλης τοῦ δυσμενοῦς.
Κηρῷ τὰ ὦτα φράσσε πρὸς φαύλους λόγους,
Ὀδῶν τε τερπνῶν ἐκμελῆ λυγίσματα·
Τοῖς δ' αὖ καλοῖς τε κἀγαθοῖς ἀεὶ δίδου.
Εἰπεῖν, ἀκοῦσαι, καὶ δρᾶσαι, μικρὸν μέσον.
Μὴ λίαν ὁσμῶν ἐκλύου θηλύσμασιν,
Ἁφῆς τε λειότησι, μηδὲ γεύσεσι.
Τί ἄν ποτ' ἀνδρίσαιο τῶνδ' ἡττώμενος,
Χωρὶς γυναικῶν κἀρρένων ἡδύσματα.
Δὸς, εἶπε γαστήρ. Ἦν λαβοῦσα σωφρονῇς,
Δώσω προθύμως. Ἦν δὲ τοῖς κάτω δίδῳς,
Κόπρον λάβοις μὲν, ἀλλ' ὅμως μὴ πλουσίαν.
Εἰ ἐ' οὖν κατάσχοις, δώσομεν καὶ πλουσίαν.
Ἥλως γέλωτος εὖ φρονοῦσιν ἄξιος,

A Μάλιστα μὲν πᾶς, τὸν πλέον δ' ὁ πορνικός.
Γέλως ἄτακτος ἐκφέρει καὶ δάκρυον.
Κρεῖσσον κατηφὲς ἦθος, ἢ τεθρυμμένον.
Κάλλος νόμιζε τὴν φρενῶν εὐκοσμίαν,
Οὐχ ὃ γράφουσι χεῖρες, ἢ λύει χρόνος,
Ὄψει δ' ὅπερ νοῦ σώφρονος γνωρίζεται·
Ἴσχος δ' ὁμοίως τὴν φρενῶν ἀκοσμίαν.
Λύπαι προσῆλθον, ἡδοναὶ, θάρρη, φόβοι,
Πλοῦτος, πενία, δόξα, δύσκλεια, θρόνοι·
Ῥείτωσαν, ὡς θέλουσιν. Οὐδὲν ἅπτεται
Τῶν οὐ μενόντων ἀνδρὸς εὖ βεβηκότος.
Ὑψοῦ βίῳ τὸ πλεῖον, ἢ φρονήματι·
Ὁ μὲν θεοῖ σε, τῷ δὲ καὶ πίπτεις μέγα.
Τεύξῃ δὲ τούτου, μὴ μικροῖς μετρούμενος.
Κἂν πλεῖστον ἀρθῇς, εἶ κάτω τῆς ἐντολῆς.

Perstitit imago : at actionem effugi.
Hi sunt gradus certaminis cum inimico.
Cera aures obstrue adversus pravos sermones,
Et mollium cantilenarum dissolutas flexiones :
Honestis autem et bonis semper illas aperi.
Dicere, audire, et facere, parvo distant intervallo.
Non te valde dissolvant odores effeminati,
Mollesque tactus, vel etiam gustus.
Quid unquam viriliter ages, his superatus.
Discrepant mulierum et virorum oblectamenta.
Da, inquit venter. Si accepto temperans sis,
Dabo libenter. Sed si inferius tradas,
Stercus accipias quidem, sed non copiosum :
Sed si retineas, dabimus et copiosum.
Risus risu dignus est cordatis,
Ac maxime quidem risus omnis, sed præcipue meretricius.
Risus immoderatus etiam lacrymas elicit.
Mores subtristes præstant dissolutis.
Pulchritudinem existima mentis ornatum,
Non quam manus pingunt, aut tempus dissolvit,
602 603 Sed quæ mentis pudicæ oculis dignoscitur
Similiter deformitatem existima mentem inornatam.
Molestiæ venerunt, voluptates, fiduciæ, timores,
Divitiæ, pa pertas, gloria, dedecus, throni :
Fluant, ut volent. Nihil ex iis
Quæ transeunt, tangit virum constantem.
Attolle te vita potius quam cogitatione :
Illa enim te deum efficit ; ista autem graviter cades.
Hoc autem consequeris, si te parvis non metiaris :
Et si altius sublatus fueris, infra præceptum es.

63 *Πρᾶξιν.* Sic Regg. duo et Cass. Edit. πεῖραν.
66 *Λυγίσματα.* Ita duo Regg., Ambr. et Cass. Edit. omnes, λιγύσματα.
69 *Alar.* Reg. 1277, σφόδρα. Ibidem, θηλύσμασιν, *quibus effeminatur animus.*
76 *Κατάσχοις.* Reg. 993, Ambr. et Reg. 1277, κατάσχῃς.
79 *Ἐκφέρει καὶ δάκρυον.* Ambr., Coislin., duo Regg., συλλέγει καὶ δάκρυα.
82 *Οὐχ ὅ.* Ita Coisl. : quæ lectio melior videtur. Edit., οὐχ ἥν.
83 *Ὄψει δ' ὅπερ νοῦ.* Ambros., ὄψις δὲ πόρνου.
88 *Εὖ βεβηκότος.* Alius habet εὖ βεβιωκότος, et sup. lin., βεβηκότος.

METRICA VERSIO.

Imago picta est? Facinus at vitavimus.
His gradibus hostis subdolus nos impetit.
Occlude verbis turpibus cera tuas
Aures, sonisque cantuum mollissimis.
Pateant honestis semper at sermonibus :
Audire, fari, facere, non distant procul.
Cavendum odores ne nimis te effeminent,
Tactusque mollis, gutturi et dulcis sapor.
Ab hisce victus, quid viro dignum geres?
Sua est voluptas feminis, sua et viris.
Da, venter inquit. Perlubens sane, modo
Sis castus. At si partibus des infimis,
Habebis a me stercus, idque parcius.
Ac temperanti largius præbebitur.
Risum meretur quilibet, sanos apud,

B Risus, procaxque maxime et meretricius.
Fletum immodestus haud levem risus parit.
Tristem esse præstat, quam solutis moribus.
Verum decorem mentis ornatum puta,
Non quem manus vel pingit, aut delet dies,
Oculus pudicæ mentis ast quem perspicit :
Deformitatem rursus at mores malos.
Mœror, voluptas, terror, et fiducia,
Opes, egestas, gloria, ac infamia
Venere, sedesque editæ? Ut volunt, fluant :
Firmum caduca nulla res tangit virum.
Sit alta vita : non item alti spiritus :
Illud beabit, misere at hoc te deprimet.
Id fiet, haud te parvulis si conferas :
Altus licet sis, te supra lex est tamen.

Digitized by Google

Δόξαν δίωκε, μήτε πᾶσαν, μήτ' ἄγαν·
Κρεῖσσον γὰρ εἶναι τοῦ δοκεῖν. Εἰ δ' ἄμετρος εἶ,
Μὴ τὴν κενὴν θήρευε, μήτε τὴν νέαν.
Τί γὰρ πιθήκῳ κέρδος, ἢν δοκῇ λέων;
Αἶνει μεν ἄλλον, μὴ φρόνει δ' αἰνούμενος·
Καὶ γὰρ δέος σε τῶν ἐπαίνων ὑστερεῖν.
Μηδ' ἄλλον εὐθὺς, πρίν γε τῇ πείρᾳ μάθῃς,
Μή πως κακοῦ φανέντος, αἰσχύνην ὄφλῃς.
Κακῶς ἀκούειν κρεῖσσον, ἢ λέγειν κακῶς.
Ὅταν προθῇ τις ἄλλον εἰς κωμῳδίαν
Ὡς εὐφρανῶν σε, σαυτὸν ἐγκεῖσθαι δόκει.
Ὧδ' ἂν μάλιστα δυσχεραίνοις τῷ λόγῳ.
Μηδὲν μέγ' εἴπῃς εὐπλοῶν πρὸ πείσματος.
Πολλοῖς πρὸς ὅρμον εὐπλοοῦν ἔδυ σκάφος·

A Πολλοὶ προσωρμίσθησαν ἐκ τρικυμίας.
Μὶ' ἀσφάλεια μὴ ὀνειδίζειν τύχας.
Κρεῖσσον καλῶς βιοῦντα, καὶ πονούμενον,
Παῤῥησιάζεσθαί τι πρὸς τὸν Δεσπότην,
Ἢ μὴ καλοῖς θάλλοντ' ἀπαιτεῖσθαι δίκην·
Εἰ καὶ τὰ πάντα σὺν λόγῳ πορεύεται.
Προοῦ τὰ πάντα, καὶ θεὸν κτῆσαι μόνον
Εἶ γὰρ μεριστὴς χρημάτων ἀλλοτρίων.
Εἰ δ' οὐ θέλεις τὰ πάντα, ὃς τὰ πλείονα.
Εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, τοῖς περιττοῖς εὐσέβει.
Καλόν τι σητῶν ἁρπάσαι καὶ τοῦ φθόνου,
Χριστὸν χρεώστην μᾶλλον, ἢ τὰ πάντ' ἔχειν,
Ὃς καὶ βασιλείαν κλάσματος χαρίζεται·
Χριστὸν σκέπεις τρέφεις τε, τὸν πτωχὸν τρέφων.

Gloriam persequere, non omnem, nec vehementer :
Melius est enim esse, quam videri. Quod si immoderatus es,
Non vanam venare, neque juvenilem.
Quid enim simiæ prodest, si videatur leo?
Lauda quidem alium, at laudatus ne superbias
Nam metuendum est ne laudibus non respondeas.
Sed nec alium statim laudaveris, antequam experientia noveris,
Ne, si malus deprehendatur, id tibi sit pudori.
Præstat male audire, quam male dicere.
Quando quis alium in fabulæ loco proposuerit,
Quasi te oblectaturus, teipsum derideri existima.
Sic enim maxime indignaberis oratione.
Prospere navigans, ne glorieris antequam portum attigeris.
Multis ad portum feliciter navigans submersa est navis :
Multi post tempestatem ad portum appulerunt.
Una est securitas, aliis calamitates non exprobrare.
Præstat bene viventem et malis afflictum,
Aliquid fiduciæ apud Dominum obtinere,
Quam bonis non florentem pœnas persolvere :
Quanquam omnia ratione gubernentur.
Projice omnia, et Deum posside solum.
Es enim dispensator alienarum opum.
Si non vis omnia, da majorem partem :
Si nec id quidem, iis quæ superfluunt, pietatem exerce.
Præclarum est aliquid vermibus et invidiæ eripere,
Christum debitorem potius habere, quam omnia possidere,
604-605 Qui pro frusto panis regnum largitur :
Christum operis et alis, cum pauperem nutris.

98 *Δέος*. Coisl., δίον.
99 *Μάθῃς*. Coisl., μάθοις.
100 *Μή πως*. Ambr., μή που.
103 *Ἐγκεῖσθαι*. Ita duo Regg., Ambr. et Cass. Edit., ἐκκεῖσθαι.
104 *Δυσχεραίνοις*. Ita Coislin., qui etiam habet τῶν λόγων pro τῷ λόγῳ. Edit., δυσχερανῇς.
107 *Προσωρμίσθησαν*. Ita Coisl. et Reg. 1277. Edit., προσωμίσθησαν.
111 *Ἢ μὴ καλοῖς*. Combef., *quam cum rebus secundis floreas, pœnas non dare*. Leuv., *quam rebus non bonis florentem affici supplicio*, quod a Gregorii mente aberrat. Combef. secundis curis : *quam cum virtutibus minime niteas*, etc. Ita fere Gaullyer, *quam virtutis flore carentem pœnas pendere*.
112 *Εἰ καί*. Coislin., ἢ καί. *Certe omnia ratione gubernantur*.
114 *Χρημάτων*. Ambr., κτημάτων.
117 *Σητῶν*. Ita duo Regg. et Coislin. Edit., σιτῶν, quod Bill. de rubigine intellexit.

METRICA VERSIO.

Famam nec omnem, nec nimis quæras velim :
Probum esse præstat, quam videri. Sin modum
Horres, inanem tu, novam et, saltem fuge.
Leonem haberi simiam quid juverit?
Lauda quidem alium : ne tume ad laudes tuas.
Impar verendum est namque ne sis laudibus.
Nec ante laudes alterum, quam noveris.
Ne mox rubescas, improbe si se gerat.
Audire malis probra, quam ipse dicere.
Cum quis cavillis alterum petit, tibi
Placere credens, te putes ipsum peti.
Sic displicebit plurimum sermo hic tibi.
Ne te ante jactes, quam sit in portu ratis.
Periere multi jam propinqui littori :

B Vado appulere, turbine acti, plurimi.
Mala exprobrare nemini, certa est salus.
Bene victitantem, tristibus pressum et malis,
Sermone præstat libero affari Deum,
Noxis onustum quam graves pœnas dare.
Ratione quamvis optima quidvis fluat.
Depelle cuncta : sint opes solus tibi
Christus. Tuæ, quas porrigis, non sunt opes.
Si cuncta non vis, maximam partem dato.
Si ne hoc quidem vis, quæ redundant, eroga.
Livori et atræ deme quid rubigini;
Ac debitorem præfer omnibus Deum,
Frusto rependit sceptra qui cœlestia :
Alis tegisque, pauperes pascens, Deum.

Digitized by Google

Πένης προσῆλθεν, εἶτ' ἀπῆλθε μὴ τυχών·
Δέδοικα, Χριστὲ, μὴ κἀγὼ τῆς σῆς χερὸς
Χρῄζων, ἀπέλθοιμ' ἐνδεὴς, ἐμοῖς νόμοις.
Ὃ γάρ τις οὐ δέδωκε, μηδ' ἐλπιζέτω.
Πένητος ἀνδρὸς οὐδὲν ἀσφαλέστερον.
Πρὸς τὸν Θεὸν νένευκε, καὶ μόνον βλέπει.
Σὺ δ' ἀγκαλίζου· καὶ γὰρ ἀετὸς, ὡς λόγος,
Πολὺς καλιᾷ λεπτὸν ὄρνιν ἀμφέπει.
Κρεῖσσον πενία μὴ δικαίας κτήσεως·
Καὶ γὰρ νόσος γε τῆς κακῆς εὐεξίας.
Λιμῷ μὲν οὔ τις ῥᾳδίως διεφθάρη·
Τοῖς δ' αὖ κακίστοις πότμος ἡ μοχθηρία.
Τί δεσπότης, ἢ δοῦλος, ἢ φαύλη τομή;
Εἷς πᾶσι πλάστης, εἷς νόμος, κρίσις μία.
Ὑπηρετούμενος δὲ σύνδουλον βλέπε.
Ὅταν δὲ λυθῇς, τιμιώτερος φανεῖς.
Οἱ δ' οἰκέται τί, καὶ μάλισθ' ὅσοι Θεοῦ;
Μὴ φευγέτωσαν εὐνοεῖν τοῖς δεσπόταις.
Ἐλεύθερον καὶ δοῦλον ὁ τρόπος γράφει.
Καὶ Χριστὸς ὤφθη δοῦλος, ἀλλ' ἠλευθέρου.
Κακὸς δ' ἀκούων αἰσχύνου, μὴ δυσγενής.
Γένος γάρ εἰσιν οἱ πάλαι σεσηπότες.
Γένους προάρχειν κρεῖσσον, ἢ λύειν γένος,
Ὡς καλὸν εἶναι, ἢ καλῶν πεφυκέναι.
Θεοῦ μόνου, θείων τε ἁπλήστως ἔχειν,
Ὃς τοῖς λαβοῦσι καὶ πλέον χαρίζεται,

Pauper accessit, deinde abiit spe frustratus:
Metuo, Christe, ne et ego dextera tua,
Indigens, recedam vacuus, secundum legem meam.
Quod enim quis negavit, id se accepturum non speret.
Paupere viro nihil securius.
Ad Deum suum se convertit, eumque solum respicit.
Tu vero hunc complectere; nam et aquila, ut ferunt,
Nido assidua tenellos fetus fovet.
Melior est paupertas injusta possessione,
Ut et morbus mala incolumitate.
Fame quidem vix quisquam absumptus est:
Scelestis autem hominibus mors est improbitas.
Quid dominus, quid servus, nisi mala divisio?
Unus omnibus conditor, una lex, unum judicium.
Dum tibi ministratur, conservum intuere.
Sic, cum corporis vinculis solutus fueris, honorabilior apparebis.
Servi autem quid, ac præcipue qui Dei servi sunt?
Non refugiant servitutem heris benevolam exhibere.
Liberum et servum efficiunt mores.
Christus visus est servus, at ipse liberator erat.
Pudeat te, si malus audias, non vero si ignobilis;
Genus enim sunt, qui jamdudum putruerunt.
Præstat generis caput esse, quam genus solvere,
Ut et bonum esse, quam ex bonis ortum.
Dei solius rerumque divinarum insatiabilis esto,
Qui accipientibus etiam plus largitur.

123 *Ἐμοῖς νόμοις.* Græcus int., *ex credulitatis lege quam secutus sum, abeam ipse nihil consecutus: ut qui nihil, dediderim nihil ipse accipiam.*

127 *Ἀετός.* Sic omnes mss. præter. Ambr. et Cass. qui, ut Paris. edit. habent *αἰετός.*

132 *Πότμος.* Coisl., Ambr. Coisl., θάνατος.

133 *Ἡ φαύλη.* Sic Coisl. Edit., ἡ φαύλη. Eadem sententia occurrit infra lib. II, sect. 1, carm. 1, *De rebus suis*, vers. 80 et seqq.

135 *Ὑπηρετούμενος*, etc. Hervag., Lang., Reg. 6, ὑπηρετοῦ μὲν, ὡς σύνδουλον βλέπε. Reg. 992, βλέπων. Leuv., *Ministro quidem utere, sed eum ut conservum aspiciens.*

136 *Ὅταν δὲ λυθῇς, τιμιώτερος φανεῖς.* Ita legimus cum Hervag. et Gaul. Edit., ὅταν λυθῇς, φάνηθι τιμιώτερος.

137 *Μάλισθ' ὅσοι.* Ita Regg. 993, 1277, Coislinianus et Cassinensis. Edit., μάλιστα οἱ. In codice Ambr. alius ordo versuum hujus tetrastichi; sic incipit: Ἐλεύθερον, deinde οἱ δ' οἰκέται.

141 *Κακός.* Sic Regg. 993, Coisl., Ambros. et Cass. Edit., κακῶς.

142 *Γένος.* Coislin., γένους γὰρ ἦσαν. *Generis enim origo ab iis qui jam pridem computruerunt.* Idem argumentum fere prosequitur supra carm. XXVI et XXVII.

144. *Καλῶν.* Coisl., καλόν.

145 *Θεοῦ μόνου.* Reg. 993, θείων ἁπλήστως καὶ Θεοῦ μόνου ἔχου, *rerum divinarum insatiabilis esto, et Dei solius.* Coisl., Θεοῦ μόνου, θείων τε δεῖ ἁπλήστως ἔχειν.

METRICA VERSIO.

Accessit ad me pauper: at frustra tamen;
Christe, extimesco, ne tuam quærens opem,
Abeam, vicissim prorsus abs te nil ferens.
Nam quod negat quis alteri, frustra petet.
Opibus carenti nil viro securius.
Spes ille totas in Deo fixas tenet:
At tu foveto; namque pullos, ut ferunt,
Aquila tenellos grandis in nido fovet.
Melior egestas improbe partis bonis,
Ut sanitate morbus haud laudabili.
Vix unquam acerba sustulit quemquam fames:
At certa crimen improbis mors est viris.
Quid servus, aut herus? Mala est hæc sectio.
Est fictor unus, una lex, judex quoque.
Sic ergo servus, servos ut cernas tuos.
Aliis, solutus corpore, ut præstes vide.
Servi quid autem, maxime qui sunt pii?
Dominis amice serviant illi suis.
Servos herosque vita sola factitat.
Servivit, at nos Christus exemit jugo.
Malum vocari turpe, non ignobilem.
Sunt namque pridem putridæ carnes genus.
Genus auspicari præstat, id quam solvere:
Ut esse pulchrum, quam satum pulchro patre.
Deo, et supernis rebus haud unquam satur
Esto: dat illis plura qui jam sumpserint,

Digitized by Google

Διψῶν τὸ διψᾶσθ', ἀφθόνως ἀεὶ ῥέων·
Ἐν τοῖς δὲ λοιποῖς καὶ φέρειν ἡσσώμενος.
Μὴ πάντα νικᾷν, μηδ' ἀεὶ, σπουδὴν ἔχε·
Καλῶς κρατεῖσθαι κρεῖσσον, ἢ νικᾷν κακῶς.
Καὶ γὰρ παλαιστὴς οὐχ ὁ κείμενος κάτω,
Πάντως κρατεῖται, πολλάκις δ' ὑπέρτερος.
Καὶ ζημιοῦ τι· τοῦτο κέρδος πολλάκις,
Ὥσπερ καθαίρειν φυτὸν εἰς εὐκαρπίαν.
Εἰ δ' οὐ καλῶς τι προστίθης οἷς νῦν ἔχεις,
Ὕλῃ φέρεις πῦρ, ἢ νόσον τῷ σώματι.
Εἰ μηδὲν ὀφλεῖς τῷ Θεῷ τιμωρίας,
Μηδ' αὐτὸς ἴσθι τοῖς ὀφλουσι συμπαθής.
Εἰ δ' οἶδας ὀφλων, καὶ πρόχρησον τὸ πρᾶον.
Οἴκτῳ γὰρ οἰκτος καὶ Θεῷ σταθμίζεται.

A Ὅταν ποθ' ὕβρις ἐκκάῃ τὴν σὴν φρένα,
Μνήσθητι Χριστοῦ, τῶν τ' ἐκείνου τραυμάτων,
Πόση τε μοῖρα ταῦτα τῶν τοῦ Δεσπότου.
Ὡς δ' ἂν τὸ λυποῦν, ὥσπερ ὕδατι, σβέσαις.
Ἔρως, μέθη, ζῆλός τε καὶ δαίμων, ἴσα·
Οἷς ἂν προσέλθῃ, τὸ φρονεῖν ἐπέκλυσε.
Τῆξις, προσευχὴ, δάκρυον, τὰ φάρμακα.
Ἠδ' ἰατρεία τῶν ἐμῶν νοσημάτων.
Ὅρκον δὲ φεῦγε πάντα. Πῶς οὖν πείσομεν;
Λόγῳ, τρόπῳ τε τὸν λόγον πιστουμένῳ.
Ἄρνησίς ἐστι τοῦ Θεοῦ ψευδορκία.
Τί δεῖ Θεοῦ σοι; τὸν τρόπον μέσον τίθει.
Τί χρηστότητος δόγμα συντομώτερον;
Τοιοῦτος ἴσθι τοῖς φίλοις καὶ τοῖς πέλας,

Sitiens sitiri, largiter semper fluens;
In cæteris vero, superari non sit molestum.
Nec omnia, nec semper vincere studeas:
Præclare enim vinci præstat, quam male vincere;
Non enim pugil, qui humi jacet,
Semper vincitur, sed sæpe superior est.
606-607 Detrimentum aliquod patiare: id enim sæpe lucrum est,
Ut arborem putare, quo fecundior sit:
Quod si quid non belle adjicis iis quæ nunc habes,
Materiæ ignem fers, aut morbum corpori.
Si nullam Deo pœnam debes,
Nec ipse in debitores misericors sis:
Verum si debiti tibi conscius es, prior ipse clementia utere.
Misericordi enim miseratio etiam apud Deum rependitur.
Si quando injuria accenderit mentem tuam,
Memento Christi, ejusque vulnerum,
Et quantula pars hæc sint eorum quæ Dominus passus est.
Sic enim dolorem, velut aqua, exstinxeris.
Amor, ebrietas, livor, et dæmon, æqualia;
Quibus supervenerint, eorum mentem subvertunt.
Jejunium, precatio, lacrymæ sunt remedia:
Hæc est meorum medicina morborum.
Omne jusjurandum fuge. Quomodo ergo persuadebimus?
Verbis, et moribus qui verbis fidem faciant.
Abnegatio Dei est falsum juramentum.
Quid tibi opus est Deum nominare? mores interpone.
Ecquod benignitate præceptum brevius?
Talis esto tuis amicis et proximis,

147 *Διψῶν τὸ διψᾶσθ'.* Coislin., διψῶντα διψάων. Hoc est, *vehementer cupiens se ab hominibus inquiri, non propter semetipsum, sed quod hujusmodi inquisitione mortalibus salus comparatur.* Ita tom. I, p. 713.

148 *Φέρειν.* Coisl., δεῖ φέρειν, et sup. lin., ἡσσώμενον.

152 *Ὑπέρτερος.* Reg. 990, ὑπέρτατος. Coislin., Reg. 1277 et Cass., ὑπέρθετος.

157 *Ὀφλεῖς.* Coisl., ὀφλοις.

160 *Καὶ Θεῷ.* Sic Reg. 993, Cass., Coisl. Edit., τῷ Θεῷ. Comb., οἴκτον καὶ Θεός.

162 *Τῶν τ'.* Sic Reg. 1277, 993, Ambr. et Cass. Edit., τῶν.

170 *Πιστουμένῳ.* Tres Regg., πιστούμενοι, *fidem facientes.* Ita fere supra carm. XXIV, vers. 81.

171 *Θεοῦ.* Ambr., Λόγου, *Verbi.*

172 *Τί δεῖ Θεοῦ;* Reg. 1277, τί δή;

METRICA VERSIO.

Sitiens sitiri, largus et cunctis fluens;
Vinci at moleste ne feras in cæteris.
Non obtinere cuncta, nec semper, stude.
Bene vinci ames plus, improbe quam vincere.
Athleta nam non vincitur quisquis jacet
Humi: sed hostem sæpe qui stratum tenet.
Amitte quiddam quæstus: hinc frequens redit,
Putata ut arbos redditur fecundior.
Quod si quid addas improbe partis bonis,
Ligno facem fers, corpori morbum paris.
Pœnæ nihil si vindici debes Deo,
Nec debitori lenis ipse sis tuo.
Debere sin te non negas, ignoscito.
Veniam rependit nam Deus clementiæ.

B Cum tu dolore læsus ardes maximo,
Christi memor sis vulnerum, pars et quota
Sint hæc dolorum, quos herus tulit tuus.
Sic nempe, ut undis obrutus, mœror perit.
Vinum, libido, livor, et dæmon, pares.
Hos mente privant, quos tenent. His tu prece
Medere, fusis lacrymis, jejunio.
Medela morbis hæc enim certa est meis.
Jurare noli. Quo fides fiet modo?
Sermone, vita et, quæ fidem verbis struat,
Qui falsa jurat, prorsus is negat Deum.
Sit vita testis (quid Deo est opus?) tibi.
Benignitatis dogma quid contractius?
Quales apud te proximos esse expetis,

Digitized by Google

175 Οἵους σεαυτῷ τούσδε τυγχάνειν θέλεις·
Καὶ συντομώτερόν τι, τὰ Χριστοῦ πάθη.
Πιστοῦ φίλου νόμιζε μηδὲν ἄξιον,
Ὃν οὐ κρατῆρ ἔδειξε, καιροῦ δὲ ζάλη·
Ὃς οὐ χαρίζετ' ἢ μόνον τὸ συμφέρον.
180 Ἔχθρας ὅρους γίνωσκε, φιλίας δὲ μή.
Τἄλλα βλέπων ὀφθαλμὸς, αὐτὸν οὐ βλέπει,
Ἀλλ' οὐδὲ τἄλλα, ἢν ἄγαν λημῶν τύχῃ.
Τούτου χάριν σύμβουλον εἰς ἅπαντ' ἔχειν·
Καὶ γὰρ χερὸς χεὶρ, καὶ ποδὸς ποῦς ἐνδεής.
185 Εἴ τοῖς καλοῖς ἔποιο νουθετούμενος,
Οὐκ ἐντραπήσῃ τοῖς κακοῖς γελώμενος.
Ὅταν ποτ' αἰσχρὸν ἐννοῇς, νόμιζέ σοι
Πολλοὺς παρεῖναι, καὶ σεαυτὸν ἐντρέπου.

A Ἀεὶ προτίμα τοὺς καλοὺς τῶν μὴ καλῶν.
190 Κακοῖς ὁμιλῶν, καὶ κακὸς πάντως ἔσῃ.
Κακοῦ παρ' ἀνδρὸς μή ποτε χρηστὸν πάθῃς.
Ζητεῖ γὰρ ὧν βεβίωκε συγγνώμην ἔχειν.
Ἐγώ τι κέρδος ἐκλέγω καὶ δυσμενοῦς.
Τὰς γὰρ λαβὰς φεύγοντας, ἀσφαλεστέρους
195 Εἶναι παρῃνῶ, καὶ τὸ πικρὸν φάρμακον
Ὅμως δέδοικα, καὶ τὸ ἡδὺ μέμφομαι.
Καλοὺς ἀμείβου, τοὺς κακοὺς περιῤῥόνει·
Κἂν τοῖσδε κεῖσθω, τοῦ παθεῖν μηδὲν, χάρις·
Ὡς ἂν καλοὺς καὶ τούσδε ποιήσῃς χρόνῳ.
200 Τῷ μακροθύμῳ χρηστότης καλὴ δόσις.
Πᾶσιν μὲν ἴσθι χρηστὸς, εἰ τοῦτο σθένος,
Πλέον δὲ τοῖς ἔγγιστα. Τοῦ χάριν λέγω;

175 Quales illos erga teipsum vis esse :
Et habes quid compendiosius, Christi passiones.
Fideli amico nihil par esse existima,
Quem non pocula probaverunt, sed tempus periculosum;
Qui nihil gratificatur, nisi tantum quod sit utile.
180 Inimicitiæ modum agnosce, amicitiæ autem minime.
Cætera videns oculus, se non videt,
Sed nec cætera, si valde lippus sit.
Quapropter consiliarium ad omnia habe :
Nam et manu manus, et pede pes indiget.
185 Si bonos sequaris admonitus,
Pudori tibi non erit a malis irrideri.
Si quando turpis cogitatio subeat, existima
Adesse tibi multos, et teipsum reverere.
Bonos semper præpone non bonis.
190 Si cum malis frequens sis, eris profecto et ipse malus.
608-609 A malo homine nunquam beneficium accipias.
Quærit enim eorum, quæ perpetravit, veniam consequi.
Ego lucri aliquid ab adversario colligo.
Ansas enim reprehensionis fugientes, securiores
195 Esse adhortor, et acerbam medicinam
Tamen perhorresco, et suavem reprehendo.
Bonos remunera, malos despice :
Tuum hoc in illos sit beneficium ut nihil mali patiantur;
Sic illos tempore bonos efficies.
200 Patienti homini præclarum donum est lenitas.
Benignus esto omnibus, si potes,
Maxime autem proximis. Cur ita loquor?

180 *Φιλίας*. Sic Reg. 993, Hervag. et Langus. Edit., εὐνοίας.

183 *Ἔχειν*. Ambr., ἔχε.

186 *Κακοῖς*. Coisl., καλοῖς. Nempe *sanis consiliis consecutus, ut illorum dicteriis non sis obnoxius.*

190 *Κακοῖς δ'*. Ita mss. omnes. In editis deest δ'.

196 *Ἡδύ*. Reg. 993, γλυκύ.

198 *Κἂν τοῖσδε κεῖσθω*. Ita mss. omnes et editi præter Par. ann. 1575. Varia est hujus loci interpretatio. Alia Leuvenclaii, alia Billii, alia Combef. Int. Græcus : Καὶ τοῖσδε κεῖσθω χάρις, τοῦ μηδὲν παθεῖν, *ut nihil eorum injuria moveare : qua lenitate illorum malitiam expugnes.* Nicolaus : *Habendam gratiam malis et perversis hominibus, cum ab iis nihil mali nobis acciderit.* Καὶ τοῦτο γὰρ μεγάλη ἐστὶν εὐχαριστία, τὸ μὴ παθεῖν τινα βλάβην παρὰ τοῦ κακοῦ καὶ βλαπτικοῦ ἀνθρώπου. *Magnæ siquidem habendæ gratiæ materies est, si a nocente et improbo homine nihil quis damni accipiat.*

199 *Ποιήσας*. Reg. 993, ποιήσεις. Ambr., ποιήσαις.

201 *Χρηστός*. Nicolaus, φιλάνθρωπος, ἐπιεικὴς, καὶ ὠφέλιμος.

METRICA VERSIO.

Sis talis ipsis. Sin adhuc quiddam petis
Brevius, habeto dura Christi vulnera.
Fidis amicis nil puta præstantius,
Quos casus asper extulit, non pocula :
Qui profutura consulunt, non quæ placent.
Sit finis iræ, nesciat finem favor.
Oculus tuetur cætera, at se non videt :
Ac ne quidem cætera, nimis si cæcutit.
Ergo monitorem rebus in cunctis habe :
Manus requirit nam manum, pes et pedem.
Probos monentes audiens, hisque obsequens,
Post non rubesces, cum mali te riserint.
Cum turpe versas mente quid, multos tibi
Adesse cense, te verere et ipsemet.

B Præpone semper improbis viros probos.
Nam si frequens sis cum malis, eris malus.
Ne munus unquam de manu sumas mali.
Veniam suorum nam petit sic criminum.
Ego hoste ab ipso commodum quoddam lego.
Hinc namque vivo cautius, ne me queat
Is criminari. Verum acerbum pharmacum
Simul expavesco, et dulcibus succenseo.
Probis repende : sperne quos males vides.
Sit hoc et illis munus abs te, quod nihil
Luant acerbi. Sic eos reddes bonos.
Est namque leni munus amplum lenitas.
Cunctis benignus sis quidem, quantum potes :
Verum propinquis amplius. Cur hæc loquor?

Digitized by Google

Τίς ἄν σε πιστεύσειε τοῖς ξένοις καλὸν
Εἶναι τὸν οὐ δίκαιον οἷς ὀφείλεται;
Τί πάντα τὸν δύστηνον αἰτιώμεθα
Ἐχθρὸν, διδόντες τῷ βιοῦν ἐξουσίαν;
Μέμφου σεαυτὸν, ἢ τὸ πᾶν, ἢ τὸ πλέον.
Τὸ πῦρ παρ' ἡμῶν, ἡ δὲ φλὸξ τοῦ Πνεύματος.
Μὴ σφόδρ' ἔπεσθαι παιγνίοις ἐνυπνίων·
Μηδ' εὐπτόητον εἰς ἅπαντ' ἔχειν φρένα·
Μηδὲ πτεροῦ μοι δεξιοῖς φαντάσμασι.
Λόχος τάδ' ἐστὶ πολλάκις τοῦ δυσμενοῦς.
Ἐλπὶς προκείσθω δεξιοῦ παντὸς τέλους·
Εἰ γὰρ συνεργός ἐστί τις τοῦ χείρονος,

A Πῶς οὐ καλοῦ δίκαιον εἶναι καὶ πλέον;
Οὐ γὰρ φέρω γε τῷ κακῷ νικώμενος.
Ἡγοῦ τύχης φρόνησιν ἀσφαλεστέραν·
Ἡ μὲν γάρ ἐστι πραγμάτων κούφη φορὰ,
Ἡ δ' οἰακισμός. Μηδὲ ἐν παιδεύσεως
Νόμιζε κρεῖσσον, ἢ μόνη κεκτημένων.
Τὸ δραστικὸν δείκνυε μὴ τῷ δρᾶν κακῶς,
Τῷ δ' εὖ τι ποιεῖν, εἰ θέλεις εἶναι θεός.
Τόδ' ἐστὶν ἀνδρὸς εἰδότος τὸ συγγενές.
Κτείνει δὲ ῥᾷστα καὶ τρυγὼν καὶ σκορπίος.
Αἰσχρὸν νέον γέροντος ἀσθενέστερον
Εἶναι, γέροντα δ' ἀφρονέστερον νέου.

Quis te crediderit bonum esse extraneis,
Si justitiam non colas erga eos quibus debetur?
Cur in omnibus miserum causamur
Inimicum, cui nostra vivendi ratione potestatem damus?
Culpa te ipsum, vel in omnibus, vel magna ex parte.
Ignis a nobis est, flamma autem ab excitante Spiritu.
Nec valde secteris ludibria somniorum;
Nec pavidam ad omnia mentem habeas;
Nec mihi infleris faustis imaginibus.
Insidiæ hæc sunt sæpe inimici.
Præluceat spes laudabili omni exitui;
Nam si quæ spes auxiliatrix est deterioris,
Quanto magis par est, eam boni auxiliatricem esse?
Non enim fero me a malo vinci.
Fortuna prudentiam existima tutiorem;
Illa enim rerum levis est impetus,
Ista gubernatrix. Nec quidquam doctrina
Melius esse ducas, quæ sola vere pertinet ad possidentes.
Potentiam tuam ostende, non male faciendo,
Sed bene faciendo, si vis esse deus.
Hoc est viri scientis genus suum.
Necat autem facile et pastinaca et scorpius.
610-611 Turpe est juvenem sene infirmiorem
Esse, senemque juvene insipientiorem.

203 *Τίς ἄν σε πιστεύσειε.* Ita fere infra, lib. II, sect. II, carm. III, *ad Vitalianum*, vers. 75 :

Πῶς σε, πάτερ, ξείνῳ τις ἐνηέα φῶτα δοκήσει
Τοσσάτιον τεκέεσσι χολούμενον;

Quomodo te, pater, quis erga extraneos lenem existimet
Tantopere irascentem filiis?

204 *Ὀφείλεται.* Tillem. legit ὀφείλεαι.

208 *Πνεύματος.* Male Leuv. et Ald. *venti.* Recte int. Græcus, τοῦ πνεύματός ἐστι τοῦ πονηροῦ, ἤγουν τοῦ διαβόλου.

209 *Μὴ σφόδρ'.* Gregorius vetat sectari somniorum ludibria. *Multos enim errare fecerunt somnia et exciderunt sperantes in illis.* Sic infra lib. II, sect. 2, carm. 1, vers. 291 :

Φροντίσιν ἡματίαις γὰρ ὁμοῖα φάσματα νυκτός.
Cogitationibus diei similes enim sunt visiones noctis.

211 *Μηδὲ πτεροῦ. Nec attollaris, nec te efferas.*

214 *Εἰ γὰρ συνεργός.* Non male Langus : *Quanto magis tandem adjuvat Deus bonas res?*

218 *Κούφη.* Reg. 993 κοῦφος, *temerarius est impetus.*

220 *Ἡ μόνη κεκτημένων. Quæ sola illorum est qui eam possident.* Nicet. ἡ μόνῳ κεκτημένῳ. Colb. ἡ μένει κεκτημένων. Reg. 993 ἡ μένει κεκτημένῳ. Mendose Cass. ἡ μόνη, et Ambr. ἡ μόνῳ.

224 *Τρυγὼν καὶ σκορπίος.* Huic simile est illud quod Cicero *Tuscul.* 5, de Theodoro refert, qui Lysimacho mortem ipsi minitanti : *Magnum,* inquit, *effecisti, si cantharidis vim consecutus es;* vel, ut refert Seneca, lib. *De tranquillitate vitæ. Habes cur tibi placeas : hemina sanguinis in tua potestate est.* Et sane multo difficilius est, ac proinde præclarius prodesse, quam nocere; unde graviter quidam olim, cum eversam a Philippo Macedonum rege Olynthum esset nuntiatum : *At hercle,* inquit, *multis annis talem urbem non extruet.*

METRICA VERSIO.

Quis credat unquam te bonum externis fore,
Tuis iniquum siquidem te præbeas?
Quid culpam in hostem semper ipsi vertimus,
Cum nostra præstent robur ipsi crimina?
Te criminare prorsus, aut certe magis.
Ignis tuus nam, flamma vero dæmonis.
Ne somniorum ludicris fidem nimis
Accommodaris : cuncta nec te terreant.
Nec læta rursum visa te tollant nimis.
Laqueos frequenter hos parat dæmon tibi.
Spes læta semper acta præcedat tua.
Nam nequiorem cum juvet, quanto magis

B Hac adjuvari convenit probum virum?
Nec enim ferendum est ut malo cedat bonum.
Est sorte cæca tutior prudentia,
Namque illa rerum est impetus tantum levis :
Hæc clavus. At ni! litteris tibi sit prius,
Quas possidentes unicas opes habent.
Aliis nocendo robur haud monstra tuum :
Bene sed merendo, si Deum sequi cupis.
Est ejus istud, qui suum norit genus.
Facile at necarint et trygon et scorpius.
Utrumque turpe, cum sene est infirmior
Juvenis, eoque stultior rursus senex.

Digitized by Google

Ὁμῶς ὁ μὲν καθ' ὥραν ἔστω πάνσοφος·
Τὸν δὲ κράτιστον καὶ πρὸ ὥρας σωφρονεῖν.
Ἀεὶ μὲν ἐργάζοιο τὴν σωτηρίαν·
Καιρὸς δὲ δὴ μάλιστα, ἡ βίου λύσις.
Τὸ γῆρας ἦλθεν· ἔξοδον κήρυξ βοᾷ.
Πᾶς εὐτρεπίζου· πλησίον γὰρ ἡ κρίσις.
Πέρας λόγου, διισσή τις ἄρνησις Θεοῦ,
Ἔργῳ, λόγῳ τε. Μὴ κλαπῇς, περισκόπει
Ἀεὶ διώκῃ λαθρίοις παλαίσμασι),
Μή πως δεηθῇς ἐσχάτων καθαρσίων.

ΛΔ'. *Ὅροι παχυμερεῖς.*

Θεὸς μέν ἐστιν οὐσία, πρῶτον καλόν.
Κόσμος δὲ, ῥευστῶν καὶ νοουμένων δέσις.
Τὸ δ' εἷν' ἕκαστον τοῖον ἢ τοῖον, φύσις.
Φύσις δ' ἄϋλος, ἄγγελος, πρώτη κτίσις.
Οἱ δ' ἐκτραπέντες τοῦ καλοῦ τί; δαίμονες·
Ὧν πρῶτός ἐστιν, ὅς ποτ' ἦν Ἑωσφόρος,
Σκότους δυσειδοῦς εὑρέτης καὶ προστάτης.
Ὕλη δὲ μορφῶν ἕδρα, δευτέρα κτίσις.
Ὕλης δὲ κάλλος, εἶδος ἐκμορφουμένης.
Ὅρος δὲ ῥευστῶν καὶ νοουμένων, πόλος.
Ἀστρων δὲ φύσις, πῦρ κύκλῳ περίδρομον.
Φῶς δ' ἔστι λάμψις ἐκ πυρὸς, ψυχῇ λόγος.
Σκότος δὲ δισσὸν, λάμψεως δισσῆς λύσις.
Αἰὼν, διάστημ' ἀχρόνως ἀεὶ ῥέον,

Ergo ille juxta ætatem sapientia excellat:
Huic vero optimum est et ante tempus sapere.
Semper quidem salutem operare;
Tempus autem maxime, cum instat vitæ finis.
Senectus advenit: exitum præco clamat.
Quilibet præparet se: prope enim judicium.
Finis sermonis: duplex Dei abnegatio,
Opere et verbo. Ne subripiaris, circumspice
(Semper appeteris occultis dimicationibus),
Ne forte indigeas extremis lustrationibus.

XXXIV. *Definitiones minus exactæ* *.

Deus est ens substantiale, primum bonum.
Mundus autem rerum fluxarum et mente præditarum connexio.
Esse hoc vel illo modo, istud est uniuscujusque natura.
Natura materiæ expers est angelus, prima creatura.
Qui exciderunt a bono, quid sunt? Dæmones,
Quorum princeps est, qui olim erat Lucifer,
Caliginis deformis inventor et antistes.
Materia est formarum sedes, secunda creatura.
Materiæ autem pulchritudo est forma rei expressæ.
Limes rerum fluxarum et quæ mente percipiuntur, est cœlum.
Siderum natura est ignis qui in orbem volvitur.
Lux est splendor ex igne, menti lux ratio.
Tenebræ duplices, splendoris duplicis dissipatio.
Ævum, intervallum absque tempore semper fluens.

* Alias Bill. 137, pag. 198.

228 *Τὸν δέ*. Duo Regg. et Comb. τῷ δέ.
231 *Ἔξοδον*. Coisl. et Reg. 993, ξόδος.
232 *Εὐτρεπίζου*. Sic mss. omnes. Edit. ἐκτρεπίζου.
234 *Κλαπῇς*. Reg. 1277 τραπῇς.
235 *Διώκῃ*. Herv. et duo Regg. διώκει.
XXXIV. Tit. *Ὅροι παχυμερεῖς*. Coisl. et Vat. τοῦ αὐτοῦ. *Parum exactæ, vel simplices.*
1 *Οὐσία*. Videlicet, *Deus qui omnibus esse præstat et quasi ipsum esse substantiale, cujus efluxus est et umbra, quidquid est.*
2 *Ῥευστῶν καί*, etc. Coisl. λευστῶν. *Quæ oculis cernuntur et quæ mente percipiuntur.*
9 *Ὕλης δὲ κάλλος*, etc. Hic versus in Coisl. deest.
10 *Ῥευστῶν*. Coisl. λευστῶν.
12 *Ἐκ πυρός*. Al. ἔκπυρος.
13 *Διισσῆς*. Coisl. διισσή.
14 *Διάστημ'*. Sic Coisl. Male edit. διάτημ'.

METRICA VERSIO.

Ergo ille, ut ætas postulat, prudentia
Excellat: ast hic ante canos sit sophus.
Semper saluti tu quidem stude tuæ,
Potissimum autem sub diem vitæ ultimum.
Venit senectus; exitum præco canit.
Parentur omnes: imminet judex Deus.
Binis negatur (finis hic) modis Deus:
Sermone, vita: sedulus fraudem cave
(Nam Marte tecto jugiter lacesseris),
Lustris opus sit ne tibi novissimis.

XXXIV. DEFINITIONES MINUS EXACTÆ.
(*Billio interprete.*)

Deus ensque primum est omnium, et primum bonum.
Quæ fluxa, mundus; quæque mens cernit, tenet.
Quod quidque tale aut tale, naturam voco
Natura simplex angelus, primus satus.
Qui deviarunt a bono, quid? dæmones.
Princeps et horum, Lucifer, qui quondam erat,
Inventor atræ præsul et caliginis.
Materia formis est basis, post condita.
Induere formam, certus est illi decor.
Rebus caducis limes et firmis, polus.
Quid astra? flamma, circuli cursum tenens.
Lux splendor ardens, ratio lux mentis meæ.
Tenebræque duplices, lucis abcessus duplex.
Ævum, quod absque tempore assidue fluit.

Digitized by Google

15 Χρόνος δὲ, μέτρον ἡλίου κινήσεως.
Γῆ, πῆξις ὕλης τῷ πόλῳ κυκλουμένης.
Πῦρ δὲ, φλέγουσα καὶ ῥέουσ' ἄνω φύσις.
Ὕδωρ δὲ, ῥευστὴ καὶ κατάῤῥοπος φύσις.
Κενοῦ δ' ἀὴρ πλήρωμα καὶ πνευστὴ ῥύσις.
20 Ἄνθρωπός εἰμι, πλάσμα καὶ εἰκὼν Θεοῦ.
Τὸ σῶμα δ' ὕλη, καὶ διαστατὸν πάχος.
Στοιχεῖόν ἐστι σώματος πρῶτον μέρος.
Ψυχὴ δὲ, φύσις ζωτικὴ, φέρουσά τε·
Λόγος δὲ καὶ νοῦς τῇ γ' ἐμῇ συνεκράθη.
25 Ζωὴ δὲ, σώματός τε καὶ ψυχῆς δέσις,
Ὡς θάνατον εἶναι, τῶν δὲ τὴν διάστασιν.
Νοῦς δ' ἔστιν ὄψις ἔνδον, οὐ περίγραφος.
Νοῦ δ' ἔργον, ἡ νόησις, ἐκτύπωμά τε.
Λόγος δ' ἔρευνα τῶν νοὸς τυπωμάτων,

A 30 Ὃν ἐκλαλήσεις ὀργάνοις φωνητικοῖς.
Αἴσθησίς ἐστιν εἰσδοχή τις ἔκτοθεν.
Μνήμη, κάθεξις τῶν νοὸς τυπωμάτων.
Λήθη δὲ, μνήμης ἐκβολή. Λήθης δέ γε
Μνήμη τις αὖθις, ἣν ἀνάμνησιν λέγω.
35 Βούλησιν οἶδα, νοῦ ῥοπὴν καὶ συνδρομὴν
Τῶν ὅσσ' ἐφ' ἡμῖν· τἄλλα δ' οὐ θελητέα.
Ἡ δ' οἷ θέλω κίνησις, ἐξουσιότης.
Τὴν σύντονον δὲ καὶ προσθυμίαν λέγω·
Τὸ δὲ ἀκούσιον, βουλήσεως τυραννίδα.
40 Λογισμὸν οἶδα πραγμάτων διαίρεσιν.
Πόθος δ' ὄρεξις ἢ καλῶν ἢ μὴ καλῶν.
Ἔρως δὲ θερμὸς δυσκάθεκτός τε πόθος.
Θυμὸς μέν ἐστιν ἀθρόος ζέσις φρενός·
Ὀργὴ δὲ θυμὸς ἐμμένων. Ὁ δ' εἰς κακὸν

15 Tempus autem mensura solis motus.
Terra, compacta materia, quam polus ambit.
Ignis, urendi vim habens et sursum tendens est natura.
Aqua fluida est natura et deorsum vergens.
Aer vacui est repletio et spirabilis fluxio.
20 Homo sum, figmentum et imago Dei.
Corpus, materia et separabilis crassities.
Elementum, corporis cujusque prima pars.
612-613 Anima autem vitalis natura, vitam sustentans.
Ratio et intelligentia mihi commista est.
25 Vita, corporis et animæ connexio,
Quemadmodum mors est utriusque separatio.
Mens est oculus internus, non circumscriptus.
Mentis opus est cogitatio, et rerum expressio.
Ratio est investigatio mentis conceptuum,
30 Quam proferes per vocis organa.
Sensus est exceptorium quoddam rerum externarum.
Memoria retinet mentis impressiones.
Oblivio, memoriæ amissio est. Oblivionis autem
Memoria quædam est rursus, quam reminiscentiam dico.
35 Voluntatem scio esse mentis inclinationem et concursum
Earum rerum, quæ penes nos sunt : cætera non sunt voluntaria.
Facultas me, quo velim, movendi, est liberum meum arbitrium.
Si acris ac vehemens sit, alacritatem appello :
Involuntarium autem, tyrannidem voluntatis.
40 Ratiocinationem novi esse rerum divisionem.
Desiderium est appetitio rerum vel bonarum vel malarum.
Amor est ardens et effrenatum desiderium.
Furor quidem est subitus animi fervor :
Ira vero furor permanens. Si ob malum acceptum

21 *Καὶ διαστατὸν πάχος.* Combef., *crassa moles, suis constans dimensionibus.* Billius, *materia quam subit dimensio.*
23 *Φέρουσά τε. Quæ tenet et fert, vitam scilicet.* Ita Combef.
24 *Τῇ γ' ἐμῇ*, nempe ψυχῇ. Sic Coisl. Edit. ἐμοί.
27 *Οὐ περίγραφος.* Vat. ἀπερίγραφος.
30 *Ὃν ἐκλαλήσεις*, etc. Hic versus et duo sequentes desiderantur in Coisl.
39 *Τὸ δὲ ἀκούσιον.* Vat. *non habet* τὸ δέ.
43 *Ἀθρόος.* Vat. ἀθρόα.
44 *Ὁ δ' εἰς κακόν. Qui servat memoriam, ut noceat et insidietur : simultas, rancor.*

METRICA VERSIO.

Mensura motus tempus est, quem sol facit.
Tellus stabilitas est hylæ : hanc ambit polus.
Natura flagrans ignis est, sursum fluens.
Vergens deorsum fluida natura est aquæ.
Aer inane replet, et spirans fluit.
Figmentum, imago et nobilis Dei, est homo.
Materia corpus, quam subit dimensio.
Elementa nostri prima pars sunt corporis.
Natura vita prædita, anima dicitur :
At ratio mensque cum mea se copulant.
Quid vita? carnis, mentis, et nexus tenax,
Ut mors ab hisce rebus est divulsio.
Mens, visus intus terminum nullum sciens.
Huic cogitare munus est et fingere.
Quæ finxit illa, ratio vestigat sagax,

B Quam vocis ipse proferes per organa.
Externa sensus excipit. Mentis notas
Memoria retinet, ac bona servat fide.
Oblivio ipsam pellit : hanc rursum ejicit
Memoria quædam (vulgo reminisci vocant)
Mentis, voluntas motus est, concursus et
Rerum penes nos quæ sitæ, tantummodo.
Quo volo moveri, liberum arbitrium voco :
Alacritatem, magna si sit acritas.
Patitur voluntas, si trahor, tyrannidem.
Rerum λογισμὸς commoda est divisio.
Boni appetitus aut mali, cupiditas.
Amor, cupido fervida et freni inscia.
Mentem repente fervor incendens, furor.
Ira diuturnus est furor. Sed qui insidet

Digitized by Google

Μνήμων, λοχῶν τε, μνησικακία τυγχάνει.
Ἥψιν δὲ λύπης οἶδα μακροθυμίαν·
Τὸ δὲ πρὸς ὕβριν ἥρεμον, ἀοργησίαν,
Ἦν δὴ πραότητα τοῖς πάλαι καλεῖν ἔθος.
Ἕξιν δὲ καλῶν, τὴν ἀρετὴν νόμιζέ μοι,
Τῶν δ' αὖ κακίστων, τὴν ἐναντίαν νόσον·
Τὴν μὲν Θεοῦ δώρημα, τὴν δ' ἐφεύρεσιν.
Κάλλος δὲ παντός ἐστιν εὐαρμοστία,
Αἶσχος δὲ, κάλλους ὕβρις, ὡς ἐμὸς λόγος.
Ἀνδρεία δ' ἔστι πρὸς τὰ δεινὰ στερρότης
Θράσος δὲ, θάρσος πρὸς τὰ μὴ τολμητέα.
Δειλία δὲ, συστολή τις εἰς τολμητέα.
Ἡ σωφροσύνη δ' ἐπικράτησις ἡδονῶν·
Ἥτταν δὲ τούτων, τὴν ἀσέλγειαν λέγω.

Δικαιοσύνη δὲ, μὴ πλέον ζητεῖν ἔχειν·
Τῆς δ' ἰσότητος ἔκβασις, τοῦτ' ἀδικία.
Φρόνησίς ἐστι πραγμάτων ἐμπειρία.
Σοφία νομιζέσθω δὲ τῶν ὄντων θέα.
Ἡ δ' ἁπλότης ἕξις τις ἀργὴ πρὸς κακόν.
Ἡ διπλόη δὲ, τοῦ τρόπου κακουργία.
Ἡ δ' ἡδονὴ, ψυχῆς τίς ἐστι λειότης·
Λύπη δὲ, δῆγμὸς καρδίας καὶ σύγχυσις.
Φροντὶς δ' ἐλιγμὸς, ἡ μέριμνα τὸ πλέον.
Σκέψις, λογισμῶν ἀντίθεσις εἰς πρακτέα.
Κρίσις δὲ πῆξις τῶν νοὸς βουλευμάτων·
Ῥῖψιν δὲ τούτων οἶδα τὴν ἀκηδίαν.
Φθόνος δὲ τῆξις εὐροούντων τῶν πέλας.
Ἡ βασκανία δὲ καὶ βλάβη διὰ φθόνον.

Memor sit, et insidias struat, est injuriarum recordatio.
Concoctionem doloris scio esse longanimitatem.
Si quis contumeliis affectus placidus sit, est iræ vacuitas,
Quam antiqui mansuetudinem appellare solebant.
Habitum rerum bonarum esse virtutem existima ;
Rerum autem vitiosarum, contrarium esse morbum :
Illa quidem Dei donum est, iste quid inventitium.
Rei cujusque pulchritudo est concinnitas,
Deformitas autem, pulchritudinis depravatio. Hæc mea sententia.
Fortitudo est in rebus periculosis animi constantia.
Audacia autem est confidentia, ubi non est audendum.
Timiditas est quædam animi contractio in rebus audendis.
Temperantia est expugnatio voluptatum :
Iisdem superari, intemperantiam appello.
Justitia, non quærere ut plus habeas, quam tibi debeatur :
Æqualitatis lineas transilire, injustitia est.
614 615 Prudentia est rerum experientia.
Sapientia censeatur rerum, ut sunt, contemplatio.
Simplicitas habitus est iners ad malum.
Versutia, morum perversitas.
Voluptas, mentis quædam est mollities.
Tristitia est morsus cordis et confusio.
Cura animum volvit et versat, sollicitudo adhuc magis
Consideratio conflictus est rationum de rebus agendis :
Judicium, firmitas mentis deliberationum.
Hæc abjicere, scio esse incuriam et inertiam.
Invidia tabes animi est de rebus secundis vicinorum.
Fascinatio, detrimentum quod infertur per invidiam.

45 *Μνήμων*. Vat. μνήμη. Mox Coisl. μνησίκακος pro μνησικακία.

51 *Τὴν μέν. Illa quidem*, nempe, *virtus : iste, morbus contrarius.*

59 *Μὴ πλέον*, etc. Minus recte Billius, *non plus cæteris requirere.*

62 *Τῶν ὄντων θέα. Rerum earum quæ vere sunt, ac divinarum contemplatio.*

66 *Δηγμός*. Sic Coisl. et Vat. Sic legit Billius, quamvis editi habeant δεσμός, quod præfert Combef.

68 *Ἀντίθεσις εἰς πρακτέα*. Billius in hunc locum : *Videat lector*, inquit, *an forte commodius hæc lectio futura sit*, σκέψις λογισμὸς, ἂν τι πρᾶξις πρακτέων. Hanc fere lectionem suppeditat Vaticanus codex, in quo legitur, ἀντίπραξις πρακτέων.

METRICA VERSIO.

Menti dolosus, μνησικακία dicitur.
Longanimitas est coctio molestiæ.
Ἀοργησία, cum tenet læsum quies,
Quam lenitatem dicere olim mos erat.
Virtus, bonorum firmus est habitus : mali
Habitusque rursum, morbus adversarius.
Dei illa donum est : at mala hic inventio.
Decor, rei omnis elegans concinnitas :
Contra decoris est probrum deformitas.
Jam fortitudo, robur in periculis.
Ast, ubi opus haud est, fidere, est audacia.
Audenda quisquis defugit, premitur metu.
Est temperantis, læta quæ sunt, vincere :
Libidinosi rursus, his succumbere.

Justitia, non plus cæteris requirere :
Ab æquitate digredi, est iniquitas.
Rerum peritus, dicitur prudens : sophus
At censeatur, mente qui res conspicit.
Simplex vocatur quisquis ad malum est piger :
Versutus autem, moribus quisquis duplex.
Lætitia quidnam ? mentis est diffusio ;
Tristitia, cordis morsus, et turbatio.
At cura mentem volvit, anxietas magis.
Pugna rationum, σκέψις est, nunquid geres.
Consulta mentis firmat at sententia.
Hæc qui repellit, huic inest incuria.
Livor secundis proximi rebus dolet.
Βασκανία plus est : nam nocet quantum potest.

Digitized by Google

Τῶν δ' αὖ κακίστων μέμψις, αἰνετὸν πάθος
Αἰδὼς δὲ συστολή τίς ἐστ' αἴσχους φόβῳ.
Αἰδοῦς δὲ περιφρόνησις, ἡ ἰταμότης.
Σπουδὴ δέ, σίστασίς τις εἰς προκείμενα·
Λύσιν δὲ ταύτης οἶδα τὴν ῥαθυμίαν.
Ὁ δ' ὄκνος ἐστὶ πρός τι δυσκινησία.
Ζῆλος δ' ὁ μὲν μίμησις, ὁ δ' ἀνία τις.
Φίλτρου κλαπέντος εἰς ξένον ποθούμενον,
Καλοῦσι δ' αὐτὴν ζηλοτυπίαν οἱ πάλαι.
Ἀλαζονείαν, ὄγκον οἶδα καρδίας·
Τύφον δ', ἀναψιν, ἣν ἐγείρει κουφότης.
Ὑπερήφανος δ' ἔμοιγε καὶ φαντίας.
Τὴν δ' αὐθάδειαν, αὐταρέσκειαν λέγω.
Ταπεινοφροσύνη, μὴ φρονεῖν ἐπάξιον.

A Ταύτης δόκησίς ἐστιν ἡ εἰρωνεία.
Ἐλευθερία δὲ χρημάτων ἁπλῆ δόσις.
Τούτων λάφυξιν οἶδα τὴν ἀσωτίαν.
Ἀνελευθερίαν δέ φημι τὴν φειδωλίαν.
Μεγαλοπρέπεια δ' ἐστὶν ἔργων λαμπρότης·
Μικροπρέπεια, τὸ φρονεῖν μικροῖς μέγα.
Μεγαλόφρονος, τὸ πάντα εὐπετῶς φέρειν·
Τὸ δ' οὐδὲ μικρὰ, τοῦτο μικροψυχίας.
Φιλοτιμί' ἐστὶ μέτριος τιμῆς πόθος.
Ἡ χαυνότης δὲ, καὶ πέρα τοῦ μετρίου.
Κενῶν δ' ὄρεξιν ἴσθι κενοδοξίαν·
Δόξαν, τὸ τοῖον ἡμῖν, ἢ τοῖον δοκεῖν.
Ἄλλη δὲ δόξα, πραγμάτων φαντάσματα.
Ὕβρις μέν ἐστι δυσμενοῦς οὐκ εὐμενὴς

Pessimorum objurgatio, laudabilis est affectus.
Pudor, contractio quædam est animi, turpitudinis metu.
Pudoris contemptus impudentia est.
Diligentia est vehemens studium in proposita.
Hujus defectum scio esse ignaviam.
Pigritia est, cum quis ad aliquid ægre movetur.
Zelus, alius imitatio est, alius dolor.
Cum vis amoris transfertur in extraneum valde concupitum,
Zelotypiam appellabant veteres.
Jactantia tumor est cordis.
Fastus inflammatio est, quam excitat levitas.
Superbus est mihi, qui cupit apparere.
Arrogantiam appello, cum quis nimium sibi placet.
Humilitas est minus digne de seipso sentire.
Hujus simulatio est hypocrisis.
Liberalitas pecuniarum est simplex largitio.
Earum dissipationem scio esse prodigentiam.
Illiberalitatem voco parcimoniam.
Magnificentia est operum splendor.
Extremi ingenii est ob parva alte sapere.
Viri magnanimi est omnia facile tolerare.
At ne parva quidem ferre, pusillanimitatis est.
Ambitio est moderata honoris cupiditas.
Insolentia autem excedit modum.
Rerum vanarum appetitionem, scito esse vanam opinionem.
Gloriam vero vanam, talem nobis aut talem videri.
616-617 Alia vero gloria, rerum phantasmata.
Contumelia quidem est inimici minime grata

73 *Πάθος. Affectus, commotio.*

74 *Ἔστ' αἴσχους.* Ita Coisl. Edit. ἔπ'.

83 *Ἀναψιν, ἢν.* Forte ἄναρσιν, *elationem.* Coisl. ὃν.

84 *Φαντίας. Ostentator.*

85 *Αὐταρέσκειαν. Ingenii sibi blandientis vanam oblectationem.*

86 *Μὴ φρονεῖν ἐπάξιον. Modestius etiam de se sentire, quam merita ferant.* Ita Combef. qui addit: *Idque si retinenda vox,* ἐπάξιον. Nam ipsi non displicet ἀπάξιον. *Non indigne ac aliter quam ferant merita sentire. Nec enim,* inquit, *falso sentit humilis, cum se deprimit, nihilque suum, Dei totum agnoscit quod in se virtutis.*

87 *Εἰρωνεία. Hypocrisis, irrisio.*

99 *Ἄλλη δὲ δόξα.* Hic triplex hujus vocis δόξα, est acceptio, 1° eorum quæ non sunt, existimatio, 2° inanis rumor, 3° rerum phantasmatio.

METRICA VERSIO.

Recte movetur, quisquis objurgat malos.
Probri timore contrahit mentem pudor.
Effrons, pudore dicitur quisquis caret.
Proposita cum quis urget, id studium voco:
Studiumque contra si fuges, ignaviam.
Pigritia quidnam est? torpor ad quiddam gravis.
Zelus imitamen, mœror aut est quispiam.
Cum vis amoris exterum furtim petit,
Zelotypiam istud dicere antiqui solent.
Ἀλαζονεία, mentis est vanus tumor.
Levitate nata fastus est elatio.
Superbus est, qui conspici a cunctis amat.
Est αὐθάδεια, cum nimis sibi quis placet.
De se humilis ille est qui minus digne æstimat.

B Qui fingit humilem, premitur hic hypocrisi
Est liberalis, æra qui dat alteri:
At cuncta si quis dilapidat, est prodigus:
Illiberalis parcus est, nimis et tenax.
Magnificus est qui splendidis rebus studet:
Ob parva sed qui timidus est, μικροπρεπής.
Magnanimus est qui cuncta facilis sustinet:
Nec parva ferre, mentis est pusillitas.
Ambitio, modica laudis est tantum sitis;
Immodica vero, χαυνότης dici solet.
Cenodoxus autem, gloriæ vanæ appetens.
Δόξα ast, videtur tale quod, tale aut tibi.
At δόξα rerum dispar est et imaginum.
Molestus hostis sermo, contumelia

Digitized by Google

Πρᾶξις, λόγος τε. Λοίδορος δ' αἶσχη φέρει.
Μέμψις δ' ἀτιμώρητος ἐκ φίλου ψόγος.
Κατηγορία δ' ἔγκλημα τῶν κολαστέων·
Ἡ δ' οὐκ ἀληθὴς γίνεται, συκοφαντία·
Ἡ λάθριος δὲ, διαβολή σοι κλητέα.
Μέμψις ἀνεύθυνός τις, ἡ βλασφημία.
Κακήγορος δ', ὃς πᾶσιν ὁπλίζει στόμα.
Ἀστειότης μὲν, φαιδρότης ἐν συλλόγῳ.
Ἡ δ' εὐτραπελία, φαιδρότης ἔξω λόγου.
Λόγου δὲ μωρὶ' ἐστὶν ἡ ἀχρηστία.
Γέλως, παρειᾶς βράσμα, παλμὸς καρδίας.
Οἴνου δ' ἄμετρον χρῆσιν εἰπὲ τὴν μέθην,
Τὰ δ' ἐκ μέθης ὑβρίσματ', ἡ παροινία.
Ἡ κραιπάλη δ' ἕωλος ὕβρις ἐκ μέθης.

Φόνος δ' ὁ μέν τις σωμάτων, ὁ δ' εἰκόνος·
Ἄμφω δὲ λύσις τῆς φίλης ἁρμονίας.
Πορνεία καὶ μοιχεία, ἡ μὲν σωμάτων
Ξένων κλοπή τις, ἡ δέ τις καὶ δαιμόνων·
Ὅταν Θεοῦ τὸ φίλτρον εἰς ἐχθροὺς πέσῃ.
Εἰδωλολάτρης δ' ὃς σέβει καὶ χρυσίον.
Εἰ δ' ὠφέλεια, κέρδος εἰς ψυχὴν λαβεῖν,
Βλάβη, τὸ ταύτην ζημιῶσαι, γίνεται.
Ἔλεος μέν ἐστι συμπάθεια συμφορᾶς.
Οἶκτος δέ κ' εὖ τι τὸν πεπονθότα δράσαι.
Ἔξις δὲ ποιὰ πρὸς τὰ πράγματ', ὁ τρόπος·
Ἦθος δὲ πλάσμα τοῦ τρόπου κατήγορον.
Διδασκαλία, τύπωσις ἔργῳ καὶ λόγῳ.
Λόγος δ' ἄριστός ἐστι φαρμακεὺς κακῶν·

Actio vel oratio. Maledicus convicia ingerit.
Objurgatio autem amici innoxia est reprehensio.
Criminatio est accusatio rerum puniendarum.
Si falsa sit (accusatio), sycophantia est;
Si clandestina, calumnia tibi appellanda est.
Reprehensio non fulta probationibus, blasphemia.
Maledicus autem ille est, qui contra omnes os suum armat.
Comitas est hilaritas in colloquio.
Dicacitas autem est hilaritas extra rationem.
Sermonis stultitia ejus est inutilitas.
Risus genarum est impulsus, subsultatio cordis.
Vini immodicum usum voca temulentiam,
Ex temulentia autem natas injurias debacchationem.
Crapula vero, petulantia est profecta ex pridiana ebrietate.
Cædes alia est corporum, alia divinæ imaginis;
Utraque autem dissolutio charæ concinnitatis.
Scortatio et adulterium, alia sunt corporum
Alienorum quasi quædam furta, alia dæmonum;
Cum scilicet amor Dei ad ejus hostes transferatur.
Idolorum cultor est quisquis colit aurum.
Si utilitas est, lucrum in animam redundans facere,
Jactura est, cum damnum aliquod ei affertur.
Misericordia est naturalis affectus in alienis calamitatibus :
Miseratio autem, etiam eum, qui calamitatem passus est, juvare.
Habitus talis vel talis erga res, cujusque est indoles.
Mores vero figmentum sunt, quo designatur indoles.
Doctrina aliorum est informatio opere et sermone.
Sermo autem optimus est remedium vitiorum;

106 *Ἀνεύθυνος*. Combef. legendum censet ὑπεύθυνος. « Adduci non possum, inquit, ut ita Gregorius blasphemiam dixerit, quasi quam quis impune evomat, et non potius ὑπεύθυνον, *quæ sit pœnæ obnoxia.* » Ἀνεύθυνος autem exponi potest, *non discussa, non examinata.* Cæterum alio sensu et accuratiore solet accipi vox ista, *blasphemia.*

118 *Δαιμόνων*. Cum quis dæmonibus servire et obsequi potius quam Deo studet. Quod in Scripturis *fornicatio* et *fornicari* appellatur, Jud. II, 17 : *Fornicantes cum diis alienis*; I Paralip. V, 25 : *Fornicati sunt post deos*; et Psal. LXXII, 27 : *Qui fornicantur abs te.*

126 *Ἦθος* et *τρόπος*, voces sunt affines, inquit Combef., vultque Gregorius, quod consuetudo plerumque indolem moresque firmet, et ita nos ad aliquid habeamus, ut assueti sumus.

METRICA VERSIO.

Est, actioque probra fert convicium.
Querela amici lenis est reprehensio.
At crimen, horum est, lex quibus pœnam irrogat.
Conficta si sint crimina, est sycophantia.
Id si latenter, tum vocem calumniam.
Impune cum quis carpit, est βλασφημία.
Maledicus autem est, ore qui cunctos petit.
In colloquendo suavitas est comitas.
Rationis expers hilaritas, dicacitas.
Stultitia vero, sermo cum vane fluit.
Risus genarum est æstus : hic pectus micat.
Usus lyæi nimius est temulentia.
Exorta vino probra, debacchatio.
Crapula, proterve post merum si te geras.

Est una cædes corporis, animi altera :
Per utramque dulcis solvitur connexio.
Stuprum duplex est, atque adulterium duplex.
Subripitur uno corpus : at mens altero.
Quoties ad hostes Numinis philtrum cadit.
Idololatras, qui colunt aurum, voca.
Cum nostra lucrum mens facit, tum hoc utile,
Jactura mentis cum fit, hoc malum puta.
Ἔλεος, dolore est affici ob casus graves :
Οἶκτος, dolori hoc addere, ut miserum juves.
Est certus ad res habitus, hunc τρόπον vocant.
Figmentum at ἦθος rursus est, index τρόπου.
Doctrina rebus instruit, dictis quoque.
Est improborum pharmacum sermo optimus :

Digitized by Google

Ὁ δ' οὐκ ἄριστος, καὶ καλῶν ἀναιρέτης.
Σκέψιν νοητῶν, τὴν θεωρίαν νόει.
Πρᾶξις δ' ἐνέργειά τις εἰς τὰ πρακτέα.
Ἕξις μέν ἐστι ποιότης τις ἔμμονος.
Τόκον δὲ ταύτης, τὴν ἐνέργειαν λέγω.
Τέχνη μέν ἐστι σύνταγμ' ἐξ ἐμπειρίας·
Ἕξις δ' ἄλυτος, ἣν ἐπιστήμην λέγω.
Ὁ μὴ χάριν τοῦ, τἄλλα δι' αὐτοῦ, τέλος.
Σκοπὸς δὲ δή τις, ᾧ τέλει σπουδάζεται.
Δέησιν οἷου, τὴν αἴτησιν ἐνδεῶν·
Τὴν δὲ προσευχὴν ἴσθι τῶν ἀμεινόνων·
Εὐχὴν δ' ὑπόσχεσίν τιν' ἐξιλάσματος·
Τὸ δ' ἐξίλασμα, δῶρον εἰς τιμὴν φέρον.
Ἔπαινός ἐστιν εὖ τι τῶν ἐμῶν φράσαι.
Αἶνος δ' ἔπαινος εἰς θεὸν σεβάσμιος.

A Ὁ δ' ὕμνος, αἶνος ἐμμελής, ὡς οἶμαι.
Ψαλμὸς σὺν ᾠδῇ γίγνεται ψαλμῳδία.
Τὰ ὄντα φάσκειν, ὡς ἔχει, ἀψευδία·
Ὡς δ' οὐκ ἔχει, ψεῦδος. Καὶ τοῦ λόγου μάχη
Λόγον προσάντη, οὔ τί χεῖρον τῷ βίῳ;
Ὅρκος δὲ δὴ πίστωσις ἐμμέσῳ θεῷ.
Τούτου δὲ τήρησίς τις ἡ εὐορκία.
Θρησκείαν οἶδα καὶ τὸ δαιμόνων σέβας.
Ἡ δ' εὐσέβεια, προσκύνησις τῆς Τριάδος.
Ἄρνησίς ἐστιν, ἓν τι τῶν τριῶν κάτω
Βαλεῖν, θεοῦ τε μὴ σέβειν συμφυΐαν.
Πίστις δὲ διττή· ἡ μὲν ἐκ λόγου βίας,
Ἡ καὶ δικαία· ἡ δ' ἕτοιμος συνδρομή.
Λόγος γάρ ἐστιν ὁ πρόεδρος τοῦ λόγου.
Ἐλπὶς δ' ἀπόντος πράγματος συνουσία.

At qui malus est, etiam virtutes perimit.
Considerationem rerum, quæ mente percipiuntur, theoriam intellige.
Actio efficacitas quædam est ad res agendas.
Habitus est qualitas quædam permanens.
Sobolem illius, efficacitatem appello.
Ars est collectio disciplinarum longo usu parta.
Habitus qui dissolvi nequit, hunc scientiam appello.
Quod alicujus gratia non fit, sed alia propter ipsum, id pro fine habendum.
618-619 Scopus vero illud est, cui finis dirigitur.
Rogationem credito esse petitionem rerum quæ desunt :
Precationem autem scito esse postulationem rerum præstantiorum :
Et votum esse promissionem expiationis :
Expiatio est munus ad honoris exhibitionem spectans.
Laudatio est aliquid ex meis prædicare.
Laus vero est laudatio religiosa ad Deum pertinens.
Hymnus est laus modulata, ut opinor.
Psalmus cum cantu est melodia.
Res dicere, ut se habent, veritas est :
Aliter vero, ac se habent, dicere, mendacium est. Verborum pugna,
Contentio est in verbis, qua quid pejus in vita?
Jusjurandum est testificatio fidei, interposito Deo;
Quæ si servetur, justum est juramentum.
Religionis vocabulum, scio etiam dici de cultu dæmonum.
Pietas autem est adoratio Trinitatis.
Negatio vero est vel unam ex tribus personis in inferiorem ordinem
Dejicere, et non colere unitatem divinæ naturæ.
Fides duplex est; altera quidem, ex vi verbi,
Quæ et justa est : altera est facilis assensio.
Verbum enim præses est verbi.
Spes autem est cum re absente copulatio.

136 *Τοῦ, τἄλλα δι' αὐτοῦ, τέλος.* Sic prorsus legendum. Edit. τοῦδ', ἀλλὰ τοῦδ', ἐρῶ τέλος.

137 *ὯΙ τέλει σπουδάζεται. Quo quisque fine studet, quo consilio.*

138 *Ἐνδεῶν. Rerum necessariarum.*

140 *Ἐξιλάσματος. Pollicitationem muneris placatorii.*

142 *Τι τῶν ἐμῶν. Rerum et actionum humanarum prædicatio.*

148 *Λόγον προσάντη*, nempe φάσκειν, *adversos sermones eloqui.* Vat. λόγος προσάντης.

155 *Ἐκ λόγου βίας. Ex vi verbi*, id est, *vi orationis persuadens.*

157 *Λόγος γάρ. Verbum enim præses est verbi,*

METRICA VERSIO.

At pravus infert vel probis viris necem.
Æterna quæ sunt, dispicit theoria.
Ad res gerendas actus est quidam actio.
Habitus quid autem? qualitas fixa et tenax.
Quis partus ejus? actus est, hoc assero.
Ars est, quod usu quispiam longo capit.
At firmus habitus dicitur scientia.
Quo cuncta tendunt cætera, id finem voco.
Qua quisque finire studet, dic hoc scopum.
Δέησις est, hæc petere, quæ desunt tibi.
Meliora spectat, quam προσευχὴν dicimus.
Εὐχήν, voves cum quidpiam, ut places Deum.
At ἐξίλασμα, munus in honorem ferens.
Ἔπαινος est, si quidpiam laudas mei :
Αἶνος, supremum laude si regem affluis.

B Modulata laus est ὕμνος, ut quidem arbitror.
Cum cantione psalmus est psalmodia.
Rem qualis ipsa est, eloqui, hoc est veritas :
At qualis haud est, falsitas. Λογομαχία
Est sermo pugnax : quo nihil funestius.
Jurare, dicti sistere est testem Deum.
Si vera jures, istud est εὐορκία.
Θρησκεία cultus dæmonum quoque dicitur.
At εὐσέβεια Triadis est cultus sacræ.
Negator, unum quisquis ex tribus locat
Deorsum, eamdem nec colit substantiam.
Fides, vel est quam sermo robustus parit
(Et ista justa est), facilis aut assensio.
Sermonis etenim præses est Sermo. Rei
Procul at remotæ firma spes me copulat.

Digitized by Google

Λύσιν δὲ ταύτης, τὴν ἀπόγνωσιν λέγω.
Συμψυχίαν δὲ τὴν ἀγάπην ὁρίζομαι,
Τὴν πρὸς Θεὸν δὲ, καὶ ὁδὸν θεώσεως.
Μῖσος δ' ἀποστροφή τις, ἔχθρας ἐργάτις.
Ὑπόκρισις δὲ, λανθάνουσα πικρία.
Τιμὴ δὲ τοῦ Πλάσαντος, ἄνθρωπον φιλεῖν·
Τοῦ πτωχίσαντος δ' αὐτὸν, ἡ πτωχῶν σχέσις.
Φιλόξενος δ' ὃς οἶδεν αὐτὸς ὢν ξένος.
Βίου γαλήνη δ' ἔστιν, εἰρήνη φίλη·
Ψυχῆς δὲ καὶ μάλιστα, λώφησις παθῶν.
Ἡ δ' ἔχθρα μοι δύσνοια καὶ διάστασις·
Ἔχθρα δὲ καὶ πόλεμος, εὑρέτης κακῶν.
Ἁγνισμός ἐστιν ἡ Θεοῦ συνουσία.

A Βέβηλον οἷου καὶ βδέλυγμ' ἁμαρτίαν.
Κάθαρσίς ἐστιν ἔκπλυσις μολυσμάτων.
Μολυσμὸν οἶδα καὶ τύπωσιν τῶν κακῶν.
Γάμος μέν ἐστιν ἔννομος σαρκῶν δέσις·
Ἡ παρθενεία δ' ἔκβασις τοῦ σώματος.
Οὗτος μοναστὴς, ὃς Θεῷ ζῇ καὶ μόνῳ.
Μονὴ δέ μοι, σύνταγμα πρὸς σωτηρίαν.
Ἁμαρτί' ἐστὶ τοῦ καλοῦ παρεκτροπή,
Ὃ μὴ φύσις τε καὶ νόμος χαρίζεται.
Νόμος μέν ἐστιν ἔνδικος πρακτῶν ὅρος.
Ἡ δ' ἐντολή μοι δεσπότου παρεγγυή.
Παρανομί' ἐστὶν ἐν νόμῳ πονηρία·
Ἀνομίαν οἶδα τὴν νόμων ἐλευθέραν.

Hujus amissionem, desperationem appello.
Arctam animorum conjunctionem, charitatem definio,
Eam, quæ est erga Deum, ad consequendam divinitatem.
Odium aversatio quædam est inimicitiæ effectrix.
Hypocrisis autem est latens acerbitas.
Honos Creatoris est, hominem diligere ·
Honos est ejus qui se ipse pauperem fecit, erga pauperes affectio.
Hospitalitatis studiosus est, qui se ipse novit esse hospitem.
Vitæ tranquillitas est pax gratissima :
Mentis vero maxime est affectionum sedatio.
Inimicitia mihi est malevolentia et dissensio ;
Inimicitia quoque et bellum, inventrix malorum.
Sanctitas est cum Deo conversatio.
Profanum existima et exsecrabile peccatum.
Lustratio est ablutio inquinamentorum.
Inquinamentum scio esse ipsam animo mali informationem.
620-621 Matrimonium est legitima corporum conjunctio.
Virginitas est egressio e corpore.
Monachus is est, qui Deo vivit et soli.
Monasterium mihi videtur causa salutis collecta multitudo.
Peccatum est a bono exorbitatio,
Quod nec natura, nec lex indulget.
Lex est justa rerum agendarum definita linea.
Mandatum autem Domini est præceptio.
Transgressio legis est in legem iniquitas.
Immunitatem a lege scio legibus non esse astrictam.

scilicet *doctrinæ fidei, cui se immisceat, lumenque fidei in mentibus accendat, atque omni firmius ratione sibi eas subjiciat.* Frustra enim vox doctoris auribus excipitur, nisi Deus cor audientis misericorditer aperiat.

164 *Πλάσαντος*. Sic emendavit Billius, ut sensus constet. Versus etiam qui sequitur, exigit, in quo poeta ad illud Prov. x, 14, alludit : *Honorat Deum, qui pauperis miseretur.*

167 *Εἰρήνη*. Vat. εἰρήνης φίλη. *Amica pacis.*

170 *Εὑρέτης*. Vat. Ἐφευρέτης.

172 *Ἁμαρτίαν*. Vat. ἁμαρτίας.

177 *Μόνῳ*. *Et soli.* Billius videtur legisse νόμῳ, qui vertit *legi :* quod certe monachum a viro fideli non secernit, qui legi et Deo servire debet.

180 *Ὃ μή*. Billius legit ὅμοι et refert ad καλοῦ, sed nullius codicis auctoritate nititur.

184 *Ἀνομίαν*. Videtur respicere ad illud Pauli I Cor. ix, 21 : Τοῖς ἀνόμοις, ὡς ἄνομος, *qui sine lege est*, hunc scio *liberum esse a legibus.* Billius vero in suo codice legit εὐνόμιον, et putat Gregorium alludere ad id quod est apud Paulum, nimirum, pios viros, atque omnibus virtutibus expolitos, legi minime subjectos esse, propterea quod libenter, non autem gravatim, et tanquam vi adacti, divinas leges exsequantur.

METRICA VERSIO.

Hanc frangit autem tetra desperatio.
Concors voluntas, charitas, amor ac Dei,
Ad summa certam sidera ostendit viam.
Aversio odium est, hinc simultas nascitur.
Occultum at odium dic quid est? hypocrisis.
Fictorem honorat quisquis hominem diligit :
Inopemque factum sponte, quisquis pauperes.
Quid hospitalis? hospitem qui se putat.
Tranquillus ævum, si studes paci, exiges.
Serena mens est, motibus sævis carens.
Quidnam simultas? improba est dissensio.
Bellum et simultas nil mali non excitant.
Quid sanctitas est? cum Deo consuescere.

B Quidnam profanum, quidque sacrilegum? scelus.
Quidnam piamen? sordium est detersio.
Conspurcat autem vel typus solus mali.
Legitima thalamus corporum est connexio.
At vita cœlebs, egredi est a corpore.
Quid monachus? est qui vivit et legi et Deo.
Monȇ, saluti quæ studet soli cohors.
Quid, quæso, noxa est? a bono deflexio,
Natura mihi quod porrigit, lex et Dei.
Lex, quæ gerenda necne sint, dictat mihi.
Mandatum at est quod Dominus indixit meus.
In lege quod fit improbe, est iniquitas.
Legum soluta est vinculis at æquitas.

Digitized by Google

185 Ἰουδαϊσμός ἐστιν, ὁ πρῶτος νόμος·
Ὁ δεύτερος δὲ, τοῦ πάθους μυστήριον.
Ὁ μὲν σκιώδης, δαιμόνων ἀναιρέτης·
Ὁ δὲ τρανός τε καὶ λύτης αἰνιγμάτων.
Χριστοῦ δ' ἐνανθρώπησις, ἄλλη μου πλάσις,
190 Θεοῦ παθόντος σαρκικῶς ἐμῷ πάθει,
Ὃς πάντα πᾶσιν ἀντέδωκε τοῖς ἐμοῖς.
Ἐκ μὲν γυναικὸς ἦλθεν, εἰς Εὔας χάριν·
Ἐκ Παρθένου δέ· καὶ γὰρ ἐκ Πατρὸς μόνου
Τὸ πρῶτον, ἄζυξ ἀζύγων. Ἡ δ' ἀπογραφὴ
195 Τῆς θείας αὖθις ἐγγραφῆς εἶχε τύπον.
Ἡ σπαργάνωσις, ἀντὶ τῆς γυμνώσεως.
Φόνος δὲ παίδων, νηπίων ἅρσις τύπων.
Ἀστὴρ τρέχων δὲ, προσκύνησις κτίσεως.
Μάγοι δὲ προστρέχοντες, ἐθνῶν εἴσοδος.

A 200 Τὸ λοῦτρον ἦν κάθαρσις ὑδάτων ἐμῶν.
Τὸ Πνεῦμα συγγένεια μαρτυρουμένη.
Ἄλειψις ἡ νηστεία πρὸς ἐχθροῦ πάλην.
Ἡ πεῖρα δ' ἦν ἔρευνα τῆς Θεοῦ πλοκῆς.
Στέφος δ' ἀκανθῶν, ἔνδυσις τε πορφύρας,
205 Ἐχθροῦ κράτους σύλησις ἐκ παλαισμάτων.
Τρόπαιον ὁ σταυρὸς δὲ τοῦ ξύλου ξύλον.
Ἧλοι δὲ πῆξις τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας.
Εἴσω δὲ πάντα ταῖν χεροῖν ἁπλουμέναιν.
Γεύσει δὲ γεῦσις ἡ χολῆς ἀντίστατος.
210 Ληστῶν δ' ὁ μὲν σέσωστο πιστεύσας, Ἀδάμ·
Ὁ δ' ἦν πονηρὸς, καίπερ ἐσταυρωμένος.
Πένθος δὲ τοῦ παθόντος ἑκταῖον σκότος·
Πετρῶν δὲ ῥῆξις, τῶν πετρῶν ὑπέρμαχος·
Νεκρῶν δ' ἔγερσις, εἴσοδός τε εἰς πόλιν,

185 Judaismus est prima lex :
Secunda autem, Christi passionum mysterium.
Prima quidem umbris involuta, dæmoniorum cultus erat exstirpatrix,
Altera vero lucida et solutrix ænigmatum.
Christi autem incarnatio, alia est hominis formatio,
190 Deo carnaliter perpesso, ob peccatum meum,
Qui omnia pro omnibus meis reddidit.
Ex femina quidem prodiit in Evæ gratiam :
Ex Virgine autem : etenim ex Patre solo
Prius prodiit ; ex injugatis ipse injugatus. Orbis autem descriptio
195 Divinæ rursus inscriptionis figuram gerebat.
Fasciis involutus est, ob pristinam nuditatem.
Cædes parvulorum puerilium signabat abolitionem figurarum.
Sidus currens, adoratum a creaturis Numen :
Magi accurrentes, gentilium ingressus.
200 Baptisma ipsius erat purgatio aquarum mearum.
Spiritus divinæ cognationis testimonium.
Jejunium, unctio ante pugnam cum hoste.
Tentatio erat exploratio divinæ unitionis.
Corona spinea, indumentum purpureum,
205 Inimici potestatis exspoliatio per luctationes.
Trophæum veteris ligni, crucis lignum.
Clavi, confixio mei peccati.
Complectitur omnia manibus explicatis.
Gustus (pomi) gustu fellis compensatur.
210 Ex latronibus alter credens salutem consecutus est ; Adamus erat :
Alter vero manebat sceleratus, quamvis cruci affixus.
Luctus quidam Christi patientis erant tenebræ ad horam sextam factæ,
622-623 Petrarum fissura, petrarum propugnatrix :
Mortuorum ad vitam reditus, et ingressus in urbem

191 *Ὃς πάντα πᾶσιν. Inobedientiam obedientia expiavit : turpes meas voluptates crudelissimis cruciatibus.*

203 *Τῆς Θεοῦ πλοκῆς. Divinæ unitionis, copulationis cum Deo, exploratio, an esset Deus qui a jejunio esuriret.* Billius : *Divini amoris specimen est tentatio.*

212 *Πένθος δὲ τοῦ παθόντος. Luctus ob Christum patientem tenebræ, quasi sole lugente Christum in cruce pendentem.*

213 *Τῶν πετρῶν ὑπέρμαχος. Petrarum propugnatrix, saxeorum cordium.*

METRICA VERSIO.

Judaismus prima lex : Christi crucis
Lex at secunda dicitur mysterium.
Umbrosa prima, dæmonum cultum opprimens :
Secunda clara, veteris et dubia explicans.
Humanitas Christi mea est refectio,
Cum carne passus est Deus noxam ob meam,
Qui cuncta cunctis pro meis sua reddidit :
Evæ in favorem femina natus quidem,
At virgine tamen, ut prius solo ex Patre :
Injugibus injux. Orbis at descriptio,
Typum gerebat cœlitis. Quin fasciis
Ob nuditatem voluit involvi meam.
Nex parvulorum signat exstinctos typos.
Currente stella, condita Tonantem colunt.
Cursus Magorum gentium ingressum indicat.

B Baptismus undas ipsius purgat meas.
Æqualis ipsi Spiritus testis venit.
Ut cum hoste pugnet, ungitur jejunio.
Divini amoris specimen est tentatio.
Corona spinis texta, purpurea et chlamys,
Hostile lucta spoliat imperium gravi.
Crux est triumphus, arbor augusta, arboris.
Clavi, meorum criminum confixio.
Cuncta explicatis manibus ipse ambit suis :
Fellis medetur gustui gustus malo.
Unus latronum salvus ob fidem est, Adam :
Manet alter, etiam fixus in cruce, improbus.
Caligo passum luget : ac pro saxeis
Ruptura lapidum, cordibus pugnas init.
At cum resurgunt mortui, atque urbem petunt,

Digitized by Google

215 Ἡ τῶν θανόντων εἰς ἄνω μετάστασις.
Πλευρᾶς δὲ ῥεῦσαν αἷμα καὶ ὕδωρ ἅμα,
Τὸ δισσὸν ἦν βάπτισμα, λούτρου καὶ πάθους,
Ὅταν διώκτης κίνδυνον καιρὸς φέρῃ.
Ἡ νεκρότης δὲ, τῆς ἐμῆς ἀναίρεσις.
220 Ἡ δ' ἐκ νεκρῶν ἔγερσις, ἐξ ᾅδου λύσις.
Ἡ δ' εἰς ἄνω πορεία καί μ' ἄνω φέρει.
Καὶ τἀπὶ τούτοις, δεῦρό μοι, σκεψώμεθα.
Λαὸς μέν ἐστι σύνταγμ' εἰς Θεοῦ σέβας.
Ναὸς δὲ λαοῦ σεπτὸν ἁγνευτήριον.
225 Θεῷ δὲ δῶρον, θυσίαι καθάρσιοι.
Δώρων δοχεῖον ἁγνὸν, ἡ θεηδόχος

A Τράπεζ'. Ἱερωσύνη δὲ ἁγνισμὸς φρενῶν,
Θεῷ φέρων ἄνθρωπον, ἀνθρώπῳ Θεόν·
Μυστήριον μέν ἐστιν ἄῤῥητον σέβας.
230 Χάρισμα δ' οἶδα Πνεύματος θείαν δόσιν.
Κήρυγμ' ἀδήλων, τὴν προφητείαν λέγω·
Εὐαγγέλιον δὲ, τῆς νέας σωτηρίας·
Ἀποστολὴν δὲ, συμμαχίαν κηρύγματος·
Λόγου δὲ γνῶσιν, τὴν κατήχησιν, νέοις·
235 Τὴν δὲ μετάνοιαν, πρὸς τὰ κρείσσονα στροφήν·
Ἐξόρκισιν δὲ, δαιμόνων ἐξαίρεσιν.
Τὸ λοῦτρόν ἐστι δευτέρου βίου σφραγίς.
Αἱ προσφοραὶ δὲ, τῆς Θεοῦ σαρκώσεως,

215 Eorum qui obierant, in cœlum translatio.
E latere manans sanguis et aqua simul,
Duplex est baptisma, aliud lavacri, aliud sanguinis,
Cum infestum tempus periculum affert.
Mors ipsius mortis meæ est abolitio.
220 Ejus resurrectio mea est ab inferno liberatio.
In cœlum ascensus me quoque sursum evehit.
Quæ præterea supersunt, age, consideremus.
Populus est collectio hominum ad Dei cultum.
Templum autem venerandum populi sacrarium.
225 Deo munus oblatum sunt victimæ lustricæ.
Munerum venerandum receptaculum est Deum suscipiens
Mensa. Sacerdotium est sanctificatio animarum,
Deo conjungens hominem et homini Deum.
Mysterium ineffabile quoddam est religiosum.
230 Charisma scio esse divinum Spiritus donum.
Denuntiationem rerum abditarum prophetiam appello;
Evangelium vero, prædicationem novæ salutis;
Apostolicum munus quod suppetias venit Evangelio;
Institutionem puerorum de doctrina, catechesin;
235 Pœnitentiam, ad meliora conversionem;
Exorcismum, dæmonum expulsionem.
Baptismus est secundæ vitæ sigillum.
Oblationes, Dei incarnationis,

220 *Ἡ δ' ἐκ νεκρῶν.* Sic habet codex Vaticanus. Editi autem ἡ δὲ νεκρῶν.

226 *Θεηδόχος. Deum suscipiens.* Aliter θυηδόχος, *quæ victimam capiat.* Aptissima vox utraque ad significandam Eucharistiam, de qua hic Gregorius. Hic Billius acriter carpit Leuvenclaium, hæreticum hominem, qui totum hunc Gregorii locum depravavit, et mala fide reddidit. Primo quidem θυσίας καθαρσίους, nota ad marginem apposita, preces significare callide innuit, quamvis Missæ sacrificium his verbis designari manifestum sit. Deinde vero θυηδόχον τράπεζαν interpretatur, *mensam quæ suffitus illos continet;* cum vel mediocriter eruditi norint θυηδόχον idem esse ac θυσίας δεχομένην. Misso ergo hoc veteratore, agnoscamus et dicamus cum Gregorio *dona esse lustralia sacrificia*, hoc est corpus et sanguinem Christi in Missa, et *horum donorum receptaculum* esse mensam θυηδόχον, id est *sacrificia capientem*, aut potius θεηδόχον, id est *suscipientem Deum.*

229 *Σέβας. Religiosum* Bill. *Cultus arcanus Dei, res sacra.*

233 *Κηρύγματος.* Hoc verbum absolute dictum, de Evangelio accipitur.

235 *Τὴν δέ.* Vat., καὶ τὴν μετάνοιαν στροφὴν εἰς κρείσσονα.

238 *Αἱ προσφοραί.* Altaris oblationes nihil aliud sunt, quam quod nos *Missæ* nomine intelligimus : hoc est sacrificium illud, quo sacerdos Deo Patri corpus et sanguinem Christi offert. Προσφορά namque a verbo προσφέρειν manat : quod quidem, cum absolute ponitur, idem est ac ἱερουργεῖν, et λειτουργεῖν, et, ut Latini loquuntur, *sacris operari, sacra facere.* Vult igitur Gregorius Missarum oblationes hoc nobis conferre, ut Christi incarnationi, ejusque cruciatibus communicemus, quemadmodum ipse loquitur infra lib. II, sect. 1, carm. 1, vers. 49 et 50 :

Οὐκ ἔτι μὲν θυέεσσιν ἀγνοῖς ἔπι χεῖρας ἀείρω,
Τοῖς μεγάλοις Χριστοῦ μιγνύμενος πάθεσιν.
Non jam amplius ad sancta sacrificia manus attollo,
Magnis Christi admistus passionibus.

METRICA VERSIO.

Ad supera, quos mors presserat, migrant loca.
E latere manans sanguis et latex aquæ,
Baptisma geminum est, hoc aquæ, illud sanguinis,
Cum me periclis tempus infestum objicit.
At mortis ejus mors est exstinctio.
Me nigro ab orco, redditus vitæ, eripit.
Ad supera tendens me quoque in cœlum vehit.
Jam, quæ sequuntur, tu velim consideres.
Λαός, coactum est agmen ad cultum Dei.
Νσός, locus ubi sordibus plebs se expiat.
Donum Tonanti lustricæ sunt victimæ.
Quæ dona sedes excipit, mensa est sacra.

B Mentes sacerdos purgat, et sanctas facit,
Hominem Deoque copulans, homini et Deum.
Mysterium quid? cultus arcanus Dei.
Charisma sancti Spiritus donum est sacrum :
Obscura cum quis prædicat, prophetia.
Novam salutem sermo fert evangelus :
At concionem missio sacram juvat.
Doctrina pueris tradita est catechesis.
Metanœa, cum quis corrigit vitam improbam.
Pelluntur at cum dæmones, exorcisis.
Signum, secundæ balneum est vitæ sacrum.
Oblationes, carnis assumptæ a Deo,

Digitized by Google

Παθημάτων τε τῶν Θεοῦ κοινωνία.
Σημεῖόν ἐστι θαῦμά γ' οὐκ εἰθισμένον.
Πυρὸς δὲ γλῶσσαι, Πνεύματος ἐνδημία.
Ὁ ψυχικὸς δ' ἄνθρωπος, οὐδέπω καλός·
Ὁ σαρκικὸς δὲ, καὶ λίαν πάθους φίλος·
Ὁ πνευματικὸς δ', οὐ μακρὰν τοῦ πνεύματος.
Τίς δ' Ἀντίχριστος; πλῆρες ἰοῦ θηρίον,
Ἀνὴρ δυνάστης. Ἡ ἀπόστασις δὲ τίς;
Ὁ παγκάκιστος ἀρτίως ἀποστάτης,
Ἥ τε κρατοῦσα νῦν Θεοῦ διαίρεσις·
Μεθ' ἣν ὁ Χριστὸς αὖθις ἐν δόξῃ Πατρὸς,
Ὅσον φανῆναι σῶμα τοῖς θεοκτόνοις.
Μεθ' ἣν ἀνάστασις, ἡ δέσις τοῦ συνθέτου·
Μεθ' ἣν τὸ συμπέρασμα, τῶν ὄντων λύσις·
Ἔστι δὲ δή τις πρὸς τὸ κρεῖσσον ἀλλαγή·

Et eorum, quæ passus est Deus, sunt participatio.
Signum est res mira et insueta.
Ignis linguæ, Spiritus præsentia.
Animalis homo est qui nondum bonus est;
Carnalis autem, qui valde cupiditatibus est deditus;
Spiritalis demum, qui non longe abest a spiritu.
Quis est Antichristus? plena veneno bellua,
Homo potens. Quid etiam defectio?
Longe sceleratissimus nuper vigens apostata,
Et quæ nunc dominatur Dei divisio:
Post quam Christus iterum veniet in gloria Patris,
Monstraturus corpus suum deicidis;
Dehinc resurrectio, quæ est nova corporis et animæ conjunctio;
Post quam consummatio, universitatis dissolutio:
Est autem illa quædam in melius immutatio;
Postea judicium et metus. Quid vero judicium?
Proprium, cujus intus sibi quisque conscius est, onus,
Vel levitas, et legis ad vitam exactio.
Felicitas, ut opinor, est beata vita.
Quid vero regnum cœleste? Dei contemplatio,
Cum angelis communis gloria, et laudum divinarum celebratio.
Tenebræ autem improbis, Deo excidere:
Vermis, ignis, carnalis libidinis eliquatio.
Si quid eo melius est, non est extra Deum.
Supersunt, fortuna, providentia, fatum:
Fortuna est quidquid fortuito accidit, absque ratione;
Providentia est clavus quo hanc universitatem regit Deus;
Fatum denique est certus ordo, ut arbitror, Dei decretorum.
Hæ sunt nobis quædam delineationes.

Μεθ' ἣν κρίσις τε καὶ φόβος. Τίς δ' ἡ κρίσις;
Οἰκεῖον ἔνδον τοῦ συνειδότος βάρος,
Ἢ κουφότης. νόμου τε πρὸς βίον σταθμή.
Μακαριότης δ' ἔμοιγε ἡ εὐζωΐα.
Τίς δ' ἡ βασιλεία; τοῦ Θεοῦ θεωρία.
Σὺν ἀγγέλοις τε δόξα καὶ ὑμνῳδία.
Σκότος δὲ τοῖς κακίστοις, ἐκ Θεοῦ πεσεῖν·
Σκώληξ δὲ, πῦρ τε, τῆξις ὑλικοῦ πάθους.
Εἰ δ' ἄλλο τοῦδε κρεῖσσον, οὐκ ἔξω Θεοῦ.
Τύχη δὲ, καὶ πρόνοια, καὶ εἱμαρμένη·
Ἡ μὲν, τὸ συμβὰν αὐτομάτως, λόγου δίχα
Ἡ δ', οἰακισμὸς, ᾧ φέρει τὸ πᾶν Θεός·
Ἡ δ', εἱρμὸς, οἶμαι, τῶν Θεῷ τυπουμένων.
Ταῦτ' ἔστιν ἡμῖν ἐκτύπως ὁρίσματα.

Censura tunc, et tunc metus corda obterens:
Censura mentes conscias intus gravans,
Levansve, trutina legis et vitæ simul.
Felicitas quid? Vivere beatum. Quid et
Cœleste regnum? Visio summi Dei,
Et cum beatis gloriam huic dare angelis.
Caligo quidnam est improbis? labi a Deo.
Materiam et ignis, vermis et, crassam liquant.
Quod si quid hoc est melius, haud extra est Deum.
Quid sors, pronœa, quidnam item fatum tibi?
Quodcunque casu contigit, sors id mihi:
Pronœa clavus, cuncta quo regit Deus;
Fatumque, rerum nexus, æternus Pater
Quas sculpsit. Hi sunt termini nostri breves.

247 Ἀποστάτης. Arium significat, a quo scissa divinitas: vel Julianum Apostatam, quo nomine eum appellat. — Forte utrumque, si legas ἥτε, *aut.* CAILLAU.

256 *Νόμου τε πρὸς βίον σταθμή. Et vitæ ad trutinam legis inquisitio.*

261 *Πάθους.* Al., πάχους. *Crassæ molis absumptio.*

266 *Εἱρμός. Ordo, series Dei decretorum.*

267 *Ἐκτύπως. Ad specimen cusæ, exaratæ rerum definitiones.*

METRICA VERSIO.

Digitized by Google

ΛΕ'. *Εἰς περίαν φιλόσοφον*

Χαίρεις, τρυφῶν, σὺ τῇ νόσῳ, εἶτ' εὐπορεῖς;
Ἔχεις κακὸν μὲν, φάρμακον δὲ τῆς νόσου.
Ἄλλος πένης μὲν, ἐγκρατὴς δέ· τρισμάκαρ
Ὃς οὔτε δεινὸν, οὔτε φάρμακον ἔχει.
Τὸν πλούσιον μὲν, τῶν παθῶν δὲ ἧσσονα,
Τότε προτιμῶ τοῦ πένητος καὶ σοφοῦ,
Ὅταν τὸν ἰσχύοντα παραπληξίᾳ
Τοῦ μὴ νοσοῦντος, ἀσθενεστέρου δέ γε.

ΛΣ'. *Περὶ τῆς αὐτῆς.*

Ἔστω τις νοσερὸς χαλεπῶς, καὶ πολλὰ πορίζων
Φάρμακα τοῖς πάθεσιν· ἄλλος ὑγεινότατος,
Φάρμακον οὐδὲν ἔχων· πότερον τούτων μακαρίζεις;

A Τὸν ῥ' εὐεκτοῦντα (οἶδ' ὅτι καὶ γὰρ ἅπας).
Οὕτω τὸν χρῄζοντ' ὀλίγων, κἂν σφόδρα πένηται,
Πρὸς τοῦ πλουτοῦντος χρήμασι καὶ πάθεσι.

ΛΖ'. *Εἰς τὴν ὑπομονήν.*

Ὅταν τιν' εὕρῃς εὐπαθοῦντα τῶν κακῶν,
Γίνωσκε τοῦτον τῷ τέλει τηρούμενον.
Ὅταν καλόν τιν' ἐν κακοῖς, καθάρσιον
Τὴν θλῖψιν ἴσθι· δεῖ γὰρ, εἴ τι καὶ μικρὸν
Ἰλύος ἐφέλκει, τοῦτο ῥυφθῆναι πόνοις,
Ὡς μηδὲν εἰς πύρωσιν ἔλθῃ τῶν κακῶν·
Ἢ πεῖραν εἶναι καὶ πάλην τοῦ δυσμενοῦς,
Θεοῦ διδόντος, ὡς ἀναῤῥηθῇς μέγας.
Ἰὼβ τε ταῦτα πειθέτω νικηφόρος.

XXXV *De philosophica paupertate*[*].

An lætaris, tu qui delicias sectaris, in morbo, quod dives sis?
Malo quidem laboras : sed est tibi remedium morbi.
Alius contra pauper est, sed temperans : ter felix ille,
Qui nec ullum malum, nec remedium mali habet.
Divitem quidem, cupiditatibus autem victum,
Tunc præponam pauperi et sapienti,
Cum prætulero robustum ex dementia
Homini qui morbo non laborat, minus autem fortis est.

XXXVI. *De eodem argumento*[**].

Esto quis graviter morbidus, et multa comparans
Pharmaca suis morbis : alter sanissimus,
626-627 Pharmacum nullum habens; utrum beatum dixeris?
Bene valentem (scio omnes ita dicturos);
Sic indigentem paucis, quamvis valde pauperem (felicem prædicabis),
Pro divite opibus et malis.

XXXVII. *De patientia*[***].

Cum repereris improborum aliquem prospere utentem rebus,
Scito illum extremo reservatum judicio.
Cum probum aliquem videris afflictum, lustrationem
Hanc esse afflictionem scito; oportet enim, si quid etiam exiguum
Cœni contractum sit, hoc purgari per molestias,
Ut nihil malorum ignis incendio servetur;
Aut tentationem esse et luctam inimici,
Deo præstante, ut victor renuntietur.
Job hæc tibi persuadeat victoriam adeptus.

[*] Alias Bill. 130, p. 196. [**] Alias Murator. 200, pag. 196. [***] Alias Murator. 190, pag. 172.

XXXVII. 3 *Ὅταν καλόν τιν' ἐν κακοῖς*. Ita Vat. Edit., ὅταν τιν' ἐν κακοῖς τῶν καλῶν.

6, 7 *Ὡς μηδέν. . . τοῦ δυσμενοῦς*. Geminos hos versus, qui desiderantur in edit. Par., Leuv. agnoverat in sua, et Latine reddiderat. Id quo quidem non possum quin mirer et laudem hominis hæretici bonam fidem, qui ipse profert, agnoscitque Gregorii verba, quæ errorem suum de igne purgatorio, vel, ut ipsius verbo utar, *igne exploratorio*, penitus subvertunt, et Ecclesiæ doctrinam mire confirmant : sic hos versus reddit Leuv. : *Ut ne quid mali supersit exploratorio purgandum igne, vel Deo concedente, periculum de nobis fieri necesse est, et cum adversario luctandum, ut quis magnus renuntietur*. Dubium non est quin Gregorius ad verba Apost. I Cor. III, 13, alludat : *Uniuscujusque opus quale sit, ignis probabit*.

METRICA VERSIO.

XXXV. DE PHILOSOPHICA PAUPERTATE.

(*Billio interprete.*)

Lætaris, æger, cuncta quod tibi suppetant?
Medicamen, hunc quo lenias morbum, est tibi.
Felix at alter : pauper est, sed continens,
Cui nec malum ullum, pharmacum nec est mali.
Ipse opibus amplum, crimine sed omni obrutum,
Tunc anteponam pauperi et probo viro,
Cum, quem furoris reddidit fortem impetus,
Prætulero sano, sed minus forti tamen.

XXXVI. DE EODEM ARGUMENTO.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Esto quis ægrotus graviter, morbisque requirat
Pharmaca multa suis : nulla sed alter habens
B Pharmaca sit sanus : quem dixeris esse beatum?
Qui valet, exclamas; clamat et omnis homo.
Indiget his paucis, pauper licet; ille sed auro
Affluit atque malis : hic tibi primus erit.

XXXVII. DE PATIENTIA.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Si prosper occurrat forsan tibi malus,
Hunc crede servatum ultimæ sententiæ :
Sin justus in malis, dolores hos puta
Lustrationem; si quid est enim, licet
Parvum, luti super, decet molestiis
Purgari, in ignes ut mali cadat nihil;
Tentantis aut duram esse luctam dæmonis,
Deique donum, victor ut niteat magis.
Job ista suadeat triumphator tibi.

Digitized by Google

ΛΗ'. *Εἰς τὴν αὐτήν.*

Εἴ τις ἐὼν κακίης στυγερὸν τέκος ἔνθα τέθηλας,
Ταῖς πυμάταις βασάνοις ἴσθι φυλασσόμενος.
Εἴ τις ἄριστος ἐὼν κύρσας τραχέος βιότοιο,
Ὡς χρυσὸς χοάνοις ἴσθι καθαιρόμενος·
Ἡ φθονερολο πάλη κάμνων δέμας, ἄλλος Ἰώβ τις,
Ὡς κεν ἀεθλήσας στέμμα νίκης φορέοις.
Τῷ μήτ' εὐθαλέων τέρπου φρένα, μήτε μόγοισι
Κάμπτεο χριστοφόρῳ πάντα φέρων κραδίῃ.

ΛΘ'. *Εἰς τύχην καὶ φρόνησιν.*

Ἔφησέ τίς που τῶν φιλοχρύσων τάδε·
A « Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. »
Πρὸς ὃν τις ἀντέφησε τῶν φιλοφρόνων·
« Ῥανὶς φρενῶν μοι μᾶλλον, ἢ βυθὸς τύχης. »

M'. *Εἰς τῶν ἀνθρωπίνων ματαιότητα.*

Οἱ τοὺς ἀραχνῶν ἐκμιμούμενοι μίτους,
Καὶ τοῖς ἀφαυροῖς ἐντρυφῶντες τοῦ βίου,
Ἴστωσαν ὡς εὔληπτα καὶ αὔραις πέλει
Τὰ τερπνὰ πάντα τοῦ ἀραχνώδους βίου.
Οἱ τοὺς θρόνους ἔχοντες ὠραϊσμένους,
Καὶ ταῖς ῥεούσαις ἐξοχαῖς ἐπηρμένοι,
Σκοπεῖτε τὴν ἄφευκτον ἐσχάτως δίκην,
Ὡς οὐδὲν αὐτὴν οὐδαμῶς παραδράμοι.

XXXVIII. *De eodem argumento**.

Si quis exsistens malitiæ miserum germen hic flores,
Extremis suppliciis scito te servatum
Si quis optimus exsistens incidisti in duram vitam,
Tanquam aurum in fusoriis scias te purgari :
Aut si ob invidi luctam æger es corpore, alterum Job esse (scias),
Ut cum certaveris, coronam victoriæ referas.
Quare neque prosperis animum oblecta, neque adversis
Frangaris, Christiano omnia ferens corde.

XXXIX. *De fortuna et providentia***.

Dicebat olim avarus quispiam hæc verba :
« Malo fortunæ guttam, quam mentis dolium. »
Ad quem sic respondit sapiens :
« Gutta mentis mihi potior quam dolium fortunæ. »

628-629. XL. *De rerum humanarum vanitate****.

Qui aranearum imitantur fila
Et cito marcentibus delectantur rebus vitæ,
Sciant quam facile in auras ferantur ac dissipentur
Quæcunque placent in vita telis aranearum simili.
Qui thronos tenetis splendentes
Et ob fluxas dignitates elati estis,
Considerate inevitabilem extremam ultionem,
Ut nihil ipsam ullo modo possit effugere.

* Alias Murator. 195, pag. 170. ** Alias Bill. 68, pag. 156. *** Alias Bill. Latine tantum, p. 308.

XXXVIII. 8 *Χριστοφόρῳ... κραδίῃ.* Mss. Χριστοφόρου.... κραδίης. Ibidem φέρων, forte φέρειν, ac sic vertendum : *Christiani cordis est omnia perferre.*

XL. ARGUMENTUM. *Brevissimum hoc poema Latine tantum exstat apud Billium, ad calcem carminum Græcorum.*

Nusquam Græce fuit editum. Textus Græcus, qui sequitur, e cod. Reg. 1277 desumptus est.

METRICA VERSIO.

XXXVIII. DE EODEM ARGUMENTO.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Si quis forte mali flores hoc germen in orbe,
Te tormenta manent ultima, crede mihi.
Si vitæ duro cecidisti in tramite justus,
Aurum te, credas, excoquit ignea vis :
Factus es aut Jobus membris languentibus alter,
Dæmonis ut victor præmia larga feras.
Ne lætis jubiles rebus, neque casibus unquam
Cede malis, patiens omnia corde pio.

XXXIX. DE FORTUNA ET PRUDENTIA.

(*Billio interprete.*)

Avarus olim quispiam hoc dixit : « Bonæ
B Mihi gutta sortis est prior mentis cado. »
Ad quem hoc rejecit quispiam prudentium.
« Mihi gutta mentis est prior sortis mari. »

XL. DE RERUM HUMANARUM VANITATE.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Qui fila deducunt araneæ velut,
Brevisque gaudent marcidis vitæ bonis,
Afflantibus rapi facile ventis sciant,
Quæ vita in hac placent araneis pari.
Vos qui tenetis luce fulgentes thronos,
Fluxa superbi dignitatum gloria,
Videte pœnas ultionis ultimas,
Quas fugere nullis artibus potest homo.

Digitized by Google

ΒΙΒΛΟΣ Β'. ΕΠΗ ΙΣΤΟΡΙΚΑ.

ΤΟΜΗ Α'. ΠΕΡΙ ΕΑΥΤΟΥ.

LIBER II. POEMATA HISTORICA.

SECTIO I. DE SEIPSO.

Α'. *Περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.*

Χριστὲ ἄναξ, ὃς ἀγναῖς ποτ' ἀειρομέναις παλάμῃσι
Σταυροτύποις Μωσῆος ἐπ' οὔρεϊ σοῦ θεράποντος,
Ἔκλινας Ἀμαλὴκ ὁλοὸν σθένος· ὅς τε ταθείσαις
Χείρεσιν ἐν βόθρῳ Δανιὴλ ὕπο, δεινὰ λεόντων
Χάσματα, καὶ φρίκτὰς ὀνύχων ἐπέδησας ἀκωκάς·

A Ὃν διὰ καὶ μεγάλου ἀπὸ κήτεος ἔκθορ' Ἰωνᾶς
Εὐξάμενος, καὶ χεῖρας ἐνὶ σπλάγχνοισι τανύσσας·
Ἐν φλογὶ δ' Ἀσσυρίῃ δροσερὸν νέφος ἀμφεκάλυψε
Θαρσαλέους τρεῖς παῖδας, ἐπεὶ χέρας ἐξεπέτασσαν·
Ὃς ποθ' ὅλην ζείουσαν ὑπείρ ἅλα πεζὸς ὁδεύσας,
Κύματα καὶ ἀνέμων μένος ηὐνάσας, ὣς κε μαθητὰς

630-631 1. *De rebus suis*[a].

Rex Christe, qui, pura olim manus famulo tuo Mose
In modum crucis extollente in monte,
Vertisti Amalecis perniciosum robur, quique extensis
Manibus in fovea a Daniele dira leonum
Ora et horribiles unguium acies compressisti:
Per quem etiam Jonas ex ingenti ceto exsilivit,
Postquam oravit et manus in visceribus tetendit;
Et in flamma Assyriæ nubes roscida circumdedit
Magnanimos tres pueros qui manus expanderant:
Quique aliquando mare intumescens pedibus calcans
Fluctus et ventorum violentiam sedasti, ut discipulos

[a] Scriptum an. 371. — Alias Bill. 2, pag. 31.

1. ARGUMENTUM. *Hoc in egregio poemate communem mortalium sortem, suamque ipsius maxime miseratur Gregorius, qui, contemptis opibus, conjugio, et vitæ illecebris omnibus, Satanæ tamen insidias ac tela penitus effugere non potuerit; imo viatoris instar illius, qui ab Jerusalem in Jericho descendebat, gratia Christi quasi veste spoliatus, impositisque plagis semivivus jaceret; ac quod bonum erat, cernere vix posset, aut certe desiderare. Tum elegantissima omnium similitudine, platano pinove perenni fronde vernanti se comparat, quam exundans hieme fluvius dum alluit, ipsum labefactis sensim omnibus retinaculis in præceps veluti suspensam primum exponit, extremisque ac tenuissimis radicibus adhuc hærentem funditus mox abrumpens, in medios detrahit vortices, et magno in cautes fragore protrudit; ubi frequentissimo imbre ac perpetua colluvie computrescens, ignobile lignum tandem in littore jacet. Unde cum Jeremia optans capiti suo aquam, et oculis fontem lacrymarum, ut maculas suas eluat, ad solitudinem vehementius aspirat. In ea tamen pugnas de fide, a Macedonianis forsan excitatas solitariis, inveniri significat, charitatemque ac pacem nomine tantum retineri.*

Scriptum est hoc poema anno 371. *Exstat apud Bill. n.* 2, *pag.* 31.

ΤΙΤ. *Περὶ τῶν καθ' ἑαυτόν.* Titulum hunc suppeditarunt Regii codices. Edit., Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ περὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπῶν, δι' ὧν παροξύνει λεληθότως ἡμᾶς πρὸς τὸν ἐν Χριστῷ βίον. Primitias carminum Gregorii appellat scholiastes poema istud et prœmium, vice precis, in quo de omnibus, quæ in vita contingunt, disserit, et enarrat heroico carmine omnia quorum ipse in vita sua periculum fecit. Προοίμιον ἐν σχήματι εὐχῆς, ἐν ᾧ φιλοσοφεῖ περὶ ὅλων τῶν ἐν τῷ βίῳ. Διηγεῖται δὲ σχεδὸν τὰ ὧν κατὰ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ζωὴν πεπείραται. Δι' ἐπῶν προοίμιον.

8 *Δροσερόν.* Coisl., δροσόεν.

METRICA VERSIO.

1. DE REBUS SUIS.
(*Billio interprete.*)

Christe Deus, qui castra Amalec sævasque cohortes
Fregisti, turpique fugæ lethoque dedisti,
Dum tuus extentas Moses ad sidera palmas,
Signantesque crucem, sublimi in monte levasset:
Qui, tendente manus etiam Daniele propheta
In fovea, horrendos ungues atque ora leonum

B Vinxisti, rabidum pellens de corde furorem:
Per quem etiam magni Jonas e faucibus imis
Exsiliit ceti, postquam pia vota precesque
Concepit, medioque manus in ventre tetendit;
Roscidaque egregios juvenes nubecula texit,
Assyria in flamma tendentes brachia sursum:
Quique etiam quondam ferventes æquoris undas
Calcasti, ventosque graves fluctusque feroces
Sedasti, dum discipulos sidente periclo

Digitized by Google

Ἐκ πελάγους ἐρύσειας ὀρινομένους ὑπ' ἀήταις·
Πολλοῖς δ' αὖ ψυχάς τε καὶ ἄψεα λύσαο νούσων,
Οἷα θεὸς, κραθεὶς δὲ βροτὸς, θνητοῖσιν ἐμίχθης·
Ὧν τὸ μὲν ἦες ἄνωθε, τὸ δ' ὕστατον ἄμμι φαάνθης,
Ὡς με θεὸν τελέσειας, ἐπεὶ βροτὸς αὐτὸς ἐτύχθης·
Ὧδε μάκαρ καὶ ἐμοὶ θεὸς ἵλαος ἐλθὲ καλεῦντι·
Ἔλθ' ἐπὶ χεῖρα φέρων θεὸς ἵλαος, ὥς με σαώσῃς
Ἐν πολέμῳ, καὶ θῆρσι, καὶ ἐν φλογὶ, καὶ ἀνέμοισι
Τειρόμενον, καὶ μοῦνον ἐς οὐρανὸν ὄμμα φέροντα.
Καὶ γὰρ δὴ θῆρές τε καὶ ἄγριον οἶδμα θαλάσσης,
Καὶ δῆρις στονόεσσα, καὶ αἰθομένου πυρὸς ὁρμὴ,
Πάντα κακοὶ τελέθουσι βίου δηλήμονες ἄνδρες,
Οἵ ῥα θεὸν φιλέοντας ἀπεχθαίρουσι μάλιστα,

A Οὔτε δίκην τρομέοντες ἐσύστερον ἀντιόωσαν,
Οὔτε βροτῶν ἀλέγοντες, ὅσοι στυγέουσιν ἀλιτρόν.
Τῶν μ' ἀποέργαθε, Χριστὲ, καὶ ἐνδυκέως με φύλαττε
Ἀμφὶς ἔχων πτερύγεσσι τεαῖς, καὶ κήδεα λυγρὰ
Σεῖο, Ἄναξ, θεράποντος ἐκὰς βάλε, μηδὲ βαρεῖαι
Μέρμηραι δονέοιεν ἐμὸν νόον, ἃς ὅδε κόσμος,
Καὶ κόσμου μεδέων δειλοῖς μερόπεσσιν ἐγείρει,
Δάπτων, οἷα σίδηρον ἰὸς, θεοειδέα μορφὴν
Ἔνδοθι, συμφυέα τε τιθεὶς χθονὶ κρείσσονα μοίρην.
Ὡς μὴ χοῦν ἐρύσειεν ἄνω βρίθοντ' ἐπὶ γαῖαν
Ψυχή· χοῦς δὲ βάλοι ψυχὴν πτερόεσσαν ἔραζε
Δύσμορον, ἰλυόεσσιν ἐν ἔργμασι σαρκωθεῖσαν.
Δοιαὶ γάρ τε πύλαι θνητοῖς στυγεροῦ θανάτοιο.

Ex mari erueres vento agitatos;
Qui rursus multorum animos et corpora morte liberasti,
Utpote qui Deus, ac homo factus, mortalibus permistus es,
Quorum quidem alterum in principio fuisti; alterum postremo nobis apparuisti,
Ut me deum perficeres, postquam ipse homo factus es;
Huc adsis etiam mihi invocanti, beate et misericors Deus
Huc adsis manum prætendens, misericors Deus, ut salvum me facias
In bello, et inter feras, et ventos, et flammas,
Oppressum, ac oculos tantum in cœlum tollentem.
Nam et feræ et atrox maris tumor,
Et bellum lamentabile, et ignis ardentis impetus,
Omnia hæc sunt improbi homines, vitæ pernicies,
Qui præcipue oderunt Dei amatores,
632-633 Nec futurum aliquando judicium contremiscunt,
Nec rationem habent hominum, quicunque improbos odio habent.
Ab his me arce, Christe, meque indesinenter custodi
Circumdans alis tuis, ac diras ærumnas
Longe a tuo famulo, Rex, propelle, nec graves
Curæ agitent mentem meam, quas hic mundus
Et mundi princeps miseris hominibus suscitat,
Intus, ut ferrum ærugo, formam Deo similem
Rodens, ac terræ agglutinans meliorem partem,
Ne corpus, quod in terram vergit, sursum efferat
Anima, sed potius corpus animam alis instructam, humi dejiciat
Infelicem, carneamque luteis actionibus factam.
Duæ namque sunt mortis januæ miseris mortalibus.

12 Ἀήταις. Ita Coislin. Mendose in editis, ἀῆταις.
13 Ἄψεα. Glos., μέλη.
14 Κραθεὶς. Coislin., κρησθεὶς. Sup. lin., γενόμενος.
17 Ὧδε μάκαρ, etc. Nonnulli codices ante hunc versum, sicut et editi, istum exhibent, Ὧδε μάκαρ καὶ ἐμοὶ θεὸς ἵλαος, ὥς με σαώσῃς· alii vero non eum agnoscunt. Ipsum omisimus, ne fœdam cum duobus sequentibus tautologiam exhiberet.
21 Καὶ γάρ. Reg. unus, ναὶ γάρ. Ea quæ supra de Amalecitis, leonibus, ceto, fornace ignis, et mari fluctibus agitato cecinerat Gregorius, ad propositum accommodat. Bill.
22 Αἰθομένου. Reg., αἰθομένη.
24 Οἵ ῥα. Coisl., οἵ τε.
28 Κήδεα. Ita Coisl. et sup. lin., βλάβας χαλεπάς. Edit., κύδεα.
30 Μέρμηραι. Sup. lin., Reg. 991, 992, μέριμναι.
34 Βρίθοντ'. Schol., βαρύνοντα.
36 Ἰλυόεσσιν ἐν ἔργμασιν. Terrenis actionibus, vel terrenis studiis, affectibus.

METRICA VERSIO.

Extrahis, horrendi jactatos turbine venti:
Quique etiam multorum animas et corpora morbis
Solvisti (nam cuncta potes terraque marique);
Mortalis vero factus, mortalibus ægris
Junctus es; et cujus deitas antiquior omni
Temporis est spatio, tandem cum corpore nobis
Visus es, ut miseros vitæ immortalis honori
Assereres, postquam corpus mortale subisti:
Sic quoque tu facilis nostræ, bone Christe, saluti,
Sic quoque tu facilis venias, bone Christe, vocanti;
Sic protende manum, Deus optime, meque periclo
Eripe, tum bello atque feris, tum turbine sævo
Ventorum et flammis hostilibus undique pressum,
Ac solum in cœlos animumque oculosque ferentem.
Namque et fluctus atrox, et lamentabile bellum,
Immanesque feræ, furibundus et impetus ignis,
Sunt scelerati homines, vitæ certissima pestis,
Qui claros virtute viros, Numenque colentes

B Æthereum persancte, odio insectantur acerbo,
Nec gravis horrentes ævi tormenta futuri,
Nec quidquam voces hominum vultusque verentes,
Qui mersum vitiis animum aversantur. Ab istis,
Christe, tuum famulum remove, salvumque tuere,
Mollibus amplectens alis, animique molestas
Ærumnas procul a nobis depelle benignus.
Nec gravium nostram perturbent agmina mentem
Curarum, quas hic mundus, mundique tyrannus,
Excitat innumeras miseris mortalibus, intus
Divinam effigiem rodens (absumere ferrum
Scabra velut rubigo solet), meliorque laborans
Pars ut humi fœde coalescat, sicque recurvum
Non animus sursum corpus trahat atque supernis
Addicat rebus, verum sublime petentem
Terra animam sternat miseram, studiisque caducis
Ac limo infectis tam turpi labe notatam.
Ut pro pneumatica jam crassa et carnea fiat.

Digitized by Google

Καί ῥ' οἱ μὲν κακίῃ θολερὴν φρεσὶν ἔνδοθι πηγὴν
Τίκτουσιν, τοῖς αἰὲν ἀτάσθαλα ἔργα μέμηλε,
Καὶ δέμας, ὀβριστής τε κόρος, καὶ μήδεα λυγρά·
Οἳ σφέας ὀτρύνοντες ὑπερβασίην ἐς ἅπασαν,
Τέρποντ' ἀμπλακίῃ, σφέτερον μόρον ἀμφαγαπῶντες·
Οἱ δὲ Θεὸν καθαρῇσι νόου λεύσσοντες ὀπωπαῖς,
Καὶ κόσμου στυγέοντες ἀναιδέος ἔκγονον ὕβριν,
Λυπροῦ ἐκὰς ζῶσιν βιότου σκιοειδέϊ σαρκὶ,
Καὶ γαῖαν πατέουσιν ἐλαφροτέροισι πόδεσσιν,
Ἑσπόμενοι καλέοντι Θεῷ, καὶ πνεύματι κοῦφοι,
Μύσται κρυπτομένης ζωῆς Χριστοῖο ἄνακτος,
Ὅς κεν λαμπομένης ποτ' ἐς ὕστερον ἀστράψωσιν.
Ἀλλὰ καὶ ὡς βιότοιο κακαῖς πείρονται ἀκάνθαις

A Χρειοῖ ἀναγκαίῃ, καὶ ἔκτοθι μυρία δαίμων
Λυσσήεις κακοεργὸς ἐμήσατο κέντρα μόροιο,
Ἀ μελέοις θνητοῖσι· καὶ εἴδεϊ πολλάκι κεύθων
Ἐσθλῷ λυγρὸν ὄλεθρον, ὅτ' ἀντίβια πτολεμίζων
Χάζηται. Τοῖον γὰρ ἐπ' ἀνδράσι λοιγὸν ὑφαίνει,
Οἷον ὑπ' εἴδατι χαλκὸς, ὅτ' ἰχθύσι κῆρα φέρῃσιν,
Οἳ ζωὴν ποθέοντες, ἐνὶ σπλάγχνοισιν ὄλεθρον
Εἴρυσαν ἀπροΐδῃ, σφέτερον μόρον ἀμφιχανόντες.
Ὣς καὶ ἐμοὶ δολόμητις, ἐπεὶ ζόφον ὄντα μιν ἔγνων,
Ἐσσάμενος χρόα καλὸν, ἐπήλυθε φωτὶ ἐοικὼς,
Αἶκεν πως ἀρετὴν ποθέων, κακίῃ πελάσαιμι,
Κλεπτομένου πρὸς ὄλεθρον ἐλαφροτέροιο νόοιο.
Οὔ με γάμος δ' ἐπέδησε, βίου ῥόος, ὄν τε μέγιστον

Alii enim nequitiæ turbidum fontem animo
Parturiunt, quibus semper curæ sunt scelestæ actiones,
Et corpus, et prona ad injuriam satietas, et acerba consilia :
Qui semetipsos excitantes ad omnem prætergressionem,
Delectantur scelere, propriam mortem diligentes ;
Alii puræ mentis oculis Deum conspicientes,
Et superbiam, mundi impudentis sobolem, odio habentes,
Procul a contaminato sæculo vivunt in carne instar umbræ transeuntes,
Et terram calcant pedibus levioribus,
Vocantemque Deum sequentes, et spiritu expediti,
Discipuli occultæ regis Christi vitæ,
Ut cum illa affulserit, ipsi tandem aliquando splendescant.
Sed tamen malis vitæ punguntur spinis
Ob usus necessarios, et extrinsecus innumeros dæmon
Rabidus et maleficus mortis aculeos excogitavit,
Heu ! miseris mortalibus, ac specie sæpe abscondit
Præclara funestam pestem, cum aperte pugnans
Vincitur. Talem enim hominibus perniciem contexit,
Qualem æs sub esca, cum necem infert piscibus,
Qui, vitam optantes, visceribus lethum
Trahunt improvisum, propriam mortem vorantes.
Sic et mihi dolosus, postquam eum tenebris horridum agnovi,
Præclara veste indutus, supervenit luci similis,
634-635 Ut dum virtutem concupisco, nequitiæ appropinquem ;
Subrepta ad mortem leviore mente.
Non me nuptiæ ligaverunt, vitæ fluxus, quod maximum

40 Λυγρά. Regii plerique et Coisl., πικρά.
48 Μύσται. Reg. 991, sup. lin., μυσταγωγοί.
50 Ὡς βιότοιο κακαῖς πείρονται. Cod. Chig. habet : σπείρονται ἄκανθαι, *pravæ seruntur spinæ*. Unus e Regiis habet etiam ἄκανθαι.
51 Χρειοῖ ἀναγκαίῃ. Duo Regg. χρειῇ. Chig. χρειοῖ ἀνάγκῃ.
52 Κέντρα. Schol. βέλη.
53 Ἀ μελέοις. Ita Coisl. et sup. lin. φεῦ, et Schol. al. & μελέοις. Edit. ἀμελέοις, *parum de se sollicitis, incautis*.
60 Φωτὶ. In Coisl. sup. lin. ἀνδρί. Verum hîc φῶς, *lucem*, non hominem significat. Alludit enim ad istud Apost. II Cor. xi, 14 : *Satanas se transfigurat in angelum lucis*.
63 Οὔ με. Reg. 992, οὔτε.

METRICA VERSIO.

Namque duplex homini patet atræ janua mortis.
Sunt etenim vitii qui fœdum in pectore fontem
Producant, quibus est scelus atque injuria cordi,
Queis gula, queis lasciva caro, queis perdita curæ
Consilia, et sese qui turpiter in genus omne
Exstimulant sceleris, tantoque furore tenentur,
Ut juvet æterna miseros occumbere morte.
Ast alii contra purgata mente videntes
Numinis excelsi radium, mundique fugacis
Exosi sobolem, cui nomen dira libido,
Umbroso procul a mundana corpore vita
Ævum agitant, pedibusque premunt levioribus orbem :
Cœlestem Dominum divina voce trahentem,
Atque sacrum Flamen mira levitate sequentes,
Vitæ cultores abstrusæ in principe Christo :
Ut postquam illa suæ radios effundere lucis
Cœperit, ipsi etiam rutilo fulgore nitescant.
Sic tamen et vitæ spinis lacerantur eorum

B Pectora, quippe quibus victum curare necesse,
Cunctaque degendæ quæ sunt accommoda vitæ,
Quin etiam vafer innumeros extrinsecus hostis,
Humano generi stimulos excogitat acres,
Queis animam perimat, specie persæpe decora
Exitium occultans, quoties formidat apertos
Conflictus, nec perspicuo contendere Marte
Audet. Talem etenim prorsus mortalibus ipse
Perniciem texit, qualem circumlitus esca
Hamus squamigeris pestem cum piscibus affert :
Pectore qui medio, cupidi dum pabula quærunt,
Æs curvum traxere, suumque hausere repente
Interitum. Haud omnino aliter sævissimus hostis,
Hunc quia, dum solita graditur caligine tectus,
Protinus agnosco, venit ad me candidus ipsa
Luce magis : nempe ut casto dum captus amore
Virtutem sequor, in vitium pestemque propinquum,
Et mortis barathrum, mens inconsulta feratur.
Non me connubium strinxit (defluxio vitæ),

Digitized by Google

Δεσμὸν ἐπ' ἀνθρώποις ὕλη βάλεν, ἄχθεος ἀρχήν·
Οὐδ' εἷλεν σηρῶν καλὰ νήματα, οὐδὲ τράπεζαν
Ἡγάσθην λιπαρὴν, πολυχανδέα γαστέρα βόσκων,
Μαχλοσύνης μήτειραν ἀτάσθαλον· οὐδὲ δόμοισι
Ναίειν ἐν μεγάλοισι καὶ αἰγλήεσσι φίλησα·
Οὐ μούσης ἁταλοῖς ἐνὶ κρούμασι θυμὸν ἰάνθην·
Οὐδὲ μύρων μαλακή με διέδραμε θῆλυς ἀϋτμή.
Ἄλλων δ' αὖ χρυσός τε καὶ ἄργυρος, οἱ φιλέοντες
Νηρίθμοις κτεάτεσσιν ἐφεζόμενοι μελεδαίνειν,
Βαιὴν τέρψιν ἔχουσι, πολὺν πόνον. Αὐτὰρ ἔμοιγε
Μάζα φίλη, γλυκὺ δ' ὄψον, ἅλες, σχεδίη δὲ τράπεζα·
Νηφάλιον δ' ἐπὶ τοῖσιν ὕδωρ ποτόν· οὗτος ἄριστος
Πλοῦτος ἐμοὶ, καὶ Χριστὸς ἐμὸν νόον αἰὲν ἀείρων.

A Οὐ γῆς πυροφόρου γυῖαι, καὶ ἅλσεα καλὰ,
Οὐδὲ βοῶν ἀγέλαι, καὶ πώεα πίονα μήλων,
Οὐδὲ φίλοι θεράποντες, ἐμὸν γένος, οὓς ῥα τυραννὶς
Ἔσχισεν ἀρχαίη, καὶ οὔνομα θήκατο δισσὸν
Εὐγενέας δμῶάς τε, μιῆς χθονὸς ἐκγεγαῶτας,
Ἡ χθονὸς, ἠὲ Θεοῖο. Νόμος δὲ ἐπέσπετ' ἀλιτρός.
Οὐδέ τί μοι χρειὼ πνοιῆς ὤκιστα ῥεούσης,
Ἀνδρομέης τιμῆς, καὶ κύδεος ὀλλυμένοιο.
Οὐ μέγα πὰρ βασιλῆος ἔχειν γέρας ἔνδοθεν αὐλῆς,
Οὐδὲ δίκης με θρόνων ποθ' ἕλεν πόθος, οἷσιν ἐμεῖων
Κλεινὸς ἐφεδρήσσων ὑπὲρ ὀφρύας ὕψος ἀείρειν·
Οὐδὲ μέγ' ἐν πολέεσσιν ἔχειν σθένος, ἢ πολίτῃσι,
Τερπόμενον ψεύστῃσι καὶ ἀδρανέεσσιν ὀνείροις

Vinculum hominibus a materia injectum, molestiarum initium.
Nec me sericorum staminum cepit pulchritudo, nec mensam
Miratus sum pinguem, inexplebilem ventrem pascens,
Lasciviæ scelestam matrem : hec domos
Habitare ingentes et renidentes amavi;
Nec musicæ teneris sonis animum demulsi;
Nec unguentorum mollis me et effeminatus perfudit vapor.
Aliorum sint aurum et argentum, qui dum amant,
Innumeris opibus insidentes, solliciti esse,
Levem habent voluptatem, ac laborem plurimum. Rursus mihi
Maza placet, cibusque jucundus, sales, mensa sine apparatu :
Ad hæc vero sobrius potus, aqua : hæ mihi sunt optimæ
Divitiæ, et Christus meam semper mentem erigens.
Non fertilis terræ jugera, et pulchra nemora,
Nec boum armenta, nec pingues ovium greges,
Nec servi placent, meum genus, quos tyrannis
Divisit antiqua, et nomen duplex imposuit,
Ingenuos et servos, ex una terra genitos,
Sive terra, sive Deo. Improba autem lex subsecuta est.
Sed nec aura indigeo celerrime evanescente,
Humanis honoribus, et pereunte gloria :
Non a rege magna præmia in aula consequi,
Non forensium me unquam amor thronorum cepit,
Quibus gloriose insidens supercilium altius attollerem :
Nec in civitatibus, atque inter cives magna pollere auctoritate
Gaudentem mendacibus et inanibus somniis

64 Ὕλη. Chig. et Regii plures ὅλης.
74 *Μάζα.* Reg. 992, sup. lin. ἀτελὴς ἄρτος.
77 *Πυροφόρου.* Coisl. et Regii plures πυροφόρου. *Quæ multum fertilis frumentum produxit.*
79 *Οὐδὲ φίλοι.* Non male Chig., οὐδὲ φίλον.
82 *Ἐπέσπετ'.* Coisl. ἐπίσπετ'. Chig. ἐπιεσπᾶτο. Censet Gregorius tyrannide invectam esse distinctionem inter ingenuos et servos ex eadem terra natos, sive terra, sive Deo natos, et nomen duplex impositum, ac postea legem improbam subsecutam esse. Hæc distinctio peccati originalis est sequela; neque invaluisset si protoparens noster suam primigenam servasset justitiam, quemadmodum in sede beatorum locum non habebit.
87 *Ὑπὲρ ὀφρύας.* Coisl. et Reg. 991 et 992, ὑπὲρ τὰς ὀφρύας εἰς ὕψος.

METRICA VERSIO.

Quo nullum gravius mortalibus intulit unquam
Materies vinclum primæva, onerisque molesti
Principium : nec me pellexit serica vestis,
Nec vero impensis convivia facta superbis
Suspexi, variisque cibis differta, voraci
Indulgens ventri : quibus exitiosa libido
Gignitur et fœdi Veneris nascuntur amores.
Nec magnas habitare domos, et splendida tecta,
Nec jucunda meam demulsit musica mentem :
Nec mea femineo maduerunt membra liquore.
Quin aliis etiam nummos aurique reliqui
Pondera, queis dulce est animos consumere curis,
Immensis fixos opibus : brevis atque voluptas
Ærumnas multas comites habet. At mihi cordi
Est panis rigidus, mihi grata obsonia præbet
Sal purum, simplex nulloque instructa labore
Mensa, dein latices mihi sobria pocula fundunt.
Hæ mihi divitiæ summæ, Christusque salutis
Auctor, qui nostras vehit ad sublimia mentes

B Sidera; frugiferæ non pinguia jugera terræ,
Non nemus umbriferum, non grex pinguedine curvus,
Non tardorum armenta boum, non magna caterva
Servorum mihi congenerum, quos prisca tyrannis
Dissecuit, nomenque duplex infanda ereavit,
Ingenuos servosque, pari tellure profectos,
Aut æque figmenta Dei; sed iniqua secuta
Lex hominum juris fregit decreta supremi.
Nec vero laudes hominum famamque caducam,
Quæ levibus ventis citius dilabitur, unquam
Appetii, nec Cæsarea sublimis in aula
Insigni florere gradu, judexque forensi
Splendidus in solio residere, et corpore majus
Ferre supercilium, ac latas pollere per urbes
Imperio, et reliquos præcellere robore cives,
Somnia vana sequens (quæ nunquam firma subinde
Nunc hos, nunc alios adeunt, præterque recedunt),
Flumina vel manibus præterlabentia carpens,
Aut umbram tanquam solidam arripiens, digitosque

Digitized by Google

90 Ἄλλοτ' ἐπ' ἄλλον ἰοῦσιν, ἀφιπταμένοισί θ' ὁμοίως·
Ἢ παλάμαις μάρπτοντα παρᾴσσοντα ῥέεθρα,
Ἢ σκιὰν ἐν χείρεσσιν ἔχειν, ἢ ἀχλὺν ἀφάσσειν.
Τοίη γὰρ μερόπων γενεή, τοῖος δὲ καὶ ὄλβος,
Ὅλβος ἀφαυροτάτοισιν ὁμοίιος ἴχνεσι νηὸς,
95 Πρόσθε χαρασσομένοισι καὶ ὀλλυμένοισιν ὄπι-
[σθεν.
Μοῦνον ἐμοὶ φίλον ἔσχε λόγων κλέος, οὓς συνάγειραν
Ἀντολίη τε δύσις τε καὶ Ἑλλάδος εὔχος Ἀθῆναι.
Τοῖς ἔπι πόλλ' ἐμόγησα πολὺν χρόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς
Πρηνέας ἐν δαπέδῳ Χριστοῦ προπάροιθεν ἔθηκα
100 Εἴξαντας μεγάλοιο θεοῦ λόγῳ, ὅς ῥα καλύπτει
Πάντα φρενὸς βροτείης στρεπτὸν πολυειδέα μῦθον.
Ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπάλυξα, τὸ δ' οὐ φύγον ἔχθος ἄπιστον

A Δυσμενέος λοχόωντος ἐν εὐμενέοντι προσώπῳ.
Ἐξερέω δ' ἀναφανδὸν ἐμὴν πάντεσσιν ὀΐζύν·
105 Ὡς κέν τις σκολιοῖο νοήματα θηρὸς ἀλύξῃ.
Ὠϊόμην τοκέεσσι παρήμενος, ὦ ἄνα Χριστὲ,
Γήραΐ τε στυγερῷ καὶ πένθεϊ τειρομένοισιν,
Οἷς μοῦνος τεκέων περιλείπομαι, ἐλπὶς ἀμυδρὴ,
Λαμπάδος ἐκ μεγάλης τυτθὸν σέλας οὐκέτ' ἐούσης,
110 Σοὶ, μάκαρ, ἠδὲ νόμοισι τεοῖς κεχαρισμένα ῥέζειν,
Ὅς θνητοῖς ἐπίκουρον ἔχειν σθένος υἷας ὄπασσας,
Καὶ τρομεροῖς ἄτε βάκτρον ὑπὸ μελέεσσιν ἐρείδειν.
Καὶ γὰρ δὴ πάντων περιώσιον, οἵ σε τίουσιν,
Εὐσεβίῃ τε μέλουσι, καὶ ἀργαλέου βιότοιο
115 Πήματ' ἀλευόμενοι, πρυμνήσια σοῖσιν ἀνῆψαν
Ἀχράντοις θεσμοῖσι. Σὴ δέ σφισι τέρμα καὶ ἀρχή.

90 Alias ad alium transcuntibus, similiterque avolantibus;
Aut manibus prehendentem proruinpentia flumina,
Aut umbram manibus arripientem, aut tenebras allrectantem.
Tale etenim est hominum genus, talis est felicitas,
Felicitas levissimis navis simillima vestigiis,
95 Quæ dum anterius signantur, posterius delentur.
Unum mihi in amoribus fuit, litterarum decus, quas mihi compararunt
636-637 Oriens, et Occidens, et Græciæ ornamentum Athenæ.
In his diu multumque laboravi; sed et illas
Pronas coram Christo demisi et humi affixi
100 Cedentes magni Dei sermoni, qui longe superat
Omnem humanæ mentis mutabilem et varium sermonem.
Sed hæc quidem effugi; illud autem non effugi, odium perfidum
Inimici insidiantis sub benevolo vultu.
Dicam aperte meas omnibus ærumnas,
105 Ut quisque sinuosæ feræ consilia evitet.
Putabam me parentibus assidentem, rex Christe,
Tristi senecta et luctu afflictis,
Quibus solus natorum supersum, spes infirma,
Ex magna lampade, quæ jam nulla est, minutum lumen,
110 Tibi, Beate, et legibus tuis pergratum facere,
Qui mortalibus dedisti, ut in natis adjumentum haberent,
Ac tremulos artus hoc baculo sustentarent.
Namque illi, præ omnibus qui te colunt,
Pietatem curant, et infelicis vitæ
115 Naufragia vitantes, rudentes suos affixerunt
Intaminatis tuis legibus. Tu vero illis et finis et principium.

92 *Ἢ σκιάν.* Ante hunc versum alius in editis legitur, nempe Ἢ σκιὰν, ὡς στερεὴν, ἐπί τ' ἀχλύϊ χεῖρας ἑέντα. Quorum versuum, cum alteruter esset delendus, illum delere maluimus, qui in cod. Coisl., et in interpretatione, et in scholio, et in uno e Regiis deerat.

96 *Οὓς συνάγειραν.* Schol. Coisl. Οὓς μοι συνῆθροισαν.

100 *Λόγῳ.* Coisl. λόγου. Schol. 992 habet in textu λόγου et sup. lin. λόγῳ.

102 *Ἀλλὰ τὰ μέν.* Coisl. sup. lin. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἃ προεῖπον ἐξέφυγον. Schol. ἀλλὰ τὰ μὲν προειρημένα διέφυγον. Sic in Regg. 991, 992.

111 *Ὅς θνητοῖς.* Ita Coisl. Edit. ὡς.

112 *Ὑπό.* Coisl. ὑπαί.

115 *Ἀλευόμενοι.* Chig. et Coisl. ἀλευάμενοι. Sch. ἐκκλίναντες.

METRICA VERSIO.

In nebulam stulte mittens, nil præter inanem
Umbram complecti manibus, nubemque fugacem.
Tale etenim genus est hominum, talis quoque mundi
Prosperitas, curvæ referens vestigia puppis,
Ante impressa quidem, verum delata retrorsum.
Sola meum ardenti pectus stimulavit amore
Doctrina, Argolicæ quam gloria gentis Athenæ
Quæsivere mihi, solisque occasus et ortus:
In qua multum operæ posui, durosque labores
Tempore non parvo subii, sed et hanc quoque Christi
Ante pedes humilem pronamque jacere coegi,
Divino verbo cedentem, quod sinuosa
Et varia humanæ mentis tegit omnia verba.
Ista quidem fugi, sed non hostilia fugi
Spicula quæ Satanas vibrat, mentitus amicum.
Atque ego jam nostros casus, et tristia facta

B Eloquar, ut quivis impuri dæmonis astus
Pervigil agnoscat, consulte et noxia vitet.
Dum latus assidue cingens utriusque parentis
Fungerer officio nati, senioque foverem
Afflictos luctuque gravi, quibus ipse superstes
Sum tribus ex natis, spes imbecilla, velutque
Parvulus ex magno fomes splendore relictus,
Pergratum tibi, summe Deus, præstare putabam
Officium, legique tuæ, mortalibus ægris
Qui natos tribuis senii solamen acerbi,
Ut tanquam baculo trepidantia corpora firment.
Ex cunctis etenim, qui te metuuntque coluntque,
Hi summo studio pietatis munera curant:
Vitantesque hujus miserandæ pericula vitæ,
Ad tua contorsere suos præcepta rudentes,
Teque et principium ducunt, metamque beatam.

Digitized by Google

Ἡ μὲν ἄρ' ἐκ πατέρων θεοτερπέα πίστιν ἄγουσα,
Σειρὴν χρυσείην περιβάλλετο παισὶν ἑοῖσιν
Ἄρσενα θυμὸν ἔχουσα ἐν εἴδεϊ θηλυτεράων,
Τόσσον ἐφαπτομένη γαίης, κόσμου τ' ἀλέγουσα,
Ὅσσον ἐς οὐρανίην ζωὴν ὤσασθαι ἅπαντα
Τόνδε βίον, κούφῃ δὲ πρὸς αἰθέρα ταρσὸν ἀεῖραι.
Αὐτὰρ ὅγ' ἀγριέλαιος ὑπ' εἰδώλοις πάρος ἦεν
Ζώων, ἀλλ' ἐπάγη καλῆς ὑπὸ πυθμέν' ἐλαίης,
Καὶ τόσον εὐγενέος ῥίζης χάδεν, ὥστε καλύψαι
Δένδρεα, καὶ πολλοὺς κορέσαι μελιηδέϊ καρπῷ·
Ἀμφότερον πόλιός τε νόον, πόλιός τε κάρηνον,
Μείλιχος, ἡδυεπὴς, Μωσῆς νέος, ἢ τις Ἀαρὼν,
Μεσσηγὺς μερόπων τε καὶ οὐρανίοιο Θεοῖο
Ἑστηκὼς, καθαροῖς τε τελέσμασι καὶ θυέεσσιν
Ἡμετέροις, οἷά τε θύει νόος ἔνδοθεν ἁγνὸς,

A Θνητοὺς, ἀθάνατόν τε Θεὴν μέγαν εἰς ἓν ἀγείρων.
Τοίου πατρὸς ἐγὼ καὶ μητέρος, οἷσιν ἐρίζειν
Οὐ θέμις, ἀλλήλοισι δ' ἐριζέμεν οὔ τι μεγαίρω,
Τοὺς μὲν ἐγὼ κομέων τε καὶ ἀμφιέπων μο-
[γέοντας,
Ἐλπωρῇσιν ἔθαλπον ἐμὸν νόον, ὥς τι φέριστον
Ἐκτελέων φύσιός τε φέρων χρέος. Ἦν δ' ἄρα κεῖνο
Ἀτρεκὲς, ὡς ἀλιτροῖς πλείη ὁδός ἐστι βερέθρων,
Ὅς ποτε δὴ καὶ ἐμοὶ κακὸν ἦλυθεν ἐξ ἀγαθοῖο.
Καὶ γὰρ δὴ πυκιναί με καὶ ἀργαλέαι μελεδῶνες
Βοσκόμεναι ψυχήν τε καὶ ἄψεα νύκτα καὶ ἦμαρ,
Οὐρανόθεν κατάγουσιν ἐπὶ χθόνα μητέρ' ἐμοῖο.
Πρῶτον μὲν δμώεσσιν ἀνασσέμεν, οἷον ὀλέθρου
Δίκτυον! οἳ πικροὺς μὲν ἀεὶ στυγέουσιν ἄνακτας,
Τοὺς δ' ἱεροὺς πατέουσιν ἀναιδέες, οὔτε κακοῖσιν

At hæc quidem cum a patribus fidem Deo gratam accepisset,
Aurea hac catena natos suos cinxit,
Masculum gerens animum in forma feminea,
Tantum attingens terræ, tantumque de mundo sollicita,
Quantum ut in cœlestem vitam protrudat omnes
Suas opes, agilisque in cœlum gressus erigat.
Ille vero priscis oleaster sub simulacris
Degebat, sed penitus in præclaram olivam insitus est,
Tantumque ex generosa radice hausit, ut tegeret
Arbores, et multos satiaret mellito fructu;
Canus mente, canus et capite,
Mellitus, blandiloquus, Moses novus, alter Aaron,
Medius inter homines et cœlestem Deum
Stans, ac puris mysteriis et victimis
Nostris, tum etiam illis, quas intus sancta mens immolat,
Mortales, et immortalem magnum Deum in unum conjungens.
Tali ego patre et matre, quibuscum alios comparare
Nefas est, sed quos inter se comparari non veto;
638-639 Atque illos quidem observans et fovens laborantes,
Spebus deliniebam animum meum, ut optimum aliquid
Adimplens, et imposito fungens a natura officio. Illud autem
Certo constat, barathris refertam esse improborum viam,
Quandoquidem mihi etiam ex bono malum evenit.
Nam multæ me et molestæ sollicitudines
Quæ mentem ac membra die ac nocte rodunt,
E cœlo deprimunt in terram matrem meam.
Primum quidem servis imperare, quale exitii
Rete! qui acerbos dominos semper oderunt,
Pios autem conculcant impudenter, nec malis

120 *Τόσσον*, et versu seq. ὅσσον. Ita Chig. Edit. ὅσσον,.... τόσσον.
124 *Πυθμέν'*. Sup. lin. Reg. Cod. ῥίζαν.
128 *Μείλιχος*. Regg. 991, 992, μειλίχροος. Mox, ἢ τις Ἀαρών. Reg. Cod. εἴ τις, et sup. lin. ἢ ἄλλος τις.
130 *Ἑστηκώς*. Coisl. ἑστηώς.
137 *Φέρων*. Sic Reg. 39. Edit. φέρω. Reg. 991 sup. lin. ἐκδιδούς.
139 *Ὅς ποτε*. Ita Reg. 992. Sup. lin. 991, ἡνίκα, ὅτε. Edit. ὁππότε.
140 *Καὶ γὰρ δή*. Sic Reg. 991 et Chig. Deest δή in editis; sed postulat metrum.

METRICA VERSIO.

Illa quidem a patribus fidei pia semina ducens,
Natorum aurata devinxit colla catena,
Feminea in forma mentemque animumque virilem
Gestans, ac terram fluxique negotia mundi
Hactenus attingens, ut cœlo provida cunctas
Ferret opes, et summa levis volitaret ad astra.
At pater ante quidem fœde simulacra colebat.
Insitus at pulchræ post hæc oleaster olivæ,
Tantum de pingui radice accepit, ut altas
Obtegeret cedros, mellitaque pabula multis,
Pabula, quæ saturant animos, et ad æthera tollunt,
Porrigeret, tum mente, senex, tum vertice canus:
Lenis, dulciloquus, Moses novus, alter Aaroh,
Mortales inter medius Numenque supremum,
Perque preces puras, et per solemnia sacra,
Atque ea, quæ peragit sibi mens bene conscia, certo
Fœdere amicitiæ jungens hominesque Deumque.
Hæc mihi stirps generis, vitam hi lucemque dedere,

B Cum quibus haud fas est quemquam exæquare, sed
[ambos
De palma inter se tantæ contendere laudis
Nil vetat. Hos igitur depressos mole laborum
Sollicitus curans, spem lætam corde fovebam,
Utpote præclaro perfungens munere, jura
Naturæque sua exsolvens, sed scilicet illud
Verum est, quod barathris tota est via plena malorum:
Quandoquidem officium nobis laudabile noxam
Attulit, infaustumque habuit res optima finem.
Difficiles etenim curæ densoque ruentes
Agmine, rodentes animum resolutaque membra,
Me totum in terram, de qua mortale creatum
Est genus, assidue volvunt misereque fatigant.
Nam primum imperio famulos constringere, qualis
Exitii laqueus? Dominos qui semper acerbos
Oderunt, contraque pios calcare proterve

Digitized by Google

Ἥπιοι, οὔτ' ἀγαθοῖς εὐπειθέες · ἀμφοτέροις δὲ
Κέντρα χόλου πνείοντες ὑπὲρ νόον. Αὐτὰρ ἔπειτα
Κτῆσίν τ' ἀμφιέπειν, καὶ Καίσαρος ἄχθος ἐπ' ὤμων
Αἰὲν ἔχειν, κρατερήν τε φέρειν πρηκτῆρος ὁμοκλήν
(Δασμὸς γὰρ μερόπεσσιν ἐλεύθερον ἦμαρ ἀτίζει
Ἐσπόμενος κτεάτεσσι, πέδῃ δ' ἐπὶ χείλεσι κεῖται),
Ἀμφί τε πληθούσης ἀγορῆς θρόον, ἠδὲ θοώκους
Ὑψηλοὺς, θνητῇσι δικασπολίῃσι μέλοντας
Στρωφᾶσθαι, ῥήτραις τε φέρειν κλόνον ἀντιπάλοισιν,
Ἠδὲ νόμων στρεπτῇσιν ἐν ἄρκυσιν ἅλγεα [πάσχειν,
Ἔνθα μόθος τε πόνος τε, κακοὶ δέ τε πλείονα ἔχουσιν
Ἐσθλῶν, οἱ δὲ νόμων ἐπιτάῤῥοθοι, ἀμφοτέροισιν

A Ὤνιοι · ἦν δὲ κακούς τις ἔχοι πλέον, οὗτος ἄριστος.
Τίς κεν ψεύδεα πολλὰ, δολοπλοκίας τ' ἀλέοιτο
Νόσφι Θεοῦ, τοιοῖσδε μετ' ἀνδράσιν; Ἦ γὰρ [ἀνάγκη
Προτροπάδην φεύγοντα κακοῖς ἀπὸ πάντα τινάξαι,
Ἠὲ καὶ ἀμπλακίῃσι μελαίνεσθαι φίλον ἦτορ·
Ὡς τε πυρὸς μαλεροῖο κακῇ πελάοντας ἀϋτμῇ,
Ἢ πυρὸς, ἠὲ καπνοῦ σημήια λυγρὰ φέροντας.
Ἀλλὰ τὰ μέν κ' ἐπιεικτά. Τὸ δ' ἄλγιον ἕλκος [ἐμοί γε,
Ὅσσα κασιγνήτοιο βίον ἀπὸ τόνδε λιπόντος
Ἔτλην, καὶ παθέειν ἔτι γ' ἔλπομαι. Οἱ γὰρ ἀέλπτοις
Πήμασιν ἐμπελάσαντες, ἀρείονα οὐ δοκέουσι.

Placidi, nec bonis dociles; in utrosque autem
Bilis aculeos spirant ultra modum. Deinde vero
Rem familiarem administrare, et Cæsaris pondus humeris
Semper sustinere, ac duram audire exactoris vocem
(Tributum enim liberos dies hominum dedecorat
Comes possessionum, et labia vinculo constringit);
Circa frequentis fori tumultum, ac sedes
Excelsas, miseris litibus sollicitos
Versari, et sermonum delitigantium strepitu obtundi
Ac legum volubilibus laqueis molestiam pati,
Ubi pugnæ, et labores, ac malis plus tribuitur
Quam bonis, ipsique legum arbitri utrisque
Venales; et si improbus ditior sit, is optimus est.
Quis tot mendacia et tortuosas fraudes vitaverit
Absque Deo, et cum talibus hominibus? nam necesse est
Aut rapide fugientem malis omnia projicere,
Aut dulcia corda delictis infuscari;
Velut ii, qui fervidi ignis noxio appropinquantes fumo,
Aut ignis, aut fumi tristia signa referunt.
Atque hæc quidem tolerabilia. Tristius autem mihi ulcus,
Quæcunque fratre ex hac vita sublato
Passus sum, et adhuc passurum spero. Nam qui insperatas
In ærumnas inciderunt, meliora non exspectant.

147 Ὑπὲρ νόον. Id est, *iræ stimulos utrisque spirantes, quibus vis mentis impar sit, quasi ad iram provocantes, sic ut sana mente vel constantem dejiciant.* COMBEFISIUS.

149 Πρηκτῆρος. Alludit ad illud Job XXXIX, 8 : *Clamorem exactoris non audit.*

151 Πέδῃ δ' ἐπί. Sic Coisl. et Reg. 992. Edit. πέδη ἐπί.

154 Ῥήτραις. Coisl. ῥήτρης, non male, si legeretur etiam ἀντιπάλοιο.

157 Ἐπιτάῤῥοθοι. Sup. lin. 992 βοηθοί, *legum defensores.*

158 Ἔχοι πλέον. Quamvis præclare stet hæc sententia, legitur tamen in pluribus veteribus codicibus, ἔσι πλέον. Schol. Coisl. οὗτος ἄριστος, ἂν ἐν κακίῃ πλεονεκτοίη τὸν ἕτερον, *is optimus, qui alium malitia superaverit.*

159 Δολοπλοκίας. Chig. et ex Regg. unus δολοπλαχίας. Edit. male δολοπλοκέας.

160 Νόσφι Θεοῦ. Reg. 991 ad marg. χωρὶς Θεοῦ ἀντιλήψεως, δῆλον ὅτι καὶ συμμαχίας.

163 Πελάοντας. Ita Coisl. et duo Regg. Edit. πελάσοντας.

164 Φέροντας. Chig. φέρονται.

167 Παθέειν ἔτι γ'. Chig., Coisl. et unus Regius, παθεεῖν γ' ἔτι.

168 Ἀρείονα οὐ δοκέουσι. Seneca in *Thyest.*

Proprium hoc miseros sequitur vitium :
Nunquam rebus credere lætis;
Redeat felix fortuna licet,
Tamen afflictos gaudere piget.

METRICA VERSIO.

Audent, nec pravis placidi, nec jussa bonorum
Explentes, verum malesano in utrosque furore
Ardentes, odiumque animis immane gerentes.
Altera jam sequitur patriorum cura bonorum,
Quodque mihi semper manibus perferre necesse est
Cæsareum pondus, vocemque tributa legentis
Audire horrisonam (collatio namque tributi
Libera permagno conturbat corda dolore
Divitias comitans, ac linguæ vincula nectit);
Tum circa turbas animum versare forenses,
Litibus atque dies miseris impendere totos,
Oppositisque graves dictis miscere tumultus,
Ac legum implicitum laqueis mala plurima ferre.
Hic labor, hic infesta acies, hic sæpe malorum
Causa bonam superat : qui vero legibus esse

B Præsidio debent, horum venalis utrisque
Et pretio est addicta fides; ita, sit modo dives,
Improbus est meliore loco, victorque recedit.
Quisnam inter tales homines, nisi Numinis adsit
Gratia, tot fraudes, quis tot mendacia vitet?
Aut etenim volucris fuga suscipiatur oportet,
Omnia linquanturque malis : aut pectora chara
Multiplici errorum fœdari labe necesse est :
Ut qui se flammæ propius junxere vapori,
Aut flammæ aut fumi referunt in corpore signa.
Verum hæc perferri possint. Ast acrius illa
Urunt, et gravius faciunt in pectore vulnus,
Quæ tulimus, fratrem postquam mors dira peremit
Cæsarium, atque etiam post hæc perferrè timemus.
Nam quos præter spem res afflixere sinistræ,

Digitized by Google

Τοῦ μὲν ἐγὼ ζώοντος, ἔχον κλέος οἷον ἀπ' ἄλλων.
Οὐ γὰρ ἐμάς ποτε πλοῦτος ἕλε φρένας, οὐδέ τις ἀλκή.
Ἄλγεα δὲ, στοναχάς τε, ἐπεὶ θάνε, μοῦνος ἐδέγμην.
Χρήματα δ' ὅσσ' ἐπέπαστο, τὰ μὲν λάβε γαῖα χανοῦσα,
Νικαίη βρασμοῖσιν ὅτ' ἤριπεν· ἄλλα δ' ἀλιτρῶν
Ἁρπάγδην παλάμῃσιν, ἑλώρια θήκατο δαίμων.
Αὐτὸς δὲ κρυφθεὶς μόρον ἔκφυγεν, οὐρανίοιο
Χεῖρα Θεοῦ τανύσαντος ὑπὲρ τέγος, ἔνθαπερ ἦεν.
Ὦ μοι Καισαρίοιο! Πάρος γε μὲν ἐν βασιλείοις
Ἀστὴρ ὥς τις ἔλαμπες ἐωσφόρος, οὔνομα σεμνὸν,
Ἄκρα φέρων σοφίης τε καὶ ἤθεος ἱμερόεντος,
Καὶ πολλοῖς σθεναροῖς τε φίλοις κομόων ἑτάροισι.

Πολλοῖς μὲν μογερῶν ἄκος εὗρεο πήμασι νούσων·
Πολλοῖς δ' αὖ πενίης λύσιν ὤπασας, αἴσιμα βέξων.
Νῦν δὲ θανὼν, πολλοὺς κόρεσας κύνας, οἵ μ' ὠλέσσαν
Πάντοθεν ἑσταμένοι· πηῶν δέ μοι οὔτις ἀρήγει.
Παῦροι δ' αὖ φιλέουσιν ὁμοίῃ δυσμενίῃσι.
Πρίν τι λαβεῖν τίουσιν, ἀτὰρ στυγέουσι λαβόντες.
Ὡς δρυὸς ὑψικόμοιο, βίαις ἀνέμων ἐριπούσης,
Κλῶνας ἁφαρπάζουσι περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος,
Ἢ μεγάλην, φραγμοῖο διαῤῥαισθέντος, ἀλωὴν
Νηλειῶς τρυγόωσι παρατροχάοντες ὁδῖται,
Καὶ δρυμόθεν μονόφορβος ἐῷ δηλήσατ' ἐδόντι·
Αὐτὰρ ἐμοὶ πόνος ἐστὶν ἀγάστονος. Οὔτε κορέσσαι
Πάντας ἔτι σθένος ἐστὶν ἐμῆς χερὸς, οὔτ' ἀπερύσσαι
Ἐξ οὗ γὰρ πρώτιστον ἀποτμήξας βιότοιο

640-641 Ac illo quidem vivente, maximo eram in pretio.
Non enim unquam mentem meam ceperunt divitiæ aut alia dignitas.
Et mœrores et gemitus, postquam ille mortuus est, solus excepi.
Quidquid autem habuit pecuniæ, partim cepit terra dehiscens,
Cum Nicæa excussa corruit : cætera improborum
Rapacibus manibus prædam dæmon posuit.
Ipse vero abditus mortem effugit, cœlesti
Manum Deo super domum, ubi erat ille, extendente.
O mi Cæsari! Prius quidem in aula
Velut astrum lucidum fulgebas, nomen venerabile,
Primas ferens sapientiæ et morum amabilium,
Multorumque et potentium sodalium amicitiis florens.
Multis quidem corporibus remedia tristium invenisti morborum;
Multis etiam paupertatis solutionem, præclare faciens, præbuisti :
Nunc autem mortuus satiasti canes, qui me allatrant
Undique instantes; propinquorum autem nemo mihi in auxilium venit.
Nonnulli autem similiter ac inimici diligunt.
Colunt, antequam accipiant; ubi accepere, oderunt.
Quemadmodum excelsa quercu ventorum impetu dejecta,
Ramos diripiunt circumstantes alii aliunde,
Aut magnam, maceria effracta, vineam
Crudeliter vindemiant prætereuntes,
Eamque e silvis aper suo læsit dente :
Rursus mihi labor est molestissimus. Nec jam satiare
Omnes manus mea valet, neque arcere.
Nam ex quo primum a sæculo avulsam

169 *Οἷον ἀπ' ἄλλων. Ea eram claritate, quam ex alio nancisci licet, quæ extrinsecus provenit.*
170 *Ἀλκή*. Coisl. sup. lin. ἰσχὺς δυναστείας, *robur potestatis.*
173 *Νικαίη*. Ita habet codex Coislianus, et Schol. Editi vero Νικαίης.
177 *Βασιλείοις*. Coisl., Schol., Chig. et Reg., unus βασιλῆος.
180 *Σθεναροῖς*. Reg. 992 σθενεροῖς.
181 *Εὗρεο*. Chig. εὕρεο.
184 *Πηῶν*. Sup. lin. συγγενῶν.
187 *Ἀνέμων ἐριπούσης*. Sic Coisl. ejusque interpres, Chig. et unus e Regiis. Edit. ἀνέμοιο ῥιπούσης.
190 *Τρυγόωσι παρατροχάοντες*. Ita Coisl. et Reg. 39. Edit. τρυγέωσι παρατροχόοντες.
192 *Ἀγάστονος*. Reg. 991, sup. lin. πολυστέναχτος.

METRICA VERSIO.

Vix meliora sibi promittere tempora possunt.
Nominis eximii, dum viveret ille, fruebar
Splendore. Haud etenim nummorum insana cupido
Me tenuit, visque ulla animum pellexit amore.
Ast illo exstincto gemitus tristesque dolores
Excepi solus. Nam quas quæsiverat ille
Divitias, partim tellus Nicæa dehiscens
Exhausit, partim manibus fortuna scelestis
In prædam dedit. Ipse autem fera spicula mortis
Vitavit, tecti coopertus membra ruina,
Auxilii dextram Christo tendente superne.
O mihi Cæsarii charum et venerabile nomen!
Qui prius ut rutilum fulgebas sidus in aula,
Primam doctrinæ laudem vitæque probatæ
Et morum referens, multisque ornatus amicis :
Multorum ipse quidem solvisti corpora morbis,
Ac pietate tua multorum tristis egestas
Pulsa est. At vero satiasti lumine cassus
Multorum ora canum, qui me latratibus urgent

Undique cingentes miserum : nec ferre propinqui
Auxilium fracto curarum mole laborant.
Nec mihi se multi veros testantur amicos,
Hostibus haud multo meliores. Namque priusquam
Accipiant, magno me complectuntur honore :
Verum odii virus, simul ut cepere, profundunt.
Non secus ac magnæ quercus, quam perculit ingens
Vis boreæ, quivis festinat tollere ramos :
Utque jacet cultæ penitus cum diruta vitis
Maceries, parcit gravidis jam nemo racemis :
Atque etiam hanc truculentus aper, sociumque perosus
E nemore egrediens populatur dente recurvo.
At mihi luctificus labor est, satiare nec ullra
Omnes jam valeo, nec pellere viribus ullis.
Namque ex quo primum a mundo fallace revulsam
Ipse salutiferis animam conjungere cœpi

195 Ψυχὴν οὐρανίοισι νοήμασι μίξα φαεινοῖς,
Καί με φέρων νόος αἰπὺς ἀπόπροθι σαρκὸς ἔθηκεν,
Ἔνθεν ἀναστήσας, σκηνῆς δέ με κρύψε μυχοῖσιν
Οὐρανίης, Τριάδος δὲ φάος περίλαμψεν ὀπωπάς
Ἡμετέρας, τῆς οὔ τι φαάντερον εἰσενόησα,
200 Ὑψιθρόνου, ξυνόν τε σέλας καὶ ἄφραστον ἱείσης,
Ἥ τ' ἀρχὴ πάντεσσιν, ὅσα χρόνος ὑψόθεν εἴργει·
Ἐκ τοῦ δὴ κόσμῳ τ' ἔθανον, καὶ κόσμος ἐμοί γε·
Καὶ νέκυς ἐμπνοός εἰμι, τὸ δὲ σθένος οἷον ἀνείρων·
Ζωὴ δ' ἄλλοθί μοι, στενάχω δ' ὑπὸ σαρκὶ παχείῃ,
205 Τήν ῥα σοφοὶ καλέουσι νόου ζόφον. Ἰσχανόωδὲ,
Τῆσδε λυθεὶς βιοτῆς τε καὶ ὄψιος ἀχλυοέσσης,
Καὶ χαμαὶ ἐρχομένων, πλαζόντων πλαζομένων τε,
Ἐσταότ' εἰσοράαν καθαρώτερον, οὐκέτ' ἀμυδροῖς

A Μίγδην εἰδώλοισι πεφυρμένα, ὡς τοπάροιθεν,
210 Οἷς τε καὶ ὀξυτάτοιο νόου πλάζονται ὀπωπαί,
Αὐτὴν δ' ἀτρεκίην καθαροῦ νοὸς ὄμματι λεύσσων.
Ἀλλὰ τὰ μὲν μετόπισθε· τὰ δ' ἐνθάδε καπνὸς ἄτιμος,
Ἥ κόνις, οἳ βιότοιο μέγαν βίον ἠλλάξαντο,
Ὑψηλὸν χθονίοιο, καὶ ἔμπεδον ἁλυμένοιο,
215 Τοὔνεκά μοι καὶ πάντες ἐπέχραον, οὐδ' ἐθέλουσι
Χάζεσθαι, σπεύδοντες ἑτοιμοτάτην ἐπὶ θήρην.
Αἳ αἳ Καισάριος δὲ λυπρὴ κόνις, ὅστις ἐμεῖο
Ὄχλου ἅπαντ' ἀπέεργε, διδοὺς ἅπαν ἄχθος ἀλεύσκειν;
Τίων ὡς οὔπω τις ἀδελφεὸν ἄλλος ἔτισεν,
220 Αἰδόμενός θ' ὡς εἴ τις ἐὸν πατέρ' ἀμφαγαπάζων.
Αὐτὰρ ἐγὼν οὐ τόσσον ὀδύρομαι, οὐ βιότοιο

195 Animam cœlestibus ac lucidis cogitationibus immersi,
Meque excelsa mens hinc sublatum a carne
Separavit, ac tabernaculi cœlestis penetralibus
Abscondit, Triadisque lumen oculis meis
Affulsit, qua nihil lucidius cogito, quæ alto sedet
200 In throno, et communem ac non inenarrabilem splendorem emittit,
Quæ omnibus principium est, quæcunque tempus a cœlestibus dirimit :
Tempore ex illo mortuus sum mundo, et mihi mundus :
Et mortuus sum spirans, et vires similes somniis :
Vita autem alibi mihi est, et sub ponderosa carne ingemisco,
642-643 205 Quam sapientes vocant mentis tenebras. Concupisco autem
Ab hac vita solutus, et ab obtusiore visu,
Et ab hominibus humi gradientibus, decipientibus et deceptis,
Stantia intueri purius, nec jam obscuris
Promiscue simulacris, ut prius, infuscata,
210 Quibus vel acutissimæ mentis acies decipitur,
Sed ipsam veritatem puræ mentis oculis conspicere.
Atque hæc quidem posterius : præsentia vero fumus sordidus
Aut cinis sunt iis qui hac vita magnam vitam commutarunt,
Sublimem terrestri, et stabilem pereunte.
215 Idcirco omnes in me irruerunt, nec volunt
Recedere, paratissimam ad prædam properantes.
Heu! heu! Cæsarius tristis cinis, qui a me
Tumultum omnem arcebat, et onere omni levabat,
Tantum mihi honoris habens, quantum nemo unquam fratri suo,
220 Tantum reverentiæ, quantum quis dilecto patri.
Sed ego non tantum lamentor dissipatas opes,

201 *Εἴργει*. Sic Chig. et e Regg. unus. Coisl. ὕψοτ' ἐέργει. Edit. ἔργει.

205 *Ἰσχανόω*. Consentiunt omnes codices in hac voce. Edit. ἰσχανόων.

208 *Ἐσταότ'*. Observat Billius vocem hanc in plurali neutro, non in masculino esse accipiendam, ut *rebus fluxis* opponatur.

209 *Πεφυρμένα*. Sic codices. Edit. πεφυρμένον.

213 *Ἡ κόνις*. Chig. aliique codices, ἡὲ κόνις βιότοιο. At cum editis consentiunt Coisl. ejusque interpres, ac ipse etiam Schol., cujus hæc sunt : κόνις λελόγισται τοῖς ἀλλαξαμένοις βίου βίον.

217 *Καισάριος δέ*. Chig. Καισάροιο λυπρὴ κόνις. Mox ὅστις ἐμεῖο. Ita Reg. 39, Coisl. et alii. Edit. ἐμοῖο.

218 *Ἅπαντ' ἀπέεργε*. Sic plures codices accuratius quam edit., ἀπεῖργε.

220 *Ὡς εἴ τις*. Coisl. atque unus e Regiis ᾧ οὔτις. *Ea me observantia, qua nemo patrem colit.*

221 *Οὐ βιότοιο σκιδραμένου*. Hic bene observat

METRICA VERSIO.

Consiliis, tota meditans cœlestia mente,
Illaque subvectum procul hinc a carne locavit,
Ac me cœlestis scenæ penetralibus imis
Abdidit, atque oculis lumen mirabile nostris
Fulsit adorandæ Triadis, præclarius omni
Lumine, quæ radiis lustrat communibus orbem,
Omnibus et rebus, dirimit quas tempus ab arce
Ætherea, vitæ fons et natalis origo est :
Tempore ab hoc mundo sum mortuus, et mihi [mundus;
Viribus infirmis ego sum, vivumque cadaver;
Vita mihi est alibi : verum sub corpore crasso,
Quod mentis tenebras sapientum turba vocavit,
Illacrymo, et gemitus imo de pectore duco,
Atque hujus cupio laxatus compede vitæ,
Et visu nebuloso, et humi reptante solutus
Coetu hominum, qui fallunter falluntque vicissim,

B Purius æternas oculis res tangere, non jam,
Ut prius, obscura confusus imagine rerum,
Qua vel falluntur peracutæ lumina mentis :
Sed puræ mentis verum ipsum lumine cernens.
Ast hæc posterius : nunc autem fumus inanis
Hi sunt et pulvis tenuis, quicunque caducam
Hanc vitam atque humilem commutavere futura,
Quæ certa est, et in omne manet durabilis ævum.
Idcirco me nunc animis hostilibus omnes
Ter miserum sine fine premunt, ac præpete cursu
Objectam velut ad prædam facilemque feruntur.
Heu! heu! Cæsarius, tristis pulvisculus, omnes
Qui turbas a me arcebat, curasque fugabat,
Qui mihi, dum vitæ dono frueretur, honoris
Tantum habuit, quantum nec fratri detulit ullus,
Meque instar chari timuit coluitque parentis.
At mihi non tanta est lugendi causa, quod omnis

Digitized by Google

Σκιδναμένου, τὸν ξυνὸν ἔχειν ἐπόθησα πενιχροῖς,
Οἷά τε πάντως ἐὼν ἐπιδήμιος ἀνθάδ' ἀλήτης,
Ἐς χέρα δ' Ὑψίστου ὁρῶν δώτειραν ἑάων·
Οὐ πᾶσι θνητοῖσιν ἀπεχθέος εἵνεκα λώβης,
Ἧτε καὶ ἤπιον ἄνδρα χόλου πίμπλησι τάχιστα·
Οὔτε κασιγνήτων, οὓς μοι τάφος ἀμφικαλύπτει,
Ὠκυμόρους, πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀγητοὺς,
Ὅσσον ἐμὴν ψυχὴν ὀλοφύρομαι, ὥς τις ἄνασσαν
Καλήν τε μεγάλην τε καὶ εὐγενέων βασιλήων,
Εἰσορόων στιβαρῇσιν ἀλυκτοπέδαις μογέουσαν,
Ἣν δορὶ δυσμενέοντες ἕλον, χαλεπῇ δ' ἐνέδησαν
Δουλοσύνῃ, καὶ στυγνὰ κατὰ χθονὸς δμματ' ἐρείδει.
Τοῖα πάθον· τοιόνδ' ἄρ' ἔχω κατακάρδιον ἕλκος.
Ἀρχαίη φάτις ἐστὶν, ὅτ' ἐγχρίμψῃσιν ὀδόντα
Πικρὸς ἔχις κακοεργὸν ἐπ' ἀνέρι, λοίγιον ἕλκος
Μούνοις τόνδ' ἐθέλειν ἀγορευέμεν, οἷσιν ὁμοῖον
Λυγρὸς ἔχις πυρόεντι χόλῳ ἐνομόρξατο λοιγόν·
Τὸν γὰρ δὴ καὶ μοῦνον ἐπίστασθαι κακὸν ἄλγος,
Ὡς καὶ ἐγὼ κείνοισιν ἐμὸν πόνον ἐξαγορεύω,
Οἵσιν ξυνὸς ἔρως, ξυνὸν κακὸν, ἄλγος ὁμοῖον.
Μοῦνοι γάρ κεν ἐμοῖο φίλως δεξαίατο μῦθον,
Καὶ γοερῆς κραδίης μυστήρια γνοῖεν ἄριστα,
Οἳ σταυροῦ πυθέοντες ἐπωμαδὸν ἄχθος ἀείρειν,
Καὶ μεγάλου Βασιλῆος ἐν ἔρκεσι μοῖραν ἔχοντες,
Εὐοδίην στέργουσι, καὶ οἰκτείρουσι πεσόντας,
Τοῖς δ' ἄλλοις κεν ἔοιμι γέλως ἐμὰ κήδεα βάζων,
Ὧν πίστις κραδίην ἄκρην ἐχάραξεν ἐλαφρὴ,

Quas cum pauperibus communes habere optabam,
Utpote et ipse advena hic et erro,
In manum Altissimi respiciens bonorum largitricem :
Nec tantum ob invisam omnibus mortalibus injuriam,
Quæ etiam mansuetum hominem ira implet promptissime ;
Nec fratrum causa, quos nunc mihi sepulcrum tegit,
Immatura morte abreptos, omnibus hominibus mirabiles,
Quantum animam meam defleo, velut si quis gravibus
Et insolubilibus catenis dolentem viderit pulchram,
Et magnam, et ex generosis regibus ortam reginam,
Quæ armis ab hostibus capta, et molestæ astricta
Servituti, tristes oculos in terram defigit.
Talia passus sum ; tale ulcus intra cor gero.
Antiquus sermo est, si cui immiserit dentem
Maleficum acerbus serpens, eum perniciosum ulcus
Iis solis narrare velle quibus similem
Dirus serpens inflammato veneno inussit perniciem ;
644-645 Huic enim, et quidem soli cognitum esse malum dolorem.
Sic etiam ego illis ærumnam meam edisseram,
Quibus communis amor, commune malum, similis dolor.
Soli enim hi dicta mea amice exceperint,
Et mœsti cordis optime mysteria noverint,
Qui crucis pondus humeris attollere cupientes,
Ac partem in magni Regis septis habentes,
Rectam viam deligunt, et lapsos miserantur.
Aliis vero risus mala mea referens exstiterim,
Quorum levissima fides summa cordis impressit,

Billius non vitam, sed facultates et opes, quæ post Cæsarii mortem ab iis qui imperatorii fisci curam gerebant, direptæ fuerant, significari. Quod autem sequitur, τὸν ξυνόν, idem est ac si dixisset ὃν κοινόν.

224 *Δώτειραν*. Hæc lectio, quam duo Regii et Coisl. suppeditarunt, potior visa est quam vulgata, δότειραν, magisque sapit Homerum, quem sæpe Gregorius imitatur. Hinc tollenda particula γε, quæ abundat in edit.

229 *Ὡς τις ἄνασσαν*. Sic habent Regii 992, necnon et Coislinianus ejusque interpres Schol. Chig. Edit. autem ὥς τιν' ἄνασσαν.

236 *Λοίγιον ἕλκος*. Sic mss. Edit. λοίγιον.

237 *Οἷσιν ὁμοῖον*. Adagium est quo significamus dulcissimam esse eam consolationem, quæ eo proficiscitur, qui iisdem calamitatibus affectus est quibus ille quem consolatur. Bill.

METRICA VERSIO.

Census diripitur, manibus dispersus iniquis,
Quem cum pauperibus communem semper habere
Optavi, velut ipse etiam mendicus et exsul,
Advenaque in terra, porrectricemque bonorum
Numinis ad dextram supplex mea lumina tollens :
Non etiam nobis quia sæva injuria facta est,
Quæ solet et faciles animos turbare dolore :
Non quia præceleri facto mors aspera fratres
Sustulit, egregios fratres, quosque omnibus æque
Reddiderat fama celebres pulcherrima virtus :
Quantum animæ doleo fatum miserabile nostræ,
Quam velut illustrem dominam, formaque decora
Conspicuam, et claris regum natalibus ortam,
Aspicio gravibus vinctam oppressamque catenis,
Quam manus hostilis bello superavit et armis,
Servitioque tenet mœrentem, et lumina terræ
Figentem lacrymis stillantia. Talia namque
Sum passus, talemque premo sub corde dolorem.

Injecto quemquam, ut dicunt, si dente mo
Cæruleus serpens, vulnusque infixit acerbum
Non aliis cupit ille suos memorare dolores,
Quam quibus est etiam fusum a serpente venen
Hos etenim tanti solos vim nosse doloris.
Haud secus his nostrum hunc commemorar
[bo
Fert animus, quibus idem amor est, eademq
[pa
Consimilisque dolor. Namque hi duntaxat a
Excipient mea verba animo, cordisque gemen
Optima cognoscent mysteria, qui cupientes
Dulce suis humeris pondus plenumque salut
Ferre crucis, partemque in magni Regis ha
Cœlitibus septis, simul ipsi tramite recto
Pergunt, atque pio miserantur corde cadente
Quippe aliis risum, referens mea fata, mover
Quorum extrema fide leviter sunt corpora tin

Digitized by Google

Οὐδὲ διὰ σπλάγχνων ἦλθ' ἵμερος ὀξὺς Ἄνακτος·
Ζῶσι δ' ἐνθάδε μοῦνον ἐφημέρια φρονέοντες.
Ἀλλ' οἱ μὲν φθινύθουσιν, ἐπεὶ πάντεσσιν ὁμοίως
Γλῶσσαν ἐφοπλίζουσιν, ἑτοιμότατον βέλος, ἄλλοις
Ἐσθλοῖς, ἠδὲ κακοῖσιν. Ἐγώ γε μὲν οὔτι γόοιο
Λήξω, πρὶν στονόεσσαν ὑπεκφυγέειν κακότητα,
Καὶ μάργοις παθέεσσι νόου κληῖδ' ἐπιθεῖναι,
Οἷς νῦν πάντα θύρετρα πικρὸς Σατὰν ἐξεπέτασσε,
Πρόσθεν ἐργομένοισιν, ὅτ' ἔσκεπε χείρ με Θεοῖο,
Οὐδ' εἶχεν κακίη πρόφασιν πέλας, ἦ ῥα τάχιστα
Ἅπτεται, ὡς καλάμης γε πυρὸς μένος ἐγγὺς ἐούσης,
Ἄχρι καὶ ἐξ ἀνέμοιο πρὸς ἠέρα πυρσὸς ἀερθῇ.
Ὡς ὄφελον κρημνοῖσι, καὶ οὔρεσι, καὶ σκοπέλοισι
Κρῦψαι τῶνδε πάροιθεν ἐμὸν δέμας· ἦ κεν ἅπαντα
Τόνδε βίον, βιότου τε φυγὼν σαρκός τε μερίμνας,

A Χριστὸν ὅλον φορέεσκον ἐνὶ φρεσὶν, οἷος ἀπ' ἄλλων
Ναιετάων, οἷῳ τε Θεῷ νόον ἀγνὸν ἀείρων·
Μέσφ' ὅτε καὶ κούφῃσι σὺν ἐλπίσι τέκμαρ ἐπέσπον.
Ὤφελον· ἀλλὰ πόθος με φίλων κατέρυκε τοκήων,
Ἕλκων, οἷα τάλαντον ἐπὶ χθόνα· οὔτι πόθος γε
Τόσσον, ὅσον μυελόν τε καὶ ἔγκατα πάντα δαΐζων
Οἶκτος, ὅτις παθέων ἀγανώτατός ἐστιν ἁπάν-
[των,
Οἶκτος μὲν πολιῆς θεοειδέος, οἶκτος ἀνίης,
Οἶκτος ἀπαιδίης, οἶκτος δέ τε καὶ περὶ παιδὸς,
Ὅ ῥα περιτρομέουσι, γλυκὺν πόνον αἰὲν ἔχοντες,
Ὀφθαλμὸν βιότοιο, καὶ ἄλγεσιν ἀσχαλόωντα.
Ὦ βίβλοι τοπάροιθε μέλον, τὰς Πνεῦμ' ἐχά-
[ραξεν
Εὐαγέων γλώσσῃσι, καὶ ἔνδοθι γράμματος ἐσθλοῦ

Nec in viscera vividus amor Regis penetravit;
Sic autem vivunt, ut caduca tantum sapiant.
Sed illi quidem pereant, quippe qui linguam, paratissimum
Telum, in omnes alios similiter exacuunt,
Sive bonos, sive malos. Ego autem gemere non cessabo,
Quin prius luctuosam effugerim prayitatem,
Et protervis mentis affectibus clavem imposuerim,
Quibus nunc valvas omnes scelestus Satan aperuit
Antea cohibitis, cum me tegeret Dei manus.
Nec occasionem propinquam haberet malitia, quæ citissime
Invadit, velut ignis ardens stipulam vicinam,
Donec etiam a vento flamma in aerem tollatur.
Utinam præruptis locis et montibus et scopulis
Ante hos eventus meum corpus abdidissem : sic enim omne
Sæculum, ac sæculi carnisque sollicitudines fugiens,
Totum Christum portarem corde, solus ab aliis
Habitans, solique Deo puram mentem attollens,
Donec cum spe levi diem extremum claudam.
Utinam! Sed amor me tenuit parentum,
Instar ponderis in terram trahens : nec tamen tantum
Amor, quantum medullas et interiora omnia peredens
Miseratio, omnium animi motuum suavissimus,
Miseratio canitiei Deo similis, miseratio mœroris,
Miseratio orbitatis, miseratio et quod circa natum
Contremiscant, dulci sollicitudine semper prosequentes,
Oculum vitæ suæ et molestiis suis dolentem,
Cujus cura antehac erat libri, quos Spiritus exaravit
Sanctorum linguis, et intra præclaram litteram

256 *Οἷς νῦν*. Ita Chig. Edit. τοῖς νῦν.
262 *Τῶνδε πάροιθεν*. Reg. 992, sup. lin. πρὸ τούτων. Mox ἦ κεν ἅπαντα. In his interpretandis vocibus secuti sumus interp. et schol. cod. Coisl.
266 *Κούφῃσι σὺν ἐλπίσι*. Int. Coisl. Ὑψηλαῖς καὶ ἐλαφραῖς σὺν ἐλπίσι. Schol. μετὰ χρηστῶν τῶν ἐλπίδων. Mox. ἐπέσπον. Sic Reg. 992. Edit. ἐπέσπων.
270 *Ἀγανώτατος*. Sup. lin. in Reg. 39, καθαρώτατος, *purissimus*.
273 *Ὅ ῥα*. Sic mss. Edit. male ὥς ῥα.

METRICA VERSIO.

Intimą nec validus circum præcordia Christi
Fervet amor, fluxæ verum omnia tempora vitæ
Vanis impendunt rebus studiisque caducis.
Sed pereant, quoniam nullo discrimine in omnes
Linguam acuunt, telum quo non est promptius
[ullum
Rebus in humanis. At ego indulgere dolori
Non prius absistam, quam me fuga concita turpi
Eripiat vitio, fœdisque affectibus ipse
Clavem animi imponam, quibus omnes perfidus
[hostis
Undique nunc valvas scelerata mente reclusit,
Ante minus patulas, certo mihi cum Deus esset
Præsidio, segetem nec haberet noxa propinquam,
Quam, velut admotam stipulam rapidissimus ignis,
Protinus invadit, ventoque agitata tumenti
Crescit, et ingentem sustollit ad æthera flammam.
O utinam ante, meos scopulis immanibus artus

B Præruptisque locis texissem et montibus altis!
Nam vita, et cura vitæ carnisque relicta,
Toto animo Christum ferrem, semotus ab omni
Cœtu hominum, vacuamque vehens a crimine men-
[tem
Ad cœlum et cœli Dominum, quod ultima tandem
Ac mihi qui exstinguor, pusillam stillas olei
Guttam, quæ sitienti lampadi ad lumen auxilietur,
Ut igne excitato, revocata redeat
Lux reflorescens, ac lucidam vitam nanciscar.
Deinde vero onera omnia tradas venti procellis,
Et arceas a me (spiritum autem præbeas levem),
Quibus cor meum abunde exercitasti : sive me ob acerbum
Puniens malitiam, sive doloribus, veluti pullum
Variis et arduis cursibus domans,
Sive mentis meæ fastum aliquem cohibens, qui facile
Innascitur piis, quotquot sunt levi animo,
Qui malam ex bono Deo superbiam arripiunt :
Sive meis volens, Verbum servator, malis
Erudire mortales, ut vitæ oderint pravitatem,
Ut minime stantis, ac omnibus incommoda inferentis,
Bonis ac malis, atque ad aliam vitam properent,
Quæ stabilis est et immobilis, et probis melior.
Atque hæc quidem in magnis sapientiæ thesauris sunt posita,
Quæcunque vitæ instabilis admonitiones mortalibus ferunt,
662-663 Sive bona sint, sive mala : quod autem ad Verbum spectat, præstan
Quamvis pleraque mentis nostræ crassitiem fugiant.

559 *Ἀντιβίῃσι*. Sic codices Regg. 39, 992, necnon et Coislinianus, quorum ope erratum editorum emendavimus in quibus legitur ἀντιβίοισι.

553 *Φωστῆρος*. Reg. 991 sup. lin. φωτός.

558 *Ἀδην*. Int. Coisl. ἀθρόως. Schol. ἄγαν.

559 *Τινύμενος*. Coisl. τιννύμενος. Ibid. οἷά τε πῶλου. Ita Coisl. Edit. ὡς ὅτε.

560 *Ἠλιβάτοισι*. Int. ὑψηλοῖς τόποις. Schol. χωρίοις ἀνάντεσιν.

563 *Ἐξ ἀγαθοῖο Θεοῦ*. Nempe, *qui ex benignitate et patientia Dei*, peccandi et superbiendi ansam arripiunt, ut schol. οἵ τινες ἐξ ἀγαθοῦ Θεοῦ χρηστευομένου, καὶ μακροθυμοῦντος, τύφον κακὸν ὑφαρπάζουσι.

569 *Μεγάλοις*. Coisl. et Int., μεγάλης.

571 *Λόγῳ δέ τε πάντα φέρεται*. *Quod a Verbum spectat, præstantissima*. Varie a locus intelligitur. Nobis vero, ut sic inter mur, interpres et schol. codicis Coisl. p Combef. λόγῳ accipit pro *summa ratione*, *divinæ sapientiæ, quo omnia proveniunt nuntur*. Λόγον hic pro *Filio Dei* accipio, in lius, ut sit sensus : *Quamvis nos rebus pra norum nomen tribuamus, adversis contra tamen apud Deum utraque optima sunt, qu optima ratione mortalibus a Deo immittant*

572 *Πάχος*. Unus e Regg. τάχος. Sic sup sect. II, carm. 1, *In laudem virginitatis*, legitur de Deo, quod sit φάος φεῦγον νό ἐγγὺς ὀντος.

METRICA VERSIO.

Infirmum exanimemque vocat, motoque latenter
Vertice prosequitur sævo mala nostra cachinno :
Ne sinito hostili victum procumbere dextra,
Sed spe cœlesti primum mea pectora fulci.
Ac, ne deficiat mea lux, alimenta ministra,
Humentisque olei nonnullum infunde liquorem.
Qui lychno auxilium sitienti præbeat, ut lux
Accenso igne mihi jamjam rediviva recurrat,
Et fruar æternæ præclaro lumine vitæ.
Tum vero ærumnas a nobis discute tristes,
Ventisque in latum pelagus committe ferendas :
Atque auras concede leves. Sat namque malorum
Pectoris ipse mei domuisti mole tumorem,
Seu vindex meritis multans mea crimina pœnis,
Seu velut indomitum variis durisque caballum

B Cursibus, ingentique dolorum examine fra
Seu fastum reprimens, homines pietatis a
Qui facile invadit, mentis gravitate carent
Queis bonitas divina mali est occasio fastu
Seu documenta volens per tot mala proder
Ut cuncti vitam vitæque adversa perosi,
Et dubios casus atque infortunia justis
Injustisque simul venientia, præpete cursu
Æternum meliusque piis propereimus ad a
Verum hæc divinæ sophiæ sunt abdita f
Quæ fluxi documenta ferunt mortalibus ævi
Tam bona quam mala. Sunt Verbo tamen
[c
Quamlibet effugiant mentis quamplurima nos
Crassitiem. Nam tu clavum scitissimus orbi

Digitized by Google

Νωμᾷς δ' ἔνθα καὶ ἔνθα σοφῶς οἰήϊα κόσμου,
Οἷσιν ἐλαυνόμενοι τρηχὺ σπιλάδεσσι κακῇσι
Λαῖτμα μέγ' ἐκπερόωμεν ἀπιστοτάτου βιότοιο.
Αὐτὰρ ἐγὼ μογέων, καὶ πήμασι παντοδαποῖσι
Τειρόμενος, κάμπτω σοι γούνατα. Πέμψον ἔμοιγε
Δακτύλῳ ἱκμαλέῳ ξηρὴν φλογὶ Λάζαρον ὦκα
Γλῶσσαν ἀναψύξοντα, χάος δέ με μηκέτ' ἐρύκοι,
Μηδ' Ἀβραὰμ μεγάλων κόλπων ἀποτηλόθι
[βάλλοι
Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Τεὴν δ' ἐπὶ χεῖρα κραταιὴν
Πέμψειας, ἀχέων δὲ πόροις ἄκος, εἰς δέ με πάντα
Θαύματα καὶ τεράων δείξαις σθένος, ὡς τοπάροιθεν.
Εἰπὲ, καὶ αἱματόεσσα ῥύσις λήξειε τάχιστα.
Εἰπὲ, καὶ ἐκμήνειε συῶν ἀγέλην λεγεῶνος
Πνεῦμα, καὶ ἐν πελάγεσσι πέσοι, χάζοιτο δ' ἐμοῖο.
Καὶ λέπρην ἐλάσειας ἀτερπέα· καὶ φάος ἔλθοι

Ὄμμασιν οὐχ ὁρόωσι, καὶ οὔατα φθόγγον ἀκούει·
Καὶ ξηρὴν τανύσειας ἐμὴν χέρα, δεσμά τε γλώσσης
Ῥήξειας, στήσαις δὲ ποδῶν βάσιν ἀδρανέουσαν.
Ἐκ δ' ἄρτου κορέσαις ὀλίγου· στορέσαις δὲ θάλασσαν
Δειμαλέην· στράψαις δὲ φαάντερον ἠελίοιο.
Πήξειας δὲ μέλη βεβαρηότα, ἐκ νεκύων δὲ
Αὖθις ἀναστήσειας ὀδωδότα· μηδέ μ' ἄκαρπον,
Οἷα συκῆν τοπάροιθεν, ἰδὼν, ξηρὸν τελέσειας.
Ἄλλος μέν τ' ἄλλοισιν ἀρηγόσι, Χριστὲ, πέποιθεν,
Αἵματι, καὶ τέφρῃ, καὶ ὀφρύϊ σήμερον οὔσῃ.
Οὔ τ' ἄλλου χατέουσιν ἀρηγόνος οὐτιδανοῖο·
Σοὶ δ' ἄρ' ἐγὼ μούνῳ, Βασιλεύτατε, μοῦνος ἐλείφθην,
Ὅς πάντων κρατέεις, καί μοι σθένος ἐσσὶ
[μέγιστον.
Οὔ μ' ἄλοχος κομέουσα δυσαλθέα κήδεα λύσει.
Ἠ τε καὶ ἀσχαλόωντα παρηγορίῃσιν ἰαίνει·

Moves autem sapienter hinc et illinc mundi gubernacula
Quibus abacti a malis scopulis, asperum
Vitæ incertissimæ magnum mare trajicimus.
Rursus ego laborans et omnibus ærumnis
Contritus, tibi flecto genua. Mitte mihi
Lazarum, qui digito humenti aridam flamma cito
Linguam refrigeret, nec me chaos cohibeat,
Nec Abraham longe a magno sinu projiciat
Divitem patientem. Sed fortem tuam manum
Mitte, et dolorum fer remedium, ac in me omnia
Miracula, et prodigiorum virtutem, ut olim, ostende.
Dic, et celerrime fluxus sanguineus desinat.
Dic, et porcorum gregem in furorem agat legionis
Spiritus, et in mare cadat, et a me recedat.
Lepram tristem remove; lumen accedat
Oculis cæcis, et aures sonum audiant:
Aridam manum meam extende, et vincula linguæ
Rumpe, et pedum firma gressum debilem.
Ex modico pane satia; sterne mare
Terribile; splendidius sole corusca.
Fige membra ingravescentia, et ex mortuis
Rursus suscita fetentem; nec me infructuosum,
Postquam, veluti ficum, videris, arefacias.
Alius quidem aliis adjutoribus, Christe, confidit,
Sanguine, et cinere, et supercilio in diem permanente.
Alii alio indigent adjutorio infirmo.
Tibi vero soli, Rex omnium, solus relictus sum,
Qui omnium dominaris, mihique maximum robur es.
Non me uxor fovens molestis sollicitudinibus solvet.
Aut afflictum dulcibus alloquiis deliniet:

578 *Φλογὶ Λάζαρον*. Sic emendavimus ex schol. Cod. Coisl. vitiosam lectionem codicum aliorum et editorum qui habent φλάγα.
579 *Μηκέτ' ἐρύκοι*. Coisl , μὴ κατερύκοι.
581 *Πλούσιον ἐν παθέεσσι. Ærumnis locupletem.*
Alox ἐπὶ χεῖρα. Reg. sup. lin. ἐπ' ἐμέ.
583 *Δείξαις*. Unus e Regg. δείξεις.
586 *Δ' ἐμοῖο*. Ita Reg. 991. Edit. δ' ἐμεῖο.
590 *Ἀδρανέουσαν*. Reg. sup. lin. ἀσθενοῦσαν. Edit. male ἀδανέουσαν.
597 *Ὀφρύϊ σήμερον οὔσῃ*. Id est, *fastui brevissime duraturo.*

METRICA VERSIO.

Hinc illincque regis, quo gens mortalis abacta
A scopulis, vitæ malefidas trajicit undas.
Ast ego jam gravium confectus mole dolorum,
Te genibus flexis supplex obtestor, ut ad me
Laxatum extemplo veniat, flammasque calentes
Leniat humenti digito, nec chasmate vasto
Ulterius tenear, sinibusque excludar amœnis
Abrahami, ærumnis locuples pœnaque perenni.
Quin potius mihi mitte manum, tristesque dolores
Ipse salutifera quamprimum pelle medela,
Priscaque nunc in me facilis miracula profer.
Dic, et sistatur profluxio fœda cruoris:
Et grege porcorum stimulis furialibus acto
Proruat in pelagus legio, procul atque facessat.
Excute deformem lepram, cæcisque recurrat
Lux oculis, rursusque meas vox intret in aures.

B Arentesque extende manus, et vincula linguæ
Solve, pedumque malos firma, Rex maxime, gressus;
Pane perexiguo satia, compesce tremendos
Æquoris irati fluctus, et sole nitente
Tu mihi splendidius radia, corpusque recurvum
Erige, fetentemque reduc ad lumina vitæ.
Nec veluti sterilem jubeas arescere ficum.
Præsidiis aliis alii, Deus optime, fidunt,
Et genere et cinere exiguo, fastuque fugaci,
Aut alias quasdam spes amplectuntur inanes.
At soli tibi solus ego sum, Christe, relictus,
Imperio qui cuncta tenes: in te mihi robur
Omne situm est, in te fiducia tota salutis.
Non animi curas depellet sedula conjux,
Quæ vel mœrentem dulci sermone maritum
Oblectare potest: nec chara gestio prole,

Digitized by Google

Οὐδὲ φίλοις παίδεσσιν ἀγάλλομαι, οἷς ὑπὸ γῆρας
Ὀρθοῦται, νεαροῖσιν ὑπ' ἴχνεσιν αὖθις ὀδεῦον·
Οὐδὲ κασιγνήτοις ἐπιτέρπομαι, οὐδ' ἑτάροισι.
Τοὺς μὲν γὰρ στυγερὸς μόρος ἥρπασεν· οἱ δὲ φιλεῦντες
Νηνεμίην, ἑτάρων ὀλίγην φρῖκα τρομέουσι
Κείνην τερπωλὴν οἵην ἔχον, ὡς ὅτε πηγὴν
Διψαλέη ψυχρὴν ἔλαφος σχεδὸν, ἀνδρὰς ἀρίστους,
Χριστοφόρους, ζώοντας ἐπὶ χθονὶ, σαρκὸς ὕπερ-
[θεν,
Πνεύματος ἀενάοιο φίλους, καὶ λάτριας ἐσθλοὺς,
Ἀζυγέας, κόσμοιο περίφρονας. Ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ
Μαρνάμενοι περὶ σεῖο διακριδὸν ἔνθα καὶ ἔνθα
Ἵστανται, ζῆλος δὲ Θεοῦ λύσε θεσμὸν ἀθέσμως,
Ἁρμονίην τ' ἀγάπης, ἧς οὔνομα μοῦνον ἐλείφθη.

A Ὡς δ' ὅτε τίς τε λέοντα λιπὼν ἄρκτῳ πελάσειε
Μαινομένῃ, καὶ τήνδε φυγὼν ἐς δῶμα πέσῃσιν
Ἀσπασίως, καὶ χεῖρα ἑὴν πρὸς τοῖχον ἐρείσῃ,
Ἔνθεν δ' ἐκπροθορών μιν ὄφις τύψῃσιν ἀέλπτως
Ὡς καὶ ἐμοὶ πολλοῖσιν ἑλαυνομένῳ παθέεσσιν,
Οὐδὲν ἄκος καμάτοιο, τὸ δ' ἄλγιον, ὅ τί κεν εὕρω.
Πάντῃ δ' ἀθρήσας τε καὶ ἐν πάντεσσι μογήσας,
Ἐξ σέθεν, εἰς σὲ, μάκαρ, λεῦσσω πάλιν, ἄλκαρ ἐμοὶ,
Παντοκράτωρ, ἀγένητε, καὶ ἀρχὴ, καὶ πάτερ ἀρχῆς,
Υἱέος ἀθανάτοιο, φάος μέγα φωτὸς ὁμοίου,
Ἐξ ἑνὸς εἰς ἓν ἰόντος ἀτεκμάρτοισι λόγοισιν·
Υἱὲ Θεοῦ, σοφίη, βασιλεῦ, λόγε, ἀτρεκίη τε,
Εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἴση,
Ποιμὴν, ἀμνὲ, θύος τε, Θεὲ, βροτὲ, ἀρχιερεῦ τε·

Non charis filiis glorior, a quibus senectus erigitur,
Et juvenilibus vestigiis rursum progreditur :
Nec cognatis delector, nec amicis :
Illos enim invisa mors rapuit : isti autem amici
Quietis, ad minimum amicorum pavorem contremiscunt.
Hanc unam habui oblectationem, velut fonti
Frigido appropinquans cerva sitiens, optimos viros
Christiferos, viventes in terra, supra carnem,
Spiritus æterni amicos, et bonos cultores,
Cælibes, mundi contemptores. Sed et illi
Decertantes de te adversis frontibus hinc et illinc
Stant, et studium partium legem Dei solvit haud legitime,
Et concordiam charitatis, cujus nomen solum relictum est.
Velut si quis relicto leone in ursam incurrat
Furentem, atque hanc fugiens in domum incidat
Lætus, et manum muro sustentet,
Atque hinc prosiliens cum inopinato serpens percutiat :
Sic mihi multis agitato perturbationibus
Nullum laboris remedium, et quidquid invenero, id molestius est.
Postquam autem undequaque circumspexi et in omnibus laboravi,
Ex te, in te, beate, rursus intueor, robur meum,
Omnipotens, ingenite, principium, et Pater principii,
Filii immortalis, magnum lumen similis luminis,
Ex uno in unum, modo non enarrabili prodeuntis :
Fili Dei, sapientia, rex, verbum, veritas,
Imago exemplaris, natura Genitori æqualis,
Pastor, agne, victima, Deus, homo, pontifex ;

606 *Ἥρπασεν*. Chig. ἥλασεν.
608 *Κείνην*. Ita Coisl. et Chig. Edit. ξείνην.
611 *Ἀενάοιο*. Coisl. ἀεννάοιο.
612 *Ἀλλὰ καὶ αὐτοί*. Hic carpit monachos de Christo decertantes, qui acriori zelo et concordiam et charitatem solvebant.
614 *Ζῆλος*. Int. Coisl. φθόνος. Melius schol. περὶ Θεοῦ φθόνος.
616 *Πελάσειε*. Coisl. πελάσῃσι.

METRICA VERSIO.

Qua subnixa velut primos renovatur ad annos,
Nec tremulo terram pulsat pede curva senectus.
Sed neque germanis, nec jam delector amicis :
Namque illos tristi rapuit mors horrida fato;
Hos autem, cœlo ventorum turbine puro
Gaudentes, simul atque levis licet, aura sodales
Concutit adversæ sortis, tum protinus horror
Afficit, et pavides gelidus tremor obsidet artus.
Ut vero confecta siti cum cerva propinqua est
Fontis aquæ gelidæ, sic nobis una voluptas
Hæc erat, eximia nimirum laude corusci
Et virtute graves homines, Christumque ferentes,
Altius in terra viventes corpore crasso,
Æternum flamen sincera mente colentes,
Conjugis expertes, contemptoresque caduci
Fluxarum mundi rerum. Sed et hi quoque de te
Hinc atque hinc stantes pugnant, et marte nefando
Contendunt : legemque Dei perfregit iniquus
Livor, amicitiæ felicia vincula solvens,
Cujus nil nobis superest nisi nomen inane.

B Ut si quis sævum cupiens vitare leonem,
Unguibus occurrat furibundæ protinus ursæ,
Atque illam rursus fugiens, ædesque libenter
Ingressus, paries dum languida brachia firmat,
Præter spem infelix diro feriatur ab angue :
Sic mihi, cum variis agiter quatiarque procellis,
Nulla tamen miseros sanat medicina labores.
Imo etiam quidquid postremum occurrerit illud
Intima pervellit graviori corda dolore.
Undique porro oculos versans, inque omnibus a le
Afflictus rursum, Deus, ad te lumina tollo,
In quo præsidii spes est mihi tota reposta.
O qui cuncta potes, nullo generate, nec ullum
Principium agnoscens, qui Principium genuisti
Æternum natum, lucis similis jubar ingens,
Ex uno arcana ratione fluentis ad unum :
Nate Dei, Verbum, rex, et sapientia, veri
Auctor, et archetypum referens, Patrique potenti
Natura æqualis, præcellens, pastor, et agnus,
Mortalisque, Deusque, et victima pura, sacerdos

Digitized by Google

630 Πνεῦμά θ' ὁ πατρόθενεῖσι, νόου φάος ἡμετέροιο,
Ἐρχόμενον καθαροῖσι, θεὸν δέ τε φῶτα τίθησιν
Ἵλαθι, καί μοι ὅπασσον ἐπιπλομένοις ἐνιαυτοῖς,
Ἐνθάδε καὶ μετέπειτα ὅλῃ θεότητι μιγέντα,
Γηθόσυνον ὕμνοις σε διηνεκέεσσι γεραίρειν.

B'. Ὅρκοι Γρηγορίου.

Ὤμοσα τὸν Λόγον αὐτὸν, ὅ μοι Θεός ἐστι μέγιστος,
Ἐξ ἀρχῆς ἀρχή, Πατρὸς ἀπ' ἀθανάτου,
Εἰκὼν ἀρχετύποιο, φύσις γεννήτορος ἴση,
Ὅς φθάσε καὶ μερόπων ἐς βίον οὐρανόθεν·
5 Ὤμοσα, μήτε νόῳ γε νόον μέγαν, ἐχθρὰ νοήσας,

A Ῥίψειν, μήτε λόγῳ τὸν Λόγον ἀλλοτρίῳ.
Εἰ Τριάδος θεότητα διατμήξαιμι φαεινῆς,
Ἐσπόμενος καιρῶν νεύμασιν ἀντιπάλων·
Εἰ δ' ἕδρη μεγάλη ποτ' ἐμὸν νόον οἰστρήσειεν,
10 Ἠὲ πόθῳ δοίην ἀλλοτρίῳ παλάμην·
Εἰ δὲ Θεοῦ προπάροιθε βροτὸν θείμην ἐπίκουρον,
Πέτρης ἠπεδανῆς πείσματ' ἀναψάμενος·
Εἰ δέ ποτ' ἐσθλὰ φέροντος ἀγήνορα θυμὸν ἔχοιμι,
Ἠὲ κακοῖς κύρσας, ἔμπαλιν ἀδρανέα·
15 Εἰ δὲ δίκην δικάσαιμι παρακλίνας τι θέμιστος,
Εἰ δὲ λάβοι τιμὴν ὀφρὺς ὑπερθ' ὁσίων·
Εἰ δὲ κακοὺς ὁρόων τι γαληνιόωντας ὁδοῖο
Σταίην δεξιτερῆς, ἢ ἀγαθῶν σκοπέλους·

630 Tum Spiritus, qui ex Patre procedit, lumen mentis nostræ,
Ac puris illabitur, et deum hominem facit:
Miserere, mihique concede volventibus annis,
Hic et in futurum toti deitati permistum
Hymnis te perpetuis gaudentem celebrare.

II. *Gregorii jusjurandum.*

Juravi Verbum ipsum, quod mihi maximus est Deus,
Ex principio principium, ab immortali Patre,
Imago exemplaris, natura Genitori æqualis,
Qui e cœlo ad hominum vitam descendit:
666-667 5 Juravi me, nec mente magnam mentem, impia cogitando,
Abjecturum, nec Verbum verbo inimico.
Si Triadis lucidæ deitatem discindam,
Temporum molestorum momentis obsequens:
Si meam unquam mentem magna sedes vulneraverit,
10 Aut aliorum cupiditati manum adjutricem admoveam:
Si Deo anteponam hominem adjutorem,
Petræ invalidæ rudentes innectens:
Si unquam, Deo prospera largiente, animum elatum geram,
Aut rursus infirmum, in mala incurrens:
15 Si litem dirimam ab æquitatis norma aliquantulum deflectendo,
Si supercilium plus a me honoris habeat, quam sanctitas;
Si malos videns pace perfruentes, ac bonorum scopulos,
Gressus a dextra semita declinavero;

* Scriptum an. 372. — Alias Bill. 18 pag. 92.

634 *Γηθόσυνον*. Sic mss. Edit. γηθοσύνως. — Forte melius ob puritatem metri, quod aliter claudicat. CAILLAU.

II. ARGUMENTUM. *In isto poemate, Gregorius vitæ suæ legem ac regulam tradit: votaque, quibus Deo se obstrinxit, tanquam doctrinæ suæ sigillum, atque evangelicæ vitæ rationis confirmationem nobis proponit:* Juravi, et statui custodire judicia justitiæ tuæ, psal. CXVIII, 106.

TIT. Ὅρκοι, etc. Reg. 992, τοῦ αὐτοῦ ὅρος θεολογίας. Reg. Med. ὅροι βίου, ἢ περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀρετῆς, *vitæ regulæ*, sive *de sua ipsius virtute*.

2 Ἐξ ἀρχῆς ἀρχή. Billius vertit, *ortus ab ortu*, quod minus theologiæ consonum, si verba potius quam mentem interpretis spectes.

3 Ἴση. Bene lat. ἡ αὐτή, *natura eadem*. Ita carm. præced. vers. 628.

5. *Νόον μέγαν*. Pollicitus fuerat Gregorius operam se daturum, ut nunquam mente seu cogitatione, Deum Patrem, qui νοῦς appellatur, offenderet. Nunc de sermone locuturus, studio sibi fore pollicetur, ne in Verbi offensionem incurrat. Male Billius utitur ista voce *rursus* ut versum expleat, quasi Gregorius non semper coluisset, quod est absurdum. — Non legitime carpi videtur Billius, cum vocis *rursus* sensus ille sit, quod non magis Verbum offendere velit, quam Patrem. CAILLAU.

6 Λόγῳ... ἀλλοτρίῳ. *Sermone alieno.*

13 Ἐσθλὰ φέροντος. Subaud. Θεοῦ.

15 Δίκην. Coisl. et Reg. 990, δίκας.

17 Ὁρόων. Sup. lin. Coisl. εἰσορόων.

18 Σκοπέλους. *Calamitates bonorum* intelligit.

METRICA VERSIO.

Spiritus a summo procedens Patre, tenebras
Mentibus a nostris pellens, et pectora pura
Ingrediens, homini et tribuens deitatis honorem,
Sis facilis misero, nec non vertentibus annis
Da, precor, ut reliquo mortalis tempore vitæ
Atque etiam tota posthac deitate coruscans,
Perpetuo laudum celebrem te carmine lætus.

II. GREGORII JUSJURANDUM.

(*Billio interprete.*)

Verbum juravi, mihi qui Deus ortus ab ortu,
Atque immortali qui Genitore satus;
Archetypi effigies, par et natura paternæ,
Qui supero ad nostrum venit ab axe genus:

B Quod mea nec mentem mens abjectura supremam
Discindent rursus nec mea verba Λόγον: [est,
Si Triadis claræ subeat mihi scindere Numen,
Dum nutum adversi temporis ipse sequor:
Si mentem exstimulet sedes mihi celsa, vel illos,
Quos agitat sedis dura cupido, juvem:
Ante Dei humanum auxilium si forte locarim,
Invalidæ et petræ sit mea nexa ratis
Læta ferente Deo si mens sit turgida fastu,
Rebus in adversis rursus at illa cadat:
Si judex æquum pervertam jusque, superbis
Plus tribuens, gravibus quam pietate viris,
Prospera pravorum cernens, scopulosque bonorum,
Si linquam dextrum non bene sanus iter·

Digitized by Google

Εἰ φθόνος ἐκτήξειεν ἐμὴν φρένα· εἰ γελάσαιμι
Πτῶμα καὶ οὐχ ὁσίων, ὡς πόδα πηγὸν ἔχων·
Εἰ δὲ χόλῳ πλήθουντι πέσοι νόος, εἰ δ' ἀχάλινος
Γλῶσσα θέοι, μάχλον τ' ὄμμα φέροι κραδίη·
Εἰ δέ τιν' ἐχθαίροιμι μάτην, εἰ δ' ἐχθρὸν ἐμεῖο
Τισαίμην δολίως, ἠὲ καὶ ἀμφαδίην·
Εἰ κενεὴν πέμψαιμι δόμων ἄπο χεῖρα πένητος,
Εἰ φρένα διψαλέην οὐρανίοιο λόγου·
Ἄλλῳ Χριστὸς ἔοι πλέον ἶλαος, αὐτὰρ ἐμοῖο
Τοὺς ἄχρι καὶ πολιῆς αὖρα φέροι καμάτους.
Τοῖσδε νόμοισιν ἔδησα ἐμὸν βίον. Εἰ δὲ πόθοιο
Ἐς τέλος ἰκοίμην, Ἄφθιτε, σεῖο χάρις.

A

Γ. *Ἐνόδια Κωνσταντινουπόλεως.*

Ἐν σοὶ μὲν ἠρεμοῦμεν, ὦ Θεοῦ Λόγε,
Μένοντες οἶκοι· σοὶ δ' ἀνάπτομεν σχολήν.
Σὴ μὲν καθέδρα, σὴ δ' ἔγερσις, καὶ στάσις,
Σὴ δ' αὖ πορεία, σοῖς δὲ καὶ νῦν νεύμασιν
Εὐθυποροῦμεν. Ἀλλά μοί τιν' ἀγγέλων
Πέμποις ὁδηγὸν, δεξιὸν παραστάτην,
Ὅς με στύλῳ πυρός τε καὶ νέφους ἄγοι,
Τέμνοι δὲ πόντον, ῥεῖθρα δ' ἱστάῃ λόγῳ,
Τρέφοι δ' ἄνωθεν καὶ κάτωθεν πλουσίως.
Σταυρὸς δὲ χερσὶν ἐκτυπούμενος θράσος
Ἐχθροῦ κατείργοι· μηδ' ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ

Si livore mens mea tabescat : si risero
Lapsum eorum, etiam qui sancti non sint, quasi firmo sim pede ;
Si tumescente ira mens ceciderit : si freni expers
Lingua excurrat, corque lascivos oculos intendat ;
Si quem odio nequidquam habuero, si meum inimicum
Ulciscar dolo aut aperte :
Si vacuam a domo mea dimisero manum pauperis,
Si mentem siti cœlestis verbi laborantem,
Aliis potius indulgeat Christus, ac meos labores
Etiam usque ad canitiem susceptos ventus auferat.
His legibus obstrinxi vitam meam. Si vero desiderii
Compos fuero, o Immortalis, tibi gratia erit habenda.

III. *Itinerarium Constantinopolitanum*

In te quiescimus, o Dei Verbum,
Manentes domi ; tibi referimus otium.
Tua est consessio, tua exsurrectio, tua statio,
Tua rursus profectio, tuis et nunc auspiciis
Viam inimus. Sed mihi aliquem angelum
Mitte ducem viæ, faustum custodem,
Qui me columna ignis et nubis ducat,
Dividat mare, flumina sistat verbo,
668 669 Nutriat cibo cœlesti et infero largiter.
Crux autem manibus signata audaciam
Inimici frangat : neque in die media

* Scriptum an. 379. — Alias Toll. 17, pag. 99 ; et Murat. 194, pag. 177.

22 *Θέοι*. Sic et mss. Edit. mendose Θεῷ.
27 *Ἐμοῖο*. Ita Reg. 991. Edit. ἐμεῖο.
30 Ἐς. Reg 993, εἰς.

III. ARGUMENTUM. *Gregorii Constantinopoli profisciscentis est istud poema. Excusum fuit etiam a Muratorio*, p. 177. *Sic autem habet vir eruditus : post carmen olim* LIV, *nunc* XXXVI, *lib.* I, *sect.* I, *inter poemata dogmatica, quod inscribitur* ἐνόδια, *seu sancti Gregorii profecturi precatio, jam typis editum, hæc subjiciuntur in Ambr. codice. Ea vero lucubrasse videtur poeta sacer, cum a cathedra Constantinopolitana qua se abdicaverat, ad solitudinem ruris paterni sese contulerat.* Sic Muratorius.

3 *Καθέδρα*. Idest, *per te sedemus, surgimus, stamus.*
4 *Νεύμασιν*. Sic Murat. Edit. βεύμασιν.
8 *Ἱστάῃ*. Murat. ex cod. Mediolan. ἱστῶῃ.
10 *Σταυρός*. Venerabile signum crucis, quo Christi sectatores germani se manu quotidie muniunt, diabolum fugare posse, vetustissima est traditio. Ejus institutio ab apostolis ipsis proficisci videtur : cujus rei ac ritus exempla pete a Gretsero in amplissimo opere *De sancta cruce*, a Bossio, etc. *Ita Murat.* Audiamus nunc Tollium, cujus auctoritas in hac re maximi sane momenti videbitur : « Sic enim, ait, semper sensit sancta mater Ecclesia ; quare noster invectiva priori *in Julianum*, illum apparitione dæmonis perterritum munisse se signo crucis refert. » Vid. tom. I, pag. 102.

METRICA VERSIO.

Si me livor edat, si casu læter iniqui,
Non secus ac firmo stet mea vita gradu :
Si mentem sternat sævus furor, ac sine freno
Si mea lingua, oculus sit meus atque procax :
Si mihi quisquam odio sit frustra, ulciscar et ho-
Perspicue, aut tectis fraudibus, ipse meum : [stem
Si vacuis a me manibus discedat egenus,
Cœlestesque petit qui sitibundus aquas :
Sit clemens aliis Christus facilisque ; labores
Fruge mihi vacuos at levis aura ferat.
Legibus his devinxi animum. Complevero vota
Si pia, Christe, tui muneris istud erit.

B

III. ITINERARIUM CONSTANTINOPOLITANUM.
(*A. B. Caillau interprete.*)

In te quiescimus, Dei Verbum Patris,
Domi manentes ; otium tibi damus.
Tibi sedemus, surgimus rursum tibi,
Stamus tibi et movemur : auspiciis viam
Nunc carpimus tuis. Sed angelum ducem
Emitte cursus atque custodem mei,
Qui me columna nubis atque ignis tegat,
Dividat æquor, voce sistat flumina,
Ciboque me pascat superno et infero.
Frangat manu signata crux audaciam

Digitized by Google

Καύσων φλέγοι με, μηδὲ νὺξ φόβον φέροι.
Τὴν δὲ τραχεῖαν καὶ προσάντη μοι τρίβον
Λείαν τιθείης, εὔπορόν τε σῷ λάτρῃ,
Ὡς πολλάκις με καὶ τὸ πρὶν χειρὶ σκέπων
Γῆς καὶ θαλάσσης ἐξέωσας κινδύνων,
Νόσων τε δεινῶν, δυσμενῶν τε πραγμάτων.
Ὡς δεξιῶς ἅπαντα, καὶ κατ' ἐλπίδας,
Πράξαντες, αἴσιόν τε τῆς ὁδοῦ τέλος
Εὑρόντες, αὖθις πρὸς φίλους καὶ συγγενεῖς
Παλινδρομῶμεν, ἀσμένοισιν ἄσμενοι
Φανέντες οἶκοι, καὶ πόνων πεπαυμένοι.
Σὲ προσκυνοῦμεν, τῆς τελευταίας ὁδοῦ
Χρῄζοντες εὐμενοῦς τε καὶ ῥᾴστης τυχεῖν.

A

Δ'. *Εἰς αὐτόν.*

Τριὰς λαλοῖτο, καὶ καταρτίζοι λόγον
Ἄλλος τις, ὅσπερ ἄξιος. Θρόνων δ' ἐγὼ
Εἶξω. Θεῷ γὰρ προσλαλῶν οὐ παύσομαι.

Ε'. *Πρὸς τὸν Ἀναστασίας λαόν.*

Ποθῶ, ποθῶ σε, φίλτατ', οὐκ ἀρνήσομαι·
Ποθῶ λόγων γέννημα τῶν ἐμῶν τέκων,
Ἀναστασίας ὦ λαὲ τῆς ἐμοὶ φίλης,
Ἣ τὴν πάλαι θανοῦσαν ἐν νεκροῖς λόγοις
Ἥστιν παλαιὰν ἐξανέστησεν νέοις·
Ὅθεν προελθὼν οὑμὸς, ὡς σπινθὴρ, λόγος,
Πάσας κατέσχε φωτὶ τὰς Ἐκκλησίας.

Æstus urat me, neque nox timorem afferat.
Asperam autem et difficilem mihi semitam
Planam facias, et facilem tuo famulo,
Ut sæpe me jam antea manu tegens,
Terræ et maris eripuisti periculis,
Et morbis gravibus, et rebus difficilibus,
Ut feliciter omnibus et pro spe
Peractis, prosperumque viæ finem
Nacti, rursus ad amicos et cognatos
Revertamur, læti lætos
Domi revisentes, et laborum liberi.
Te supplices adoramus, postremum iter
Efflagitantes, ut placidum et facile consequamur.

IV. *De seipso* *.

Trinitas prædicetur, et munus docendi suscipiat
Alius quispiam, qui sit dignus. Thronis autem ego
Cedo. Cum Deo enim loqui non cessabo.

V. *Ad plebem Anastasiæ* **.

Desidero, desidero te, charissima, non negabo :
Desidero te, fructum et sobolem sermonum meorum,
Plebs dilectæ mihi Anastasiæ,
Quæ mortuam jamdudum mortiferis sermonibus
Fidem antiquam resuscitavit novis :
Unde prodiens meus, velut scintilla, sermo,
Omnes implevit lumine Ecclesias.

* Alias Toll. 19, pag. 104; et Murat. 191, pag. 173. ** Scriptum an. 381. — Alias Toll. 9, pag. 91.

IV. Tit. Tres isti versus male inserti carmini XIX, apud Tollium, pag. 104, habentur etiam apud Murator. n. 191, p. 173.

1 *Λαλοῖτο.* Ita Murat. Toll. λαλεῖτω. Forte legendum λαλεῖσθω. Mox καταρτίζοι λόγον. Murat., καταρτίζῃ λεών. Hæc, inquit, Nazianzenus cecinisse videtur, cum sedi Constantinopolitanæ renuntiavit, ut episcoporum et populi compesceret tumultus. Ili versus subjecti erant in ms. quo usus est Tollius, VI carmini, unde eos carmini XIX ab ipso edito inserere sibi visum fuit, quod hæc carmina ternis singula versibus constarint, quanquam nec hunc iis commodum esse locum fateatur.

V. Argumentum. *In desiderio Anastasiæ charissimæ se esse testatur Gregorius.*

2 *Τῶν ἐμῶν τέκων.* Non dubitat Tollius quin legendum sit τέκος, ut sit ὁ λαὸς τέκος τῆς Ἀναστασίας et γέννημα τῶν λόγων.

4 *Ἐν νεκροῖς λόγοις.* Mortiferam Arianorum, qui Constantinopoli diu grassati fuerant, doctrinam significat.

METRICA VERSIO.

Hostis ; nec ardens lucis urat me calor,
Nec mihi timores umbra noctis afferat.
Si duriores asperique tramites,
Tu redde planos, servo et obvios tuo,
Ut sæpe jam prius manu me protegens,
Terræ, freti, languoris et periculis,
Rerumque acerbis liberasti casibus,
Omnibus ut exactis, spei jam compotes
Tandemque nacti prosperum finem viæ,
Rursus catervæ proximorum redditi
Turbisque amicorum, laborum liberi,
Cum gaudio lætos revisamus domi.
Te deprecamur supplices, iter ultimum
Ut dulce nobis et quietum præbeas.

B

IV. DE SEIPSO.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Trias canatur, atque verba dirigat
Alter quis, et dignus. Libens thronis ego
Cedam, Deoque colloqui non desinam.

V. AD PLEBEM ANASTASIÆ.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Te volo, volo te, non nego, charissima,
Te volo, loquelæ germen et sobolem meæ,
Anastasiæ grata plebs dulcissimæ,
Quæ jam malignis mortuam verbis diu
Fidem resuscitavit antiquam novis :
Unde meus, ut scintilla, sermo prodiens
Ecclesias omnes replevit lumine.

Digitized by Google

Τίς σου τὸ κάλλος, τίς θρόνους ἐμοὺς ἔχει;
Πῶς εἰμ' ἄτεκνος, ζῶσι δ' οἱ παῖδες; Πάτερ,
Σοὶ δόξα, κἂν τι τοῦδε χεῖρον συμπέσοι.
Ἴσως κολάζεις τὴν ἐμὴν παῤῥησίαν.
Τίς ἐκβοήσει γνησίως τὸ σὸν, Τριάς;

Γ'. Πρὸς τοὺς αὐτούς.

Σιὼν ὁδοὶ πενθοῦσι, τὸν νόμου λάτρην
Λαὸν ποθοῦσαι ἡμέραις ἑορτίοις.
Πενθῶ δ' ἐγωγε λαὸν οὐχ ὁρώμενον
Ἐμοὺς ῥέοντα πρὸς λόγους, ὡς ἦν ποτε
Κωνσταντινούπολίς τε καὶ ξένων ὅσον
Ἐνδημον, οἷς ἤστραπτεν ἡ φίλη Τριάς.
Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν ὡς λέων βρυχώμενος
A Μακρὰ στενάζω. Τῶν δ' ἐμῶν τέκνων τυχὸν
Ἄλλοι κατασκιρτῶσι, πιθανοῖς λόγοις
Συναρπάσαντες. Εἰ γὰρ ἔλθοι μοι σθένος,
Ὡς πρὶν, Τριὰς, σὸν, καὶ βρυχησαίμην πάλιν
Ἐν σοὶ, τάχ' ἂν τι θῆρες εἴξειαν πάλιν.

Ζ'. Πρὸς τοὺς ἀφίλους ἐξιτήριον.

Οἱ συνθύται, τέθνηκα τῷ φθόνῳ μόχις.
Ἐᾷ λήξει καὶ δύσις. φθόνος τ' ἐμὸς
Ἐχθροῖς, φίλοις· ἀπῆλθον· εὐφημήσατε.
Πλὴν ἐξιτήριόν τι πᾶσι φθέγξομαι.
Ἄν ἄλλον εὕρητ' ἀντ' ἐμοῦ, τιμήσατε.
Τὸ σεπτὸν ἡμῖν Πνεῦμα, τῷ συνηγορῶ.
Νῦν δ' οὐκέτ' εἰμὶ τῆς μάχης μεταίχμιον.

Quis tuam pulchritudinem, quis meas sedes habet?
Quomodo sum sine liberis, dum liberi vivunt? Pater,
Tibi gloria, etiamsi quid pejus contigerit.
Fortasse plectis meam libertatem.
Quis rite prædicabit tuam veritatem, o Trinitas?

670-671 VI. *Ad eosdem* *.

Viæ Sion lugent, legis cultorem
Populum desiderantes diebus festis.
Lugeo et ego ipse, populum non conspici
Ad meos confluentem sermones, ut olim solebat
Et Constantinopolis, et peregrinorum quidquid
Degebat, quibus affulgebat amica Trinitas.
Et nunc ego, ut leo rugiens,
Multum gemo. Meos autem liberos forsitan
Alii insultant, persuasibilibus verbis
Abripientes. Si autem redeat mihi robur,
Ut olim, Trinitas, tuum, et rugiam iterum
In te, cito feræ rursus cesserint.

VII. *Vale ad inimicos dictum* **.

Sacrorum socii, vix livori mortuus sum.
Desinent oriens occidensque, et livor meus
Inimicis et amicis : discessi : plaudite.
Verum omnibus quempiam discessus hymnum canam.
Si alium pro me reperistis, huic honorem habete.
Venerabilis mihi spiritus, cujus partes sustineo.
Jam non amplius pugnantibus sum interjectus.

* Scriptum an. 381. — Alias Toll. 10, pag. 91.

** Scriptum an. 381. — Alias Bill. 164, pag. 251.

9 *Πῶς εἰμ' ἄτεκνος*, etc. Sic cum reverentia Benedictinis debita melius vertendum. Ipsi autem ita fuerant interpretati cum Tollio : *Quomodo sum sine liberis? Vivuntne liberi, Pater? Tibi gloria*, etc. CAILLAU.

11 *Παῤῥησίαν*. Hac voce utitur Gregorius infra carm. XI, *De vita sua*, vers. 1658, et carm. XXX, vers. 15, etc.

VI. 10 *Συναρπάσαντες*. Florentinus prior συναρπάζοντες.

VII. ARGUMENTUM. *Constantinopoli discessurus, nondum electo successore, Gregorius episcopos extremum affatur.*

2 *Δύσις*. Ita Vat. qui etiam λῆξις pro λήξει. Edit. ἐᾷ λήξει καὶ δύσει, *cessit oriens occidenti.*

4 *Ἐξιτήριον*. Vat. deleto τι, φθέγξομαι λόγον.

6 *Τὸ σεπτόν*. Si jungas cum τιμήσατε, possis interpretari : *Colite venerandum Spiritum, ejus defensorem constituendo, eum eligendo qui ejus divinitatis sit defensor.* Mox συνηγορῶ. Male edit. συνηγόρῳ.

METRICA VERSIO.

Quis decus habet tuum, quis et sedes meas?
Quo sum modo orbus, illis viventibus?
Laus tibi, Pater, pejus quid accidat licet.
Fortasse castigas nimis me liberum.
Quis rite prædicabit esse tuum, Trias.

VI. AD EOSDEM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Sion viæ lugent, adactam legibus
Plebem requirentes diebus in sacris;
Et ipse lugeo, viros non conspici
Ad me loquentem confluentes, ut prius
Cives et exteri solebant incolæ,
Quibus nitebat fulgidum Triadis jubar.

B Et nunc ego multum queror, velut leo
Qui rugit. Eheu! liberos forsan meos
Quidam impetunt, verbisque tentant dulcibus
Abripere. Quod si robur ut quondam mihi,
Trias, tuum reddatur, in te et rugiam
Rursus, trementes cesserint subito feræ.

VII. VALE AD INIMICOS DICTUM.

(*Fed. Morello interprete.*)

Socii sacrorum, mortuus livori ego
Vix sum. Occident Eoa, livor et meus
Charis et inimicis; obii : favete mi.
Duntaxat egressus melos canam omnibus :
Si reperistis quempiam mei vice,
Colite verendum Spiritum nobis suo
Patrono : ego haud sum prælii medium amplius.

Digitized by Google

Η'. *Πρὸς τοὺς φθονοῦντας.*

Τριὰς, σάου με· καὶ πάλιν καλῶ, Τριάς.
Σὲ γὰρ προφαίνων ἡμπολησάμην φθόνον.
Λαὸς, νόμοι, τράπεζα, βήματα, θρόνοι,
Λόγοι τ' ἀληθῶν δογμάτων συνήγοροι.
Πῶς ταῦτα, καὶ τί ταῦτα; καὶ πόθεν ῥέων
Ταῖς τοῦ Θεοῦ μου τοῦ κρατίστου Πνεύματος
Ῥοαῖς, ξένον τε λαὸν ἐντρέφων καλῶς,
Ἔπειτα σάρκας ἐκτακεὶς ἀθλήμασι
Πολλοῖς ἀπῆλθον; ὦ σκοποὶ, κροτήσατε.
Τέθνηχ' ὁ τ' ἄρδων, οἵ τε πεινῶντες λόγον.
Εἰ μέν τι τούτων ἀντιδώσεις, Χριστέ μου,
Μέγ' ἀντιδοίης· εἰ δὲ μὴ, καὶ τῶν χάρις.

A

Θ'. *Πρὸς τοὺς αὐτούς.*

Μετῆλθον, ἦλθον, ἔρχομαι· μίξις μ' ἔχει
Τρόμου χαρᾶς τε· τοὐμὸν ἐτάζω βάθος,
Μήτι χρεωστῶ, Χριστέ μου· πλὴν ἔρχομαι
Ζῶον διωχθὲν ἐν βίῳ, μάλιστα δὴ
Ἐχθροῖς φίλοις τε, συνθύταις, ἀντιστάταις.
Τὰς σὰς πεσεῖν εἰς χεῖρας αἱρετώτερον,
Ἢ τῇδε μοχθεῖν τοῖς φθόνου παλαίσμασι.
Τῶν μὲν καλῶν γὰρ οὐδὲν ἐλπίζειν ἔχω.
Τοῖς δ' αὖ κακίστοις συνθανεῖν κέρδος μέγα
Χαίροιτε, γαστρίζοισθε, τοῖς ἐνυπνίοις
Μεγαφρονεῖτε· μικρὰ γὰρ χαρήσετε.
Κἀγὼ μετέσχον τῆς πλάνης· ἀλλ' οἴχομαι.

VIII. *In invidos* *.

Trinitas, salva me, et iterum clamo, Trinitas.
Te enim prædicans, comparavi invidiam.
Populus, leges, mensa, suggestus, throni,
Sermonesque verorum dogmatum testes.
Qui hæc, et quid hæc? et unde fluens
Dei mei potentissimi Spiritus
Rivis, extraneumque populum pulchre nutriens,
Postea carnes tabefactus laboribus
Plurimis abii? O speculatores, plaudite.
Periit et qui rigavit, et qui appetebant sermonem.
672-673 Si quid horum retribuas præmium, Christe mi,
Magnum quid retribuas: sin minus, et id erit gratum.

IX. *In eosdem* **.

Transii, veni, venio; admistio me tenet
Timoris et gaudii. Pectoris mei scrutor profundum,
Nunquid tibi debeam, mi Christe; verumtamen venio
Animal vexatum in vita, maxime autem
Ab inimicis et amicis, collegis et adversariis.
Tuas incidisse in manus satius est,
Quam hisce conflictari invidiæ luctationibus.
Nihil enim jam quod sperem boni, habeo.
His vero pessimis commori lucrum magnum.
Valete, indulgete ventri, vanis somniis
Magnifice sentite. Paululum enim gaudebitis.
Et ego particeps fui erroris. Sed discedo.

* Scriptum an. 381. — Alias Toll. 4, pag. 85. ** Scriptum an. 381. — Alias Toll. pag. 89.

VIII. 2 *Ἡμπολησάμην.* Ad marginem προσεκτησάμην.
3 *Τράπεζα.* Id est *mensa sacra.*
7 *Ξένον τε λαόν. Populum Constantinopolitanum.*
9 *Ὦ σκοποί.* Hæc ad eos dirigit qui ejus dicta factaque omnia observabant.
10 *Πεινῶντες.* Ita habet Coislinianus codex. Editi autem, πείνοντες.
IX. 5 *Ἀντιστάταις.* Arianis et Apollinaristis quos habuit infensissimos: nisi potius de episcopis invidis et adversantibus accipiendum sit, quia mox de invidiæ παλαίσμασιν agit. Toll.
10 *Γαστρίζοισθε.* Gregorius valde in cibis abstinens fuit, et solo pane cum sale pro obsonio contentus. Vide infra, carm. LXXXVIII, vers. 120. Hæc vita tam austera non placuit episcopis aliis, et hinc iræ.
11 *Μικρὰ γὰρ χαρήσετε. Non diu gaudebitis*

METRICA VERSIO.

VIII. IN INVIDOS.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Salva, Trias, me, rursus inclamo, Trias.
Te namque laudans suscitavi lividos:
Plebs ipsa, leges, mensa, suggestus, throni
Testantur, et veri loquelæ dogmatis.
Quomodo, quis hæc? et undenam mei
Rivis Dei fluens potentis Spiritus,
Pulchreque gentem nutriens extraneam,
Deinde carnes plurimis laboribus
Exesus abii? O curiosi, plaudite.
Periit rigans, et verba quærentes bona.
Tu si quod horum, Christe mi, das præmium,
Des grande: sin minus, placebit et datum.

B

IX. IN EOSDEM.

(*A. B. Caillau interprete.*

Pertransii, veni, venio; me gaudium
Tenet, timorque mistus; ima pectoris,
Mi Christe, scruter, num tibi quid debeam:
Ecce tamen adsum multa passus, maxime
Ab hostibus amicisque, ab adversariis
Et comministris. Sed manus juvat in tuas
Incidere, luctas quam malignas perpeti.
Speranda namque nulla permanent bona.
At grande lucrum pessimis his commori.
Valete jam, favete ventri, insomniis
Gaudete vanis; gaudium fluet breve.
Erroris ipse particeps quondam fui;
Sed nunc remitto puntjum cunctis libens.

Digitized by Google

Γ. *Πρὸς τοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἱερέας, καὶ αὐτὴν τὴν πόλιν.*

Ὦ θυσίας πέμποντες ἀναιμάκτους, ἱερῆες,
Καὶ μεγάλης μονάδος λάτριες ἐν Τριάδι·
Ὦ νόμοι, ὦ βασιλῆες ἐπ' εὐσεβίῃ κομόωντες,
Ὦ Κωνσταντίνου κλεινὸν ἕδος μεγάλου,
Ὁπλοτέρη Ῥώμη, τόσσον προφέρουσα πολήων,
Ὁσσάτιον γαίης οὐρανὸς ἀστερόεις·
Ὑμέας εὐγενέας ἐπιβώσομαι, οἷά μ' ἔοργεν
Ὁ φθόνος; ὡς ἱερῶν τῆλε βάλεν τεχέων,
Δηρὸν ἀεθλεύσαντα, φαεσφόρον οὐρανίοισι
Δόγμασι, καὶ πέτρης ἐκπροχέοντα ῥόον.
Ποία δίκη, μόχθον μὲν ἐμοὶ καὶ δεῖμα γενέσθαι,
Ἄστεος εὐσεβίῃ πρῶτα χαρασσομένου,
Ἄλλον δ' αὖ μόχθοισιν ἐμοῖς ἐπὶ θυμὸν ἑλίσσειν,
Ἀρθέντ' ἐξαπίνης θῶκον ἐπ' ἀλλότριον,
Οὗ με θεός τ' ἐπέθησε, θεοῦ τ' ἀγαθοὶ θεράποντες;
Ταῦτα νόσος στυγερὴ, ταῦτα θεοῦ θέραπες,
Οἳ δῆριν στονόεσσαν ἐπ' ἀλλήλοισιν ἔχοντες,
Χριστὲ ἄναξ, οὗ μοι ταῦτα νοοῦσι φίλα.
Οὐ γὰρ ἔης γενόμην μοίρης θρασὺς ἀσπιδιώτης,
Οὐδ' ἔθελον Χριστοῦ ἄλλο τι πρόσθε φέρειν.
Ἁμπλακίη δ' ὅτι μηδὲν ὁμοῖον ἡμπλακον ἄλλοι,
Μηδ' ὡς νηῦς ὀλίγη φορτίδι συμφέρομαι.
Ὡς καὶ κουφονόοισιν ἀπέχθομαι, οἵ ῥ' ἀνέηκαν
Βῆμα τόδ' οὐχ ὁσίως καιροθέοισι φίλοις.
Ἀλλὰ τὰ μὲν λήθης κεύθοι βυθός. Αὐτὰρ ἔγωγε
Ἔνθεν ἀφορμηθεὶς, τέρψομαι ἀτρεμίῃ,

X. *Ad Constantinopolitanos sacerdotes, et ipsam urbem**.

O qui victimas offertis incruentas, sacerdotes,
Magnæque unitatis in Trinitate cultores,
O leges, o imperatores pietate florentes!
O Constantini magni sedes inclyta!
Nova Roma, tanto præstans urbibus,
Quanto terra cœlum stelliferum præstat:
Vos nobiles inclamabo; qualia mihi molita est
Invidia? quomodo me procul a sacris filiis expulit,
Postquam diu decertavi, ac cœlesti doctrina lumen
Attuli, et fluenta ex petra eduxi?
Quæ æquitas, ut labores et terrores sustineam
Pro civitate, quam ad pietatem formare incipiebam,
Alius autem laboribus meis animum suum demulceat,
Repente abreptus in alienam sedem,
In quam a Deo et a bonis Dei famulis evectus fueram?
Hæc mihi morbus permolestus; hæc Dei famuli,
Qui lacrymabili dissidio inter se litigantes,
Rex Christe, hæc in me non amice consuluerunt.
674-675 Non enim unius partis audax bellator exstiti,
Nec Christo potius quidquam habere volui.
Delictum meum est, quod idem, ac aliqui non deliqui,
Nec me, ut cymba, navi onerariæ adjungo.
Sic etiam invisus sum et levibus animis, qui sedem hanc
Nefarie tradiderunt temporis amicis,
Sed hæc quidem oblivionis obruat abyssus. Ego autem
Hinc profectus, tranquilla vita lætabor.

* Scriptum an. 381. — Alias Bill. 13, pag. 85.

X. Tit. *Πρὸς τούς*, etc. Hunc titulum plures Regii codices præferunt : Bill. reddiderat ἱερέας, *episcopos*, quasi plures unius civitatis sint episcopi.

1 *Θυσίας*, etc. Sic infra carm. XVII, vers. 1.

7 *Εὐγενέας*. Sic tres Regg. et Coisl. Edit. εὐσεβέας.

12 *Χαρασσομένου*. Int. σκιασαμένου.

18 *Φίλα*. Reg. 992, φίλως.

22 *Φορτίδι*. Reg. 993, φροντίδι. Non bene Billius : *nec pugnam ingenti cum rate cymba geram.*

24 *Καιροθέοισι*. Tres Regg. et Coisl. sup. ἐν καιροτρέχουσι. Coisl. int. : οἳ δὴ τὸ βῆμα τοῦτο καιροῦ φίλοις οὐ καλῶς ἀνέθηκαν φέροντες. Hesych. καιροθέοισι vocem interpretatur *victoribus*. Eleganter καιροθέους appellat Gregorius eos qui ad tempora suam fidem accommodant, ac veluti pro Deo habent. Carpit autem clerum Constantinopolitanum, qui Ægyptiis, novisque episcopis, quorum auctoritas ad horam fuit, manus dedit, ut in Gregorii locum sufficeretur Nectarius.

METRICA VERSIO.

X. AD CONSTANTINOPOLITANOS SACERDOTES, ET IPSAM URBEM.

(*Billio interprete.*)

O qui sacra Deo offertis non tincta cruore,
Unum in personis qui colitisque tribus :
O leges, o sceptrigeri, pietate gravesque,
Urbs Constantino quæ patre clara viges :
Roma nova, et tanto reliquas quæ præteris urbes,
Quam cœlum terram vincit et exsuperat :
Vos miser inclamo; quibus, heu! me livor iniquus
Affecit damnis, depulit atque procul
Sancta a prole, diu postquam pia dogmata sevi,
Et latices puros aspera petra dedit!
Ærumnas an cum tulerim tremulosque pavores,
Urbs fidei primas dum capit ampla notas,
Gaudeat ut nostris alter sudoribus, æquum est,
Impositus sedi, jure vetante, meæ
In qua me Christus, Christi famulique locarunt!
Morbus id, et famuli mi peperere Dei,
Qui sese alternis odiis et Marte petentes,
A me aversa nimis pectora quisque gerunt.
Namque audax neutri volui me adjungere parti,
Nec quidquam Domino præposuisse meo :
Peccatumque meum est, peccata aliena quod od
Nec pugnam ingenti cum rate cymba gero.
Sic me odere leves, sacratæ sedis apertas
Queis placuit servis temporis esse fores.
Ast hæc alta velim tumulent oblivia. Læta
Hinc autem egrediens ipse quiete fruar :

Digitized by Google

Πάνθ' ἁμυδις, βασίλεια, καὶ ἄστεα, καὶ ἱερῆας
'Ασπασίως προφυγὼν, ὡς πόθεον τοπάρος,
Εὖτε θεός μ' ἐκάλεσσε καὶ ἐννυχίοισιν ὀνείροις,
Καὶ πόντου κρυεροῦ δείμασιν ἀργαλέοις.
Τοὔνεκα καγχαλόων φθόνον ἔκφυγον, ἐκ μεγάλου δὲ
Χείματος, ἐν σταθερῷ πεῖσμα βάλον λιμένι,
'Ενθα νόου καθαροῖσι νοήμασι θυμὸν ἀείρων,
Θύσω καὶ σιγὴν, ὡς τοπάροιθε λόγον.
Οὗτος Γρηγορίοιο λόγος, τὸν θρέψατο γαῖα
Καππαδοκῶν, Χριστῷ πάντ' ἀποδυσάμενον.

ΙΑ'. *Περὶ τὸν ἑαυτοῦ βίον.*

Τὸ τοῦ λόγου βούλημα, τῶν ἐμῶν κακῶν
'Εξιστορῆσαι τὴν ὁδὸν, εἴτ' οὖν δεξιῶν.
Οἱ μὲν γὰρ οὕτως, οἱ δ' ἐκείνως φαῖεν ἄν,
'Οπως ἄν, οἶμαι, τῆς ῥοπῆς ὧσίν τινες.
Οὐ γὰρ τὸ βούλεσθ', ἀσφαλὲς κριτήριον.
Παίζει δὲ μέτρον τῆς ἀνίας φάρμακον,
Παίδευμα καὶ γλύκασμα τοῖς νέοις ἅμα,
Τερπνὸν παρηγόρημα. Πρὸς δ' ὑμᾶς λόγος,
Τοὺς ἦν δ' ἡμῶν, ἀλλὰ νῦν ἀλλοτρίους,
"Οσοι θ' ὁμοδοξοῦντες, εἴτε τις νόθος.'
Πάντες γὰρ ἡμῖν εὐμενεῖς μεμυκόσιν.
'Ανδρες, τὸ κλεινὸν ὄμμα τῆς οἰκουμένης,
Οἳ κόσμον οἰκεῖθ', ὡς ὁρῶ, τὸν δεύτερον,
Γῆς καὶ θαλάττης κόσμον ἡμφιεσμένοι,

Cunctis simul, aula et urbibus, et sacerdotibus
Sponte relictis, ut olim optabam
Cum me Deus et nocturnis vocavit somniis,
30 Et maris horrendi molestis terroribus.
Idcirco lætitia exsultans invidiam fugi, atque ex magna
Tempestate in stabili portu rudentem fixi,
Ubi puris mentis cogitationibus animum evehens,
Etiam silentium, instar victimæ, ut antea sermonem, offeram.
35 Gregorii hæc verba sunt, quem aluit terra
Cappadocum, quique pro Christo omnibus se abdicavit.

XI. *De vita sua*[a].

Scripti scopus est mearum adversarum,
Vel, si ita velis, prosperarum cursum texere,
Hoc enim quidam dixerint, illud alii,
Prout quisque, ut opinor, animum inclinaverit.
5 Non enim voluntas, tuta judicandi regula.
Versus autem ludendo, mœroris medicina est,
Institutio simul et jucunditas juvenibus,
Oblectans adhortatio. Vos autem alloquor,
Qui mei quondam fuistis, nunc autem alterius,
10 Quicunque eamdem tenetis fidem, sive quis spurius.
Nobis enim omnes benevoli silentibus.
O viri, inclytum orbis lumen.
Mundum incolentes, ut video, alterum,
Terræ marisque ornamentis induti.

[a] Scriptum an. 381. — Alias Bill. 1, pag. 1.

28 *Πόθεον*. Sic Coisl. et Reg. 990. Edit. ποθέων.

36 *Ἀποδυσάμενον*. Int. ἀγωνισάμενον.

XI ARGUMENTUM. *Carmen istud omnium, quotquot condidit Gregorius, longissimum, et quod vitæ varios eventus describit, tunc videtur condidisse, cum, abdicata sede Constantinopolitana, liber discessit. Illud enim non nisi usque ad sedis abdicationem prosequitur, nec prosecutus est, nisi carmen editum a Tollio, εἰς ἑαυτὸν καὶ περὶ τῶν ἐπισκόπων, de se ipso et adversus episcopos, istius appendicem esse existimemus, quod a vero certe non abhorret.*

XI. 2 *Ἐξιστορῆσαι*. Vat. ἐξιστορεῖσθαι.

4 *Τῆς ῥοπῆς*. Coisl. καὶ ῥοπῆς.

6 *Παίζει*. Et ad marg. ἐλευθεριάζει, *liberat*.

11 *Μεμυκόσιν*. Ea vox idem significat quod τεθνηκόσιν, *mortuis*. Sic enim Gregorius, cum, a publico munere remotus, abditam vitam ageret, se ipsum appellat, nimirum in solitudine, quasi in tumulo jam conditum.

13 *Οἰκεῖθ'*. Vat. οἰκεῖσθ'.

METRICA VERSIO.

Cuncta simul, mystas aulasque atque oppida linquens
Prompto animo, ut memini nec cupiisse prius,
Tunc cum visa Deus me per nocturna vocavit,
Horrida cærulei perque pericla maris.
Lætus ego invidiam fugi, gravibusque procellis
Ereptum jam me littora fida tenent.
Hic ubi sustollens animum, velut ante canebam
Voce Deum, tacita sic quoque mente canam.
Gregorii hic sermo, qui Christi ductus amore
Haud gravis abjecit quidquid habebat opum.

XI. DE VITA SUA.

(*Billio interprete.*)

Libet sinistras res meas perscribere :
Libet secundas, forsan ut quidem vocent.
Hi namque lætas dixerint, illi at graves :
Ut cuique sese flexerit sententia ;
Nec enim voluntas integra est judex satis.
Jam, mentis atræ nubilum versus fugat,
Juvenesque lætos reddit, et simul docet,
Mulcetque pectus suaviter. Vos alloquor
Non jam meos nunc, at tamen quondam meos :
Tam qui orthodoxi, quam notha est quorum fides.
Jam quisque placidus est enim mihi mortuo.
Totius orbis, o viri, lux splendida,
Mundi secundi cernimus quos incolas,
Terræ induistis qui decus, quique æquoris,

Digitized by Google

75 Ἀλλ' ἦκεν αὐτῇ δεξιὸν προοίμιον,
Ὄψις, σκιὰν φέρουσα τῶν αἰτουμένων.
Ἐμὸν γὰρ εἶδος ἐμφανῶς παρίσταται,
Καὶ κλῆσις· ἦδ' ἦν ἔργον ἡ νυκτὸς χάρις.
Ἐγὼ γὰρ αὐτοῖς γείνομ', εἰ μὲν ἄξιος
80 Εὐχῆς, τὸ δῶρον τοῦ δεδωκότος Θεοῦ·
Εἰ δ' ὢν ἀπευκτός, τῆς ἐμῆς ἁμαρτίας.
Οὕτω μὲν οὖν παρῆλθον εἰς τοῦτον βίον,
Πηλῷ κερασθείς, φεῦ τάλας! καὶ συνθέσει,
Ὑφ' ὧν κρατούμεθ', ἢ κρατοῦμεν ὧν μόγις·
85 Πλὴν παντὸς ἀρραβῶνα καλλίστου λαβὼν
Τὴν γένναν αὐτήν· οὐ γὰρ ἀχαριστεῖν θέμις.
Ὡς δ' ἦκον, εὐθὺς γίνομαι ἀλλότριος,
Ἀλλοτριώσιν τὴν καλήν. Τῷ γὰρ Θεῷ

Α Παρίσταμ' ὡς ἀμνός τις, ἢ μόσχος φίλος,
90 Θῦμ' εὐγενές τε καὶ λόγῳ τιμώμενον,
Ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, ὡς Σαμουήλ τις νέος,
Πλὴν εἰ βλέποιμι πρὸς πόθον δεδωκότων.
Τραφεὶς δ' ἐν ἅπασι τοῖς καλοῖς ἐκ σπαργάνων
(Τύπους γὰρ εἶχον τοὺς ἀρίστους οἰκοθεν),
95 Ἤδη τίν' αἰδῶ τοῦ γέρως ἐλάμβανον,
Καί μοι τὸ μικρὸν, ὥσπερ ἐκ νέφους νέφος,
Συνήγεθ' ἡ τοῦ κρείσσονος προθυμία.
Πρόσω δ' ἔβαινον, συντρέχοντος καὶ λόγου,
Βίβλων τ' ἔχαιρον ταῖς Θεοῦ συνηγόροις,
100 Ἀνδρῶν δ' ὁμίλουν τοῖς ἀρίστοις τὸν τρόπον.
Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτα· τἀπίλοιπα δὲ
Οὐκ οἶδ' ὁποίαν τοῦ λόγου τέμω τρίβον.

75 Sed et oblatum faustum proœmium,
Visio, umbram ferens eorum quæ petebat.
Mea enim illi facies perspicue monstrata est,
Et nomen; ac res fuit noctis gratia.
Nam ego nascor illis, si quidem dignus
80 Prece, donum id Dei, qui me illis dedit;
Sin contra, peccato id meo tribuendum.
Sic igitur veni in hanc vitam
Limo concretus, heu miser! et coagmentatione,
Quibus paremus, aut ægre dominamur.
85 Sed tamen boni omnis pignus accepi
Ipsum ortum; ingratum enim esse non licet.
Ut in lucem editus sum, statim alienor
Præclara alienatione. Nam Deo
Offeror, ut agnus quidam, aut gratus vitulus,
90 Victima nobilis et ratione præditus,
Non enim ausim dicere, ut novus quidem Samuel,
Nisi votum eorum qui dederunt, considerem.
Nutritus autem ab incunabulis in optimis quibusque institutis
(Habebam enim domi præclarissima exempla),
680-681 95 Jam gravitatem quamdam senectutis assumebam,
Mihique paulatim, ut ex nube nubes,
Crescebat eorum, quæ præstantiora sunt, amor.
Progrediebar ætate, simulque crescebat ratio,
Librisque gaudebam Dei causam defendentibus:
100 Eramque frequens cum viris optimæ vitæ:
Atque hæc quidem se ita habuerunt. De reliquis autem
Haud scio, quam sequar orationis viam.

78 *Ἤδ' ἦν ἔργον.* Quasi diceret: *Non vanum erat hoc somnium; sed quali forma ei apparuerat, tali natus sum, et tale mihi nomen inditum est, quale in somnis fuerat imperatum.*

79 *Γείνομ'.* Ita legimus. Edit. γίνομ', sed male, quia metrum delicit.

86 *Οὐ γάρ.* Sic locum emendavimus, ope cod. Coisl. Edit. οὐκ ἀχαριστεῖν.

95 *Ἤδη τίν' αἰδῶ τοῦ γέρως.* Id est *jam senilis gravitatis aliquid præferebam.* Bill. Combef. pro γέρως, scriptum fuisse a Gregorio γένους putat, *aliquia gravitatis parentum, quos domi, τύπους ἀρίστους, optima virtutis exempla* sibi fuisse gratulatus.

96 *Καί μοι τὸ μικρόν.* Ita legit Combef. et postulat metrum: *Parva ex nube nubes.* Edit. καί μοι δὲ κατὰ μικρόν.

99 *Συνηγόροις.* Sic libros eos vocat quibus divina majestas ab impiorum calumniis asseritur, et pietatis Christianæ patrocinium suscipitur. Vox eadem recurrit, vers. 608 et 673.

100 *Δ' ὁμίλουν.* Vat. δ' ὠμίλουν, quod metro videtur repugnare.

METRICA VERSIO.

Sed venit ipsi commodum præludium,
Visio, petitæ deferens umbram rei.
Facies aperte nostra nam se illi objicit,
Nomenque, quodque viderat, res hoc erat.
Nam nascor ipsis; si quidem dignus meæ
Votis parentis, munus hoc summi est Dei:
Sin contra, id hercle crimen est prorsus meum.
Sic vitam in istam prodii infelix, luto
Effictus, atque corpori junctus gravi.
A quo vel ipse vincor, aut vix exeo
Victor: sed omnis cum tamen pignus boni
Hunc ceperim ortum, gratiam agnoscam decet.
Vix natus autem, juris alieni statim
Fio, idque pulchre. Nam Deo sistor, velut

Β Vitulus, vel agnus, victima et pernobilis,
Ratione pollens. Non enim fari audeo
Samuelis instar, vota ni spectem, et pium
Studium superno dantium me Numini.
Sic educatus inde jam a cunis bene
(Exempla habebam nam domi sane optima),
Gravitatis aliquid præferebam jam senum,
Studiumque recti corde paulatim in meo
Crescebat, ut nubes solent ex nubibus.
Ætate crescens porro, ratione ac simul,
Libros legebam, qui Dei causæ favent,
Libens, probisque cum viris frequens eram.
Ac dicta sint hæc hactenus: nunc, quam sequar
Orationis jam viam, mens ambigit.

Digitized by Google

Κρύψω τὰ θαύμαθ' οἷς με προὔτρεψεν Θεὸς,
Ἀρχὴν ἀρίστην τὴν προθυμίαν λαβών
(Οὕτω γὰρ ἔλκειν οἶδεν εἰς σωτηρίαν),
Ἢ θῶ προθύμως ἐκλαλήσας εἰς μέσον;
Τὸ μὲν γὰρ ἀχάριστον, τὸ δ' οὐκ ἔξω τύφου.
Σιγᾷν ἄμεινον. Ἀρκέσει τό μ' εἰδέναι,
Μὴ καὶ μάχεσθαι τῷ λόγῳ τὰ νῦν δοκῇ.
Πλεῖστον δέοντα τῆς τότε προθυμίας.
Ὁ δ' οὖν ἀνάγκη, γνωρίσω τοῖς πλείοσιν.
Ἄχνους παρειὰ, τῶν λόγων δ' ἔρως ἐμὲ
Θερμός τις εἶχε. Καὶ γὰρ ἐζήτουν λόγους
Δοῦναι βοηθοὺς τοὺς νόθους τοῖς γνησίοις,
Ὡς μήτ' ἐπαίροιντ' οἱ μαθόντες οὐδὲν ἓν,
Πλὴν τῆς ματαίας καὶ κενῆς εὐγλωττίας,
Τῆς ἐν ψόφοις τε καὶ λάρυγξι κειμένης,
Μήτ' ἐνδοίμην πλεκτάναις σοφισμάτων.
Ἐκεῖνο δ' οὔποτ' εἰς ἐμὴν ἦλθε φρένα,
Πρόσω τι θεῖναι τῶν ἐμῶν παιδευμάτων.
Ὅπερ δὲ πάσχει θερμότης ἀεὶ νέων,
Ὁρμαῖς ἀτάκτοις εὐκόλως ῥιπίζεται,
Ὡς πῶλος ἅπτων εἰς δρόμους, θυμοῦ πλέως,
Πέπονθα τοῦτο. Τῆς γὰρ ὥρας παντελῶς
Ἔξω, θαλάσσης οὐκέθ' ἡμερουμένης,
Ταύρου τίν' οὐρὰν οὐκ ἀκίνδυνον φασὶν
Οἱ ταῦτα δεινοὶ, πλοῦν θράσους, ἀλλ' οὐ φρενός·
Τότ' οὖν Ἀλεξάνδρειαν ἐκλιπὼν ἐγὼ
(Κἀνθένδε γάρ τι τῶν λόγων ἐδρεψάμην),
Ἄρας ἑτέμνον Πόντον εὐθὺς Ἑλλάδος.
Κύπρου τὰ πλευρά· καὶ στάσις τῶν πνευμάτων
Ἔθραζε τὴν ναῦν, καὶ τὰ πάντ' ἦν νὺξ μία,

Tegamne mira, per quæ ductor mihi Deus exstitit,
Optimum initium sumens ardorem meum
(Sic enim novit trahere ad salutem);
An libens in medium enarrando proferam?
Illud enim ingratum, hoc autem haud extra fastum:
Silere satius. Satis enim erit ut mihi nota sint,
Ne etiam pugnare cum oratione præsentia videantur,
Ab eo, qui tum erat, ardore distantia longissime.
Quod ergo necesse est, notum id faciam plurimis.
Genæ absque lanugine, jamque me litterarum amor
Vehemens tenebat. Quærebam enim veris
Litteris adjutrices dare eas, quæ falsæ sunt,
Ne sese efferrent, qui nihil aliud didicerant
Præter vanum et inane eloquium,
In strepitibus et gutturibus situm,
Nec ego implicarer nexibus sophismatum.
Illud autem nunquam mihi in mentem venit
Præferre quidquam institutis meis.
Sed quod semper experitur juvenum fervor,
Ut motibus inordinatis facile ventiletur,
Velut animosus in cursum saliens pullus,
Id mihi evenit. Nam omnino extra
Tempus, pacato nondum mari,
Cum Tauri quamdam periculo nondum carere caudam
Dicunt periti harum rerum, ac navigare temerarii esse, non prudentis,
Tunc ego, Alexandria relicta
(Illic enim aliquid doctrinæ decerpseram),
Solvens navigabam versus Græciam,
Cypri latus legebam, tumque ventorum impetus
Navem æstuando impulit, ac omnia una nox erant,

1103 *Προὔτρεψεν*. Coisl. προύπεμψεν, *præmisit*.
1109 *Δοκῇ*. Ita Coisl. Edit. male δοκεῖν.
1110 *Τῆς*. Ita Coisl. Edit. male τοῖς.
1115 *Οὐδὲ ἕν*. Ita Coisl. Male edit. οὐδὲν ἓν.
1123 *Ἅπτων*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male ἄπτων.
1126 *Ταύρου τίν' οὐράν*. Hibernum Tauri ortum intelligit qui est circa medium Novembrem, quo tempore periculosissimæ tempestates oriri solent. Combef. legit τὴν οὐράν.
1128 *Τότ'*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male ποτ'.

METRICA VERSIO.

egamne mira, queis Deus, cernens meam
upiditatem, subdidit calcar mihi
Tunc ego, Alexandria relicta
(Illic enim aliquid doctrinæ decerpseram),
Solvens navigabam versus Græciam,
Cypri latus legebam, tumque ventorum impetus
Navem æstuando impulit, ac omnia una nox erant,

103 *Προὔτρεψεν.* Coisl. προύπεμψεν, *præmisit.*
109 *Δοκῇ.* Ita Coisl. Edit. male δοκεῖν.
110 *Τῆς.* Ita Coisl. Edit. male τοῖς.
115 *Οὐδὲ ἕν.* Ita Coisl. Male edit. οὐδὲν ἕν.
123 *Ἅπτων.* Ita Vat. et Coisl. Edit. male ἄπτων.
126 *Ταύρου τίν' οὐράν.* Hibernum Tauri ortum intelligit qui est circa medium Novembrem, quo tempore periculosissimæ tempestates oriri solent. Combef. legit τὴν οὐράν.
128 *Τότ'.* Ita Vat. et Coisl. Edit. male ποτ'.

METRICA VERSIO.

Tegamne mira, queis Deus, cernens meam
Cupiditatem, subdidit calcar mihi
Namque ad salutem sic pias mentes trahit),
An illa potius eloquar? gratæ parum
Est mentis illud: rursus hoc fastum sapit.
Tacere præstat; sufficit quod hæc sciam,
Præsens repugnet vita ne dictis meis,
Fervore ab illo dissita ut nimis procul.
Et, quod necesse est, versibus jam persequar.
Lanugo nondum texerat genas: tamen
Me litterarum ceperat fervens amor,
Veris studentem per nothas succurrere:
Ne se superbe jactitarent, qui nihil
Norunt inanem præter eloquentiam,
In gutture sitam, et dulcibus vocum sonis,
Neve implicarer nexibus sophismatum.
Præferre quippe litteris aliquid sacris,
In pectus absit venerit ut unquam meum.
Quod autem ephebis fervidis fere accidit
(Præceps eorum semper est namque impetus,
Non aliter atque pullus ad cursus salit
Ferox), idem mi contigit. Nam incommode
Prorsum, efferato jam mari, cum scilicet
Taurina cauda (sic solent docti loqui),
Affert periclum, fluctibus nec, qui sapit,
Se credit, urbe tunc Alexandri pedem
Movens (et illic quidpiam nam carpseram
Doctrinæ), Athenas nave tendebam, latus
Ac jam legebam Cypriun, cum turbinis
Pupoiru repente vis quatit, noxque omnia

Digitized by Google

Γῆ, πόντος, αἰθὴρ, οὐρανὸς ζοφούμενος·
Βρονταὶ δ' ἐπήχουν ἀστραπῶν τινάγμασι.
Κάλοι δ' ἐρόχθουν ἱστίων πληρουμένων.
Ἔκλινεν ἱστὸς, οἰάκων δ' οὐδὲν σθένος·
Βίᾳ γὰρ ἡρπάζοντο χειρὸς αὐχένες.
Πλῆρες δ' ὑπερτοιχοῦντος ὕδατος σκάφος.
Βοὴ δὲ συμμιγής τε καὶ θρήνων πλέως
Ναυτῶν, κελευστῶν, δεσποτῶν, ἐπιβάτων,
Χριστὸν καλούντων ἐκ μιᾶς συμφωνίας,
Καὶ τῶν, ὅσοι τοπρόσθεν ἠγνόουν Θεόν·
Ὁ γὰρ φόβος δίδαγμα καιριώτερον.
Ὅ δ' ἦν ἁπάντων σχετλιώτατον κακῶν,
Ἄνδρος ἡ ναῦς· εὐθὺ γὰρ στροβουμένης

A Νεὼς, ῥαγεῖσα σπείρετ' ἐν βυθῷ σκάφη,
Ἣ τὸν γλυκὺν θησαυρὸν εἶχεν ὕδατος.
Λιμοῦ δ' ἀγὼν ἦν, καὶ ζάλης, καὶ πνευμάτων,
Νεκροὺς γενέσθαι. Τοῦδε μὲν λύσιν Θεὸς
Πέμπει ταχεῖαν. Ἔμποροι γὰρ Φοινίκης
Ἄφνω φανέντες, καί περ ὄντες ἐν φόβῳ,
Ἀιταῖς μαθόντες τὸ σθενὸν τοῦ κινδύνου,
Κοντῶν ἐρεισμοῖς καὶ χερῶν ἁράγμασι
Νέων σφιγγόντες (καὶ γὰρ ἦσαν εὐσθενεῖς),
Σώζουσιν ἡμᾶς ποντίους ἤδη νεκρούς,
Ὡς ἐκ θαλάσσης ἐκλιπόντας ἰχθύας,
Ἢ λαμπάδα θνήσκουσαν οὐκ οὔσης τροφῆς.
Ὁ δ' ἠγριοῦτο καὶ πλέον βρυχώμενος·

682-683 Terra, pontus, æther, cœlum tenebris suffusum ;
Tonitrua resonabant fulgurum vibrationibus.
Stridebant rudentes velis tumentibus.
Nutabat malus, nec clavi ulla firmitas :
Vi enim rapiebatur e manibus.
Navis implebatur aquis latera superantibus.
Clamor promiscuus et lamentabilis exaudiebatur
Nautarum, hortatorum, magistrorum et vectorum,
Christum una voce invocantium,
Atque eorum etiam, qui Deum antea non noverant :
Est enim metus doctrina valde opportuna.
Sed quod omnium malorum erat maxime luctuosum,
Navis sine aqua : statim enim ac distorqueri cœpit
Navis, disrupta spargitur in profundo scapha,
Quæ dulcem thesaurum aquæ ferebat.
Certatim et fames, et æstus, et venti
Mortem nobis intentabant. Sed solutionem Deus
Promptam misit. Nam mercatores Phœnices
Subito apparentes, etsi metu non carerent,
Ubi ex precibus cognoverunt quantis in angustiis periclitaremur,
Contorum fulcris et manuum conatibus
Navim adstringentes (erant enim robustissimi),
Servant nos mortuos jam marinos,
Velut pisces extra mare deliquium patientes,
Aut lampadem, quæ, deficiente alimento, exstingultur.
At mare sæviebat, majorique mugitu

137 *Βίᾳ γὰρ. Impetu enim colla manu excutiebantur.*

138 *Ὑπερτοιχοῦντος ὕδατος.* Combef. legit ὑπερτειχοῦντος, et vertit : *Aqua altiore muro obcingente navim et obvolvente.* Vide supra, carm. 1 hujus sectionis, vers. 310, ubi legitur alia ejusdem tempestatis descriptio.

140 *Ἐπιβάτων.* It Vat. et edit. ad marg. Male in textu ἐπηβόλων. Combef. ex conjectura sic legit Δεσπότου ἐπηβόλων, id est qui Christi (Domini) compotes essent, opponit Gregorius his, qui antea non noverant, τὸ πρόσθεν ἠγνόουν Θεόν. Communis clamor omnium nautarum, Christianorum, Christum invocantium, eorum etiam qui Deum antea non nossent.

143 *Ὁ γὰρ φόβος.* Ita fere supra vers. 67.

146 *Νεὼς, ῥαγεῖσα.* Ita legimus : et hic locus qui valde obscurus erat, planus fit. Edit. vetus γείσης.

154 *Νέων σφιγγόντες.* Ita legimus. Edit. νέων φυγόντες, de quo ita Billius : « Annotat lucus scholiastes in quibusdam libris reperiri φυγόντες, quod procul dubio mendosum est, γῶντες, quæ quidem lectio parum mihi arrisit. Itaque multo libentius legerem νεὼς τυχόντας. hoc velit Gregorius, humanissimos illos nautas remigii labore navim eam, qua ipse vehebatur, secutos tandem esse, atque aquæ dulcis inopia perituris salutarem opem attulisse. » Sic Benedictini maluerunt σφίγγοντες, quod fateor tentiæ, quanquam peccare videtur metrum.

METRICA VERSIO.

Involvit una : non humus, non et fretum
Ætherve cerni, vel potest cœlum. Strepunt
Permista densis fulgetris tonitrua ;
Strident rudentes, vela dum ventis tument :
Malusque nutat : nec juvat quidquam manu
Clavum tenere ; nam statim vis hunc rapit.
Impletur unda puppis : omnes clamitant,
Omnes ad unum fletibus genas rigant :
Junctique Christum voce gemebunda vocant,
Etiam Tonantem qui prius non noverant.
Metus magister est enim longe optimus.
Jam, quod malorum maximum, nulla in rati
Erat aqua dulcis. Nam statim turbo ferus

B Aquam suo cum vasculo dulcem mari
Dederat profundo. Sic sitis nos et fames,
Sic turbo sævus, sic graves nobis necem
Venti parabant. At Deus nos hoc malo
Nihil moratus eximit. Nam Punici
Quidam institores, in gravi licet metu
Essent et ipsi, cognito discrimine
Nostro, assecuti remiges nostram ratem
(Firmis erant nam viribus), nos liberant,
Marina pene nil nisi cadavera,
Pisces ut, unda cum carent salsa, vel ut
Dempto lucerna pabulo mox occidens
Ast æquor in nos se tamen magis ac magis

Digitized by Google

Πόντος καθ' ἡμῶν ἡμέραις ἐν πλείοσιν,
160 Οὓς οἱ πλέοιμεν εἰδότων πολλαῖς στροφαῖς,
Οὔτε τίν' ὁρώντων ἐκ Θεοῦ σωτηρίαν.
Πάντων δὲ τὸν κοινὸν θάνατον δεδοικότων,
Ὡς κρυπτὸς ἦν, ἔμοιγε φρικωδέστερος.
Καθαρσίων γὰρ, οἷς θεούμεθ' ὑδάτων
165 Ἡλλοτριούμην ὕδασι ξενοκτόνοις.
Τοῦτ' ἦν ὀδυρμὸς, τοῦτ' ἔμοιγε συμφορά.
Τούτῳ βοὰς ἔπεμπον, ἐκτείνων χέρας,
Ὑπερκυπούσας κυμάτων πολὺν ῥόθον,
Ῥήξας χιτῶνα, κείμενος πρηνὴς τάλας.
170 Ὃ δ' ἔστιν οὐ πιστὸν μὲν, ἀψευδὲς δ' ἄγαν,
Πάντες παρέντες τὴν ἑαυτῶν συμφορὰν,
Ἐμοὶ συνῆγον ἐκβοὰς εὐκτηρίους,
Πλωτῆρες εὐσεβοῦντες ἐν κοινοῖς κακοῖς,
Οὕτω συνήλγουν τοῖς ἐμοῖς παθήμασι.

A 175 Σὺ καὶ τότ' ἦσθα, Χριστέ μου, σωτὴρ μέγας,
Καὶ νῦν ἐλευθερῶν με κυμάτων βίου.
Ἐπεὶ γὰρ οὐδὲν ἐλπίδος χρηστῆς ὑπῆν,
Οὐ νῆσος, οὐκ ἤπειρος, οὐκ ὀρῶν ἄκρα,
Οὐ πυρσὸς, οὐ πλωτῆρσιν ἀστέρες σκοποὶ,
180 Οὐ μικρὸν, οὐ μεῖζόν τι τῶν ὁρωμένων,
Τί μηχανῶμαι; τίς πόρος τῶν δυσχερῶν;
Πάντων ἀπογνοὺς τῶν κάτω, πρὸς σὲ βλέπω,
Ζωὴ, πνοή μου, φῶς, κράτος, σωτηρία,
Φοβῶν, πατάσσων, μειδιῶν, ἰώμενος,
185 Πλέκων τὸ χρηστὸν τοῖς ἐναντίοις ἀεί.
Πάντων δ' ὑπομνήσας σε τῶν πρὶν θαυμάτων,
Οἷς τὴν μεγίστην χεῖρά σου γνωρίζομεν,
Πόντου ῥαγέντος, Ἰσραὴλ ὠδευκότος,
Χειρῶν ἐπάρσει δυσμενῶν ἡττημένων,
190 Αἰγυπτίων μάστιξιν ἐκτετριμμένων

Fremebat in nos multis diebus,
160 Cum nec sciremus, quo nos tot turbines ferrent,
Nec ulla nobis a Deo ostenderetur salus.
Cunctis autem communem mortem metuentibus,
Ego illam, quæ occulta est, magis perhorrescebam.
Nam a lustralibus, quibus Dei fimus, undis
165 Arcebant me undæ hospitum peremptrices.
Hoc erat lamentatio, hoc mea calamitas.
Ob hoc clamores emittebam, extendens manus,
Quorum sonitus vehementem fluctuum stridorem superabat.
Scissa vestis erat, pronus jacebam miser.
170 Quod autem credibile non est, sed tamen certissimum,
684 685 Omnes omissa sua ipsorum calamitate,
In unum jungebant clamosas precationes,
Pii in communibus malis navigatores :
Adeo condolebant ærumnis meis!
175 Tu vero tunc etiam fuisti, Christe, magnus mihi salvator,
Qui et nunc liberas me a sæculi fluctibus.
Cum enim nihil subesset bonæ spei,
Non insula, non continens, non montium juga,
Non fax, non astra, nautis viarum duces,
180 Non parvum quidquam magnumve in iis quæ cernuntur,
Quid comminiscor? et quis molestiarum exitus?
Desperans de omnibus infimis rebus, ad te respicio,
Vita mea, respiratio, lumen, robur, salus,
Terrens, percutiens, blandiens, sanans,
185 Benigna semper innectens contrariis.
Memorabam tibi antiqua omnia mirabilia,
Ex quibus maximam tuam manum prædicamus,
Per mare discissum gradientem Israelem,
Fusos manuum elatione hostes,
190 Ægyptios flagellis contritos,

165 *Ἡλλοτριούμην*. Mirum quod vir eximiæ pietatis, nondum suscepto baptismate, hujusmodi peregrinationem adorsus fuerit : neque minus mirandum, quod ad undam maris non confugerit, ut labes primigenia deleretur

179 *Πυρσός*. Vat. *πύργος*, *turris*. Mox *σκοποί* Edit. ad marg. *σημεῖα*, *signa*.

METRICA VERSIO.

Exasperabat, idque per multos dies.
Nec jam liquebat tenderet quonam ratis,
Nec se salutis ulla pandebat via.
Communis autem cæteros cum mors gravi
Pavore quateret, tecta me tamen acrius
Terrebat. Undis nam miser tum lustricis
Arcebar, undas ob peremptrices maris.
Lacrymas ciebat hoc mihi, luctum et gravem.
Hinc clamitabam squalidus, tendens manus,
Maris strepentes fluctibus sublimius;
Luctis jacebam vestibus pronus solo.
Quod vixque credas, est tamen plenum fide,
Nautarum omissis quisque propriis cladibus,
Gemebunda votis vota jungebat meis,
Pietate ductus in malis communibus.
Tantus tenebat hos meo ex casu dolor!

B Tum mihi fuisti, Christe mi, dulcis salus,
Qui me procellis nunc quoque ævi liberas.
Nam cum bonæ nil jam spei reliquum foret,
Non insulæ, non terra, non juga montium,
Non fax, nec ullum sidus ostendens iter,
Nil denique ex his omnibus, quæ cernimus,
Quid comminiscor? et mali quinam exitus?
Diffisus imis omnibus rebus, Deus,
Te specto, vita, lux, salus, robur meum,
Qui nunc minaris, aut feris, nunc blandiens
Sanas, molestis inserens lætas vices,
Miraculorum et omnium te submonens,
Tua dextra nobis queis potens sese indicat,
Scissum per æquor ducitur dum plebs tua,
Manibusque tensis in fugam hostis vertitur,
Phariamque flagrum multiplex gentem exterit,

Digitized by Google

Αὐτοῖς στρατάρχαις, τῆς κτίσεως δουλουμένης,
Σάλπιγξι τειχῶν καὶ δρόμῳ πορθουμένων.
Προσθείς τε τἀμὰ τοῖς πάλαι βοωμένοις·
Σὸς, εἶπον, εἰμὶ καὶ τοπρὶν καὶ νῦν ἔτι·
195 Σὺ δίς με λήψῃ, κτῆμα τῶν σοι τιμίων,
Γῆς καὶ θαλάσσης δῶρον, ἐξηγνισμένον
Εὐχῇ τε μητρὸς καὶ φόβοις ἐξαισίοις.
Σοὶ ζήσομ', εἰ φύγοιμι δισσὸν κίνδυνον.
Σὺ ζημιώσῃ λάτριν, εἰ προΐοιό με.
200 Καὶ νῦν μαθητὴς ἐν σάλῳ. Τίνασσέ μοι
Τὸν ὕπνον, ἢ πέζευε, καὶ στήτω φόβος.
Τοῦτ' εἶπον· ἡ δ' ἔληξε πνευμάτων στάσις,
Πίπτει δὲ πόντος, ἡ δὲ ναῦς εὐθύπλοος.
Καὶ τοῦτο δ' ἐστὶν ἐμπόρευμα τῆς ἐμῆς
205 Εὐχῆς. Τὸ γὰρ πλήρωμα τῆς νεὼς ἅπαν
Ἀπῆλθον εὐσεβοῦντες εἰς Χριστὸν μέγαν,

A Διπλῆν λαβόντες ἐκ Θεοῦ σωτηρίαν.
Ῥόδον δ' ὑπερβαλόντες, μικρὸν ὕστερον
Εἰς Αἰγινήτην δρμον (Αἰγιναία γὰρ
210 Ἡ ναῦς) πλέοντες οὖρια κατήραμεν.
Ἔπειτ' Ἀθῆναι, καὶ λόγοι. Τἀκεῖσε δὲ
Ἄλλοι λεγόντων, ὡς μὲν ἐν φόβῳ Θεοῦ
Ἀνεστράφημεν, πρῶτα τὰ πρῶτ' εἰδότων·
Ὡς δ' ἐν νέων ἀκμῇ τε καὶ φορᾷ θράσους
215 Ἄλλων σὺν ἄλλαις φρατρίαις οἰστρουμένων,
Οὕτω διεξήειμεν ἥσυχον βίον
(Πηγή τις, οἶμαι, πόντιος καθ' ὑδάτων
Γλυκεῖα πικρῶν, ὥσπερ οὖν πιστεύεται),
Οὔθ' ἑλκόμενοι πρὸς τῶν φερόντων εἰς βλάβην,
220 Ἕλκοντες αὐτοί τ' εἰς τὰ κρείσσω τοὺς ἄλλους.
Καὶ γάρ με καὶ τοῦτ' εὖ πεποιήκει θεὸς·
Συνῆψεν ἀνδρὶ τῷ σοφωτάτῳ φέρων,

Cum ipsis ducibus, creaturam in servitutem redactam,
Muros tubis et cursu vastatos.
Mea etiam addebam his quæ olim celebrata sunt.
« Tuus sum, aiebam, et antea et nunc quoque;
195 Tu bis me accipies, possessionem tibi pretiosissimam,
Terræ marisque donum, et matris
Prece, et gravissimis terroribus dedicatum.
Tibi vivam, si duplex effugero periculum.
Tu cultorem amittes, si me projicias.
200 Etiam nunc discipulus turbine agitatur. Excute ergo
Somnum, aut gradere, et stet metus. »
Hæc dixi, et cessavit ventorum furor,
Concidit pontus, ac navis recta navigat.
Atque illud etiam exstitit emolumentum meæ
205 Precis. Cœtus omnis, quem navis vehebat,
Pie in magnum Christum affectus abiit,
Duplicem a Deo accipiens salutem.
Rhodum autem prætergressi, paulo post
Ad Æginæum portum (Æginæa enim
210 Navis) secundis navigantes ventis appulimus.
Dehinc Athenæ et litteræ. Quid autem hic egerimus,
Loquantur alii; quomodo in timore Dei
686-687 Vixerimus, primi inter eos qui prima cognoscebant:
Quomodo in juventutis flore et audacie æstu,
215 Cum alii aliis sodalibus juncti insanirent,
Tranquillam illic vitam traduxerimus
(Ceu fons quidam, puto, marinus inter aquas
Amaras dulcis, ut vulgo creditur);
Neque ab aliis tracti, qui perniciem ferunt,
220 Sed ipsi potius trahentes amicos ad optima quæque.
Namque et hoc beneficium a Deo accepi:
Duxit me et conjunxit cum viro sapientissimo,

213 *Πρῶτα τὰ πρῶτ'*. Edit. ad marg. πρῶτα ὄντες ἤγουν πρόσχημα τῶν εἰδότων τὰ πρῶτα, ἤτοι τὰ Χριστιανῶν, *primi*, id est *præstantissimi* qui *prima noverant, doctrinam* scilicet *Christianam*

METRICA VERSIO.

Ducesque belli, conditas res servitus
Tenet, tubisque mœnia et cursu ruunt:
Addens et hisce mira, quæ in me feceras:
« Bis, inquiebam, sum tuus, nunc et prius;
Bis sumar abs te, non levis possessio,
Æquore dicatum munus et terra tibi,
Voto parentis, et metu gravissimo.
Duplex periculum, te colam, si fugero.
Sin me perire siveris, cultor tibi
Peribit. En me turbo discipulum tuum
Jactat. Soporem pelle, vel gradiens metum
Compesce. » Vix hæc dixeram, cum protinus
Cadunt procellæ, fertur in rectum ratis.
Accessit ohiter hoc meæ lucrum preci.
Nam quos vehebat hæc ratis, Christi ad fidem
Omnes remota conferunt sese mora,

Duplicem salutem cœlitus nacti ex Deo.
B Transnavigata mox Rhodo, non post diu
Ad Ægineum littus (hinc enim ratis
Erat) secundis flatibus pervenimus.
Dehinc Athenæ, ac litteræ. Hic quæ gessim
Exponat alter, ut Dei in sancto metu
Vixerimus, inter principes primi viros:
Juvenesque ut inter fervidos audacia,
Insanientes cum suis gregalibus,
Duxerimus illic nos dies placidissime
(Ceu flumen illud, ut ferunt, quod labitur
Salsum per æquor, nec trahit salsuginem);
Non obsequentes ad malum trahentibus,
Verum trahentes ad bonum charum gregem.
Mihi namque dederat insuper donum hoc
Me singularis junxerat sapientiæ

Μόνῳ βίον τε καὶ λόγον πάντων ἄνω.
Τίς οὗτος; ἢ γνώσεσθε ῥᾳδίως λίαν·
Βασίλειος ἦν, τὸ μέγ' ὄφελος τοῦ νῦν βίου.
Τοῦτον λόγου τε καὶ στέγης, καὶ σκεμμάτων
Κοινωνὸν εἶχον, εἴ τι δεῖ καὶ κομπάσαι,
Ξυνωρὶς ἦμεν οὐκ ἄσημος Ἑλλάδι.
Τὰ πάντα μὲν δὴ κοινά, καὶ ψυχὴ μία,
Δυοῖν δέουσα σωμάτων διάστασιν.
Ὅ δ' εἰς ἓν ἡμᾶς διαφερόντως ἤγαγε,
Τοῦτ' ἦν· Θεός τε καὶ πόθος τῶν κρεισσόνων.
Ἐξ οὗ γὰρ εἰς τοσοῦτο θάρσους ἤλθομεν,
Ὥστ' ἐκλαλῆσαι καὶ τὰ καρδίας βάθη,
Ἧλέον συνεσφίγχθημεν ἀλλήλοις πόθῳ.
Τὸ γὰρ ὁμόγνωμον πιστὸν εἰς συμφυΐαν.

Α Τί λοιπόν; ἡ πατρίς τε καὶ βίου τύποι.
Καὶ γὰρ πολὺς τέτριπτο τοῖς λόγοις χρόνος·
Ἤδη τριακοστόν μοι σχεδὸν τοῦτ' ἦν ἔτος.
Ἐνταῦθ' ἐπέγνων οἷον εἰς ἡμᾶς πόθον,
Οἵαν τε δόξαν εἶχον οἱ συμπαίστορες.
Παρῆν ὁ καιρὸς, καὶ παρῆν πολὺς πόνος.
Ἔδει περιπλοκῶν τε καὶ στυγνῶν λόγων
Τῶν ἐξοδίων, μνήμης τ' ἐμπυρευμάτων.
Τῷ μὲν βίᾳ τε καὶ μόγις, εἶξαν δ' ὅμως,
Εἰπόντι πολλὰς αἰτίας τῆς ἐξόδου.
Ἐμοὶ δὲ καὶ νῦν προτρέχει τὸ δάκρυον
Τῆς τηνικαῦτα συγχύσεως μεμνημένῳ.
Πάντες περιστάντες με σὺν πολλῷ τάχει,
Ξένοι, συνήθεις, ἡλικες, διδάσκαλοι,

Qui unus et vita et eloquio superemineba omnes.
Quis ille? certe perfacile cognoscetis.
Basilius erat, ævi nostri magnum adjumentum.
Hunc et litterarum, et tecti, et consiliorum
Socium habebam, ac si quid gloriari decet,
Par quoddam eramus, non obscurum in Græcia.
Communia erant omnia : mens una
Duorum colligans corporum discrepantiam.
Quod autem nos in unum præcipue conjunxit,
Illud erat : Deus, et rerum præstantiorum amor.
Ex quo enim ad tantam fiduciam pervenimus,
Ut etiam eloqueremur cordis abdita,
Arctiore inter nos amore constricti sumus.
Est enim studiorum consensio ad conglutinationem.
Quid supererat? Patria et vitæ institutum.
Jam enim multum temporis in litteris contritum erat :
Jam fere trigesimum annum attigeram.
Illic agnovi, quantum in nos amorem,
Quantamque de nobis opinionem haberent condiscipuli.
Aderat tempus, aderat magnus labor.
Opus erat complexibus ac tristibus verbis,
Ad valedicendum idoneis, ac recordationis incitamentis.
Ac Basilio quidem vix ac ne vix quidem, sed tamen cedunt,
Cum multas discessus causas proferret.
Mihi vero etiam nunc fluunt lacrymæ,
Cum recordor turbationis, quæ tunc accidit.
Omnes cingunt me ex improviso,
Ignoti, familiares, æquales, magistri,

223 *Βίον τε καὶ λόγον*. Vat. βίῳ τε καὶ λόγῳ.
225 *Βασίλειος ἦν, τό*. Edit. male Βασιλέως. Benedictini senserant delenda esse hæc verba ἦν τό, quibus deletis, non stat, sed deficit metrum, quod omnino valet illis merito retentis. Nam primus pes duas syllabas habet breves longæ præmissas, secundus longam brevi subjectam, tertius tres breves, quartus iambum, quintus spondæum, et sextus, ut requiritur, iambum alterum. Ut admitteretur autem Maurinorum opinio, supponendum esset secundam Βασιλέως syllabam esse longam, et primam ὄφελος pariter producendam esse, cum utraque brevis sit. (CAILLAU).
235 *Συνεσφίγχθημεν*. Coisl. συνεσφίγγημεν.
237 *Ἡ πατρίς*. *Tempus jam erat, ut nos in patriam reverteremur, ac certum nobis vitæ genus constitueremus*. BILL.
241 *Οἵαν τε δόξαν*. Vat. οἵας τε δόξας.
244 *Μνήμης τ'*. Ita Coisl. Edit. οἱ μνῆστις — Sic Benedictini, sed non satis bene, cum metrum prorsus deficiat, sexto pede iambum non habente. (CAILLAU).

METRICA VERSIO.

Viro, anteibat quique vita et litteris
Omnes. Quis iste? Notum erit vobis brevi.
Basilius, ævi maximum nostri bonum.
Hic litterarum socius et tecti mihi
Erat. Utque paulum glorier, siquidem hoc licet,
Par quoddam eramus splendidum Græcos apud.
Nil proprium utrique, cuncta sed communia :
Nobis ligabat una mens corpus duplex.
Nil nos at æque junxit, ut cultus Dei,
Præstantiorum fervida et cupiditas.
Huc namque postquam venimus fiduciæ,
Ut ima cordis alteri alter proderet,
Hinc firmiori vinculo nexi sumus.
Jam par voluntas arctius mentes ligat.

Β Quid jam supererat? Patria, et vitæ genus.
Nam tempus ingens fluxerat jam in litteris;
Triginta et annos pene tunc exegeram.
Hic, esset in nos quinam amor sodalium,
Opinioque, comperi certa fide.
Aderat dies jam, magnus et labor simul :
Amplexibusque, tristibusque in exitu
Verbis opus erat, queis amor flammas capit.
Socio quidem cessere, nolentes licet,
Multa afferenti, cogerent quæ excedere.
At mihi etiamnum lacrymæ ex oculis fluunt,
Turbationis illius dum sum memor,
Namque universa me cohors æqualium
Cingens, magistri, cogniti, ignoti mihi,

Digitized by Google

Ὅρκοις, ὀδυρμοῖς, καί τι μιγνύντες βίας
(Τὸ γὰρ φιλεῖν ἔπειθε τολμᾷν καὶ τόδε),
Ἀπρὶξ κατεῖχον· μηδ', ἂν εἰ γένοιτό τι,
Πέμψειν λέγοντες ἔνθεν· οὐδὲ γὰρ πρέπον
Ἡμῶν Ἀθήνας ἐκπεσεῖν τὰς τιμίας,
Ὡς δὴ λόγων δώσοντες ἐκ ψήφου κράτος·
Ἕως ἐκαμψαν (καὶ γὰρ ἦν δρυὸς μόνης
Ῥήμασι τοσούτοις ἀντιδῆναι καὶ λόγοις),
Οὐ μὴν τελείως· καὶ γὰρ ἀνθεῖλκεν πατρίς,
Πίστει κρατοῦσα τῶν ὑφ' ἥλιον σχεδόν,
Ἐν ᾗ φιλοσοφεῖν τῶν καλῶν ἐφαίνετο,
Γονεῖς τε γῆρᾳ καὶ χρόνῳ κεκμηκότες.
Ἔτ' οὖν Ἀθήναις μικρὸν ἐμμείνας χρόνον
Ἐκλεψα μικροῦ λάθρα τὴν ἐκδημίαν·
Ἦλθον· λόγους ἔδειξα, τήν τινων νόσον
Ἔπλησ' ἀπαιτούντων με τοῦθ', ὥς τι χρέος.
Οὐ γὰρ κρότων ἔμοιγε καὶ ψόφων λόγος,
Οὐδὲ βλακευμάτων τε καὶ λυγισμάτων,
Οἷς οἱ σοφοὶ χαίρουσιν ἐν πλήθει νέων.
Πρῶτον δὲ τοῦτο φιλοσοφῆσαι προυθέμην,
Ῥῖψαι Θεῷ καὶ τἄλλα, καὶ πόνους λόγων,
Ὡς οἱ παρέντες μηλοβότους τὰς οὐσίας,
Ἢ χρυσὸν ἀθροίσαντες εἰς ἅλμης βυθούς.
Ἀλλ' ὥσπερ εἶπον, τοῖς φίλοις ὠρχησάμην.
Ταῦτ' ἦν ἀγώνων ὥσπερ ἐγγυμνάσματα,
Ἢ καὶ προτέλεια μειζόνων μυστηρίων.
Ἔδει δὲ λοιπὸν ἀνδρικῶν βουλευμάτων.
Ἔνδον καθίζω τῶν φίλων κριτήριον,

688 689 Adjurant, lamentantur, vis etiam aliquid admiscent
(Amor enim suadebat, ut id etiam auderent),
Violenter detinent; nec quidquid acciderit,
Inde dimissuros dicunt; neque enim decere
255 Ut mei damnum faciant venerabiles Athenæ,
Cui litterarum principatum suffragio suo delaturi sunt;
Tandem inflectunt me (sola enim quercus
Talibus lamentis restitisset et verbis);
Non tamen plene: retrahebat enim patria,
260 Fide omnium, quæ sub sole sunt, pene princeps,
In qua philosophari præclarum videbatur,
Tunc etiam parentes senectute et annis ingravescentes.
Cum igitur Athenis brevi adhuc tempore mansissem,
Profectionem suffuratus sum pene clam:
265 Veni: eloquii specimen dedi, nonnullorum morbo
Obsecutus sum, qui id a me, veluti debitum quoddam, repetebant.
Non enim plausus et strepitus curabam,
Nec molles et contortas declamationes
Quibus gaudent sophistæ in juvenum cœtibus.
270 Illud enim philosophari ab initio statueram,
Ut Deo projicerem, et alia omnia, et facundiæ labores,
Velut qui agros pecudibus pascendos reliquerunt,
Vel aurum congesserunt in maris profundum.
Sed, ut dixi, amicis saltavi.
275 Hæc certaminum veluti præludia fuerunt,
Aut prævia initiatio majoribus mysteriis.
Opus erat deinceps virilibus consiliis.
Intus amicos in consilium voco,

254 *Πέμψειν*. Vat. πέμπειν.

255 *Ἡμῶν Ἀθήνας ἐκπεσεῖν, ut nos amitterent Athenæ, nobis destituerentur.*

256 *Κράτος*. *Litterarum principatum Gregorio offerunt, non tantum ut eloquentiam doceat, sed ut etiam inter eos quasi princeps sedeat.*

265 *Τὴν τινων νόσον*. Sic appellat nonnullorum cupiditatem, qui ejus gloriæ studiosi hoc ab eo postulabant, ut in patriam reversus publicum aliquod doctrinæ suæ ac facundiæ specimen ederet.

272 *Μηλοβότους τὰς οὐσίας*. Ita edit. Coisl. male sustulit, τάς, qua sublata voce metrum prorsus deficit, quanquam in contrarium senserint Benedictini, cum verbum μηλοβότους secundam et tertiam syllabam breves habeat. Vide quid infra pag. 692 dicimus de anapæsto in quarto pede (Caillau). — Alludit ad Cratetem, qui opes suas pecoribus pascendas reliquit, libenterque suam pecuniam in mare projecit. Vide supra, lib. I, sect. 2, carm. X, vers. 229 et 240.

274 *Ὠρχησάμην*. Edit. ad marg. πέπαιγα ἢ σπουδῇ, *lusi parumper*.

275 *Ταῦτ'*. Vat. τοῦτ'.

276 *Προτέλεια*. Ita Vat. et Coisl. Edit. προπύλαια, *propylæa*.

METRICA VERSIO.

Precibus, querelis, vi quoque admista simul
(Suadebat id amor), mordicus me detinent,
Atque exeundi mihi potestatem negant,
Neque enim decere dictitant nos perdere
Doctas Athenas, ac simul facundiæ
Mihi principatum calculis spondent suis.
Quid multa? Flector (sola nam tot lacrymis
Verbisque quercus restitisset); nec tamen
Omnino. Nam me patrium contra solum
Trahebat, omnes eminens gentes fide,
Pulchrum ubi putabam me piis studiis dare,
Annisque uterque fractus et senio parens.
Quocirca Athenis immoratus paululum,
Subduco furtim pene me, ac repeto domum,
Facundiæque do specimen, his obsequens,
Hoc qui exigebant, debitum quoddam velut.
Nam nulla cura me tenebat plausuum,
Nec garriendi molliter cupiditas,
Juvenum in catervis quæ sophistas afficit.
Atque institutum est hoc mihi primum, Deo,
Ut quævis alia, sic studia facundiæ
Projicere, ut agros pecudibus quidem suos
Liquere, ab aliis sunt opes jactæ in mare.
Ast hoc amicis, ut prius dixi, dabam.
Prælusiones seriæ pugnæ hæc erant,
Atque altiora limen ad mysteria.
Consilia digna posceret cum jam viro
Ætas, amicos consulo, mentis meæ

Digitized by Google

Ἐμῶν λογισμῶν γνησίων παραινετῶν.
Στρόμβος κατεῖχε τὴν ἐμὴν δεινὸς φρένα,
Τὸ κρεῖσσον ἐκζητοῦντος ἐν τοῖς κρείσσοσι.
Τὸ μὲν τὰ σαρκὸς εἰς βυθοὺς ῥῖψαι, πάλαι
Δεδογμένον τ' ἦν, καὶ τότ' ἤρεσκε πλέον.
Αὐτῶν δέ μοι σκοποῦντι τῶν θείων ὁδῶν
Οὐ ῥᾷστον εὑρεῖν τὴν ἀμείνω καὶ λῴαν.
Ἄλλων γὰρ εἵνεκ' ἄλλο καλὸν ἢ κακὸν
Ἐφαίνεθ', ὥσπερ πολλαχοῦ τῶν πρακτέων.
Τοιοῦτο τοὐμὸν, ὡς τινι προσεικάσαι·
Μακράν τιν' οἷον ἐννοῶν ἐκδημίαν·
Πλοῦν μὲν πεφεύγειν, καὶ πόνους θαλασσίους,
Ὁδὸν δὲ ἀνίχνευον ἥ τις εὐπορωτέρα.
Ἠλίαν εἶχον ἐν λόγῳ τὸν Θεσβίτην,
Καὶ τὸν μέγαν Κάρμηλον, ἢ ξένην τροφὴν,

A Τοῦ Πρωδρόμου τὸ κτῆμα τὴν ἐρημίαν,
Πηΐδων Ἰωναδὰβ τὸν ἄσκευον βίον·
Θείων τε Βίβλων αὖθις ἐκράτει πόθος,
Καὶ Πνεύματος φῶς ἐν Λόγου θεωρίᾳ,
Πρᾶγμ' οὐκ ἐρήμης ἔργον, οὐδ' ἡσυχίας·
Ἕως ἐπ' ἄμφω πολλάκις μετακλιθεὶς,
Τέλος διαιτῶ τοῖς πόθοις τοῦτον τρόπον,
Καὶ τὴν πλάνην ἔστησα τοῦ νοῦ μετρίως.
Ὁρῶν γὰρ οὓς μὲν πρακτικὸς τέρπει βίος,
Ἄλλοις μὲν ὄντας χρησίμους τῶν ἐν μέσῳ,
Αὐτοῖς δ' ἀχρήστους καὶ κακοῖς στροβουμένους,
Ἐξ ὧν τὸ λεῖον ἦθος ἐκκυμαίνεται·
Τοὺς δ' ἐκτὸς ὄντας εὐσταθεῖς μέν πως πλέον,
Καὶ πρὸς Θεὸν βλέποντας ἡσύχῳ νοΐ,
Αὐτοῖς μόνοις δὲ χρησίμους φίλτρῳ στενῷ,

Mearum cogitationum sinceros monitores.
Detinebat autem meam mentem vehemens turbo,
Cum inter ea quæ præstantiora sunt, id quod præstantius est, quærerem.
Ac ea quidem, quæ carnis sunt, in profundum projicere,
Dudum statutum erat, tuncque placebat magis.
Consideranti autem mihi ipsas vias, quæ ad Deum ducunt,
Quænam melior sit et plana, non facile erat invenire.
Aliud enim, aliorum habita ratione, bonum aut malum
Videbatur, ut sæpe fit, ubi quid agendum est.
Res meæ, ut eas alicui assimilem exemplo, sic se habebant :
690-691 Longam veluti quamdam peregrinationem meditabar;
Navigationem quidem effugeram et maris labores,
Sed vestigabam quænam expeditior esset via.
Magni faciebam Elian Thesbiten,
Ac inclytum Carmelum, et cibum insolitum,
Desertum Præcursoris possessionem,
Filiorum Jonadab vitam sine apparatu;
Sed me rursus tenebat sacrorum Librorum amor,
Ac Spiritus lumen in consideranda Scriptura,
Res cum deserto et quiete non conveniens :
Donec in utramque partem sæpe delatus,
Tandem inter desideria mea sic litem dirimo,
Satisque mentis agitationem cohibui.
Videns enim quos actuosa delectat vita,
Eos aliis quidem utiles esse, his nempe qui in sæculo vivunt,
Sibi autem inutiles, ac malis agitari,
Ex quibus placidi mores concutiuntur :
Eos autem qui vale sæculo dixerunt, stabiliores quidem esse,
Ac in Deum placida mente respicere,
At sibi solis prodesse angusta charitate,

297 *Ἐν Λόγου θεωρίᾳ. In doctrinæ fideique contemplatione, erudita Scripturarum contemplatione.* Combef.

298 *Πρᾶγμ'*. Gregorium et Basilium in solitudine Scripturarum studio incubuisse constat : de contentioso igitur studio Scripturarum censendus est loqui Gregorius, cum ait, rem esse quæ cum deserto non conveniat.

308 *Φίλτρῳ στενῷ. Angusta charitate, nulla scilicet aliorum, sed sui tantum cura occupati.*

METRICA VERSIO.

Agitationum queis fruor monitoribus.
Animum premebat nam gravis turbo meum,
Dum quæro primas in bonis quidnam ferat.
Ac jam quidem pridem steterat, haud me dare
Carni : placebat idque tum multo magis.
Ac cogitanti de viis gratis Deo,
Præstantiorem non erat promptum mihi
Reperire. Namque, rebus in multis velut,
Aliquid habebant commodi atque incommodi
Ambæ; utque nostrum comparem cuidam rei
Statum, volutans mente iter longissimum,
Maris labores providus defugeram;
Scrutabar autem prouior quænam via
Esset. Subibat Elias menti meæ,
Carmelus ejus, et novum victus genus,

B Et solitudo; Prodromi dulces opes,
Ac vita simplex filiorum Jonadab.
Contra sacrorum me sitis Voluminum
Trahebat, hincque prodiens lux Spiritus :
Ad quod profecto sola non quadrant loca.
Utramque porro flexus in partem diu,
Hoc ipse litem transigo tandem modo,
Animique fluctus comprimo. Namque hos videns,
Rebus gerendis quos juvat se addicere,
Aliis quidem esse commodos, non at sibi,
Versentur ut qui gravibus in tumultibus,
Mentis quietem qui, velut fluctus, movent :
At qui foris sunt, hos quidem tranquillius
Vivere, Deumque mente placida cernere,
Ast esse solis utiles sibi, asperam

Digitized by Google

Καὶ ζῶντας ἐξαλλόν τε καὶ τραχὺν βίον,
Μέσην τιν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ σύννουν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων.
Προσῆν δὲ μεῖζον καὶ χάρις τῶν τιμίων,
Λέγω δὲ τοὺς φύσαντας, οἷς ὑπόχρεως.
Τούτων τὸ γῆρας (καὶ γὰρ εὐσεβέστατον,
Γονεῦσι πρώτην ἐκ Θεοῦ τιμὴν νέμειν,
Ἐξ ὧν ὑπάρχει καὶ τὸ γινώσκειν Θεόν)
Ἐθαλπον, ἐστήριζον ἐκ παντὸς σθένους·
Ἐχειραγώγουν, ὡς ἐμαυτῷ δεξιόν
Θεῖναι τὸ γῆρας, γῆρας ἱλεούμενος.
Θερίζομεν γὰρ οἷά περ καὶ σπείρομεν.
Τοῦτ' ἦν μέρος μοι φιλοσόφου παιδεύσεως,
Τὸ μὴ δοκεῖν τὸν πρῶτον ἐκπονεῖν βίον,
Εἶναι δὲ μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, Θεῷ φίλον·

A Στέργειν μὲν οὖν δεῖν ᾠόμην καὶ πρακτικούς,
Ὅσοι λελόγχασ' ἐκ Θεοῦ τιμήν τινα,
Λαοὺς ἄγοντες ἐνθέοις τελέσμασι.
Πλείων δ' ἔμ' εἶχε τῶν μοναστικῶν πόθος,
Καί περ δοκοῦντα συντετάχθαι πλείοσι·
Τρόπων γὰρ εἶναι τὴν μονὴν, οὐ σωμάτων.
Τὸ βῆμα δ' ἦν μοι σεπτὸν, ἀλλ' ἐστηκότι
Πόρρωθεν, ὡς φῶς ἡλίου τῶν ὄψεων
Ταῖς ἀσθενούσαις. Πάντ' ἂν ἠλπισα πλέον
Ἢ τοῦτο δέξασθ', ἐν πολλαῖς στροφαῖς βίου.
Μηδὲν μέγ' εἴπῃς συντόμως, ἄνθρωπος ὤν.
Ἀεὶ κολούει τὰς ἐπάρσεις ὁ φθόνος.
Μηδὲν λάβῃς ἔξωθεν, τάμὰ δὲ σκόπει.
Οὕτω φρονοῦντι δεινὸς ἐμπίπτει κλόνος
Ὁ γὰρ πατήρ με, καί περ ἀκριβέστατα

Vitamque insolitam et asperam traducere,
Mediam inter utrosque viam ineo,
Meditari ut hi, prodesse ut illi, statuens.
Huc accedebat majus quidpiam, gratia hominum venerabilium,
Eos dico qui me genuerant, et quibus debitor eram.
Illorum senectutem (id enim maxime pium est
Parentibus primum honorem, ex Dei præscripto, deferre,
Per quos illud etiam contigit, ut nosceremus Deum),
Horum, inquam, senium fovebam, firmabam totis viribus:
Manu ducebam, ut mihi prosperam
Pararem senectutem, dum me senectutis miseret.
Talia enim metimus, qualia seminavimus.
Hæc pars erat philosophiæ meæ,
Non videri primariæ vitæ labores exantlare,
Magisque esse, quam videri, Deo amicum:
Diligendos quidem putabam etiam actuosos,
Quotquot a Deo honorem aliquem sortiti
Populos regunt divinis mysteriis.
Sed major me tenebat vitæ monasticæ amor,
Quamvis viderer inter multos versari;
Morum enim esse monasticam vitam, non corporum.
Thronus autem episcopalis erat mihi venerabilis
Procul, velut solis lux oculis
Infirmioribus. Quidvis potius speravi
In variis vitæ vicissitudinibus, quam id me accepturum.
Nihil magni asseras temere, cum homo sis.
Ea semper deprimit invidia, quæ alte assurgunt.
Ne aliunde exempla sumas, sed mea spectes.
Ita sentienti gravis incidit tempestas.
Meus pater, quamvis accuratissime

310 *Μιγάδων*. Ita edit. in marg. Male in textu μιγάδων.

315 *Ἐκ Θεοῦ. Ex Dei præscripto.* Ita Benedictini, qui forsan melius cum Billio vertissent *primum post Deum.* (CAILLAU)

321 *Παιδεύσεως*. Ita Vat. et edit. in marg. Male in textu παιδεύσεων.

322 *Πρῶτον ἐκπονεῖν βίον. Hoc primum mihi curæ ac studio fuit, ut quamvis τῶν ἀσκητῶν, hoc est eorum, qui totos sese ad Dei cultum contulerunt, more viverem, operam darem, ne quisquam hoc sciret, solo nimirum Deo contentus.* BILL.

METRICA VERSIO.

Vitamque, nimis et segregem traducere:
Media inter illos hosque procedo via,
Meditans ut isti, commodum illorum æmulans.
Suberatque, causa gravior, ut parentibus
Cultum exhiberem, non piger, quem debeo.
Horum senectam (nam quid est magis pium,
Quam primum honorem post Deum satoribus
Præbere, per quos nos quoque Deum noscimus?)
Meis fovebam sedulus pro viribus.
Hanc fulciebam, commodum ut mihi redderem
Senium, senectam languidam ipsorum fovens.
Nam quale semen, talis est messis quoque.
Vitæque sanctæ pars erat res hæc mihi,
Ut ne viderer principem vitam sequi,
Potius sed essem, quam viderer, Numini

B Gratus. Colendos ac quidem rebar quoque
Rebus gerendis deditos, quique ex Deo
Honorem adepti sacra per mysteria
Plebem gubernant: attamen monachos magis
Exosculabar, pluribus mistus licet.
Nam vita monachum, non locus solus, facit.
Augusta quædam res erat sacer mihi
Thronus, remoto sed procul, Phœbi ut jubar
Luminibus ægris. Omnia putabam prius
Fore, quam tot ævi sumerem hunc in fluctibus
Magni loquare nil levis, cum sis homo.
Semper superbos improbus livor premit.
Exempla longe ne petas: me conspice.
Sic sentientem turbo me sævus rapit.
Nam genitor, etsi mens ei notissima

Digitized by Google

Γνώμην γινώσκων τὴν ἐμὴν, οὐκ οἶδ' ὅθεν,
340 Ἴσως δὲ φίλτρῳ πατρικῷ κινούμενος
(Δεινὸν δὲ φίλτρον ἐστὶ σύν γ' ἐξουσίᾳ),
Ὡς ἂν κατάσχοι ταῖς πέδαις τοῦ Πνεύματος,
Ὧν τ' εἶχε τιμήσειε τοῖς ἀμείνοσι,
Κάμπτει βιαίως εἰς θρόνων τοὺς δευτέρους.
345 Οὕτω μὲν οὖν ἤλγησα τῇ τυραννίδι
(Οὔπω γὰρ ἄλλως τοῦτο καλεῖν ἰσχύω,
Καί μοι τὸ θεῖον Πνεῦμα συγγινωσκέτω
Οὕτως ἔχοντι), ὥστε πάντων ἀθρόως,
Φίλων, φυσάντων, πατρίδος, γένους λυθεὶς,
350 Ὡς οἱ μύωπι τῶν βοῶν πεπληγότες,
Εἰς Πόντον ἦλθον, τῆς ἀνίας φάρμακον
Θήσων ἐμαυτῷ τῶν φίλων τὸν ἔνθεον.
Ἐκεῖ γὰρ ἦσκει τὴν Θεοῦ συνουσίαν

A Νέφει καλυφθεὶς, ὡς σοφῶν τις τῶν πάλαι·
355 Βασίλειος οὗτος ἦν, ὁ νῦν μετ' ἀγγέλων.
Τούτῳ τὸ λυποῦν ἐξεμάλθασσον φρενός.
Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν γήρᾳ τε κάμνων καὶ πόθῳ
Ἐδεῖτο πολλὰ παιδὸς ὁ χρηστὸς πατὴρ,
Τιμὴν παρασχεῖν ταῖς τελευταίαις πνοαῖς,
360 Ἐμοὶ δ' ἔπεσσεν ὁ χρόνος τὴν συμφορὰν,
Ὡς μήποτ' ἐχρῆν, αὖθις ἐς βυθὸν τρέχω,
Δείσας στεναγμὸν πατρικῶν κινημάτων,
Μή μοι τὸ φίλτρον εἰς κατάραν ἐκπέσῃ·
Τοιοῦτόν ἐστιν ἁπλότης ὠργισμένη.
365 Μικρὸν μέσον τι, καὶ πάλιν τρικυμία,
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον ἀγριωτέρα.
Οὐδὲν δὲ χεῖρον πάντα γνωρίσαι φίλοις.
Ἀρχήν τιν' ἔπραττ' οὐμὸς ἀδελφὸς κοσμικήν·

Sententiam meam nosceret, nescio unde,
340 At forte, paterno amore permotus
(Magnam enim habet vim amor cum potestate conjunctus),
Ut me constringeret vinculis Spiritus,
Et quod habebat præstantius, eo me decoraret,
Incurvat violenter, ut secundas sedes teneam.
345 Tantus ergo dolor mihi inustus tyrannide
(Nondum enim alio nomine hoc appellare possum,
Mihique Spiritus divinus ignoscat
Sic affecto), ut omnibus subito
Amicis, parentibus, patria, cognatis solutus,
350 Velut boves asili spiculo puncti,
In Pontum venerim, mœroris remedium
Conciliaturus mihi, amicum Deo plenum.
Illic enim exercebat contubernium cum Deo,
Nube coopertus, ut antiquus ille sapiens:
355 Basilius is erat, qui nunc cum angelis est.
Per hunc molestiam animi deliniebam.
Sed cum senio laborans et desiderio mei,
Multa cum prece rogaret filium optimus parens,
Ut honorem exhiberem extremis halitibus,
360 Cumque mihi tempus calamitatem coqueret,
Quod quidem nunquam oportuisset, rursus in profundum curro,
Veritus gemitum paternæ commotionis,
Ne mihi amor in maledictionem excideret;
Ejusmodi est simplicitas ira percita.
365 Paulum effluxit temporis, et rursum tempestas,
Quæ quanto acerbior fuerit, non facile dictu est.
694-695 Sed nihil nocebit omnia amicis enarrare.
Munus quoddam exercebat frater meus sæculare,

346 *Τοῦτο καλεῖν*. Ita Vat. Edit. τοῦτ' ὀνομάζειν, sed male, quia metrum deficit. — Sic Benedictini, qui mendum alio mendo correxisse videntur, cum prior verbi καλεῖν syllaba brevis sit: nisi forte tres syllabas in hoc verbo admiserint dividendo ultimam diphthongam. Forte melius servaretur lectio editorum, cum anapæstum iambis non prorsus repugnare etiam in sedibus legitimis notaverim. Scal. et Arnal. p. 176, ut videre est apud Morell. *Thesaur.* pag. 9, sect. 4, not. υ. Forte melius τοῦτό γε καλεῖν. (Caillau).

354 *Σοφῶν τις τῶν πάλαι. Moyses.*

362 *Κινημάτων*. Edit. ad marg. μνιμάτων, *indignationis*.

METRICA VERSIO.

Mea esset, unde motus haud equidem scio,
Amor paternus forsan hunc induxerat
(Amor at, potestas cui comes, vim maximam
Habet), ut catenis Spiritus me astringeret,
Daretque honores, quos habebat maximos,
Per vim secundis collocat me in sedibus.
Quæ mihi tyrannis tam gravis menti fuit
(Hanc rem vocare non enim possum secus:
Ignoscat autem sancta Mens, quæso, id mihi),
Ut mox sodales, mox parentes et meos,
Mox et propinquos deserens, patrium et larem,
Ut sævo asili spiculo puncti boves,
In Pontum abirem, pellerem ut curas graves,
Luctusque, amici melleo amplexu fruens:
Degebat illic maximo qui cum Deo,

B Moses ut olim, nube sub densa latens.
Erat hic Basilius, qui modo inter angelos
Vivit: levabat tædium hic mentis meæ.
At cum senecta quassus, et cupidine
Nostri, rogaret me parens obnixius,
Ut me propinqui jam neci miseresceret,
Ac coctus esset jam meus tandem dolor,
Quod contigisse haud debuit, rursum in mare
Feror, parentis anxios gemitus timens,
Amoris in me ne loco diras preces
Conciperet, ut fit, cum furit benignitas
Contempta. Paulo post caput rursus nova
Procella multo sævior nostrum petit.
Hanc quin amicis indicem, nihil vetat.
Munus gerebat publicum quoddam meus

Digitized by Google

Καὶ ζῶντας ἐξαλλόν τε καὶ τραχὺν βίον,
Μέσην τίν' ἦλθον ἀζύγων καὶ μιγάδων,
Τῶν μὲν τὸ σύννουν, τῶν δὲ τὸ χρηστὸν φέρων.
Προσῆν δὲ μεῖζον καὶ χάρις τῶν τιμίων,
Λέγω δὲ τοὺς φύσαντας, οἷς ὑπόχρεως.
Τούτων τὸ γῆρας (καὶ γὰρ εὐσεβέστατον,
Γονεῦσι πρώτην ἐκ Θεοῦ τιμὴν νέμειν,
Ἐξ ὧν ὑπάρχει καὶ τὸ γινώσκειν Θεόν)
Ἐθαλπον, ἐστήριζον ἐκ παντὸς σθένους·
Ἐχειραγώγουν, ὡς ἐμαυτῷ δεξιόν
Θεῖναι τὸ γῆρας, γῆρας ἱλεούμενος.
Θερίζομεν γὰρ οἷά περ καὶ σπείρομεν.
Τοῦτ' ἦν μέρος μοι φιλοσόφου παιδεύσεως,
Τὸ μὴ δοκεῖν τὸν πρῶτον ἐκπονεῖν βίον,
Εἶναι δὲ μᾶλλον, ἢ δοκεῖν, Θεῷ φίλον·

A Στέργειν μὲν οὖν δεῖν ὠόμην καὶ πρακτικούς,
Ὅσοι λελόγχασ' ἐκ Θεοῦ τιμήν τινα,
Λαοὺς ἄγοντες ἐνθέοις τελέσμασι.
Πλείων δ' ἔμ' εἶχε τῶν μοναστικῶν πόθος,
Καὶ περ δοκοῦντα συντετάχθαι πλείοσι·
Τρόπων γὰρ εἶναι τὴν μονὴν, οὐ σωμάτων.
Τὸ βῆμα δ' ἦν μοι σεπτὸν, ἀλλ' ἐστηκότι
Πόρρωθεν, ὡς φῶς ἡλίου τῶν ὄψεων
Ταῖς ἀσθενούσαις. Πάντ' ἂν ἠλπισα πλέον
Ἢ τοῦτο δέξασθ', ἐν πολλαῖς στροφαῖς βίου.
Μηδὲν μέγ' εἴπῃς συντόμως, ἄνθρωπος ὤν.
Ἀεὶ κολούει τὰς ἐπάρσεις ὁ φθόνος.
Μηδὲν λάθῃς ἔξωθεν, τὰμὰ δὲ σκόπει.
Οὕτω φρονοῦντι δεινὸς ἐμπίπτει κλόνος
Ὁ γὰρ πατήρ με, καί περ ἀκριβέστατα

Vitamque insolitam et asperam traducere,
Mediam inter utrosque viam ineo,
Meditari ut hi, prodesse ut illi, statuens.
Huc accedebat majus quidpiam, gratia hominum venerabilium,
Eos dico qui me genuerant, et quibus debitor eram.
Illorum senectutem (id enim maxime pium est
Parentibus primum honorem, ex Dei præscripto, deferre,
Per quos illud etiam contigit, ut nosceremus Deum),
Horum, inquam, senium fovebam, firmabam totis viribus :
Manu ducebam, ut mihi prosperam
Pararem senectutem, dum me senectutis miseret.
Talia enim metimus, qualia seminavimus.
Hæc pars erat philosophiæ meæ,
Non videri primariæ vitæ labores exantlare,
Magisque esse, quam videri, Deo amicum :
Diligendos quidem putabam etiam actuosos,
Quotquot a Deo honorem aliquem sortiti
Populos regunt divinis mysteriis.
692-693 Sed major me tenebat vitæ monasticæ amor,
Quamvis viderer inter multos versari ;
Morum enim esse monasticam vitam, non corporum.
Thronus autem episcopalis erat mihi venerabilis
Procul, velut solis lux oculis
Infirmioribus. Quidvis potius speravi
In variis vitæ vicissitudinibus, quam id me accepturum.
Nihil magni asseras temere, cum homo sis.
Ea semper deprimit invidia, quæ alte assurgunt.
Ne aliunde exempla sumas, sed mea spectes.
Ita sentienti gravis incidit tempestas.
Meus pater, quamvis accuratissime

310 *Μιγάδων*. Ita edit. in marg. Male in textu μιγάδων.

315 *Ἐκ Θεοῦ. Ex Dei præscripto.* Ita Benedictini, qui forsan melius cum Billio vertissent *primum post Deum.* (CAILLAU)

321 *Παιδεύσεως*. Ita Vat. et edit. in marg. Male in textu παιδεύσεων.

322 *Πρῶτον ἐκπονεῖν βίον. Hoc primum mihi curæ ac studio fuit, ut quamvis τῶν ἀσκητῶν, hoc est eorum, qui totos sese ad Dei cultum contulerant, more virerem, operam darem, ne quisquam hoc me faceret, solo nimirum Deo contentus.* BILL.

METRICA VERSIO.

Vitamque, nimis et segregem traducere :
Media inter illos hosque procedo via,
Meditans ut isti, commodum illorum æmulans.
Suberatque, causa gravior, ut parentibus
Cultum exhiberem, non piger, quem debeo.
Horum senectam (nam quid est magis pium,
Quam primum honorem post Deum satoribus
Præbere, per quos nos quoque Deum noscimus?)
Meis fovebam sedulus pro viribus.
Hanc fulciebam, commodum ut mihi redderem
Senium, senectam languidam ipsorum fovens.
Nam quale semen, talis est messis quoque.
Vitæque sanctæ pars erat res hæc mihi,
Ut ne viderer principem vitam sequi,
Petius sed essem, quam viderer, Numini

B Gratus. Colendos ac quidem rebar quoque
Rebus gerendis deditos, quique ex Deo
Honorem adepti sacra per mysteria
Plebem gubernant : attamen monachos magis
Exosculabar, pluribus mistus licet.
Nam vita monachum, non locus solus, facit.
Augusta quædam res erat sacer mihi
Thronus, remoto sed procul, Phœbi ut jubar
Luminibus ægris. Omnia putabam prius
Fore, quam tot ævi sumerem hunc in fluctibus
Magni loquare nil levis, cum sis homo.
Semper superbos improbus livor premit.
Exempla longe ne petas : me conspice.
Sic sentientem turbo me sævus rapit.
Nam genitor, etsi mens ei notissima

Digitized by Google

Γνώμην γινώσκων τὴν ἐμὴν, οὐκ οἶδ' ὅθεν,
340 Ἴσως δὲ φίλτρῳ πατρικῷ κινούμενος
(Δεινὸν δὲ φίλτρον ἐστὶ σύν γ' ἐξουσίᾳ),
Ὡς ἂν κατάσχοι ταῖς πέδαις τοῦ Πνεύματος,
Ὧν τ' εἶχε τιμήσειε τοῖς ἀμείνοσι,
Κάμπτει βιαίως εἰς θρόνων τοὺς δευτέρους.
345 Οὕτω μὲν οὖν ἤλγησα τῇ τυραννίδι
(Οὔπω γὰρ ἄλλως τοῦτο καλεῖν ἰσχύω,
Καί μοι τὸ θεῖον Πνεῦμα συγγινωσκέτω
Οὕτως ἔχοντι), ὥστε πάντων ἀθρόως,
Φίλων, φυσάντων, πατρίδος, γένους λυθεὶς,
350 Ὡς οἱ μύωπι τῶν βοῶν πεπληγότες,
Εἰς Πόντον ἦλθον, τῆς ἀνίας φάρμακον
Θήσων ἐμαυτῷ τῶν φίλων τὸν ἔνθεον.
Ἐκεῖ γὰρ ἦσκει τὴν Θεοῦ συνουσίαν

A Νέφει καλυφθεὶς, ὡς σοφῶν τις τῶν πάλαι·
355 Βασίλειος οὗτος ἦν, ὁ νῦν μετ' ἀγγέλων.
Τούτῳ τὸ λυποῦν ἐξεμάλθασσον φρενός.
Ἐπεὶ δ' ὁ μὲν γήρᾳ τε κάμνων καὶ πόθῳ
Ἐδεῖτο πολλὰ παιδὸς ὁ χρηστὸς πατὴρ,
Τιμὴν παρασχεῖν ταῖς τελευταίαις πνοαῖς,
360 Ἐμοὶ δ' ἔπεσσεν ὁ χρόνος τὴν συμφοράν,
Ὡς μήποτ' ἐχρῆν, αὖθις ἐς βυθὸν τρέγω,
Δείσας στεναγμὸν πατρικῶν κινημάτων,
Μή μοι τὸ φίλτρον εἰς κατάραν ἐκπέσῃ·
Τοιοῦτόν ἐστιν ἁπλότης ὠργισμένη.
365 Μικρὸν μέσον τι, καὶ πάλιν τρικυμία,
Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅσον ἀγριωτέρα.
Οὐδὲν δὲ χεῖρον πάντα γνωρίσαι φίλοις.
Ἀρχήν τιν' ἔπραττ' οὐμὸς ἀδελφὸς κοσμικήν·

Sententiam meam nosceret, nescio unde,
340 At forte, paterno amore permotus
(Magnam enim habet vim amor cum potestate conjunctus),
Ut me constringeret vinculis Spiritus,
Et quod habebat præstantius, eo me decoraret,
Incurvat violenter, ut secundas sedes teneam.
345 Tantus ergo dolor mihi inustus tyrannide
(Nondum enim alio nomine hoc appellare possum,
Mihique Spiritus divinus ignoscat
Sic affecto), ut omnibus subito
Amicis, parentibus, patria, cognatis solutus,
350 Velut boves asili spiculo puncti,
In Pontum venerim, mœroris remedium
Conciliaturus mihi, amicum Deo plenum.
Illic enim exercebat contubernium cum Deo,
Nube coopertus, ut antiquus ille sapiens:
355 Basilius is erat, qui nunc cum angelis est.
Per hunc molestiam animi deliniebam.
Sed cum senio laborans et desiderio mei,
Multa cum prece rogaret filium optimus parens,
Ut honorem exhiberem extremis halitibus,
360 Cumque mihi tempus calamitatem coqueret,
Quod quidem nunquam oportuisset, rursus in profundum curro,
Veritus gemitum paternæ commotionis,
Ne mihi amor in maledictionem excideret;
Ejusmodi est simplicitas ira percita.
365 Paulum effluxit temporis, et rursum tempestas,
Quæ quanto acerbior fuerit, non facile dictu est.
694-695 Sed nihil nocebit omnia amicis enarrare.
Munus quoddam exercebat frater meus sæculare,

346 *Τοῦτο καλεῖν*. Ita Vat. Edit. τοῦτ' ὀνομάζειν, sed male, quia metrum deficit. — Sic Benedictini, qui mendum alio modo correxisse videntur, cum prior verbi καλεῖν syllaba brevis sit: nisi forte tres syllabas in hoc verbo admiserint dividendo ultimam diphthongam. Forte melius servaretur lectio editorum, cum anapæstum iambis non prorsus repugnare etiam in sedibus legitimis notaverim. Scal. et Arnal. p. 176, ut videre est apud Morell. *Thesaur.* pag. 9, sect. 4, not. υ. Forte melius τοῦτό γε καλεῖν. (Caillau).

354 *Σοφῶν τις τῶν πάλαι. Moyses.*

362 *Κινημάτων*. Edit. ad marg. μηνιμάτων, *indignationis.*

METRICA VERSIO.

Mea esset, unde motus haud equidem scio,
Amor paternus forsan hunc induxerat
(Amor at, potestas cui comes, vim maximam
Habet), ut catenis Spiritus me astringeret,
Daretque honores, quos habebat maximos,
Per vim secundis collocat me in sedibus.
Quæ mihi tyrannis tam gravis menti fuit
(Hanc rem vocare non enim possum secus:
Ignoscat autem sancta Mens, quæso, id mihi),
Ut mox sodales, mox parentes et meos,
Mox et propinquos deserens, patrium et larem,
Ut sævo asili spiculo puncti boves,
In Pontum abirem, pellerem ut curas graves,
Luctusque, amici melleo amplexu fruens:
Degebat illic maximo qui cum Deo,

B Moses ut olim, nube sub densa latens.
Erat hic Basilius, qui modo inter angelos
Vivit: levabat tædium hic mentis meæ.
At cum senecta quassus, et cupidine
Nostri, rogaret me parens obnixius,
Ut me propinqui jam neci miseresceret,
Ac coctus esset jam meus tandem dolor,
Quod contigisse haud debuit, rursum in mare
Feror, parentis anxios gemitus timens,
Amoris in me ne loco dirus preces
Conciperet, ut fit, cum furit benignitas
Contempta. Paulo post caput rursus nova
Procella multo sævior nostrum petit.
Hanc quin amicis indicem, nihil vetat.
Munus gerebat publicum quoddam meus

Digitized by Google

Ἀδελφὲς οὑμός! ὢ κάκιστ', ὅσον σθένεις!
Ἦν ταμείων πίστις. Ἐν δ' ἀρχῇ μέσῃ
Θνήσκει, κυνῶν δὲ πλῆθος ἐξανίσταται
Τοῖς τοῦ θανόντος χρήμασι καὶ λειψάνοις.
Πάντ' ἐσπάρασσον οἰκέται, ξένοι, φίλοι.
Τίς γὰρ πεσούσης οὐ ξυλεύεται δρυός;
Ἐγὼ δ' ὅσον μὲν ἦκεν εἰς ἐμὸν λόγον,
Οὔποτ' ἂν ἔδεισα πραγμάτων ἐπιδρομάς·
Πτηνὸν γάρ εἰμι ῥᾳδίως μετάρσιον.
Ὅμως δ' ἀνάγκη πάντα τῷ καλῷ πατρὶ
Συνδιαφέρειν, καὶ χρηστὰ καὶ τἀναντία,
Κοινωνὸν ὄντα πραγμάτων, οὐ χρημάτων.
Ὡς δ' οἱ βάσιν τοπρῶτον ἐμπεπηγότες,
Ἅπαξ ὀλισθήσαντες, εἰς κρημνοῦ βάθος
Πίπτουσιν, οὐκέτ' ὄντες αὐτῶν ἐγκρατεῖς,
Οὕτως ἐμοιγε τῶν κακῶν γεγευμένῳ,
Ἄλλοις ἐπ' ἄλλο δεινὸν ἐξηγείρετο.
Ἦκέν ποθ' ἡμῖν (τἀν μέσῳ σιγήσομαι,
Τοῦ μὴ δοκεῖν βλάσφημον ἐκφέρειν λόγον
Κατ' ἀνδρὸς, ὃν νῦν εὐλογῶν ἐπαυσάμην),
Ἀλλ' ἦκεν ἡμῖν τῶν φίλων ὁ φίλτατος
Βασίλειος; (οἵ μοι τῶν λόγων! ἐρῶ δ' ὅμως)
Ἄλλος πατήρ μοι φορτικώτερος πολύ.
Τὸν μὲν γὰρ ἐχρῆν καὶ τυραννοῦντα στέγειν·
Τὸν δ' οὐκ ἀνάγκη, τῆς ἑταιρίας χάριν
Βλάβην φερούσης, οὐκ ἀπαλλαγὴν κακῶν.
Οὐκ οἶδ' ἐμαυτοῦ τὰς ἁμαρτίας πλέον,
Αἳ πολλά δή με πολλάκις δεδήχασι,
Μέμψομ', ὑπερζέοντος ὡς ἀεὶ νέου
Τοῦ συμπεσόντος, ἢ σε τῆς ἐπάρσεως,

Frater meus! O nequissime, quam potens es!
Erat autem thesaurorum custos. Medio autem in munere
Moritur, canumque multitudo assilit
In defuncti pecuniam, et quidquid reliquerat.
Omnia dilacerant famuli, extranei, amici.
Quis enim, collapsa quercu, non sibi ligna comparat?
Ego autem, quantum ad me attinet,
Nunquam timuissem negotiorum incursiones:
Avis enim sum facile avolans.
Sed tamen necesse erat omnia cum præclaro patre
Sustinere, et prospera et adversa,
Participemque negotiorum, non pecuniæ.
Quemadmodum autem, qui statim fixerunt gradum,
Semel labantes, in præcipitii fundum
Incidunt, sui jam non compotes,
Sic mihi, postquam mala degustavi,
Aliæ ex aliis molestiæ exortæ sunt.
Venit quondam nobis (media prætermitto,
Ne videar crimen inferre
Viro, quem modo laudibus extuli),
Sed venit nobis omnium amicissimus,
Basilius (o quid dicturus sum? dicam tamen),
Alius mihi pater longe durior.
Illum enim ferre oportebat, etiamsi tyrannidem exerceret:
Istius autem ferendi necessitatem non imponebat
Amicitia damnum ferens, non liberans a malis.
Nescio an mea potius peccata,
Quæ multum me ac sæpe momorderunt,
Incusem (effervescit semper ut recens
Id quod accidit); an tuam elationem,

374 *Τί γὰρ πεσούσης.* Ita sup. carm. I, *De rebus suis*, v. 18, etc.

386 *Τἀν μέσῳ.* De Basilio, postquam episcopus creatus est, loquitur.

388 *Ὃν νῦν εὐλογῶν ἐπαυσάμην.* Hæc verba innuunt carmen istud statim post funebrem Basilii orationem conditum fuisse.

390 *Βασίλειος.* Ita Vat. Edit. Βασιλέως.

397 *Ὡς δεῖ.* Ita Coisl. Edit. male ὡσαεί. Conceptum ex Sasimensi episcopatu dolorem significat Gregorius: cujus doloris cicatricem nulla temporis longinquitas obduxit: imo semper tanquam recens in ipsius pectore fervebat.

METRICA VERSIO.

Germanus. O quæ vis tua est, nequissime!
Quæstorem agebat: inque medio munere
Excedit ævo. Tum canum vis maxima
In mortui nummos rabida, et censum ruit.
Lacerant amici cuncta, servi, extranei.
Quis enim cadente ligna non quercu rapit?
Quantum attinebat ad meas res scilicet,
Negotiorum non timebam sarcinas.
Volucris enim sum facile in altum provolans.
Sed me decebat patre cum dulci meo
Tam læta ferre, quam vices rerum asperas,
Atque esse socium, non opum, at molestiæ.
Sed, ut gradum qui fixerit primo, semel
Labante gressu, fertur in præceps statim,
Nec se tenere jam potest: hunc in modum,
Gustare dura contigit postquam mihi,
Orti subinde sunt novi casus mihi.
Accessit ad nos (media nam silentio
Premam, virum ne criminari existimer,
Quem laude summa proxime in cœlum tuli),
Accessit, inquam, maxime charus mihi
Basilius (o quid narro? sed dicam tamen),
Alius parente durior multo pater.
Ferendus ille namque erat, dum cogeret,
Non hic, sodali dum suo damnum invehit,
Calamitatum non levamen tristium.
Meisne noxis imputare hoc debeam,
Punxere pectus quæ meum jam sæpius,
Ignoro (vulnus semper hoc quippe, ut recens,
Fervescit), an te, summe vir, potius notem,

Digitized by Google

Ἀνδρῶν ἄριστε, ἦν δέδωκεν ὁ θρόνος.
Ὡς τῶν γε λοιπῶν εἶνεχ', ἡλίκων λόγων,
Τάχ' οὐδ' ἂν αὐτὸς ἠξίους ὑπερζυγεῖν·
Οὔκουν τοπρόσθεν, ὦ φέριστ', οὐδ' ἠξίους·
Εἰ δ' ἠξίους, τυχόν σε τῶν εὖ εἰδότων
Ἄμφω, κατέσχεν ἄν τις εὐγνώμων κριτής.
Τί οὖν πέπονθας; πῶς τοσοῦτον ἀθρόως
Ἔρριψας ἡμᾶς; ὡς ὅλοιτ' ἐκ τοῦ βίου
Νόμος φιλίας οὕτω σεβούσης τοὺς φίλους.
Λέοντες ἦμεν ἐχθὲς, ἀλλὰ σήμερον
Πίθηξ ἔγωγε· σοὶ δὲ μικρὸν καὶ λέων.
Εἴ τοί γε πάντας (φθέγξομ' ὑψηλὸν λόγον)
Οὕτως ἐώρας τοὺς φίλους, οὐ χρῆν γ' ἐμὲ,
Ὃν καὶ φίλων ἔμπροσθεν ἦγες ἦν ὅτε,
Πρὶν ἢ ὑπερνεφῶν τὰ πάντ' ἔχειν κάτω.

A Τί, θυμὲ, βράζεις; εἶργε τὸν πῶλον βίᾳ.
Πρὸς νύσσαν αὖθις οἱ λόγοι. Ἐκεῖνος ἦν,
Ψεύστης ἔμοιγε, τἄλλα δ' ἀψευδέστατος,
Ὃς μου λέγοντος ταῦτ' ἀκούσας πολλάκις,
Ὡς νῦν μὲν ὄϊστὰ πάντα, κἂν χείρω πέσῃ,
Εἰ δ' ἐκλίποιεν οἱ τεκόντες τὸν βίον,
Κἀμοὶ τὰ πράγματ' ἐκλιπεῖν ἅπαξ λόγος,
Ὡς ἄν τι κερδάναιμι τῆς ἀνεστίου
Ζωῆς, πολίτης ῥᾷστά γ' ὢν παντὸς τόπου.
Ταῦτ' οὖν ἀκούων, καὶ συναινῶν τῷ λόγῳ,
Ὅμως βιάζει εἰς ἐπισκοπῆς θρόνον
Αὐτὸς, πατήρ τε, δὶς με τοῦτο πτερνίσας.
Μή πω ταραχθῇς, πρὶν ἂν ἐκμάθῃς τὸ πᾶν.
Εἰ πλεῖστον ἐσκέψαντο δυσμενεῖς χρόνον,
Ὅπως ἀτιμάσαιεν, οὐκ ἄλλον τινὰ

Virorum optime, quam tibi afflavit thronus.
Nam cæteris in rebus, in æqualibus studiis,
Forsan ne ipse quidem te existimasses præcellere:
Τοῖς εἰσάγουσιν ἀσκόπως υἱοὺς δύο,
Τὸν ἐκ Θεοῦ τε καὶ τὸν ἐκ τῆς Παρθένου·
Οἳ τὴν κάτω τέμνοντες εὐαρμοστίαν,
Οἱ μὲν ξέοντες, οἱ δὲ διπλοῦντες κακῶς.
Εἰ γὰρ δύω, δέδοικα μὴ ἓν τῶν δύω,
Ἢ προσκυνῶμεν ἀνθ' ἑνὸς δύω θεοὺς,
Ἢ τοῦτο μὴ πάθωμεν εὐλαβούμενοι,
Πέμπωμεν ἔξω τοῦ Θεοῦ τὸ σύνθετον.
Ὃν μὲν γὰρ ἡ σὰρξ, οὐδὲν ἂν πάθοι Θεός.
Θεοῦ δ' ὅλου μετέσχεν ἀνθρώπου φύσις,
Οὐχ ὡς προφήτης, ἤ τις ἄλλος ἐνθέων,
Ὃς οὐ Θεοῦ μετέσχε, τῶν Θεοῦ δέ γε·
Ἀλλ' οὐσιωθεὶς, ὥσπερ αὐγαῖς ἥλιος.
Οὗτοι μὲν οὖν ἔρροιεν ἐκ μέσου λόγου,
Εἰ μὴ σέβοιεν, ὡς ἓν, ἄνθρωπον Θεὸν,

A Τὸν προσλαβόντα σύν γε τῷ προσλήμματι,
Τὸν ἄχρονόν τε καὶ τὸ συμμιγὲς χρόνῳ,
Τὸν ἐκ μόνου Πατρός τε καὶ μητρὸς μόνης
Δύω φύσεις εἰς Χριστὸν ἑλθούσας ἕνα.
Τὰ δ' ἡμέτερα πῶς τιν' ἔσχε τὸν τρόπον;
Πολλοῖς συνηνέχθημεν ἐλθόντες κακοῖς.
Πρῶτον μὲν ἐξέζεσε καθ' ἡμῶν ἡ πόλις,
Ὡς εἰσαγόντων ἀνθ' ἑνὸς πλείους θεούς.
Θαυμαστὸν οὐδέν· ἦσαν οὕτως ἠγμένοι,
Ὥστ' ἀγνοεῖν παντάπασιν εὐσεβῆ λόγον,
Πῶς ἡ Μονὰς τριάζεθ', ἡ Τριὰς πάλιν
Ἑνίζετ', ἀμφοῖν ἐνθέως νοουμένη.
Καὶ πρός γε τοῖς πάσχουσι δῆμος ἕλκεται,
Ὡς τῷ τότε σφῶν προστάτῃ καὶ ποιμένι
Οἴκτον λαβόντι, τοῦ πάθους ὑπέρμαχον,

Ac qui duos inconsiderate filios inducunt,
Alterum ex Deo, alterum ex Virgine:
Utrique peractam in terris præclaram conjunctionem secant,
Hi quidem detrahentes, isti autem prave duplicantes.
708-709 Nam si duo, vereor ex duobus alterutrum,
Ne duos pro uno adoremus deos,
Aut si cavemus ne in hoc erratum incidamus,
Removeamus a Deo id quod compositum est.
Nam quæ carni accidunt, nihil eorum patitur Deus.
Dei autem totius particeps facta hominis natura,
Non ut vir propheta, aut aliquis alius a Deo afflatus,
Qui non Dei, sed eorum quæ Dei sunt, particeps fuit,
Sed (deitate) substantialiter imbuta est, ut sol radiis.
Ili igitur facessant e medio sermone,
Si non, ut unum, colant hominem Deum,
Eum qui assumpsit, et quod assumptum est,
Eum qui tempore caret, et quod cum tempore commistum est,
Eum, qui ex solo Patre et ex sola matre,
Duas naturas in unum Christum coeuntes.
Meæ autem res quomodo se habuerunt?
Postquam adveni, in multa incidi mala.
Primum quidem efferbuit contra me civitas,
Quasi inducerem pro uno, multos deos.
Nihil mirum: sic enim edocti erant,
Ut ignorarent omnino piam doctrinam,
Quomodo Unitas trina sit, et Trinitas rursum
Una: in utroque, ut Deo convenit, intellecta.
Ac iis quidem, quibus male est, populus favet,
Ut tunc suo præsidi et pastori
Misericordiam experienti ultricem eorum, quæ patiebatur,

635 *Τὴν κάτω τέμνοντες εὐαρμοστίαν. Subjectiæ qui naturæ et inferioris concinnitatem secant.*
637 *Εἰ γάρ.* Coisl. ἢ γάρ.
640 *Σύνθετον.* Quod est *compositum*, nempe Christum, *qui Deus et homo est.* Ipse quippe est, qui a Divinitate non est arcendus, *in quo inhabitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.* Coloss. II, 9. Non bene Billius vertit, *partibus quod non caret:* neque enim in Christo deitas partis habet rationem, quæ sonat quid imperfectum.
652 *Ἡμέτερα.* Ita Coisl. Edit. minus bene, ἡμεδαπά.
662 *Λαβόντι.* Ita Coisl. Edit. male λαβόντες.

METRICA VERSIO.

Concinnitatem hanc inferam quisquis secat,
Inducit ut qui filios stulte duos,
Quorum Dei sit unus, alter Virginis;
Abradit ille, duplicat contra hic male.
Nam si duo sunt, vereor ex his alterum,
Ne vel colamus unius Numen loco
Duplex: vel, istud dum fugimus, ipsi a Deo
Procul arceamus partibus quod non caret.
Quæ namque carni, non Deo summo accidunt.
Humana porro particeps facta est Dei
Natura prorsus, non velut vir quispiam
Inctus, Dei non particeps, rerum at Dei:
Ibuta verum, sol velut radiis suis.
Peant at isti protinus pestem in malam,
Hominem Deum ni sic colant, ut rem unicam,

B Numenque sumens, quodque sumptum a Numine:
Ni sempiternum, tempori et quod subjacet:
Ni Patre solo, Virgine et sola satum.
Natura quippe coit in Christo duplex.
At qui mearum tunc fuit rerum status?
Ingressus urbem plurimis jactor malis.
Exarsit in me tota primum civitas,
Multos perinde ac si deos inducerem.
Mirum nec est hoc; instituti sic erant,
Ignota prorsus ut quibus fides pia
Esset, modoque trina quonam est Unitas,
Atque una rursum Trinitas: si quidem pie
Intelligantur hæc duo; plebsque insuper
Læsis favere suevit, ut tum præsuli
Suo, vicem ejus graviter infaustam ferens:

Digitized by Google

Δῆμος τοσοῦτος καὶ φρονήματος πλέως,
ὯΙ μὴ νικᾶν πάντ' ἔσχατος προσῆν ψόγος.
Λίθους παρήσω τὴν ἐμὴν πανδαισίαν,
Ὧν ἐν τι μέμφοιμ'· οὐ γὰρ ἦσαν εὔστοχοι,
Τούτων τυχόντες, ὧν τυχεῖν κενὸς φόνος.
Ἔπειθ' ὑπάρχοις, ὡς φονεὺς, εἰσηγόμην,
Βλέπουσιν ὑψηλόν τι καὶ μετάρσιον,
Οἷς εἷς νόμος τὸν δῆμον πλεων ἔχειν,
Ὁ δεινὸν οὐδὲν πώποτ' οὐδ' εἰργασμένος.
Οὐδ' ἐννόησας, ὡς μαθητὴς τοῦ Λόγου.
Καί μοι παρέστη τοῦ λόγου συνήγορος
Χριστὸς βοηθῶν τῷ συνηγόρῳ λόγῳ,
Ὃς καὶ λεόντων οἶδεν ἐκσώζειν ξένους,
Καὶ πῦρ δροσίζειν εἰς ἀναψυχὴν νέων,

A Κἄτος δὲ ποιεῖν εὐσεβῶν εὐκτήριον.
Οὗτός μ' ἐδόξασ' ἐν ξένῳ κριτηρίῳ.
Ἔπειτα δεινὸς τῶν ἐμῶν οἰδεῖ φθόνος,
Εἰς Παῦλον ἑλκόντων με κ' Ἀπολλώ τινα,
Τοὺς μήτε σαρκωθέντας ἡμῖν πώποτε,
Μήτ' ἐκχέαντας αἷμα τιμίου πάθους.
Ἀφ' ὧν καλούμεθ', οὐχὶ τοῦ σεσωκότος;
Οἷς συνδονεῖται πάντα καὶ συσσείεται,
Ὡς εὐδρομούσης τἄλλα τῆς Ἐκκλησίας.
Πῶς δ' ἄν ποτ' ἡ ναῦς, ἡ πόλις, πῶς δ' ἂν στρατὸς,
Ἡ καὶ χοροῦ πλήρωμα, πῶς οἶκος φίλος
Σταίη, πλέον τὸ βλάπτον, ἢ κρατοῦν ἔχων;
Τοῦτ' οὖν ἔπασχε τηνίχ' ὁ Χριστοῦ λεώς.
Πρὶν γὰρ παγῆναι καὶ τυχεῖν παῤῥησίας,

Populus tantus et animi plenus,
Cui non omnia vincere extremum foret dedecus.
Lapides omittam delicias meas,
De quibus id unum queror, quod non recte collimaverint,
Ea ferientes, quæ ferire inanis est cædes.
Tandem præfectis sistor, ut homicida,
Alto et sublato supercilio intuentibus,
Quibus una lex est populum habere propitium :
His sistor, qui nihil unquam noxii feceram,
Nec cogitaveram, utpote Evangelii discipulus.
At mihi astitit doctrinæ defensor
Christus, opem ferens sermoni illius causam agenti,
Qui novit etiam a leonibus salvos facere peregrinos,
Et ignem in rorem vertere ad refrigerationem juvenum,
710-711 Ac cete efficere sanctorum oratorium.
Is mihi decus addidit in judicio extraneo.
Deinde vehemens meorum intumescit livor,
Ad Paulum trahentium me et ad quemdam Apollo,
Qui nec carnem unquam pro nobis susceperunt,
Nec sanguinem fuderunt pretiosæ passionis.
Ab his nomen nobis adhæret, non ab eo qui salvos facit?
Ab his exagitantur et concutiuntur omnia,
Quasi Ecclesia in aliis rebus prosperum cursum teneret.
Quomodo autem, aut navis, aut urbs, aut exercitus,
Aut chori cœtus, aut domus amica
Consistat, si quod lædit, uberius sit quam quod conservat?
Hoc igitur tunc patiebatur Christi populus.
Nam antequam firmaretur et libertatem assequeretur,

675 *Ἑένους*. Ita Coisl. Edit. male ξένως.

679 *Τῶν ἐμῶν*. Quos hic suos appellat Gregorius, hi profecto secernendi sunt ab Arianis, a quibus et lapidibus petitus et ad tribunal fuerat raptatus. Horum alii videntur fervidi fuisse Catholici, alii ambigui, rerumque suarum, quam fidei studiosiores. Primi Paulino vel Meletio addicti erant, ac eo nomine extra suspicionem Arianæ perfidiæ. Non enim hoc loco *Paulus* et *Apollo* significant, ut opinatus est Billius, *sectarum antesignanos, a quibus ii qui ipsorum erroribus favebant, nomen ducere malebant quam a Christo*. Nunquam *suos* Gregorius *Arianos* appellasset, ac indecora prorsus et Gregorio indigna eorum, quæ de se Paulus, de Petro et de Apollo dixit, ad hæreticos detestabilis accommodatio. Nullum autem hac ætate dissidium novimus præter Antiochenum, quo tota Ecclesia perturbata fuerit. Catholice autem sentiebant utrique, sive qui Meletio, sive qui Paulino favebant, nec modo ab Arianis sunt distinguendi, sed etiam ab iis, quorum hic Gregorius pingit vitia.

685 *Ὡς εὐδρομούσης*. *Quasi alias secundæ res Ecclesiæ forent, quasi non essent res multo majoris momenti.*

METRICA VERSIO.

Plebs tanta, et animis plena, non in omnibus
Superare rebus quæ probrum ingens duceret.
Imbres tacebo saxeos, epulas meas,
Vanos fuisse quod queror tantummodo,
Hæc assecutos, assequi quæ nihil juvat,
Necem nec infert. Post, velut sicarius,
Vultu superbo præditos ad præsides,
Queisque una studio lex erat plebi obsequi,
Trahor ipse, sceleris qui nihil patraveram,
Nec cogitaram, discipulum Christi ut decet.
Ac tum patronus astitit Christus mihi,
Ferens patroni non piger dictis opem :
Rabidam leonum qui potest vim frangere,
Juvenum in favorem reddere ignem roscidum,

B Cetum, piorum vertere in sacram domum.
Hic me ad tribunal insolens clarum facit.
Post at meorum me premit livor gravis,
Ad quemdam Apollo me manu trahentium,
Paulumque, queis nec sumpta sit pro me caro,
Nec fusus unquam sanguis, a quibus tamen
Vocamur, ac non a salutis vindice :
Qui cuncta turbant, cuncta convellunt, quasi
Alias secundæ res forent Ecclesiæ.
Qui porro navis, civitas, exercitus,
Chorusve possit aut domus consistere,
In qua quod obsit plus inest, quam quod juvet?
Hoc accidebat tum pio Christi gregi.
Nam nondum adeptus liberam fiduciam,

Digitized by Google

Πρὶν ἐκλυθῆναι σπαργάνων τῶν παιδικῶν,
Οὔπω τελείως τὴν βάσιν ἐρηρεισμένος,
Ἐκόπτετ', ἐρριπτεῖτο, ἐσπαράσσετο
Ἐν ὄψεσι τεκόντων εὐγενὴς τόκος,
695 Ἀτεκνίαν πεινῶσι τὴν ἐμὴν λύκοις·
Οὐ γὰρ φορητὸν ἄνδρα τὸν πενέστατον,
Ῥικνὸν, κάτω νεύοντα, καὶ δυσείμονα,
Γαστρὸς χαλινοῖς, δάκρυσι τετηκότα,
Φόβῳ τε τοῦ μέλλοντος, ὡς δ' ἄλλων κακοῖς,
700 Οὐδ' εὐφυῶς ἔχοντα τῆς προσόψεως,
Ξένον, πλανήτην, γῆς σκότῳ κεκρυμμένον,
Τῶν εὐσθενούντων καὶ καλῶν πλέον φέρειν.
Σχεδὸν γὰρ αὐτῶν ταῦτά γ' ἐξηκούετο·
« Θωπεύομεν, σὺ δ' οὐχί· τιμῶμεν θρόνους,

A 705 Σὺ δ' εὐλάβειαν· ἀρτύσεις ἡμῖν φίλαι,
Σοὶ δ' εὐτέλεια, καὶ τρυφῆς ἔσθων ἅλας,
Τῆς ὀφρυώδους ἁλμυρὸν καταπτύεις.
Δουλεύομεν καιροῖς τε καὶ λαῶν πόθοις,
Ἀεὶ διδόντες τῷ πνέοντι τὸ σκάφος,
710 Χαμαιλεόντων καὶ τρόπον πολυπόδων
Πολλὰς τιθέντες τοῖς λόγοις ἀεὶ χρόας.
Ἄκμων σὺ δ' ἧς ἀνήλατος, τῆς ὀφρύος!
Ὥσπερ μιᾶς γε πίστεως οὔσης ἀεὶ,
Στενοῖς τὸ δόγμα τῆς ἀληθείας σφόδρα,
715 Σκαιὰν βαδίζων πάντοτε Λόγου τρίβον.
Πόθεν δέ σοι, βέλτιστε, καὶ γλώσσῃ λάλῳ
Τὸν λαὸν ἕλκειν, τοὺς δὲ βάλλειν εὐστόχως
Κακῶς φρονοῦντας ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ,

Antequam solveretur infantiæ fasciis,
Nondum perfecte gressibus innixus,
Tundebatur, raptabatur, discerpebatur,
In oculis parentum generosa proles,
695 Ab esurientibus in meam orbitatem lupis;
Neque enim tolerabile esse putabant hominem pauperrimum,
Rugosum, ad terram vergentem, veste vili,
Ventris frenis, lacrymis tabescentem,
Metuque futuri, ut et aliorum malis,
700 Ac ne eleganti quidem vultu præditum,
Hospitem, errabundum, terræ tenebris abditum,
Plus honorari quam fortes et pulchros.
Propemodum enim ex eis hæc audiebam :
« Adulamur, tu vero nequaquam : thronos colimus,
705 Tu vero pietatem : nobis grata sunt condimenta,
Tibi vero frugalitas : et dum delicato sale vietitas,
Superbarum deliciarum salsuginem despuis.
Servimus temporibus et populorum desideriis,
Semper ratem objicientes vento afflanti,
710 Chamæleonum instar et polypodum,
Varios illinentes sermonibus semper colores.
Tu vero incus nobis es indomita, o supercilium!
712-713 Quasi una sit semper fides,
Valde in arctum cogis veritatis doctrinam,
715 Stolida Scripturæ semper incedens via.
Unde autem et nunc tibi, vir optime, ut lingua procaci
Populum trahas, et eos recta ferias
Qui prave sentiunt in sectis disparibus,

695 *Ἀτεκνίαν πεινῶσι. A cupidis nostræ orbitatis lupis.*

699 *Ἄλλων*. Ita Coisl. Edit. male ἄλλοις.

700 *Εὐφυῶς*. Ita Coisl. Male edit. ἐμφυῶς.

701 *Γῆς σκότῳ κεκρυμμένον. Obscura ortum patria.*

706 *Καὶ τρυφῆς ἔσθων ἅλας*. Toll. legendum putat, καὶ τρυφῇ ἐσθίειν ἅλας. Vide *Carm.* seq., not. in vers. 56.

709 *Ἀεὶ διδόντες. Ut quisque ventus flat, ad eum fidei nostræ navim obvertimus. Si Ariani rerum potiuntur, Ariani sumus : si Macedoniani, ad eorum partes nos ipsi confugimus.*

712 *Ἄκμων σὺ δ' ἧς ἀνήλατος*. Edit. ad marg. σὺ δ' ἡμῖν ἄκμων ἀνήλατος, sed male, quia metrum deficeret.

715 *Πάντοτε*. Ita Coisl. Edit. male πάντα τοῦ. Omnia ad Scripturæ sacræ auctoritatem exigi volebat Gregorius. Concionatores autem, qui populo adulabantur, præcipuas humanæ rationi partes dabant.

718 *Ἐν πολυσχιδεῖ πλάνῃ. Errore multiplici.*

METRICA VERSIO.

Nondum solutus fasciis puerilibus,
Firmisque terram gressibus nondum premens,
Raptatur, atque tunditur, discerpitur
Parentum ob ora nobilis partus lupis,
Meæ orbitatis fervida exustis siti.
Nec enim ferebant pauperem plane virum,
Rugis aratum, visibus fixis humi,
Vilique veste, tabidum fletu et fame,
Metu et futuri, cæterisque etiam malis,
Nec eleganti præditum vultu, hospitem,
Vagumque, tenebris horridis terræ abditum,
Plus, quam decoros, ferre, quam fortes viros.
Ab his fluebat sermo nam talis fere :
« Blandimur, haud tu; nos thronos colimus, piam

B Tu sanctitatem. Nos juvant dulces cibi :
Te victus asper. Victitas et dum sale,
Luxus superbi despicis salsuginem.
Servimus ipsi tempori et cupidini
Plebis, ratemque prospero vento damus,
Chamæleonis instar ac polypodis,
Varios colores indimus sermonibus.
Tu fortis incus, o gravem fastum tuum!
Tanquam una tantum debeat semper fides
Vigere, fidei regulas stricte premis,
Stolide per omnes semitas verbi ambulans.
Quid quod loquacis pertrahis linguæ sono
Plebem? quod illos, impie qui sentiunt,
Varieque aberrant, impetis jam dextere,

Digitized by Google

Ἁπλοῦν τιν' ὄντα τοῖς φίλοις, καὶ τοῖς ξένοις,
Τοῖς μὲν λίθον μάγνητα, τοῖς δὲ σφενδόνην; »
Ταῦτ' εἰ μὲν οὐκ ἔσθ', ὥσπερ οὐκ ἔστι, κακά,
Τί δυσχεραίνεις, ὦς τι πάσχων ἔκτοπον;
Εἰ δ' ἔστι, καί σοι τοῦτο φαίνεται μόνῳ,
Κρίνον δικαίως, ὡς Θεοῦ παραστάτης,
Ζαίνε με τὸν πταίοντα· τὸν λαὸν δ' ἔα,
Ὃς οὐδὲν ἠδίκηκεν ἢ στέργων ἐμέ,
Ἠτημένος τε τῶν ἐμῶν διδαγμάτων.
Τὰ πρῶτα μὲν δὴ καὶ φέρειν οἷός τε ἦν.
Εἰ γάρ με καὶ τὸ καινὸν ἐπτόει βραχύ,
Ὡς ἀθρόως τις ὠσὶν ἐμπεσὼν ψόφος,
Ἢ τοῖς ἀπείροις ἀστραπῆς αὐγῆς τάχος·
Ἀλλ' ἦν ἔτ' ἄπληξ, καὶ φέρειν πάντα σθένων,
Ἡ φ' ἐλπὶς οὖσα πραγμάτων ἐλευθέρων,
Τοῦ μὴ πάλιν μοι ταυτὸ συμπεσεῖν πάθος,
Ἔπειθε ῥᾴον διαφέρειν τὴν συμφοράν·
Ἃ δ' ἦλθεν ἡμῖν αὖθις ἐκ τούτων κακά,
Ὦ πῶς ἂν ἐκφράσαιμι τοὺς ἐμοὺς πόνους;
Ὦ τῶν κακῶν πορισταί, δαίμον βάσκανε,
Πῶς ἴσχυσας τοσοῦτον ἐκπλῆσαι κακόν;
Οὐχ αἱμά μ', οὐδὲ βάτραχος, οὐ σκνιπῶν νέφος,
Οὐδὲ κυνόμυια, οὔτε τις κτηνῶν φθορά,
Οὐ φλυκτὶς, οὐ χάλαζ', οὐκ ἀκρὶς, οὐ σκότος,
Οὐ πρωτοτόκων ὄλεθρος, ἔσχατον κακῶν,
Ἐκαμψαν ἡμᾶς (ταῦτα γὰρ τῶν ἀγρίων
Αἰγυπτίων μάστιγες ἐκβοώμεναι),
Καὶ πρός γ' Ἐρυθρᾶς κῦμα συγκλεῖσαν λεών.
Τίς δ' ὧσεν ἡμᾶς; κουφότης Αἰγυπτίων.
Ὡς δ' ὧσεν, εἰπεῖν ἄξιον· στήλη γὰρ ἂν

Ita ut duplex sis quodam modo amicis et extraneis,
Illis lapis magnes, istis autem funda? »
Atque hæc quidem si non sunt, ut profecto non sunt, mala,
Quid moleste fers, quasi absurdi aliquid patiaris?
Sin mala sunt, idque tibi videtur soli,
Juste judica, ut minister adstans Deo;
Me cæde, qui deliqui, populum autem dimitte
Qui nihil peccàvit, nisi quod me diligit,
Et documentis meis convictus est.
Ac prima quidem ferre poteram;
Etsi rei novitas me paululum turbaret,
Veluti subito incidens auribus strepitus,
Aut inexpertis celeritas fulguris coruscantis:
Adhuc tamen eram expers vulneris, et ferre omnia valebam,
Ac spes me liberatum iri, nec unquam
Fore, ut idem in malum incurrerem,
Suadebat ut facilius molestiam perferrem;
Quæ vero rursus mihi ex his orta sunt mala,
Labores meos quomodo enarrem?
O malorum inventor, dæmon invide,
Quomodo valuisti tantum adimplere malum?
Non me sanguis, non ranæ, non culicum nubes,
Non cynomyia, non pecorum lues,
Non pustulæ, non grando, non locusta, non tenebræ,
Non primogenitorum interitus, ultimum malorum,
Flexerunt me (hæc enim crudelium
Decantata Ægyptiorum exstiterunt flagella),
Non tandem maris Rubri fluctus, quo populus intercludebatur.
Quid nos igitur in fraudem impulit? Levitas Ægyptiorum.
Quomodo autem impulerit, operæ pretium dicere: columna enim

742 *Χάλαζ'*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male χάλαξ', sed ad marg. χάλαζ'. Ibid. οὐ σκότος. Ita legimus; male edit. οὔτε, quia metrum deficit. — Sic Benedictini; sed metri defectus non legitime resarcitur, cum spondæum quartum pedem, iambi loco, occupet. (CAILLAU).

743 *Κακῶν*. Ita Coisl. Edit. minus bene κακόν.

746 *Συγκλεῖσαν λεών*. Hæc verba non ad Ægyptios, sed ad Israelitas referenda sunt, qui, ut putabat Pharao, hinc deserto, hinc mari Rubro conclusi erant, ut ex ipsius manibus eripi nec modo possent. Innuunt tamen Ægyptios fuisse maris ejusdem aquis obrutos.

METRICA VERSIO.

Præbens amicis disparem te atque exteris?
Tu quippe funda es hostibus, magnes tuis. »
Hæc prorsus omni pura sunt si crimine
Ut sunt, quid inde ringeris, læsus velut?
Sin improbanda, solus et censes, probus
Sis, quæso, judex, astitem ut par est Dei.
Me plebe missa cæde; nam populus nihil
Peccavit aliud, maximo quam quod mei
Amore flagrat, et docentem amplectitur.
Atque ista prima ferre poteram; nam licet
Turbaret animum nonnihil novitas rei,
Tanquam repente verberans aures sonus,
Vel subitus oculos fulguris splendor rudes:
At læsus haud dum cuncta tolerabam tamen:
Posthacque jam me tale passurum nihil
Rebus secundis, læta spes mihi pollicens,
Hanc ferre suasit æquius molem mali.
At quos deinceps pertuli casus miser,
Et quos labores, qui queam digne eloqui?
Auctor malorum dæmon, ah! tantum nefas
Perficere quinam pravitas quivit tua?
Non sanguis, aut ranæ, vel agmen culicum,
Muscæ aut caninæ, dira vel pecudum lues,
Non pustulæ, grando, locustæ, nox nigra,
Non prima soboles cæsa, postremum malum,
Nos perculerunt (hæc erant crudelium
Ægyptiorum flagra, quæ cuncti canunt),
Rubrum nec æquor, clausa quo plebs est pia.
Quid ergo? Levitas Pharia me in fraudem impu
Qui porro, dicam: dedecus, ut hinc improbis,

Digitized by Google

Αὕτη γένοιτο τῶν κακῶν αἰωνία.
Ἦν τίς ποθ' ἡμῖν ἐν πόλει θηλυδρίας,
Αἰγύπτιον φάντασμα, λυσσῶδες κακὸν,
Κύων, κυνίσκος, ἀμφόδων ὑπηρέτης,
Ἄρης, ἄφωνον πῆμα, κητῶδες τέρας,
Ξανθὸς, μελάνθριξ, οὖλος, ἁπλοῦς τὴν τρίχα·
Τὰ μὲν παλαιὰ, τὰ δ' ἀρτίως εὑρημένα·
Τέχνη γάρ ἐστι δημιουργὸς δευτέρα.
Πλεῖστον γυναικῶν ἔργον, εἴτ' οὖν ἀρρένων,
Χρυσοῦν ἐλίσσειν τὴν φιλόσοφον σισόην.
Τὰ τῶν γυναικῶν ἐν προσώποις φάρμακα
Σοφοὶ φερόντων· εἰς τί γὰρ μόναι σοφαὶ
Τὴν ἀπρεπῆ τε καὶ κακὴν εὐμορφίαν,
Ἡ πρόγραμμ' ἐστὶ καὶ σιωπῶν τοῦ τρόπου,
Ὡς οὐκ ἐχόντων Μαξίμους καὶ ἀρρένων;
Ἡ κουρὰ τοῦτ' ἔδειξε λανθάνον τέως
Τοιαῦτα θαύμαθ' ἡμῖν ἐκ τῶν νῦν σοφῶν,
Διπλοῦν τιν' εἶναι τὴν φύσιν, τὸ σχῆμά τε,
Ἀμφοῖν μερίζειν τοῖν γενοῖν τρισαθλίως,
Κόμην γυναιξὶν, ἀνδράσι βακτηρίαν.
Ἐξ ὧν ἐκόμπαζ', ὥς τι τῇ πόλει δοκῶν,
Ὤμους σκιάζων βοστρύχοις ἀεὶ φίλοις,
Πέμπων λογισμοὺς σφενδονωμέναις κόμαις,
Πᾶσαν φέρων παίδευσιν ἐν τῷ σώματι.
Πολλὰς διελθὼν οὗτος, ὡς ἀκούομεν,
Ὁδοὺς πονηρὰς (ἃς τινας δ' ἄλλοις μέλοι,
Οὐ γὰρ τὰ πάντ' ἔμοιγε δὴ ζητεῖν σχολή·
Βίβλοι δ' ὅμως φέρουσιν ἀρχόντων ὅσοι),

Hæc erit malorum nostrorum quæ semper stabit.
Fuit nobis aliquando in urbe effeminatus,
714-715 Ægyptium spectrum, rabidum malum,
Canis, cynicus, triviorum famulus,
Mars, muta pernicies, cetosum monstrum,
Flavos simul et nigros habens capillos, crispatus et simplex coma;
Atque hæc quidem partim antiqua, partim recens inventa:
Est enim ars opifex altera.
Maximum opus est mulierum, sive etiam marium,
Auream volvere philosophicam sisoen.
Muliebria in vultu pigmenta
Ferant sapientes: cur enim solarum fit sapientium
Indecora et improba formæ venustas,
Quæ tabula est, vel tacendo, mores indicans,
Quasi mares ipsi non habeant Maximos?
Monstravit id tonsio, quod hactenus latuerat.
Hæc mira didicimus ab hodiernis sapientibus:
Duplicem quemdam esse natura et specie;
Et utriusque generis misere participem esse,
Mulierum quoad comam, virorum quoad baculum.
Iis se jactabat, quasi aliquid esse in urbe videretur,
Humeros inumbrans caris semper cincinnis,
Cogitationes suas tradens contortis crinibus,
Scientiam omnem in corpore gerens.
Is cum multas percurrisset, ut audimus,
Vias perversas (quæ autem et quales sint, alii investigent,
Non enim mihi omnia inquirere vacat:
Sed tamen multis magistratuum libris consignatæ sunt);

754 *Μελάνθριξ. Flavos et nigros habens capillos, flava nigraque mistim cæsarie.*

755 *Εὑρημένα.* Coisl. ηὑρημένα. Hos colores partim antiquitus habebat, partim artificio quodam sibi recens comparaverat. Bill.

758 *Σισόην.* Sisoe est quædam tonsuræ species, qua utuntur Phaselitæ in Cilicia: Casaub. *in Sueton.*, p. 108. Exstat eadem vox apud septuaginta Interpretes, Levit. xix, 27.

763 *Καὶ ἀρρένων.* Ita Coisl. Edit. minus bene τῶν ἀρρένων. Exstat infra aliud *Carm.* xli, adversus eumdem Maximum vel alium ejusdem nominis.

764 *Ἡ κουρά.* Ridet Gregorius Maximum qui primum muliebrem ornatum adhibendo, comamque nutriendo, mulierem potius quam philosophum præ se tulerat, postea autem ut virum se exhiberet, sedemque Constantinopolitanam invaderet, comam deposuerat. Igitur minus recte Billius carpit Germanum interpretem, quod vocem κουρά *detonsam comam* reddiderit. Vide infra, v. 915.

765 *Θαύμαθ' ἡμῖν.* Vat. et alii codd., etiam edit. ad marg. θαύματ' εἴδον.

774 *Δ' ἄλλοις μέλοι.* Edit. δ' ἄλλους, forsan amanuensis incuria.

775 *Σχολή.* Coisl. θέμις, *licet.* Innuere videtur actiones quibus pœnæ a legibus infligebantur.

METRICA VERSIO.

Delebit unquam quod dies nulla, imprimam.
Effeminatus nos apud quidam fuit,
Ægyptium spectrum, malum rabidum, canis,
Cynicus, viarum servulus, Mars horridus,
Ac muta labes, cetus immanissimus,
Flavus, nigerque, crispus ac simplex coma.
Vetus illa nempe, rursus ast ipsi hæc recens
Inventa; quippe ars est creatrix altera:
Qua distinentur feminæ multum ac mares,
Philosophicam dum atque auream volvunt comam.
Cur namque facie non sophi quoque, ut sophæ,
Gestare possint pharmaca muliebria,
Decus invenustum atque improbum, quod vel silens,
Cuiusque mores prodit, et clare iudicat.

Sic esse maribus perditum jam Maximum,
Coma, licet haud dum cognitum, tunc prodidit.
Hæc philosophi nunc exhibent miracula,
Natura ut idem sit duplex, gestu quoque,
Misere et utrique dividat se sexui,
Viros bacillo, feminas referens coma.
Jactabat his se, clarus ut cives apud,
Humeros inumbrans usque cincinnis suos,
Solum comendis cogitans de crinibus,
Doctrinam et omnem corpore in solo gerens.
Grassatus iste per vias multas malas,
Ut fama jactat (quærat has quisquis volet.
Nam cuncta nobis non vacat perquirere:
Libris feruntur præsidum multis tamen)·

Digitized by Google

Ταύτῃ τελευτῶν ἐγκαθέζεται πόλει.
Οὐδὲν γὰρ εἶχε βρῶμα τῶν εἰωθότων·
Ὀξὺ βλέπων δὲ, καὶ σοφῶς ὀσφρώμενος
(Σοφὸν γὰρ ἔστω καὶ τὸ πικρῶς συντεθὲν,
Τὸ δ' ἔστιν ἡμᾶς τῆς καθέδρας ἐκβαλεῖν,
Τοὺς οὔτ' ἔχοντας, οὔθ' ὅλως τιμωμένους,
Πλὴν τοῦ φυλάξαι καὶ καταρτίσαι λεών),
Σοφώτερον δέ. Καὶ γὰρ οὐ διὰ ξένων,
Αὐτῶν δ' ἀφ' ἡμῶν συμπλέκει τὸ δρᾶμ' ὅλον,
Ὡς ἂν σοφιστὴς τῶν κακῶν καὶ συνθέτης,
Τῶν ταῦτ' ἀήθων καὶ πλοκῆς πάντη ξένων,
Ἄλλην δὲ τιμᾷν δεινότητ' εἰθισμένων.
Εἰπεῖν σοφόν τι, καὶ λέγοντα θαυμάσαι,
Βίβλων τε θείων ἐκλέγειν τὴν καρδίαν.
Καινόν τιν' εἰπεῖν ἐν κακοῖς λόγον θέλω.

A Ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν πᾶσιν εἶναι δῆ τρόπον,
Ἢ τὸν κακῶν ἄπειρον, ἢ τον ποικίλον.
Ἧττον γὰρ ἐβλάπτοντ' ἂν ἐκ τινῶν τινες,
Ἀντιζυγούντων ἢ συνεστώτων τρόπων.
Νῦν δ' εἰσὶ θήρα τῶν κακῶν οἱ βελτίους.
Τίς ἡ τοσαύτη σύγχυσις τοῦ πλάσματος!
Ὡς σφόδρ' ἀνίσως ἐζύγημεν ἐκ Θεοῦ!
Τίς τὸν κάκιστον ὄψεται τῶν μετρίων
Δολοῦντα, συμπλέκοντα, μηχανώμενον,
Κλέπτοντθ' ἑαυτὸν μυρίαις ἀεὶ στροφαῖς;
Τὸ μὲν γὰρ εὐκίνητον εἰς μοχθηρίαν
Τηρεῖ τὰ πάντα, καὶ βλέπει τὰ καίρια·
Τὸ δ' εἰς καλὸν πρόχειρον, εἰς ὑποψίαν
Τῶν χειρόνων ἀργόν τε καὶ νωθὲς φύσει.
Οὕτως ἁλίσκετ' εὐχερῶς ἡ χρηστότης.

Tandem in hac urbe considet.
Nihil enim ei suppetebat ex solitis cibariis :
Sed acute cernens et sapienter olfaciens
780 (Sapiens enim dicatur etiam quod improbe conflatum est,
Nempe ut me ex cathedra depelleret,
Qui nec illam tenebam, nec alio honore auctus fueram,
Nisi ut custodirem et renovarem populum),
In hoc autem sapientior. Nam nequaquam per extraneos,
785 Sed per memetipsum totam struxit fabulam,
Ut malorum inventor et compositor,
Per eum qui horum insolitus erat, et a fraude omnino alienus,
Atque aliud solertiæ genus colere solebat,
716-717 Nempe sapienter aliquid dicere, aut dicentem admirari,
790 Divinarum Scripturarum cor edisserere.
Novum aliquod in malis eloqui libet.
Oportebat ut eadem in omnibus esset indoles,
Aut vitiorum expers, aut versuta.
Minus enim læderentur alii ab aliis,
795 Si dissentirent aut consentirent mores.
Nunc autem malorum præda sunt boni :
O quæ confusio naturæ nostræ!
O quam inæqualiter a Deo conjuncti sumus!
Quis bonus pessimum hominem persentiat,
800 Dum dolos versat, fraudes struit, machinatur,
Seque ipsum surripit innumeris semper artibus?
Quod enim facile ad improbitatem movetur,
Observat omnia, perspicit opportunitates :
Quod autem ad virtutem propendet, ad suspicionem
805 Deteriorum natura pigrum et tardum est.
Sic capitur nullo negotio probitas.

779 *Σοφῶς*. Edit. ad marg. καλῶς, *bene*.
790 *Τὴν καρδίαν*. *Arcana*.
792 *Αὐτόν*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male αὐτῶν.
793 *Ἢ τόν*. Ita Vat. et Coisl. Edit. male ἢ τῶν.
796 *Θήρα*. Vat. θῆραι.
801 *Κλέπτονθ' ἑαυτόν*. *Qui miris modis id agat ut probitatis cujusdam fuco improbitatem suam tegat*. Bill.
804 *Καλόν*. Coisl. sup. lin. ἀρετήν, *virtutem*.

METRICA VERSIO.

Hac urbe tandem considet, quod jam cibos
Hos non haberet, quos prius consueverat.
Acutus autem cum esset, ac mire sagax
(Sic nam vocetur, improbe quod struxerat
Sæveque, solio scilicet me ut pelleret,
Cui nec thronus erat, ulla nec alia dignitas,
Instructor essem quam quod et custos gregis),
Sagacior in hoc exstitit, per exteros
Quod non, sed utens memet, hunc struxit dolum,
Scelerum ut peritus artifex, harum rudi
Rerum, atque fraudis prorsus omnis nescio,
Solertiæque qui genus dispar colo,
Sapienter aliquid dicere, loquentem alterum
Suspicere, mentem legere sacri codicis.
Libet profari quid novum in tantis malis,

B Debebat esse tota gens mortalium,
Aut sceleris exspers, multiplex aut et vafra.
Sic læderentur nam minus justi a malis,
Si dissiderent aut coirent moribus.
At præda nunc sunt improbis recti viri.
Quæ tanta nostri generis est confusio?
Proh! quam Deus nos dispari junxit modo!
Quis deprehendet pessimum vir optimus,
Fraudes dolosque dum struit, dumque artibus
Se mille, mores ac suos vafre occulit.
Nam quisquis omne facilis in crimen ruit,
Observat ille sedulus cuncta, et notat
Graviora quæque : promptus est at qui ad bon
Ad suspicandum segnis est aliquid mali.
Sic sæpe fraudi noxiæ bonitas patet.

Digitized by Google

Πῶς τοῦτο ποιεῖ, καὶ σκοπεῖθ', ὡς ποικίλως.
Αἰγύπτιόν τιν' ἄλλον ὄψει Πρωτέα.
Τῶν εὐνοούντων γίνεται καὶ τῶν σφόδρα
Πιστῶν. Τίς οὕτως ὡς ἔμοιγε Μάξιμος,
Στέγης, τραπέζης, δογμάτων, βουλευμάτων
Κοινωνός; Οὐδὲν μέγα· καὶ γάρ τις ἦν μέγας
Κύων ὑλακτῶν δῆθεν τοὺς κακόφρονας,
Καὶ τῶν ἐμῶν πρόθυμος αἰνέτης λόγων.
Ὁμοῦ δὲ ταῦτα, καί τι τῶν ἐν βήματι
Λαβὼν νόσημα, λεῖμμα τῆς πρώτης νόσου.
Τόδ' ἦν ἄπαυστος ζῆλος, ἔμφυτον κακόν.
Οὐ ῥᾳδίως γὰρ κάμπτεται πονηρία.
Τούτοις βραβεύων ἀνίσως, αὐτῷ φίλως,

A 820 Δυσὶ συνεργοῖς χρώμενος τῆς πικρίας,
Πρώτῳ τε δευτέρῳ τε ἀνθρωποκτόνοις,
Μόγις ποτ' ἐξέῤῥηξεν ἀσπίδος τόκον.
Ὁ πρῶτος ἦν Βελίαρ, ἄγγελός ποτε·
Ὁ δεύτερος δὲ, τοῦδε λαοῦ πρεσβύτης,
825 Τὸν νοῦν τι μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα βάρβαρος,
Ὃς οὐ παροφθεὶς, οὐδὲν ἐκμελὲς παθὼν,
Τὰ πρῶτ' ἔχων τιμῆς τε καὶ θρόνων ἀεὶ
(Ἄκουε, Χριστὲ, καὶ δίκης ὅμμ' ἁπλανὲς,
Εἰ δὴ καλεῖν ἐνταῦθα Χριστὸν ἄξιον),
830 Μῖσος πονηρὸν καὶ κακότροπον ἀθρόως
Ὤδινεν. Οἵ μοι! πῶς ἀποκλαύσω; Σκότος
Αἰθρία λαμπρὰ, καὶ τὸ συντεθὲν κακὸν

Quomodo id exsequatur, et quam versute, considera.
Alterum videbis Ægyptium Proteum.
Amicorum unus fuit, et eorum qui maxime
810 Fidi sunt. Quis mihi erat sicut Maximus,
Tecti, mensæ, doctrinæ, consiliorum
Particeps? Nil mirum: erat enim magnus
Canis allatrans scilicet contra prave sentientes,
Ac mearum orationum fervidus laudator.
815 Interea quemdam eorum, qui in sacro erant ordine,
Morbum contraxit, reliquias morbi prioris.
Is autem erat implacabilis livor, insitum malum.
Non enim facile flectitur improbitas.
Hos inter judex inæquabilis, ut ipsi lubebat,
820 Duobus utens acerbitatis suæ adjutoribus,
Quorum alter primas homicidii, alter secundas ferebat,
Vix tandem erupit aspidis fetum.
Horum primus erat Belial, olim angelus:
Alter autem populi presbyter,
825 Mente magis quam corpore barbarus,
Qui nec contemptus, nec molesti quidquam passus,
718-719 Ac primas honoris et sedium semper tenens
(Audi, Christe, qui justitiæ oculus es, erroris nescius,
Si tamen Christum hoc loco vocare decet),
830 Odium nefarium et improbum subito
Parturiit. Hei mihi! quomodo lugebo? In tenebras vertitur
Splendida serenitas, et conflatum malum

810 *Οὕτως*. Ita Coislinianus codex. Editi autem male hic οὗτος.

816 *Νόσημα*. Invidiam significat quam quorumdam sacri ordinis virorum esse dicit, quia ipsos tales in se expertus fuerat. Primus morbus superbia est, quæ apostatas angelos e cœlo, et generis nostri principes e paradiso deturbavit: reliquiæ autem hujus morbi, invidia. Nam cum superbæ illæ mentes ex beatissima illa sede ad Tartarum præcipites cecidissent, hominum felicitati statim invidere cœperunt: *Invidia enim diaboli mors introivit in orbem terrarum* (*Sap.* II, 24). Nec vero solum in angelis apostatis, sed etiam in hominibus, λεῖμμα τῆς πρώτης νόσου dici potest invidia. Cain enim fratri suo invidens ipsum nequiter interemit.

819 *Ἀνίσως*. In hoc versu mendum subrepsit, quod facile corrigi non potest, cum hoc adverbium habeat primam brevem, et secundam longam, ut videre est supra vers. 798. Emendet qui potuerit. (Caillau).

822 *Ἐξέῤῥηξεν ἀσπίδος τόκον*. Gregorius alludit ad hunc locum Isaiæ LIX, 5: Ὠὰ ἀσπίδων ἔῤῥηξαν, *Ova aspidum fregerunt*. Bill.

831 *Σκότος αἰθρία λαμπρά*. Id est, qui, ut presbyter, lucidus esse debebat, juxta illud: *Vos estis lux mundi* (*Matth.* v, 14), totus tenebrosus est. Bill.

METRICA VERSIO.

Quam porro vafre rem gerat, quæso, aspice.
Pharium videbis Proteum quemdam novum.
Amicus ille fit mihi, sic ut fide
In me anteiret Maximus cunctos viros.
Mensæ, domusque, dogmatum hunc et consilii
Consortem habebam. Namque erat magnus canis,
Acri latratu perfidam turbam petens,
Mirisque nostra laudibus verba efferens.
Ac præter istud, ordinis quemdam sacri
Morbum, reliquias principis morbi, capit.
Erat perennis livor hic, malum insitum.
Vix namque flecti pravitas unquam potest.
His, ut libebat, arbitrum sese exhibens,

B Et ab his duobus sævus homicidis opem
Miseram ille poscens ad scelus teterrimum,
Quandoque tandem protulit fetum aspidis.
Primus erat horum Lucifer, quondam angelus;
Secundus autem presbyter nostri gregis,
Magis ipse mente barbarus, quam corpore,
Qui spretus a me, et læsus haud unquam prius,
Honoris semper ac throni primas tenens
(Audi ista, Christe, juris et lux haud vaga,
Adhibere Christi nomen hic si convenit),
Odium scelestum ac perfidum in me parturit.
Lacrymis quibusnam id prosequar? Caligine
Serenus æther inficitur, atque id malum

Digitized by Google

Νέφος ἔβλυσεν ἡμῖν, Αἰγύπτου πέρας.
Κατάσκοποι μὲν πρῶτον, ὡς τῆς ἐπαρίτου
Ἐξ Γῆς Ἰσραὴλ πρὶ ἐξέπεμψ' ὁ γεννάδας,
Πλὴν οὐκ Ἰησοῦς, οὐδὲ Κάλεβ οἱ σοφοί·
Ἀλλ' εἴ τις ὀδοὺς ἐν νέοις καὶ πρεσβύταις,
Ἄμμων, Ἀπάμμων, Ἁρπαρᾶς, Στίππας, Ῥόδων,
Ἄνουβις, Ἑρμάνουβις, Αἰγύπτου θεοί,
Κηληφόροφα καὶ κυνάδες δαίμονες,
Δύστηνα ναυτάρδια καὶ παράφθορα,
Εὖσσα, μικρῷ κέρματος πλείους θεοὺς
Ῥᾴτ' ἂν πρόεντα, εἰσὶ γὰρ πλείονες.
Ἔπειτα μικρὸν ὕστερον οἱ πεπαμένοι
Τούτους, στρατηγοὶ τῆς φάλαγγος ἄξια,
Ἢ, τῶν κυνῶν εἰπεῖν τι προσφιλέστερον,
Οἱ ποιμένες. Πάσῃ γὰρ οὖδὲν φθέγξομαι

Venit nobis e longinquis locis, nubes Ægyptia.
Primum quidem exploratores venerunt, sicut in electam
Terram Israel olim missi sunt a magno illo viro,
Excepto quod non Josue et Caleb sapientes viri:
Sed si qua labes in juvenibus et senibus,
Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon,
Anubis, Hermanubis, Ægyptiorum dii,
Simiarum formæ, canini dæmones,
Nautæ miseri et corrupti,
Parvo pretio venales qui minuti nummuli causa
Plures deos, si plures essent, vendidissent.
Paulo post veniunt, qui hos miserunt,
Duces phalangis digni,
Vel, ut canibus aliquid convenientius dicam,
Pastores. Nihil enim amplius eloquar
(Etsi intus exagitor pluribus verbis,
Velut uter clausus, musto effervescens,
Aut follis aheneus aere plenus),
Ut honorem habeam ei qui misit, etsi mente levis fuit,
Tum ipsis illis, qui forte aliqua excusationis via
Non carent, abstracti ob inscitiam,
Ac sese moventes, quo ferri ut improbi,
Quos hic nobis peperit invidia.
Sapientes, quæstionem explanate. Non enim id mihi
Facile perspicuum, nisi quis sapientium explicet:
Quomodo Petrus ipse, pastorum arbiter,
Primo quidem me litteris tam manifeste
A versutia alienis, ut ipsæ suadebant
Missæ ad nos litteræ, in sede constituit,
Ac siguis sedis confirmatæ decoravit,

Καίπερ τραχίζων ἐνδοθεν πολλὰς ὀδύνας,
Ὥσπερ τις ἀσκὸς δέσμιος, γλεύκους ζέων,
Ἢ καὶ φυσητὴρ χάλκεος γέμων πνοῆς,
Αὖθις τε τοὺς πέμψαντας, εἰ καὶ παρφάνω,
Αὐτόν τ' ἐκεῖνον, ὡς τὰ συγγράφης τάχα
Μετῆλθ', ὑποπτεύσειεν ἐξ ἀγροικίας,
Ὅσα φέρειν οἱ πολλὰ κινυρόνες,
Οὓς ἐνδοθ' ἡμῖν ἀκριβεστέρα φθόνος.
Σοφοὶ, τὸ πρᾶγμα εἴπατ'. Οὐκ ἔμοιγε γὰρ
Τοῦτ' εὐσύνοπτον, πλὴν τις εἰ ῥᾴδιος σοφῶν·
Πῶς Πέτρος αὐτὸς, ὁ ποιμένων τῶν κορυφαῖος,
Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐγκαθίστα γράμμασιν
Οὕτω πρόπλοις ἀπλόοις ἐκπεμφθείσιν,
Ὡς αὐτὰ πείσει τὰ πρὸς ἡμᾶς γράμματα,
Καὶ συμβόλοις ἔτιμα τῆς ἑδρώσεως·

Intus tametsi mole verborum premar,
Non aliter atque fervidus musto cadus,
Clausus, vel auris æreus follis tumens),
Dabo hoc ei, qui misit hos, quamvis levi,
Atque hismetipsis, venia queis forsan dari
Nonnulla possit, utpote ex inscitia
Lapsis, secutis atque duntaxat malos,
Quos peperit isthic livor infestus mihi.
Hanc quæstionem pandite, o docti viri,
Mihi involutam, ni quis hac sophus explicet:
Qui Petrus ipse, præsulum illorum arbiter,
Prius quidem nos litteris clarissimis,
Fucoque vacuis, litteræ ut ipsæ fidem
Facient, sacrato fixerit nos in throno,
Dignatus atque nomine sit antistitis:

834 *Οὓς τῆς ἐπαρίτου γῆς*, etc. Alludit ad exploratores quos in terram Israel misit olim Moyses. Iuti de quibus agit, ex Ægypto missi sunt a Petro Alexandrino præsule, ut Constantinopolitanam Ecclesiam explorarent. Primum directi fuerunt a viro nautæ, qui Constantinopolim quo frumenta vehebant, appulsi, pietatis ac catholicæ fidei specie divertere ad Gregorium: is præclaro sermone ipsos excepit. Nautas secuti sunt episcopi, qui Maximum in sede Constantinopolitana collocare tentarunt.

841 *Παράφθορα*. Vat. et edit. ad marg. παράφορα, *insani*.

848 *Σραδίζων*. Significat a se vix posse reprimi linguam suam, pene in verba erumpentem.

851 *Ὅποι*. Coisl ὅπῃ

859 *Πρῶτον*. Vat. et Coisl. πρώτην.

METRICA VERSIO.

A nube Pharia prodiit nobis procul.
Primum quidem catascopi, quos inclytus
Vir ille lecta misit e terra Israel,
Non Josue, aut Calebus, insignes viri,
Juvenum senumque sed nimis petulans chorus,
Ammon, Apammon, Harpocras, Stippas, Rhodon,
Anubis, Hermanubis, Ægypti dei,
Canina forma, et simiarum dæmones,
Nautæ miselli, pretio et exiguo emptiles,
Ærisque causa qui levis multos deos,
Majore numero si forent, admitterent.
Venere posthac, miserant hos qui prius,
Digni phalange scilicet tali duces,
Vel opiliones, canibus hæc nam vox magis
Est apta. Dicam non enim quidquam amplius

B (Intus tametsi mole verborum premar,
Non aliter atque fervidus musto cadus,
Clausus, vel auris æreus follis tumens),
Dabo hoc ei, qui misit hos, quamvis levi,
Atque hismetipsis, venia queis forsan dari
Nonnulla possit, utpote ex inscitia
Lapsis, secutis atque duntaxat malos,
Quos peperit isthic livor infestus mihi.
Hanc quæstionem pandite, o docti viri,
Mihi involutam, ni quis hac sophus explicet:
Qui Petrus ipse, præsulum illorum arbiter,
Prius quidem nos litteris clarissimis,
Fucoque vacuis, litteræ ut ipsæ fidem
Facient, sacrato fixerit nos in throno,
Dignatus atque nomine sit antistitis:

Digitized by Google

Νῦν δ' ἦχεν ἡμῖν νεβρὸς ἀντὶ παρθένου·
Ταῦτ' οὐ πρόδηλα, ταῦτα δεῖθ' ἑρμηνέως.
865 Ὤφθη τί τούτων σκηνικώτερόν ποτε,
Πολλῶν πονηρῶς ἐν βίῳ πεπαισμένων;
Ὀφθήσεται δέ τ' ἄλλο παιγνικώτερον.
Οἶνόν τις εἶπε συμπότης πάντων κρατεῖν,
Ἄλλος γυναῖκα, τὴν δ' ἀλήθειαν σοφός.
870 Ἐγὼ δ' ἂν εἶπον χρυσὸν, ὡς ἔχει κράτος.
Τούτῳ τὰ πάντα ῥᾳδίως πεσσεύεται.
Οὕπω τὸ δεινὸν, εἰ τὰ τοῦ κόσμου μόνα
Πλέον παρ' ἡμῖν ἰσχύει τοῦ Πνεύματος.
Πόθεν δ' ὁ χρυσὸς τῷ κυνί; ζητητέον.
875 Πρεσβύτερον ἐκ Θάσσου τιν' ἦκον' ἐνθάδε
Χρυσὸν φέροντα τῆς ἐκεῖσ' ἐκκλησίας,
Ἐφ' ᾧ πρίασθαι Προκονησίας πλάκας,

A Τοῦτον δὲ σήνας καὶ λαβὼν συμπράκτορα,
Πολλοῖς τε δήσας ἐλπίσιν τὸν ἄθλιον
880 (Οἱ γὰρ κακοὶ τάχιστα μίγνυνται κακοῖς),
Τὸν χρυσὸν εἶχεν εἰς ἅπανθ' ὑπηρέτην,
Πιστὸν συνεργὸν, γνήσιον συνέμπορον.
Τεκμήριον δέ· καὶ γὰρ οἱ πρώην ἐμὲ
Σέβοντες, ὡς ἄχρηστον, ἄχρυσον φίλον
885 Περιφρονοῦσι φίλτατοι, καὶ ῥᾳδίως
Κλίνουσι πρὸς τὸ χεῖρον, ὡς ῥοπὴ ζυγοῦ.
Νὺξ ἦν· ἐγὼ δ' ἔκαμνον· οἱ δ', ὥσπερ λύκοι,
Κλέπται φανέντες ἀθρόως μάνδρας ἔσω,
Πολλοὺς ἔχοντες μισθίους ἐκ τοῦ στάλου,
890 Ἐξ ὧν Ἀλεξάνδρεια ῥᾷστ' ἀνάπτεται
(Καὶ γὰρ συνεμπίπτουσι τῷ στόλῳ σαφῶς),
Κεῖραι προθυμοῦντ' εἰς καθέδραν τὸν κύνα,

Nunc autem nobis virginis loco hinnulus prodit:
Hæc clara non sunt, hæc egent interprete.
720-721 865 Quid visum unquam scenis convenientius,
Quamvis multa improbe in vita lusa fuerint?
Aliud videbitur dignius quod in scenam promatur.
Vinum, compotator quidam dixit, omnibus dominari,
Alius mulierem, veritatem sapiens.
870 Aurum ego dixerim principatum tenere.
Auro facile omnia huc et illuc jactantur.
Nec mirum est quippe, si ea, quæ mundi sunt,
Plus apud nos valeant quam quæ Spiritus.
Sed unde aurum cani? inquirendum est.
875 Presbyter quidam e Thasso huc venerat,
Aurum ferens ecclesiæ quæ illic est,
Quo tabulas Proconesias emeret;
Hunc blandiendo adortus, ac socium actionum assumens,
Multisque spebus miserum vinciens
880 (Mali enim cum malis facile miscentur),
Auro potitur ad omnia ministro,
Fidoque adjutore et genuino negotiorum consorte.
Id inde perspicitur. Nam qui me antea
Colebant, ut inutilem et auro carentem amicum
885 Spernunt amicissimi, ac facile
Inclinant ad pejora, ut lanx in statera.
Nox erat: ego ægrotabam: illi vero, ut lupi,
Furtim ingressi subito intra ovile,
Multos habentes ex classe conductos mercede,
890 A quibus facile incenditur Alexandria
(Irruunt enim aperte cum classe),
Tondere canem in cathedra alacriter aggrediuntur,

863 *Νεβρός*. Edit. ad marg.: Αἰνίττεται δὲ τὸν Ἔλαφον ὃν ἀντὶ τῆς Ἰφιγενείας ἐν Αὐλίδι ἔθυσεν ὁ Ἀγαμέμνων, *Significat cervum quem pro Iphigenia in Aulide immolavit Agamemnon.*

866 *Πονηρῶς*. Ita Coisl. Male edit. πονηρῷ. Ibid. *πεπαισμένων*. Vat. πεπαιγμένων.

871 *Πεσσεύεται. Huc et illuc jactantur*, id est, *quasi talorum jactibus versantur.*

877 *Πλάκας*. Edit. ad marg. μαρμάρους, *marmoreas.* Proconesia marmora albi sunt coloris: porro Proconesia una est e Sporadibus insulis.

878 *Τοῦτον δὲ σήνας*. Ita edit. ad marg. In textu περισήνας, sed male, quia metrum deficit. Mox συμπράκτορα. Ita legimus. Edit. male συμπράκτορας.

891 *Συνεμπίπτουσι τῷ στόλῳ σαφῶς*. Edit. ad marg. οἱ Ἀλεξανδρεῖς, *Alexandrini.* Missi Alexan-

METRICA VERSIO.

Nunc venit autem virginis cervus loco:
Hæc clara non sunt, hæc egent interprete.
Visum quid unquam dignius scena fuit,
Permulta quamvis lusa sint valde improba?
Aliud videbis, ludicrum quod sit magis.
Vinum asserebat quispiam omnia vincere,
At feminam alter: tertius palmam dabat
Vero. Dedissem robur ast ego maximum
Auro, arbitratu cuncta quod vertit suo.
Sed quod caduca pluris ipsi ducimus,
Ad Pneuma quam quæ pertinent, minus est grave.
Aurum videndum undenam venit cani.
E Thasso in urbem forte quidam presbyter
Appulerat, aurum publicum secum ferens,
Tabulas ut emeret ædis ad cultum sacræ.

B Hunc voce blanda delivit, juvantibus
Quibusdam et amplis spebus astrictum tenens
(Nocens nocenti nam statim se copulat),
Auro potitur, atque hoc ministro utitur
Ad cuncta, certamque hinc opem quærit sibi.
Id hinc liquebit. Turba nam, quæ me prius
Colebat, eadem me modo ad nil utilem,
Caream quod auro, censet, ac nihil æstimat:
In pejus atque flectitur, lanx ut libræ.
Nox erat, et æger ipse eram, cum isti, velut
Caulam introgressi conciti rabie lupi,
Nautas habentes plurimos, pecunia
Partos, facile Alexandriam qui incendere
Solent (eos nam junxit irrumpens cohors
Secum), locare in sede detonsum canem

Digitized by Google

Πρὶν ἢ τι λαῷ, πρὶν κτίλοις Ἐκκλησίας,
Μῆλον ἡμῖν αὐτοῖς, ὡς κυσὶ γοῦν, γνωρίσαι.
Οὕτω φασὶ καὶ ταῦτα προστεταγμένοι.
Οὕτως Ἀλεξάνδρεια τιμᾷ τοὺς πόνους.
Οὕτω δικάσαι τις ὑμῖν ἄλλος εὐμενής.
Ἦν ὄρθρος. Ὁ κλῆρος δὲ (καὶ γὰρ ἐγγύθεν
Ὤκουν) ἀνήφθη. καὶ τάχιστα τὸν λόγον !
Ἄλλῳ δίδωσιν ἄλλος. Εἶτ' ἐγείρεται
Φλὸξ λαμπρὰ λίαν· ὦ πόσων τῶν ἐν τέλει,
Πόσων ξένων δὲ συῤῥυέντων καὶ νόθων!
Οὐκ ἦν γὰρ ὅστις οὐ μέμηνε τοῖς τότε,
Τοιαῦθ' ὁρῶντες τἀπίχειρα τῶν πόνων.
Τί μακρὰ τείνω; ἐκ μὲν ἡμῶν αὐτίκα
Χωροῦσιν ὀργῇ, τοῦ σκοποῦ τῷ μὴ τυχεῖν
Ἀλγοῦντες. Ὡς δ' ἂν μὴ μάτην ὦσι κακοί,

A Τὸ λοιπὸν ἐκπληροῦσι τῇ σκηνῇ τέλος.
Εἰς γὰρ χοραύλου λυπρὸν οἰκητήριον
Ἀχθέντες οἱ σεμνοί τε καὶ Θεῷ φίλοι,
Λαόν τ' ἔχοντες τῶν ἀποβλήτων τινὰς,
Κυνῶν τυποῦσι τὸν κάκιστον ποιμένα
Κείραντες, οὐ δήσαντες, οὐδὲ σὺν βίᾳ.
Κύων γὰρ ἦν πρόθυμος εἰς τὰ κρείσσονα.
Τομὴ δ' ὑπῆλθε βοστρύχους εὐφορβίους,
Λύουσ' ἀμόχθως τὸν πολὺν χειρῶν πόνον,
Τοσοῦτον αὐτῷ καὶ μόνον δεδωκυῖα,
Ὅσον γυμνῶσαι τὸ τριχῶν μυστήριον,
Τριχῶν ἐν αἷς ἔκειτο τὸ σθένειν ἅπαν,
Ὥσπερ λέγουσι τῷ κριτῇ Σαμψών ποτε;
Ὃν ἡ κόμη προὔδωκεν ἐξυρημένη,
Τριχῶν ἀώρου κἀνεμοφθόρου θέρους,

Antequam populo, antequam præpositis Ecclesiæ,
Antequam nobis ipsis, saltem ut canibus, rem indicassent.
Id etiam se in mandatis accepisse dicebant.
Sic Alexandria laboribus honorem impertitur.
Sic de vobis justa statuat aliquis alius vobis favens.
Diluculum erat, clerusque (nam prope
Habitabant) exarsit, ac celerrime rem
Alter alteri narrat. Deinde excitatur
Incendium valde splendens, multis nobilibus
Confluentibus, multis hospitibus, multisque spuriis.
722-723 Nemo enim erat, qui non ob hæc a furiis accensus esset,
Cum talia cernerent laborum præmia.
Quid multis moror? a nobis abscedunt,
Non sine ira, quod a proposito aberrassent,
Dolentes. Sed ne frustra improbi essent,
Quod scenæ deerat absolvunt.
Nam in choraulæ sordidam domum
Ingressi graves homines, et Deo amici,
Plebis vice habentes nonnullos viros perditissimos,
Canum nequissimum ordinant pastorem,
Tonsum quidem, sed non ligatum, neque coactum.
Erat enim canis fervidus ad præstantiora quæque.
Sectio autem adhibita cincinnis diu cultis,
Ac sine labore solvens longum manuum laborem,
Hoc et quidem unum illi attulit,
Ut nudaret crinium mysterium,
Crinium in quibus robur omne positum erat,
Ut de judice olim Samsone narratur,
Quem coma prodidit resecta,
Intempestiva et a ventis læsa messis crinium,

dria episcopi ad eam tumultuariam ordinationem irruunt cum nautarum turba. Edit. in marg. pro σαφῶς habent σοφοί, *sapientes*, sed male.

901 *Τῶν ἐν τέλει.* Qui erant ordinis senatorii, vel magistratuum insulis illustres.

902 *Καὶ νόθων.* Infidelibus et hæreticis.

908 *Τῇ σκηνῇ.* Edit. in marg. τῷ δράματι, *dramati.*

911 *Λαόν τ' ἔχοντες.* Ita Coisl. Edit. male lasi. Hinc intelligitur magnam populi frequentiam legitimis ordinationibus olim adfuisse.

915 *Εὐφορβίους. Bene et copiose nutritis.* Vaticanus autem codex et editi habent in margine τροφείας, *copiosis*

921 *Ἐξυρημένη.* Ita Coisl. Edit. minus bene ἐξῃρημένη, *ablata.*

METRICA VERSIO.

Nituntur, antequam gregi ac primoribus
Hoc indicassent, aut mihi, saltem ut cani.
Sic imperatum nam sibi ipsi dictitant.
Sanctos labores illa sic urbs æstimat.
Sic ergo faveat alter his judex velim.
Ut luxit autem, clerus (etenim proxime
Habitabat) ira frendet : ac celerrime
Disseminatur ista res. Tum maxima
Hinc flamma surgit. Nam magistratus statim
Multi, exterique confluunt, etiam nothi.
Ob hoc furebant nam scelus cuncti, mihi
Pendi laborum præmia hæc cum cernerent.
Quid multa? Referunt illico e templo pedem,
Illud dolentes maxime, cœpta irrita
Cessisse. Verum ne mali incassum forent,

B Explere pergunt, deerat quod fabulæ.
Namque in choraulæ sordidam ingressi **domum**,
Graves, superno et Numini chari viri,
Ac quosdam habentes fæce de vulgi **infima**,
Canem resecta præsulem signant **coma**
Nequissimum, haud vi, nec ligatum. **Nam** ca
Ad summa quæque promptus ac **fervens erat.**
Subiitque cinnos sectio cultos diu,
Manuum laborem non brevem solvens **brevi** :
Unumque munus huic ferens, quod **crinium**
Nudavit ejus abditum mysterium,
Qui robur ejus, unicæ ac vires **erant** :
Samsoni ut olim contigit, quem **procidit**
Sævis resectus hostibus crinis suis,
Messis capillis tempore perincommodo,

Digitized by Google

Ἄς τις γυνὴ τέτμηκεν εἰς ἐχθρῶν χάριν.
Ποιμὴν δὲ δειχθεὶς ἐκ κυνῶν, ἐκ ποιμένων
Πάλιν κύων πέφηνε· τῆς ἀτιμίας!
Κύων ἔρημος, μήτε τῆς κόμης ἔτι
Φέρων τὸ κάλλος, μήτε τὴν ποίμνην στρέφων·
Αὖθις μακέλλων ὀστέοις ἐπιτρέχων.
Δράσεις δὲ δὴ τί τὴν καλὴν κόμην; πάλιν
Θρέψεις φιλεργῶν; ἢ μενεῖς τοῖον γέλως;
Ἄμφω γὰρ αἰσχρὰ, καί τι τοῖν δυοῖν μέσον
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οὐδὲ ἕν, πλὴν ἀγχόνης.
Θήσεις δὲ ποῦ μοι τὰς τρίχας, πέμψεις δὲ ποῦ;
Σκηναῖς θεάτρων, εἰπέ μοι, ἢ παρθένοις;
Τίσι δὲ τούτων αὖθις; ἢ Κορινθίαις
Ταῖς σαῖς; μεθ' ὧν τὰ θεῖα ἐξησκοῦ ποτε
Μόνος μόναις τε πανσόφως κοινούμενος,

A Ἀνθ' ὧν σε θήσω μᾶλλον οὐρανοῦ κύνα.
Εὐθὺς μὲν οὖν τοσοῦτον ἦλγησεν πόλις
Τοῖς τηνικαῦτα συμβεβηκόσι κακοῖς,
Ὥστ' ἐπρίοντο πάντες· ἐξέχυθ' ἅπας
Λόγους ἀηδεῖς τοῦ βίου κατηγόρους,
Θυμοῦ φέροντος ἃ φρένες συνεκρότουν.
Ἄλλος τι δ' ἄλλο ἠράνιζεν εἰς ἑνὸς
Κακοῦ τελείου πάντοθεν συμφωνίαν.
Ὥσπερ γὰρ ἐν τοῖς σώμασι συνίσταται
Πάθη τὰ μικρὰ ταῖς μεγάλαις ἀῤῥωστίαις,
Κἂν ἠρεμοῦντα τῷ σθένειν τέως τύχῃ·
Οὕτως ἐκείνου πάντα τὰ πρόσθεν κακὰ
Ἐστηλίτευσεν ἡ τελευταία στάσις.
Ἀλλ' οὐκ ἐμοῦ γε ταῦτ' ἂν ἐξέλθοι ποτέ·
Ἴσασιν οἱ λέγοντες. Ἐνδάκνω δ' ἐγὼ,

Quos mulier resecuit in hostium gratiam.
Pastor autem declaratus ex cane, rursus ex pastore
Canis apparet: o ignominiam!
Canis orbatus, nec jam comæ
Venustate ornatus, nec regens gregem:
Rursus macellorum ossibus accurrens.
Quid jam facies de eximia coma? rursus
Nutries studiose? an manebis risus et fabula?
Utrumque enim turpe, nec duorum medium
Unum prorsus reperire est, præter restem.
Ubi collocabis crines, et quo mittes?
Scenis theatrorum, dic mihi, an virginibus?
Quibus autem virginibus? an Corinthiis
Tuis? quibuscum mysteria peragebas quondam,
Solus cum solis sapienter communicans:
Quam ob causam te potius cœli canem collocabo.
Statim tanto dolore perculsa est civitas,
Ob ea quæ acciderant mala,
Ut frenderent omnes: fundebat quisque
Acerba verba vitam et mores incusantia,
724-725 Ira efferente quidquid mens conceperat.
Alius aliam symbolam afferebat ad unius
Perfecti improbi concordem undique descriptionem.
Quemadmodum enim in corporibus consociantur
Leves infirmitates gravibus morbis,
Quamvis antea, vigente robore, quiescerent;
Sic illius omnes præteritas improbitates
In lucem protulit extrema seditio.
Sed nunquam mihi continget, ut ea proferam;
Nota sunt narrantibus. Ego labra mordeo,

941 *Ἐξέχυθ'*. Coisl. ἐξεχεῖθ'.
946 *Ὥσπερ*. Hic sensus est: Quemadmodum in humano corpore istud accidere consuevit, ut, exorto gravi quodam morbo, alii leviores, qui prius, dum firma erat valetudo, nihil inferebant molestiæ, ad eum se adjungant: ita ingens illud Maximi scelus fuit, ut multa ejus superiora delicta, quæ oblivione quasi sepulta erant, simul ipsi ab irata plebe objicerentur.
952 *Ἴσασιν*. Ita Vat. Edit. male ἴστασιν.

METRICA VERSIO.

Quos uxor, hosti dum favet, scidit mala.
Ut factus autem pastor est canis improbus,
Ex opilione fit canis rursum, (o grave
Probrum!) canisque solus; et pulchro carens
Jam crine, sacrum nec tamen moderans gregem:
Ad ossa rursum seque jam confert fori.
At quid venustis nunc ages de crinibus?
Alesne rursum? An sic manens ridebere?
Utrumque turpe: reste nec dempta, potest
Quidquam inveniri tertium. Quin tu comam
Ubinam locabis? aut eam quonam feres?
An ad theatra? vel potius ad virgines?
Quas rursus istas? an tuas Corinthias,
Studiis quibuscum tu sacris quondam dabas
Operam, remotis arbitris cum his disserens.

B Ob quæ vocem te potius ætherium canem.
Certe ob patratum tunc scelus tantus dolor
Invasit urbem, nemo non ut tum foret,
Qui non fureret, ac multa in ipsum effunderet
Acerba, vitam quæ illius proscinderent:
Ira efferente quidquid animus finxerat.
Hic illud, aliud ille promebat, mali
Quo pingeretur unius perversitas
Insignis. Ut enim corporis noxæ leves
Gravibus coire febrium morbis solent,
Quamvis quietæ, dum vigens robur foret:
Sic ejus omnes pristinas scelerum notas
Seditio claram traxit in lucem ultima.
At ista ut unquam proferam, avertat Deus:
Norunt loquentes. Ipse vero ob pristina

Digitized by Google

Τῶν πρόσθεν αἰδοῖ, καίπερ ἠδικημένος.
Τί οὖν; σὺ τοῦτον οὐ χθὲς εἶχες ἐν φίλοις,
Καὶ τῶν μεγίστων ἠξίους ἐγκωμίων;
Τάχ' ἄν τις ἀπαντήσειε τῶν ταῦτ' εἰδότων,
Καὶ τὴν τότ' εὐχέρειαν αἰτιωμένων,
Ὑφ' ἧς ἐτίμων καὶ κυνῶν τοὺς χείρονας.
Ἄγνοιαν ἠγνόησα μίσους ἀξίαν·
Ἐξηπατήθην ὡς Ἀδὰμ γεύσει κακῇ.
Ὡραῖον ἦν τὸ πικρὸν εἰς ὄψιν ξύλον.
Τὸ σχῆμά μ' ἠπάτησε τῆς ὁρωμένης
Ἄχρι προσώπου πίστεως καὶ ῥημάτων.
Πιστοῦ γὰρ ἀνδρὸς οὐδὲν εὐπειθέστερον,
Πρὸς εὐλάβειαν ῥᾳδίως ὁρμωμένου
Ἢ οὖσαν, ἢ δοκοῦσαν. Ὦ χρηστοῦ πάθους!
Ὃ βούλεται γὰρ, τοῦθ' ἕκαστος οἴεται.

A Τί χρή με ποιεῖν; εἶπατ', ὦ σοφώτατοι
Τί δ' ἄν τις ὑμῶν ἄλλο τι πρᾶξαι δοκεῖ,
Οὕτως ἔτι στενῆς τε τῆς Ἐκκλησίας
Οὔσης τότ', ὡς τι καὶ τῆς καλάμης συλλ
Ἐξουσίαν γὰρ οὐ τοσαύτην ὁ στενὸς,
Ὅσην δίδωσι καιρὸς ὁ πλάτους γέμων.
Μέγιστον ἦν μοι, καὶ πατῶν αὐλὴν κύων
Ἐμὴν, σέβων τε Χριστὸν ἀνθ' Ἡρ
Τοῦ δ' ἦν τι μεῖζον· τὴν ἐπ' αἰσχίστοις ς
Πίστιν πεποίηχ', ὡς Θεοῦ πάσχων χάριν.
Μαστιγίας ἦν, ἀλλ' ἐμοὶ νικηφόρος.
Εἰ τοῦτο δεινὸν, οἶδα πολλὰ πολλάκις
Τοιαῦθ' ἁμαρτών. Ἆρα συγγνώσεσ
Ἄνδρες δικασταὶ, τῆς καλῆς ἁμαρτίας.
Ἦν μὲν κάκιστος, ἀλλ' ἐτίμων ὡς καλό

Reveritus præterita, licet injuria affectus.
Quid igitur? Non tu hunc heri habebas in amicorum numero,
Et maximis dignum æstimabas præconiis?
Sic enim forte occurret aliquis ex his qui ista norunt,
Ac meam facilitatem vituperant, per quam
Honorem dabam vel pessimis canibus.
Ignoratione laboravi, odio digna:
Deceptus sum, ut Adam, malo gustu.
Pulchrum erat visu amarum illud lignum.
Species decepit me apparentis
Facie et verbis fidei.
Fideli enim viro nihil magis credulum,
Quem pietas facile commovet,
Seu vera, seu apparens. O probum vitium!
Quod enim optat, hoc quisque credit.
Quid me oportuerit facere? Dicite, sapientissimi:
Quid aliud quisque vestrum facturum se fuisse putat,
Cum adhuc tam angusta esset Ecclesia
Illo tempore, ut aliquid vel de stipulis colligendum esset?
Potestatem enim non tantam tempus
Molestum largitur, quantam commodissimum.
Maximum quidpiam mihi erat, etiam canis caulam meam
Terens, ac Christum loco Herculis colens.
Huc accedit aliquid gravius: fugam ob turpissima,
Fidem finxit, quasi Dei causa passus.
Erat verbero, at mihi in prælio victor.
Id si malum est, scio me multa sæpe
Ejusmodi peccasse. Ignoscatis certe
726-727 Mihi, judices, præclarum peccatum.
Erat ille quidem nequissimus, sed colebam ut bonum.

969 *Δοκεῖ*. Coisl. δοκῇ.

972 *Ἐξουσίαν*. Ut Gregorius observat, pastor non tanta in gregem sibi commissum uti potest auctoritate, cum Ecclesiæ res adverso statu sunt, quam cum læto ac prospero; ac proinde ad multa connivere interdum cogitur, et multa tolerare, quæ, si commodiora essent tempora, minime

978 *Μαστιγίας. Qui criminum* suorum *derat, eum hominem, opinione decepti prædicabam.* Hic Gregorius recantat ho Maximum extulerat in oratione *in laud philosophi*. Vide tom. I, pag. 454.

METRICA VERSIO.

Compressa labra mordeo, læsus licet.
Quid igitur? Annon charus hic nuper tibi?
Non hunc ferebas laudibus summis prius?
Fortasse dicet quispiam, hæc qui sciet,
Ac facilitatem vertat hanc mihi crimini,
Per quam colebam pessimos etiam canes.
Culpanda prorsus hæc mea ignoratio.
Me gustus, Adamum ut, traxit in fraudem improbus.
Visu decorum lignum erat, re non item.
Fidei fefellit larva me: fucum mihi
Fecere verba subdolo corde edita.
Viro fideli nam nihil mage credulum
Qui se libenter ad pios confert viros,
Aut esse tales quos putat; vitium probum!
Nam facile quisque, quod cupit, credit quoque.

B Quid erat agendum dicite, o scitu viri
Aliudne quiddam cuipiam vestrum plac
Angusta cum tam foret adhuc Ecclesia,
Stipulas ut ipse cogerer quoque legere?
Namque arcta tantam non ferunt licent
Quam lata quæ sunt tempora, et late fu
Magni æstimabam, quod canis caulam
Tereret, locoque coleret Alcidæ Dei
Natum. Hocque majus, quod fugam ob n
Velabat, ut si pro Deo hanc passus fore
Qui vapularat ut nocens, hunc martyre
Falso arbitrabar. Si grave est hoc, talia
Frequens patravi. Judices, ignoscite,
Culpæque veniam, quæso, præclaræ dat
Erat scelestus: at colebam hunc ut bon

Digitized by Google

Ἢ φθέγξομαί τι καὶ νεανικώτερον.
Τοὺ προτείνω τὴν ἄκαιρον καὶ λάλον
Γλῶσσαν· ὁ θέλων ἀνηλεῶς ἐκτεμνέτω.
δ' οὐχὶ τέτμηται'; ἢ δοκεῖ σοι καὶ σφόδρα,
μακρὰ σιγᾷ, καὶ πλέον σιγήσεται,
ὡς δίκας τίνουσα τῆς ἀκαιρίας,
ἂν μάθῃ μὴ πᾶσιν εἶναι δεξιά.
Κἀκεῖνο δ' οἷον; προστεθήτω γὰρ μόνον·
πως ἀσυλλόγιστον ἡ πονηρία.
γὰρ τὸ χρηστὸν οὐκ ἐποίησ' ἥμερον,
δ' ἂν ὁράσειεν ἄλλο τῶν πάντων ποτέ;
τως γάρ, ὄντως ἐστὶν ἡ τιμὴ ψόγος.
Τούτου τί φήσεις τὸν τρόπον; κακὸν μέγα.
τ' εἰ μέν ἐστι πιστά, μὴ ζήτει πλέον.
οὐκ ἀληθῆ, μηδὲ τὰ ἔμπροσθεν δέχου.

Α Τούτων τί ἂν γένοιτο δυσμαχώτερον;
Οὕτω μὲν ἔνθεν ἐλάθη κακὸς κακῶς,
Εἰπεῖν δ' ἀληθὲς μᾶλλον, ὡς κακὸς καλῶς.
Ἐπεὶ δὲ φύλοις βαρβάρων κακὸν φέρων
Ἄναξ ἐῷος, εἶχεν ὁρμητήριον
Θεσσαλλονίκην, τηνικαῦτα τί πλέκει
Κύων ὁ παγκάκιστος, ἄθρει μοι πάλιν.
Ἄρας τὸ συρφετῶδες Αἰγύπτου στίφος,
(Λέγω δὲ τοὺς κείραντας αὐτὸν ἀπρεπῶς,)
Ὡς τὴν καθέδραν βασιλικῷ προστάγματι
Πήξων ἑαυτῷ, τῷ στρατοπέδῳ προστρέχει·
Κἀκεῖθεν αὖθις, ὡς κύων, ἀπορριφεὶς
Ὀργῇ τε πολλῇ καὶ ὅρκοις φρικώδεσι
(Οὕπω γὰρ ἦν τὰ ὦτα διατεθεὶς κακῶς
Οὐδεὶς καθ' ἡμῶν, ἀλλ' εἶτ' εἶχον ὑγιῶς),

Profecto eloquar aliquid audacius.
Ecce linguam promo præposteram et loquacem.
Hanc, qui volet, amputet inmisericorditer.
Sed an non amputata est? Tibi quidem id persuasissimum,
Quæ jamdudum silet, et diutius silebit,
Pœnas forsitan solvens, quod præpostere locuta sit,
Ut jam discat non omnibus favere.
Illud autem quale est? Hoc enim tantum addatur:
Rationis expers vere est improbitas.
Quem enim lenitas mansuetum non fecit,
Quid ei unquam alia res præstiterit?
Vere enim, vere honor non differt improperio.
Mores illius quid esse dices? Magnum malum.
Hæc si certa sunt, nihil amplius quæras.
Sin autem non vera, nec pristinis habeas fidem.
His quid possit esse inexpugnabilius?
Sic malus ille hinc male tractatus ejectus est,
Vel, ut verius dicam, bene ut malus.
Sed cum barbaris gentibus bellum illaturus
Rex Orientis præsidium suum haberet
Thessalonicæ, tunc quid moliatur
Canis teterrimus, rursum mihi considera.
Sumens feculentum illum Ægyptiorum manipulum
(Illos dico, qui eum totonderant indecore),
Ut cathedram regio mandato
Sibi ipsi firmaret, accurrit ad castra:
Sed inde rursus, ut canis, ejectus
Cum plurima indignatione, minisque horrendis
(Nondum enim cujusquam aures contra nos
Male erant affectæ, sed adhuc erant integræ),

2 Ἄναξ ἐῷος. *Theodosius.* Ad marg. Edit. ὁ ἐῷος βασιλεύς.
1 Οὕπω γὰρ ἦν. Non enim ad id usque tempus ullæ de me calumniæ aures cujusquam occupaverant: nondum animi exulcerati, ac proinde nec in iis fictum crimen adhuc insidere poterat. In editis ad marg. Χορεῖος. Mox καθ' ἡμῶν. Male edit. ὑμῶν.

METRICA VERSIO.

iam negatis? Quidpiam audax proferam.
omo linguam garrulam et præposteram;
efferata scindat hanc quisquis volet.
Nonne secta est? Id quidem censes. Diu
am silescit, ac silebit longius,
citatis hanc suæ pœnam luens,
cat ipsa grata non esse omnibus.
illud autem? Liceat hoc unum addere.
uta certe pravitas, excors, hebes.
e nam quem quivit haud benignitas,
nolliorem reddere hunc unquam queat?
ippe magnum in dedecus honor vertitur.
rgo mores istius? Magnum malum
erta si sunt, amplius quæras nihil.
lsa, nec tu pristinis fidem arroga.

Β His cogitari firmius quidnam queat?
Sic urbe tandem pulsus est malus male.
Aut si loquendum verius, malus bene.
Orientis at cum, barbaris cladem ferens,
Thessalonicam sceptriger, velut aggerem,
Teneret, illic ac foret, rursum vide
Hic moliatur pessimus quidnam canis.
Hanc feculentam sumit Ægypti manum
(Hos dico, fœde qui comam ipsi deinpserant),
Atque, ut cathedram principis jussu sibi
Firmare posset, tendit ad castra incitus.
Illincque rursum pulsus, ut fœdus canis,
Ira æstuante principe, et minas graves
Jactante (nondum repserant calumniæ
Cujusquam in aures: integri sed erant adhuc),

Digitized by Google

Τῶν πρόσθεν αἰδοῖ, καίπερ ἠδικημένος.
Τί οὖν; σὺ τοῦτον οὐ χθὲς εἶχες ἐν φίλοις,
955 Καὶ τῶν μεγίστων ἠξίους ἐγκωμίων;
Τάχ' ἄν τις ἀπαντήσειε τῶν ταῦτ' εἰδότων,
Καὶ τὴν τότ' εὐχέρειαν αἰτιωμένων,
Ὑφ' ἧς ἐτίμων καὶ κυνῶν τοὺς χείρονας.
Ἄγνοιαν ἠγνόησα μίσους ἀξίαν·
960 Ἐξηπατήθην ὡς Ἀδὰμ γεύσει κακῇ.
Ὡραῖον ἦν τὸ πικρὸν εἰς ὄψιν ξύλον.
Τὸ σχῆμά μ' ἠπάτησε τῆς ὁρωμένης
Ἄχρι προσώπου πίστεως καὶ ῥημάτων.
Πιστοῦ γὰρ ἀνδρὸς οὐδὲν εὐπειθέστερον,
965 Πρὸς εὐλάβειαν ῥᾳδίως ὁρμωμένου
Ἢ οὖσαν, ἢ δοκοῦσαν. Ὦ χρηστοῦ πάθους!
Ὃ βούλεται γὰρ, τοῦθ' ἕκαστος οἴεται.

A Τί χρή με ποιεῖν; εἶπατ', ὦ σοφώτατοι.
Τί δ' ἄν τις ὑμῶν ἄλλο τι πρᾶξαι δοκεῖ,
970 Οὕτως ἔτι στενῆς τε τῆς Ἐκκλησίας
Οὔσης τότ', ὥς τι καὶ τῆς καλάμης συλλέγειν;
Ἐξουσίαν γὰρ οὐ τοσαύτην ὁ στενὸς,
Ὅσην δίδωσι καιρὸς ὁ πλάτους γέμων.
Μέγιστον ἦν μοι, καὶ πατῶν αὐλὴν κύων
975 Ἐμὴν, σέβων τε Χριστὸν ἀνθ' Ἡρακλέος.
Τοῦ δ' ἦν τι μεῖζον· τὴν ἐπ' αἰσχίστοις φυγὴν,
Πίστιν πεποίηχ', ὡς Θεοῦ πάσχων χάριν.
Μαστιγίας ἦν, ἀλλ' ἐμοὶ νικηφόρος.
Εἰ τοῦτο δεινὸν, οἶδα πολλὰ πολλάκις
980 Τοιαῦθ' ἁμαρτών. Ἆρα συγγνώσεσθέ μοι
Ἄνδρες δικασταὶ, τῆς καλῆς ἁμαρτίας.
Ἦν μὲν κάκιστος, ἀλλ' ἐτίμων ὡς καλόν.

Reveritus præterita, licet injuria affectus.
Quid igitur? Non tu hunc heri habebas in amicorum numero,
955 Et maximis dignum æstimabas præconiis?
Sic enim forte occurret aliquis ex his qui ista norunt,
Ac meam facilitatem vituperant, per quam
Honorem dabam vel pessimis canibus.
Ignoratione laboravi, odio digna:
960 Deceptus sum, ut Adam, malo gustu.
Pulchrum erat visu amarum illud lignum.
Species decepit me apparentis
Facie et verbis fidei.
Fideli enim viro nihil magis credulum,
965 Quem pietas facile commovet,
Seu vera, seu apparens. O probum vitium!
Quod enim optat, hoc quisque credit.
Quid me oportuerit facere? Dicite, sapientissimi:
Quid aliud quisque vestrum facturum se fuisse putat,
970 Cum adhuc tam angusta esset Ecclesia
Illo tempore, ut aliquid vel de stipulis colligendum esset?
Potestatem enim non tantam tempus
Molestum largitur, quantam commodissimum.
Maximum quidpiam mihi erat, etiam canis caulam meam
975 Terens, ac Christum loco Herculis colens.
Huc accedit aliquid gravius: fugam ob turpissima,
Fidem finxit, quasi Dei causa passus.
Erat verbero, at mihi in prælio victor.
Id si malum est, scio me multa sæpe
980 Ejusmodi peccasse. Ignoscatis certe
726-727 Mihi, judices, præclarum peccatum.
Erat ille quidem nequissimus, sed colebam ut bonum.

969 *Δοκεῖ*. Coisl. δοχῇ.

972 *Ἐξουσίαν*. Ut Gregorius observat, pastor non tanta in gregem sibi commissum uti potest auctoritate, cum Ecclesiæ res adverso statu sunt, quam cum læto ac prospero; ac proinde ad multa connivere interdum cogitur, et multa tolerare, quæ, si commodiora essent tempora, minime toleraret.

978 *Μαστιγίας. Qui criminum suorum pœnas dederat, eum hominem, opinione deceptus, martyrem prædicabam.* Hic Gregorius recantat laudes quibus Maximum extulerat in oratione *in laudem Heronis philosophi*. Vide tom. I, pag. 454.

METRICA VERSIO.

Compressa labra mordeo, læsus licet.
Quid igitur? Annon charus hic nuper tibi?
Non hunc ferebas laudibus summis prius?
Fortasse dicet quispiam, hæc qui sciet,
Ac facilitatem vertat hanc mihi crimini,
Per quam colebam pessimos etiam canes.
Culpanda prorsus hæc mea ignoratio.
Me gustus, Adamum ut, traxit in fraudem improbus.
Visu decorum lignum erat, re non item.
Fidei fefellit larva me: fucum mihi
Fecere verba subdolo corde edita.
Viro fideli nam nihil mage credulum
Qui se libenter ad pios confert viros,
Aut esse tales quos putat; vitium probum!
Nam facile quisque, quod cupit, credit quoque.

B Quid erat agendum dicite, o sciti viri,
Aliudne quiddam cuipiam vestrum placet,
Angusta cum tam foret adhuc Ecclesia,
Stipulas ut ipse cogerer quoque legere?
Namque arcta tantam non ferunt licentiam,
Quam lata quæ sunt tempora, et late fluunt.
Magni æstimabam, quod canis caulam meam
Tereret, locoque coleret Alcidæ Dei
Natum. Hocque majus, quod fugam ob noxas graves
Velabat, ut si pro Deo hanc passus foret.
Qui vapularat ut nocens, hunc martyrem
Falso arbitrabar. Si grave est hoc, talia
Frequens patravi. Judices, ignoscite,
Culpæque veniam, quæso, præclaræ date.
Erat scelestus: at colebam hunc ut bonum.

Digitized by Google

Ἢ φθέγξομαί τι καὶ νεανικώτερον.
Ἰδοὺ προτείνω τὴν ἄκαιρον καὶ λάλον
Γλῶσσαν· ὁ θέλων ἀνηλεῶς ἐκτεμνέτω.
Τί δ' οὐχὶ τέτμητ' ; ἢ δοκεῖ σοι καὶ σφόδρα,
Ἢ μακρὰ σιγᾷ, καὶ πλέον σιγήσεται,
Ἴσως δίκας τίνουσα τῆς ἀκαιρίας,
Ὡς ἂν μάθῃ μὴ πᾶσιν εἶναι δεξιά.
Κἀκεῖνο δ' οἷον ; προστεθήτω γὰρ μόνον·
Οὕτως ἀσυλλόγιστον ἡ πονηρία.
Ὃν γὰρ τὸ χρηστὸν οὐκ ἐποίησ' ἥμερον,
Τί δ' ἂν δράσειεν ἄλλο τῶν πάντων ποτέ ;
Οὕτως γάρ, ὄντως ἐστὶν ἡ τιμὴ ψόγος.
Τούτου τί φήσεις τὸν τρόπον ; κακὸν μέγα.
Ταῦτ' εἰ μέν ἐστι πιστὰ, μὴ ζήτει πλέον.
Εἰ δ' οὐκ ἀληθῆ, μηδὲ τὰ πρόσθεν δέχου.

A Τούτων τί ἂν γένοιτο δυσμαχώτερον ;
Οὕτω μὲν ἔνθεν ἐλάθη κακὸς κακῶς,
Εἰπεῖν δ' ἀληθὲς μᾶλλον, ὡς κακὸς καλῶς.
Ἐπεὶ δὲ φύλοις βαρβάρων κακὸν φέρων
Ἄναξ ἐῷος, εἶχεν ὁρμητήριον
Θεσσαλλονίκην, τηνικαῦτα τί πλέκει
Κύων ὁ παγκάκιστος, ἄθρει μοι πάλιν.
Ἄρας τὸ συρφετῶδες Αἰγύπτου στίφος,
(Λέγω δὲ τοὺς κείραντας αὐτὸν ἀπρεπῶς,)
Ὡς τὴν καθέδραν βασιλικῷ προστάγματι
Πήξων ἑαυτῷ, τῷ στρατοπέδῳ προστρέχει·
Κἀκεῖθεν αὖθις, ὡς κύων, ἀπορριφεὶς
Ὀργῇ τε πολλῇ καὶ ὄρκοις φρικώδεσι
(Οὔπω γὰρ ἦν τὰ ὦτα διατεθεὶς κακῶς
Οὐδεὶς καθ' ἡμῶν, ἀλλ' εἴτ' εἶχον ὑγιῶς),

Profecto eloquar aliquid audacius.
Ecce linguam promo præposteram et loquacem.
Hanc, qui volet, amputet immisericorditer.
Sed an non amputata est? Tibi quidem id persuasissimum,
Quæ jamdudum silet, et diutius silebit,
Pœnas forsitan solvens, quod præpostere locuta sit,
Ut jam discat non omnibus favere.
Illud autem quale est? Hoc enim tantum addatur:
Rationis expers vere est improbitas.
Quem enim lenitas mansuetum non fecit,
Quid ei unquam alia res præstiterit?
Vere enim, vere honor non differt improperio.
Mores illius quid esse dices? Magnum malum.
Hæc si certa sunt, nihil amplius quæras.
Sin autem non vera, nec pristinis habeas fidem.
His quid possit esse inexpugnabilius?
Sic malus ille hinc male tractatus ejectus est,
Vel, ut verius dicam, bene ut malus.
Sed cum barbaris gentibus bellum illaturus
Rex Orientis præsidium suum haberet
Thessalonicæ, tunc quid moliatur
Canis teterrimus, rursum mihi considera.
Sumens feculentum illum Ægyptiorum manipulum
(Illos dico, qui eum totonderant indecore),
Ut cathedram regio mandato
Sibi ipsi firmaret, accurrit ad castra:
Sed inde rursus, ut canis, ejectus
Cum plurima indignatione, minisque horrendis
(Nondum enim cujusquam aures contra nos
Male erant affectæ, sed adhuc erant integræ),

1002 Ἄναξ ἑῷος. *Theodosius.* Ad marg. Edit. ὁ Θεοδόσιος βασιλεύς.

1011 Οὔπω γὰρ ἦν. Non enim ad id usque temporis ullæ de me calumniæ aures cujusquam occupaverant: nondum animi exulcerati, ac proinde nec in iis fictum crimen adhuc insidere poterat. In editis ad marg. Χορεῖος. Mox καθ' ἡμῶν. Male edit. ὑμῶν.

METRICA VERSIO.

Veniam negatis? Quidpiam audax proferam.
:n promo linguam garrulam et præposteram;
lente efferata scindat hanc quisquis volet.
uid? Nonne secta est? Id quidem censes. Diu
am jam silescit, ac silebit longius,
oquacitatis hanc suæ pœnam luens,
t discat ipsa grata non esse omnibus.
uare illud autem? Liceat hoc unum addere.
st bruta certe pravitas, excors, hebes.
ollire nam quem quivit haud benignitas,
iid molliorem reddere hunc unquam queat?
c quippe magnum in dedecus honor vertitur.
iid ergo mores istius? Magnum malum
ec certa si sunt, amplius quæras nihil.
i falsa, nec tu pristinis fidem arroga.

B His cogitari firmius quidnam queat?
Sic urbe tandem pulsus est malus male.
Aut si loquendum verius, malus bene.
Orientis at cum, barbaris cladem ferens,
Thessalonicam sceptriger, velut aggerem,
Teneret, illic ac foret, rursum vide
Hic moliatur pessimus quidnam canis.
Hanc feculentam sumit Ægypti manum
(Hos dico, fœde qui comam ipsi dempserant),
Atque, ut cathedram principis jussu sibi
Firmare posset, tendit ad castra incitus.
Illincque rursum pulsus, ut fœdus canis,
Ira æstuante principe, et minas graves
Jactante (nondum repserant calumniæ
Cujusquam in aures: integri sed erant adhuc),

Digitized by Google

Εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν αὖθις φθείρεται·
Ὀρθῶς γε ποιῶν τοῦτο καὶ μόνον σοφῶς.
Πέτρῳ γὰρ, ᾧ δίσχιστος ἡ γραφίς ποτ' ἦν,
Πάντα γράφοντι ῥᾳδίως τἀναντία,
Μισθοφορικόν τι τῶν ἀνεστίων ἔχων,
Ἐμφύεται, καὶ τὸν γέροντ' ἀποστενοῖ,
Ἢ τοῦτον αἰτῶν, ὄνπερ ἥλπισε θρόνον,
Ἢ τοῦ παρόντος μὴ μεθήσεσθαι λεγων,
Ἕως ὑπάρχου τὴν κινουμένην φλόγα,
Μὴ ταῖς παλαιαῖς προστεθῇ τι συμφοραῖς,
Ὡς εἰκὸς ἦν, δείσαντος, ἔξω πέμπεται.
Καὶ νῦν δοκεῖ μὲν ἠρεμεῖν, δέος δέ μοι
Μή που τὸ δεινὸν καὶ χαλάζης ἔγκυον
Νέφος, συνωσθὲν ἐκ βιαίου πνεύματος,
Τοῖς οὐ δοκοῦσι τὴν χάλαζαν ἐκχέῃ.

A Οὐ μή ποτ' ἠρεμον γὰρ ἡ μοχθηρία.
Οὐδὲν φρονήσει, κἂν σχεθῇ παραυτίκα.
Τοιαῦτα φιλοσοφοῦσιν οἱ νυνὶ κύνες,
Κύνες δ' ὑλάκται, τοῦτο καὶ μόνον κύνες.
Τί Διογένης τοιοῦτον, ἢ Ἀντισθένης;
Τί δὲ πρὸς ὑμᾶς ὁ Κράτης; διάπτυε
Τοὺς Περιπάτους Πλάτωνος· οὐδὲν ἡ Στοά.
Ὦ Σώκρατες, τὰ πρῶτα μέχρι νῦν φέρεις.
Φθέγξομ' ἐγώ τι πιστότερον τῆς Πυθίας.
Ἀνδρῶν ἁπάντων Μάξιμος σοφώτατος.
Ἐγὼ δὲ τληπαθὴς μὲν, εἰ καί τις βροτῶν,
Ἥμην τ' ἀπ' ἀρχῆς, εἰμί τε πλέον τανῦν,
Πόνοις μὲν ἐκ γῆς, κινδύνοις δὲ ποντίοις
Ἐξ ὧν ἐσώθην, καὶ χάρις πολλὴ φόβοις.
Οὗτοι δεδώκασί με τοῖς ἄνω σοφῶς,

In urbem Alexandriam rursus infert pestem;
Recte id quidem ac solum sapienter faciens.
Petrum enim, cui aliquando bifidus stylus
Erat, facile omnia scribenti contraria,
Secum habens conductam mercede hominum turmam foco carentium,
Aggreditur, et senem in angustias conjicit,
Aut thronum illum petens, quem speraverat,
Aut præsentem dimissurum se negans,
728-729 Donec præfecto metuente, ut par erat,
Ne flamma accensa antiquis calamitatibus
Novam aliquam adjiciat, foras pellitur.
Ac nunc quidem videtur quiescere, sed metuo
Ne gravis et feta grandine
Nubes, violento agitata vento,
Effundat in imprudentes grandinem.
Nunquam enim quiescit improbitas.
Non sapiet, etiamsi in præsens cohibeatur.
Sic enim philosophantur hodierni canes,
Canes latrantes, et in hoc tantum canes.
Quid simile Diogenes, aut Antisthenes?
Quid ad vos Crates? Despue
Scholam Platonis; nihil Porticus.
O Socrates, hactenus primas habuisti.
Eloquar ego aliquid Pythia certius.
Hominum omnium Maximus sapientissimus.
Ego laboriosus, si quis mortalium,
Eram ab initio, sumque nunc magis
Ob labores in terra et pericula in mari,
Ex quibus servatus sum, gratiamque multam habeo terroribus.
Illi me addixerunt rebus cœlestibus sapienter

1018 *Ἐμφύεται.* Edit. ad marg. ἐκφύεται.
1025 *Μή που.* Ita Coisl. Edit. μή πως.
1033 *Ὑμᾶς.* Edit. ἡμᾶς...
1036 *Φθέγξομ'.* Sic Coisl. Edit. φθέγξωμ'.—Forte licentia usus, scripserat φθέγξωμ' Gregorius, ut staret metrum, quod, brevi admissa in secunda syllaba, prorsus deficit. CAILLAU.
1038 *Τληπαθής.* Sic Coisl. Edit. τλιπατής. *Si quis alius laborum et molestiarum patiens.*
1042 *Σοφῶς.* Sic Vat. Edit. σαφῶς. Gregorius in epist. ad Cæsarium: *Qui ante pericula mundi eramus, post pericula Deo nos ipsos addicimus.*

METRICA VERSIO.

Rursum ipse sese contulit Alexandriam;
Sapienter istud scilicet, recte et satis.
Nam Petrum, erat cui bifidus aliquando stylus
Ut qui exararet res levis contrarias,
Vaga cohorte cinctus (hos conduxerat),
Aggreditur, atque non parum angustat senem,
Poscens, vel illam, finxerat quam spe sibi,
Sedem, vel ejus in throno sese minans
Sessurum: hyparchus donec, hanc, ut par erat,
Flammam expavescens, vetera ne ad mala quidpiam
Adjungeretur, urbis hunc pepulit solo.
Ac nunc videtur hic quidem quiescere:
At est verendum, ne gravi quæ grandine
Est feta nubes, aspero vento incita
In non putantes grandinem effundat suam.

B Nec enim quieti pravitas unquam studet.
Nil pensi habebit, nunc licet vis hunc premat.
Sic philosophantur temporis nostri canes,
Canes latrantes, nomine hoc solo canes
Quid tale Sinopes civis, aut Antisthenes?
Quid tale Thebis editus quondam Crates?
Scholas Platonis despuo: nil est Stoa.
Jam ferre primas, Socrates, nunc desinis.
Ego vate Phœbi certius quiddam loquar,
Par laude nullus Maximo sapientiæ.
Tolerare casus ast licet doctus graves,
Ut si quis alter, tum prius, tum nunc magis,
Per tot labores, tot graves casus, maris,
Queis sum exsolutus (gratiam ac periculis
Habeo: dederunt namque me cœlestibus

Digitized by Google

Πάντων ὑπερκύψαντα τῶν πλανωμένων.
Ὅμως δὲ τὴν τότ' οὐ φέρων ἀτιμίαν,
Καὶ τῆς ἀφορμῆς ἀσμένως δεδραγμένος,
Ὡς τὸν κάκιστον ἠσθόμην κεκαρμένον,
Πάντων μὲν ἡμῖν τῶν φίλων ἐγκειμένων,
Οἳ καί με φρουρᾶς εἶχον εἴσω λαθρίου,
Τηροῦντες ὁρμαῖς, ἐξόδοις, ἀναστροφαῖς·
Πάντων δ' ὁρώντων τὴν πάλην τῶν δυσμενῶν,
Οἳ τὴν τομὴν ᾤοντο τοῦ λόγου λύσιν·
Ταῦτ' οὖν ὁρῶν τε καὶ φέρειν οὐ καρτερῶν,
Ἀνδρός τι πάσχω (καὶ γὰρ οὐκ ἀρνήσομαι),
Ἁπλουστέρου τι μᾶλλον, ἢ σοφωτέρου.
Πρύμναν γὰρ, ὡς λέγουσι, κρούομ' αὐτίκα,
Οὐκ εὖ μαθῶς μέν. Οὐ γὰρ ἂν τις ᾔσθετο.

A Νῦν δ' ἐξιτήριός τις ἐῤῥάγη λόγος,
« Ὃν ἐξέπεμψα πατρικῶν σπλάγχνων πόνῳ.
Ὅλην φυλάσσοιθ', ἣν δέδωκα, Τριάδα,
Τέκνοις ποθεινοῖς εὐπορώτατος πατὴρ,
Καὶ τῶν ἐμῶν μέμνησθε, φίλτατοι, πόνων. »
Λαὸς δ' ἐπεὶ δὴ τοῦτον ἤκουσεν λόγον,
Τῶν δυσκαθέκτων ἐκβοήσαντός τινος,
Ἀνίστατ' εὐθὺς, ὥσπερ ἐκ καπνοῦ βίας
Ἔσμὸς μελισσῶν, καὶ βοαῖς ἐκμαίνεται·
Ἄνδρες, γυναῖκες, παρθένοι, νεανίαι,
Παῖδες, γέροντες, εὐγενεῖς, οὐκ εὐγενεῖς,
Ἄρχοντες, ἠρεμοῦντες ἐκ στρατοῦ τινες,
Ζέων ἕκαστος ἴσον ὀργῇ καὶ πόθῳ,
Ὀργῇ κατ' ἐχθρῶν, καὶ πόθῳ τοῦ ποιμένος.

Caput efferentem super omnia incerta et vaga.,
Sed tamen non ferens illatam tunc injuriam,
Atque occasionem libenter arripiens
Ubi nequissimum tonsum esse persensi,
Cum mihi amici omnes instarent,
Qui me intra latentem custodiam obsessum quodam modo tenebant,
Meosque motus, atque itus et reditus custodiebant et observabant;
Cumque inimici omnes pugnam hanc cernerent,
Ac dissensionem doctrinæ ruinam fore crederent;
Hæc igitur cum viderem, nec ferre possem,
Hominis aliquid patior (non enim negabo),
Simplicis magis quam sapientis.
Puppim enim statim, ut dicitur, retro impello,
Non perite quidem. Nemo enim sensisset.
Nunc autem discessus nuntia erupit quædam oratio,
Quam paternorum viscerum conatu emisi:
730-731 « Totam custodite, quam tradidi, Triadem
Filiis amantissimis beatissimus pater,
Meorumque memineritis, charissimi, laborum. »
Hæc dicta ut audivit populus,
Uno ex calidioribus exclamante,
Protinus exsurgit, velut ex fumi violentia
Examen apum, et clamoribus insanit;
Viri, mulieres, virgines, juvenes,
Pueri, senes, nobiles, ignobiles,
Magistratus, et emeriti quidam milites,
Bulliens quisque ira æque ac desiderio,
Ira adversus inimicos, et desiderio pastoris.

1049 *Ὁρμαῖς*. Videtur legendum ὁρμὰς, ἐξόδους, ἀναστροφάς.
1050 *Πάλην*. Coisl. πλάνην.
1051 *Τομήν*. Coisl. τόλμην, *facinus*.
1055 *Πρύμναν γάρ*. Proverbium est de iis qui consilium in contrarium mutant.
1059 *Φυλάσσοιθ'*. Coisl. φυλάσσετ'. Edit. in margine, ὃδ' ἣν φυλάσσοιθ'.
1063 *Τῶν δυσκαθέκτων*. *Ex iis qui difficulter cohiberi possunt.*
1068 *Ἐκ στρατοῦ τινες*. Billius ignorare se testatur, cur Leuv. verterit, *emeriti milites*: hunc tamen et nos secuti, ita vertendam duximus vocem, ἠρεμοῦντες, quæ ad milites pertinet, eosque depositis armis quiescere, et rude donatos in otia tuta recessisse significat, adeoque emeritos fuisse milites.

METRICA VERSIO.

aput efferentem res supra mundi vagas),
ud tamen tunc haud ferens ego dedecus,
saamque rapiens pectore hanc promptissimo,
inem ut resectum pessimo sensi viro,
nnes amici cingerent cum me simul,
citasque pro me figerent custodias,
essus ad omnes ac mihi præsto forent,
stesque pugnam hanc cernerent læti, piæ
od schisma fidei crederent labem fore:
c ipse cernens, ac ferens mœste admodum,
mitto quiddam (non enim negaverim),
dente non tam, simplice quam dignum viro.
pello puppim nam retro, ut dici solet,
l imperite. Scisset hoc mortalium

B Nam nemo. Nunc at de exitu fluxit mihi
Quiddam, paternis editum ex præcordiis:
« Servate totam Trinitatem, filii,
Quam copiosus tradidi vobis parens,
Memores laboris sitis et semper mei. »
Hæc verba simul ac audiit plebs, illico
Effrenis altum quispiam questum dedit,
Populusque surgit, agmen ut fumo solet
Apum, furitque maximis clamoribus
Uterque sexus, virgines, juvenculi,
Pueri, senesque, nobiles, ignobiles,
Vita quieti, præsides, ac militum
Nonnulli: amore quilibet et ira æstuans:
Iratus hosti, præsulem exposcens suum.

Digitized by Google

Ἀλλ' οὐκ ἐμὸν γὰρ τῇ βίᾳ κάμψαι γόνυ,
Οὐδ' ἀσπάσασθαι τὴν ἄθεσμον ἵδρυσιν,
Ὃς οὐδὲ τὴν ἔνθεσμον ἠναγκασμένος.
Ἄλλην τρέπονται τοῦ πόθου ταύτην ὁδόν.
Ὅρκοις τε πολλοῖς καὶ λιταῖς κεχρημένοι,
Τὸ γοῦν παρεῖναι καὶ βοηθεῖν ἠξίουν,
Καὶ μὴ προέσθαι τοῖς λύκοις τὸ ποίμνιον.
Πῶς ἂν δυναίμην καρτερεῖν τὸ δάκρυον;
Ἀναστασία, ναῶν ὁ τιμιώτατος,
Ἡ πίστιν ἐξήγειρας ἐν γῇ κειμένην,
Κιβωτὲ Νῶε, τὴν ἐπίκλυσιν μόνη
Κόσμου φυγοῦσα, καὶ φέρουσα δεύτερον
Κόσμον τὸν ὀρθόδοξον ἐν τοῖς σπέρμασι·
Σοὶ μὲν πολὺς καὶ πάντοθεν προσρεῖ λεὼς,

A 1085 Ὡς τοῦ μεγίστου κινδύνων ἐστηκότος,
Ἡμῶν γενέσθαι τὸ κρατεῖν, ἢ τοῦ πόθου;
Ἐγὼ δ' ἄφωνος ἐν μέσῳ, σκότου γέμων,
Οὐδ' ὡς καταστείλαιμι τὰς φωνὰς ἔχων,
Οὐδ' ὡς ὑποσχοίμην τι τῶν αἰτουμένων.
Τὸ μὲν γὰρ οὐχ οἷόν τε, τῷ δ' ὑπῆν φόβος.
Ἔθλιβεν αὐχμὸς, σῶμα τ' ἦν διάβροχα.
Φωνὰς δ' ἔλειπον αἱ γυναῖκες ἐν φόβῳ,
Καὶ τῶν, ὅσαι μάλιστα εἶεν μητέρες.
Παίδων ὀδυρμοί· ἐνδεδώκει δ' ἡμέρα.
Ὤμνυ δ' ἕκαστος μὴ πρὶν ἐνδώσειν πόνων,
Κἂν ἐνταφῆναι τῷ νεῷ δέῃ καλῶς,
Ἡ τῶν ποθουμένων τιν' ἐκβαλεῖν λόγον,
Οἷόν τις εἰπεῖν ἐξεδιάσθη τῷ πόνῳ.

At non meum est genu violentiæ flectere,
Nec sedem suscipere non legitime collatam,
Qui ne legitimam quidem suscipere sum coactus.
Vertunt se in aliam implendi desiderii viam.
Pluribus me adjurant et precantur,
Orant ut saltem maneam et feram auxilium,
Nec lupis ovile tradam.
Quomodo possem lacrymas tenere?
Anastasia, templorum maxime venerabile,
Quæ jacentem humi fidem exsuscitasti,
Arca Noe, quæ diluvium mundi
Sola effugisti, et alterum portasti
In seminibus mundum orthodoxum;
Multus ad te et undique confluit populus,
Ut in maximo instante periculo,
Egone vincerem, an desiderium?
Equidem in medio eram, mutus et tenebris plenus,
Nec voces reprimere valens,
Nec polliceri quidquam ex postulatis.
Alterum enim fieri non poterat; alteri inerat metus.
Premebat æstus, sudor e corporibus manabat.
Vox deficiebat mulieribus metu perculsis,
Præcipue vero, quæ matres erant.
Puerorum ejulatus audiebantur: deficiebat dies.
Jurabat quisque non prius se quieturum,
Etiamsi in templo præclare sepeliri oporteret,
732-733 Quam optatam aliquam vocem extorsisset,
Qualem quis proferre cogitur delassatus.

1073 *Ὃς οὐδὲ τὴν ἔνθεσμον*, etc. *Qui nulla ratione passus sum in ea me collocari quam æquissimo jure obtinere poteram.* CARDON.

1084 *Προσρεῖ*. Coisl. ἐπιῤῥεῖ.

1086 *Ἡμῶν γενέσθαι τὸ κρατεῖν, ἢ τοῦ πόθου.* Id est, num victor ipse essem repugnando populi desiderio, an populus vinceret, me ipsius desiderio cedente.

1092 *Φωνὰς δ' ἔλειπον*. Coisl. φωνὰς δ' ἔλιπον. Leuv. *Voces metus causa emittebant mulieres.* Billius quoque: *Silere nimius feminas prohibet timor.* Neuter videtur sensum Gregorii reddere, siquidem metus vocem solet præcludere. Ego crediderim absolutam esse sententiam, qua tacite Gregorius matri se comparat. Feminis in metu voces deficiunt, iis maxime, quæ matres sunt.

1097 *Λόγον*. Vat. λόγῳ. *Quin votis aliquam vocem consonam edidissem.*

1098 *Ἐξεδιάσθη*. Ita habent editi. Vaticanus autem codex ἐξεδιάσθην.

METRICA VERSIO.

At non decebat me genu ad vim flectere,
Nec capere sedem rite non mihi traditam,
Qui rite quondam traditam tamen abnui.
Cupiditatis alteram carpunt viam,
Summisque mecum precibus et votis agunt,
Saltem ut manerem, promptus his præstans opem,
Gregemque trucibus ne lupis addicerem.
Quonam hic tenere lacrymas possem modo?
O dulcis ædes, ædiumque Anastasis
Princeps, fides qua se jacens humo extulit,
O arca Noe, sola funestis aquis
Erepta, mundumque alterum in parva gerens
Semente, recta præditum et sana fide,
Ad te quidem tum maximo plebs agmine

B Fluxit: periclo res erat nam maximo,
Egone, an eorum vinceret cupiditas.
In medio at ipse mutus ac prorsum stupens,
Nec premere poteram quas dabant voces, neque,
Quod postulabant, hoc eis promittere.
Fieri nequibat illud: huic suberat metus.
Æstu premente sudor e membris fluit.
Silere nimius feminas prohibet timor,
Matres potissimum: ejulant pueri quoque.
Vergebat autem jam dies in vesperam.
Jurare quisque non sibi prius fore
Quietem, in æde quamlibet letum sacra
Ipsos maneret, ad preces vota et sua
Quin annuissem, voxque ab aliquo hæc exiit:

Digitized by Google

Φεῦ τῆς ἀκοῆς! ἦ μὴ τότ' εὐθὺς ἐφράγη;
« Συνεκβαλεῖς γὰρ, εἶπε, σαυτῷ Τριάδα· »
Ἕως φοβηθεὶς μή τις ἐκβῇ κίνδυνος,
Ὅρκον μὲν οὐδ' ὡς (καὶ γάρ εἰμ' ἀνώμοτος,
Ἵν' ἐν θεῷ κἀγώ τι κομπάσω μικρὸν,
Ἐξ οὗ λέλουμαι Πνεύματος χαρίσματι),
Λόγον δ' ἔδωκα τῷ τρόπῳ πιστούμενον,
Μενεῖν ἕως φανῶσι τῶν σκοπῶν τινες
(Καὶ γὰρ τότ' ἠλπίζοντο), προσδοκῶν τότε
Λύσειν ἐμαυτὸν φροντίδων ἀλλοτρίων.
Οὕτω διεκρίθημεν ἀλλήλων μόγις,
Νικῶντες ἄμφω τῇ σκιᾷ τῆς ἐλπίδος·
Οἱ μὲν γὰρ, ὡς ἔχοντες ἡμᾶς ἐφρόνουν,
Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὡς μενῶν ἔτι χρόνον.
Ἦν ταῦτα. Θεῖος δ' αὖθις ἥστραπτε λόγος,
Τάχιστα πυκνωθέντος, ὥσπερ ἐρκίου,
Ἢ καὶ φάλαγγος, τοῦ πεπονθότος μέρους,

Α Τάχει στρατηγίας τε καὶ πλήθει χερός.
Οἱ γὰρ τοπρόσθεν δέσμιοι τῶν δογμάτων,
Καὶ τοῦτ' ἔχοντες εἰς τὸ συγκεῖσθαι μόνον,
Ὁρῶντες οἷ' ἔπασχον, ἕστεργον πλέον.
Τοὺς μὲν γὰρ ἦγεν ἡ Τριὰς λαλουμένη,
Μακρόν τιν' ἀποδημοῦσα τοῦ λόγου χρόνον
(Ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν, ὡς πάλαι τεθαμμένη),
Τὸ πατρικὸν κήρυγμα, καὶ προσήλυτον.
Ἦν γάρ ποτ', εἶτ' ἔληξεν, εἶτ' ἦλθεν πάλιν,
Τὴν ἐκ τάφων ἀνάστασιν πιστουμένη.
Τοῖς δ' ἦν λόγος τις τῶν ἐμῶν ἴσως λόγων·
Οἱ δ' ὡς ἀθλητῇ καρτερῷ προσέτρεχον,
Οἱ δ' ὡς ἑαυτῶν ἔργον εἶχον ἀσμένως.
Οἱ μὲν, πύθεσθε ταῦτα τῶν εὖ εἰδότων.
Οἱ δ', ἐκδιηγήσασθε τοῖς οὐκ εἰδόσιν
(Εἴπερ τινὲς τοσοῦτον ὑμῶν μακρόθεν,
Ἢ τῆς κρατούσης νῦν Ἰταλῶν ἐξουσίας)

Heu auditum! cur non subito tunc obturata est utraque auris?
« Tecum enim, inquit aliquis, ejicies Triadem. »
Tandem metuens ne quid oriretur periculi.
Ne sic quidem jurejurando (injuratus enim sum,
Ut et ego in Deo paululum glorier,
Ex quo ablutus sum Spiritus gratia),
Sed verbis promisi, quibus mores faciebant fidem,
Mansurum me donec prodirent episcopi nonnulli
(Tunc enim exspectabantur), sperans fore
Ut me ipse tunc ex alienis curis solverem.
Sic inter nos vix dijudicata lis,
Utrinque victores umbra spei;
Illi quidem ut me habentes gestiebant,
Ego autem, ut non diu adhuc mansurus.
Sic se res habebant. Dei autem rursus coruscabat sermo,
Citissime redintegrata, instar aggeris,
Aut phalangis, parte quæ passa fuerat,
Celeritate ducis, et manuum multitudine.
Nam qui antea dogmatum vinculis astricti erant,
Atque id unum causæ habebant, cur nobiscum sederent,
Cum cernerent qualia paterer, magis amabant.
Hos enim ducebat Trinitas prædicata,
Quæ longo quidem tempore non prædicabatur
(Vereor enim ut olim sepultam dicere),
Patria doctrina simul et advena.
Erat enim aliquando, deinde desiit, postea rediit,
Resurrectionis ex sepulcris confirmans fidem.
Alii forsan sermones meos aliquo in pretio habebant.
Hi ad me, ut ad fortem athletam, accurrebant.
Isti libenter me, ut suum ipsorum opus, retinebant.
Vos autem, alii quidem hæc discite ab iis qui probe sciunt,
Alii autem narrate nescientibus
(Si qui tantum a vobis remoti sunt,
Aut ab ea, quæ nunc Italos regit, potestate),

1118 *Συγκεῖσθαι.* Ita Coisl. Mendose edit. συγχεῖσθαι.

METRICA VERSIO.

(Heu clausa quin tunc utraque est auris mihi)!
« Tu Trinitatem nunc, pater, tecum ejicis. »
Tandem extimescens ne quid hinc flueret mali,
Ne sic quidem juro (haud enim mihi contigit
Jurare, paulum ut glorier summo in Deo,
Lustratus ex quo gratia sum Spiritus),
Sermone at ipsis, vita cui faceret fidem,
Haud me exiturum spondeo, donec Scopi
Quidam venirent (spes erat mox adfore),
Pulcem quietem certo tum mihi pollicens.
Sic separati vix sumus tandem invicem,
Utrinque parta spe tenus victoria.
Jam gestiebat plebs, velut compos mei:
Et ipse rursus ut recessurus brevi.
Sic res habebat, sermo rutilabat Dei,
Redintegrata parte quam celerrime
Cæsa, phalangis instar, aut rupti aggeris,

Β Ducis arte, junctis plurimisque operis simul.
Doctrina nam quos vinxerat nostra antehac,
Ob idque tantum qui mihi se adjunxerant,
Adversa propter, his eram jam charior.
Hos attrahebat prædicata Trinitas,
Ab urbe nimium quæ diu exsulayerat
(Pridem sepultam dicere hanc non audeo),
Doctrina, simul et advena, et patrii soli.
Namque ante florens, lapsa post, rursum redit,
Fidem secundæ scilicet vitæ astruens.
Illos movebat forte sermonis lepos.
Alii favebant militi ut firmissimo:
Accitus alii forte quod ab ipsis forem.
Qui nescit ista, quærat ex his qui sciunt
Cui nota sunt hæc, pendat ignaris velim
(Si tam remoti quippiam a vobis jacent,
Aut ab Italorum floridis sceptris modo):

Digitized by Google

Ὡς ἂν λαληθῇ ταῦτα καὶ τοῖς ὕστερον,
Ὡς ἄλλο τῶν καινῶν τι τοῦ βίου κακῶν,
Ὑπερ μάταιος ὁλκὸς ἡμερῶν φέρει,
Πλεῖον τὸ χεῖρον ἐμπλέκων τῷ κρείσσονι.
Οὔπω λέγω τὸν ὀρθὸν ἐν πίστει λεὼν,
Τὸν τῆς ἐμῆς ὠδῖνος εὐγενῆ τόκον·
Οὓς ἔστιν εἰπεῖν, οὐδενὸς πεφηνότος
Τῶν συμφρονούντων, τῷ παρόντι προστρέχειν,
Ὡς τοὺς ἀνύδρους ταῖς φανείσαις ἰκμάσι,
Λιμοῦ βοηθὸν τὸν λόγον ποιουμένους,
Ἢ φωτὶ μικρῷ τοὺς ἄγαν σκοτουμένους.
Τί δ' ἄν τις εἴποι τῶν ξένων τῆς πίστεως,
Ὅπως ἔχαιρον τῷ λόγῳ, μεμνημένος ;
Πολλαὶ μέν εἰσιν αἱ παρέξοδοι λίαν
Τῆς ἀπλανοῦς τε καὶ τεταγμένης ὁδοῦ,
Πᾶσαι φέρουσαι πρὸς βυθοὺς ἀπωλείας,
Εἰς ἃς διεῖλεν ὁ φθορεὺς τὴν εἰκόνα,
Ὡς ἂν παρείσδυσίν τιν' ἐντεῦθεν λάβῃ,
Γνώμας τεμὼν, οὐ γλώσσας, ὡς πάλαι θεός.
Ἐντεῦθέν εἰσιν αἱ νόσοι τῶν δογμάτων·
Οἱ θεῖον οὐδὲν εἰδότες ἢ φορὰν μόνην,
Ὑφ' ἧς γενέσθαι καὶ φέρεσθαι πᾶν τόδε·
Οἱ πλῆθος εἰσάγοντες, ἀνθ' ἑνὸς, θεῶν,
Καὶ τοῖς ἑαυτῶν προσπεσόντες πλάσμασιν·
Οἱ τὴν πρόνοιαν μὴ διδόντες τοῖς κάτω,
Καὶ πάντα συντιθέντες ἀστέρων πλοκαῖς·
Ὅσοι τε λαὸς ὄντες ἔκκριτος Θεοῦ
Τὸν Υἱὸν ἐσταύρωσαν εἰς τιμὴν Πατρός·
Ὅσοι τε μικροῖς εὐσεβεῖς ἐντάλμασιν
Οἵ τ' ἀγγέλους, καὶ πνεύματα, καὶ ἀνάστασιν,

Ut et posteris hæc innotescant,
Ut unum aliquod ex novis vitæ malis,
Quæ dierum vana series affert,
Plura mala immiscens bonis.
734-735 Nondum loquor de recto in fide populo,
Generoso fetu quem parturivi,
Quos dicere licet, cum nemo appareret
Ex orthodoxis, ad me, ut veni, accurrisse,
Velut siti laborantes ad occurrentem humorem,
Ut fami suæ opem meo sermone ferrent,
Aut densis tenebris obvolutos ad tenue lumen.
Quid autem de his, qui a fide alieni, quis dixerit,
Si meminerit, quomodo meo sermone gauderent?
Multæ quidem sunt a vera et ordinata
Mirum in modum aberrantes viæ,
Cunctæ in profundum perditionis ferentes,
In quas divisit corruptor imaginem (Dei),
Ut inde irrependi occasionem arripiat,
Sententias secans, non linguas, ut olim Deus.
Inde exorti dogmatum morbi :
(Inde) qui divinum nihil norunt, nisi unicam motionem,
Qua gigni et ferri dicunt hæc omnia ;
Qui deorum, pro uno, multitudinem inducunt,
Et ante opera manuum suarum procumbunt :
Qui providentiam rebus inferioribus denegant,
Et omnia astrorum nexibus gubernant :
Et qui, cum populus essent electus Dei,
Filium crucifixerunt in honorem Patris :
Quotquot etiam minutis pii sunt præceptis :
Qui angelos et spiritus, et resurrectionem,

1136 *Ἐμπλέκων*. Sic Coisl. Edit. ἐκπλέκων.
1140 *Τῶν συμφρονούντων*. *Ex orthodoxis*, scilicet, *pastoribus*.
1150 *Λάβῃ*. Coisl. λάβοι.
1153 *Οἱ θεῖον*, etc. Edit. ad marg. οἱ νοσοῦντες ἀθεότητα.
1155 *Οἱ πλῆθος*. Edit. ad marg. οἱ πολυθεΐᾳ προσκείμενοι.
1157 *Οἱ τὴν πρόνοιαν*. Edit. ad marg. οἱ Ιουδαΐζοντες.
1158 *Καὶ πάντα συντιθέντες*. Edit. ad marg. οἱ γενεθλιαλογοῦντες.
1162 *Πνεύματα*. Vat. πνεῦμα.

METRICA VERSIO.

Ut hæc loquantur posteri quoque, haud secus
Atque aliud ullum plurimis vitæ ex malis
Mirisque, longa quæ trahit secum dies,
Mali ampliorem copulans molem bono.
De plebe nondum, prædita fide integra,
Mentisque nostræ nobili fetu, loquor :
Quæ, cum orthodoxum neminem præsto alterum
Haberet, ad me concito accurrit gradu,
Tenues ad undas torridi ut sæva siti,
Tenebrisque pressi lumen ad parvum solent,
Nostris levaret ut gravem verbis famem.
Quid de remotis a pia dicam fide?
Quantum afferebat gaudium his sermo meus?
A calle recto mille digressus patent,
Qui pariter omnes Tartarum ad nigrum ferunt :
Corruptor in quos sævus effigiem Dei
Divulsit, ut sic subdole, qua irreperet,
Nanciscerétur rimulam, mentes secans,
Non, sicut olim, noxias linguas Deus.
Fluxere morbi dogmatum hinc varii et graves.
Hinc, prorsus unus est quibus casus Deus,
Hocque exoriri dictitant cuncta et regi :
Hinc qui deorum maximam turbam invehunt,
Ac rebus a se conditis curvant genu :
Hinc inferis qui consuli rebus negant,
Nexuque cuncta siderum texi volunt ;
Selecta quique natio cum essent Dei,
Natum necarunt per crucem in cultum Patris :
Mandata quique parva servantes, pii
Volunt haberi : spiritusque atque angelos

Digitized by Google

Οἵ τε προφητῶν γράμματ' ἐξαρνούμενοι·
Χριστόν θ' ὅσοι σέβουσιν ἐν νόμου σκιαῖς·
Οἱ τὸν Βυθὸν Σιγήν τε προχρόνους φύσεις
Τιμῶντες, Αἰῶνάς τε τοὺς θηλάρσενας,
Σίμωνος υἱοὶ τοῦ μάγου· ὧν φύματα,
Οἱ συντιθέντες τὴν Θεότητ' ἐκ γραμμάτων
Οἱ τὴν Παλαιὰν καὶ Νέαν δύω θεοῖς
Νείμαντες, αὐστηρῷ τε κἀγαθωτάτῳ·
Οἱ τρεῖς φύσεις τιθέντες οὐ κινουμένας,
Τὴν πνεύματος, χοός τε, τὴν τ' ἀμφοῖν μέσην·
Οἱ τῷ Μανοῦ χαίροντες ἀρχικῷ σκότῳ·
Οἱ Μωντάνοῦ τὸ πνεῦμα τιμῶντες κακῶς·
Οἱ Νοβάτου κενὴν ἔπαρσιν ὀφρύος
Οἱ τῆς ἀρεύστου Τριάδος συναιρέται,
Οἱ τῆς ἀτμήτου φύσεως διαιρέται·

Αὖθις δὲ τούτων ὥσπερ ἐξ ὕδρας μιᾶς
Πολλῶν φυέντων δυσσεβείας αὐχένων,
Ὁ τῇ κτίσει τὸ Πνεῦμα συντιθεὶς μόνον,
Ὁ καὶ τὸν Υἱὸν προστιθεὶς τῷ Πνεύματι·
Οἵ τ' εἰσάγοντες ἥλικα Καίσαρος Θεόν·
Οἱ τὴν δόκησιν εἰσάγοντες ἐκτόπως·
Οἱ δεύτερον λέγοντες Υἱὸν τὸν κάτω·
Οἱ μὴ τέλειον τὸν σεσωσμένον, ἀλλ' ἄνουν.
Αὗται γάρ εἰσιν, ὡς τύπῳ φράσαι, τομαὶ
Τῆς ὀρθότητος, ἐκτόπων τε μητέρες.
Τούτων τίς ἦν οὕτως ἀκίνητος τότε,
Ὡς μὴ τὸ οὖς γε τοῖς ἐμοῖς κλίνειν λόγοις;
Τοὺς μὲν γὰρ ἥρει τὸ κράτος τῶν δογμάτων,
Οἱ δ' ἡμεροῦντο τῷ τρόπῳ τῆς λέξεως.
Οὐ γὰρ μετ' ἔχθρας οὐδὲ λοιδόρως πλέον

Quique prophetarum scripturas abnegant :
Qui Christum colunt in umbris legis :
Qui Bythum et Sigen æternas naturas
Venerantur, et Æones masculo-feminas,
Filii Simonis magi ; quorum surculi,
Qui Deitatem componunt ex litteris ;
Qui Vetus et Novum Testamentum duobus diis
Ascribunt, austero et optimo :
Qui tres naturas statuunt immobiles,
Spiritus naturam et terræ, et mediam inter ambas :
Qui Manetis gaudent dominantibus tenebris :
Qui Montani spiritum nefande honorant.
736-737 Aut Novati vanam supercilii elationem :
Qui incorruptibilem Trinitatem nefarie contrahunt,
Aut naturam non separabilem dividunt :
Rursus ex istis, velut ex una hydra,
Cum prodierint multa impietatis capita,
Qui creatis in rebus solum numeravit Spiritum,
Et qui ipsum etiam Filium adjiciunt Spiritui :
Qui æqualem ætate Cæsari inducunt Deum ;
Qui carnem apparentem stolide fingunt ;
Qui secundum Filium dicunt eum qui in inferioribus natus est ;
Qui perfectum non fuisse dicunt id quod salvatum est, sed mente caruisse.
Hæ sunt, ut summatim dicam, sectiones
Rectæ fidei, et absurdarum opinionum matres.
Horum quis unquam ita pertinax fuit,
Ut non meis aurem inclinaret sermonibus?
Hos quidem rapiebat vis dogmatum,
Illos lenibat modus dicendi.
Non enim odium significando, et conviciando magis

1165 *Οἱ τὸν Βυθόν*. Vide tom. I, pag. 614, ubi Gregorius idem prosequitur argumentum.

1173 *Ἀρχικῷ σκότῳ. Qui tenebras rerum principium putant.*

1185 *Σεσωσμένον*. Combef. legit σεσωκότ', ἀλλ' ἄνουν, *qui salutem præstitit :* sed præstat accuratissimum Gregorii de his rebus loquendi morem servare. Hic Apollinaristas impugnat, Christum, qui homo factus est, ut homines salvaret, perfectum hominem fuisse negantes, sed mentis expertem asserentes.

1188 *Τούτων*. Hic versus deest in Coisl.

METRICA VERSIO.

Reditumque vitæ qui negant, vatum et libros ;
Christumque in umbris qui colunt legalibus ;
Sigen, Bythumque, qui, perennes ut deos,
Venerantur, Æonesque masculo-feminas ;
Magi Simeonis filii quibus sati,
Divinitatem qui struunt ex litteris :
Hinc, qui Vetusque Fœdus, et Novum, deis
Tribuunt duobus, scilicet duro et bono ;
Natura queisque fixa statuitur triplex,
Terrena, quæque spiritus, media ultima :
Hinc, qui Manetis principes tenebras amant ;
Hinc, qui nefandum pneuma Montani colunt :
Fastus Novati quique dant sese æmulos :
Hinc Trinitatem qui sacram male contrahunt,
Scindi negantem quique naturam secant :

Ac rursus ex his, unica ex hydra velut
Erroris orta capita sunt multa impii :
Hic nam creatum Spiritum tantum asserit,
Natum ille rursus copulat cum Spiritu ;
Est qui coævum Cæsari statuat Deum :
Carnisque veræ qui loco speciem inferat ;
Est qui secundum Filium, nempe inferum,
Inducat, est qui mentis expertem asserat.
Hæ namque fidei, breviter ut dicam, integræ
Sunt sectiones, nubili erroris duces.
Horum quis adeo firmus ac tenax erat,
Aures meis quin subderet verbis suas?
Hos pertrahebat dogmatum ingens firmitas,
Flectebat illos ratio docendi mea.
Nec enim per odium, perque contumeliam,

Digitized by Google

Ἢ κηδεμονικῶς τοὺς λόγους προήγομεν,
Ἀλγοῦντες, οὐ παίοντες, οὐδ' ἐπηρμένοι
Καιρῷ ῥέοντι καὶ πλάνῳ, καθώς τινες.
Τίς γὰρ λόγῳ τε καὶ κράτει κοινωνία;
Οὐδὲ πρόβλημα τὸ θράσος ποιούμενοι
Τῆς ἀλογίας· δεινῶς γὰρ ἔντεχνον τόδε
Καὶ σηπιῶδες, τὸ μέλαν ἐκ βάθους ἐμεῖν,
Ὡς τοὺς ἐλέγχους ἐκδιδράσκειν τῷ ζόφῳ.
Ἀλλ' ἡμέρως τε τοῖς λόγοις καὶ προσφόρως
Ἐντυγχάνοντες, ὡς λόγου συνήγοροι
Τοῦ συμπαθοῦς τε καὶ πράου, καὶ μηδένα
Πλήσσοντος· ἐξ οὗ καὶ τὸ νικᾶσθαι λόγος,
Καὶ τὸ κρατεῖν δὲ τιμιώτερον πολύ,

Πειθοῖ βιαίᾳ τῷ Θεῷ προσκτώμενον.
Τοιαῦτα πλαξὶ ταῖς ἐμαῖς ἐνεγράφη.
Ἄλλος τις οὗτος τῆς ἐμῆς παιδεύσεως
Νόμος, σοφῶς τε καὶ καλῶς γεγραμμένος.
Μὴ μίαν ὁδὸν τῆς εὐσεβείας εἰδέναι,
Τὴν εὔκολόν τε καὶ κακὴν γλωσσαλγίαν.
Μηδ' ἐν θεάτροις, καὶ φόροις, καὶ συμπόταις
Ὁμοῦ γελῶντας, ᾄσμασι χαυνουμένους,
Πρὶν καὶ πλυθῆναι γλῶσσαν ἐξ αἰσχρῶν λόγων,
Μηδ' ἐν βεβήλοις ὡσὶ καὶ Χριστοῦ ξένοις
Ῥίπτειν ἀφειδῶς τῶν λόγων τοὺς μυστικούς,
Παίζοντας ἐν τοῖς καὶ πόνῳ θηρωμένοις·
Ἀλλ' ἐντολαῖς μὲν ὡς μάλιστα εὐσεβεῖν·

Quam sollicite et anxie, verba faciebam,
Dolens, non plagas infligens, neque efferebar
Prosperis rebus et incertis, ut nonnulli.
Quid enim orationi et imperio commune?
Nec audacia velum mihi erat
Inscitiæ; id enim valde artificiosum est,
Et sepiæ simile, atramentum ex imo vomere,
Ut per tenebras redargui non possis.
Sed leniter verbis et convenienter
Compellabam, ut verbi defensor
Misericordis et mansueti, ac neminem
Percutientis: ex quo fit ut vinci congruum sit rationi,
Et multo præclarius sit vincere,
Dum quis vi persuasionis acquiritur Deo.
Hæc meis inscripta erant tabulis.
Hæc etiam alia exstitit institutionis meæ
Lex sapienter et præclare scripta:
Non unam hanc pietatis viam nosse
738-739 Facilem et pravam linguæ pruriginem,
Nec in theatris, foris, et conviviis
Simul ridentes, cantilenis emollitos,
Ante expurgatam a turpibus verbis linguam,
In profanas aures et a Christo alienas
Loquaciter mysticos sermones jacere,
Ludendo in iis, quorum vel inquisitio laboriosa;
Sed maxime in mandatis observandis pietatem colere,

1195 *Καιρῷ ῥέοντι.* Id est, *ob fluxam fallacemque prosperitatem, et quia catholicus imperator regnabat.*

1196 *Λόγῳ.* Possis etiam reddere: *Quid commune habet verbi divini prædicatio cum potestate imperatoria?*

1204 *Λόγος.* Editi habent ad marginem λόγῳ, sed perperam.

1208 *Ἄλλος*, etc. Id est, alia insuper in docendo regula mihi recte proposita erat. Cavebam videlicet, ne quos instituebam, ulla sibi ratione persuaderi sinerent, optimam se tunc pietatis ac zeli sui demonstrandi viam ingressuros, quando facili garrulitate et improba loquendi prurigine, in theatris, in viis publicis, in compotationibus, in risum et cantilenas effusi, etiam antequam linguam suam ab obscenorum sermonum sordibus ac turpitudine purum fecissent, in profanas hominum impiorum et adhuc a Christo alienas aures præcipua maximaque religionis nostræ arcana temere novissent immittere, sic quasi ludicre ea ostendendo, quorum recta intelligentia nonnisi magno labore acquiritur; sed tunc recte demum agere se existimarent, si omne suum studium in legum divinarum observatione ponerent, si pauperes alerent, si peregrinos susciperent, si morbos arcerent, si psalmodiæ insisterent. Cardon. apud Bollandistas, 9 Maii, pag. 446

1212 *Φόροις.* Ita legimus. Billius legendum putat πότοις, ut edit. ad marg. Male in textu φόβοις.

1218 *Μάλιστα εὐσεβεῖν.* Ita Coisl. Edit. male ἐνευσεβεῖν.

METRICA VERSIO.

Studio at juvandi, verba promebam, dolens,
Non vulnus infligens: nec, ut quidam solent,
Animos in altum, prosperum ob tempus, ferens,
(Commune sceptris nam quid est verbo et Dei?)
Audaciaque inscitiam velans meam.
Hoc quippe scitum est, sepiis ac proprium,
Nigrantem ab imo vomere succum pectore,
Ut tela fugias hostis in tenebris tui.
Sed voce blanda commodaque utens, decet
Christi ut patronum, mente qui placidissimus
Miseratur ægros, neminem et durus ferit.
Ex quo fit illud, cedere ut laudem ferat,
Rursumque multo pulchrius sit vincere,

Suasu Tonanti quispiam dum acquiritur.
Perscripta tabulis hæc erant plane in meis.
Aliam in docendo rursus hanc legem tuli
Recte exaratam: dum meam plebem instruo,
Unam salutis esse ne credat viam,
Hanc nempe facilem et improbam prurigiuem
Linguæ, in theatris nec, vel in conviviis,
Ridens simul, fœdisque mollis cantibus
Non expiatis turpibus verbis prius
Labris, in aures ethnicas atque impias
Arcana temere dogmata unquam jactitet,
Ludens in his quæ vix labor quoque percipit:
Parere jussis sed Dei quam maxime

Digitized by Google

Πτωχοτροφοῦντα, ξενοδοχοῦντα, ταῖς νόσοις
Ἀρκοῦντα, καρτεροῦντα καὶ ψαλμῳδίαις,
Εὐχαῖς, στεναγμοῖς, δάκρυσι, χαμευνίαις,
Γαστρὸς πιεσμοῖς, ἀγχόναις αἰσθήσεων,
Θυμοῦ, γέλωτος, χειλέων εὐταξίᾳ,
Τὴν σάρκα κοιμίζοντα πνεύματος κράτει.
Πολλαὶ γάρ εἰσιν αἱ σωτηρίας ὁδοὶ,
Πᾶσαι φέρουσαι πρὸς Θεοῦ κοινωνίαν·
Ἃς χρή σ' ὁδεύειν, οὐ μόνην τὴν ἐν λόγῳ.
Λόγος γὰρ ἀρκεῖ καὶ ψιλῆς τῆς πίστεως,
Μεθ' ἧς ἀτεχνῶς τὸ πλέον σώζει Θεός.
Εἰ δ' εἰς σοφοὺς ἔπιπτεν ἡ πίστις μόνον,
Θεοῦ παρ' ἡμῖν οὐδὲν ἦν πενέστερον.
Ἀλλ' εἰ φιλόγλωσσός τις, ἢ ζήλου πλέως,

A Καὶ δεινὸν εἴ σοι μὴ ῥυήσεται λόγος
(Ἀνθρώπινον γὰρ εὔχομαι κἀνταῦθά σοι),
Λάλει μὲν, ἐν φόβῳ δὲ, μηδὲ πάντοτε,
Μὴ πάντα, μηδ' ἐν πᾶσι, μηδὲ πανταχοῦ.
Ἀλλ' ἔστιν οἷς, ὅσον τε, καὶ ποῦ, καὶ πότε.
Καιρὸς δὲ παντὸς, ὡς ἀκούεις, πράγματος·
Μέτρον τ' ἄριστον, τῶν σοφῶν ἑνὸς λόγος.
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα
Χωρὶς τὰ τῶν ἔξωθεν, οἵ τ' ἐμοὶ λόγοι.
Τῶν μὲν γάρ εἰσιν εἰς ἐπίδειξιν οἱ λόγοι
Ἐν μειρακίσκων συλλόγοις, καὶ πλάσμασιν.
Ἐν οἷς μέγ' οὐδὲν ἀτυχεῖν ἢ τυγχάνειν.
Σκιᾶς, σκιᾶς γὰρ οὐδὲν ἀσθενέστερον.
Ἡμῖν δ' (ἀληθεύειν γάρ ἐστιν ὁ σκοπὸς)

Pauperes alendo, hospites suscipiendo, morbis
Medendo, perseverando in psalmodiis,
Precibus, gemitibus, lacrymis, humi cubationibus,
Gulam frenando, sensus coercendo,
Iræ, risus, labiorum moderatione,
Carnem domando spiritus robore.
Sunt enim multæ salutis viæ,
Omnes quæ ducunt ad conjunctionem cum Deo;
Has terere te oportet, non eam solum quæ in sermone sita est.
Sufficit enim simplicis fidei sermo,
Per quam profecto plurimos salvat Deus.
Quod si in solos sapientes fides caderet,
Nihil Deo apud nos esset pauperius.
Sed si loquendi cupid..s es, ac studio fervidus,
Tibique molestum est, si verba non fluant
(Humanum enim tibi etiam hic aliquid precor),
Loquere, sed in tremore, nec semper,
Nec omnia, nec apud omnes, nec ubique,
Sed apud quos, et quantum decet, et ubi, et quando.
Tempus autem est, ut audis, cujuslibet rei;
Modus est res optima, ut dixit unus e sapientibus.
Separati Mysorum et Phrygum fines:
Separati extraneorum sermones et mei:
Horum enim spectant ad ostentationem sermones
In juvenum cœtibus, et fictis rebus,
In quibus parvi refert, utrum bene succedat an male.
Umbra enim, umbra nihil est imbecillius.
Nobis autem (vera enim dicere propositum est),

1227 *Χρή σ'*. Ita Vat. et Coisl. Edit. χρὴ δ'.

1229 *Ἀτεχνῶς*. *Profecto, vere.* Aliter ἀτέχνως, id est, nullo majori artificio ad majorem fidelium partem salvandam utitur Deus, quam simplici fide, quæ mysteria tenet, nec ea curiose scrutatur.

1240 *Χωρὶς τὰ Μυσῶν*, etc. Proverbium inde natum, quod Mysorum et Phrygum fines definire arduum esset, eo quod hi populi non satis stabiliter tutati sint sedes suas, sed subinde aliunde alio depulsi terminos incertos reddiderint. Adagio licebit uti, inquit Erasmus, de rebus toto genere inter se dissidentibus, veluti si quis longe aliud spectare philosophum, aliud oratorem significans dicat: Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα, aut de hominibus inter quos nihil convenit, nihilque commune intercedit, ut apud Euripidem Achilles: Χωρὶς τἀμὰ κ' Ἀγαμέμνονος, id est, *separatæ sunt meæ res a bonis Agamemnonis*. Hoc proverbium sæpe recurrit apud Gregorium.

METRICA VERSIO.

Studeat, egentes, hospites, morbis graves
Curans, alensque, fixus in cantu sacro,
Precibus, gemitibus, lacrymis, chameuniis,
Ventrem atque sensus comprimens, iram et trucem,
Risumque, labris sedulo indicens modum,
Atque imperante spiritu carnem domans.
Multæ salutis nam patent nobis viæ,
Quarum unaquæque rege dat summo frui.
Has, non sitam in sermone duntaxat, tere.
Nam sermo fidei simplicis tibi sufficit,
Cum qua salutem magna pars hominum capit.
In eruditos nam fides solum viros
Si caderet, esset nil Deo dives minus,
Quod si loquendi cupidus es, zelo et calens,

B Miserumque ducis ni tibi sermo fluat
(Hic opto namque quidpiam humani tibi),
Loquare sane, sed timens, non jugiter,
Ne cuncta, cunctos non apud, passim neque:
Sed quando, quantum, quo loco, quibus et decet.
Cunctis, ut audis, tempus est rebus suum:
Quidamque dixit vir sophus, modum optimum.
Phrygum et Mysorum dispares sunt termini
Sic exterorum dispar est sermo meo.
Juvenum catervas inter ipsi gloriam
Captant: meræque fabulæ cuncta, in quibus
Scopum assequaris, an secus, parvi interest.
Cur istud? umbra nil enim imbecillius.
Nobis at (est quicis veritas solus scopus),

Digitized by Google

Οὕτως ἔχειν, ἢ μὴ, περιδεὲς τὸν λόγον.
Ὑδὸς γὰρ ἀμφίκρημνος, ἧς ἔξω πεσεῖν
Πεσεῖν προδήλως ἐστὶν εἰς ᾅδου πύλας.
Ὅθεν μάλιστα τοὺς λόγους φυλακτέον,
Τὰ μὲν λέγοντας, τῶν δ' ἀκούοντας σοφῶς·
Ἔστι δ' ὅτ' ἐκχωροῦντας ἀμφοῖν ἐξίσης,
Στάθμῃ δικαίᾳ, τῷ φόβῳ, κεχρημένους.
Ἧττον γὰρ οὖς, ἢ γλῶσσα, κίνδυνον φέρει·
Ἧττον δ' ἀκοῆς, τὸ καὶ φυγεῖν ἐκ τοῦ μέσου.
Τί δεῖ σε νάρκης ἁψάμενον νεκροῦν φρένα;
Ἢ πλησιάζειν ἄσθματι λυσσῶντος κυνός;
Οὕτω μαθόντες ἐκ γραφικῶν θεσπισμάτων,
Οἷς ἐτράφημεν πρὶν συναχθῆναι φρένα·
Οὕτως ἄγοντες καὶ πολίτας καὶ ξένους,
Ἤδη γεωργῶν ἦμεν ἐν τοῖς πλουσίοις,
Εἰ καὶ συνακτὸν οὐχ ὁμοῦ τοὐμὸν θέρος.
Τοὺς μὲν γὰρ ἄρτι τῶν ἀκανθῶν ἠρέμουν·
Οἱ δ' ὠμαλίζονθ', οἷς δ' ἐβάλλετο σπόρος,
Οἱ δ' ἐν γάλακτι, τῶν δ' ὑπὲρ γῆς ἡ φυή,
Οἱ δ' ἐχλόαζον, οἱ δ' ἐδεσμοῦντο στάχυς,
Οἱ δ' ἠδρύνοντο, οἱ δὲ λευκοὶ πρὸς θέρος·
Ἅλως τιν' εἶχε, τοὺς δὲ θημών τις φίλος·
Οἱ δ' ἐκκρίνοντο, οἱ δὲ τῶν σίτων ἔσω,
Οἱ δ' ἦσαν ἄρτος, τῆς γεωργίας πέρας,
Ἄρτος γεωργὸν τὸν καμόντα μὴ τρέφων
Νῦν, τοὺς δὲ μηδὲν ἐκχέαντας ἱκμάδος.
Ἐβουλόμην ἐνταῦθα στῆσαι τὸν λόγον,
Καὶ μηδὲν εἰπεῖν τῶν ἀναξίων λόγου.
Νῦν δ' οὐκ ἐᾷ με τὰ πρόσω τῶν πραγμάτων·
Ὧν τὰ μὲν ἦλθε δεξιῶς, τὰ δ' ἀγνοῶ

Periculosum valde est hoc vel illo loqui modo.
Via enim utrinque prærupta est, ex qua cadere,
Cadere manifeste est in portas inferi.
Quare maxima circa sermones adhibenda est cautio.
Hæc quidem dicendo, illa autem audiendo sapienter,
Interdum autem æque ab utroque recedendo,
Dum justa statera, nempe metu, utimur.
Minus enim periculi auris affert, quam lingua;
Minus etiam periculi est fugere e medio quam audire.
Quid juvat, torpedinem tangendo, necem animæ inferre?
Aut prope accedere ad halitum rabidi canis?
Sic institutus Scripturarum oraculis
In quibus innutritus sum, antequam adulta ratio esset,
Atque ita regens populares et extraneos,
Jam numerabar inter locupletes agricolas,
Quamvis messis mea simul collecta non esset.
Alios enim a spinis recens expurgaveram:
Alii autem æquabantur, in alios injiciebatur semen;
Hi in lacte, isti e terra prodibant:
Alii erant in herba, alii spicæ ligabantur:
Alii adolescebant, alii ad messem albi:
Nonnullos habebat area, alios gratus acervus:
Pars ventilabatur, pars intus cum tritico,
Alii panis erant, qui finis est agriculturæ;
Panis minime nunc alens agricolam
Qui laboravit, sed eos qui nullo sudore aspersi sunt.
Volebam hic dicendi linem facere,
Nec quidquam proferre eorum, quæ sermone indigna sunt.
Sed id non sinunt, quæ deinceps evenerunt,
Quorum nonnulla quidem prospere evenerunt, alia vero nescio

740 741

1247 *Περιδεές. Periculosum est*, id est, plurimum interest, utrum hoc an alio modo quidpiam tradatur. Rationem affert Gregorius, cur christianis multo major cura et sollicitudo suscipienda sit, cum sermonem ac disputationem habere parant, quam ethnicis.

1251 *Σοφῶς*. Vat. σοφῶν.
1259 *Ἐτράφημεν*. Edit. ἐστράφημεν.
1263 *Ἠρέμουν*. Ita legimus. Edit. male ἠμέρουν.
1269 *Ἐκκρίνοντο*. Coisl. ἐκρίνοντο.
1276 *Ὧν*. Ita Vat. Edit. ὥνπερ, sed deficit metrum.

METRICA VERSIO.

Vel sic vel aliter, plurimum refert loqui.
Præceps iter nam, quo statim ut quisque excidit,
Idem profecto Tartari ad portas cadit.
Quo cautiores esse nos hic addecet:
Audire quædam, rursus at quædam loqui,
Interdum utrisque pariter his absistere,
Æque ad bilancis instar adhibentes metum.
Auris pericli nam minus lingua parit:
Atque aure rursum tutior multo est fuga.
Necare tacta quid opus est torpedine
Mentem, aut furenti quid cani te jungere?
Sic institutus litteris sanctis, quibus
Addicta mens est rudibus ex annis mea,
Regensque cives, exterosque hunc in modum,
Eram colonos ipse jam inter divites:
Messis tametsi nostra non esset simul
Collecta. Pars nam solvitur spinis adhuc:
Æquantur alii: suscipit pars semina:
In lacte pars est: pars humo se surrigit:
Pars est in herba: spica pars est: ac suum
Pars robur auget: candidi ad messem alteri:
In area hi sunt: hos acervus continet:
Pars ventilantur: triticum pars at manent:
Ac panis alii, finis agricolæ ultimus,
Panis, colonum non alens jam nunc suum,
Verum hos, laboris a quibus sumptum est nihil.
Hic terminare carmen hoc vellem meum,
Nihilque dictu quod sit indignum, eloqui.
Sed, quæ sequuntur, id facere non me sinunt,
Cessere partim læta quæ, partim haud scio

Digitized by Google

Τί χρὴ λέγειν μοι, καὶ τίνι μοίρᾳ προσνέμειν,
Τίνας δ' ἐπαινεῖν. Τοῦτον ἐχόντων τρόπον
Ἡμῶν, ἐφίστατ' ἀθρόως αὐτοκράτωρ
Ἐκ τῆς Μακεδνῆς, βαρβάρων στήσας νέφος,
Πλήθει τε πολλῷ καὶ θράσει τεθηγμένων,
Ἄνθρωπος οὐ κακὸς μὲν, εἰς πίστιν Θεοῦ
Ὅσον κρατῆσαι τὰς ἁπλουστέρας φύσεις,
Καὶ τῆς Τριάδος ὑπερφυῶς ἠττώμενος·
Σπλάγχνων γὰρ οὗτός ἐστι καὶ πάντων λόγος,
Στερρᾶς ἐφ' ἕδρας ἀσφαλῶς βεβηκότων·)
Οὐ μὴν τοσοῦτος τῇ ζέσει τοῦ πνεύματος,
Ὡς ἀντισῶσαι τοῖς παρελθοῦσι τὰ νῦν,
Καιρῷ τὰ καιροῦ πταίσματ' ἐξιώμενος·
Ἢ τὴν ζέσιν μὲν ἴσος, οὐκ ἴσος δέ γε,

A Τί φῶ; τὸ θάρσος, ἢ θράσος; διδάξατε.
Ἴσως δ' ἄμεινον τὸ προμήθειαν καλεῖν.
Οὐ γὰρ κατείργειν, ἀλλὰ πείθειν, ἔννομον
Εἶναι νομίζω, καὶ πρὸς ἡμῶν τι πλέον,
Αὐτῶν τ' ἐκείνων, οὓς Θεῷ προσάξομεν.
Τὸ μὲν γὰρ ἀκούσιον, κρατούμενον βίᾳ,
Ὥσπερ βέλος νευρᾷ τε καὶ χερσὶ δεθὲν,
Ἢ ῥεῦμ' ἐν ὀλκῷ πάντοθεν στενούμενον,
Καιροῦ δοθέντος, τὴν βίαν περιφρονεῖ.
Τὸ δ' ἑκούσιον, βέβαιον εἰς πάντα χρόνον,
Δεσμοῖς ἀλύτοις τῶν πόθων ἐσφιγμένον.
Ταῦτ' ἐννοῶν, ἔμοι γε τὸν φόβον δοκεῖ
Τέως κατασχὼν, πάντας ἕλκειν ἡμέρως,
Προθεὶς τὸ βούλεσθ', ἔγγραφον πειθοῦς νόμον.

Quomodo appellare me oporteat, et cui parti tribuere,
Et quos laudare. Cum is esset rerum status
Nostrarum, advenit subito imperator
1280 Ex Macedonia, post repressas nubes barbarorum
Magna multitudine et audacia præfidentium,
Vir non malus, quantum ad continendas
In Dei fide animas simpliciores,
Ac Triadi majorem in modum addictus
1285 (Is enim cordis sermo est, ac omnium
Qui stabili sedi tuto insident);
742-743 Sed non is tamen qui fervore spiritus
Præteritis præsentia vicissim æquaret,
Tempore ruinas temporis sanans:
1290 Aut si fervore his rebus par erat, non tamen par,
Quid dicam? fiducia, an audacia? vos docete.
Fortasse satius prudentiam vocare.
Non enim cogere, sed persuadere, legitimum
Esse arbitror, ac nobis utilius,
1295 Ipsisque illis, quos Deo adducimus.
Quod enim non voluntarium est, id cum vi retineatur,
Veluti telum nervo et manibus constrictum,
Aut amnis in cursu undique arctatus,
Ubi datum fuerit tempus, vim contemnit.
1300 Quod autem voluntarium est, firmum est in omne tempus,
Vinculis amoris non solubilibus constrictum.
Hæc dum considerat, mihi quidem videtur metum
Hactenus cohibens, omnes leniter trahere,
Voluntarium proponens, ut inscriptam persuasionis legem.

1277 *Mol.* Coisl. μέ.

1278 *Τρόπον.* Ita legimus. Edit. τὸν τρόπον, sed male; nam versus metrum deficit.

1285 *Σπλάγχνων γὰρ οὗτος.* Hoc est: Serio hoc atque ex intimo corde dico, dicuntque item omnes, qui supra petram firmam siti sunt (Catholici). Ita Billius, cui non placet Leuvenclaii interpretatio: *Cujusmodi esse corda debent omnium;* quam tamen versionem secuti sunt Bollandistæ: *Quo sane modo omnes ii debent esse affecti qui firmo fundamento salutem suam inniti volunt.*

1288 *Ἀντισῶσαι.* Hoc est, ut eam in hæreticos asperitatem exhiberet, quam priores imperatores Ariani, Constantius et Valens in catholicos exercuerant: vel ut ad veterem statum revocaret præsentia, et quæ temporum iniquitate collapsa erant, in pristinum splendorem restitueret.

1299 *Καιροῦ δοθέντος.* Coisl. λυθέντος.

1301 *Ἐσφιγμένον.* Ita Coisl. Edit. ἐσφιγμένων.

1302 *Δοκεῖ.* Sic Coisl. Edit. δοκεῖν.

1304 *Προθεὶς.* Vat. προσθείς.

METRICA VERSIO.

Quid dicam, et hæc cui debeam parti dare,
Quos laude ferre. Dum statu nos hoc sumus,
En imperator advenit nobis repens,
Terra ex Macedona, Marte domitis barbaris,
Stimularat ingens quos manus, et ingens furor:
Minime quidem ille vir malus quantum ad fidem,
Tenere mentes posset ut qui simplices,
Triadisque sanctæ cultor esset maximus
(Sic quippe et ipse sentio, et cuncti asserunt,
Qui sede stabili tuto amant insistere);
Fervore sed non prædítus tanto tamen,
Æquaret ut cum pristinis præsentia,
Sanaret atque temporis mala tempore:
Fervore vel si par erat, non par erat,

B Fiduciane pectoris, an audacia
Dicam? Vocare præstat hoc prudentiam.
Suadere quippe est æquius, quam cogere,
Magisque nobis convenit, et illis item
Sociare summo nitimur quos Numini.
Nam quod coactus, perque vim, quisquam facit,
Nervis ut arcus vinctus, et firma manu,
Aut cursus amnis undique arctatus, statim,
Datur ut facultas, pristinam vim despicit.
At sponte quod fit, durat in cunctos dies,
Amoris ut quod vinculum stringat tenax.
Hæc ille, opinor, cogitans, nulli gravem
Metum inferebat, leniter cunctos trahens,
Cujusque mentem liberam lege et sinens.

Digitized by Google

Ὡς δ' οὖν ἐπέστη ἄσμενος τρισασμένοις,
Ἃ μὲν τετιμήκει με, τῇ πρώτῃ θέᾳ,
Οἷς τ' εἶπεν, οἷς τ' ἤκουσεν εὐμενέστατα,
Τί χρὴ λέγειν με; καὶ γὰρ αἰσχύνης γέμον
Εἰ τηλίκος φρονεῖν δοκοίην τηλίκοις,
Ὦ τίμιον τοῦτ' ἔστι καὶ μόνον, Θεός.
Τὸ δ' οὖν πέρας· « Δίδωσι, φησὶ, τὸν νεὼν
Θεὸς δι' ἡμῶν σοί τε καὶ τοῖς σοῖς πόνοις· »
Φωνὴν ἄπιστον πρὶν προελθεῖν εἰς τέλος.
Οὕτως γὰρ ἦσαν ἡ πόλις κατακράτος
Ἔστῶτες, ἡ πολλή τε καὶ δεινὴ ζέσις,
Ὡς μηδ', ἂν εἴ τι τῶν ἀηδῶν συμπέσοι,
Εἴξοντες, ἀλλ' ἔξοντες ὥνπερ ἐκράτουν·
Εἰ δὲ καὶ αὖ βιάζοιντ', ἀλλὰ τὸν τραχὺν χόλον
Ἡμῖν ἐπαφήσοντες, ὧν ῥᾷστον κρατεῖν.
Ὁ μὲν τόδ' εἶπεν· ἐμὲ δὲ συμμιγὴς τρόμῳ
Ἁλμός τις εἶχεν ἡδονῆς. Ὦ Χριστέ μου,
Ὃς οἷς πέπονθας εἰς τὸ πάσχειν ἐκκαλῇ,
Σὺ καὶ τότ' ἦσθα τῶν ἐμῶν πόνων βραβεύς,
Καὶ νῦν γενοῦ μοι τῶν κακῶν παρήγορος.
Παρῆν ὁ καιρός. Τὸν νεὼν δ' εἶχε στρατὸς
Ξιφηφόρος, μελάθροις ἐκτεταγμένος.
Ὁ δ' ἀντεπῆει δῆμος οἰδαίνων ἅπας,
Ψάμμος θαλασσῶν, ἢ νιφὰς, ἢ κυμάτων
Κινήματ', ὀργῇ καὶ λιταῖς μεμιγμένος,
Ὀργῇ καθ' ἡμᾶς, πρὸς δὲ τὸ κράτος λιταῖς.
Πλήρεις ὁδοὶ, δρόμοι, πλατεῖαι, πᾶς τόπος·
Διώροφα, τριώροφα νενόντων κάτω

1305 Ut igitur cupidus accessit ad sibi cupidissimos,
Quanto me affecerit honore, primo conspectu,
Tum de iis quæ dixit, tum de iis quæ perhumaniter audivit,
Quid me attinet dicere? esset enim probrosum,
Si, talis cum sim, talibus rebus gloriarer;
1310 Cui illud, ac solum quidem, in pretio est, nempe Deus,
Is finis exstitit: « Dat, inquit, templum
Deus per nos tibi et laboribus tuis; »
Vocem haud credibilem antequam ad finem perducta res esset.
Sic enim civitas pro viribus
1315 Insistebat, tantusque et tam fervidus civium impetus,
Ut, etiamsi quid iis molesti accidisset,
Cessuri non essent, sed quod tenebant, retenturi:
Rursus, si vis iis inferretur, haud dubium quin aspera
In nos ira erumperent, quos pervincere erat perfacile.
1320 Atque hæc quidem ille dixit: me autem permistus tremore
Motus lætitiæ tenebat. O Christe mi,
Qui per ea, quæ passus es, ad patiendum nos excitas,
Tunc meorum etiam fuisti arbiter laborum,
Nunc autem sis mihi in malis solatium.
744-745 1325 Aderat tempus. Templum autem obtinebat exercitus
Armatus, ordinatus in sacris ædibus.
Populus contra stabat, totus tumens,
Ut arena maris, aut nix, aut fluctuum
Agitatio, ira et precibus permistim,
1330 Ira adversum me, precibus erga imperatorem.
Plenæ erant viæ, hippodromi, platea, omnis locus:
Secundæ et tertiæ contignationes plenæ spectantibus deorsum,

1305 Ἄσμενος. Vat. ἀσμένως.
1309 *Τηλίκος*. Coisl. τηλικοῦτος ὤν. Billius, *tam senex*: malim: *cum talis sim moribus*, eam olim professus philosophiam et gloriæ contemptum, unum, omnibus posthabitis, in pretio Deum habens. Sic ipse Gregorius exponit.
1311 *Τὸν νεών*. *Nempe majorem ecclesiam, sedem episcopi.*
1317 Ὥνπερ. Sic legendum profecto, non ὥσπερ, ut in editis.
1318 *Τραχύν*. Edit. βραχύν. Facile Gregorium occidi posse Ariani existimabant.
1320 *Ὁ μὲν τόδ' εἶπεν*. Hoc ille dixit, nempe: *Dat tibi Deus hoc templum per nos*. Quæ vero sequuntur, verba non sunt imperatoris, quamvis ea ipsi tribuat vir doctissimus.
1326 *Ξιφηφόρος, μελάθροις ἐκτεταγμένος*. Ita legimus, suadente codice Coisliano qui habet Ξιφηφόρος τε λάθροις ἐκτεταγμένος. Sic illustratur hic locus qui antea obscurus erat. Edit. Ξιφηφόρος, καὶ λάθρος ἐκτεταγμένος. — Ita Benedictini; sed deficit metrum, cum quartus pes spondæum habeat in alio loco. Caillau.
1330 *Καθ' ἡμᾶς*. Vat. καθ' ἡμῶν.

METRICA VERSIO.

Ut ergo cupidus venit ad cupidos sui,
Complexus ut me sit statim, quæ dixerit,
Quæ perlubenti rursus aure acceperit,
Quid est necesse dicere? Pudendum foret,
Si gloriarer tam senex ob talia,
Qui cuncta parvi deputo præter Deum.
Tandem ista fatur: « Dat tibi per nos Deus
Nunc hocce templum, dat tuis laboribus: »
Vocem, peracta re nisi, supra fidem.
Sic namque stabat civitas plena impetu,
Animisque fervens, ut licet grave quidpiam
Hinc eveniret, nulla cessuros throno
Spes prorsus esset, sed retenturos eum:
Sin cogerentur, impetum in me, vincere
Quem facile possent, esse facturos brevem.
Hæc ille dixit: Gaudio at junctus metus
Tum me tenebat. Christe mi, qui per tuam
Crucem ferendas ad cruces nos excitas,
Et tunc labori præmium nostro dabas,
Solamen et sis nunc meum in tantis malis.
Jam tempus aderat, militum et vis maxima
Templum obtinebat, bellicos enses gerens.
Faciebat omnis impetum contra tumens
Populus, arena ut, nix vel, aut fluctus maris,
Utens et ira, precibus et blandis simul,
Iratus in nos, principi supplex. Erant
Plenæ viæ, domique, pleni omnes loci,
Plenæ domusque tum viris tum feminis,

Digitized by Google

Ἀνδρῶν, γυναικῶν, νηπίων, παλαιτάτων·
Πόνοι, στεναγμοὶ, δάκρυα, βρυχήματα,
Εἰκὼν ἁλόντος ἄστεος κατακράτος.
Ἐγὼ δ' ὁ γεννάδας τε καὶ στρατηλάτης,
Καὶ ταῦτ' ἐν ἀῤῥωστοῦντι καὶ λελυμένῳ,
Μικρὰ πνέοντι τῷδέ μου τῷ σαρκίῳ,
Μέσος στρατηγοῦ καὶ στρατοῦ, βλέπων ἄνω,
Ἥειν βοηθῷ χρώμενος τῇ ἐλπίδι,
Ἕως κατέστην εἰς νεὼν, οὐκ οἶδ' ὅπως.
Κἀκεῖνο δ' εἰπεῖν ἄξιον· πολλοῖς τε γὰρ
Ἔδοξεν εἶναι τῶν τότε κρεῖσσον λόγου,
Οἷς οὐδὲν ἁπλοῦν ἐστι τῶν ὁρωμένων,
Ἐν ταῖς μεγίσταις τὸ πλέον καιρῶν ῥοπαῖς.
Ἐγὼ δ' ἀπιστῶν τοῖς λέγουσιν οὐκ ἔχω,
Καί τοι προσάντης τοῖς ξένοις, εἴπερ τις, ὤν.

A Τοῦ γὰρ προχείρως πάντα πιστεύειν θέλειν,
Χεῖρον, τὸ πᾶσιν ἀντιτείνειν ἐξίσης.
Τὸ μὲν γάρ ἐστι κουφότης, τὸ δὲ θράσος.
Τί γοῦν τὸ θαῦμα; Βίβλε, κηρύσσοις βίῳ,
Τοῦ μὴ λαθεῖν τοὺς ὕστερον τόσην χάριν.
Ἦν ὄρθρος, ἡ δ' ἐπεῖχε νὺξ ὅλην πόλιν,
Νέφους ὑποδραμόντος ἡλίου κύκλον,
Ἥκιστα καιρῷ πρᾶγμα τῷ τότε πρέπον.
Φιλαίθριον γὰρ οὐδὲν, ὡς πανήγυρις.
Ὃ καὶ παρεῖχε τοῖς μὲν ἐχθροῖς ἡδονὴν,
Ὡς δυσφοροῦντος τοῦ Θεοῦ τοῖς δρωμένοις,
Ἡμῖν δ' ἀνίαν ἐν φρεσὶ κεκρυμμένην.
Ἐπεὶ δ' ἐγώ τε καὶ τὸ πορφύρας κράτος
Κιγκλίδος ἦμεν τῆς σεβασμίας ἔσω,
Πάντων τ' ἐπῆρθη συμμιγὴς αἶνος Θεοῦ

Viris, mulieribus, parvulis, senibus;
Dolores, gemitus, lacrymæ, rugitus,
Imago captæ per vim civitatis.
Ego vero strenuus ille et dux exercitus,
Idque in infirmo et fatiscente,
Parum spirante hoc meo corpusculo,
Medius inter imperatorem et exercitum, sursum respiciens,
Ibam adjutrice utens spe,
Donec in templo constitutus sum, nescio quo pacto.
Illud autem dictu dignum : multis enim
Qui tunc aderant visum est omni sermone majus,
Nihil temere evenire existimantibus,
In maximis præsertim temporum conversionibus.
Ego autem fidem denegare dicentibus non possum,
Quamvis difficilis et morosus sim, circa res miras, si quis alius.
Pejus enim est omnibus æque obsistere,
Quam facile omnia velle credere.
Istud enim levitas est, hoc audacia.
Ecquod igitur prodigium? Liber, prædica sæculo,
Ne posteros lateat tanta gratia.
Erat diluculum, sed totam urbem nox tegebat,
Nube circulum solis subeunte,
Res minime tempori illi conveniens.
Nihil enim aeris serenitatem sic amat, ut publica celebritas.
Atque id quidem inimicis lætitiam afferebat,
Quasi Deo displicerent, quæ gerebantur,
Nobis vero secretum animi dolorem.
Postquam autem ego et purpuræ potestas
Intra venerandos cancellos fuimus,
Omniumque ex ore sublata laus Dei promiscua

1340 *Τῇ ἐλπίδι.* Ita Coisl. Edit. ταῖς ἐλπίσι.

1347 *Καί τοι προσάντης.* Hoc vult Gregorius, ait Billius, se iis qui hoc dicunt, fidem abrogare non posse, quamvis alioqui ea mente sit, ut ex iis rebus quæ præter consuetudinem contingunt, ad aliquid conjectandum non facile adducatur.

1351 *Βίβλε, κηρύσσοις. Prædica, liber, sæculo. Quid autem miri contigerit, non taceat narratio, ne tantæ gratiæ ignoratione laboret posteritas.* Cardon.

1352 *Τούς.* Coisl. τοῖς.

1360 *Πορφύρας κράτος.* Id est, *imperator.*

METRICA VERSIO.

Ætate quassis, parvulis spectantibus;
Gemitus, dolores, lacrymæ, clamor gravis,
Imago capti bellico insultu oppidi.
Ego vero fortis ille dux ac strenuus
(Ægro tametsi corpore essem ac debili,
Spirante quiddam languidum ac fere mortuum)
Inter ducem medius, et inter milites,
Ibam bona spe fultus, et sursum videns,
In æde donec collocor : quinam haud scio.
Nec hoc tacendum censeo. Nam plurimis
Sermone majus istud est visum viris
Temere evenire qui nihil prorsus putant,
Potissimumque rebus in gravissimis.
Queis abrogare vix ego possum fidem,
Insueta quamvis respuam, si quispiam.

B Nam cuncta prompte credere, minus est malum,
Quam si quis æque deneget cunctis fidem.
Levitatis illud : efferi hoc est pectoris.
Quidnam ergo miri contigit? Narra, liber :
Ignota ne sit posteris hæc gratia.
Diluxerat jam : nox at urbem presserat,
Subeunte Phœbi circulum nube horrida,
Aliena certe tempori quæ res erat.
Nil namque festi sic amant cœtus, dies
Ut claritate præditos; hinc hostibus
Mens læta (tanquam grata non esset Deo
Res cœpta), nobis abditus contra dolor.
Princeps ut autem, nosque, cancellos sacros
Intravimus, cunctique summi Numinis
Cœpere laudes canere, voce et maxima

Digitized by Google

Καλουμένου, βοή τε καὶ χειρῶν τάσις,
Τοσοῦτον ἐξέλαμψεν ἡλίου σέλας,
1365 Νέφους ῥαγέντος τῷ Θεοῦ προστάγματι,
Ὡς πάντα μὲν τὸν οἶκον ἀστραπηφόρον
Εὐθὺς γενέσθαι, τὸν πρὶν ἐστυγνασμένον,
Καὶ τῆς παλαιᾶς εἰκόνα σκηνῆς λαβεῖν
Ἅπαντας, ἣν ἔκρυπτε λαμπρότης Θεοῦ,
1370 Εἶδος δὲ πᾶσιν αἰθριάσαι καὶ φρένας.
Κἀνταῦθα θάρσους ἐνδραμόντος τῇ θέᾳ,
Ἡμᾶς βοᾶσθαι πανσθενεὶ ζητουμένους,
Ὡς τοῖς παροῦσι τοῦδε λείποντος μόνου,
Πρῶτόν τε καὶ μέγιστον ἐκ πρώτου κράτους
1375 Τοῦτ' ἂν γενέσθαι πρὸ θρόνων πόλει γέρας,

A Ἡμᾶς δοθῆναι τοῖς θρόνοις τοῦ ἄστεος
Ταῦτ' ἦν ἀπ' ἀνδρῶν ἐν τέλει, καὶ τῶν κάτω,
Πάντων ἀπ' ἴσου τοῦ λόγου ποθουμένων.
Ταῦτ' ἐκ γυναικῶν ὑψόθεν βοώμενα,
1380 Πέρα σχεδόν τι τοῦ γυναιξὶ κοσμίου.
Βροντή τις ἦν ἄπιστος ἀντικλωμένη,
Ἕως ἐγώ τιν' ἐξαναστήσας θρόνων
Σύνεδρον· οὐκ ἐμοὶ γὰρ ἦν φωνῆς τόνος,
Συνωσμένῳ τε καὶ δέει κεκμηκότι·
1385 Γλώσσης τάδ' εἶπον ῥῆματ' ἐξ ἀλλοτρίας·
« Ἐπίσχεθ', οὗτοι, τὴν βοὴν ἐπίσχετε.
Καιρὸς γάρ ἐστι πάντως εὐχαριστίας
Ὃ νῦν· ὁ δ' εἰσέπειτα καὶ τῶν μειζόνων. »

Invocati, ac clamor, et manuum extensio,
Tantus affulsit solis splendor,
746-747 1365 Nube jussu Dei dissipata,
Ut omnis ædes fulgoribus corusca
Statim fieret, quæ prius tenebris horrida fuerat,
Ac veteris imaginem tabernaculi induerent
Omnes, quod Dei claritas tegebat,
1370 Omniumque vultus et mentes serenitas occuparet.
Tum vero fiducia ad spectaculum accedente,
Totis viribus petentes nos clamant,
Quasi id unum præsentibus deesset,
Primumque ac maximum a prima potestate
1375 Munus hoc urbi thronis gratius futurum,
Si me thronis civitatis concederet.
Hæc viri dignitate præditi, hæc vulgus,
Cum æquali omnes sermonis mei desiderio tenerentur.
Hæc mulieres e sublimi clamabant
1380 Pene ultra decorum muliebre.
Tonitru quoddam incredibile refringebatur,
Donec meo rogatu unus ex collegis sua
Sede surgeret; non enim vocem contentius emittere
Valebam, compressus et metu laborans.
1385 Sed hæc verba alterius lingua pronuntiavi :
« Cohibete clamorem, o viri, cohibete.
Nunc enim omnino agendarum gratiarum
Hoc tempus est. Etiam majorum deinceps erit tempus. »

1368 *Καὶ τῆς παλαιᾶς. Quin et imaginem nobis exhiberet veteris illius tabernaculi, quod Dei quondam ipsius splendor et gloria palam replevit.* CARDON. apud Boll.

1371 *Θάρσους.* Edit. ad marg. καὶ Θράσους. Mox ἐνδραμόντος. Edit. ἐκδραμόντος, sed male. Vult enim auctor ex illo repentino splendore Catholicos omnes ingentem lætitiam concepisse, contractaque ex hujusmodi spectaculo fiducia, statim magnis clamoribus poposcisse, ut Ecclesiæ præficeretur Gregorius, quod unum præsentibus deerat.

1375 *Πρὸ θρόνων.* Edit. ad marg. τῶν πατριαρχῶν. Dederat Catholicis Theodosius ecclesias; sed petebant ut his ecclesiis episcopum daret Gregorium, quod postremum munus priori majus existimassent, ipsisque gratius foret. Billius immerito respuit πατριαρχῶν.

1376 *Τοῖς θρόνοις.* Edit. ad marg. τῇ ἐξουσίᾳ.

1378 *Τοῦ λόγου ποθουμένων.* Edit. ad marg. τῶν πόθου ἰσουμένων.

1387 *Πάντως.* Coisl. παντός. Ita edit. ad marg.

1388 *Καὶ τῶν μειζόνων.* Cardon. apud Bollandist. *Suus deinde rei, quam petitis, perficiendæ erit locus.*

METRICA VERSIO.

Tensisque palmis ipsius opem exposcere :
Tantum repente splenduit solis jubar,
Jussu Tonantis nube perrupta, illico
Ut ante tristis velut ac mœrens, domus
Fulgore visus omnium perstringeret :
Imaginemque veteris arcæ sumerent
Omnes, tegebat quam Dei ingens claritas :
Fugeretque mentis nubilum et vultus simul.
Spectata quæ res cum piam plebem metu
Solvisset, altis vocibus me postulat,
Hoc præter, ut si tempori nil deforet.
Primum hocque, summum et principis munus fore,
Quod anteponat civitas ipsis thronis,

B Si civitatis ipse me dederit thronis.
Hoc dignitate præditi, hoc vulgus petit.
Huc vota tendunt, nemine excepto, omnium.
Clamore magno feminæ hoc etiam petunt,
Sic ut decori pene legem excederent.
Res hæc refracto par erat tonitruo.
Hic sede quemdam jubeo collegam sua
Exsurgere; loqui non enim poteram, nimis
Compressus, atque territus magno metu :
Ejusque plebem voce sic ipse alloquor.
« Hunc premite, quæso, premite, clamorem, o viri.
Nunc sunt agendæ gratiæ summo Deo :
Majora quæ sunt, his erit tempus suum. »

Digitized by Google

Λαὸς δ' ἐπερρόθησεν οἷς ἐφθεγξάμην.
Πᾶσι γάρ ἐστι προσφιλὲς τὸ μέτριον.
Αὐτὸς δ' ἀπῆλθεν αἰνέσας αὐτοκράτωρ.
Οὕτω μὲν οὗτος σύλλογος καταστρέφει,
Τοσοῦτον ἡμᾶς ἐκφοβήσας καὶ μόνον,
Ὅσον γυμνωθὲν ἔν ξίφος, πάλιν ἔσω
Πεσεῖν, θράσος τε συντεμεῖν θερμοῦ λεώ.
Τὰ δ' ἔνθεν οὐκ' οἶδ' ὡς προσάξω τὸν λόγον,
Ἔχοντα καί τιν' ὄγκον ἐν τοῖς πράγμασι.
Τίς συγγραφεύς μοι τῷ λόγῳ δοίη πέρας;
Αἰσχύνομαι γὰρ ταῖς ἐμαῖς εὐφημίαις,
Κἂν ἄλλος εὖ λέγῃ με. Τοῦτ' ἐμὸς νόμος.

A Ὅμως δὲ λέξω μετριάζων ὡς σθένος.
Ἦν ἔνδον· ἡ πόλις δὲ τὸ φρύαγμα μὲν
Κάτω βεβλήκει, τοῦ ναοῦ κρατουμένου·
Ὅμως δ' ὑπεστέναζεν, ὡς γίγας, φασί,
Βληθεὶς κεραυνῷ πρόσθεν Αἰτναίῳ πάγῳ,
Καπνόν τε καὶ πῦρ ἐκ βάθους ἠρεύγετο·
Τί γοῦν με ποιεῖν, πρὸς Θεοῦ, δίκαιον ἦν;
Διδάξαθ' ἡμᾶς, εἴπαθ', οἱ νῦν ἐντελεῖς,
Ὦ μειρακίσκων σύλλογος τῶν ἀθλίων,
Οἷς τὸ πρᾶον μὲν ἀδρανὲς λογίζεται,
Τὸ δ' ἐμμανές τε καὶ κάκιστον, ἀνδρικόν·
Ὠθεῖν ἐλαύνειν, ἀγριοῦν, ἀναφλέγειν,

Populus admurmuravit his quæ dixeram.
Omnibus enim amica est modestia.
Ipse etiam hæc laudans imperator discessit.
Hic igitur exstitit hujus concionis exitus,
Qui nos in hoc uno tantum exterruit,
Quantum terrere potuit nudatus ensis unus ac rursus intro
Conditus, compresso populi calidioris impetu.
Haud scio quibus verbis enarrem quæ secuta sunt,
Grande aliquid in rebus habentia.
Quis scriptor hoc mihi opus absolvat?
Pudorem enim mihi incutiunt laudes meæ,
Quamvis ab alio lauder. Hoc mihi in legis loco est.
748-749 Dicam tamen, quam potero moderatissime.
Eram intus; urbs autem ferociam suam
Deposuerat, templo occupato;
Sed tamen ingemiscebat, ut gigas ille fertur,
Qui fulmine ictus olim in monte Ætna
Fumum et ignem e profundo evomebat.
Quid igitur me, per Deum, facere æquum erat?
Docete nos, dicite, qui nunc rigidi estis,
O juvenum cœtus miserorum:
Quibus quod lene est, imbecillum videtur,
Et virile, quod furiosum et pessimum:
Utrum pulsare, expellere, efferare, incendere æquum erat,

1389 *Ἐπερρόθησεν. Obstrepuit, obmurmuravit ac strepitu comprobuvit.* Sic Hesychius, et Euripid. *Hecub.* 553.

1393 *Ἐκφοβήσας.* Forte ἐκφοβῆσαι.

1394 *Ὅσον γυμνωθὲν ἔν ξίφος.* De eo juvene hoc exponit Græcus scholiastes, qui ad Gregorium necandum ab Arianis subornatus est: sic enim legitur in editis ad marg. ὡς αὐτὸς ὁ γυμνώσας ὕστερον πρὸς τὸν μέγαν ἐξεῖπεν, quod Billio parum arridet. Hunc enim ensem a quodam potius imperatoris satellite nudatum fuisse arbitratur, ad comprimendum popularem impetum et audaciam. Aliter censet Combefisius. Vide infra, vers. 1464.

1395 Λεώ. Coisl. νέου.

1397 *Ἔχοντα καί τιν' ὄγκον. Cum ingentem rerum ac negotiorum molem secum trahant.* Edit. ad marg. μέγεθος ὡς δοκεῖν ἐπίφθονα.

1403 *Τοῦ ναοῦ κρατουμένου. Ædе sacra a me occupata.*

1405 *Πρόσθεν Αἰτναίῳ.* Cardon. apud Bolland.: *Ac monte Ætneo percussus.*

1408 *Ἐντελεῖς.* Billius vocem hanc contendit significare in eo loco, ἀκριβοδικαίους, eos qui in acceptis injuriis ulciscendis severos se ac rigidos præbent, nec iis, a quibus læsi sunt, de summo jure quidquam remitti volunt. Quam interpretationem aliis Gregorii ipsius verbis in orat. coram CL episcopis habita probat, ubi de iis injuriis, quibus orthodoxi ab hæreticis affecti fuerunt, loquens Gregorius, atque ab iis vindicandis abstinere se declarans, hæc addit: Λίαν γάρ εἰσιν ἐντελεῖς καὶ δίκαιοι περὶ τὴν ἀντίδοσιν, hoc est, ut illic exponit Nicetas, ἀκριβεῖς, μηδὲν τῆς δικαίας ἀντιδόσεως ἀφιέντες, severi, *nihil de summo jure remittentes.* Vide tom. I, pag. 765.

1410 *Ἀδρανές.* Edit. ad marg. ἀνανδρον. Mox λογίζεται, ad marg. νομίζεται.

1411 *Ἐμμανές τε.* Ita Coisl., quæ lectio præferenda editis ἐμμενές. Mox κάκιστον. Edit. ad marg. μνησίκακον, ὀργίλον.

METRICA VERSIO.

Hæc verba plausu maximo plebs excipit.
Amica namque est omnibus modestia.
Abiitque princeps maxima hæc laude efferens.
Hic concionis exitus tandem fuit
Hoc solum in uno qui metum nobis tulit,
Quod ensis unus strictus est, ac conditus
Statim, et repressus impetus vulgi ferox.
Nunc, quæ sequuntur, hæreo quonam modo
Narrabo, rerum hic magna nam moles subest.
Nostro quis addet ultimam scriptor manum
Operi? Mearum quippe me laudum pudet,
Licet alter etiam me canat. Mos hic meus.

B Dicam tamen, modestia utens maxima.
Templum tenebam: civitas autem, licet
Ædе occupata pristinam ferociam
Liquisset, imo pectore gemebat tamen,
Gigasque ut ille pressus Ætnæis rogis,
Ructabat imis partibus fumum gravem,
Ignemque. Quidnam hic, per Deum, par erat
Facere? Docete, præsules rigidi modo,
Juvenumque misera sorte concilium, quibus
Languor videtur esse morum lenitas,
Contraque robur sæva vindictæ sitis:
Protrudere hostes? efferare? incendere?

Digitized by Google

Καιρῳ τ' ἁπλήστως χρωμένους καὶ τῷ κράτει ;
Ἢ φαρμακεύειν φαρμάκοις σωτηρίας ;
Δύω γὰρ οὕτω καλὰ κερδαίνειν παρῆν,
Αὐτούς τε πιειν μετρίους τῷ μετρίῳ,
Ἡμᾶς τε δόξαν καὶ τὸ φίλτρον λαμβάνειν.
Τοῦτ' ἦν δίκαιον, τοῦτο καὶ φανήσομαι
Ἀεί τε ποιῶν, καὶ τόθ', ὡς μάλιστ' ἐνῆν.
Πρῶτον μὲν, ὡς δείξαιμι μὴ καιροῦ φορᾷ
Νέμων τὸ πλεῖον, ἢ κράτει τῷ τοῦ Θεοῦ,
Τί νουθετοῦμαι τῷ καλῷ παραινέτῃ,
Ἔχων λόγον σύμβουλον ἀσφαλέστατον ;
Πάντων σεβόντων τὴν ὀφρὺν τῶν ἐν τέλει,
Τούτων μάλιστα τοὺς ἔσω παραστάτας,
Οἱ πάντ' ἄνανδροι τἄλλα, πλὴν εἰς χρήματα.

Τί δ' ἄν τις εἴποι, πῶς τε καὶ τέχναις ὅσαις,
Αὐτοῖς πυλῶσι βασιλικοῖς προσκειμένων,
Κατηγορούντων, λαμβανόντων ἐκτόπως,
Τῆς εὐσεβείας ἐμφορουμένων κακῶς,
Ἀσχημονούντων, ὥς γε συντόμως φράσαι·
Μόνος ποθεῖσθαι μᾶλλον, ἢ μισεῖσθ' ἑγών,
Καὶ τῷ σπανίῳ τὸ σεμνὸν ἡμπολησάμην,
Θεῷ ταπολλὰ καὶ καθάρσει προσνέμων,
Τῶν δὲ κρατούντων τὰς θύρας ἄλλοις διδούς.
Ἔπειτα τοὺς μὲν ἠπορημένους βλέπων
Ἐφ' οἷς συνῆδεσάν σφισιν ἠδικηκότες,
Τοὺς δ' εὖ παθεῖν χρῄζοντας, ὡς εἰκὸς, πάλιν,
Τοῖς μέν τ' ἀφῆκα τὸν φόβον, τοὺς δ' ὠφέλουν,
Ἄλλοις κατ' ἄλλην χρείαν, ὡς ἦν μοι σθένος.

Tempore insolenter et immoderate abutentes et potestate
An mederi salutaribus remediis?
Sic enim duo lucrari bona poteram,
Ut et eos moderatione moderatos facerem,
Et ipse gloriam et amorem consequerer.
Hoc justum erat, hoc palam et aperte
Semper faciam, fecique tum, maxime quam potui.
Primum quidem, ut ostenderem me temporis mutationi
Non plus tribuere quam Dei potentiæ,
Quid consilii a præclaro hortatore accipio,
Rationem habens tutissimum consiliarium ?
Cum omnes colerent supercilium potentium,
Ac eorum præcipue, qui intra cubiculum astant ministri,
Homines ad omnia inertes, præterquam ad pecuniam,
Quis dicat quomodo et quot artibus
Affixi hærerent regiis januis,
Accusarent, inhoneste sumerent,
Pietatis quæstu sese nequiter implerent,
Ac indecore, ut breviter dicam, se gererent;
Solus desiderari potius, quam odio haberi, malui,
Et raritate venerationem mihi conciliavi,
Deo, ut plurimum, ac mentis expurgationi deditus,
Potentium januas aliis concedens.
Deinde vero cum alios viderem anxios
750-751 Ob ea in me commissa, quorum sibi conscii erant,
Alios rursus mea, ut verisimile est, beneficentia indigentes,
Illis quidem metum abstuli, hos vero juvabam,
Alia alios in indigentia, quantum poteram.

1413 *Ἁπλήστως*. Ita Coisl. Quin vera sit lectio, nullum dubium, inquit Billius; frequens enim est Gregorio hæc locutio : ἁπλήστως χρῆσθαι, pro *abuti*, *insolenter et immoderate uti*. In prima *adversus Julianum Apostatam* invectiva, tom. I, pag. 121, de Alexandrinis loquens, sic ait : Οἱ ἀμέτρως χρησάμενοι τῷ καιρῷ, et sub finem secundæ invectivæ, ibid., pag. 172 : Μὴ ἁπλήστως χρησώμεθα τῷ καιρῷ. Edit. ἁπλήστῳ.

1419 *Ἀεί τε*. Coisl. ἀεί ποτε.

1423 *Ἔχων λόγον*. Coisl. λόγον δ' ἔχων.

1430 *Τῆς εὐσεβείας*. Idem est, inquit Billius, τῆς εὐσεβείας ἐμφορεῖσθαι, quod τῆς εὐσεβείας ἁπλήστως χρῆσθαι. Notat enim eos qui fidei catholicæ prætextu aulicis se venditabant, eorumque favore ad inimicorum suorum detrimentum ac perniciem abutebantur.

1433 *Τὸ σεμνόν*. Edit. in marg. κοσμιότητα. Mox ἡμπολησάμην, *conciliavi*. Edit. in marg. ἐκέρδανα.

METRICA VERSIO.

Nimisque abuti temporis licentia ?
An his mederi pharmacis salubribus ?
Hinc nam redibat commodum duplex mihi :
Modestus ipsos dum traho ad modestiam,
Simulque amorem colligo, et clarum decus.
Erat istud æquum scilicet : quapropter hoc
Et facio semper sedulo, et tum maxime.
Primum, secundo cursui rerum dare
Ne plus viderer, cœliti quam robori,
Quid ratio, monitrix quæ mihi est certissima,
Hic dictat, et quid hic gerendum præcipit ?
Cum nullus esset, aulicos qui principes
Non coleret, ac præ cæteris cubiculi
Famulos, inertes (demo opes) ad omnia,

Modisque miris artibusque ad regiæ
Aulæ nitentes semper hæreret fores,
Laceraret alios, sumeret fœdum in modum,
Abuteretur pessime recta fide,
Seque indecore gereret, ut loquar brevi ;
Desiderari malui, quam odium mei
Movere : raro et prodiens peperi mihi
Venerationem, Numini summo vacans
Ac mihi, potentum cæteris linquens fores.
Exinde cernens anxios quosdam metu,
In me sceleste multa qui patraverant,
Opis indigentes rursus at quosdam meæ,
Illis pavorem sustuli, hos pro viribus
Juvi, ferebat commodum ut cujuslibet.

Digitized by Google

Ἓν δ' ἐξ ἁπάντων δείγματος λέξω χάριν.
Ἔνδον ποθ' ἡσύχαζον ἐξ ἀῤῥωστίας·
Ἥρκτο γὰρ, ἥρκτο συνδραμοῦσα τοῖς πόνοις.
Ταῦτ' ἐτρυφῶμεν, ὡς δοκεῖ τοῖς βασκάνοις.
Οὕτως ἔχοντος, ἀθρόως δήμου τινὲς
Ἐπεισίασι, σὺν δὲ τοῖς νεανίας,
Ὠχρὸς, κομήτης, πενθικῶς ἐσταλμένος.
Ἐμοῦ δ' ἐπεστρέψαντος ἐκ κλίνης πόδας
Οὕτω τι μικρὸν, οἷα τὰ πτοουμένων,
Οἱ μὲν Θεῷ τε καὶ βασιλεῖ, ἃς ἦν φίλον,
Φωνὰς ἀφέντες εὐχαρίστους ἀφθόνως,
Ὡς τὴν παροῦσαν ἡμέραν δεδωκόσιν,
Ἡμᾶς τ' ἐπαινέσαντες ἔστιν οἷς λόγοις,

A Ἀπῆλθον. Ὃς δὲ τοῖς ἐμοῖς ἄφνω ποσὶ
Πρόσφυς, ἱκέτης, ἄφωνος, ἐκπληκτός τις ἦν.
Ἐμοῦ δὲ, τίς τε καὶ πόθεν, χρῄζεις δ' ὅτου
Λέγοντος, οὐδέν τι πλέον ἢ μείζους βοαί.
Ὤμωξεν, ἐστέναξεν, ἡ σφίγξις χεροῖν
Πλείων. Ὑπεισῆει τι κἀμοὶ δάκρυον.
Βίᾳ δ' ἀποσπασθέντος (οὐ γὰρ ἦν λόγῳ),
Τῶν τις παρόντων· « Οὗτος, » εἶπεν, « ὁ σφαγεὺς
Σοῦ, τοῦτο φῶς βλέποντος ἐκ Θεοῦ σκέπης,
Ἑκὼν πάρεστι, δήμιος συνειδότος,
Φονεὺς εὐγνώμων, εὐγενὴς κατήγορος,
Τὸ δάκρυον δίδωσι τιμὴν αἵματος. »
Ταῦτ' εἶπεν· ἐκλάσθην δὲ τοῖς λόγοις ἐγὼ,

Unum ex omnibus exempli causa narrabo.
Domi aliquando conquiescebam morbo detentus,
Qui laborum perpetuus comes erat adjunctus.
Hæc deliciarum causa agebam, ut placet invidis.
Cum sic me haberem, subito de plebe quidam
Introeunt, et cum illis juvenis
Pallidus, longis capillis, lugubri ornatu.
Cum autem paululum pedes e cubili
Extraxissem, ut solent, qui territi sunt,
Illi quidem Deo et regi, ut ipsis placebat,
Voces emiserunt, quibus gratias uberrime agebant,
Quod præsentem diem utriusque dono cernerent,
Cumque me quoque nonnullis verbis laudassent,
Abierunt. At ille meis subito pedibus
Inhærens, supplex, mutus et attonitus quidam erat.
Me autem quis, et unde, et cujus rei indiges,
Rogante, nihil amplius fiebat, nisi major vociferatio.
Plorabat, ingemiscebat, magisque stringebantur
Manus. Mihi quoque lacrymæ subibant.
Cum autem vi abstractus fuisset, nam verbis non poterat,
Quidam ex præsentibus, « Ille, inquit, interfector
Tuus, qui lumen Dei beneficio cernis,
Sponte adest, suæ ipsius conscientiæ tortor,
Homicida facinus agnoscens, generosus accusator,
Lacrymas dat sanguinis pretium. »
Hæc ille : at ipse fractus sum his verbis,

1443 *Ἥρκτο γὰρ, ἥρκτο συνδραμοῦσα. Cum laboribus concurrens, ex ipsis ortus, et perpetuus comes.*
1444 *Ἐτρυφῶμεν.* Id est, *morbum fingebamus.*
1449 *Τὰ πτοουμένων.* Vat. τὰ πτοούμενα.
1451 *Ὃς δέ.* Ita Vaticanus codex. Edit. ὡς δέ, sed in margine ὅς.
1458 *Ἡ σφίγξις.* Billius, *suasque pressius stringit manus.* Ego mallem, *stringit manus meas.* Id quidem Græca sonare videntur : et certe id est supplicis habitus, qualis ille de quo agitur, qui a Gregorii complexu vix avelli poterat, nec nisi per vim avulsus est.
1462 *Τοῦτο.* Ita Vat. Edit. τοῦ τό.
1463 *Δήμιος.* Schol. κολαστής.
1464 *Εὐγνώμων.* Sic legendum videtur. Edit. ἀγνώμων. Ita et Cardon. apud Bolland. Vertit enim, *impius homicida.* Nihil obstare censet Combefisius, quominus is sicarius idem credatur ac ille qui in celebri conventu gladium eduxit, et statim condidit ; sive ille fuerit ex militari cohorte imperatorem stipante, quæ Billii est opinio, seu potius, ex fremente tium Arianorum grege, ut putat Combefisius, qui gladium eduxerat, necare Gregorium cogitans, aut tumultum excitare, sed postmodum crimine dolens, veniam petiit. — Benedictini legunt εὐγνώμων, sed evidenter male, cum deficiat metrum, quod prorsus sit integrum retenta cum editis lectione quæ habet ἀγνώμων, *homicida imprudens*, aut *impius, sed pœnitentia adductus, ut sui fiat accusator.* (Caillau.)

METRICA VERSIO.

Pro mille vobis unicum exemplum afferam.
Urgente morbo cum domi quiescerem :
Comes meorum nam laborum venerat,
Id invidorum turba delicias licet
Vocet ; introire plebe de quosdam intueor
Repente : juvenis cum quibus pallens erat,
Comaque longa, squalidis et vestibus.
Hic et cubili cum pedes ego nonnihil
Statim extulissem, territi velut solent,
Illi Deoque ac principi actis gratiis,
Ut mens ferebat, maximis, quod hunc diem
Utriusque dono cernerent, atque in meam
Laudem quibusdam vocibus simul editis,
Abeunt. At ille fixus ad nostros pedes,
B Sine voce supplex, et metu torpens erat.
Ac me, quis esset, undenam, et quid posceret,
Rogante, multo tum magis clamat, gemit,
Plorat, suasque pressius stringit manus :
Sic ut moveret lacrymas nobis quoque.
Avulsus hinc vi, non enim voce, ut fuit,
Hæc dixit aliquis : « Carnifex hic est tuus.
Ope namque summi Numinis lucem vides.
Huc sponte venit, pectoris tortor sui,
Homicida pravus, crimen ingenue fatens.
Pretium cruoris porrigit fletus tibi. »
Hæc ille. At ipse, talibus fractus sonis,

Digitized by Google

Φωνὴν δ' ἀφῆκα τοῦ κακοῦ λυτήριον·
« Θεός σε σώζοι· τὸν σεσωσμένον δ' ἐμὲ
Χρηστὸν φανῆναι τῷ σφαγεῖ γ' οὐδὲν μέγα.
1470 Ἐμὸν πεποίηκέ σε τὸ θράσος. Σκόπει
Ὅπως ἐμοί τε καὶ Θεῷ γένῃ πρέπων. »
Ταῦτ' εἶπον· ἡ πόλις δὲ (οὐ γὰρ λανθάνει
Τὶ κρεῖττον οὐδὲν) εὐθὺς ἐκμαλάσσεται,
Ὥσπερ σίδηρος ἐμπύροις κινήμασι.
1475 Τὸ δ' ἐκ τοσούτων χρημάτων θρυλλουμένων,
Ὧν οἱ μέγιστοι τῶν ὅλης οἰκουμένης
Ναῶν ἐθησαύριζον ἐκ παντὸς χρόνου,
Κειμηλίων τε καὶ πόρων τῶν πάντοθεν,
Οὐδ' ὀντινοῦν λογισμὸν ἐν τοῖς γράμμασιν
1480 Εὑρόντα τῶν πρὶν προστατῶν Ἐκκλησίας,

A Οὔτ' ἐν ταμίαις τοῖς, ἐν οἷς τὰ πράγματα,
Στέρξαι, ξένον τε μηδόλως λαβεῖν τινα,
Ὡς μοι παρῄνουν καὶ παρώξυνόν τινες,
Τούτων λογιστὴν ὕβριν εἰς μυστηρίου·
1485 Πόσον δοκεῖ σοι; ὧν γὰρ ἔσχε τις μόνων
Οὐχ ὧν λαβεῖν δίκαιον, ἔσθ' ὑπεύθυνος.
Ταῦθ' ὅστις ἧττων χρημάτων, καὶ μέμφεται·
Ὅστις δὲ κρείσσων, καὶ λίαν προσδέξεται.
Πᾶσι γὰρ οὕσης τῆς ἀπληστίας κακῆς,
1490 Ἁπλῆστον εἶναι χεῖρον ἐν τοῖς πνεύματος·
Εἰ πάντες οὕτως ἐφρόνουν εἰς χρήματα,
Οὐκ ἄν ποτ' οὐδὲν τοῖον ἐν ἐκκλησίαις
Πλήρωμ' ἀνηρεῖν (οὐ φρενὸς γὰρ τῆς ἐμῆς)·
Λέγω δ' ὅσον λειτουργὸν, ἐγγίζον Θεῷ.

Ac vocem emisi, qua illum culpa libero:
« Servet te Deus; me autem qui servatus sum,
Lenem videri in sicarium, non magna res est.
1470 Meum te fecit audacia. Vide
Quomodo et me et Deo dignus fias. »
Hæc dixi; civitas autem (non enim latet
Præclari quidpiam) statim emollitur,
Ut ferrum ignis violentia.
752-753 1475 Cum autem nec tantæ, ut fama erat, pecuniæ
Quam maxima totius orbis templa
Ex omni tempore asservaverant,
Nec supellectilis et undique affluentium redituum,
Illam prorsus rationem in commentariis
1480 Reperissem præcedentium Ecclesiæ præsulum,
Nec apud quæstores qui pecunias asservant,
Contentus fui, nec extraneum prorsus ullum,
Ut hortabantur et incitabant nonnulli,
Horum administratorem in ministerii probrum, adscivi.
1485 Quale id tibi videtur? nam eorum tantum, quæ quis habet,
Non eorum quæ illum æquum erat accipere, rationem reddere tenetur.
Hæc quisquis pecunia inferior est, etiam culpabit;
At quisquis altior, etiam atque etiam libentissime admittet.
Nam cum inhonesta sit omnibus avaritia,
1490 Avarum esse deterius est in his quæ sunt spiritus.
Si omnes ita affecti essent erga pecuniam,
Nunquam tanta posset in ecclesiis
Plenitudo inveniri (id enim haud mihi probatur);
Quidquid ministrorum et Deo astantium intelligo.

1470 *Πεποίηκε.* Ita Coisl. Edit. πεποιῆκει.
1477 *Ναῶν.* Ita Coisl. Prave edit. ναοῖς.
1482 *Σέρον.* Possis intelligere de sæcularibus judicibus, ad quorum tribunal reos de rationibus reddendis traducere noluit Gregorius, ut quidam suadebant.
1487 *Ἥττων χρημάτων.* Ita Coislinianus codex et Vaticanus. Edit. γραμμάτων, *pecuniæ inferior*, id est, qui *pecuniæ amore vincitur.*
1490 *Ἐν τοῖς πνεύματος. Cum in rebus quidem omnibus improbanda merito sit inexplebilis quædam habendi cupiditas, tum vero maxime in iis quæ spiritum et divina spectant.*
1492 *Τοῖον ἐν.* Coisl. τοιοῦτον ἦν. Vat. ἦ.
1493 *Πλήρωμ'.* Ita Coisl. Edit. πῆρωμ'. *Labem, noxa, non tantæ labes in Ecclesias irrepsit* [irrepsit. Sed in marg. πλήρωμα. Schol. addit: Θεοῦ τι ἱερον, οὐχ ἡμῶν προτέρημα, τὸν δοκοῦντα τῶν κ λάζει. Quibus verbis Gregorii mentem exprimi qui cum dixisset se pecunias despicere, plus quam sacrorum hominum vulgus, se ipse corrigit, ne per jactantiam id a se dictum ostendit. « cum istud

METRICA VERSIO.

Hæc dicta, noxa solve queis ipsum, exiuli.
« Servet Deus te; cum salutem acceperim,
Præbere facilem me decet sicario.
Meum scelus te reddidit: tu jam vide,
Ut meque dignum præbeas teipsum, et Deo. »
Hæc ipse dixi; civitas autem statim
(Pulchri latere nam nihil prorsus potest),
Mollitur, igne fervido ut ferrum solet.
Quid de tot opibus, queis nihil celebrius,
Dicam, universæ maximi terræ viri
Quas ævo ab omni struxerant templis sacris?
De totque vasis, totque item proventibus,
Quorum ipse cum nec calculum nanciscerer
In pristinorum præsulum usquam litteris,

B Nec rursus illum noscere ex quæstoribus
Possem, acquievi: nec, licet multi viri
Aliter moverent, exterum, in mysterii
Probrum, vocandum censui hos ad calculos?
Quanti æstimas hoc? quisque enim est obnoxius
Ob habita tantum, non quæ habere debuit.
Addictus opibus quisquis est, hæc improbat:
Probabit at qui liber est harum siti.
Nam fœda cum sit rebus in cunctis opum
Cupido, multo est fœdior tamen in sacris.
Si de opibus esset par meæ mens omnium
Non tanta labes esset in Christi domo
(Hanc explicare pectoris nec enim est mei).
Quot ministris de sacris, et qui Deo

Digitized by Google

1495 Καὶ τοῦτο δ' ἦν θρύλλημα τῶν ἐναντίων,
Μηδ' ἂν πυλῶσι τὸν λεὼν ἐξαρκέσαι,
Τὸν πρὶν μερισθέν θ', ἡνίκ' ἦμεν ἐνδεεῖς.
Τοσοῦτον ἦμεν πᾶσιν ηὐτελισμένοι,
Ὧν νῦν νεώ τε καὶ νεῶν πληρώματα.
1500 Ταῦθ' ἡμῖν ἐσπουδάζεθ', ὡς ἂν μὴ λέγω
Πτωχῶν, μοναστῶν, παρθένων τῶν ἐν νέοις,
Ξένων, παροίκων, δεσμίων ἐπιστάτας,
Ψαλμῳδιῶν τε, δακρύων τε παννύχων,
Ἀνδρῶν, γυναικῶν σεμνότητ' ἀσκουμένων,
1505 Ἄλλα σὺν οἷς ἀγάλλετ' εὐτάκτοις Θεός.
Ἀλλ' οὐ γὰρ ἡσύχαζεν ὁ φθορεὺς φθόνος,
Ὃ πάνθ' ἁλίσκετ', ἢ φανῶς, ἢ λαθρίως·

A Ἀρχὴν κακῶν μοι τὸ κρατεῖν ἐπεισάγει.
Ὅσον γὰρ ἦν ἐῷον, Αἰγύπτου δίχα,
1510 Λαῶν πρόεδρον, ἄχρι Ῥώμης δευτέρας,
Γῆς καὶ θαλάττης ἐκ μυχῶν ἐσωτάτων,
Κινηθὲν, οὐκ οἶδ' οἷς τισι Θεοῦ λόγοις,
Συνέρχεθ', ὡς πήξοντες εὐσεβῆ λόγον.
Ὧν ἦν ἀνὴρ πρόεδρος εὐσεβέστατος,
1515 Ἁπλοῦς, ἄτεχνος τὸν τρόπον, Θεοῦ γέμων,
Βλέπων γαλήνην, θάρσος αἰδοῖ σύγκρατον
Βάλλων ὁρῶσι, Πνεύματος γεώργιον.
Τίς ἡγνόησε τοῦτον, ὃν δηλοῖ λόγος,
Τῆς Ἀντιοχέων προστάτην Ἐκκλησίας,
1520 Τὸν ὄνθ' ὅπερ κέκλητο, καὶ καλούμενον

1495 Atque is etiam rumor spargebatur ab adversariis,
Populum satis frequentem non fore, ut vel vestibula impleret,
Qui prius divisus erat, dum pauperes essemus;
Adeo omnibus eramus contemptui,
Qui nunc et templa et templorum plenitudinem possidemus.
1500 Hæc nobis studio habebantur, ut nihil dicam de iis
Qui pauperibus, monachis, virginibus in templis degentibus,
Peregrinis, hospitibus, vinctis præerant,
Aut psalmorum cantibus, et nocturnis lacrymis,
Et viris, ac mulieribus continentiam profitentibus,
1505 Aliisque omnibus, quæ rite constituta placent Deo.
Sed corruptrix invidia, neque enim quiescit,
Quæ omnia expugnat, aperte, aut clam,
Fecit ut princeps locus initium esset malorum meorum.
Quidquid enim in Oriente, excepta Ægypto,
1510 Populis præsidet, usque ad Romam alteram,
754-755 Ex terræ et maris remotissimis angulis,
Excitum, quibus Dei consiliis, haud scio,
Coeunt, ut stabiliant pietatis doctrinam.
His præerat vir piissimus,
1515 Simplex moribus, sine arte, Deo plenus,
Vultu placidus, fiduciam pudori conjunctam
Cernentibus exhibens, Spiritus cultura.
Quis ignorat eum, quem verba mea indicant,
Antiochenæ præsidem Ecclesiæ,
1520 Qui erat id quod vocabatur, et quod vocabatur

Dei donum esse fateatur, Θεοῦ τὸ δῶρον, non vero sibi atque mentis præstantiæ tribuendum. Hanc scholiastæ expositionem respuit Billius : optimam putat Combefisius, cui tamen non displicet altera lectio, scilicet πλήρωμα, quam sic reddit : *Nullus talis coitus occurreret*, λέγω δέ, *in iis*, inquam, *qui ministri sunt et Deo appropinquant :* sic *nimirum, pecuniis insatiabilis.* Verba sunt Combefisii.

1498 *Ηὐτελισμένοι.* Coisl. εὐτελισμένοι.

1499 *Νεώ.* Coisl. νέοι τε. Mox πληρώματα. *Plenitudinem*, id est, *numerosissimam plebem*, *quæ templa replet.* Alii πληρώματα, *templorum opes* interpretantur.

1501 *Τῶν ἐν νέοις.* Combef. interpretatur *juvenum, quorum præcipue habenda est cura.*

1502 *Ἐπιστάτας.* Horum omnium curam sibi impendere significat Gregorius, Paulum imitatus, ubi apostolicos labores suos et sollicitudines commemorat.

1507 *Φανῶς.* Coisl. φανερῶς, sed contra metrum.

1513 *Λόγοι.* Ita edit. ad marg. sicque legendum crediderim : in textu θρόνου, Billiusque vertit. *firmet ut thronum mihi.* Non bene addidit *mihi.* Episcopi namque convenerant ut catholicum episcopum constituerent, non magis Gregorium quam alium quemlibet, ut expressit Gregorius presbyter : Ἀρχιερέα καταστῆσαι τῇ βασιλίδι πιστόν. Vide tom. I, p. CLIV (col. 296, C).

1517 *Πνεύματος γεώργιον. Omnibus donis Spiritus sancti excultus.*

METRICA VERSIO.

Summo propinquant. Dictitabant hoc quoque
Hostes, replendis atriis fore imparem
Plebem, prius quæ secta erat, cum pauperes
Essemus, adeo vilius me nil erat,
Qui post habebam templa conferta undique.
Hæc studia nostra tunc erant : ne pauperes,
Monachosque referam, virginum et sanctos choros,
Vinctos, peregrinos (quibus præfeceram
Quosdam) nec hymnos, noctis et fletus vagæ,
Studioque honesti deditos cum feminis
Viros, aliaque, rite queis factis Deus
Exsultat. At non poterat hic quiescere
Carpens aperte livor, aut tecte; omnia.

B Mala auspicatur hic mihi celso a throno.
Nam quidquid Ortus præsulum, Ægyptum citra,
Habebat, usque ad inclytam Romam novam,
Terræ marisque ex intimis recessibus,
Quo concitatum cœlitus pacto, haud scio,
Coit repente, firmet ut thronum mihi.
Quos inter unus vir erat pius admodum,
Simplex, apertis moribus, plenus Deo,
Placidusque vultu, fortis et pudens simul,
Segetem vel ipso Spiritus visu indicans.
Quis, nostra quem vox signat, ignorat virum,
Antiochiæ urbis præsulem? In quo nomini
Res congruebat, rursus ac nomen rei :

Digitized by Google

Ὅ ἦν; Μέλιτος γὰρ καὶ τρόπος καὶ τοὔνομα.
Ὅ; πόλλ' ἀνέτλη Πνεύματος θείου χάριν
(Εἰ καὶ ξένῃ τι μικρὸν ἐκλάπῃ χερὶ),
Ἀγῶσι λαμπροῖς τὴν χάριν ἀποξέων.
Οὗτοί μ' ἐνιδρύουσι τοῖς σεμνοῖς θρόνοις
Βοῶντα καὶ στένοντα, πλὴν δι' ἓν μόνον
Οὐ σφόδρ' ἄκοντα. Τοῦτο μαρτύρει, Λόγε.
Τί τοῦτο; τἀληθὲς γὰρ οὐ κρύπτειν θέμις.
Ὥμην ματαίοις καρδίας φαντάσμασι
(Τὸ γὰρ θέλειν πρόχειρον εἰς τὴν ἐλπίδα,
Καὶ πάντα ῥᾷστα τῇ ζέσει τοῦ πνεύματος,
Κἀγώ τις ἄλλως εἰς τὰ τοιαῦθ' ὑψίνους)·
Εἰ τὸ κράτος λάβοιμι τοῦδε τοῦ θρόνου
(Πολλὴν ῥοπὴν γὰρ καὶ τὸ φαίνεσθ' εἰσφέρει),

A Ὥσπερ χορευτὴς ἐν μέσῳ δυοῖν χοραῖν,
Ἄμφω πρὸς αὐτὸν συντιθεὶς τοὺς πλησίον,
Τῇ μὲν τὸν ἔνθεν, τῇ δὲ τὸν, χοροῦ νόμῳ,
Εἰς ἓν συνάξειν τοὺς διεστῶτας κακῶς,
Πῶς δ' οὐ κάκιστα, καὶ δακρύων πλουσίων
Θρήνων τε πολλῶν καὶ σπαραγμῶν ἀξίως
Οἷόν τις οὔπω τῶν πάλαι, ἢ τῶν νέων,
Ἐπ' οὐδενός ποτ' ἀνιαρῶν ἐστήσατο,
Πολλῶν κακῶν πολλοῖς τε συμπεπτωκότων,
Οὐδ' ἣν ἅπαντες ᾄδουσ' Ἰσραὴλ σποράν,
Ὃν Χριστοφόντης ἐξελίκμησεν φθόνος.
Οἱ γὰρ πρόεδροι καὶ λαοῦ διδάσκαλοι,
Οἱ Πνεύματος δοτῆρες, ὧν σωτήριος
Θρόνων ἀπ' ἄκρων ἐξερεύγεται λόγος,

Hoc erat? mellis enim et mores et nomen.
Multa passus est divini Spiritus causa,
Etsi illum extranea manus pene aliqua in re surripuit,
Splendidis certaminibus gratiam excolens.
Illi me stabiliunt veneranda in sede
Clamantem et gementem, sed tamen unicam ob causam
Non valde invitum. Testare hoc, o Verbum.
Quænam illa? verum enim nefas celare.
Putabam ego vana cordis spe
(Quod enim cupimus, ad id sperandum proclives sumus,
Facillimaque omnia fervore spiritus,
Ac ego alioqui ad res ejusmodi magno sum animo);
Putabam ego, si potestatem hujus sedis acciperem
(Plurimum enim ponderis ipsa dignitas conciliat),
Fore ut, quemadmodum choragus in medio duorum chororum,
Ambos sibi proximos secum conjungit,
Hinc illum, istinc alterum, ita ritu chori
In unum conjungerem eos qui male dissidebant,
Cur non dicam, pessime, et digno uberrimis lacrymis
Multisque lamentis, et dilacerationibus modo,
Qualia nondum quisquam aut veterum aut recentium
In ulla re luctuosa edidit,
Quamvis multa mala multis acciderint,
Ne excepta quidem illa decantata omnibus Israelis dispersione,
Quem Christicida ventilavit livor.
Nam præsides et populi ductores,
Spiritus datores, qui salutis verba
Ex altis sedibus emittunt,

1523 *Εἰ καὶ ξένῃ*. Meletius Arianorum fraude circumventus in eorum castris aliquantisper militavit.

1529 *Ματαίοις*. Ita Vat. et Coisl. Edit. ματαίας.

1534 *Πολλὴν ῥοπήν*. Multum quippe apud homines publicus ille splendor et apparatus habet momenti.

1536 *Τοὺς πλησίον*. Coisl. τοῖς. Pulchra similitudo a choreuta ducta, qui ex duobus distinctis choris unum efficit, dum altera manu unum, altera item alterum sibi adnectens, hac ratione ipsos quoque inter se copulat; *ad eumdem enim modum*, inquit, *spem habebam fore, ut si Constantinopolitanum thronum admitterem, Orientales cum Occidentalibus conciliarem*. Erat enim tunc inter eos dissidium, cum propter alia quædam, tum etiam propter Antiochenam sedem. Paulino enim Damasi papa favebat, Meletio autem Orientales.

1545 *Ὃν Χριστοφόντης*. Id est, *qui ob illatam Messiæ mortem justissima supremi Numinis ira toto orbe dejectus est*. Mox φθόνος. Edit. χόλος.

1548 *Ἀπ' ἄκρων*. Sic Vat. et Coisl. Edit. ἐξ ἀκρων.

METRICA VERSIO.

Nam nomen illi melleum, et mores erant.
Qui gravia multa Spiritum ob sanctum tulit,
Externa quamvis tempore hunc quondam manus
Deceperit, claris palæstris gratiam
Poliens. Sacris me collocant hi in sedibus,
Flentem, gementem: nomine hoc uno tamen
Non prorsus ægra mente; tu testis Deus;
Quonam hoc? Nefas nam premere verum est hic mihi.
Putabam, inanes spes fovens in pectore
(Proclivis ad spem semper est cupiditas,
Mentique nil non fervidæ pronum, ac ego
In rebus altam talibus mentem gero);
Sic principatum sedis hunc caperem, fore
(Et ipsa magnas pompa nam vires habet),

B More ut choreutæ, qui duos inter choros
Positus, utrinque proximum sibi copulat,
Hinc unum et illinc alterum, ritu chori,
Tenens, amico fœdere ipse astringerem
Male dissidentes, imo vero pessime,
Digneque multis lacrymis et fletibus,
Quales nec olim, nec recens quisquam edidit
Adhuc, ob ullos sortis adversæ impetus,
Mala multa quamvis plurimis evenerint:
Dispersionem proferas licet Israel,
Quem Christicida perdidit prorsus furor.
Etenim magistri plebis atque antistites,
Sancti datores Spiritus, et qui thronis
Fundunt ab altis verba queis paritur salus.

Digitized by Google

Οἳ πᾶσι κηρύσσοντες εἰρήνην ἀεὶ,
Φωναῖς πλατείαις ἐν μέσαις ἐκκλησίαις,
Τοσοῦτον ἐμμάνησαν ἀλλήλοις πικρῶς,
Ὥστ' ἐκβοῶντες, συλλέγοντες συμμάχους,
Κατηγοροῦντες καὶ κατηγορούμενοι,
Πηδῶντες, ἐκδημοῦντες ἐν πηδήμασι,
Διαρπάζοντες οὓς τύχοι τις προφθάσας,
Λύσσῃ φιλαρχίας τε καὶ μοναρχίας,
(Πῶς ἐκβοήσω ταῦτα καὶ τίσι λόγοις;)
Ἔρρηξαν ἤδη τὴν ὅλην οἰκουμένην,
Ὃ πρόσθεν εἶπον, ἡνίκ' ἠρχόμην λόγου.
Λῆξις δ' ἐφᾶ καὶ δύσις λόγου πλέον
Τομὴ νομίζετ', ἢ τόπων καὶ κλιμάτων.

A Τὰ μὲν γὰρ ἥνωτ', οὐκ ἄκροις, ἀλλ' οὖν μέσοις·
Οἱ δ' οὐδέν ἐστιν, ᾧ δέοντ' ἐρρωγότες,
Οὐκ εὐσέβειαν (τοῦτ' ἀνευρίσκει χόλος,
Ψεύστης ἕτοιμος), τὴν δ' ὑπὲρ θρόνων ἔριν.
Τί τοῦτο φάσκω τοὺς σκοπούς; οὐ τοὺς σκοποὺς
Τοσοῦτον (ἄμφω καὶ γὰρ οἶδα μετρίως),
Ὅσον περ ἀμφοῖν τοὺς κακοὺς σπουδαρχίδας
Αὖρας φυσώσας τὴν ἀνημμένην φλόγα,
Τὰ σφῶν τιθέντας εὖ καλῶς ἐν τοῖς φίλοις,
Εἴπερ καλῶς τοῦτ' ἔστιν, οὐ λίαν κακῶς.
Τούτων τι κἀγὼ τῶν κακῶν ἀπωνάμην.
Ἐπεὶ γὰρ, ὃν μὲν ἀρτίως ἐπῆνεσα
Τῆς Ἀντιοχέων προστάτην Ἐκκλησίας,

756-757 Qui pacem omnibus semper prædicant,
Plena et clara voce in mediis ecclesiis,
Tanto in se invicem fervore exarserunt,
Ut vociferantes, colligentes belli socios,
Accusantes et accusati,
Saltantes et saltibus extra se abrepti,
Rapientes quem quisque antevertit,
Rabida dominatus et monarchiæ cupidine
(Quomodo hæc vociferabor, et quibus verbis?)
Jam totum orbem terrarum diruperint,
Id, quod prius dixi, cum initium scribendi facerem.
Pars autem orientalis et occidentalis, doctrinæ magis
Sectio existimatur, quam locorum et climatum.
Illa enim uniuntur, si minus extremis, saltem mediis;
Istos vero nihil est, quod vinciat discissos,
Non propter pietatem (prætexit hanc iracundia,
Mendax paratus), sed propter contentionem de thronis.
Sed cur id conjicio in episcopos? non in episcopos
Tantum (uterque enim mihi satis cognitus),
Quantum in amborum principatus improbos defensores:
Illi, ut auræ, perflant accensam flammam,
Ac rebus suis in amicorum causa præclare consulunt:
Si tamen præclare id fit, ac non potius teterrime.
Me quoque horum malorum aliqua pars utiliter attigit:
Postquam enim modo laudatus
Antiochenæ Ecclesiæ antistes,

1551 *Ἐμμάνησαν*. Coisl. ἐπεμάνησαν.

1554 *Πηδῶντες*. Vat. et Coisl. διδόντες. Edit. ad marg. ἔκτασιν τοῦ καθεστηκότος πάσχοντες.

1560 *Λόγου πλέον τομή*. Doctrinæ fideique divisio existimatur, quod tamen vanam simulationem esse Gregorius asserit, totamque litem de sedibus; illum Roma et Occidentales, in rebus ecclesiasticis, primæ sedis privilegio et constantia in servanda recta fide, jus sibi ordinationem Meletii ab Arianis factam abrogandi vindicabant: Orientales autem sui quoque juris tenaces reclamabant et obnitebantur. Forte etiam λόγου, ac si legeretur λογισμοῦ, non male reddideris, *animorum magis divisio*.

1562 *Τὰ μὲν γάρ*. Loca siquidem inter se distanta, interjectis tamen locis mutuam quodam modo conjunctionem retinent: at homines, ubi a mutua concordia recesserint, nullum amplius vinculum conjungere potest.

1564 *Εὐσέβειαν*. Vat. εὐσεβείας. Mox ἀνευρίσκει. Coisl. ἂν εὑρίσκοι.

1566 *Τοὺς σκοπούς*. Nempe Paulinum et Meletium, quos sibi notos probosque testatur Gregorius; verum culpat eorum defensores, qui ipsorum parti præpostere favent, quos appellat σπουδαρχίδας. Bella nutriunt, excitatam flammam magis ac magis accendunt, suisque privatim commodis consulunt.

1568 *Ὅσον περ*, etc. Edit. ad marg. τῶν μέρων· οἰκοθεν γὰρ τῷ πυρὶ τῆς φιλαρχίας φλεγόμενοι, τοῖς σπουδασταῖς φιλαρχίδαις εἰς τελείονα φιλαρχίαν ἐξάπτονται ἐπῶν.

1570 *Εὖ καλῶς*. Edit. ad marg. εὖ κακῶς.

METRICA VERSIO.

...nctisque pacem jugiter qui prædicant,
...æde media vocibus clarissimis,
...nto furore se petunt ipsi invicem,
...multuando, contrahendo copias,
...rpendo sese mutuo lingua effera,
...fiendo, mentis ut solent sanæ impotes,
...ædando quos quis ante prædari queat,
...bida imperandi dum tenet mentem sitis,
...inam ista, verbis et quibus, digne eloquar?
...bem universum prorsus ut divulserint,
...lut, auspicando Carmen hoc, dixi prius,
...umque nunc jam et hesperum scindit magis
...lens simultas, quam loci, vel climata.

B Namque illa, si non finis, at media uniunt:
At hos ligare vinculum nullum potest.
Non causa pietas (bilis hoc excogitat,
Ad mentiendum prona), sed lis ob thronos.
Quidnam hoc vocarim? Præsules? Non præsules
Tantum (est uterque cognitus nam sat mihi),
Utrique quantum qui favent præpostere,
Auræque perflant instar accensum rogum,
Charos et inter commode sibi consulunt.
Quid dico vero commode? Imo incommode.
Malis et hisce perfrui mihi contigit.
Ut namque præsul, quem modo laude extuli,
Antiochicæ urbis, plenus annis, qui cadunt

Digitized by Google

Πλήρης μετρητῶν τῶν τ' ἀμετρήτων ἐτῶν,
Πόλλ', ὡς ἀκούω, συμβατικὰ παραινέσας,
Ἃ πρόσθεν ἐξηκούετ' ἐκλαλῶν φίλοις,
Ἔνθεν μετῆλθε πρὸς χορὸν τῶν ἀγγέλων,
Πομπῇ τε θείᾳ καὶ γύσει τοῦ ἄστεως
Τόθ' ὡς μάλιστα δηχθέντος, ὥσπερ λόγος,
Πρὸς τὴν ἑαυτοῦ στέλλεται παροικίαν,
Καλόν τι θησαύρισμα τοῖς ἐγνωκόσι·
Βουλὴ δὲ προύκειθ' ἡμῖν οὐ βουλευτέα,
Ἣν οἱ στασιώδεις καὶ κακοὶ συνεκρότουν,
Σπουδὴν ἔχοντες ἀνταναστῆσαί τινα
Πρόεδρον ἄλλον τῷ τέως μονοθρόνῳ.

A Πολλοὶ δ' ἐκινήθησαν ἐξ ἀμφοῖν λόγοι
Εἰρηνικοί τε καὶ φέροντες εἰς κακόν·
Τότ' εἶπον αὐτὸς οὕσπερ ᾠόμην λόγους
Εἶναί τ' ἀρίστους, καὶ κακῶν λυτῆρίους·
« Οὐ μοι δοκεῖτε ταυτὰ γινώσκειν, φίλοι,
Ἅπαντες, οὔθ', ὧν νῦν χάριν βουλευτέον,
Ταῦθ' ἡμῖν ἥκειν ἀξιώσοντες λόγου,
Πλείστῳ δὲ μέτρῳ τοῦ δέοντος ἐκπεσεῖν.
Ὑμῖν μὲν ἔστιν ἄστεως ἑνὸς λόγος,
Καὶ τοῦθ' ὅπως μάχοιτο νυνὶ καὶ πλέον·
Ὁ γὰρ σκοπὸς τοῦτ' ἔστιν, ὃν σπουδάζετε,
Χειρός τε δεῖσθε τῆς ἐμῆς συλλήπτορος·

1575 Plenus dierum et eorum qui numerari possunt, et eorum qui non possunt,
Pluribus verbis, ut audio, ad concordiam hortatus,
Quæ prius ex eo cum amicis colloquente audita fuerant,
Hinc transiit ad chorum angelorum,
Pompaque divina, et concursu totius civitatis
1580 Tunc quam maxime, ut fertur, dolentis,
In suam ipsius ecclesiam deportatus est,
Præclarus sane thesaurus his qui noverunt:
758-759 Tum vero deliberatio nobis proposita est minime deliberanda,
Quam turbulenti et improbi conflabant,
1585 Cum id studio haberent ut opponerent aliquem
Alium antistitem ei qui solus tunc sedebat.
Ac multi quidem ex utraque parte habiti sermones,
Tum pacifici, tum perniciem ferentes:
Tum ipse ea verba feci, quæ mihi videbantur
1590 Optima esse, et malis depellendis apposita.
« Non mihi videmini omnes eadem, amici,
Perspicere, et quorum nunc causa deliberandum est,
Ea ne sermone quidem digna existimare,
Sed quam longissime a recti tramite aberrare.
1595 A vobis quidem unius civitatis ratio habetur,
Idque, ut etiam bello magis ardeat.
Hic enim scopus est, quem studio habetis,
Ac meam desideratis adjutricem manum:

1575 *Μετρητῶν τῶν*, etc. Per annos in mensuram cadentes fragilis hujus vitæ spatia significat: per eos autem qui mensuræ haudquaquam subjiciuntur, id omne quod cum laude atque ex virtute quispiam in hac vita gesserit. Ita Billius qui pluribus locis Gregorii ex Orationibus in Athanasium et in Gorgonium suam sororem confirmat interpretationem.

1576 *Ὡς ἀκούω*. Edit. ad marg. Οὐ γὰρ παρῆν ὁ μέγας θνήσκοντι τῷ Μελετίῳ. *Non enim aderat magnus Gregorius, cum e vivis excessit Meletius.* Mox *συμβατικά*. Ita legendum cum Coisl., etsi deficiat metrum. Edit. συμβατά.—Ita Benedictini; sed metrum minime deficit, cum syllabæ tres breves in quarto pede possint admitti. (CAILLAU.)

1580 *Δηχθέντος*. Coisl. δεχθέντος, quam lectionem profecto Billius prætulisset, si quis codex favisset. Namque ipsi commodior videtur: sic enim sensus esset, inquit, *nunquam majorem populi concursum fuisse, quam in Meletii funere.* Quod sane versu præcedenti confirmatur, πομπῇ τε θείᾳ καὶ χύσει τοῦ ἄστεως.

1586 *Μονοθρόνῳ. Paulino, qui supererat.* Narrat Nicephorus, lib. XII, cap. 3, quomodo plebs Antiochiæ, diversa in studia et duos antistites, Meletium et Paulinum distracta, fuerit ad concordiam reducta. Statutum quippe fuit ut, uno defuncto, alter qui superstes foret, in illius locum succederet.

1593 *Ἀξιώσοντες λόγου*. Id est, περὶ τοιούτων λόγους ποιησόμενοι. *Non hæc*, inquit, *venitis, ut de iis rebus, de quibus consilium sapiendum est, verba faciatis. Existimatis enim de Antiochensi duntaxat episcopatu nunc agi, cum id potius agendum sit, ut orbem universum ad concordiam reducamus.*

1594 *Ἐκπεσεῖν*. Coisl. ἁμαρτάνειν.

1595 *Ἑνός*. Ita Coisl. Edit. τινός.

METRICA VERSIO.

In tempus, et qui tempori non subjacent,
Post multa monita, pax erat quorum scopus,
Quæ prius amicis dixerat frequens suis,
Hinc angelorum raptus ad cœtus fuit,
Pompaque magna, et urbis accursu, gravi
Tum maxime dolore percussæ, ut ferunt,
Ecclesiamque vectus est post ad suam,
Thesaurus ingens hoc bonum agnoscentibus:
De non movenda re statim cœptum est agi,
Quam turbulenti scilicet urgebant viri,
Hoc molientes improbi, ut tunc unico
Opponeretur præsuli præsul novus.

B Dictis utrinque plurimis, quæ tenderent,
Ad fœdus illinc, jurgium hinc ad pestilens,
Tunc ipse voces has dedi, quas utiles
Aptasque rebar esse solvendis malis.
« Vestras, amici, dispares sententias
Conspicio, vosque, de quibus par est agi,
Sermone non hæc terere, sed longissime
A mente recta dissitos esse ac vagos.
Nam cura vobis urbis est tantum unius,
Istudque, nunc ut ardeat bello magis.
Nam vestra tendunt studia nunc huc omnia:
Ad hoc favorem cupitis et nostræ manus

Digitized by Google

Ἐμοὶ δὲ μειζόνων τε καὶ πληρεστάτων.
Ὁρᾶτε τοῦτον τὸν μέγαν τῆς γῆς κύκλον,
Ὃς ἐσφράγισται αἵματος τοῦ τιμίου
Ῥοαῖς, Θεοῦ παθόντος ἀνθρώπου τύπον,
Τιμὴν δ' ἑαυτὸν ῥύσιον δεδωκότος,
Ἄλλοις τε πολλοῖς θύμασι καὶ δευτέροις·
Οὗτος δονεῖται δυσὶ θῶμεν ἀγγέλοις·
Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνοι (φθέγξομ' ἀλγοῦντος λόγον)
Τιμῆς τοσαύτης ἄξιοι. Τοὐναντίον
Ὅσῳ πέρ εἰσιν ἄγγελοι, τόσῳ πλέον
Οὐκ ἄξιοι μάχης τε καὶ τῶν χειρόνων·
Εἴπερ τὸ κρεῖσσον ἄξιον καὶ κρεισσόνων.
Ἕως μὲν οὖν ἦν ἐν μέσῳ θεῖος σκοπὸς,
A Οὐδ' ἦν σαφές πω, πῶς ποθ' οἱ τῆς ἑσπέρας
Τὸν ἄνδρα δέξονθ', ἡγριωμένοι τέως,
Συγγνωστὸν ἦν πως καὶ τὸ λυπεῖν μετρίως
Τοὺς, ὡς λέγουσι, τῶν νόμων ἀμυντορας.
Ἀνὴρ τε γὰρ πρᾶός τις ὀργῆς φάρμακον·
Τό τ' ἀγνοεῖν μέγιστον εἰς παῤῥησίαν.
Νῦν δ' (οὐ γάρ ἐστιν οὐδὲ εἷς σάλος, Θεοῦ
Δόντος γαλήνην τοῖς ἑαυτοῦ πράγμασι)
Τί φημι χρῆναι; καὶ δέξασθ' ἐμοῦ λόγον,
Λόγον προμηθῆ, τῶν νέων σοφώτερον.
Οἱ γὰρ γέροντες τὸ ζέον γ' οὐ πείσομεν·
Κενῆς γάρ ἐστιν ἧττον εὐκλείας ἀεί.
Θρόνος κρατείσθω τῷ κρατοῦντί νιν τέως.

Ego autem majora, et quibus nihil deerit, mihi propono.
1600 Aspicite magnum hunc terrarum orbem
Signatum pretiosi sanguinis
Rivis, Deo sub hominis forma passo,
Qui semet ipsum obtulit pretium libertatis,
Signatum, et aliis multis minoribus victimis:
1605 Ponamus hunc ob duos angelos perturbari;
Sed nec illi (vocem dolentis emittam)
Tanto honore digni sunt. Quin potius,
Quatenus angeli sunt, multo magis
Digni non sunt bello et rebus deterioribus;
1610 Siquidem quod præstantius, dignum est rebus præstantioribus.
Quandiu quidem in medio erat divinus ille episcopus,
Ac nondum perspicuum erat, quomodo Occidentales
Virum exciperent, qui hactenus irati fuerant,
Ignoscenda res erat quodammodo aliquid molestiæ
1615 Exhibere his, ut ipsi dicunt, legum defensoribus.
Vir enim lenis iracundiæ remedium est:
Et ignoratio plurimum valet ad fiduciam.
« Nunc autem (neque enim ulla prorsus est procella, Deo
760-761 Dante pacem suis operibus)
1620 Quid faciendum mihi videtur? Excipite sermonem meum,
Sermonem providum, juvenibus sapientiorem.
Nos enim senes, id quod fervidum, non flectemus.
Est enim semper inanis gloriæ cupidum.
Thronus stabiliatur ei, qui illum modo obtinet.

1599 *Ἐμοὶ δέ.* Edit. in marg λόγος ἐστί, quæ voces saltem subaudiendæ. Mox *πληρεστάτων.* Coisl. πληρεστέρων. Schol. θείαις ἐννοίαις πεπληρωμένων τελειότατον.

1602 *Τύπον.* Edit. ad marg. μορφήν.

1603 *Ῥύσιον. Pretium redemptionis.*

1604 *Θύμασι.* Ita edit. ad marg. Sic legendum profecto, non θαύμασι, ipsius Gregorii auctoritate constat, infra carm. XIII, vers. 36, *ad episcopos*, ubi, facta prius mentione Christi sanguinis, addit: ἄλλα τε πολλὰ θύματα. Martyres appellat *secundas victimas.* Præterea absurde Gregorius dixisset *aliis multis miraculis*, cum nullius miraculi mentionem fecisset.

1609 *Οὐκ ἄξιοι μάχης.* Id est, *quin potius, cum angelorum appellatione gaudeant, illos decebat, ut a præliis et contentionibus, aliisque malis suscitandis essent alieni. Nam quo quis majores obtinet dignitates, eo quoque meliora sint ejus consilia, et actiones necesse est.*

1615 *Τῶν νόμων ἀμύντορας. Vindices legum;* Canones ecclesiasticos intelligit, quibus Occidentales Meletii consecrationem ab Arianis factam pro irrita habendam esse contendebant.

1616 *Ἀνὴρ τε γὰρ πρᾶος.* Alludit ad hæc verba Eccli. VI, 16, φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς, *amicus fidelis, medicamentum vitæ et immortalitatis.*

1623 *Κενῆς.* Coisl. καινῆς.

1624 *Νιν τέως.* Coisl. νῦν τέως.

METRICA VERSIO.

At ampliorum cura me rerum tenet.
Lustrate mentis lumine hunc terræ ambitum,
Signatus est qui sanguinis carissimi
Rivis (sub hominis sæva perpesso Deo
Forma, salute pro mea qui se obtulit),
Aliisque multis victimis minoribus.
Fingamus hunc quod angeli turbent duo;
Digni nec illi sunt tamen (dolens loquar),
Honore tanto. Quin potius hoc nomine,
Quod angelorum nomen habeant, hoc magis
Horrere pugnas hos decet, res et malas;
Præstantiorem quippe res melior decet.
Ac præsul ille dum sacer adhuc viveret,
B Necdum liqueret, gratus hesperis scopis
Esset futurus, necne, tum ira percitis,
Dignum venia erat, vindices, ut se vocant,
Legum, et patronos quapiam molestia
Afficere. Lenis vir enim iræ est pharmacum;
Fiduciamque maximam ignoratio
Conciliat. At nunc (turbo jam non est enim
Ullus, placida sed Numinis dono omnia),
Audite quidnam sentiam, verba et mea
Excipite, juvenum verba quæ sophia eminent.
Nam non movebit fervidos senno senum.
Illi quippe inani gloriæ semper student.
Thronum retineat qui tenuit ad hunc diem.

Digitized by Google

1625 Τί δεινὸν, ἂν τι καὶ μικρὸν πλείω χρόνον
Τὸν ἄνδρα πενθήσωμεν, ὡς πάλαι νόμος ;
Ἔπειτα δώσει τὴν λύσιν τοῦ πράγματος
Τὸ γῆρας, ἡ κοινή τε παντὸς τοῦ γένους
Ἀναγκαία τε καὶ καλὴ προθεσμία.
1630 Ὁ μὲν θανὼν οἰχήσεθ' οἷ ποθεῖ πάλαι,
Δώσων Θεῷ τὸ πνεῦμα τῷ δεδωκότι.
Ἡμεῖς δὲ τηνικαῦτα ἐκ συμψυχίας
Λαοῦ τε παντὸς καὶ σοφῶν ἐπισκόπων,
Θρόνῳ τιν' ἄλλον δώσομεν σὺν Πνεύματι.
1635 ‹Ὧδ' ἂν γένοιτο τῶν κακῶν λύσις μία.
Ἢ γὰρ, τὸ μεῖζον, προσλαβεῖν καὶ τὸ ξένον
(Ξένον γάρ ἐστιν, ὡς ὁρῶ, νῦν ἡ δύσις),
Ἢ δεύτερος πλοῦς, συμφρονῆσαι τὴν πόλιν,
Λαὸν τοσοῦτον καὶ χρόνῳ κεκμηκότα.

A 1640 Στήτω ποτ' ὀψὲ, κοσμικὸς στήτω σάλος.
Οἴκτον λάβωμεν τῶν τε νῦν ἐσχισμένων,
Τῶν τ' ἐγγὺς ὄντων τοῦ πάθους, τῶν θ' ὕστερον.
Μή τις θελήσῃ, ποῖ προβήσεται, μαθεῖν,
Εἰ ταῦτα νικήσειεν ἐν μακρῷ χρόνῳ.
1645 Ἐπὶ ξυροῦ βέβηκεν, ἢ σώζεσθ' ἔτι
Τὸ σεμνὸν ἡμῶν δόγμα καὶ σεβάσμιον,
Ἢ μηκέτ' εἶναι τῇ στάσει διαῤῥυέν.
Ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν χρωμάτων μοχθηρία
Τοῦ ζωγράφου νομίζετ', οὐκ ὀρθῷ λόγῳ,
1650 Ἢ τῶν μαθητῶν ὁ τρόπος, διδασκάλων
Οὕτως ὁ μύστης ὢν κακὸς, πόσῳ πλέον
Ὁ μυσταγωγὸς ὕβρις εἰς μυστήριον;
Μικρόν τι νικηθῶμεν, ὥστε προλαβεῖν
Νίκην τε μείζω, καὶ τὸ σωθῆναι Θεῷ,

1625 Quid enim grave est, si etiam paulo diutius
Virum lugeamus, ut olim in lege?
Deinde vero solutionem rei afferet
Senectus, et communis omni generi
Necessarius ac præclarus terminus.
1630 Ac ille quidem moriens abibit, quo dudum desiderat
Dans Deo spiritum a quo accepit.
Nos autem tunc ex communi consensu
Populi totius et sapientium episcoporum,
Sedi aliquem alium dabimus, favente Spiritu.
1635 ‹ Sic nobis eveniet unica malorum solutio.
Vel enim, id quod majus est, eveniet, extraneos etiam nobis adjungemus
(Extraneus est enim, ut video, nunc Occidens),
Vel altera hæc erit navigatio, ut concors sit civitas,
Populus immensus et longo defessus tempore.
1640 Stet sero tandem, stet mundi procella.
Misereat nos et eorum qui nunc scissi sunt,
Et eorum quibus morbus imminet, et posterorum.
Ne quis velit, quis futurus sit exitus, discere,
Si hæc temporis diuturnitate vincant.
1645 In summo discrimine est, utrum adhuc salvum sit,
Sanctum dogma nostrum et venerabile,
An esse desinat seditione dissolutum.
Quemadmodum enim colorum vitium,
Pictorum vitium esse dicitur, minus recte,
1650 Aut discipulorum mores, magistrorum esse mores:
Sic cum malus est, qui initiatur, quanto magis
Qui initiat, probrum erit mysterii?
Paululum vincamur, ut adipiscamur
Majorem victoriam, et Deo servemur,

1638 *Ἢ δεύτερος πλοῦς.* Ita supra vers. 497.

1643 *Μή τις θελήσῃ. Ne forte aliquis exsistat qui, si in longius hæc tempora protrahantur, velit cognoscere quo ista tandem omnia evasura sint. In id scilicet periculi pulcherrima nostra sanctissimaque religio modo delapsa est, ut vel omnino firma maneat et vegeta, vel per intestinas discordias pereat.* CARDON.

1648 *Ὥσπερ γὰρ ἡ τῶν χρωμάτων. Quemadmodum colorum vitia picturibus haud æque, et discipulorum mores ipsis solent magistris imputari sic etiam, cum Christiani et præsertim antistites impiter se gerunt, hoc in christianæ religionis probrum cedit.*

1652 *Ὕβρις εἰς μυστήριον.* Ita fere supra vers. 1481, ὕβριν εἰς μυστηρίου.

METRICA VERSIO.

Quid hoc nocebit, paulo si diutius
Nos lugeamus hunc virum, mos ut vetus
Ferebat? Ætas post dabit cana exitum
Rebus secundum, quique mortales manet
Omnes caducæ terminus vitæ bonus.
Abibit ille, morte, quo pridem cupit,
Functus, datori spiritum reddens Deo.
Plebisque tum nos scilicet concordibus
Antistitumque calculis prudentium,
Alium favente Spiritu dabimus throno.
‹ Sic forte præsens opprimi poterit malum,
Vel enim licebit exteros assumere
(Nunc, ut videtur, exterus enim est Occidens),
Aut cursus alter hic erit, ut urbs maxima,
Longaque fessa jam colat pacem mora,

B Orbis procellis sit modus tandem rogo.
Miserescat horum, quæso, nos, qui schismate
Cecidere, quique jam labant, et posterum.
Ne concupiscat quispiam nosse, exitus
Quis sit futurus, tempus hæc si roboret.
In hoc periclo sancta jam nostra est sita
Fides, vel ut sit salva adhuc, et floreat,
Vel factiones ut per has prorsus cadat.
Vitium colorum nam velut pingentibus
Solet imputari, quamlibet recte minus,
Mores magistris aut male discentium:
Sic christianus improbus, potissimum
Si sit sacerdos, afficit probro fidem.
Cedamus ipsi paululum, palma amplior
Hinc ut paretur, nosque servemur Deo,

Digitized by Google

Κόσμον τε σῶσαι τὸν κακῶς ὀλωλότα.
Οὗτοι τὸ νικᾶν δόξαν ἐν πᾶσι φέρει.
Καλῶς στέρεσθαι κρεῖσσον, ἢ κακῶς ἔχειν.
Ταῦτ' οἶδεν ἡ Τριάς τε, καὶ τὸ σὺν λίθοις
Κήρυγμα λαμπρὸν τῆς ἐμῆς παῤῥησίας,
Ὅ καί μ' ἔθηκε τοῖς κακοῖς ἐπίφθονον.
« Εἴρηθ' ἁπλῶς τε καὶ δικαίως σήμερον,
Ἅπερ συνοίσειν οἶδα τοῖς σκοπουμένοις.
Εἰ δ' οἴεταί τις τῶν κακῶν ἢ πρὸς χάριν
Λέγειν τάδ' ἡμᾶς, αὐτὸς ἠγορασμένος
(Εἰσὶ γὰρ, εἰσὶν ἔμποροι τῶν ἐγκρίτων
Χρυσοῦ γέμοντες, καὶ προθυμίας ἴσης),
Ἢ τι σκοπεῖν οἰκεῖον, ὡς πολλοῖς νόμος,
Αὐτὸς τεχνάζων λανθάνειν ἐν τοῖς κακοῖς,
Τὸ κρατεῖν ἐντεῦθεν αὐτῷ μνώμενος,
Δότω τὸ κρίνειν τῷ τελευταίῳ πυρί.
Ἡμῖν δὲ συγχωρήσατ' ἄθρονον βίον,
Τὸν ἀκλεῆ μὲν, ἀλλ' ὅμως ἀκίνδυνον.
Καθήσομ' ἐλθὼν, οἳ κακῶν ἐρημία.
Κρεῖσσον γὰρ ἢ τοῖς πλησίον μεμιγμένον,
Μήτ' ἄλλον ἔλκειν πρὸς τὸ βούλημ' ἰσχύειν,
Μήτ' αὐτὸν ἄλλοις συμφέρεσθ', οὗ μὴ λόγος.
Δεῦρ', ὅστις οἶδε τὸν θρόνον, προσβαινέτω·
Πολλοὺς ἀμείψει δ' ἀξίους τε καὶ κακούς.
Πρὸς ταῦτα βουλεύεσθε. Εἴρηται λόγος. »
Ταῦτ' εἶπον· οἱ δ' ἔκρωζον ἄλλος ἄλλοθεν,
Δῆμος κολοιῶν εἰς ἓν ἐσκευασμένος,
Τύρβη νέων τις, καινὸν ἐργαστήριον,

1655 Mundumque miscre perditum servemus.
Nequaquam vincere gloriosum est in omnibus.
762-763 Præclare spoliari satius est, quam prave possidere.
Novit hæc Trinitas, et petita lapidibus
Splendida prædicatio a me libere suscepta,
1660 Quæ malorum in me invidiam concitavit.
« Dicta hodie hæc sunt simpliciter et juste,
Quæ propositis rebus visa sunt conducere.
Si quis autem existimet improbus, aut ad gratiam
Hæc me dixisse, cum ipse emptus sit
1665 (Sunt enim, sunt emptores præsulum,
Auro abundantes, nec minus cupiditate),
Aut res proprias spectare, quæ multorum norma est,
Cum ipse exerceat artem latitandi in malis,
Aut inde mihi ipsi potestatem aucupari,
1670 Rem judicandam relinquat extremo igni.
Nobis autem concedite expertem throni vitam,
Ingloriam illam quidem, sed tamen non periculosam.
Illic sedebo, ubi ab improbis solitudo.
Melius id quam proximis permistum,
1675 Nec alios trahere in meam sententiam posse,
Nec aliis assentiri, ubi ratio vetat
Huc accedat, quisquis novit quid sit thronus:
Multorum ille faciet mutationem et dignorum et malorum.
De his deliberate. Absoluta oratio. »
1680 Hæc dixi: illi autem clamitabant undique,
Populus graculorum in unum coactus,
Turba quædam juvenum, nova officina,

1664 *Τάδ'*. Ita Coisl. Edit. τόδ'.

1665 *Ἐγκρίτων*. Hac voce *selectiores quosque præsules* significari putat Billius, et carpit Leuvenclaium, qui *judices exponit*.

1670 *Τῷ τελευταίῳ πυρί*. Ita carm. seq. edito a Tollio, vers. 11.

1674 *Ἢ τοῖς πλησίον*. Quam ut reliquis permistus hominibus vitam agens, nec eos in sententiam meam ipse pertrahere, nec in eorum consilia ac voluntates descendere, ubi vetat ratio. Tria in hoc versiculo Leuvenclaii errata redarguit Bill., not. 136.

1677 *Ὅστις οἶδε*. Hæc ad illos dicta qui de Paulino inique sentiebant. Quippe vir sanctus a pluribus male audiebat. Porro Gregorius monet nihil in iis mirum videri debere: nec, etiamsi dignus non sit, idcirco negligendam pacem: siquidem ea est honorum vicissitudo, ut nunc bonis, nunc malis conferantur.

1678 *Πολλοὺς ἀμείψει*. Edit. ad marg. πολλοὺς ἀμείψει δ' ἀξίους τε καὶ κακοὺς προστάτας ἦν βούλησθε. Sic et Greg. tom. I, orat. XXXIII, pag. 605, καθέδρα τιμία,... καὶ πολλοὺς εὐσεβεῖς ἀμείψασα ἱερέας... *O cathedra pretiosa..., quæque multos pios sacerdotes commutasti!*

1680 *Ἔκρωζον*. Mallet Combef. ἔκλωζον, quæ propria graculorum vox.

1682 *Καινόν*. Vat. et edit. ad marg. κοινόν.

METRICA VERSIO.

Servemus atque perditum orbem pessime.
Superare non fert rebus in cunctis decus:
Rapique satius duco, quam raptis frui.
Hæc novit alma Trinitas, vacuæ metu
Hæc conciones comprobant nostræ, licet
Saxis petitæ: livor unde in me improbus
Exarsit. Hæc sunt dicta simpliciter mihi,
Justeque, plane sentio quæ in rem fore.
Quod si malorum quispiam hæc in gratiam
Loqui putat nos, ære cum sit ipsemet
Emptus (profecto sunt enim, qui præsules
Mercentur, auro turgidi, et studio pari),
Spectare vel quæ sunt mea, ut multi solent,
Latere studeat ipse cum in noxis suis,
Aut aucupetur hinc opes quasdam sibi,
Id judicandum linquat extremo rogo.
At mihi carentem vos throno concedite
Vitam, periclo liberam, etsi ingloriam
Illic sedebo, nulla ubi sedes malis.
Hoc namque præstat, cæteris quam ut miscear,
Meamque nec eos flectere in sententiam
Possim, nec illos rebus in pravis sequi.
Huc huc, thronum qui novit, accedat citus.
Mutabit ille dispares multos viros.
De rebus istis, ut lubet, decernite. »
Hic ora pressi. Clamitant illi undique,
Ut graculorum turba rem unam moliens,
Juvenum caterva, quam tabernam diceres,

Digitized by Google

Λαίλαψ κόνιν σύρουσα, πνευμάτων στάσις,
Οἷς οὐδ' ἂν ἠξίωσε τῶν τις ἐντελῶν
Φόβῳ τε θείῳ καὶ θρόνῳ δοῦναι λόγον
Ἄτακτα παφλάζουσιν, ἢ σφηκῶν δίκην
Ἄττουσιν εὐθὺ τῶν προσώπων ἀθρόως·
Τοῖς δ' ἠκολούθουν ἡ σεμνὴ γερουσία·
Τοσαῦτ' ἀπεῖχον σωφρονίζειν τοὺς νέους.
Καὶ τὸν λογισμὸν, ὡς ἐπαινετὸς, σκόπει.
Δεῖν γὰρ συνάλλεσθ' ἡλίῳ τὰ πράγματα,
Ἐντεῦθεν ἀρχὴν λαμβάνονθ', ὅθεν Θεὸς
Ἔλαμψεν ἡμῖν σαρκικῷ προβλήματι.
Τί γοῦν; Μάθωμεν μὴ σέβειν περιτροπὰς,
Χριστοῦ δὲ σάρκα παντὸς ἡμῶν τοῦ γένους

A Οἴεσθ' ἀπαρχήν. Εἰ δ' ἐντεῦθεν ἤρξατο,
Εἶποι τάχ' ἄν τις, ἔνθα πλεῖον τὸ θράσος,
Ὡς ῥᾳδίως ἐνταῦθα καὶ θανούμενος,
Ἐκ τοῦδ' ἔγερσις, ἐκ δὲ τοῦ σωτηρία.
Τοὺς ταῦτα δοξάζοντας οὐκ εἶκειν ἐχρῆν
Τοῖς, ὥσπερ εἶπον, εὐμαθῶς ἐγνωκόσιν;
Ἐξ οὗ δὲ τἄλλα δῆλον ὡς ὑψίφρονες.
Κἀκεῖνο δ' οἷον; τὴν γλυκεῖαν καὶ καλὴν
Πηγὴν παλαιᾶς πίστεως, ἡ Τριάδος
Εἰς ἓν συνῆγε τὴν σεβάσμιον φύσιν,
Ἧς ἦν ποθ' ἡ Νίκαια φροντιστήριον,
Ταύτην ἐώρων ἁλμυραῖς ἐπιῤῥοαῖς
Τῶν ἀμφιδόξων ἀθλίως θολουμένην,

Turbo pulverem trahens, ventorum pugna,
Quibuscum ne dignetur quidem quisquam perfectus
1685 Timore divino ac pastorali munere colloqui
Inepte garrientibus, aut vesparum instar
Subito assilientibus recta in faciem :
Atque hos secutus est senum venerabilis cœtus :
Tantum aberat, ut castigarent juvenes !
1690 At eorum ratiocinatio, quam laudanda sit, considera.
Debere enim cum sole res nostras congruere,
Quæ inde initium sumpserunt, unde Deus
764-765 Illuxit nobis carne indutus.
Quid igitur? Discamus non curare annuos cardines,
1695 Sed Christi carnem totius nostri generis
Primitias esse credamus. Quod si illinc ortus est,
Dicet fortasse aliquis, orta est ubi major audacia,
Ut facile etiam ibi morti traderetur,
Ex qua resurrectio, et ex resurrectione salus.
1700 Eos qui hæc opinabantur, nonne oportebat cedere
Iis qui, ut tum dixi, rem accurate perspectam habebant?
quo manifestum est eos cætera superbos esse.
Illud autem quale est? dulcem et præclarum
Fontem antiquæ fidei, quæ Triadis
1705 In unum conjunxit adorandam naturam,
Cujusque schola aliquando exstitit Nicæa,
Hunc videbam salsis influxibus eorum
Qui partem in utramque opinantur, misere turbatum,

1684 *Ἐντελῶν*. Edit. mendose ἐντολῶν.

1685 *Καὶ θρόνῳ*. Edit. ad marg. καὶ χρόνῳ, non male, *et ætate*. Mox δοῦναι λόγον, id est, ἀξιῶσαι λόγου, *dignari aliquem sermone*.

1691 *Δεῖν γάρ*. Ridet Gregorius adolescentulorum episcoporum argumentum, quo contendebant solis habendam esse rationem in sua cum Occidentalibus controversia, atque adeo præcipuam Orientalibus auctoritatem esse ascribendam, eo quod Christus humana carne indutus in Oriente primum illuxisset.

1694 *Περιτροπάς*. Schol. καιροῦ μεταβολὰς καὶ ἀρχόντων θελήματα. Non bene Billius aliique scholiasten secuti vertunt, *rerum vices ac temporum vicissitudines;* cum hic annui cardines sint intelligendi, unde sol cursum et annum incipit. Vide Petav., lib. I, pag. 11, cap. 1, *De ratione temporum*.

1696 *Ἀπαρχήν*. Alludit ad ἀρχήν, quod scilicet non a mundo, et a cardinibus cœli, sed a Christo principium et principatus peti debeat. Solus ille princeps communis omnium et pastor est.

1701 *Εὐμαθῶς*. Vat. ἀμαθῶς. Schol. etiam non in quibusdam codicibus sic legi, sed sensus aperte respuit. Mox ἐγνωκόσιν. Schol. διαγινώσκουσιν.

1702 *Ἐξ οὗ δέ*. Vat. ἐξ οὗ καί. Mox ὑψίφρονες. Bill. ἀγχίνους exponit, et censet hæc a Gregorio ironice dicta : *Hinc liquet*, inquit Gregorius, *quam in cæteris rebus acuta mente sint, cum hic tam perspicaces et ingeniosos se præbuerint*. Schol. superbus interpretatur : ἐκ τούτου δὲ δῆλον, ὡς τ' ἄλλα τυφωμένοι, *quæ quidem interpretatio*, inquit Billius, *minime improbanda*.

METRICA VERSIO.

Trahensque turbo pulverem, venti æmuli :
Dignatus esset cum quibus nemo, metu
Sancto thronoque præditus, quidquam loqui :
Præpostere ut qui funderent verba, et velut
Vespæ insilirent concito in frontem impetu ;
At hos secutus est tamen cœtus senum,
Motus juventæ fervidos quos par erat
Frenare. Ratio porro quam scita, aspice.
Debere nostras nempe res solem sequi,
Ortum hinc trahentes, unde regnator poli,
Nobis, amictus carne, primum splenduit.
Quid ergo? Rerum haud colere discamus vices,
In carne Christi generis at mortalium

B Libamen omnis esse statuamus pie.
Si traxit ortum hinc (quispiam audax dixerit),
Hinc traxit, hic ut facile dedendus neci :
Rediviva vita fluxit hinc, ex qua salus.
Hæc sentientes nonne, jam ut dixi supra,
Cessisse decuit rectius monentibus ?
Unde liquet horum quam sit alta in cæteris
Mens. Illud autem quale, quod fontem optimum
Fidei vetustæ, Trinitatem quæ sacram
Pia colligebat unicam in substantiam,
Cujus Nicæa civitas schola exstitit
Quondam, videbam turbidum miserum in modum
Horum, dubia queis est fides, salsis aquis :

Digitized by Google

Οἳ ταῦτα δοξάζουσιν, οἷς χαίρει κράτος,
Μέσοι μὲν ὄντες, ἀσμενιστὸν δ' εἰ μέσοι,
Καὶ μὴ προδήλως κλήσεως ἐναντίας,
Ἐπίσκοποι νῦν μανθάνοντες τὸν Θεὸν,
Διδάσκαλοι χθὲς, καὶ μαθηταὶ σήμερον,
Τελειοποιοὶ, καὶ τέλειοι δεύτερον,
Λαὸν καταρτίζοντες, οἳ τὰ σφῶν κακὰ,
Οὐκ οἶδ' ὅπως μὲν, ἐκλαλοῦσι δ' οὖν ὅμως,
Καὶ ταῦτα χωρὶς δακρύων· ὃ καὶ ξένον,
Ἄδακρυς ἐκλάλησις ἀῤῥωστημάτων!
Οὗτοι μὲν οὕτω. Δοῦλα καιρῷ γάρ φασι
Τὰ πάντα. Τοῦ παίζειν δὲ τίς μείζων τρυφή;
Ὁ μὴ πόνῳ τε κτητὸν, ὡς τὰ πόλλ' ἔχει,
Μήτ' ἄλλοθεν ποριστὸν, ἀλλ' οὐδ' ὤνιον.

Α Ἡμεῖς δὲ πῶς ποθ' οἱ φιλάνθρωποι λίαν;
Προυθήκαμεν κήρυγμα πρόσθεν βημάτων·
Πᾶσι βοῶμεν· « Ὅς θέλει, δεῦρ' εἰσίτω,
Κἂν δίστροφός τις ᾖ πολύστροφος τύχῃ.
Πανήγυρις ἕστηκεν. Ἀπίτω μηδεὶς
Ἀπραγμάτευτος· ἂν μεταστραφῇ κύβος
(Καιροῦ γὰρ οὐδὲν ἐστιν εὐστροφώτερον),
Ἔχεις τὸ τεχνύδριον, ἀνάδραμε πάλιν.
Οὐκ εὐμαθὲς πίστει τὸ προσκεῖσθαι μιᾷ,
Βίων δὲ πολλὰς εἰδέναι διεξόδους.
Ἐξ οὗ τί γίνεθ'; Ἡ πολύπλοκος πάλαι
Εἰκὼν ἐν ὕπνοις· χρυσὸς, ἐξῆς ἄργυρος,
Χαλκὸς, σίδηρος, ὄστρακον τὰ πρὸς πόδας.
Δέδοικα μὴ τὰ πάντα λικμήσῃ λίθος.

Qui ea sentiunt, quæ placent potestati,
Medii quidem, quanquam præclare agitur, si medii,
Ac non manifeste adversis partibus addicti,
Episcopi nunc discentes Deum,
Heri magistri, et hodie discipuli,
Initiantes, et deinde initiati:
Qui dum populum docent sua ipsorum mala,
Nescio quo pacto, sed certe tamen, enarrant,
Idque sine lacrymis. Res mira,
Morbi sine lacrymis enarrati!
Atque illi quidem sic. Tempori enim servire aiunt
Omnia. Quæ autem majores deliciæ quam ludificari?
Quod quidem nec labore acquiritur, ut pleraque se habent,
Nec aliunde parabile est, sed ne venale quidem.
Nos autem quid tunc egimus, qui valde humani sumus?
Proposuimus voce præconis ante tribunalia:
Omnibus clamamus: « Qui volet, huc introeat,
Etiamsi bis se aut pluries in contraria verterit.
Instant nundinæ. Nemo abeat
Nihil operatus. Quod si vertatur alea
766-767 (Tempore enim nihil mutabilius),
Habes articulam: rursum recurre.
Periti non est uni affixum esse fidei,
Vitæ autem varios habere exitus. »
Ex quo quid fit? Multiformis illa quondam
Imago in somnis. Aurum, deinde argentum,
Æs, ferrum, testa in pedibus.
Vereor ne omnia ventilet lapis.

1709 *Οἳ ταῦτα.* Ita Coisl. Prave in editis εἰ. Schol. καὶ μᾶλλον εἰ ῥοπὴν σχοῖεν ἐκ βασιλέων οἱ τὰ τῆς αἱρέσεως κρατύνοντες.

1710 *Ἀσμενιστόν.* Edit. ad marg. ἀγαπητόν.

1712 *Μανθάνοντες, discentes.* Videtur hic Gregorius carpere Nectarium, qui cum adhuc catechumenus esset, ad episcopatum evectus est. Vide Tillem., pag. 44, et Tollium, carm. seq., vers. 550.

1719 *Καιρῷ.* Vat. καιροῦ.

1723 *Ἡμεῖς.* Edit. ad marg. οἱ τῆς ὀρθοδόξου μοίρας. Postquam carpsit Nectarium qui, nullis laboribus ante susceptis, episcopus creatus est, atque *Amphidoxos, politicos* nimirum carpit etiam orthodoxos, qui tam leviter hujusmodi homines ad sublimissimas evehunt dignitates. *Nos autem, quid tunc egimus? Hos illusores non pati solum videmur, sed etiam allicere, et quasi præconis voce invitare.*

1726 *Δίστροφος. Etiamsi bis aut pluries fidem mutaverit.*

1730 *Ἀνάδραμε.* Ita Coisl., Vat. Edit. ἔκδραμε, et in marg. ἔξιθι.

1732 *Βίων δέ. Alius semper atque alius, pro rerum ac temporum varietate, tenendus est modus.*

METRICA VERSIO.

Hanc qui tuentur, quam tenet princeps, fidem:
Mediique sunt, si se tamen medie gerunt,
Ac non aperte dogmati hostili favent,
Episcopi, nunc primo qui discunt Deum:
Heri magistri, *discipli* hodierno die,
Alios initiant, post initiantur nove.
Moderantur alios, qui sua ipsi crimina,
Quonam modo ignoro, sed exponunt tamen:
Idque absque fletu. Mira res, siccis genis
Narrare morbos quempiam tristes suos!
Hæc ratio eorum. Tempori namque omnia
Servire dicunt, nilque lusu dulcius
Usquam esse. Lusus sæpe namque hoc obtinet,
Quod nec labore, nec potest nummis emi.

Β Benignitate at maxima usi nos sumus.
Præconis ore limen ad sacrarii
Alloquimur omnes: « Intret huc, quisquis volet,
Eidem licet bis, pluries aut verterit.
Nunc nundinarum tempus est; quæstu sine
Nullus recedat: versa erit quando alea
(Mutationem facile nam tempus capit),
Artem ipse calles: protinus rursum exeas.
Prudentis haud est unicæ se addicere
Fidei, sed hinc que plurimos hinc que exitus
Habere. » Quid hinc? Somnii spectrum vetus
Fit illud, aurum, candidum argentum, quod æs
Ferrumque sequitur, infirmisque in partibus
Testa. Extimesco, cuncta ne frangat lapis.

Digitized by Google

Μωαβίταις κ' Ἀμμωνίταις, οἷς οὐ πάλαι,
Νῦν εἰσιτητόν ἐστιν εἰς Ἐκκλησίαν.
Σὺ δ' οὐκ ἐπῄνεις ταῦτα τοπρόσθεν; λέγε.
Τῶν συλλόγων δὲ τίς ποτ' εἶχε τὸ κράτος;
Οἱ σύλλογοι μὲν ἦσαν, ὧν ἦσαν τότε;
(Ὀκνῶ γὰρ εἰπεῖν αὖθις, οἷς αἰσχύνομαι.)
Ἦσαν δὲ πάντων, ἴσον εἰπεῖν οὐδενός.
Ἀναρχία γάρ ἐστιν ἡ πλεισταρχία.
Ἐμοὶ δὲ καλῶς ἡ νόσος προεστάτη,
Ἥ μ' εἶργεν οἴκοι πολλὰ δὴ καὶ πολλάκις,
Πρὸς ἓν μόνον βλέποντα, τὴν ἐκδημίαν,
Ἥ πᾶσαν εἶχε τῶν κακῶν ἀπαλλαγήν.
Ὃ δ' οὖν παρέστη, τοῦτο καὶ κείσθω νόμος.
Τινὲς μὲν ἦσαν, οἳ βίᾳ μὲν καὶ μόγις,
Ἀλλ' οὖν συνῆλθον, οἷς τι μετῆν παῤῥησίας,
Ὅτοις ἄγνοια τοῦ κακοῦ συνήγορος,
Τῇ διπλόῃ κλαπεῖσι τῶν διδαγμάτων,
Τό τ' ἐν μέσῳ κήρυγμα εὐσεβῶς ἔχον,
Τόκος τεκόντων παντελῶς ἀλλότριος.
Τὸν συρφετὸν δὲ τὸν πολὺν Χριστεμπόρων
Τότε προσήσομ' ἡνίκ' ἂν καὶ βόρβορον
Εὐωδίᾳ μίξῃ τις ἀχράντου μύρου.
Ῥᾴων κακοῦ γὰρ ἢ καλοῦ μετουσία.
Τούτοις ὁ καινόδοξος οὐκ ἠρέσκετο
(Οὕτω καλοῦσι τοὺς προμηθεῖς οἱ θρασεῖς),
Ἀλλ' οὐδ' ἐκεῖνοι τῷ προμηθεῖ. Γίνετ' οὖν
Ὁ Λὼτ ἐκεῖνος, χ' ὁ πατριάρχης Ἀβραάμ·
Ὁ μὲν βαδίζει τὴν, ἐναντίαν δ' ὅδε,

Moabitis et Ammonitis, quod olim nefas erat,
Nunc aditus patet in Ecclesiam.
Tu vero, nonne hæc antea laudabas? dicito.
Quis tunc præerat conventibus?
Ipsi vero conventus quales, et quorum erant?
(Piget iterum dicere, quo erubescere debeam:)
Omnium illi erant, id est nullius:
Est enim plurimorum principatus, nullius principatus.
Me autem morbus commode tutatus est,
Qui domi diu ac sæpe detinebat,
Id unum mihi proponentem, recessum,
Qui omnem habebat malorum liberationem.
Quod ergo statutum mihi fuit, legis id habeat locum.
Nonnulli quidem vix ac ne vix quidem,
Sed tamen conveniebant, quibus nonnihil erat libertatis:
His præsidio erat mali ignoratio,
Cum fucum iis faceret doctrinæ simulatio,
Ac pia esset, quæ palam fiebat, prædicatio,
Partus omnino dissimilis suis genitoribus.
Multam autem illam colluviem eorum qui Christum quæstui habent.
Tunc admittam, cum etiam cœnum aliquis
Fragrantiæ intaminati unguenti permiscuerit.
Mali namque facilior quam boni communicatio.
His non placebat nova sentiens
(Sic vocant providos temerarii);
Sed nec illi provido. Idem fit igitur
(Quod) Lot ille et patriarcha Abraham (fecerunt),
Hac ille via, contraria alter abscessit,

1745 *Προεστάτη*. Coisl. προεστάτει. Commode secum tunc actum fuisse ait, quod ægra valetudine esset, ne hujusmodi conventibus interesset.

1751 *Οἷς τι μετῆν*. Coisl. οἷς τι μοι.

1753 *Κλαπεῖσι. In fraudem abductis ambiguo verborum sensu.*

1754 *Κήρυγμα*. Edit. ad marg. τὸ δημοσίᾳ κηρυττόμενον.

1755 *Τόκος τεκόντων*. Tacite hoc subindicare videtur, quosdam eorum, qui tum publico præconio fidem orthodoxam asserebant, aliud in pectore sensisse, atque quo majore cum auctoritate ipsum e throno dejicere possent, rectam doctrinam, [illo]mens eorum aliena erat, præ se tulisse. Bill.

1759 *Ῥᾴων*. Coisl. ῥᾷον. *Mali facilius quam [bo]no conveniunt.*

1760 *Καινόδοξος*. Ita edit. et quidem recte propter metrum. Coisl. et Vat. codices, quos secuti fuerant Benedictini, κενόδοξος, *vanæ gloriæ amans*, sed deficit metrum. (Caillau.)

1763 *Χ' ὁ*. Addidimus ex Coisl. ut non deficiat metrum.

1764 *Ἐναντίαν δ' ὅδε*. Coisl. ὁ δὲ τὴν ἐναντίαν.

METRICA VERSIO.

Nunc Moabitis, nunc satis licet Ammoncis
Intrare templum, quod nefas olim, sacrum.
Quid non probabas hæc prius? Jam dicito.
Quis imperabat publicis conventibus?
Cœtus erant qui, quorum erat tum temporis?
(Hæc quippe, quorum me pudet, rursum piget
Effari), erant, sed omnium, hoc est nullius.
Cum namque plures imperant, nemo imperat.
At præsidebat commode morbus mihi,
Me sæpe, multo et tempore, includens domi:
Animo intuentem præter excessum nihil,
In quo malorum spes erat finem fore.
Visum quod autem est, legis hoc teneat locum.
Coiere quidam, non tamen mente impigra,
Sed illibenti. Queis queas ignoscere.
Erat his patrona nam mali ignoratio
In fraudem adactis dogmatum versutia,
Fideique rectæ splendidum præconium,
Omnino fetus discolor patrius suis.
Turbam sed illam, quæstui quæ Christum habet,
Tum denique admisero, lutum cum quispiam
Suaviter olenti junxerit nardo grave.
Malum facilius, quam bonum, transfunditur.
His non placebat scilicet nova sentiens
(Sic providentes, nam vocant temerarii),
Nec rursus illi provido. Sic Abrahæ,
Ac Lot quod olim, tunc idem pene accidit.
Hoc ille calle graditur, hic autem altero:

Digitized by Google

1765 Ὡς μὴ στενοῦσθαι τῷ πλάτει τῆς κτήσεως.
Τί δεῖ λέγειν, ὅσοις τε καὶ οἵοις λόγοις
Ταύτην ἐπείρων τὴν πολιὰν οἱ φίλτατοι
Τὰ πρῶτα μὲν διδόντες, αἰτοῦντες δέ γε
Τὴ γνήσιον, φεῦ! Γρηγόριον τὸν γνήσιον,
1770 Οἱ γνήσιοι μὲν, εἰς δὲ σύμπνοιαν κακῶν·
Τόδ' ἔστιν, εἰς ἅπαντα συνεργοῦντ' ἔχειν.
Πῶς εἰς ἅπαντα; τίς δ' ἐφαντάσθη τόσον,
Ὡς πλῆθος ἄξει πρός τί μ', οὐ Θεὸς Λόγος;
Πρόσθεν ῥυήσετ' εἰς ἄνω πηγῶν φύσις,
1775 Καὶ πῦρ ὀδεύσει τὴν ἐναντίαν φοράν,
Ἢ τι προδώσω τῆς ἐμῆς σωτηρίας.
Ἐντεῦθεν ἐξέκλεπτον ἐκ μέσου πόδα.
Δῆλον δέ· καὶ γὰρ οἶκον ἀντηλλαξάμην,

A Ἔλκων ἐμαυτὸν ἐκ βυθῶν ἐκκλησίας,
1780 Πόῤῥω κακῶν τε καὶ λόγων καὶ συλλόγων.
Πλὴν ὅσα κατεστέναζον οἱ προσκείμενοι!
Λαοῦ μάλιστα, ὡς τὰ πάντων μὴ λέγω
Βοῶντες ἱκέτευον, εἰς Θεὸν χέρας
Αἴροντες, ὁρκίζοντες, ὡς τεθνηκότα
1785 Πενθοῦντες ἤδη. Τοῦ πάθους! τῶν δακρύων!
Πῶς ἦν ἐνεγκεῖν ταῦτα; καὶ τίνος φρενός;
Ἡμᾶς ἀφήσεις τὸν σὸν, ὡς ἠκούομεν,
Στάχυν, στενόν ποτ', εὔκομον δὲ νῦν θέρος·
Λαὸν δὲ τὸν προσήλυτον, τὸν μὲν θύραις
1790 Ταῖς σαῖς προσεστῶθ', οἷς ἀνοῖξαι δεῖ μόνον
Τὸν δ' ἔνδον ἤδη, τὸν δὲ θηρευτὴν ξένων,
Τίσι προήσῃ; τίς σὸν ἐκθρέψει τόκον;

1765 Ne opum multitudine arctarentur.
Quid attinet dicere, quot et qualibus sermonibus
768-769 Hanc tentaverint canitiem viri amicissimi?
Concedentes quidem quæ præcipua sunt, sed petentes
Fidelitatem, eheu! o fideli Gregorio.
1770 Fideles illi quidem, sed conspirando in malis:
Uno verbo, ut ad omnia adjutorem me haberent, petentes.
Quomodo ad omnia? quis tam inania finxit,
Multitudinem mihi ad aliquid, non Deus Verbum ducens futurum?
Ante effluet retrorsum fontium natura,
1775 Ignisque contrario motu feretur,
Quam quidquam meæ prodam salutis.
Tunc incepi pedem e medio subducere;
Idque non obscurum fuit; nam et domum commutavi
Extrahens me ipse a profundo ecclesiæ,
1780 Procul a malis sermonibus et conventibus.
Sed interim quantos gemitus edebant, qui mihi adhærebant!
E plebe maxime, ne omnes recenseam,
Clamantes supplicabant, ad Deum manus
Tollentes, adjurantes, ut mortuum
1785 Jam deflentes. O dolorem! o lacrymas!
Ferri hæc quomodo possent et cujus animi esset?
« Nos derelinques, tuam, aiebant,
Spicam, aliquando angustam, nunc uberem segetem.
Populum quem adscivisti, tuis foribus
1790 Astantem, cui aperire tantum oportet,
Eum qui jam intus est, venatorem etiam extraneorum,
Quibus dimittes? quis tuum enutriet fetum?

1769 *Τὴ γνήσιον.* Sic legendum. Male edit. γνήσιοι.
1770 *Οἱ γνήσιοι.* Ironia est: *Boni*, inquit, *illi* scilicet ac *fidi amici, fidi*, inquam, *in rebus sceleratis ac nefariis, hoc a me contendebant, ut ipsis omnibus in rebus obsequerer.*
1773 *Πρός τί μ'.* Ita Coisl. Prave edit. una voce *πρόστιμ'*. Sic locum emendandum conjiciebat Billius, ex unica voce tres efficiendo. Leuv. vertit ἄξει *πρόστιμ'*, *vincet*. Schol. exponit πρόστιμ', τὸ ἐπίχειρον, τὸν μισθόν. *Quisnam adeo deliberavit, ut ei in mentem venire posset me, ulla in re, vulgi potius gratiam et favorem, quam Dei nutum ac voluntatem secuturum.*
1778 *Ἀντηλλαξάμην.* Scholiastes exponit, εἰς ναὸν τῶν ἁγίων ἀποστόλων.
1781 *Προσκείμενοι.* Schol. προσοικειούμενοι.
1785 *Τοῦ πάθους.* Schol. ὦ τοῦ πάθους, ὦ τῶν δακρύων, ὡς εὐαλούμεθα.
1792 *Προήσῃ.* Vat. προήσεις.

METRICA VERSIO.

Utrumque premeret ne gravis moles opum.
Quid me necesse est dicere, quibus vocibus
Ab his amicis nostra canities fuit
Tentata? Cum illi cederent primas mihi,
Aliquid petentes proh! fide summa viri
A fido amico, sed fide summa in malis:
Nempe ut juvarem rebus hoc in omnibus.
In omnibusne? Finxit hoc quisnam sibi,
Turbam quod ipse sequerer, haud Gnatum Dei?
Natura sursum fontium tendet prius,
Partesque ad imas flamma labetur vorax,
Quam quid salutis perfidus prodam meæ.
Eximere cœpi hinc ipse de medio pedem;
Domoque migro de mea in domum alteram,

B Ecclesiæ me turgido ponto extrahens,
Malisque verbis et malis conventibus:
Quanquam, favebant qui mihi, gemitus dare
Potissimum de plebe, taceam ut cæteros.
Orabat illa clamitans, summum ad Deum
Manusque tollens, ac meam obtestans fidem.
Ut mortuum jam flebat. O lacrymas graves!
Cujus fuisset mentis hæc ferre omnia?
« Segetemne nunc tu (sic vocabamur) tuam
Linques: prius quæ parva erat, florens modo,
Proselytosque, qui tuas stant ad fores,
Pandatur utque janua exspectant, quibus
Vel intus esse jam datum est, vel qui exteros
Captant. Quibusnam deseres? fetum tuum

Digitized by Google

Τοὺς σοὺς πόνους τίμησον, οἷς προσερρύης·
Δὸς τῆς πνοῆς τὸ λεῖπον ἡμῖν καὶ Θεῷ.
Ναὸς γενέσθω σοῦ βίου πεμπτήριος.
Ταῦτ' ἦν κλάπις μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐκαρτέρουν.
Μικρόν τι καὶ δίδωσι τὴν λύσιν Θεός.
Ἦλθον γὰρ, ἦλθον ἐξαπίνης κεκλημένοι,
Ὡς δή τι συνοίσοντες εἰρήνης σκοπῷ,
Αἰγύπτιοί τε καὶ Μακεδόνες, ἐργάται
Τῶν τοῦ Θεοῦ νόμων τε καὶ μυστηρίων,
Φυσῶντες ἡμῖν ἐσπέριόν τε καὶ τραχύ.
Τοῖς δ' ἀντεπῆει δῆμος ἡλιοφρόνων·
Κάπροι δ' ὅπως θήγοντες ἀγρίαν γένυν
Ὡς ἂν μιμήσομαί τι τῆς τραγῳδίας),

A Λοξὸν βλέποντες, ἐμπύροις τοῖς ὄμμασι,
Συνῆπτον. Ἐν πολλοῖς δὲ τοῖς κινουμένοις
Θυμοῦ τὸ πλεῖον, ἢ λόγου κινήμασι,
Καὶ τῶν ἐμῶν τι πικρότατον ἐσκόπουν,
Νόμους στρέφοντες τοὺς πάλαι τεθνηκότας,
Ὧν πλεῖστον ἦμεν καὶ σαφῶς ἐλεύθεροι·
Οὐ μὴν πρὸς ἔχθραν τὴν ἐμὴν, οὐδὲ θρόνον
Σπεύδοντες ἄλλοις, οὐδαμῶς· ὅσον πόνῳ
Τῶν ἐνθρονιστῶν τῶν ἐμῶν, ὡς γοῦν ἐμὲ
Σαφῶς ἔπειθον λαθρίοις δηλώμασι.
Οὐ γὰρ φορητὸν τὴν ὕβριν σῴων εἰδέναι,
Ὅση παλαιὰ, καὶ νέοις ἐν πράγμασιν.
Ἐγὼ τέως μὲν, ὥσπερ ἵππος δέσμιος,

Tuos honora labores, qui te labefecerunt;
Da vitæ reliquum nobis et Deo.
Sit hoc templum vitæ tuæ clausula. »
Atque his quidem inflectebar, sed tamen perstabam.
At paulo post solutionem dat Deus.
Venere enim, venere, subito vocati
Ut pacis proposito aliquid operæ navarent,
Ægyptii et Macedones, operarii
Legum et mysteriorum Dei,
Flatum nobis occidentalem et asperum emittentes;
Quos contra stabat orientalium populus;
Horridos autem dentes, instar aprorum, exacuentes,
770-771 (Ut de tragœdia aliquid delibem),
Torve intuentes, scintillantibus oculis,
Congrediebantur. Inter autem multas disceptationes,
Quas iracundia magis quam ratio commovit,
De meis etiam rebus acerbissime aliquid arripuerunt,
Dum leges olim rudunt dudum defunctas,
A quibus maxima ex parte, et manifeste liberi eramus;
Non mei odio illi quidem, nec quod thronum
Aliis molirentur: sed potius ut incommodarent
His qui me in sedem collocaverant: id quod mihi
Aperte suadebant per secretos indices.
Non enim sibi tolerabiles injurias videri,
Et quæ antiquiores, et quas recentibus factis acceperant.
Ego interea, velut equus inclusus,

1793 *Προσερρύης*. Vat. προσετάκης.

1796 *Κλάσις*. Schol. τούτοις ἐκαμπτόμην μέν. *His commovebar.*

1802 *Φυσῶντες*. His verbis Occidentales acerbitatis et insolentiæ notat, quemadmodum Basilius, τί δεῖ ἡμῖν δυτικῆς ὀφρύος; at contra Orientalibus levitas ab Occidentalibus semper est objecta. Sic *quæque ora*, inquit Billius, *suos patitur manes.*

1804 *Ὅπως*. Coislinianus codex super lineam scriptum habet ὅμως.

1810 *Νόμους στρέφοντες*. Nimirum improbi et seditiosi juvenes contra Gregorium objiciebant canones, quibus sancitum erat ne quis episcopus ex una in aliam ecclesiam transferretur; ac propterea fas non esse ut Constantinopolitanam sedem ret, qui Sasimorum atque Nazianzi sedes nuisset. Hanc legem longo jam tempore tam ait Gregorius, imo etiamsi viguisset liber ab ea erat Theologus, qui nec Sasimo nec Nazianzi proprie episcopus fuit, demonstratum est.

1813 *Ἀλλοις*. Coisl. ἄλλῳ. Mox ἐνθρονι Coisl. θρονιστῶν.

1818 *Ὥσπερ ἵππος*. Hæc similitudo ab Ho desumpta est, Iliad. VI, vers. 506. Eadem simi dine utitur Gregorius in orat. funebri S. Ba tom. I, p. 790.

METRICA VERSIO.

Quis pascet? Ingens te tuus flectat labor.
Nobis, Deoque, da quod est vitæ super.
Mittat sepulcro corpus hoc ædes tuum. »
Hæc commoverent me licet, firmus tamen
Stabam. Dat autem post brevi Deus exitum.
Veniunt repente nam vocati, fœderi
Ut sanciendo jungerent vires suas,
Ægyptiique Macedonesque, operarii
Mysteriorum seduli, et legum Dei,
Inhalitantes hesperium in nos et grave.
Adversa stabat his tumens Phœbo phalanx:
Ergo exacutis dentibus tanquam sues
(Libet imitari nonnihil tragœdiam),

B Torvoque vultu, flammeisque oculis, manus
Coeunt, et inter multa, sermo de quibus
Est motus, ira, mente non stata, excitus,
Exasperabant aspere in me quidpiam,
Volvendo leges mortuas pridem, a quibus
Eramus ipsi liberi dubio procul:
Odio quidem non tam mei, vel ut in thronum
Alium locarent, quam dolorem ut inurerent
Aliquem his, throno me fixerant qui in pra
Saltem remotis hoc mihi interdum arbitris
Ipsi asserebant. Non enim nec pristinas
Se ferre posse, nec novas injurias.
Ast ipse, tanquam clausus in stabulis equus

Digitized by Google

Καίπερ κακοῖς τε καὶ νόσῳ τετρυμμένος,
Ἔνδον κροαίνων οὐκ ἐπαυσάμην πόδας,
Καὶ δοῦλον ἐχρεμέτιζον ἐκ δεσμῶν βίας,
Ποθῶν νομάς τε τήν τ' ἐμὴν ἐρημίαν.
Ἐπεὶ δὲ κινεῖν, ἃ προεῖπον, ἠξίουν
Ἔρρηξα δεσμὰ, τήν τ' ἀφορμὴν ἀσμένως
(Οὐκ ἂν πείσαιμι τοὺς φιλάρχους οὔποτε,
Εὔδηλόν ἐστι, πλὴν ἀληθὲς) ἥρπασα.
Καιρὸς γὰρ ἦν μοι, καὶ παρελθὼν εἰς μέσους,
Τάδ' εἶπον· « Ἄνδρες, οὓς συνήγαγεν Θεὸς,
Ὡς ἄν τι βουλεύσησθε τῶν Θεῷ φίλων,
Τὸ μὲν καθ' ἡμᾶς δευτέρου κείσθω λόγου
(Μικρὸν γὰρ, ὥς γε πρὸς τοσοῦτον σύλλογον,
Ὅπως ποθ' ἕξει, κἂν μάτην αἱρώμεθα)·
Ὑμεῖς δὲ πρός τι μεῖζον ὑψοῦτε φρένα.

Εἰς ἓν γένεσθε, συνδέθητε ὀψὲ γοῦν.
Ἕως τίνος γελώμεθ' ὡς ἀνήμεροι,
Καὶ τοῦτο μανθάνοντες ἓν, πνέειν μάχην;
Δότε προθύμως δεξιὰς κοινωνίας.
Ἐγὼ δ' Ἰωνᾶς ὁ προφήτης γίνομαι.
Δίδωμ' ἐμαυτὸν τῆς νεὼς σωτηρίαν,
Καίπερ κλύδωνος τυγχάνων ἀναίτιος.
Ἄραντες ἡμᾶς ῥίψατε κλήρου φορᾷ.
Κῆτός με δέξετ' ἐκ βυθῶν φιλόξενον.
Ἐντεῦθεν ἄρξασθ' ὁμονοεῖν· ὁδεύετε
Πρὸς πάντ' ἐφεξῆς. Οὕτος εὐρυχωρίας
Τόπος καλείσθω. Τοὐμὸν οὕτως εὐκλεές.
Ἂν μέχρις ἡμῶν στῆτε, τοῦτ' ἐπιτιμίαν
Μόνον τίθημι, καὶ θρόνων ὑπερμαχεῖν.
Ἂν οὕτω φρονῆτ', οὐδὲν ἔσται δυσχερές.

Quamvis et malis, et morbo attritus essem,
Intus pulsare terram non cessabam,
Et serviliter hinniebam ob vinclorum violentiam,
Desiderans pascua ac meam solitudinem.
Sed postquam ea, quæ dixi, movere instituerunt,
Rupi vincula, et occasionem libenter arripui
(Nunquam sane id persuaserim his, qui principatum amant,
Manifesta res est, sed tamen vera dico),
Tempus enim nactus eram, et in medium prodiens
Hæc dixi: « O viri quos hic congregavit Deus,
Ut aliquid, quod Deo gratum sit, statuatis,
Quæ quidem ad me spectant, parvi pendite
(Parvi enim interest, quantum ad tantum cœtum,
Quo tandem se habeant res meæ modo, ac frustra superbirem),
Vos autem ad majus quidpiam animum erigite.
In unum venistis: sero tandem colligamini.
Usquequo irridebimur ut inhumani,
Ac unum id ediscentes, pugnam spirare?
Date alacriter communionis dexteras.
Ego Jonas propheta ero.
Trado me ipse ad salutem navis,
Quamvis procellæ nulla in me causa resideat.
Sublatum me sortis exitu projicite.
Cetus hospitalis me ex profundo excipiet.
772-773 Hinc incipite unanimes esse: procedite
Ad omnia deinceps. Latitudinis
Locus hic vocetur. Gloria hæc erit mea.
Sin ad me usque perstetis, id unum
Mulctam esse, et pugnam pro thronis oxistimo.
Si ita sentiatis, nihil erit difficile.

1825 *Οὐκ ἂν πείσαιμι. Nunquam nominibus dominandi cupidis persuaserim, me hanc episcopatus deponendi occasionem libenter arripuisse.*

1844 *Εὐρυχωρίας.* Alludit ad illud Genes. xxvi, ubi cum Isaac post multos puteos effossos, de quibus inter ipsum et Palæstinos rixa orta fuerat, alium tandem fodisset, de quo nihil jurgii excitatum fuisset, proinde latitudinem eum nuncupavit. Bill.

1846-7 *Τοῦτ' ἐπιτιμίαν μόνον τίθημι καὶ θρόνων ὑπερμαχεῖν.* Sic Coisl. Edit. vero, τοῦτ' ἀτιμία νόμον τίθημι καὶ νόμων ὑπερμαχεῖν. Schol. καὶ θρόνων.

1848 *Δυσχερές. Nihil erit difficile*, vel *nihil erit molestum*, quod cum sequentibus apprime quadrat.

METRICA VERSIO.

Licet malisque quassus, et morbo gravi,
Terire pedibus hactenus cupidis solum
Non desinebam, vinclaque ob, serviliter
Hinnire, ruris pascuum soli expetens.
Novere at ista cœpit ut primum hæc cohors,
Affringo vincla, traditamque ansam libens
Arripio (non hoc, sat liquet, persuaserim
Cupidis honorum, sed tamen vere loquor);
Tempusque nactus commodum, in medio effero
Hæc dicta cœtu: « Vos, viri, quos hic Deus,
Rata statuatis ut suo quæ Numini
Annexit, videte postero de me loco.
Nihil namque de me, cœtus hic si maximus
Consideretur, fiat, haud magni interest.
Erigite mentes altius vestras precor:

Coite in unum, vos amor tandem liget.
Quousque, sævi ut, et truces, ridebimur,
Præterque pugnas, omnium ut rerum inscii.
Dextras amici fœderis date invicem.
Ego vero Jonæ facinus excelsum æmulor.
Me pro salute do libens nostræ ratis,
Licet excitati turbinis causa haud siem.
Nos sorte captos mergite insano mari.
Nos hospitalis cetus excipiet. Sic hoc
Concordiæ vobis initium: pergite
Ad cuncta deinceps alia. Latitudinis
Locus hic vocetur. Splendor hinc surget mihi.
Si stetis in me, dedecus statuam id meum.
Legem ipse figo: sit ratus legum vigor.
Hac mente sitis: non erit quidquam arduum.

Digitized by Google

Οὐδ' ἐθρονίσθην ἄσμενος, καὶ νῦν ἑκὼν
Ἄπειμι, πείθει καὶ τὸ σῶμ' οὕτως ἔχον.
Μίαν χρεωστῶ νεκρότητ' · ἔχει Θεός.
Ἀλλ', ὦ Τριάς μου, σοῦ προκήδομαι μόνης ·
Γλῶσσαν τίν' ἕξεις εὐμαθῆ συνήγορον,
Εἰ δ' οὖν ἐλευθέραν τε καὶ ζήλου πλέαν;
Ἐρρώσθε καὶ μέμνησθε τῶν ἐμῶν πόνων. »
Ταῦτ' εἶπον · οἱ δ' ὤχλαζον · ἐξῆειν δ' ἐγὼ
Μέσος χαρᾶς τε καί τινος κατηφείας ·
Χαρᾶς, τὸ παῦλαν τῶν πόνων λαβεῖν τινα ·
Λύπης, τὸ λαὸν ἀγνοεῖν ᾗ κείσεται.
Τίς δ' οὐ σπαράσσετ' ὀρφανούμενος τέκνων;
Ἐγὼ μὲν οὕτως · οἱ δ' ἴσασι καὶ Θεὸς,
ἴον τοῦ μέσου τὸ λάθριον,
Νέων ὄλεθρος, καὶ σπιλάδες, λόχοι βάθους ·
Ἄλλοι λέγουσι ταῦτα, σιγήσω δ' ἐγώ.
Οὐ γὰρ σχολή μοι πλεκτὰ γινώσκειν κακὰ,
Τὴν ἁπλότητα καρδίας ἀσκουμένῳ,
Ἐξ ἧς τὸ σώζεσθ', οὗ μόνου πᾶς μοι λόγος.
Ὅμως τόδ' οἶδα · πλεῖον, ἢ καλῶς ἔχει,
Ἄφνω τετίμημ' εὐκόλῳ συναινέσει.
Τοιαῦτα πατρὶς τοῖς φίλοις χαρίζεται.
Οὕτως ἔχοντα ταῦτα. Πῶς δὲ τἀκράτους;
Ἔκυψ'; ἐκλίθην; ἡψάμην τῆς δεξιᾶς;
Ἱκεσίους προσήγαγόν τινας λόγους;
Ἄλλους δὲ πρέσβεις ἐκ φίλων προυστησάμην,
Τῶν ἐν τέλει μάλιστα, τούς μοι φωτεινούς;
Χρυσὸν δ' ἔρευσα, τὸν δυνάστην τὸν μέγαν,

Non libenter in sede collocatus sum, et nunc libens
Abscedo; quod quidem mihi et corpus ita affectum suadet.
Unam mortem debeo; hæc in Dei manu sita est.
Sed, o Trias mea, de te sola sollicitus sum,
Ecquam habitura sis linguam tuæ defensioni idoneam,
Aut saltem liberam et zelo flagrantem?
Valete, et memineritis laborum meorum. »
Hæc dixi: illi vero animis fatiscebant: ego autem discessi
Medius inter gaudium et quamdam mœstitiam:
Gaudens, quod aliquam a laboribus requiem acciperem:
Mœrens, quod nescirem, quis esset futurus populi status.
Quis autem non dilaceretur filiis orbatus?
Atque ego quidem sic; illi autem sciunt, et Deus,
Annon plura in tenebris quam in luce versentur,
Annon pernicies juvenum, et corruptelæ, et altæ mentis insidiæ:
Alii hæc dicunt: ego vero tacebo.
Non enim mihi otium est pravas et occultas hominum molitiones scrutandi,
Qui simplicitatem cordis excolo,
Ex qua salus: quod solum mihi curæ est.
Sed tamen hoc scio: ultra id quod decet,
Subito decoraverunt me facillima assensione.
Talia amicis patria gratificatur.
Atque hæc quidem se habebant. Sed quid cum Imperatore?
An procubui? an pedibus cecidi, dextramque apprehendi?
An supplicibus verbis usus sum?
An alios ex amicis precatores mihi paravi,
Præsertim ex proceribus, quibus carior eram?
Num aurum effudi, magnum illum dominatorem,

1851 *Ἔχει Θεός.* Censet Tollius legendum esse potius ἔχοι. Vide carm. seq. not. in vers. 836.

1856 *Ὠκλαζον. Labascebant, animis flectebantur, ac deficiebant.* Billius, *claudicabant*, vox parum commoda.

1862 *Τοῦ μέσου.* Schol. φανεροῦ. Mox *λάθριον.* Schol. κεκρυμμένον.

1863 *Νέων. Juvenum:* at si legamus νεῶν cum aliis, vertendum *navium.* Utraque lectio defendi potest, inquit Billius; juxta hanc posteriorem, Gregorius simulatam eorum mentem, a quibus episcopatu dejectus est, comparat latentibus sub undis scopulis, qui plerumque nec opinantibus exitium afferunt.

1868 *Ὅμως τόδ' οἶδα · πλεῖον.* *Nihilominus rum plus scio quam expedit*, vel, *hoc non quam deceret, et facilius assensum prebuit pacis concordiæque causa libenti animo me cessurum dixissem.* Boni illi episcopi nore allecerunt, ut statim, quod dixeram, barent, mihique episcopatum abrogarent. *Ils m'ont soudain pris au mot.* Bill. not. 1315.

METRICA VERSIO.

Cepi illibenter hunc thronum: nunc at libens
Excedo. Corpus me quoque hoc facere admonet.
Unam ipse mortem debeo: hanc habet Deus.
Tu sola curam, Trinitas, affers mihi;
Quæ docta Numen lingua defendet tuum,
Timore saltem libera et zelo æstuans?
Valete: vobis nec meus labor excidat. »
Hæc dixi: at illi claudicabant: interim
Excedo, partim lætus, ac partim dolens:
Lætus, laborum quod quies contingeret;
Mœrens, statu quo plebs foret, minime sciens.
Orbatus etenim prole quis non lugeat?
Sic ipse. At illos, plusne quid reconditi
Hic sit, quam aperti, non fugit, non et Deum:
Scopuli latentes, navium exitium grave.
Hæc nempe quidam dictitant: taceo ast ego.
Nam nosse scelera subdola haud nobis vacat
Quis pura semper culta simplicitas sit,
Mater salutis, una quæ curæ est mihi.
Ast istud est mi cognitum, et nimium quidem
Facilis repente cœtus assensit mihi.
Hoc muneratur patria, quos amat, modo.
Sic ista. Quinam at me gero cum Principe?
Genibusne flexis dextram attingo ipsius?
Vocesne quasdam supplices ipsi offero?
Aliosne mitto, qui me ope ac precibus juvent
Proceresque præter cæteros, charum quibus
Me scirem? An aurum fundo, quod multos

ρῆζων τοσούτου μὴ πεσεῖν ἔξω θρόνου ;
Ἄλλων τάδ' ἔστω τῶν λίαν πολυστρόφων.
Ἐγὼ δ', ὡς εἶχον, προστρέχων ἁλουργίδι,
Πολλῶν παρόντων καὶ τάδε σκοπουμένων·
Κἀγώ τιν', εἶπον, ὦ Βασιλεῦ, αἰτῶ χάριν
245 Dices forsitan, id præsidio Spiritus factum,
Vera dicens; sed quid inde sequatur, vide.
Annon tu particeps Spiritus? Atqui maxime
Hoc ipso te effers. Quomodo ergo invides sermonem
His qui illum exquirunt? Sed profecto frustra
250 Id tribuis naturæ Spiritus,
Et justis: illi quidem, ut inspiret sermonem,
His autem ut inspiratione id accipiant, unde sapientes visi sunt.
Sic inevitabiliter verbis tuis implicaris,
Qui ea libenter ac solummodo dicis,
792-793 255 Quæ satius erat non proferri, sed intus manere.
Multum esse scio spiritum adversariorum;
Atque illum quidem tacere satius est, quam prave loqui.

quæ cutem rimis inarant, albisque squamulis obducunt (et hanc speciem exteriorem ironice *pulchram* appellat); cæterum purum integrumque et *vere pulchrum* corpus exhibere non valentibus.

231 *Τοιοῦτοι ὧν.* Ita edit. et quidem recte. Coisl. ὧν τοιοῦτοι, et quidem male, cum deficiat metrum. CAILLAU.

252 *Λάθος.* Τὸ λάθος, hic est, quod in maxima rerum graviorum copia, velut leviculum, aliud agentes effugit. Coisl. βάθος.

253 *Ἄνωθεν.* Sic Coisl. Edit. ἄνοθεν.

255 *Μεστά.* Sic Coisl. Mendose edit. ὡς μὲν τά.

258 *Πόθεν βασιλεῖς.* Videtur alludere ad gesta apostolorum, maxime Pauli coram rege Agrippa.

242 *Δημηγοροῦντες.* Ita Coisl. Mox εὐστομοῦντες. Sic etiam legisse videtur L-uv., quod non displicet Tollio. Sed mutare noluit contra illem codicis. Ne vero auctoritate codicis Coisliniani immutarimus Edit. δημηγοροῦντας... εὐστομοῦντας.

245 *Ἐν ῥοῇ.* Coisl. ἐν ῥοπῇ.

255 *Ἃ μὴ λαλεῖσθαι.* Calumnias, scilicet, quibus sanctissimos viros impetis, cum eos inscitiæ arguis, qua ipse plenus es: qui, ut pueris sapere, cœlum vituperas. TOLL.

256 *Ἄφωνον.* Alludit ad mutum, cui Christus, ejecto dæmone, loquelam reddidit (Matth. IX, 32).

METRICA VERSIO

Quomodo, precor, rudes et indoctos vocas,
Quorum hæc supersunt scripta, necnon codices,
In queis laborem ducimus vel exiles
Umbras subire, nos periti litteris;
In quos libri tanti, atque tam grandis labor,
Ut cuncta rursum lucubrationibus
Sint plena linguæ nobilisque spiritus,
Quæ, plurimos sermone fructus afferunt.
Et quomodo cœtus, duces et oppida,
Litem inferentes, et loqui non inscios.
Aut in theatro, aut ante sedes judicum,
Sophos, peritos juris, et superbia
Græcos tumentes, hi locuti publice
Diserta, tempestiva, fortia, libera,

Suasere, doctrina indigentes, quam negas?
Fortasse dices: Fecit illa Spiritus;
Nec falsa dicis. Sed quid hinc sequitur, precor?
Non particeps tu Spiritus? Et maxime
Hoc tu superbis. Quomodo verbum invides
His qui requirunt illud? At tu Flamini
Id gestis incassum referre, vel probis:
Hoc Flamini, verbum quod afflet mentibus,
Probis, quod, unde sunt sophi, flatum hauriant.
Sic implicaris tu tuis sermonibus
Necesse, qui libenter hæc solum profers,
Quæ non loqui, sed abdere melius foret.
Multum esse novi spiritum adversantium,
Quem satius est tacere, quam prave loqui.

Digitized by Google

Τῶν μὲν λύοις τὴν γλῶσσαν, ὦ Θεοῦ Λόγε,
Ὅσοι λαλοῦσιν ἔνδικα, τῶν δὲ καὶ βάρει,
Ὅσοι φυσῶσιν ἀσπίδων συρίγματα,
Πέμπουσί τ' ἰὸν ἔνδοθεν ἀδελφοκτόνον.
Οὕτω μὲν οὖν σύ· τίς δ' ἀπαιδεύτου λόγος
Ἄλλος γένοιτ' ἄν; ὡς δέ τ' ἀληθὲς ἔχει,
Φρονεῖν τ' ἄμεινον, συντόμως ἐγὼ φράσω.
Ἦσάν ποτ', ἦσαν εὐμαθεῖς, εἴπερ τινες,
Οὐκ εὐμαθεῖς δὲ τὸν εὐπρεπῆ πάντως λόγον.
Ἔχει γὰρ οὕτως· διττὸς ἡμῖν πᾶς λόγος,
Λέξεις τε, καὶ νοῦς· αἱ μὲν, οἷον ἔκτοθεν
Ἔσθημ', ὁ δ' ἔνδον σῶμα ἠμφιεσμένον.
Καὶ τοῖς μὲν ἄμφω καλὰ, τοῖς δὲ θάτερον·
Ἢ αἰσχρὸν αὖθις, ὡς μάθησις, ἢ φύσις.

Ἡμῖν δὲ, τοῦ μὲν ἐκτὸς οὐ πολὺς λόγος,
Ὅπως ποθ' ἕξει· τοῦ δ' ἔσω λίαν πολύς.
Ἐν νῷ γάρ ἐστιν ἡμῖν ἡ σωτηρία,
Πλὴν ἐκλαλουμένῳ τε, καὶ δηλουμένῳ.
Πηγῆς τί κέρδος ἐστὶν ἐμπεφραγμένης;
Τί δ' ἡλιακῆς ἀκτῖνος, ἣν κρύπτει νέφος;
Τοιοῦτόν ἐστι νοῦς σοφὸς σιγώμενος,
Οἷον ῥόδου τὸ κάλλος, ὃ κάλυξ σκέπει
Οὐκ εὐπρεπής· τὸ τερπνὸν ἐκφαίνει δ', ὅταν
Αὔραις ῥαγεῖσα τὸν τόκον θεατρίσῃ.
Εἰ δ' ἦν ἀεὶ τὸ κάλλος ἐσκεπασμένον,
Οὐδ' ἄν τις ἦρος ἦν χάρις τοῦ τιμίου.
Οὐδὲν πλέον ζητοῦμεν, ὡς οὕτω λαλεῖν,
Ὡς οἱ δοκοῦσιν εὐτελεῖς τὰ τοῦ λόγου.

At illorum solve linguam, o Dei Verbum,
Quicunque legitima proferunt ; illorum autem etiam aggrava
Quicunque inflant aspidum sibila,
Et venenum fratricidam corde emittunt.
Sic tu igitur, et quis indocti sermo
Alius esse possit ? quomodo autem veritas se habeat,
Et quid sentire satius sit, breviter ego edisseram.
Fuere olim, fuere periti, si quipiam alii,
Non tamen periti splendidæ omnino eloquentiæ.
Sic enim se res habet. Duplex nobis est sermo,
Dictiones et sententiæ. Illæ quidem velut exterior
Sunt amictus : ista ut corpus interius quod vestitur.
Ac alii quidem in utroque laudem merentur, alii in alterutro :
Aut rursus vitiosa est, ut institutio, ita et natura.
Nobis autem exterioris sermonis non magna est cura,
Quo tandem modo se habeat ; at interioris plurimam gerimus.
In sententia enim sita nobis est salus :
Sed tamen in sententia quæ profertur et declaratur.
Quæ fontis obstructi utilitas?
Quæ radii solaris, quem abscondit nubes ?
Tale quidpiam est sapiens sententia quæ tacetur,
Qualis est rosæ pulchritudo quam folliculus tegit
Non decorus : suam tamen suavitatem profert,
Cum zephyris rupta, fetum educit in lucem.
Sed si semper id quod pulchrum est tegeretur,
Nulla jam esset veris, quod tanti facimus, gratia.
Nihil amplius quærimus, nisi ut ita loquaris,
Ut ii qui sermone simplices existimantur.

265 *Εὐμαθεῖς*. Id est, prophetæ olim et apostoli fuere eruditi, omni doctrina sacra imbuti, at non omnino ea facundia, eaque splendida eloquentia, qua oratores censentur.

266 *Πάντως*. Sic in Coisl. scriptum videtur. Edit. πάντες.

269 *Ἔσθημ'. Mentem verbis amiciri, ut corpus vestimentis*, ait Synesius de Providentia. Mox ὁ δ' Ἔνδον. Leuv. ita vertit : *Hæc vero internum est aliquid simile corpori, quod amictu vestitur.*

271 *Ἢ αἰσχρὸν αὖθις*. Tollius legendum vult Ἐστ' αἰσχρόν, nec male.

275 *Πλὴν ἐκλαλουμένῳ. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter.* Toll.

279 *Ὁ κάλυξ*. Ita Coisl. Edit. εἰ.

281 *Θεατρίσῃ. Cum in calathum funditur orbis, et lata rubentium foliorum panditur ambitione*, ut ait D. Hieron. *ad Pammachium.*

282 *Εἰ δ' ἦν ἀεί*. Ita Coisl. Versus hic claudicat in editis, uno pede brevior, quod mirum non observasse Tollium.

285 *Ὡς οἱ*. Sic Tollius emendandum judicavit, quod in cod. legitur ὅσοι.

METRICA VERSIO.

Tu solve linguas, optime o Verbum Dei,
Recte loquentium, sed illorum aggrava
Qui sibila inflant aspidum, et de pectore
Lethale fratribus profundunt pharmacum.
Sic ergo tu ; nam quis viri sermo rudis
Diversus esset? Quæ sit autem veritas,
Quidve melius sit creditu, brevis eloquar.
Fuere quondam cæteros super, viri
Fuere docti, nec tamen tam splendidæ
Facundiæ periti. Habet se res ita.
Nobis duplex est sermo : verba scilicet
Sententiæque : vestis hæc velut extera,
Ista velut internum quod induitur corpus.
Bis competunt ambo, sed alterutrum alteris ;

Improbave rursus mens et institutio.
Nos verba certe externa parvi pendimus
Quo se modo habeant, plurimi vero intima.
Sententiæ nobis salutem conferunt,
Quæ proferuntur et palam emissæ sonant.
Quod fontis obstructi, precor, erit commodum ?
Est tale quiddam quæ latet sententia,
Qualis rosæ fulgor, rudis quem contegit
Folliculus ; at terris olet suaviter,
Cum rupta zephyris jam suum emittit decus.
Sed tecta semper si venustas permanet,
Nulla amplius erit læta veris gratia.
Hoc petimus, ut loquaris illorum modo,
Sermone qui videntur esse simplices ;

Digitized by Google

Εἰ δ' οὖν, παρίστη τὰς ἐκείνων ἐμφάσεις.
Αὐγῆς ποθῶ τι καὶ μέρος τῆς σῆς λαβεῖν.
Εἰ μὲν γὰρ οὐδέν εἰσιν οἱ γεγραμμένοι
Λόγοι, τοσοῦτον πῶς ἐπαιζόμην χρόνον
290 Ἢ πῶς θαλάσσης ψάμμον ἠρίθμουν μάτην,
Νύκτας συνάπτων ἡμέραις ἐν τοῖς πόνοις,
Ὡς ἄν τις ἔλθοι εἴς γε ῥυτίδας λόγος;
Εἰ δ' εἰσὶν, ὥσπερ εἰσὶν, εὖ γεγραμμένοι,
Μὴ δῶς ἀράχναις τῶν δικαίων τοὺς πόνους
295 Πέζευέ μοι τὴν λέξιν, ἀγροικοστόμει,
Οὐδὲν διοίσομ'· οἶδα καὶ βαίνειν κάτω.
Λιτὴ τράπεζα πολλάκις μοι φιλτέρα
Τῆς ὀψοποιῶν χερσὶν ἐξησκημένης.
Ἐσθὴς δ' ὁμοίως· ὡς δὲ κάλλος εὐπρεπὲς,

A 300 Οὐχ ὁ γράφουσι χεῖρες, ἡ φύσις δ' ἔχει.
Ὁ νοῦς ἀνείτω, καὶ τόδ' ἡμῖν ἀρκέσει.
Οὐδὲν τὸ κομψὸν, τοῖς θέλουσι δώσομεν.
Μή μοι τὰ Σέξτου, μηδὲ Πύῤῥωνος πλέκε·
Χρύσιππος ἔῤῥει, μακρὰν ὁ Σταγειρίτης.
305 Μηδὲ Πλάτωνος στέργε τὴν εὐγλωττίαν.
Ῥῖψον τὸ κάλλος, ὧν τὰ δόγματ' ἀποστρέφῃ.
Ἐμφιλοσόφει τῇ εὐτελείᾳ τοῦ λόγου·
Ἡμῖν ἀρέσκεις, κἂν ἀπαιδεύτως λαλῇς.
Δίδαξον ἡμᾶς, ὡς θέλεις, δίδασκε δὲ,
310 Τίς ἡ Τριὰς μοι, πῶς ἑνίζεται Θεὸς,
Καὶ τέμνετ' αὖθις, ἓν σέβας, φύσις μία,
Μονὰς, Τριάς τε, ἀγγέλων δὲ τίς φύσις,
Κόσμου τε δισσοῦ, καὶ προνοίας ἐνδίκου,

Sin minus, mentis illorum illustrationes exhibe.
Tui enim splendoris velim aliquem igniculum excipere.
Quod si nihil sunt mandatæ scriptis
Doctrinæ, quomodo tandiu operam lusi?
290 Quomodo maris nequidquam arenam numeravi,
794-795 Noctes diebus jungens laborando,
Ut aliquam saltem in rugis doctrinam assequerer?
Quod si sunt, ut sunt profecto, præclare scriptæ,
Ne des aranеis justorum labores.
295 Utere pedestri sermone, utere agresti,
Litem non movebo: scio et ipse humi serpere.
Tenuis mensa sæpe mihi amicior,
Quam quæ manibus coquorum exculta.
Vestis similiter: quemadmodum et venustas decora,
300 Non quam manus pinxerunt, sed quam habet natura.
Sententia assurgat, atque id nobis satis erit.
Nihil est elegantia: dabimus id volentibus.
Noli mihi Sexti et Pyrrhonis tricas nectere
Valeat Chrysippus, procul sit Stagirita;
305 Sed nec Platonis diligas præclarum dicendi genus.
Projice eorum ornamenta, quorum aversaris doctrinam.
Philosophare in sermonis simplicitate;
Nobis placebis, etiamsi loquaris imperite.
Doce nos, ut voles, sed tamen doce,
310 Quæ mea sit Trinitas, quomodo uniatur Deus,
Ac rursus distinguatur, una res adoranda, una natura,
Unitas et Trinitas, angelorum quæ natura,
Duplicisque mundi, ac justæ providentiæ,

286 *Ἐμφάσεις. Illustrationes*, divinam illuminandi facultatem, qua veluti cœlestes radios mentibus nostris immittunt.

290 *Θαλάσσης ψάμμον*. Vide adagiographos.

294 *Μὴ δῶς ἀράχναις*. Id est, ne ita despicias eorum scripta, ut quasi pulvere et situ digna videantur, sicut quæ neglecta aranearum telis oppleri solent. Notum est illud, *Nam tui catulli plenus est sacculus aranearum*. TOLL.

295 *Πέζευε. Utere humi serpente stylo: non exigo a te sublimem elatamque facundiam*. ID.

296 *Βαίνειν κάτω. Scio et ipse me demittere.*

299 *Ὡς δὲ κάλλος εὐπρεπές*. Cicero in *Perfect. orat.*, cap. 13: *Fucati medicamenta candoris omnia repellentur; elegantia modo et mundities remanebit.*

303 *Μή μοι τὰ Σέξτου*. Gravissima est Gregorii nostri querela, orat. *in Athan.*, de iis qui olim illas subtiliter disputandi artes in Ecclesiam invehebant. Vide tom. I, pag. 393.

306 *Τὸ κάλλος. Venustatem orationis eorum*.

307 *Ἐμφιλοσόφει. Tracta mihi res alta non tione pervestigandas, cujusmodi sunt præcipue obscurissima theologiæ, seu philosophiæ sacræ materia, sive ea quæ paulo post memorat dogmata.*

311 *Ἓν σέβας. Unum numen.*

METRICA VERSIO.

Sin minus, eorum mentis exhibeas facem.
Splendoris assequi jubar velim tui.
Si verba chartis scripta censentur nihil,
Qui tandiu ludendo tempus perdidi?
Qui supputavi calculos frustra maris,
Labore longos noctibus jungens dies,
Adesset ut rugis aliqua scientia?
Si pulchra vero scripta, ut est certum, nitent,
Ne des aranеis bonorum codices.
Loquendo sis pedes, vel ore rusticus,
Pacem tenebo: et mihi gradus humiles placent.
Est mensa tenuis sæpe dulcior mihi,
Quam quæ perita pinguis instruitur manu.
Talis et amictus: sic venustus est lepor,
Natura quem dat, non manu qui pingitur.

B Sententia assurgat: satis nobis erit.
Nihil venustas; id damus volentibus.
Non necte Sexti, neve Pyrrhonis sinus;
Chrysippus abeat, sit procul Stagirita;
Sed nec Platonis diligas facundiam.
Abjice leporem, quorum abhorres dogmata.
Sermone simplici velis fieri sophus;
Nobis placebis inde, rusticus licet.
Doce, velut libebit, sed tamen doce,
Quæ sit mihi Trias, quo modo unitus Deus,
Distinctus et sinul, licet substantia
Sit una Numenque, Unitas et Trinitas:
Natura quæ sit angelis, quæ duplicis
Sit ordo mundi, quæve providentia

Digitized by Google

Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια τοῖς πλείστοις δοκῇ·
Ψυχῆς τε, σώματός τε τίς λόγος, νόμων
Πρώτου τε, δευτέρου τε· σάρκωσις δὲ τίς
Τοῦ καὶ νοητῶν πλεῖστον ἐξεστηκότος·
Καὶ τῶν ἀνίσων μίξις εἰς δόξαν μίαν,
Νέκρωσις εἰς ἔγερσιν, οὐρανὸς πάλιν,
Ἀνάστασις δὲ, καὶ κρίσις τίνος λόγου,
Ἢ τίς δικαίοις, τίς δ' ἁμαρτωλοῖς βίος·
Πῶς ῥεῖ τὰ πάντα, φάσκε μοι, ποῦ δ' ἵσταται
Εἴ σοί τι τούτων ἐτρανώθη Πνεύματι,
Τὸ σύμπαν, εἴτε καὶ μέσως, εἴτ' ἐνδεῶς,
Ὅσον κεχώρηχ' ἡ κάθαρσις σῆς φρενός.
Μή με στερήσῃς· εἰ δὲ πάντη τυφλὸς εἶ
Τί χειραγωγεῖς μὴ βλέπων; Ὦ τοῦ σκότους
Τῷ μὴ βλέποντι χρωμένων διδασκάλῳ,
Ὡς εἰς βόθρον πέσωσι ἀγνοίας ἅμα!
Οὗτοι μὲν οὕτως· οἱ δὲ καὶ ἧσσον κακόν·
Ἄγνοια γὰρ κακὸν μὲν, ἀλλ' ἧσσον κακόν.
Τί δ' ἄν τις εἴποι, καὶ κακῶν μεμνημένος;
Εἰσὶν γὰρ, εἰσὶν ἀθλιώτεροί τινες,
Δύστην', ἀπευκτὰ τοῦ βίου κυβεύματα,
Τὴν πίστιν ἀμφιδέξιοι, καιρῶν νόμους,
Οὐ τοὺς Θεοῦ σέβοντες, Εὐριπι λόγων
Παλιρροοῦντες, ἢ κλάδων μετακλίσεις,
Θῶπες γυναικῶν, τερπνὰ δηλητήρια,
Μικροῖς λέοντες, τοῖς κρατοῦσι δ' αὖ κύνες,

A

Quamvis multa non justa plurimis videantur :
Animæ corporisque quæ ratio, item legum
Primæ ac secundæ : quæ illius incarnatio
Qui longe superat quæcunque intelliguntur :
Quæ rerum inæqualium in unam gloriam permistio,
Mors ad resurrectionem, cœlum rursus,
Resurrectionis ac judicii quænam ratio,
Aut quæ justis et malis vita :
Quomodo fluant omnia, dic mihi, et ubi consistant ;
Si quid horum tibi Spiritus perspicue retexit,
Sive totum, sive mediocriter, sive paululum,
Quantum pura ad capiendum exstitit anima tua.
Ne me defraudes ; quod si omnino cæcus es,
Cur manu ducis non videns ? o tenebras cæcorum
Non videnti utentium magistro,
796-797 Ut in foveam simul cadant ignorationis !
Atque ita quidem illi. Sed isti tamen minus malum sunt.
Ignoratio enim malum quidem est, sed minus malum.
Quid autem quis dixerit, si improborum fiat mentio ?
Sunt enim, sunt nefarii quidam,
Misera et abominanda vitæ ludibria,
In fide alternantes, temporum leges,
Non Dei colentes, Euripi doctrinæ,
Hinc illinc fluctuantes, ramorum flexus,
Adulatores mulierum, dulcia venena,
Parvis leones, potentibus canes,

B

314 *Κἂν πολλὰ μὴ δίκαια.* Vide supra lib. I, sect. 1, carm. VI, vers. 20, etc.

328 *Τῷ μὴ βλέποντι.* Mss. τῶν μὴ βλεπόντων.

334 *Τοῦ βίου κυβεύματα. Tesserarum in hac vita jactus :* qui perquam varii et inconstantes sunt, διὰ τὸ εὔστροφον, *non secus ac fortuna domina.* Martialis *in Apophoretis :*

Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem.

Vide infra carm. XXXII, vers. 57 et 58.

335 *Ἀμφιδέξιοι. Ambigui.* Loquitur de episcopis qui modo Arianorum, modo Catholicorum partes sequebantur pro ratione temporum. Sic carm. præc., vers. 708, etc., episcopos dicentes inducit :

Δουλεύομεν καιροῖς τε καὶ λαῶν πόθοις,
Ἀεὶ διδόντες τῷ πνέοντι τὸ σκάφος.

Servimus temporibus, et populorum desideriis,
Semper ratem objicientes vento afflanti.

336 *Εὔριποι* Εὔριπος ἄνθρωπος, *vir inconstans, fide, moribus inæqualis.*

337 *Κλάδων μετακλίσεις.* Id est, qui tam facile ab omni fortuna, quam rami a ventis moventur. Sic infra, carm. XVII, vers. 19 :

Κλινόμενοι καιροῖσι, δόναξ πολύκαμπτος ἀήταις.
Temporibus serviens, arundo plurimum ventis agitata.

339 *Μικροῖς λέοντες.* Sic carm. seq., vers. 81 :

Θῶπες ἐρισθενέων χθαμαλοὶ, χθαμαλοῖσι λέοντες.
Adulatores potentium demissi, demissisque leones.

METRICA VERSIO.

Justa, licet injusta videantur plurima ;
Quid mens, quid et corpus, quid et vetusta lex,
Quid et recentior, quid incarnatio
Creata longe cuncta superantis Dei :
Qui res in unum dispares coeunt decus,
Mors et resurgens vita, rursus et polus ;
Qui judicandi suscitentur mortui,
Quæ vita sit futura justis, quæ malis :
Qui cuncta consistant, precor, vel qui fluant :
Si quid tibi istorum retexit Spiritus,
Sultumve, paulumve, seu mediocriter,
Ut puritati mentis assequi datum,
Fraudare noli. Si profecto cæcus es,

B

Cur non videns ducis manu ? O caliginem
Doctore non videnti prave utentium,
Ut simul in imperitiæ foveam cadant !
Sic illi. At illi sunt minus certe malum :
Nescire quanquam sit malum, malum est minus.
Quid, si malorum vera fiat mentio ?
Sunt namque, sunt nefarii quidam viri,
Impura nimium sæculi ludibria,
Circa fidem incerti, colentes temporum,
Sed non Dei præcepta, doctrinæ Euripi,
Undæ usque mobiles, vagi usque palmitum
Flexus, amantes feminarum, dulcia
Venena, parvis nunc leones, nunc canes

Digitized by Google

340 Πάσης τραπέζης εὐφυεῖς ἰχνεύμονες,
Θύρας κρατούντων ἐκτρίβοντες, οὐ σοφῶν,
Τὸ πρὸς χάριν τιμῶντες, οὐ τὸ συμφέρον,
Ὡς ἂν κακοὺς ποιῶσι καὶ τοὺς πλησίον.
Εἶπω τι τούτων καὶ σοφὸν, κελεύσετε;
345 Ὁς μέν τις εὐγένειαν, ὃς δ' εὐγλωττίαν,
Πλοῦτόν τις ἄλλος, ὃς δὲ κομπάζει γένος.
Οἱ δ' οὐκ ἔχοντες, ἐξ ὅτου δόξουσί τι,
Ποιοῦσιν αὐτοὺς γνωρίμους πονηρίᾳ.
Σοφὸν δὲ καὶ τό· οὐ γὰρ εἰδότες λόγων,
350 Γλῶσσαν ἔδησαν τῶν λαλιστέρων ὁμῶς.
Εἰ δ' ἦν τις ὀφθαλμῶν καὶ χερῶν ἔρις,
Καὶ ταῦτ' ἂν ἡμῶν ἐξεκόψατ', ὦ σοφοί!

A Ταῦτ' οὐ πρόδηλος ὕβρις; οὐ βλάβη σαφής;
Τούτων ἀνέξεται τίς; ὦ μυστήριον!
355 Ἤδη σχεδόν τι τῆς ὅλης οἰκουμένης,
Οἷαν λαβόντες ἐκ Θεοῦ σωτηρίαν,
Ὡς σφόδρα χρώμεθ' ἀναξίοις τοῖς προστάταις!
Βοήσομ' οὐ ψευδῆ μὲν, οὐχ ἥδιστα δέ.
Σκηνή τις (οἶμοι!) παίζετ' εὐπρεπεστέρα·
360 Νῦν τὰ προσωπεῖα, τὰ πρόσωπα δ' ὕστερον.
Αἰσχρὸν μὲν εἰπεῖν, ὡς ἔχει, φράσω δ' ὅμως.
Ταχθέντες εἶναι τοῦ καλοῦ διδάσκαλοι,
Κακῶν ἁπάντων ἐσμὲν ἐργαστήριον,
Σιγῇ βοῶντες, κἂν δοκῶμεν μὴ λέγειν·
365 « Πρόεδρος ἡ κακία· πονείτω μηδεὶς·

340 Cujuslibet mensæ odori venatores,
Januas potentium terentes, non sapientium,
Id quod gratiam conciliat, pluris facientes, quam quod prodest,
Ut et proximos faciant improbos.
Vultis illorum sapientiæ specimen aliquod proferam:
345 Est qui ingenuitatem suam jactet, ille facundiam,
Alius divitias, hic genus suum.
Illi autem cum non habeant ex quo aliquid videri possint,
Nobilitant se improbitate.
Illud etiam fit ab eis sapienter; cum loqui nesciant,
350 Linguam pariter ligarunt disertiorum.
Quod si qua esset cum oculis ac manibus contentio,
Hæc quoque a nobis amputassetis, o sapientes!
Annon hæc manifesta injuria? annon apertum damnum?
Quis hæc ferat? o mysterium!
355 Quamvis jam fere per totum orbem terrarum
Miram a Domino salutem acceperimus,
Quam valde indignis utimur episcopis!
Vociferabor non falsa quidem, sed tamen non jucundissima.
Scena quædam, hei mihi! agitur speciosior:
360 Hactenus larvæ, deinceps personæ.
Pudet me dicere quomodo se res nostræ habeant; dicam tamen.
Ordinati ut virtutis doctores simus,
798-799 Malorum omnium sumus officina,
Tacite clamantes, etsi eloqui non videamur:
365 « Nequitia primas obtinet, laboret nemo:

340 *Ἰχνεύμονες.* Hesychius: Ἰχνεῦται, οἱ νῦν ἰχνεύμονες λεγόμενοι. Aliud est ichneumon, animalculum Ægyptiacum crocodilo inimicissimum, ejusque somnos explorans. Illi sunt cœnipetæ, laudicœni, cœnarum venatores. Toll.

348 *Ποιοῦσιν αὐτοὺς γνωρίμους. Famosos sese reddunt nequitia.*

349 *Λόγων.* Edit. λόγων.

350 *Ὁμῶς.* Coisl. νόμῳ.

354 *Ὦ μυστήριον!* Sic Coisl. Edit. ὦ μυστηρίων.

357 *Ὡς σφόδρα.* In quos totum carmen sequens et alia scripsit Gregorius. Ibid. ἀναξίοις. Vide tom. I, pag. 390.

359 *Οἶμοι.* Coisl. οἴμαι.

360 *Νῦν τὰ προσωπεῖα.* Sic supra lib. I, sect. carm. XXIX, vers. 4, de feminis ambitiosius cons

Ὥστε προσωπεῖον, κ' οὐχὶ πρόσωπα φέρειν.
Sic ut jam non facies, sed larvas gestetis.

361 *Αἰσχρὸν μὲν εἰπεῖν.* Coisl. αἰσχύνομ' ἐ
ὡς ἔχεις, φράσω δ' ὅμως. *Pudet me, quo te mod beas dicere, canam tamen.*

364 *Σιγῇ βοῶντες.* Tale illud Ciceronis in Q *Cæcilium*, cap. 6: *Etiamsi taceant, satis di* Sic supra, lib. I, sect. 2, carm. 11, vers. 8 catæ facies dicuntur,

Μαχλοσύνης στῆλαί τε καὶ οὐ λαλέοντες Ἔρ
Lasciviæ monumenta et tacita argumenta.

METRICA VERSIO.

Magnis, venantes naribus apertis dapes;
Qui non sophorum, sed potentum januas
Terunt, legentes quod placet, non quod prodest,
Ut proximos mali improbe faciant malos.
Vis specimen afferam quod exsistant sophi?
Facundiam unus jactat, alter indolem;
Exaltat hic opes, ille præclarum genus.
Hi nil habentes unde laudari queant,
Se nobiles reddunt malignis artibus.
Artem notate: cum loqui non calleant,
Loquentium diserta linguas comprimunt.
Si surgeret contra manus et lumina
Bellum, o sophi, secanda vobis hæc forent.

B Non evidens damnum, et patens injuria?
Quis ista sustinebit? O mysterium!
Jam quasi per omnes orbis immensi plagas
Tantas salutis spes habentes ex Deo,
Quam prorsus indignos tenemus præsules!
Non falsa clamabo, licet non dulcia.
Heu! scena quædam luditur spectabilis;
Nunc larvæ inanes, ora posthac propria.
Hæc me loqui pudet, sed hæc loquar tamen.
Jubemur omnis esse doctores boni,
Sumusque cunctorum malorum officina.
Clamore tacito, non loquentes dicimus:
« Primas scelus tenet; relinquatur labor;

Digitized by Google

Κακὰ γίνεσθε, τοῦτο συντομώτατον,
Καὶ λῷον· ἡ δὲ πρᾶξις ἵσταται νόμος.
Μόλις γὰρ ἄν τις ἐκ βίας διδασκάλων
Νεύσειεν εἰς τὸ κρεῖσσον· εἰ δ' ἔχοι τύπον
Μοχθηρὸν, ἦλω. Ῥοῦς κατὰ πρανοῦς τρέχων.
Τὸ δ' αἴτιον. Βολαῖς μὲν ἡλίου φασὶ
Κρίνειν νεοττῶν ὄψιν ἀετὸν πανσόφως·
Ἐξ ὧν νόθον μὲν, καὶ τὸ μὴ, γινώσκεται·
Καὶ τὸν μὲν ἐξέῤῥιψε, τοῦ δ' ἔστι πατήρ.
Ἡμεῖς δὲ πάντας ῥᾳδίως καθίζομεν,
Ἐὰν μόνον θέλωσι, λαοῦ προστάτας,
Οὐδὲν σκοποῦντες τῶν νέων, ἢ τῶν πάλαι,
Οὐ πρᾶξιν, οὐ λόγον τιν', οὐ συνουσίαν,
Οὐδ' ὅσον ἦχον γνωρίσαι νομίσματος,
Οὐδὲ χρόνου πύρωσιν ἐνδεδειγμένους,

A Ἀλλ' αὐτόθεν φανέντας ἀξίους θρόνων.
Εἰ γὰρ τόδ' ἴσμεν, ὡς τὸν ἐξειλεγμένον
Χείρω τίθησιν, ὡς τὰ πόλλ', ἐξουσία,
Τίς ἂν προβάλοιτ' εὖ φρονῶν, ὃν ἀγνοεῖ;
Καὶ εἰ τοσοῦτο τὴν ἐμὴν ἔργον μόνην
Ψυχὴν κυβερνᾷν ἐν βίου τρικυμίαις,
Πῶς παντὶ δώσεις αὐχένας λαοῦ τόσου,
Πλὴν εἰ καταδῦσαι τὸ σκάφος σπουδὴν ἔχεις;
Πόθεν λίθοι μὲν δυσπόριστοι τῶν καλῶν,
Καὶ γῆς ἀρώματ' οὐ τόπον παντὸς φέρειν,
Ἵππος δ' ὁ μὲν κάκιστος ἐν μέσῳ πολὺς,
Τὸν δ' εὐγενῆ τρέφουσιν οἶκοι πλουσίων·
Ὁ δὲ πρόεδρος ῥᾳδίως εὑρίσκεται,
Μηδὲν πονηθείς, πρόσφατος τὴν ἀξίαν;
Ὦ τῆς ταχείας τῶν τρόπων μεταστροφῆς!

Improbi estote, maxime id compendiarium est,
Et melius : ipsa autem facta legis loco sunt. »
Vix enim quis magistrorum conatibus
Inclinet in meliora; sed si habeat exemplar
Vitiosum, captus est. Rivus est per declivia decurrens.
Causam accipe. Solis, ut ferunt, radiis
Pullorum oculos aquila valde sapienter probat :
Ex quibus quid spurium sit, quid non, dignoscat,
Atque hunc projicit, illius est parens.
Nos autem facile quoslibet constituimus,
Si tantum voluerint, populi antistites;
Nihil considerantes, non recentia, non antiqua,
Non actionem, non sermonem ullum, non conversationem,
Nec tantum morantes, quantum oporteat ad dignoscendum numismatis sonum,
Eos qui non fuerunt tempore, et igne probati,
Subito judicamus esse dignos thronis.
Quod si id sciremus eum, qui electus est,
Potentia plerumque deteriorem fieri,
Quis cordatus eum, quem non novit, eligeret?
Quod si tantum opus est meam mentem
Solam gubernare in his vitæ fluctibus,
Quomodo cuilibet trades tantæ plebis gubernacula,
Nisi id studio habeas, ut demergatur navis?
Cur, cum lapides pretiosi non facile parabiles sint,
Nec omnis teriæ locus aromata ferat,
Cur, cum equorum pessimorum copia in propatulo sit,
Generosos autem divitum domus nutriant,
Antistes facile reperitur, nullo
Præparatus labore, subito factus ad dignitatem?
O celerem morum mutationem!

366 *Κακὰ γίνεσθε.* Sic Coisl. Edit. κακὸν γίνεσθαι.
374 *Καὶ τὸν μὲν ἐξέῤῥιψε, τοῦ δ' ἔστι πατήρ.* Hic versus deest apud Tollium, quamvis Latine redditus.
377 *Τῶν πάλαι.* Οἱ πάλαι hic prisci non sunt, sed qui jam diu fuere catholici Christiani. Toll.
381 *Ἀξίους. Sed qui ipsi sibi thronis digni videntur.*
382 *Τόδ'.* Coisl. *τότ'.*
388 *Πλὴν εἰ καταδῦσαι.* Ita Coisl. Sic etiam legit interpres : sed et defendi potest vulgata, πλεῖν ἢ καταδῦσαι, inquit Tollius, ut sit interrogationis nota post τόσου, et tum vertendum : *navigarene an demergi navem mavis?*
394 *Μηδὲν πονηθείς.* In Maximum hæc dicta

METRICA VERSIO.

tote perversi; itur hac brevius via
melius; ipsa facta legis sunt loco. »
n vix juvante verget aliquis in bonum
ctore; si malum cadat sed in typum,
pitur, velutque rivus in præceps ruit.
Hæc causa. Radiis splendidi solis, ferunt,
denter oculos aquila pullorum probat,
nde quid verum sit, aut quid spurium
noscat : hoc repellit, illius est parens.
l nos tremendo quoslibet facile throno,
nt modo ipsi, præsules imponimus,
n ponderantes quod recens, aut quod vetus,
n verba, non facta, neque vivendi modum,
: quo numismatis queat nosci sonus.
ndum probatos igne temporis, statim

B Episcopali sede dignos credimus.
Si cauta mens putaret impostum throno
In pejus ire sæpius potentia,
Quis sanus ignotum vocaret calculo?
Si tantus est meam regere mentem labor
Hujus minacis inter undas sæculi,
Qui grande vulgi cuilibet regimen dabis
Ni subter undas obrui navem velis?
Cur, cum lapilli non ubique fulgeant,
Cum campus omnis non aroma proferat,
Cum cuncta pessimis scaturiant equis,
Magnæque solum nutriant fortes domus,
Labore nullo præsulem reperit manus,
Non arte perfectum sacra, sed muneri
Statim apparatum. O promptior conversio!

Digitized by Google

Πεσσῶν κυλίσματ'· ἐν κύβοις τὰ τοῦ Θεοῦ·
Ἡ κωμικὸν πρόσωπον, ἀθρόως τεθὲν
Τῶν εὐτελεστάτων τε καὶ μικρῶν ἑνί,
Πέφηνεν ἡμῖν οὗτος εὐσεβὴς νέος.
Πολλή τις ὄντως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος,
Εἴγ' ἐν προφήταις καὶ Σαοὺλ ὁ φίλτατος.
Χθὲς ἦσθα μίμων καὶ θεάτρων ἐν μέσῳ
(Τὰ δ' ἐκ θεάτρων ἄλλος ἐξεταζέτω),
Νῦν αὐτὸς ἡμῖν ἡ ξένη θεωρία.
Πρώην φίλιππος, καὶ Θεῷ πέμπων κόνιν,
Ὡς ἄλλος εὐχὰς, ἢ νοήματ' εὐσεβῆ.
Τὸ δ' αἴτιον, πίπτων τις ἁρματηλάτης,
Ἡ τις τὰ δεύτερ' ἵππος ἐν δρόμοις φέρων·
Ἵππων δ' ἀὴρ σοι κοῦφος ἀντετύπτετο,

A Ὡς ἐκ φρενῶν πεσόντι καὶ μεμηνότι·
Νῦν εὐσταλὴς τις καὶ βλέπων αἰδὼ μόνην,
Πλὴν εἰ λαθών που πρὸς τὸ ἀρχαῖον δράμοις,
Ὡς λοξὸς, οἶμαι, πτόρθος ἐκφυγὼν βίαν
Χειρὸς κατευθύνουσαν εἰς ταυτὸν τρέχει.
Χθὲς ῥητορεύων τὰς δίκας ἀπημπόλεις,
Στρέφων ἄνω τε καὶ κάτω τὰ τῶν νόμων,
Ἐξ ὧν ἀπώλλυς, οὓς ἔσωζεν ἡ δίκη,
Στάθμῃ δικαίᾳ χρώμενος τῷ πλείονι·
Νῦν μοι δικαστὴς, καὶ Δανιήλ τις ἀθρόως.
Χθές μοι δικάζων σὺν ξίφει γυμνουμένῳ,
Τὸ βῆμ' ἐποίεις ἔννομον λῃστήριον,
Κλέπτων, τυραννῶν, καὶ πρὸ πάντων τοὺς νόμους·
Ὡς ἡμερός μοι σήμερον! Οὐδ' ἐσθῆτά τις

Alearum jactus est; in cubis sunt res divinæ :
Vel larva comica subito imponitur
Uni alicui ex vilissimis et parvis.
Nobis hic apparet novus pietatis cultor.
400 Multa sane est Spiritus gratia,
800-801 Siquidem inter prophetas etiam Saul dilectissimus.
Heri versabaris in medio mimorum et theatrorum
(Quæ post spectacula inquirat alius),
Nunc ipse nobis novum es spectaculum.
405 Nuper equorum amator, et Deo pulverem mittens,
Ut preces alius et pias cogitationes ;
Illud autem causa est; auriga quidam cecidit,
Aut equus in cursu secundas habuit;
Te autem levis equorum aer reverberabat,
410 Ut mente excussum et furentem :
Nunc autem recte compositus es, solumque vultu præfers pudorem,
Nisi forte clam ad pristinum recurras,
Ut ramus, opinor, incurvus, ubi effugit manus
Vim corrigentem, ad eamdem formam redit.
415 Heri orator jura vendebas,
Leges sus deque torquens,
Quibus eos perdebas, quos justitia servabat,
Regula justa utens plus dantis manu :
Nunc mihi judex, et quidam subito Daniel.
420 Heri jus dicens nudato cum ense,
Tribunal efficiebas legitimum latrocinium,
Furans, vim faciens, ipsis præsertim legibus :
Quam blandus es ac comis hodie! Ne vestem quidem

sunt, qui rerum erat divinarum imperitissimus. Toll. Vide tom. I, pag. 15.

396 *Ἐν κύβοις*. Vide supra, vers. 334.

399 *Εὐσεβὴς νέος. Subito factus homo religiosus.*

400 *Τοῦ Πνεύματος*. Coisl. θαύματος.

403 *Τὰ δ' ἐκ θεάτρων. Quæ vero post theatra gesseris.*

405 *Καὶ Θεῷ πέμπων*. Non potuit acerbius quidquam dici, nec urbanius. Toll.

407 *Τὸ δ' αἴτιον. Causa*, scilicet, *mutationis*, inquit interpres.

410 *Ὡς ἐκ φρενῶν*. Qui Pythii Apollinis afflantur aura, mente excidunt. Huic equorum auram comparat Gregorius, quæ illum mente, ut auriga curru, excussit. Toll.

412 *Πλὴν εἰ λαθών*.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
Horat. *Epist.* I, x, 24.

Venusta vero est illa naturæ, cui vis facta, ramo comparatio. Toll. Ibid. τό supplevit Coisl. deerat in edit.

418 *Στάθμῃ δικαίᾳ*. Ita Coisl. Edit. δικαίῳ. *Bene*, inquit Tollius, qui legendum arbitratur δίκαιος pro δικαίῳ. *Amussi*, seu *regula*, *justi usus plus dantis manu*.

METRICA VERSIO.

Est jactus aleæ, in cubis sunt res Dei :
Imponitur vix larva subito comica
Ex parvulis uni vel ex vilissimis;
Nobis sacrorum hic cultor apparet novus.
Non pauca sane Spiritus est gratia,
Cum sit prophetas inter et charus Saul.
Heri theatris assidebas comicis
(Quæ facta post scenam, requirant cæteri),
Nunc ipse nobis es novum spectaculum.
Amans equos, semper Deoque pulverem
Mittens, ut alius vota, vel sanctas preces.
Vis scire causam? Cecidit in præceps datus
Auriga, vel currendo non primas tulit
Equus. Aut equorum aer movebatur levis

B Mente tibi capto, vel furore percito;
Sed nunc pudorem fingis ore et moribus,
Nisi priorem clam recurras ad statum :
Sic flexus, opinor, ramus ut fugit manus
Vim corrigentem, pristinum redit in locum.
Fandi peritus jura vendebas heri
Orator, instituta legum destruens,
Quos æquitas servabat, hos perdens male,
Plus dantis æqua lance causam ponderans :
Nunc mihi repente judicas, Daniel novus.
Sententias heri ense nudato ferens,
Tribunal in legale vertebas scelus,
Furans, et insultans vel ipsis legibus.
Quam nunc bonus comisque! Ne vestes quidem

Digitized by Google

Οὕτως ἀμείβει ῥᾳδίως, ὡς σὺ τρόπον.
Χθὲς ἐν χορευταῖς ἐστρέφου θηλυδρίαις,
Γάμων δὲ κήρυξ ἦσθα Λυδαῖς ἐν μέσαις,
Ὠδὰς λυγίζων, καὶ πότοις γαυρούμενος·
Νῦν σωφρονιστὴς παρθένων καὶ συζύγων·
Ὡς σου τὸ καλὸν ὕποπτον ἐκ τοῦ πρὶν τρόπου!
Σίμων Μάγος χθὲς, σήμερον Πέτρος Σίμων.
Φεῦ τοῦ τάχους! φεῦ, ἀντ' ἀλώπεκος λέων!
Σὺ δ' εἰπέ μοι, βέλτιστε, καὶ πράκτωρ φόρων,
Ἤ καὶ στρατοῦ τιν' ἐκλελοιπὼς ἀξίαν,
Πόθεν πένης ὢν, εἶθ' ὑπερβαλὼν Κύρον
Τὸν Μῆδον, ἢ τὸν Κροῖσον, ἢ Μίδαν πόροις,
Πλήρη τὸν οἶκον δακρύων κεκτημένος,
Μετῆλθες εἰς τὸ βῆμα, καὶ κρατεῖς θρόνου,

A Ἔπειτα πάντα συλλαβὼν ἔχεις βίᾳ,
Τέλος, τυραννῶν καὶ Θεοῦ μυστήρια
Οἷς οὐδὲ θαῤῥεῖν προσβλέπειν ἐχρῆν ἴσως
Τοὺς μὴ λίαν πόῤῥωθεν ηὐτρεπισμένους;
Τὸ λουτρὸν, ἢ κάθαρσις ἐξήμειψέ σε;
Μεῖνον· φανήτω· καὶ τί σοι φθονήσομεν;
Ἐμὸν τὸ κέρδος· τῷ χρόνῳ τι δὸς μόνον·
Αἰτῶ σε μικρὰν τοῦ πόθου προθεσμίαν.
Εἰ δὲ καθαρθεὶς σήμερον δώρῳ Θεοῦ,
Βρύεις τὸν αὐτὸν βόρβορον ἐκ ῥᾳθυμίας,
Πηγῆς μενούσης, ἢ βρύει τὰ πρὶν κακὰ
(Ἡ γὰρ πλύσις κάθαρσις οὐ πάντως τρόπου,
Τῶν δ' ἐκφυέντων ἐκ τρόπου βλαστημάτων),
Σαφῶς τόδ' ἴσθι, πένθιμος ἡ σωτηρία.

Tam facile quis mutet quam tu mores.
Heri inter saltatores versabaris effeminatos,
Ac nuptiarum eras præco medias inter Lydias,
Cantilenas contorquens, ac compotationibus superbiens:
Nunc autem moderator es virginum ac maritos habentium.
Quam suspecta virtus tua ex præteritis moribus!
Heri Simon Magus; hodie Simon Petrus.
Heu, celeritatem! heu, vulpis loco, leonem!
Tu vero, dic mihi, o bone, qui tributorum exactor fuisti,
Aut militarem aliquam dignitatem reliquisti,
Cur, cum pauper esses, postea superasti Cyrum
Medum, aut Crœsum, aut Midam reditibus;
Refertam domum lacrymis possides;
Transisti ad sacrarium, et thronum possides;
Deinde omnia per vim occupata retines?
802-803 Tandem et in Dei mysteria tyrannidem exerces,
Quæ forsan ne respicere quidem audere fas erat
Iis qui non multo ante præparati fuerant.
At lavacrum, vel expurgatio te immutavit?
Exspecta; manifestum id fiat; et cur tibi invideamus?
Id mihi placet: tantum tempori des aliquid.
Peto a te modicam desiderii dilationem.
Sed si expurgatus hodie Dei dono,
Scaturis idem cœnum per segnitiem,
Manente fonte, ex quo pristina fluunt mala
(Est enim lavacrum expurgatio, non ipsorum prorsus habituum,
Sed eorum, quæ pullularunt ex moribus, germinum),
Scito id perspicue: luctuosa est salus tua.

426 *Κήρυξ*. Coisl. κόραξ.
427 *Λυγίζων*. Verbum hoc turpem quamdam et honestam in cantu, gestuque mollitiem significat. Toll. Coisl. λιγύζων.
432 *Πράκτωρ*. Ita Coisl. Edit. πράκτορος.
434 *Ὑπερβαλών*. Coisl. ὑπερβάλλων.
436 *Δακρύων*. Id est, *spoliis et bonis quæ vi domue cum multis possidentium lacrymis in domum tuam congessisti*. Toll.
437 *Θρόνου*. Coisl. θρόνους.
441 *Αἴαν πόῤῥωθεν*. *Multo ante*, id est, *diuturno tempore*.
444 *Ἐμὸν τὸ κέρδος*. *Id mihi placet*, id est, *sic me juveris*. Ita Toll. qui respuit versionem Leuv. quæ sic habet: *Meo consecutus es hoc commodo*. Sic infra, vers. 502.
445 *Τοῦ πόθου*. Coisl. τῷ χρόνῳ.
446 *Εἰ δὲ καθαρθεὶς*. Coisl. εἰ δ' ἐκκαθαρθείς.

METRICA VERSIO.

: mutat aliquis, ac agendi tu modum.
ri movebas perditos saltans choros,
eco thalami impurisque Lydiis comes,
denda cantans, teque jactans potibus:
nc virginum greges et uxorum regis,
am dubia virtus pristinis fit moribus!
·i Simon Magus, Petrus hodie Simon.
, promptius factum! heu, loco vulpis, leo!
ic, bone, mihi, tributa quondam colligens,
dignitate functus olim bellica,
ante pauper deinde congestis Cyrum,
sumque vicisti, Midamve copiis;
stis refertam possidens lacrymis domum,
ancta transisti, thronum victor tenes,

B Et cuncta per vim rapta sedulus occupas?
In ipsa demum sacra baccharis Dei,
Quæ vel tueri grande forsitan nefas,
Non ante multo præparatis tempore.
Certe lavacrum te vel expurgatio
Mutavit. Exspecta: probetur res; tibi
Cur invidendum? Sic mihi placet. Locum,
Des tempori tantum. Cupido pendeat
Dilata. Sed si gratia purus Dei,
Idem scaturis cœnum per socordiam,
Manente fonte, prima qui genuit mala
(Lavacrum enim non abluit mores, sed hæc
Quæ prava produxere mores germina),
Certum hoc habeto; luctuosa tibi salus.

Digitized by Google

Πεσσῶν κυλίσματ'· ἐν κύβοις τὰ τοῦ Θεοῦ·
Ἡ κωμικὸν πρόσωπον, ἀθρόως τεθὲν
Τῶν εὐτελεστάτων τε καὶ μικρῶν ἑνί,
Πέφηνεν ἡμῖν οὗτος εὐσεβὴς νέος.
Πολλή τις ὄντως ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος,
Εἴγ' ἐν προφήταις καὶ Σαοὺλ ὁ φίλτατος.
Χθὲς ἦσθα μίμων καὶ θεάτρων ἐν μέσῳ
(Τὰ δ' ἐκ θεάτρων ἄλλος ἐξεταζέτω),
Νῦν αὐτὸς ἡμῖν ἡ ξένη θεωρία.
Πρώην φίλιππος, καὶ Θεῷ πέμπων κόνιν,
Ὡς ἄλλος εὐχὰς, ἢ νοήματ' εὐσεβῆ.
Τὸ δ' αἴτιον, πίπτων τις ἁρματηλάτης,
Ἡ τις τὰ δεύτερ' ἵππος ἐν δρόμοις φέρων·
Ἵππων δ' ἀὴρ σοι κοῦφος ἀντετύπτετο,

A 410 Ὡς ἐκ φρενῶν πεσόντι καὶ μεμηνότι·
Νῦν εὐσταλής τις καὶ βλέπων αἰδῶ μόνην,
Πλὴν εἰ λαθών που πρὸς τὸ ἀρχαῖον δράμοις,
Ὡς λοξὸς, οἶμαι, πτόρθος ἐκφυγὼν βίαν
Χειρὸς κατευθύνουσαν εἰς ταυτὸν τρέχει.
415 Χθὲς ῥητορεύων τὰς δίκας ἀπημπόλεις,
Στρέφων ἄνω τε καὶ κάτω τὰ τῶν νόμων,
Ἐξ ὧν ἀπώλλυς, οὓς ἔσωζεν ἡ δίκη,
Στάθμῃ δικαίᾳ χρώμενος τῷ πλείονι·
Νῦν μοι δικαστὴς, καὶ Δανιήλ τις ἀθρόως.
420 Χθές μοι δικάζων σὺν ξίφει γυμνουμένῳ,
Τὸ βῆμ' ἐποίεις ἔννομον λῃστήριον,
Κλέπτων, τυραννῶν, καὶ πρὸ πάντων τοὺς νόμους·
Ὡς ἡμερός μοι σήμερον! Οὐδ' ἐσθῆτά τις

Alearum jactus est; in cubis sunt res divinæ:
Vel larva comica subito imponitur
Uni alicui ex vilissimis et parvis.
Nobis hic apparet novus pietatis cultor.
400 Multa sane est Spiritus gratia,
800-801 Siquidem inter prophetas etiam Saul dilectissimus.
Heri versabaris in medio mimorum et theatrorum
(Quæ post spectacula inquirat alius),
Nunc ipse nobis novum es spectaculum.
405 Nuper equorum amator, et Deo pulverem mittens,
Ut preces alius et pias cogitationes;
Illud autem causa est; auriga quidam cecidit,
Aut equus in cursu secundas habuit;
Te autem levis equorum aer reverberabat,
410 Ut mente excussum et furentem:
Nunc autem recte compositus es, solumque vultu præfers pudorem,
Nisi forte clam ad pristinum recurras,
Ut ramus, opinor, incurvus, ubi effugit manus
Vim corrigentem, ad eamdem formam redit.
415 Heri orator jura vendebas,
Leges sus deque torquens,
Quibus eos perdebas, quos justitia servabat,
Regula justa utens plus dantis manu:
Nunc mihi judex, et quidam subito Daniel.
420 Heri jus dicens nudato cum ense,
Tribunal efficiebas legitimum latrocinium,
Furans, vim faciens, ipsis præsertim legibus:
Quam blandus es ac comis hodie! Ne vestem quidem

sunt, qui rerum erat divinarum imperitissimus. Toll. Vide tom. I, pag. 15.

396 *Ἐν κύβοις*. Vide supra, vers. 334.

399 *Εὐσεβὴς νέος. Subito factus homo religiosus.*

400 *Τοῦ Πνεύματος*. Coisl. θαύματος.

403 *Τὰ δ' ἐκ θεάτρων. Quæ vero post theatra gesseris.*

405 *Καὶ Θεῷ πέμπων*. Non potuit acerbius quidquam dici, nec urbanius. Toll.

407 *Τὸ δ' αἴτιον. Causa*, scilicet, *mutationis*, inquit interpres.

410 *Ὡς ἐκ φρενῶν*. Qui Pythii Apollinis afflantur aura, mente excidunt. Huic equorum auram comparat Gregorius, quæ illum mente, ut auriga curru, excussit. Toll.

412 *Πλὴν εἰ λαθών*.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.
Horat. *Epist.* I, x, 24.

Venusta vero est illa naturæ, cui vis facta, cum ramo comparatio. Toll. Ibid. τό supplevit Coisl. deerat in edit.

418 *Στάθμῃ δικαίᾳ*. Ita Coisl. Edit. δικαίῳ. *Invice*, inquit Tollius, qui legendum arbitratur δικαίᾳ pro δικαίῳ. *Amussi*, seu *regula, justi usus plus dantis manu*.

METRICA VERSIO.

Est jactus aleæ, in cubis sunt res Dei:
Imponitur vix larva subito comica
Ex parvulis uni vel ex vilissimis;
Nobis sacrorum hic cultor apparet novus.
Non pauca sane Spiritus est gratia,
Cum sit prophetas inter et charus Saul.
Heri theatris assidebas comicis
(Quæ facta post scenam, requirant cæteri),
Nunc ipse nobis es novum spectaculum.
Amans equos, semper Deoque pulverem
Mittens, ut alius vota, vel sanctas preces.
Vis scire causam? Cecidit in præceps datus
Auriga, vel currendo non primas tulit
Equus. At equorum aer movebatur levis

B Mente tibi capto, vel furore percito;
Sed nunc pudorem fingis ore et moribus,
Nisi priorem clam recurras ad statum:
Sic flexus, opinor, ramus ut fugit manus
Vim corrigentem, pristinum redit in locum.
Fandi peritus jura vendebas heri
Orator, instituta legum destruens,
Quos æquitas servabat, hos perdens male,
Plus dantis æqua lance causam ponderans:
Nunc mihi repente judicas, Daniel novus.
Sententias heri ense nudato ferens,
Tribunal in legale vertebas scelus,
Furans, et insultans vel ipsis legibus.
Quam nunc bonus comisque! Ne vestes quidem

Digitized by Google

Οὕτως ἀμείβει ῥᾳδίως, ὡς σὺ τρόπον.
Χθὲς ἐν χορευταῖς ἐστρέφου θηλυδρίαις,
Γάμων δὲ κήρυξ ἦσθα Λυδαῖς ἐν μέσαις,
Ὠδὰς λυγίζων, καὶ πότοις γαυρούμενος·
Νῦν σωφρονιστὴς παρθένων καὶ συζύγων·
Ὡς σου τὸ καλὸν ὕποπτον ἐκ τοῦ πρὶν τρόπου!
Σίμων Μάγος χθὲς, σήμερον Πέτρος Σίμων.
Φεῦ τοῦ τάχους! φεῦ, ἀντ' ἀλώπεκος λέων!
Σὺ δ' εἰπέ μοι, βέλτιστε, καὶ πράκτωρ φόρων,
Ἢ καὶ στρατοῦ τιν' ἐκλελοιπὼς ἀξίαν,
Πόθεν πένης ὢν, εἶθ' ὑπερβαλὼν Κύρον
Τὸν Μῆδον, ἢ τὸν Κροῖσον, ἢ Μίδαν πόροις,
Πλήρη τὸν οἶκον δακρύων κεκτημένος,
Μετῆλθες εἰς τὸ βῆμα, καὶ κρατεῖς θρόνου,

A Ἔπειτα πάντα συλλαβὼν ἔχεις βίᾳ,
Τέλος, τυραννῶν καὶ Θεοῦ μυστήριον.
Οἷς οὐδὲ θαρρεῖν προσβλέπειν ἐχρῆν ἴσως
Τοὺς μὴ λίαν πόρρωθεν ηὐτρεπισμένους;
Τὸ λουτρὸν, ἢ κάθαρσις ἐξήμειψέ σε;
Μεῖνον· φανήτω· καὶ τί σοι φθονήσομεν;
Ἐμὸν τὸ κέρδος· τῷ χρόνῳ τι δὸς μόνον·
Αἰτῶ σε μικρὰν τοῦ πόθου προθεσμίαν.
Εἰ δὲ καθαρθεὶς σήμερον δώρῳ Θεοῦ,
Βρύεις τὸν αὐτὸν βόρβορον ἐκ ῥᾳθυμίας,
Πηγῆς μενούσης, ἢ βρύει τὰ πρὶν κακὰ
(Ἡ γὰρ πλύσις κάθαρσις οὐ πάντως τρόπου,
Τῶν δ' ἐκφυέντων ἐκ τρόπου βλαστημάτων),
Σαφῶς τόδ' ἴσθι, πένθιμος ἡ σωτηρία.

Tam facile quis mutet quam tu mores.
Heri inter saltatores versabaris effeminatos,
Ac nuptiarum eras præco medias inter Lydias,
Cantilenas contorquens, ac compotationibus superbiens:
Nunc autem moderator es virginum ac maritos habentium.
Quam suspecta virtus tua ex præteritis moribus!
Heri Simon Magus; hodie Simon Petrus.
Heu, celeritatem! heu, vulpis loco, leonem!
Tu vero, dic mihi, o bone, qui tributorum exactor fuisti,
Aut militarem aliquam dignitatem reliquisti,
Cur, cum pauper esses, postea superasti Cyrum
Medum, aut Crœsum, aut Midam reditibus;
Refertam domum lacrymis possides;
Transisti ad sacrarium, et thronum possides;
Deinde omnia per vim occupata retines?
802-803 Tandem et in Dei mysteria tyrannidem exerces,
Quæ forsan ne respicere quidem audere fas erat
Iis qui non multo ante præparati fuerant.
At lavacrum, vel expurgatio te immutavit?
Exspecta; manifestum id fiat; et cur tibi invideamus?
Id mihi placet: tantum tempori des aliquid.
Peto a te modicam desiderii dilationem.
Sed si expurgatus hodie Dei dono,
Scaturis idem cœnum per segnitiem,
Manente fonte, ex quo pristina fluunt mala
(Est enim lavacrum expurgatio, non ipsorum prorsus habituum,
Sed eorum, quæ pullularunt ex moribus, germinum),
Scito id perspicue: luctuosa est salus tua.

426 *Κήρυξ*. Coisl. κόραξ.
427 *Αυγίζων*. Verbum hoc turpem quamdam et inhonestam in cantu, gestuque mollitiem significat. Toll. Coisl. λιγύζων.
432 *Πράκτωρ*. Ita Coisl. Edit. πράκτορος.
434 *Ὑπερβαλών*. Coisl. ὑπερβάλλων.
436 *Δακρύων*. Id est, *spoliis et bonis quæ vi doloque cum multis possidentium lacrymis in domum tuam congessisti*. Toll.
437 *Θρόνου*. Coisl. θρόνους.
441 *Αἴαν πόρρωθεν*. *Multo ante*, id est, *diuturno tempore*.
444 *Ἐμὸν τὸ κέρδος*. *Id mihi placet*, id est, *sic me juveris*. Ita Toll. qui respuit versionem Leuv. quæ sic habet: *Meo consecutus es hoc commodo*. Sic infra, vers. 502.
445 *Τοῦ πόθου*. Coisl. τῷ χρόνῳ.
446 *Εἰ δὲ καθαρθεὶς*. Coisl. εἰ δ' ἐκκαθαρθεὶς.

METRICA VERSIO.

Sic mutat aliquis, ac agendi tu modum.
Heri movebas perditos saltans choros,
Præco thalami impurisque Lydiis comes,
Pudenda cantans, teque jactans potibus:
Nunc virginum greges et uxorum regis,
Quam dubia virtus pristinis fit moribus!
Heri Simon Magus, Petrus hodie Simon.
Heu, promptius factum! heu, loco vulpis, leo!
Dic, bone, mihi, tributa quondam colligens,
Aut dignitate functus olim bellica,
Cur ante pauper deinde congestis Cyrum,
Crœsumque vicisti, Midamve copiis;
Mœstis refertam possidens lacrymis domum,
Ad sancta transisti, thronum victor tenes,

B Et cuncta per vim rapta sedulus occupas?
In ipsa demum sacra baccharis Dei,
Quæ vel tueri grande forsitan nefas,
Non ante multo præparatis tempore.
Certe lavacrum te vel expurgatio
Mutavit. Exspecta: probetur res; tibi
Cur invidendum? Sic mihi placet. Locum,
Des tempori tantum. Cupido pendeat
Dilata. Sed si gratia purus Dei,
Idem scaturis cœnum per socordiam,
Manente fonte, prima qui genuit mala
(Lavacrum enim non abluit mores, sed hæc
Quæ prava produxere mores germina),
Certum hoc habeto; luctuosa tibi salus.

Digitized by Google

Ὅσῳ τὸ πρὶν μὲν δεξιαὶ γοῦν ἐλπίδες·
Νῦν δ' οὐδὲ τοῦτο. Ἓν χάρισμ' ἐνὸς Θεοῦ.
Ἔστω δὲ μὴ κακός τις· ἀρκέσει τόδε;
Καὶ κηρὸν οὖν στέργομεν, ὃς τύπους πάλαι
Τοὺς πρὶν λεανθεὶς, τοὺς καλοὺς μετεγγραφῇ.
Γενοῦ Ζαχαῖος· τοῖς μὲν ἠδικημένοις
Μὴ πλεῖον, αὐτὸ τὸ κεφάλαιον, εἰ δοκεῖ,
Μόνον κατάθες· οὐ γὰρ φέρεις τὸ τοῦ νόμου·
Τοῖς δ' αὖ πένησιν εἰσένεγχ', ὅσον θέλεις,
Καὶ τότε Χριστὸν ἑστιάσεις ἀξίως.
Εἰ δ' ἔνδον ὄντων τῶν σκύλων, ἢν μικρὰ δοὺς
Πένησιν, οἷει τυγχάνειν ἐλεύθερος,
Τὸ θεῖον ἡμῖν πέπρατ', εἰ θέμις λέγειν·
Πῶς γὰρ δίκαιον, τὴν βλάβην μὲν τὴν ἐμὴν
Ἄλυτον εἶναι, σοὶ δὲ τὸ χάρισμ' ἔχειν,
Τὸ μὴ δίκας δοῦναί σε τῶν τολμημάτων;
Ἔχεις χάρισμα; τῶν δ' ἀλλοτρίων γενοῦ
Πόρρωθεν· οὕτως ἡ κάθαρσις παντελής.
Εἰ δ', ἡνίκ' ἦσθα τοῦ χαρίσματος μέσος,
Εἶχες τὰ μὴ σά, μηδὲ πάντ' ἐξεπλύνου,
Ὀκνῶ τὸ ἐξῆς, παντὶ δ' οἶομαι σαφές.
Ζήτει χάρισμα· νῦν γὰρ οἶδ' ὀφειλέτην,
Κἂν ὁ θρόνος σε λίαν ὑψηλὸν ᾖρῃ.
Ὧν ἠδικήκαμεν γὰρ, οὐχ ὧν πταίομεν,
Τὸ λουτρὸν ἐξάλειψις. Ὥστε παντελῶς
Σαυτὸν καθαίροις, ἀλλὰ νυνὶ μὴ γελῷ,
Ἄλλους καθαίρων αὐτὸς ἐσπιλωμένος·
Εἰ μὴ μόνῳ σοι τοῦτο ἐκ Θεοῦ γέρας,

Nam prius quidem faustæ spes suberant:
Nunc vero ne id quidem. Una est Dei gratia.
Sit autem aliquis non malus; an id sufficiet?
Ac ceram quidem amamus, cui postquam figuræ jamdudum prius
Impressæ molliter deletæ sunt, præclaræ imprimuntur.
Fias Zachæus, ac iis, quos defraudasti,
Non plus, sed ipsam tantum sortem, si libet,
Restitue; non enim poteris ferre quod lege præscribitur:
Pauperibus autem tribue, quantum voles,
Et tunc Christum convivio digne excipies.
Sed si intus manentibus spoliis, aut pauca largiendo
Pauperibus, putas te esse liberum,
Divinum numen venale nobis est, si fas id dicere.
Quomodo enim æquum sit, ut meum quidem damnum
Minime solutum sit, in te autem gratia hanc vim habeat,
Ut pœnas facinorum non solvas?
Habes gratiam? ab his autem, quæ aliorum sunt,
Longe remotus sis: sic integra erit expurgatio.
Sed si tum, cum gratia tibi conferebatur,
Habebas non tua, nec omnino ablutus es,
Vereor dicere quod restat, sed cuilibet apertum esse puto.
Quære gratiam: nunc enim te debitorem novi,
Quamvis thronus valde te in altum extulerit.
Eorum enim quæ peccavimus, non eorum quæ peccamus
Lavacrum deletio est. Quapropter te ipsum
804-805 Omnino expurga, nec committe ut ridearis,
Dum alios expurgas maculosus ipse:
Nisi tibi soli hoc a Deo concessum sit privilegium,

453 *Ἓν χάρισμα. Una gratia*, scilicet, *baptisma, quod non repetitur.*
455 Ὅς. Coisl. ᾧ.
456 *Μετεγγραφῇ*. Coisl. μετεγγράφῃς. Tollius legendum putat μετεγγραφείς.
458 *Κεφάλαιον. Ipsam saltem summam quam eripuisti.*
459 *Τὸ τοῦ νόμου. Quod lege præscriptum, quadruplum reddere.*
464 *Πέπρατ'*. Leuv. *Ipso Numine ad quem abuteris*; mavult Tollius: *Omnis de Deo, ejusque justitia, spes nobis abiit.* Actum est de divina justitia.
467 *Τό*. Coisl. τῷ.
475 *Οὐχ ὧν πταίομεν*. Id est, *non eorum quæ deinceps post baptisma perpetramus.*

METRICA VERSIO.

Namque prius aderat læta spes, sed nunc quidem
Defecit; unum est unius donum Dei.
Non sit malus quis; hocne sufficiens erit?
Hanc ceram amamus, quæ figuris pristinis
Pravisque demptis, pulchriores suscipit.
Fias Zachæus, et vafro captis dolo
Non plus, sed ipsam redde sortem, si libet;
Non poteris etenim ferre quod lex præcipit.
Pauperibus autem da benignus, quod velis,
Christumque mensis dignus excipias tuis.
Sed si reservans cuncta, paucave conferens
Pauperibus, evadere putàs te liberum,
Venalis est nobis, loqui si fas, Deus.
Quid namque justi, si meum minime scelus
Solvatur, at tanta tibi sit vis gratiæ,
Ut non tuorum criminum pœnam luas.
Est gratia tibi? Sis procul fratrum a bonis;
Nam puritas erit tibi sic integra.
Si factus autem gratiarum particeps
Non prorsus ablutus, potiris non tuis,
Cætera loqui piget; sed omnis percipit.
Require gratiam: licet enim te thronus
Sublime tollat, debitis, scio, subjaces.
Peccata quondam, non recenter edita
Purgat lavacrum. Temet ergo sordibus
Absterge cunctis, et cachinnos præcave,
Dum sordidatus ipse sordes diluis,
Ni tale tibi datum sit uni præmium.

Digitized by Google

480 Ὡς ἃ γράφει χεὶρ βασιλέως πρὸς χάριν,
Τὸ καὶ προσεπαινεῖσθαί σε τῆς τυραννίδος·
Εἰ δ' οὐδὲ τὸ λουτρὸν ἐκκαθαίρει παντελῶς
Τοὺς, ὥσπερ εἶπον, τὴν χάριν δεδεγμένους
(Θεὸν γὰρ οὔποτ' οὐδὲ εἷς σοφίζεται,
485 Τὸν συνδέοντα καὶ σοφοὺς σοφωτέροις),
Τίς ἂν καθήραι τῶν μετὰ χρίσιν κακῶν
Τοὺς αὖθις ἐγχρωσθέντας ἰλύος βάθει,
Καὶ τῆς ἄνωθεν εἰκόνος τὴν ἀξίαν
Καθυβρίσαντας ἑρπετῶν ἢ θηρίων
490 Μορφαῖς, ἀφ' ὧν ποιούμεθα ζηλουμένων;
Πλάστης γὰρ ἄλλος ὁ τρόπος καθίσταται,
Ὃν ἔργον ἐκρίψαι τε καὶ πόρρω βαλεῖν.
Οὐδὲν γάρ ἐστι δεύτερον καθάρσιον.

A Ἅπαξ γεγέννημ', εἶτ' ἀνεπλάσθην Θεῷ·
495 Τυχόν τιν' ἄλλην ὕστερον πλασθήσομαι
Πλάσιν, καθαρθεὶς τῷ φιλοτρόπῳ πυρί.
Νῦν δ' οὐδὲν οἶδα φάρμακον, πλὴν δακρύων,
Ἐξ ὧν συνούλωσις μὲν ἔρχεται μόγις,
Οὐλαὶ δ' ὅμως μένουσιν, ὡς ἐμὸς λόγος,
500 Τῶν πρὶν κακίστων τραυμάτων κατήγοροι.
Εἰ δ' ἔστιν, ὅστις καὶ πλέον θαῤῥεῖ Θεῷ,
Ἐμὸν τὸ κέρδος· πειθέτω μόνον λέγων.
Εἴποι τάχ' ἄν τις, ὡς ἐπισκόπων χέρες,
Τό τ' ἐν μέσῳ κήρυγμα, λουτροῦ τις χάρις,
505 Ἃς τ' ἐκβοῶμεν, ὡς ἀνάξιοι, μέσας
Φωνὰς, διδόντες τὴν κάθαρσιν τῇ κλίσει,
Καὶ τῷ τυραννήσαντι δῆθεν Πνεύματι,

480 Velut ea quæ regia manu ad gratiam scribuntur,
Ut etiam de tyrannide lauderis.
Quod si nec lavacrum eos omnino expurgat,
Qui gratiam ita, ut dixi, susceperunt
(Deo enim nullus unquam verba dedit,
485 Qui sapientes etiam sapientius constringit),
Quis a malis post unctionem admissis eos expurget,
Qui rursus cœni profundo contaminati sunt,
Ac cœlestis imaginis dignitatem
Dedecorarunt reptilium aut ferarum
490 Formis, quarum ad exemplum imitando fingimur?
Est enim habitus fictor alter,
Quem difficile est eradicare et procul abjicere.
Nulla enim superest alia lustratio.
Semel generatus sum, deinde a Deo regeneratus sum:
495 Forsitan in aliam postremo effingar
Formam, beneficio expiatus igne.
Nunc autem nullum novi remedium præter lacrymas,
Quibus quidem vulnera, quanquam non facile, obducuntur,
Sed tamen cicatrices manent, et equidem arbitror,
500 Priorum pessimorum vulnerum accusationes.
Si quis autem est qui plus etiam Deo confidat,
Id mihi placet: tantum probet id quod asserit.
Sed forte quis dixerit, episcoporum manus,
Et promulgationem, quæ palam fit, et quas, ut indigni,
505 Voces proferimus, esse lavacri gratiam,
Expiationem attribuentes vocationi,
Ac Spiritui, scilicet qui tyrannidem exercuit,

481 *Τὸ καὶ προσεπαινεῖσθαι.* Ita vertit Leuv. *Ut præter ipsam tyrannidem, qua pœnas omnes respuis, etiam laudem merearis.*

487 *Ἐγχρωσθέντας.* Coisl. ἐγκωσθέντας.

495 *Τιν' ἄλλην.* Sic Coisl. Edit. τὴ ἄλλην.

496 *Φιλοτρόπῳ.* Coisl. φιλανθρώπῳ. Vide supra, vers. 11.

497 *Πλὴν δακρύων.* Tertullianus *De pœnitentia*, cap. VI: *Peccator ante veniam deflere se debet, quia empus pœnitentiæ idem quod periculi et timoris.* Absolutionem tamen confessio præcedebat, quam sequebatur conscientiæ purgatio sacrificio et manu sacerdotis, ut est apud Cyprianum *De lapsis.* Toll.

503 *Χέρες.* Alludit ad ea quæ in sacrorum ministrorum consecratione observabantur: qui consecrandus erat, prius publico præconio in ecclesia denuntiabatur: postea manus ab episcopis imponebantur.

505 *Ὡς ἀνάξιοι.* Qui consecrabantur, indignos se esse profitebantur.

506 *Τῇ κλίσει.* Forte melius *inclinationi, genuflexioni*; genibus enim flexis qui consecrabatur, impositionem manuum accipiebat.

507 *Τυραννήσαντι. Invicta vi animos moventi Spiritui.* Videtur ironice dictum.

METRICA VERSIO.

[a]nuque regis scripta sicut gratia,
[T]yrannus ut lauderis ob vetitum nefas.
[S]i nec lavacrum prorsus illos abluit,
[Q]ui gratiam, ut dixi, receperunt prius
[A]rgutiis enim Deus non fallitur,
[N]isi fallit argutos, capit et argutius);
[M]is a patratis post caput inunctum malis,
[R]ursus profundo purget immundos luto,
[Q]ui polluerunt grande cœlestis decus
[E]pi, ferarum pelle vel reptantium,
[I]arum ad rudem zelando formam fingimur.
[I]n mentis affectus creator alter est,
[E]am magnus avulsum labor repellere.
[N]on rursus alia non manet lustratio.

B Semel creatus, dein reformatus Deo,
Fortasse tandem formam versus in alteram
Fingar, benignis expiatus ignibus.
19 *Καλῶν. Quippe facilius lædimur, quam boni aliquid facimus.* Reg. 1227 κακῶν.

20 *Ἀκμῇ τοῦ παθεῖν.* Equidem si mihi martyrio defungi contigerat, hoc solatium haberem, quod cruentæ ac celeris mortis beneficio, novis deinceps cruciatibus liberarer, nec jam diuturnioribus suppliciis locus relinqueretur. Hæc hujus vocis, ἀκμῇ τοῦ παθεῖν, vis, quam ignorasse videtur Leuvenclaius, qui hunc locum sic reddidit: *Ejus rei testis ipse sum, qui dum maxime affligerer, magis etiam laborans, tandem celerrime utroque periculo sum liberatus.* Hæc prorsus a Gregorii mente aliena.

21 *Δισσοῦ.* Id est δευτέρου.

23 *Ἡμέραν.* Reg. 1227 αἰτίαν.

METRICA VERSIO.

Scitum quid hisce scilicet nugis inest.
Namque ex iambis alterum prodit genus.
Acrosticha ista perlege, et liquido scies.
Senex quidem sum, plurium et non nescius
Vitæ malorum. Ruga nam rerum parit
Usum, unde sæpe nascitur prudentia.
At nostra longo temporis cursu malum
Haud tale vidit, quale nunc, ætas gravis.
Noscas ut istud, haud opus longa mora.
Pugnant nefande principes plebis sacri;
Hos livor ater, sævus hos armat furor,
Hos torret, ignis ut rapax ferocia:
Pugnant et orbis sciditur totus simul.

B At scitus ipse, spiritusque altos gerens,
Ferire virga nentiquam poteram malos
(Id namque pretio maxime emissem libens);
Verum angularis æmulus Christi, duos
Lapides tenebam; fas erat solum hoc mihi.
Ast, ut leones ac truces apros studens
Lenire, pugnas et graves compescere,
Obtritus ipse sum miser, nec profui.
Prodesse namque est, quam pati, magis arduum.
Martyr subirem si dolores horridos,
Duplici periclo me statim mors solveret.
At ferre non est prona res injuriam,
Quæ semper urget. Semper est longum nimis.

Digitized by Google

Ταῦθ' ὅστις οὐκ ἐπίστατ', οὐδ' ἡμῶν πέλας.
Ἐν ἔργον αὐτοῖς, αἱ καθ' ἡμῶν διπλόαι
Στήτωσαν εἰς ἕν. Εἰ μὲν ἐξέστην θρόνων,
Τούτου τί μεῖζον; εἰ δ' ἀπερρίφην ἄκων,
Οἱ ταῦτα τολμήσαντες οἷων ἄξιοι;
Νῦν ἐνθρονίζομ', αὖριον δ' ἀπόθρονος.
Ἆρ' ἄν τις εὕροι τοῦδε καὶ ψευδῆ λόγον;
Χριστὲ, φράσαι τολμῶ τι τῶν ἐν καρδίᾳ.
Ἀγῶσι βασκαίνουσι καὶ λίθοις ἐμοῖς·
Ἴσως τὸ Πνεῦμα βάλλεται, φέρω σαφῶς,
Τὸ Πνεῦμ' (ἀκούσαθ'), ὡς Θεὸς, πάλιν λέγω.
Ἐμοὶ Θεὸς σὺ, καὶ τρίτον βοῶ, Θεὸς
Τοῦτ' ἔστι. Βάλλετ', εὐστοχεῖτε τοῖς λίθοις.

A Ἔστηκ' ἄτρεπτος τῆς ἀληθείας σκοπὸς,
Ῥοῖζον λόγων τε καὶ βελῶν διαπτύων.
Πατὴρ μὲν ἡμῖν ῥίζα καὶ πηγὴ καλῶν·
Ἐκ τοῦδε φῶς γεννητὸν, Υἱὸς καὶ Λόγος,
Σφράγισμ' ἀνάρχου· Πνεῦμά τ' ἄχρονος φύσις·
Θεὸς, Θεός μου, καὶ Θεὸς, τρισσὴ μονάς.
Οὐκ ἔστιν ὅς με ταῦτα κωλύσει λέγειν.
Ἴστω Τριάς μου· καιρὸς οὐ τρέψει λόγον.
Σείοιτο πάντα· μὴ τρέποιτ' ἐμοὶ Θεός.
Ἴσον γὰρ ἔν τι, καὶ τὸ πᾶν ἀτιμάσαι.
Φωνὴν ἔχω, πόλεις σὺ καὶ λαμπροὺς θρόνους.
Ἵστημι γλῶσσαν· (ὦ καλῆς τυραννίδος!)
Λάμποιμι λύχνος λυχνίας ὑπερτεθείς.

Hæc si quis ignorat, nec certe noster est vicinus.
Quod unum ipsis est in usu, suas contra me fraudes
Omnes in unum colligant. Si lubens cessi throno,
Hoc quid majus est? Si autem dejectus sum invitus,
Qui hæc ausi sunt, quid merentur?
Hodie in sede constituor, cras ejicior.
Nam quis hujus rei vel fictam protulerit causam?
Christe, ausim quid dicere, quod latet in corde.
Certaminibus invident et saxis meis;
Fortasse etiam Spiritus impetitur, dicam aperte,
Spiritus (audite), ut Deus, iterum dico.
Tu mihi Deus, tertio clamabo, Deus
Ille est. Petite nos, recta dirigite lapides.
Sto immobilis veritatis scopus;
Strepitum verborum ac telorum nihil curo.
Pater quidem nobis radix est et fons bonorum:
Ex eo genita lux, Filius scilicet, qui et Verbum,
Sigillum ejus qui principio caret; et Spiritus, temporis expers natura;
Deus, Deus meus, et Deus, trina unitas.
Non est qui prohibere possit, quominus hæc loquar.
Testem appello Trinitatem: nunquam tempus mea immutabit verba.
Concutiantur omnia; at nunquam mihi evertatur Deus.
Par crimen est unum, vel totam Trinitatem ignominia afficere.
Vocem habeo, tu vero urbes et splendidas sedes.
Coerceo linguam (quam præclara illa tyrannis!)
Splendeam velut lucerna supra candelabrum posita;

25 *Ἓν ἔργον.* Sic Reg. 1227. Recte Billius sic legendum putavit; cujus conjecturam Reg. codex confirmat. *Unum iis in usu contra nos fraudes*, etc. Edit. ἐν ἐνέργοις.

26 *Εἰ μὲν ἐξέστην.* Ita fere supra, carm. XI, vers. 1930.

33 *Ἴσως τὸ Πνεῦμα βάλλεται. Fortasse Spiritus petitur.* Hoc est, fortasse hac de causa oppugnor et exagitor, quia Spiritus sancti, cui isti bellum indixerant, divinitatem assero et prædico. Bill. Mox *φέρω.* Ita legimus cum Combef. Edit. φέρον. Leuv. vertit: *Ac mihi Spiritus etiam petitur, cui hæc omnia accidunt.*

45 *Σείοιτο.* Reg. 1227, σείοιθ' ἅπαντα.

48 *Ἵστημι γλῶσσαν.* Billius: Hæc ex adversariorum persona: quæ autem postea parenthesi includuntur, Gregorii sunt, eorum minas irridentis. Rursum hæc verba: λάμποιμι λύχνος, adversariorum sunt, licet aliter existimet Leuvenclaius, altas dignitatum sedes jactantium: quibus illud postea opponit vir sanctus, in altera vita novos thronos fore (alludens scilicet ad illud Dan. VII, 9: *Aspiciebam, et ecce throni positi sunt*), Deumque unicuique pro merito honores et dignitates distributurum esse.

METRICA VERSIO.

Qui nescit ista, prorsus hic degit procul.
Fraudes dolique (solum eis quod est opus),
Jungantur in me. Si lubens cessi throno,
Quid majus est hoc? Pulsus at si sum illibens,
Qua non luendum tam grave est pœna scelus?
In sede statuor hac die: cras hinc cado.
Proferre causam quis, licet fictam, queat?
O Christe, taciti quidpiam audax efferam.
Urunt palæstræ lividos, saxa et mea.
Fortasse petitur Spiritus: aperte loquar,
Iterumque dicam, Spiritus, tanquam Deus.
Nobis Deus tu: ter loquar, nobis Deus
Hoc est: ferite jam meum saxis caput.

B Immotus asto dogmatis veri scopus,
Nec verba curans hostium, nec spicula.
Radix bonorum, purus et fons est Pater:
Hoc genita lux est Filius, Verbum Patris,
Sigillum Anarchi, tempore carens Spiritus.
Deus, mihi Deus, ac Deus, trina unitas.
Prohibere non est qui queat sic me loqui.
Non dicta vertet tempus: id noscat Trias.
Sors cuncta quatiat dura, non vertat Deum.
Par crimen unum spernere est, atque omnia.
Vocem habeo, at urbes et thronos tu splendidos.
Linguam ipse sisto (pulchra vis hæc scilicet!)
Lucerna celso splendeam fixa in loco;

Digitized by Google

50 Ὅλην καταστράπτοιμι τὴν οἰκουμένην.
Νῦν ταῦτα· μικρὸν ὕστερον καινοὶ θρόνοι,
Πρώτων τε δευτέρων τε τάξις ἔννομος.
Ἡ δεινὸν ἦν ἂν ἡ τῇδε δυσπραξία,
Μὴ τοῦ Θεοῦ στρέφοντος ὕστερον κύβους.
55 Ἀπαξιῶ τοῖς τῇδε προσκεῖσθαι καλοῖς,
Σπένδῃ σὺ κόσμῳ τῷδε, τῷ Θεῷ δ' ἐγὼ,
Ἵν' εὐκόλως φέροιμι τὰς ἀηδίας.
Νὺξ πάντα κρύπτει, ἡμέρα φωτίζεται.
Ἡ πόλλ' ἐμόχθησ', ἀλλ' ὅμως οὐκ ἄξια
60 Μισθῶν, ὅσοι μένουσι τοὺς Θεῷ φίλους.
Ἐπρίζεθ' Ἡσαΐας, ἀλλ' ἐκαρτέρει.
Τὸ πῦρ ἐδεξιοῦτο τοὺς τρεῖς ἐν ξένῃ.

A Ἔῤῥιπτο θηρσὶν ὁ Δανιὴλ ὥσπερ φίλοις.
Ῥώμῃ δὲ Παῦλος καὶ Πέτρος νικηφόροι.
65 Ὁ Πρόδρομος δ' οὐ θῦμα τῆς παῤῥησίας;
Ἴσασιν, ὡς τέθνηκα. Ὡς δ' ἐγὼ, Πάτερ,
Σός εἰμι, κἂν με χείροσι στροβεῖν θέλοις.

IE'. *Εἰς ἑαυτὸν μετὰ τὴν ἀπὸ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐπάνοδον.*

Ἔρχομαι ἐκ βιότοιο λιπὼν μέγα λαῖτμα θαλάσσης,
Τῇ καὶ τῇ χαλεποῖς πνεύμασι βρασσόμενον.
Ἔρχομ' ἔχων ὅσ' ἔρεξα, καὶ ὅσ' ἐμόγησ' ἀπολείψας,
Τοῖς μὲν ὑποτρομέων, τοῖσι δὲ γηθόσυνος.
5 Οὐδὲν τερπνὸν ἔλειψα, τό κεν πωθέων ἀκαχοίμην·
Τοῖσι μὲν οὐκ ἐθέλων, τοῖς δ' ἐθέλων ἐδάμην.

50 Totum fulgore meo collustrem orbem.
Hæc quidem nunc: paulo post novi erunt throni,
Primorum ac secundorum ordo legitimus.
Aliter gravis esset in hac vita infelicitas,
Nisi Deus postea inverteret talos.
55 Dedignor me vitæ hujus addicere bonis.
Tu fœdus inis cum mundo isto, ego autem cum Deo,
Ut æquo animo perferam vitæ hujus molestias.
Nox omnia abscondit, dies in lucem profert.
Multos sane labores pertuli; nec tamen digni sunt
60 Præmiis, quæ manent homines Deo acceptos.
840-841 Dissecabatur Isaias, sed constanter ferebat.
Ignis excepit tres juvenes in peregrino solo.
Objiciebatur feris Daniel tanquam amicis
Romæ Paulus et Petrus victoriam reportarunt.
65 Nonne præcursor Domini occisus est ob verum dicendi libertatem?
Norunt me mortuum esse. Ego vero, mi Pater,
Tuus sum, licet me gravioribus adhuc velis affligere.

XV. *De seipso post reditum ex urbe Constantinopolitana**.

Venio linquens vitæ hujus, ceu magnos fluctus maris
Hinc inde gravissimis ventis agitatos.
Venio habens quæ perpetravi, et quæ cum labore gessi relinquens:
His quidem pertimescens, istis vero gaudens.
5 Nihil jucundum reliqui, cujus desiderio excrucier:
Ab aliis quidem nolens, ab aliis volens victus sum.

* Scriptum an. 381. — Alias Bill. 58, p. 134.

53 *Ἤν ἄν*. Reg. 1227 ἂν ἦν.
55 *Καλοῖς*. Reg 1227 κακοῖς.
56 *Σπένδῃ*. Reg. 1227 σπένδει. Leuv. *Tu temet ic mundo, quasi quoddam sacrificium, offer; ego Deo consecrabo.*
60 *Ὅσοι*. Sic mss. Edit. ὅσον. Sic apostolus ilus Rom. VIII, 18
2 *Ἐν ξένῃ*. Ita Vat. Edit. ἐν ζένῃ.
3 *Ἔῤῥιπτο*. Vat. θηρσὶν ὡς φίλοις ὁ Δανιήλ.
7 *Σός*. Ita Bill. ex conjectura : nec aberravit vir doctus. Regius enim 1227 habet σός pro σῶς, quod est in editis. Mox θέλοις pro θέλῃς.

XV. 1 *Ἔρχομαι*. Scholiastes 991, ἐξέρχομαι ἀπὸ τοῦ βίου τούτου τοῦ πολυμαχείου, *egredior ex hac vita quæ multis exagitatur certaminibus.*

6 *Τοῖσι μέν*. Schol. Τοῖς μὲν γὰρ τοῦ βίου κακοῖς καὶ μὴ θέλων ἐνέπεσον· τοῖς δὲ ὑπὲρ ἀρετῆς ἀγῶσιν ἐθέλων ὑπέκυψα. *In hujus vitæ mala non volens incidi; labores vero pro virtute libenter suscepi.*

METRICA VERSIO.

ore totum compleam mundum meo.
c ista paulo post erunt novi throni,
ignitatis ordo justus disparis.
e aliter esset rebus hic duris premi,
summus olim verteret talos Deus.
re fluxæ commodis vitæ abnuo.
undo, at ipse cup dus adjungor Deo:
sta facili sufferam ut mente omnia.
cuncta velat, lumen his affert dies:
s labores pertuli, sed præmiis
comparandos, quæ Deo charos manent.
secari maximus firme tulit.
it ignis tres edax juvenculos;
que Daniel jactus est ut mitibus:

B Paulus Petrusque lauream Romæ ferunt.
Præambulonem dat neci vox libera.
Obii ipse, norunt istud: ac tuus tamen
Sum, Pater, adhuc me gravius affligas licet.

XV. DE SEIPSO POST REDITUM EX URBE CONSTANTINOPOLITANA.

(Billio interprete.)

Æquore jam venio vitæ, trucibusque relictis
Fluctibus, hinc ventus quos gravis hincque movet.
Quæ feci, hæc habeo: quæ sudavi, illa reliqui:
Lætus ob hæc, tremulum pectus ob illa gerens.
Dulce nihil liqui, quod mœsto corde relinquam:
Cessi invita aliis mente, libente aliis.

Digitized by Google

Οἷον ἐμοὶ κτέαρ ἔσχεν ἐράσμιον, οἷος ἀπ' ἄλλων
Πλοῦτος, θαλπωρὴ λησμοσύνη καμάτων,
Τῆς μεγάλης Τριάδος ξυνὸν σέλας, ἣν ἀναφαίνων,
Ἄχρι καὶ ἀλλοδαπῶν ἦλυθον εὐπατριδῶν·
Οὐ μὴν πάμπαν ἄτρωτος, ἐπὴν λάεσσιν ἐδέχθην,
Ὡς τις ἀλιτήμων. Σὴ, Τριὰς, ἦδε χάρις.
Ἔμπαγε μὴν ἀνέφηνα, καὶ ὡς κύκλον περὶ κέντρῳ
Πάντας ἐτορνύμην ῥήμασιν εὐσεβίης.
Ἦν δρόμος, ἀλλά μ' ἔπεμψε φθόνος καὶ νοῦσος [ὀπίσσω,
Πολλὰ μάλα φθονερῷ δαίμονι μεμφόμενον,
Ὅστις ἐμῆς ὠδῖνος ἀγνὸν τόκον ἐξετίναξεν,
Ἀρτιπαγῆ, ζωῆς ἑσταότ' ἐν προθύροις.
Ἡ δ' ἄρ' ἐμὴ Τριὰς αὖθις ἀπὸ στομάτων ἀθεμίστων
Τέμνεται, ἔν τ' ἀγοραῖς, ἔν τε χοροστασίαις,

A Καὶ πόρνοι κραταίουσι λόγοι. Τὸ δὲ ῥάγμα, [αἰαῖ!
Τίς πήξει Φινεὲς πορνοφόῳ παλάμῃ
Ζηλήμων ψυχήν τε καὶ οὔνομα, ἢ τίς ἀρήξει
Δόγμασιν Ἑβραίοις πλησσομένοις ἀδίκως
Μωσῆς, ἐκ δ' ὀλέσας Αἰγύπτιον αὐτίκα μῦθον,
Λαῷ πὰρ μεγάλῳ κῦδος ἔχῃσι μέγα;
Τίς μὲν ὅλην θεότητα μετὰ φρεσὶν ἧσι βάλῃται,
Μηδὲν ὑποστέλλων τῆς μεγάλης Τριάδος
Ἠὲ νόῳ πυκινῷ τε καὶ εὐσθενέεσσι λόγοισιν,
Ἀντιπάλων ἐπέων θυμὸν ἀποσκεδάσει;
Τίς δὲ βελῶν καιροῖσιν ἀκαμπέα πίστιν ἐρύξει,
Ἄτροπος ἐν τρεπτοῖς κάρτεσιν ἱστάμενος;
Μὴ δ' ὡς εὑρίποιο πολυπλάγκτοιο ῥέεθρον,
Τῆνδε μετακλίνοι ἔνθα καὶ ἔνθα ῥέων;

Sola mihi possessio erat grata, solæ præ cæteris
Divitiæ, fomentum oblivionem laborum inducens,
Magnæ Trinitatis communis splendor; quam ego exponens,
Usque ad exteros etiam porrexi patricios:
Non tamen omnino illæsus; siquidem lapidibus exceptus sum,
Veluti quis facinorosus. Tua vero, o Trinitas, hæc est gratia.
Verumtamen annuntiavi, et veluti circulus circa centrum,
Omnes circumagebam verbis pietatis.
Fervebat opus, sed me simul invidia et morbus egerunt retro,
Plurimum invido nimium succensentem dæmoni,
Qui partus mei sanctum fetum excussit,
Recens compactum, vitæ stantem in vestibulo.
Mea vero Trinitas rursus ab oribus nefandis
Scinditur, et in foro, et in choris,
Ac meretricii vincunt sermones. Gladio, heu! heu!
Quis Phinees scortum hoc transfiget scorticida manu
Zelator ex animo et nomine, aut quis suppetias feret
Dogmatibus Hebræis inique conculcatis
Moyses, et perculiens Ægyptiacam quam primum doctrinam,
Apud magnum populum magnam comparabit gloriam?
842-843 Quis totam divinitatem cogitationibus suis capiet,
Nihil subtrahens ex magna Trinitate?
Aut quis mente prudenti et validissimis argumentis,
Adversariorum insanam doctrinam profligabit?
Quis autem belli tempore inflexibilem fidem servabit,
Immobilis stans inter dominantium varietates?
Nec, velut Euripi multivagi fluentum,
Hanc (fidem) inclinet modo in hanc, modo in illam partem deflectens?

8 *Λησμοσύνη*. Sic Vat. Edit. λησμοσύνης.
9 *Ἀναφαίνων*. Schol. ἀναδεικνύων.
14 *Ἐτορνύμην*. Schol. ἐσπευδον.
15 *Ἦν δρόμος*. Id scholiastes de conciliandæ pacis studio intelligit. Mox *φθόνος*. Ita Vat. Edit. πόνος.
24 *Ἑβραίοις*. Vat. Ἑβραίων.
30 *Θυμόν*. Reg. 991. sup. lin. τὴν μανίαν.
32 *Κάρτεσιν*. Sup. lin. δεσποτείαις. *in multis dominationibus, imperiis.*
33 *Ῥέεθρον*. Coisl. βέρεθρον.

METRICA VERSIO.

Hæ solæ mihi divitiæ, solumque levamen
Curarum, et requies sola laboris erat,
Nempe jubar Triadis, quam monstrans dissita longe
Arva libens adii, nobiliumque choros.
Non tamen omnino incolumis; namque ipse petitus
Sum saxis. Tibi sit gratia, sancta Trias.
Monstravi tamen hanc, verbis pietatis et omnes
Tornabam, ut cum cui circulus efficitur.
Cursus erat: sed me repulit morbusque laborque,
Multum incusantem dæmonis invidiam,
Qui teneros fetus nostros excussit, in ipso
Cum starent vitæ limine jam superæ.
Atque meam Triadem rursum scelerata caterva
Dissecat inque foris, dissecat inque choris,

B Ac doctrina viget petulans. Quis percitus ira
Hanc feriet, sancta confodietque manu?
Nomine quis Phinees et re zelator? Inique
Percussæ fidei quis feret ultor opem?
Quis Moses, Phario figens in dogmate telum,
In populo magno grande decusque ferens?
Quis totam in media deitatem mente locabit,
Nil Triadi minuens, nil adimensque sacræ:
Aut prudenti animo contraria dicta refellet,
Et verbis, insit vis quibus ampla satis?
Tempore quis varioque fidem retinebit eamdem
Stabit et haud firmis firmus in imperiis:
Nec velut Euripi unda means remeansque sub
Verget in hanc partem, verget in hancque

Digitized by Google

35 Τίς δὲ μόθον κρυόεντά τ' ἐρισθενέων ἱερήων
Στήσει, τοὺς φιλίης εἰς ἓν ἄγων προμάχους;
Τοῦ μὲν ἐμοὶ πόθος ἦεν, ἐπεὶ Θεὸς ὧδε κελεύει,
Χριστὸς ἄκος μερόπων οἷσι νόμοις παθέων,
Οἷς σταυρῷ συνέδησεν ὁμῶς ἀγαθούς τε κακούς τε,
40 Ὅστις ἀνακτορίης τηλόθεν, ὅς τε πέλας.
Τοὔνεκα καὶ λίθος ἐστὶν ἐπ' ἀμφοτέροις ἀκρόγωνος,
Λαοὺς εἰς ἓν ἄγων ἁρμονίῃ φιλίης.
Ἦν πόθος· οἱ δέ με πρόσθεν ἀπεχθήραντες ἄτισαν,
Οὔ τι' ἐμῆς αἰδὼ θέντο παραιφασίης.
45 Αἴθε δέ μοι Τριὰς ἦεν ἀδήριτος, ἣν βελέεσσι
Βάλλουσιν πυκινοῖς! Ὦ Τριάς, ἴσχε μόθον·
Μηδέ μ' ἀθρήσειε κακὸς φθόνος, ἀλλὰ μόγοισι
A Ἀδὸς τέλος ἡμετέροις ἐσθλὸν, ἀεξομένη.
Κλεινὸν Ἀναστασίης χαίροις ἕδος, ἥ ῥα θανοῦσαν
50 Πίστιν ἔθηκας ἄνω αὖθις ἐμοῖσι λόγοις.
Σεῖο μὲν οὐδὲ θανὼν ἐπιλήσομαι, ἀλλ' ἅμ' ἀρίστοις
Στήσομ', ὑπὲρ τεκέων λισσόμενος Τριάδα.

IG'. *Ἐρύπνιον περὶ τῆς Ἀναστασίας ἐκκλησίας, ἣν ἐπήξατο ἐν Κωνσταντίνου πόλει.*

Εὗδον δὴ γλυκὺν ὕπνον· Ἀναστασίαν δέ τ' ὄνειρος
Στῆσεν ἐμοῖσι φέρων ἡματίοισι πόθοις·
Ἡ πρώτη λόγον αἰπὺν ἐνὶ προπόδεσσι μένοντα
Ἤγαγεν ἐς κορυφὴν οὔρεος ἀκροτάτην·
5 Τοὔνεκ' Ἀναστασίαν μιν ἐπίκλησιν καλέουσι
Νηὸν, ἐμῆς παλάμης ἔργον ἀριστοπόνου.

35 Quis vero bellum horridum decertantium sacerdotum
Comprimat, pacem componens inter charitatis propugnatores?
Hujus quidem rei mihi desiderium inerat, quando quidem Deus sic jubet,
Christus medicus hominum suis suppliciorum legibus,
Quibus in cruce simul colligavit bonos et malos,
40 Et qui a regno Dei longe, et qui prope erant.
Quapropter et lapis est utrisque angularis,
Ambos in unum colligens populos compage amicitiæ.
Hoc, inquam, mihi erat desiderium; sed qui me antea oderant, spreverunt,
Nec ullam mei rationem habuerunt consilii.
45 Atque utinam belli expers esset mea Trinitas, quam crebris
Petunt telis! O Trinitas, siste bellum;
Nec me jam torvis oculis malus livor aspiciat, sed laboribus
Da finem prosperum meis, plurium ore prædicata.
Tu vero, inclyta vale Anastasiæ sedes, quæ exstinctam
50 Fidem revocasti per meas sermones.
Tui, nequidem mortuus, obliviscar, sed simul cum præstantissimis
Statuam, pro filiis meis supplicans Trinitati.

XVI. *Somnium de Anastasiæ ecclesia, quam in urbe Constantini exstruxit* *.

Carpebam dulcem somnum: Anastasiam autem somnium
Ante oculos meos statuebat, diurnis meis illam exhibens desideriis.
Hæc prima sublimem doctrinam ad radices sedentem
Perduxit ad montis cacumen altissimi;
5 Unde Anastasiam cognomine vocant,
Hoc templum, laboriosæ manus meæ opus insigne.

Scriptum an. 381. — Alias Bill. 10, pag. 78.

35 *Ἐρισθενέων.* Schol. 992 πολεμικῶν. Coisl. φιλομάχων.

38 *Οἷσι νόμοις παθέων. Christus passionis suæ legibus hoc sanxit.* Schol. τοῖς ἰδίοις παθήμασι.

40 *Ὅστις.* Alludit ad hæc Pauli verba, Ephes. II, 17: *Evangelizavit vobis pacem, qui longe fuistis, et pacem his qui prope.*

42 *Ἁρμονίῃ φιλίης.* Sic mss. Edit. ἁρμονίη.

47 *Μηδέ μ' ἀθρήσειε κακὸς φθόνος.* Edit. μηδέν' ἀθρήσειε κακὸς μόθος. Billius legit θρώσειε· nos vero legimus ἀθρήσειε cum melioris notæ codicibus, Reg. 991, Coisl. atque etiam interpretes Græcos secuti. Primi quidem Coisl., καὶ μηκέτι με φθόνος ὁ κάκιστος λοξοῖς ἀθρήσειεν ὄμμασι, etc., *nec jam me pessimus livor torvis oculis aspiciat*, etc.; et Reg. 991, μηδέ με παραβλέψῃ φθόνος ὁ κάκιστος, ἀλλ' αὐξομένη δὸς τοῖς ἐμοῖς πόνοις τέλος χρηστόν. *Nec jam sinistre me livor improbus intueatur, sed plurium ore prædicata faustum meis laboribus finem largire.*

48 *Ἀεξομένη.* Aliter, *Gregem amplificans.*

XVI. Tit. Reg. 992: *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, Ἀναστασίαν, ἣν ἐπήξατο ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Ejusdem in ecclesiam Anastasiam quam in urbe Constantini exstruxit.*

3 *Λόγον αἰπύν.* Ὑψηλόν, *Sublimem doctrinam, fidem.* Combefisius. Mox *προπόδεσσι.* Duo Regg. πραπίδεσσι, et sup. lin. διανοίαις.

METRICA VERSIO.

Bella sacerdotum quisnam ferialia sistet,
Inque unum proceres junget amicitiæ?
Hoc ego cum cuperem, namque imperat hoc quoque [Christus,
Nostra suis franget qui mala suppliciis,
Queis simul innocuos vinxit turbamque nocentum,
Quique procul regno, vel prope quisquis erat:
Unde etiam est utrisque lapis summangulus ipse,
Qui populos arcta nectit amicitia;
In me odiis illi prius exarsere, nec ulla
Consilio fuit his credere cura meo.
Atque utinam pugnæ Trias expers esset! et ipsa
Nam petitur telis. Prælia siste, Trias;
Nec quemquam bellum grave vulneret: ipsa labores
B Provehe sed crescens, o veneranda, meos.
Tuque fidem exstinctam quæ per mea verba vocasti
Ad lucem, valeas, dulcis Anastasia.
Te neque morte jacens tamen obliviscar: et inter
Eximias statuam, pro grege vota ferens.

XVI. INSOMNIUM DE ANASTASIÆ ECCLESIA, QUAM IN URBE CONSTANTINI EXSTRUXIT.
(*Billio interprete.*)

Somno ego me dulci dederam, cum luce cupita
Ante meos oculos venit Anastasia:
Hærentem quæ prima fidem radicibus imis
Montis ad excelsi culmina summa tulit.
Unde etiam templum, manus hæc quod sedula finxit,
Hinc traxit sanctæ nomen Anastasiæ.

Digitized by Google

Ἕζεσθαι δοκέεσκον ὑπέρθρονος, οὐχ ὑπέροφρυς,
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὄναρ τῖον ἀγηνορίην
Οἱ δέ μοι ἀμφοτέρωθεν ὑφεδριόωντο γεραιοὶ,
Ποίμνης ἡγεμόνες, ἔγκριτος ἡλικίη.
Οἱ δ' ἄρ' ὑπερβρηστῆρες ἐν εἵμασι παμφανόωσιν
Ἔστασαν, ἀγγελικῆς εἰκόνες ἀγλαΐης.
Λαοὶ δ' οἱ μὲν ἔχυντο περισταδὸν, ὥστε μέλισσαι,
Κιγκλίδος· ἦν γὰρ ἀγὼν ἀσσοτέρω πελάσαι.
Οἱ δ' ἱεροῖς προθύροισι περιστείνοντο ῥέοντες,
Οὕασιν ἡδὲ ποσὶν ἶσον ἐπειγόμενοι.
Ἄλλους δ' αὖτ' ἀγοραί τε πολυσχιδέες θ' ἅμ' ἀγυιαὶ,
Ποσσὶ κροαινόμεναι, πέμπον ἐμοῖσι λόγοις.
Αἱ δ' ἄρ' ἀφ' ὑψηλῶν τεγέων εὔκοσμον ἀκουὴν
Ἄγναι παρθενικαὶ κλῖνον ἅμ' ἐσθλογάμοις.

Καὶ τόδε νυκτὸς ἄθυρμα· διακριδὸν ἵστατο λαὸς
Μύθων ἡμετέρων εἰσαΐειν ποθέων.
Ὅς μὲν δὴ χθαμαλὸν καὶ ἐπίδρομον ἤτεε μῦθον·
Οὐ γὰρ ἄνω νεύειν ἤθελεν, οὐδ' ἐδάη·
Αὐτὰρ ὅγ' ὑψιθέοντα καὶ εὔστροφον, οἷσι μεμῆλει
Βένθε' ἀνιχνεύειν ἀμφοτέρης σοφίης,
Ξείνης θ' ἡμετέρης τε. Βοὴ δ' ἑκάτερθεν ὄρωρε
Ἑλκομένοιο λόγου μαρναμένοισι πόθοις.
Αὐτὰρ ἐμοὶ στομάτων Τριὰς ἔῤῥεεν ἡ μονότητος
Λαμπομένη τρισσοῖς κάλλεσιν οἰγομένοις,
Φωνῇ τε στιβαρῇ, καὶ πνεύματος αἰθομένοιο
Οἴδματι, καὶ μύθων ἅλμασιν ἀντιπάλων.
Καί ῥ' οἱ μὲν πάλλοντο, καὶ ἤνεον, οἱ δὲ σιωπῇ
Θάμβεον, οἱ δὲ λόγῳ τρύζον ἔθ', οἱ δὲ νόῳ,

844-845 Sedere mihi videbar solio elatus, sed non supercilio:
Nam ne in somnio quidem grandia sectabar.
Sub me autem ex utraque parte sedebant presbyteri
Ovilis duces, ætas selecta.
Ministri in vestibus valde splendidis
Stabant, angelicæ imago claritatis.
Plebs partim effusa erat, instar apum, circa
Cancellos: certatim enim studebant propius accedere:
Alii sacris foribus arctabantur affluentes,
Auribus æque ac pedibus properantes.
Alios plateæ, et quæ in multas partes scinduntur viæ
Pedibus calcatæ ad meos emittebant sermones.
E tectis altis verecundas aures
Inclinabant castæ virgines simul cum gravibus matronis.
Atque id quidem noctis erat ludus: non uno affectus modo stabat
Populus, qui meos audire sermones avebat.
Alii simplicem et facile currentem orationem postulabant:
Non enim sursum respicere volebant, nec didicerant;
Alii vero sublimem et vibrantem, ii nimirum, quibus curæ erat
Abdita utriusque sapientiæ investigare,
Extraneæ et nostræ. Clamor autem utrinque erumpebat,
Distracta pugnantibus inter se studiis oratione.
Mihi vero ex ore fluebat sola adoranda Trinitas
Triplici coruscans clarissima pulchritudine,
Voce vehementi, et animi ardentis impetu,
Non sine incursibus in contraria dogmata.
Atque hi quidem commovebantur et laudabant: illi silentio
Admirabantur: alii verbis stridebant, alii mente,

8 *Ὄναρ.* Int. κατ' ὄναρ, *neque in somno colui superbiam.*
9 *Γεραιοί.* Sic duo Regg. et Coisl. Edit. γεραῖσι.
10 *Ἔγκριτος.* Sic mss. Edit. ἔκκριτος.
11 *Παμφανόωσιν.* Reg. 990, et Chig. παμφανόωντες.
14 *Κιγκλίδος.* Sic Reg. 990, Cbig. et Coisl. Edit. σιγκλίδος. Hisce cancellis plebs a concionatore, vel etiam a sacerdotum choro arcebatur.
17 *Πολυσχιδέες. Multiplices vici.*
21 *Ἄθυρμα.* Reg. 990 ἄθροισμα.
23 *Καί.* Sic habet Codex Reg. 992 et Coisl. Editi autem γάρ.
32 *Καὶ μύθων. Et cum insectatione contrariorum dogmatum.*
34 *Θάμβεον.* Coisl. sup. lin. ἐξεπλήσσοντο, *stupebant, mirabantur.* Fidei hostes concionantem Gregorium audientes, triplici modo afficiebantur. Alii animo solo murmurabant: alii verbis etiam indignationem testabantur: alii denique aperte repugnabant. Bill.

METRICA VERSIO.

Sede alta, haud alta considere mente videbar,
Nam neque per somnum mente superbus eram.
Presbyterique graves sellis utrinque sedebant
Demissis, ætas lecta, ducesque gregis.
Vestibus in niveis at stabat turba ministra,
Splendorem referens agminis angelici.
Plebs vero propius cupiens accedere, partim
Circa suggestum fusa erat instar apum:
Pars sese veniens ad limina sacra premebat,
Auribus approperans, approperansque pede.
Multifidique vici, foraque omnia, rursum
Mittebant alios ad mea dicta greges.
Denique virginei cœtus, matronæ et honestæ,
E tectis aures ad mea verba dabant.

Atque hic ludus erat noctis: cupidusque popellus
Vocis erat nostræ, dispare sed studio.
Pars etenim sermonem humilem facilemque petebat
Tollere quod nollet lumen ad alta suum.
Alto gaudebat rursum pars altera, curæ est
Cui duplicis sophiæ sensa profunda sequi,
Externæ ac nostræ. Clamor resonabat utrinque,
Dum traherent voces æmula vota meas.
At divina mihi cupido Trias ore fluebat.
Unum quæ in trino lumine numen habet.
Atque hanc, et firma voce, et fervente camena
Pectore, vi magna dogmata falsa premens.
Laudabant alii: pars mirabunda silebat:
Stridula pars verbis una erat, una animo;

Digitized by Google

Θνησκούσης ὠδῖνος ἀναυδέος, οἱ δὲ μάχοντο
Οἷα καθισταμένου κύματος ἐξ ἀνέμων.
Πάντας δ' εὐεπίη κατεκήλεεν, εὐφραδέας τε
Καὶ μύθων ἱερῶν ἴδμονας εὐσεβέων,
Ἡμετέρους τε νόθους τε, καὶ οἳ μάλα τηλόθι μάνδρης
Τλήμονες εἰδώλων λάτριες ἀβρανέων.
Ὡς δὲ βότρυς λιαρῇσιν ὑπ' ἀκτίνεσσι μελαγχθείς,
Οὔτ' ὄμφαξ καθαρῶς ἠρέμα λυόμενος,
Οὔθ' ὅλος ὥριός ἐστι, τὸ μὲν μέλας, ἄλλο δ' ἐρυθρὸς,
Ἄλλο δ' ἀρ' αἰθαλόεις, ὄμφακα δ' ἄλλο ἔχει·
Ὡς οἳ δηριόωντο πεπαινομένης κακότητος,
Ἤδη καὶ ληνοῖς γήθεον εὐρυτέραις.
Ταῦτ' ἔχον· ἐκ δέ μοι ὕπνον ἀπὸ βλεφάρων ἐτίναξε
Γῆρυς ἀλεκτρυόνων, τῷ δ' ἅμ' Ἀναστασίαν.

Φάσμα δὲ φάσματος εἶχον ἐπὶ χρόνον, αὐτὰρ ἔπειτα
Καὶ τὸ φύγε κραδίην ἦκα μαραινόμενον,
Μοῦνον δ' ἄλγος ἔμεινεν ἐμοὶ, καὶ γῆρας ἀνιγρόν.
Ὦ μοι ἐμῆς Τριάδος! ὤ μοι ἐμῶν τεκέων!
Ὦ φθόνε, τίπτε μ' ἔοργας; ἔχεις τόσον· ἄλλο χέρειον
Μή τι βάλῃς ἐπ' ἐμῷ δυσθανέϊ βιότῳ.
Ἡ μὲν δὴ πολλοῖσιν ἀγαλλομένη μεγάλοις τε
Κάλλεσι δαιδαλέοις ἡ βασίλεια πόλις,
Νηοῖς οὐρανίοισιν ἀγάλλεται ἔξοχον ἄλλων,
Νηοῖς, τοῖς ποτ' ἐμοῖς, νῦν γε μὲν ἀλλοτρίοις·
Σὺν τοῖς καὶ μεγάλαυχον ἕδος Χριστοῖο μαθητῶν,
Πλευραῖς σταυροτύποις, τέτραχα τεμνόμενον.
Ἀλλ' οὐ τόσσος ἔμοιγε πόθος καὶ ἄλγος ἐκείνων,
Ὅσσος Ἀναστασίης, Βηθλεὲμ ὑστατίης.

35 Mortuo sine voce conatu: alii pugnabant
Instar fluctus a ventis agitati.
Omnes autem facundia demulcebat, disertos
Et sacrorum pietatis dogmatum peritos,
Nostros et exteros, et qui remotissimi ab ovili,
40 Miseri cultores infirmorum simulacrorum.
Quemadmodum racemus calidis sub radiis infuscatus
Neque omnino acerba est uva sensim maturescens,
Neque omnino maturus est, sed partim niger, partim rubescens,
Atque aliud seminigrum, aliud acerbum:
846-847 45 Sic illi decertabant, dum excoqueretur pravitas,
Prælisque latioribus jam gaudebam.
Atque equidem sic habebam: mihi autem somnum ex palpebris excussit
Cantus gallorum, simul atque Anastasiam.
Simulacrum autem simulacri aliquandiu retinui; sed postea
50 Ex corde evanuit leniter marcescens,
Mihique nihil superfuit præter dolorem et tristem senectam.
O mea Trinitas! o filii mei!
O invidia, quid in me patrasti? Jam tot et tanta habes: ne quid pejus
Inferas meæ miserabili vitæ.
55 Multis quidem ornata magnisque
Dædaleis monumentis regia civitas,
Templis cœlestibus supra alias gloriatur,
Templis aliquando meis, nunc alienis:
Inter quæ magnifica ædes Christi discipulorum,
60 Lateribus formam crucis habentibus, in quatuor partes divisa.
Sed ea non tantum mihi desiderium et dolorem incutiunt,
Quantum Anastasia, novissima Bethlehem.

35 *Θνησκούσης ὠδῖνος ἀναυδέος. Emoriente loquendi cupiditate, atque, ut ita dicam, prurigine.*
41 *Μελαγχθείς.* Reg. 990 μαλαχθείς.
44 *Ἄλλο ἔχει.* Tres Regg. et Coisl. ἄλλος, et sup. lin. ἄλλου ἄλλο γ'.
47 *Ταῦτ' ἔχον. Sic se res habebat.*
51 *Ἀνιγρόν.* Coisl. sup. lin. λυπηρὸν, ἀνιαρόν.
53 *Ἔχεις.* Reg. 990 ἔχοις.
60 *Σταυροτύποις.* Sic Reg. 990, et Coisl. *Lateribus cruciformibus quadrifariam sectum.* Ita nostræ basilicæ forma sua solent crucem referre, et in quatuor partes distingui. Edit. σταυροτύπος. Ibidem τεμνόμενον. Duo Regg. κοσμόμενον.
62 *Βηθλεὲμ ὑστατίης. Quasi Verbo in ea fidelium mentibus postremo concepto et nato.* Combef. ita et Gaulyer. *Sic autem*, inquit Billius, *Anastasiæ templum appellat, quia ut Christus in Bethlehem natus est, sic etiam salutifera ipsius doctrina ab hæreticis oppressa ac velut extincta, in Anastasiæ æde, Gregorii labore ac industria, in lucem revocata est.*

METRICA VERSIO.

enique pugnabant alii: nec dispar erat res,
Quam cum stante oritur sæva procella noto.
oquium at cunctos mulcebat, sive disertos,
Seu gnaros rerum quas sacra scripta docent:
stros atque nothos, et qui procul a grege nostro,
Numina ter miseri robore cassa colunt.
cta velut Phœbi radiis ardentibus uva,
Nec prorsus cocta est, nec peracerba manet:
d partim nigra est, partim quoque tincta rubore;
Partim ὄμφαξ rursum, parte subatra alia:
hi, dum vitium coqueretur, bella ciebant,
Prælaque lætus eram jam mage lata videns.
c ego: sed galli somnum mihi cantus ademit,
umque sopore simul dempsit Anastasiam.

B Ac spectrum spectri quodam mihi tempore mansit:
Post etiam hoc liquit pectus inane fuga.
Ac mihi duntaxat mansit dolor atque senectus.
Heu mea sancta Trias! Heu mea progenies!
Quid mihi fecisti, livor? Jam tanta tulisti,
Ne misero immittas asperiora precor.
Dotibus ampla quidem multis urbs regia gestit,
Multaque, quæ visu sint speciosa, tenet.
At summum decus ipsius sunt maxima templa,
Templa ego quæ quondam, nunc alienus habet
Inter quæ, quod quadruplici crucibusque notato
Est latere, eximie fulget apostolicum.
Ast ob ea haud tantus cruciat mea pectora mœror,
Quantus ob ereptam vexat Anastasiam.

Digitized by Google

Ἢ μὴν πόλλ' ἐμόγησα καὶ εἰν ἁλὶ, καὶ κατὰ γαῖαν, A
Ἐχθροῖς, καὶ φιλίοις, ποιμέσιν, ἠδὲ λύκοις,
Νούσῳ τε στυγερῇ, καὶ γήραϊ καμπυλόεντι·
Οὔτι δὲ πρόσθεν ἐμοὶ τοῖον ἐπῆλθεν ἄχος.
Οὐ τόσον Ἀσσυρίοισιν ὅτ' ἤγετο τηλόθι πάτρης
Λαὸς δουριαλὴς, νηὸν ἑκλαυσε μέγαν,
Οὐδὲ μὲν οὐδὲ κιβωτὸν, ὅτ' ἀλλοφύλοισιν ἐμίχθη·
Οὔτ' Ἰακὼβ τοπάρος υἷα κλαπέντα φίλον·
Οὐδὲ λὶς ἠϋγένειος ἐπακτήρεσσι δαμέντας
Σκύμνους, οὐδ' ἀγέλην βουκόλος ὀλλυμένην·
Οὐδὲ φιλοξείνοιο φυτοῦ καθύπερθε καλιὴν
Ὄρνις ἀφεὶς ἑκών, οὐ πολύπους θαλάμην,
Ὅσσον ἐγὼ νεόπηκτον ὀδύρομαι εἰσέτι καὶ νῦν
Νηὸν, ὃν ἄλλος ἔχει καρπὸν ἐμῶν καμάτων.
Εἴ ποτε σεῖο λάθοιτο ἐμὴν κέαρ, εἴτε τι γλῶσσα
Πρόσθε φέροι παρ' ἐμοὶ, Χριστὸς ἐμοὶ λάθοι.
Πολλάκι καὶ μεγάλων θυέων δίχα, ἠδὲ τραπείης
Λαὸν Ἀναστασίης ἤγνισα τῆλε μένων,
Στήσας ἐν πραπίδεσσιν ἀσώματον ἔνδοθι νηὸν,
Δάκρυ ἐπισπένδων φάσμασι θειοτέροις.
Ἄζυγες, ὑμνοπόλοι τε, χοροστασίαι τ' ἐρατειναὶ
Ξείνων, ἠμεδαπῶν, ἐξ ὁπὸς ἀντιθέτου,
Χῆραί τ' ὀρφανικοί τε, ἀλήμονες, ἀδρανίοντες,
Λεύσσοντες πρὸς ἐμὰς, ὥστε Θεοῦ, παλάμας,
Οἶκοί τε γλυκεροὶ, γηροτρόφοι, οὔ ποτ' ἐγωγε
Λήσομαι, οὐδ' ἐθέλων, ὑμετέρης φιλίης.
Εἰ δέ τί που καὶ ἐμεῖο πολυτλήτοιο λέλειπται
Μνῆστις ἐν ὑμετέροις, ἥδε χάρις Τριάδι.
Πολλοὶ γὰρ καιροῖσιν ἐπίρροπον ἦτορ ἔχουσιν.
Ἐν δὲ μόνοις αἰδὼς ὄμμασι κουφοτέρων.

Multa mihi terra marique acciderunt molesta,
Ab inimicis, amicis, pastoribus, lupis,
A tristi morbo et incurva senectute :
Sed nunquam hactenus tantum dolorem accepi.
Non sic in Assyriam cum procul a patria duceretur
Populus captivus magnum deflevit templum,
Neque etiam arcam, cum Philistæis immista est :
Non Jacob antea surreptum dilectum filium :
Non leæna generosa occisos a venatoribus
Catulos, non gregem bubulcus exstinctum :
Non hospitali arbori superstructum nidum
Avis relinquens invita, non polypus thalamum,
Quantum ego recens structum lamentor etiamnum
Templum, quod alter habet, fructum laborum meorum.
Si quando tui obliviscatur cor meum, si quid lingua
Tibi anteponat apud me, Christus mei obliviscatur.
Sæpe etiam sine magnis sacrificiis, sine mensa
Populum Anastasiæ lustravi longe degens,
Statuens in corde meo incorporeum intus templum,
Lacrymasque inter visa divina profundens.
Virgines, cantores, chorique amabiles
Exterorum, et nostrorum alternis psallentes,
Viduæ, orphani, pauperes, infirmi,
Qui ad meas, tanquam ad Dei, manus respiciebatis,
Dulcesque domus, senum nutrices, nunquam ego
Vestri obliviscar, etiamsi velim, amoris.
Quod si et mei, qui tanta passus sum, aliqua superest
Inter vos recordatio, hoc Triadis beneficium est.
Multi enim cor habent ex temporibus suspensum,
Ac levium hominum pudor in solis oculis residet.

69 *Ἐμόγησα. Quando a Philistæis capta est arca.*
71 *Οὐδὲ λὶς.* Ita Reg. 993. Edit. οὐ λίς, ubi deficit metrum.
79 *Ἠδέ.* Reg. 990, ἠέ.
84 *Ἐξ ὁπὸς ἀντιθέτου. Ex diversis linguis*, Combef. Interpr. 992, φωνῆς ἀντικειμένης.
90 *Ἦδε χάρις.* Id est : *Pro eo beneficio* [illegible] *Trinitati gratias habeo.*
92 *Αἰδὼς*, etc. Ita et infra, sect. 2, [illegible] ad Nemesium, vers. 318. Vulgatum proverbi inquit Billius, *Pudor in oculis :* alio tamen [illegible] hoc utitur Gregorius, ac multi solent. Quod

METRICA VERSIO.

Multa quidem persæpe tuli terraque marique,
Hostes, ac nostri, dum mihi bella movent,
Dum lupus, et pastor, morbusque et curva senecta :
Ac nondum tantus contudit ossa dolor.
Non ita Chaldæas cum plebs traheretur ad oras,
Deflevit Solymæ tecta sacrata Deo ;
Non ita, cum sanctam cepisset barbarus arcam ;
Surrepta Isacides non ita prole prius :
Non ita deflevit catulos lea sæva peremptos,
Exstinctum pastor non ita morte pecus :
Non ita flevit avis dejectum ex arbore nidum,
Pullosque implumes ; non polypus thalamum :
Quantum ego ploro recens exstructum nunc quo-
[que templum :
Quod nunc alter habet, semina nostra metens.
Si mea mens non te memoret, si lingua prius quid
B Proferat, haud Christus sit memor ipse mei.
Sæpe etiam absque sacris, mensa procul, [remotis
Lustravi nostræ vulgus Anastasiæ :
Mente mihi fingens delubrum corporis expers
Mœstaque perfundens fletibus ora meis.
Virgineos cœtus, cantores, agmina chara
Nostrorum, et tellus quos peregrina tulit :
Pupilli et viduæ, atque vagi, infirmique, manus
Cernentes nostras, non secus atque Dei
Atque domus dulces, canæ altricesque senectæ
Vestri, nec cupiens, immemor esse queam.
Quod si forte mei mentes oblivio vestras
Non prorsus teneat, gratia sit Triadi.
Multi namque suum flectunt ad tempora pectus
In levium est solis luminibusque pudor.

Digitized by Google

Κεῖνό γε μὴν ποθέω, σεπτὴ Τριάς, αἰὲν ἄληστος
Ψυχαῖς ἀρτιφύτοις σεῖο μένοι θεότης.
Χαίρετε, ὦ βασιλῆες, ἐμῶν παθέων ἐπαρωγοί·
Χαῖρέ μοι, ἀντολίη καὶ δύσι μαρνάμεναι·
Χαίρετέ μοι, ἱερῆες, ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες·
Χαῖρε, πρόεδρε τύφε· χαῖρε, πόλις μεγάλη.
Αὐτὰρ ἐγὼ χθονίων μὲν ὑπέρτερός εἰμι θοώκων,
Ἰμείρω δὲ μόνου κύδεος ἀθανάτου.
Ἀλλὰ σάω με, σάω με, φίλη Τριάς· ὑστάτιον δὲ
Ὀψόμεθ', οὗπερ ἀγνῆς θῶκος Ἀναστασίης.
Γρηγορίου γόος οὗτος Ἀναστασίην ποθέοντος,
Τῆς ποτέ μιν φθονερὴ νόσφισεν ἀδρανίη.

A IZ'. *Περὶ τῶν τοῦ βίου διαφορῶν, καὶ κατὰ ψευδιερέων.*

Ζωγράφος ἐστὶν ἄριστος, ὃς ἐν πινάκεσσι χαράσσει
Μορφὰς ἀτρεκέας, ἔμπνοα δερκομένας·
Οὐχ ὃς χρώματα πολλὰ καὶ εὔχροα μάψ ἐπιμίξας,
Λειμῶνα γραπτὸν δείκνυσιν ἐκ πινάκων.
Νῆα δὲ ποντοπόρειαν ἐπῄνεσα, οὐ παρασήμοις
Κάλλεσιν, οὐ πρύμνης ἄνθεσι λαμπομένην·
Ἀλλ' ἣν ναυπηγοῖο χέρες γόμφοισιν ἄριστα
Δῶκαν πηξάμεναι κύμασι θαρσαλέην.
Καὶ στρατός ἐστιν ἄριστος, ἀρήϊος ἀντὶ καλοῖο,
Καὶ δόμος αἰγλήεις δεύτερος εὐπαγέος.
Ὡς δὲ βίων βροτέων. Ὁ μὲν ἄμβροτος, ὃν τινα Χριστῷ
Τάρβος ἄγει, πλεκτῆς ἀλλότριον κακίης,

Illud autem opto, veneranda Trias, ut semper fixa ac nunquam obliviscenda
Animabus recens generatis tua maneat deitas.
Valete, o reges, meis in ærumnis adjutores:
Valete, Oriens et Occidens, invicem decertantes:
Valete, sacerdotes, in invicem incurrentes:
Vale, dominator fastus; vale, magna civitas.
Terrestribus equidem excelsior sum thronis,
Ac solius gloriæ immortalis cupidus.
Sed salva me, salva, chara Trinitas: postremo
Videbimus, ubi puræ sit sedes Anastasiæ.
Gregorii hic gemitus Anastasiam desiderantis,
Ex qua illum aliquando invida imbecillitas expulit.

XVII. *De diversis vitæ generibus, et adversus falsos episcopos*[a].

Pictor optimus est, qui tabulis exprimit
Sinceras formas, et quasi vivum quiddam intuentes;
Non qui varios et pulchros colores nequidquam miscens
Pratum pictum ostendit ex tabulis.
Navem euntem in mare laudo, non quæ insignibus
Ornamentis, aut puppis floribus coruscat;
Sed quam artificis manus clavis optime
Compactam fluctibus tutam commiserunt.
Præstantissimus exercitus est, non qui pulcher, sed qui bellicosus,
Et domus renidens firmiter structæ concedit.
Sic se habent hominum vitæ. Alia est immortalis, quam ad Christum
Timor adducit, subdolæ expertem pravitatis,

Scriptum an. 381. — Alias Bill. 11, pag. 79.

pudorem in levium oculis situm esse, non hoc
, eum in hujusmodi hominibus elucere; in
is enim minus elucet. Verum hoc significare
ndit, homines levitate ac inconstantia laboran-
simul atque amici ex eorum oculis excesserint,
rem omnem et benevolentiam ex animis ejicere
e.

Ἄληστος. Duo Regg. ἄληπτε.

102 *Ἀναστασίης*. Reg. 990 Ἀναστασίας. Idem postea Ἀναστασίαν.

XVII. Tit. *Περὶ τῶν τοῦ*, etc. Hunc titulum plures Regii codices exhibent. Coisl. et alii solummodo εἰς ἐπισκόπους.

9 *Ἔστιν ἄριστος ἀρήϊος*. Sic Coisl. et Vat. In Paris. edit. deest ἄριστος...

11 *Ἄμβροτος, incorrupta, purissima.*

METRICA VERSIO.

ccor, o veneranda Trias, de mentibus unquam
teneris Numen possit abire tuum.
ıala juvistis, o reges, nostra, valete:
quoque pugnantes Ortus et Occubitus;
ices, geritis qui mutua bella, valete:
s mihi, cum fastu præside, magna, vale.
ıis solis ego sum sublimior, atque
estis famæ me rapit unus amor.
, sancta Trias, conserva: postque videbo
æ ubi sit sedes inclyta Anastasiæ.
ii hic luctus, mœsta dum mente requirit,
ı qua pepulit livor, Anastasiam.

B XVII. DE DIVERSIS VITÆ GENERIBUS, ET ADVERSUS FALSOS EPISCOPOS.

(*Billio interprete*)

Optimus est pictor, veras vivumque tuentes
Qui scite formas exprimit in tabulis:
Non qui multiplices frustra variosque colores
Miscens, ante oculos florida prata locat.
Hanc ego laudo ratem, non quæ depicta venuste est
Et vario in puppi tincta colore micat:
Artificis sed quæ manibus constructa periti,
Per mare, per fluctus non timet ire graves.
Agminibus pulchris annon Mavortia præstant?
Non nitidæ firma est anteferenda domus?
Sic duplices vitæ. Vita est hæc optima, Christum
Quæ metuens sequitur, crimen et omne fugit.

Digitized by Google

Ἔμπεδον, ἀστυφέλικτον, ἀπενθέα. Ὃς δὲ κάκιστος,
Ἔνδοθεν ἀδρανέων, ἔκτοθε κάρτος ἔχων,
Ὠκύμορον, φρενοπλῆξιν ὁμοίτον, οἷσιν ἅπαντα
Δινήεντα πέλει ἀστατέουσι νόον.
Τοῖος καὶ Χριστοῖο μεγακλέος ἀρητῆρσι
Θυμός. Ὁ μὲν βροτέου λάτρις ἀεισθενέος,
Κλινόμενος καιροῖσι, δόναξ πολύκαμπτος ἀήταις,
Παντοίης κακίης οὐκ ἄκος, ἀλλὰ τύπος
Αὐτὰρ ὅ γε τρομερῇσι καὶ εὐαγέσιν παλάμῃσι
Δῶρον ἄγει, Χριστοῦ σαρκὶ χαριζόμενος,
Καὶ μεγάλοις παθέεσσιν, ὅπερ θεὸς ἐνθάδ' ἀνέτλη,
Ῥύσιον ἀρχεγόνων ἡμετέρων παθέων·
Ὃ ζώει μούνῳ καὶ τέρπεται· ᾧ ῥα κεάζει
Θυμὸν ἀπὸ χθονίων ἔνθεν ἀνιστάμενος.
Ἀνθρώπων δ' ἀγαθοῖσι διδοῖ φρένα, τοῖς δὲ κακοῖσι
Κάμπτεται, ὅσσα λίθος ὀκρυόεις ἀδάμας·
Οὐδ' ὅ γ' ἐπιστρέφεται πλούτου μεγάλων τε θώκων
Οὐ δόξης βροτέης ἐνθάδε συρομένης·
Οὐδὲ δορὴν βασιλῆος ἔχων βριαροῖο λέοντος,
Κεύθει κερδώην ἔνδοθι δουλοσύνην,
Νεκροβόρος, δολόμητις, ἀτάσθαλος, ἄλλος ἐν ἄλλοις
Παντοδαποῖς κακίης εἴδεσι κλεπτόμενος.
Ἀλλὰ νόον καθαροῖσι νοήμασιν αἰὲν ἀέξων,
Ἤδη καὶ Τριάδος ἅπτεται οὐρανίης,
Ἧς τύπον ἐστήριξεν ἐνὶ πραπίδεσσιν ἑῇσι,
Κῦδος ἐν ἐν τριστοῖς κάλλεσι δερκόμενος,
Καὶ λαὸν θυέεσσιν ἀγνοῖς θεοειδέα τεύχων,
Ὑστάτιον ψυχῆς θύματ' ἀναιμα φέρει.

850-851 Stabilem, insuperabilem, luctu carentem. Alia pessima est,
Intus infirma, exterius robore prædita,
Quod cito perit, et simile est mente captis, quibus omnia
Tanquam turbine circumaguntur, cum ipsi mente instabiles sint.
Talis est et Christi, cujus magna est gloria, sacerdotibus
Animus. Hic hominis præpotentis cultor,
Temporibus serviens, arundo plurimum ventis agitata,
Vitii omnis non remedium, sed exemplar.
Rursus ille tremulis et sanctis manibus
Donum offert, Christi carne reconciliatus,
Magnisque suppliciis, quæ Deus hic pertulit,
Ut nos a malis, quæ ab initio generis patimur, liberaret.
Huic soli vivit et gaudet : hujus causa abstrahit
Animum a terrestribus hinc assurgens.
Humanis autem bonis non magis animum adjungit, aut malis
Flectitur, quam rigidus lapis adamantinus ;
Neque etiam divitias curat, aut magnas sedes,
Aut gloriam humanam, quæ ultra hanc vitam non trahitur :
Nec regia indutus magnanimi leonis pelle,
Vulpinam intus servitutem abscondit,
Mortuorum vorator, dolosus, improbus, alius in aliis rebus,
In variis nequitiæ omnis speciebus latens.
Sed mentem puris cogitationibus semper augens,
Jam cœlestem etiam Trinitatem attingit,
Cujus imaginem in suo corde impressit,
Unam in tribus luminibus gloriam considerans,
Ac populum puris sacrificiis ad Dei similitudinem informans,
Tandem animæ victimas incruentas offert.

13 Ἀστυφέλικτον. Ἀμεταχίνητον.

17 Ἀρητῆρσι. Vat. ἀροτῆρσι.

18 Ἀεισθενέος. Mallem εὐσθενέος, ni repugnaret metrum. Deo siquidem soli convenit primum, cujus æterna est potentia ; minime vero homini, cujus potestas caduca semper et temporaria est. Possis etiam ex ipso Gregorio interpretari, ἐρισθενέος. Sic supra carm. XIII, vers. 81, θῶπες ἐρισθενίων appellat *adulatores qui viris potentibus blandiuntur*.

23 Μεγάλοις. Ita Vat. et Coisl. Edit. μεγάλῃς.

24 Ῥύσιον. Vat. λύσιον.

27 Ἀνθρώπων δ' ἀγαθοῖσι διδοῖ φρένα. *Hominibus probis mentem tradit, sese addicit, mentem*, etc.

30 Ἐνθάδε συρομένης. Int. Coisl. *reptantem*.

32 Δουλοσύνην. *Dolum, fraudem* vulpinam pellem prætendere, idem est quod grassari ; vulpinam autem prætexere, idem astu rem gerere. Alludit ad Lysandri verba ad fraudem confugiendum esse, cum nihil proficeret. Billius.

35 Νεκροβόρος. Hoc est, *funebribus libenter operam, cum interim præcipua nihil curat*.

METRICA VERSIO.

Ac firma et luctus expers manet : altera prava,
Debilis interius, robore nixa foris ;
Robore nixa brevi, dementibus assimilisque,
Qui verti instabiles omnia mente putant.
Sacrificis Christi mens et sententia talis.
Hic etenim humanum robur opesque colit,
Temporibus cedens, ut arundo agitabilis auris :
Exemplum vitii, non medicina malis.
At tremulis alter manibus dat dona piisque,
Dum Christi carni sedulus obsequitur,
Et gravibus pœnis, quas hic, ut mole malorum
Nos veterum dura solveret, ille tulit :
Cui soli vivit, quo solo gaudet, et ob quem
Distractum hinc animum tollit ad astra levis.
Atque viris sanctis totum se addicit et hi
Utque adamas nullis frangitur ipse mal
Ingentes non curat opes subselliaque alt
Non, quod mortale est, serpit humique
Non hic magnanimi contectus pelle leon
Vulpinum occultat pectore servitium,
Improbus, astutus, varius, sua crimina
Mille tegens, pascens seque cadaveribu
Sed pura cunctis increscens mente dieb
Jam venerandam etiam pertigit ad Tri
In medio cujus sculpsit sibi pectore lum
Unum dum triplici cernit in igne deco
Divinam et plebem reddens per sacra ve
Tandem animum mactat sacrificatque s

Digitized by Google

Τῶν μὲν ἐγὼ ποθέων εἷς ἔμμεναι (οὐκ ἐπικεύσω),
Ἤδη καὶ προθύρων ἔνδοθι ταρσὸν ἔχων,
Ὡς ἴδον αἰσυλα ἔργα, κακορράφίην τ' ἀλεγεινὴν,
Ἀψ ἀναχασσάμενος ἐκτὸς ἔθηκα πόδα,
Ἠ μὴν πόλλ' ἐμόγησα καὶ εἰν ἄλλοισιν ἀπίστοις,
Οἷσιν ἔνι γλώσσης ἦχος ἔθ' ἡμετέρης.
Λᾶες ἐμοὶ, κείνων δὲ Τριὰς, θεότης νεόπηκτος·
Τοίοις ἀλλήλους ξεινίσαμεν ξενίοις.
Ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπόειξα, λιπὼν λόγον οὐκέτ' ἄπιστον,
Πάντοθεν ἡμετέροις κύμασι βαλλόμενος.
Κεῖμ'· ἐπίβαιν', ἐπίβαινε, κακὲ φθόνε. Ἦ τάχα δή σε
Σχήσω, καὶ πυμάτοις πείρασι κευθόμενος,
Καὶ θηρὸς ζοφεροῖσιν ἐνὶ σπλάγχνοισιν ἐρχθεὶς,
Κήτεος εἰναλίου, ὥς ποτ' Ἰωνᾶς ἔδυ.

A Σῶμα μὲν ἐν σπλάγχνοισι· νόος δ' ἀδέτοισιν ἐρωαῖς
Βήσεται, οἷ κ' ἐθέλει, καί περ ἐεργόμενος.
Τοῦτ' ἀγαθῶν μόνον ἔσται ἐλεύθερον, οὔτε καθεκτὸν,
Οὔθ' ἑλετὸν, Χριστῷ νοῦς ἀναειρόμενος.
Οὐ θνητοῦ βασιλῆος ὁμέστιος, ὡς τοπάροιθεν,
Γρηγόριος, θυλάκῳ ἦρα φέρων ὀλίγην,
Κείμενος ἐν μέσσοισι, κατηφιόων καὶ ἄναυδος·
Ἄπνοον ἄσθμα φέρων, δούλια δαινύμενος.
Οὐχ ἕδρῃ τίσει με δικασπόλος, ἠὲ συνέδρῳ,
Ἠὲ χαμαιπετεῖ, πνεύματι μέτρα νέμων.
Οὐδὲ χέρας φονίους προσπτύξομαι, οὐδὲ γενέθλιον
Δράξομαι, ὥστ' ὀλίγης ἀντιτυχεῖν χάριτος·
Οὐδ' ἱερὴν ἐπὶ δαῖτα, γενέθλιον, ἠὲ θανόντος,
Ἤ τινα νυμφιδίην σὺν πλεόνεσσι θέων,

Horum ego unus esse cum cuperem (non enim celabo),
Cumque jam in atriis vestigia posuissem,
Ut vidi nefanda facta, ac malorum miseram machinationem,
Retrorsum abscedens, pedem extra retuli.
Ac profecto multa etiam passus sum ab aliis infidelibus,
Quorum aures adhuc mea voce personant.
Lapides mihi, illorum Trinitas fuit, Deitas recens firmata:
His nos invicem donis munerati sumus.
852-853 Sed tamen cessi, doctrinam relinquens jam non repulsam,
Undique iis, quos nostri movebant fluctibus jactatus.
Jaceo; insurge, insurge, livor improbe. Te profecto
Reprimam, etiamsi extremis in finibus lateam,
Etiamsi tenebrosis feræ visceribus includar,
Ceti maritimi, ut olim Jonas in eis inclusus est.
Corpus quidem in visceribus; mens vero liberis motibus
Ibit quo volet, etsi clausa.
Hoc unum ex bonis liberum est, nec cohiberi
Aut auferri potest, mens ad Christum evecta.
Non jam mortalis regis conviva, ut antea,
Erit Gregorius, utri suo aliquid indulgens jucundi,
Accumbens in mediis magnatibus, vultu demisso, tacens,
Sine flatu respirans, serviliter epulans.
Non me sede honorabit judex, aut æquali,
Aut humiliori, modum spiritui imponens.
Nec manus homicidas osculabor, nec barbam
Apprehendam, ut minutum aliquod beneficium consequar:
Neque ad festum convivium, aut natale, aut funebre,
Aut nuptiale, cum pluribus currens,

54 *Παντοδαποῖς.* Coisl. et Vat. παντοδαπῆς.
55 *Ἀπίστοις. Hæreticis.*
57 *Λᾶες ἐμοί.* Int. Coisl. Καί μοι μὲν λίθων βολαὶ ἀμοιβὴν, ἐκείνοις δὲ θεότης νεωστὶ λαβοῦσα βεωσιν. *Ab ipsis pro mercede lapidibus ego sum itus: apud ipsos per me divinitas confirmata.* Ab reticis enim Gregorius saxis est petitus in urbe nstantinopolitana, ut in ipsius *Vita* legitur.
59 *Ἄπιστον.* Ἀπιστούμενον.
60 *Ἡμετέροις. Nostris: ab iis*, scilicet, *qui eamnobiscum fidem profitebantur.*
62 *Σχήσω.* Στήσω.
66 *Ἐεργόμενος.* Sic Coisl. et Reg. 992. Edit. ἐργυίμενος, ubi deficit metrum, et ipsa Græcitas.
60 *Θυλάκῳ.* Alludit ad Anaxarchi philosophi dictum, qui cum, ut sæpius jam diximus, in pila saxea, ferreis malleis, jubente Cypriorum tyranno, contunderetur: *Tunde*, inquit, *Anaxarchi* θύλακον corpus significans, *nam Anaxarchum non tundis.*
62 *Δαινύμενος.* Int. Coisl. δουλοπρεπῶς εὐωχούμενος.
63 *Συνέδρῳ.* Vat. συνέδρων. Mox *πνεύματι*, etc.: bene Billius, *ut fastum ipse deprimat meum.*
65 *Φονίους.* Vat. φονέως.
67 *Γενέθλιον.* Baronius id de Martyrum natalitiis intelligit.

METRICA VERSIO.

um ego cum cuperem numeros augere (fatebor
tud enim), atque intra limina jam ipse forem:
arias vidi fraudes atque improba facta,
ectore commotus terga repente dedi.
etiam hæreticos inter, queis nunc quoque nostra
ox ferit auriculas, p'urima dura tuli.
a mea, illorum fuit at Trias. Hanc ego fixi
rdibus, hi contra saxa dedere mihi.
uoque sic cessi, jam certum dogma relinquens,
ndique jactatus fluctibus innumeris.
jaceo: insulta, livor nequissime. Sistam
forte extremis abditus orbis agris,
etiam æquorei tenebroso pectore ceti
clusus, Jonas ut prius ante fuit.

B Pectore corpus erit clausum: sed libera curret
Mens mea, quam nemo, qui remoretur, erit.
Libera mens etenim est, quæ vexit ad æthera sese,
Talisque, hanc ut vis carpere nulla queat.
Non jam Gregorius mensis accumbere regum
Adjiciet, folli commoda pauca ferens,
In medio cœtu positus, tristisque silensque,
Vix spirans, ritu mancipiique epulans:
Non etiam judex æqua me sede locabit,
Aut humili, ut fastum deprimat ipse meum:
Non jam sanguineis ego palmis oscula jungam,
Nec barbam, ut quiddam consequar, accipiam.
Non epulum natale adiens cum pluribus, aut quod
Funereum est, vel quod connubiale, petens,

Digitized by Google

Πάντα τὰ μὲν γναθμοῖσιν ἑλώρια, τὰ δ' ἅρ' ὀπηδοῖς
70 Θήσομαι, ἁρπαλέαις Βριαρέω παλάμαις·
Ὀψὲ δὲ φορτίδ' ἄγων, τάφον ἔμπνοον, ἂψ ἐπὶ δῶμα
Ἕλξω, τὴν μογερὴν γαστέρα τειρόμενος,
Ἄσθμα κόροιο φέρων, ἄλλην ἐπὶ δαῖτα παχείην
Σπεύδων, πρὶν προτέρην ὄβριν ἀποσκεδάσαι.
75 Οὐδὲ μὲν οὐδὲ πρόεδρος ἐὼν ἱεροῖς ἐνὶ χώροις,
Ἢ μόνος, ἢ πλεόνων εἰς ἓν ἀγειρομένων,
Φθέγξομαι οὕασι τερπνὰ, τὰ Πνεύματος ἔκτοθι ῥίψας,
Ὡς κεν ἕοιμι πρόφρων, φίλτρον ἔχων πλεόνων,
Τερπόμενός τε κρότοισι, καὶ ἐν θεάτροισι χορεύων,
80 Κρημνοβάτης ἐπέων ἀντικορυσσομένων,
Ἀθλοφόροισιν ὁμοῖα, πολυγνάμπτοισί τε λώβαις,
Ἢ καὶ μαινομένοις ἀντίπαλ' ἡνιόχοις·
Οὐ χόλον αἰχμάτας, οὐ σώματος αἰθομένοιο
Λύσσαν ἐπιψύξας, οὐ χέρα μαινομένην
85 Πᾶσιν ἐπ' ἀλλοτρίοισι, λόγου δεσμοῖσι πεδήσας,
Οὐ ψευδῆ κραδίης δόξαν ἀποσκεδάσας,
Οὐ τύφον οἰδαίνοντα διδάγμασιν ἐς χθόνα ῥίψας
Οὐ πτηγαῖς δακρύων δάκρυον ἐκκαλέσας,
Ἀλλ' ἐν φάρμακον αἰνὸν ἔχων, θηρήτορα τιμῆς
90 Θυμὸν, καὶ θανάτου φάρμακον ἀτρεκέως.
Οὐδέ τί που συνόδοισιν ὁμόθρονος ἔσσομ' ἐγωὼ
Χηνῶν ἢ γεράνων ἄκριτα μαρναμένων·
Ἔνθ' ἔρις, ἔνθα μάθος τε καὶ αἴσχεα κρυπτὰ πάροιθεν
Εἰς ἕνα δυσμενέων χῶρον ἀγειρόμενα.
95 Τῶνδε γὰρ εἵνεκ' ἔγωγε μέσος χθαμαλοῖσι καθίζω
Ἰητρὸς παθέων, αὐτὸς ἄνουσος ἐών.

Prædam omnem partim buccis meis, partim famulis
70 Tradam, rapacibus Briarei manibus;
Ac sero sarcinam, tumulum spirantem, gerens, rursus in domum
Traham, lassato ventre vexatus,
Ægre ob satietatem respirans, sed tamen ad aliud pingue convivium
Properans, antequam prior crapula dissipata sit.
75 Neque etiam sacris in locis, aut solus,
Aut cum pluribus in unum convenientibus præses,
Eloquar grata auribus, quæ Spiritus sunt, foras projiciens,
Ut prudenter me geram, plurimorum amorem allicions,
Gaudensque plausibus, et in theatris tripudians,
80 Funambulus in sermonibus invicem pugnantibus,
Pugilum imitator, et mille inflexionum dedecoris,
Aut furentium contra se invicem aurigarum;
Non iram jaculis figens, non æstuantis corporis
Rabiem refrigerans, non manum in aliena
85 Omnia furentem doctrinæ vinculis constringens,
Non falsam ex cordibus opinionem evellens,
854 855 Non fastum intumescentem docendo ad terram prosternens,
Non fontibus lacrymarum lacrymas excitans,
Sed unum habens grave pharmacum, venatorem honoris
90 Animum, vere mortiferum pharmacum.
Non jam ego in synodis sedebo, collega
Anserum et gruum inconsiderate decertantium:
Hic rixa, hic bellum, et probra prius latentia
In unum congregantur dissidentium locum.
95 Equidem propter ea sedeo inter plebeios
Medicus morborum, ipse morbis carens.

71 *Ὀψὲ δὲ φορτίδ'*. Comb. legit οὐδὲ δὲ φορτίδ', ac sic vertit: *Nec qui navem referam, vicum sepulcrum gestans, crapula languidum atque obtritum ventrem domum reducam ac traham.*

75 *Ἐών*. Vat. ἰών.

81 *Πολυγνάμπτοισί τε λώβαις*. Coisl. ὄβρισι. *Multis suggillatus plagis ac vicibus.*

83 *Οὐ χόλον*. Recte Billius ex conjectura emendavit quod prave in Ald. legebatur οὐχ ὅλον. Conjecturam Billii codices confirmant.

92 *Χηνῶν ἢ γεράνων*. Concilia gruum et serum vocat ea, in quibus nihil recte, nihil pie ter gerebatur, sed confusis pugnantium inter hominum clamoribus omnia perstrepebant. Erant pleraque hujus temporis concilia partiaria, in quibus Ariani episcopi concilii Nic auctoritatem infringere conabantur. Vide ejus Procopium.

METRICA VERSIO.

Cuncta ego partim dente premam, partimque rapaci
Servorum turbæ diripienda dabo,
Atque domum sero repetam, venterque sepulcri,
Et vino et dapibus languidus, instar erit,
Vitalesque satur potero vix carpere flatus:
Cœnam aliam crudus persequar ipse tamen.
Nec cum præsideam sacris in sedibus ipse,
Δηρὸν ἀεθλεύοντα, καὶ ἄλγεαι μέτρον ἐπέστω,
Ἤ λήθης νέφος ἐσθλὸν ἐμὰς φρένας ἀμφικαλύπτοι.

ΚΓ'. *Εἰς τὴν ἀναχώρησιν.*

Ἄλλοι μὲν εὐπλοοῦσι τῶν Θεῷ φίλων,
Ἄλλοι δὲ δυσπλοοῦσιν οὐδὲν χείρονες.
Τίς οἶδε τούτων τοὺς λόγους, πλὴν σοῦ, Λόγε;
Μὴ τοῦ βαδίζειν εὐκολωτέραν τρίβον,

XXII. *Carmen supplex**.

Christe, lumen hominum, qui columna es ignita Gregorii
Animæ, per triste hujus vitæ desertum vaganti,
Cohibe Pharaonem meditantem, impudentes operum exactores:
Meque a luto ad compingendum difficili, et ab Ægypto gravi
Erue, plagis fœdissimis domans
Inimicos, facilemque para viam. Quod si me assecutus fuerit
Hostis persequens, tu vero mihi etiam mare Rubrum
Scinde, et solidum trajiciam æquor,
Properans ad terram divinam, meam hæreditatem, ut promisisti;
Siste immensa flumina, et alienigenarum
Sterne feroces gladios, gemituum causam. Quod si ascendero
Ad terram sacram, laudabo te hymnis perennibus.
864-865 Christe rex, cur me hisce carnis retibus illigasti?
Cur vitæ asperæ, et lutoso barathro,
Si vere deus sum, hæreditas tua, ut audivi?
Ex membris mihi robur abscessit, nec jam me genua
Sequuntur. Sed dissolvit me tempus et tristis morbus,
Et tabefaciens sollicitudo, et amici non amica sentientes.
Cedere autem nolunt peccata, sed adhuc magis
Premunt viribus destitutum, ac veluti canes timidum leporem
Aut damam circumdant, sese satiare appetentes.
Vel improbitatem comprime et miserere, vel me suscipe
Dudum decertantem, et doloribus modum impone,
Vel meam mentem oblivionis fausta nubes obtegat.

XXIII. *In secessionem***.

Alii ex hominibus Deo acceptis, prospera utuntur navigatione,
Alii autem adversa, quamvis nulla re inferiores.
Quis hujus novit causas, præter te, o Verbum?
Num incedere per salebrosam et asperam viam,

* Scriptum an. 382. — Alias Bill. 30, pag. 97.

XXII. 6 *Κίχῃσιν.* Int. καταλάβῃ.
13 *Χριστέ.* Ilic aliud incipit carm. in Reg. 39.

** Scriptum an. 382. — Alias Bill. 115, pag. 181.

23 *Ἀεθλεύοντα.* Regg. 39 et 990 ἀεθλήσαντα.

METRICA VERSIO.

XXII. CARMEN SUPPLEX.

(*Billio interprete.*)

Christe hominum lumen, mentique ignita columna,
Mortalis vitæ loca per deserta vaganti,
Tu Pharium regem, et præfectos siste furentes,
Meque luto, Ægyptoque gravi, bonus extrahe, diris
Hostes afficiens plagis: iter ac mihi planum
Da facilis. Quod si me vis inimica sequatur,
Tu mihi, tu Rubrum pelagus discinde potenti,
Christe, manu, ut siccis transmittam gressibus [æquor,
Ad terram properans, cujus promissio certa.
Immensos amnes cohibe: gladiosque micantes,
Quos in me stringunt hostilia castra, retunde.
Si sacram attigero terram sedesque beatas,
Perpetuo ipse tuum celebrabo carmine Numen.
Cur carnis laqueis tu me, Pater, implicuisti,
B Cur vitæ miseræ, cur cœnosoque barathro,
Si deus, et vere tua portio dictitor esse?
Ex membris periit robur mihi: crura labascunt:
Infregit me morbus atrox, et mœsta senectus,
Et cura, atque odio qui me insectantur amici.
Nec tamen improbitas cedit, verum acrius illa
Instat adhuc, trepido ut lepori cervoque canum vis,
Exsaturare famem cupiens; tu siste benignus
Ærumnas facilisque, aut post certamina longa
Excipe me, quæso: modus atque doloribus adsit.
Aut nostram obducant nebulosa oblivia mentem.

XXIII. IN SECESSIONEM.

(*Billio interprete.*)

Quidam secundis navigant ventis pii
Quidam sinistris, non licet minus probi.
Cur fiat istud, Christe, præter te queat
Quis scire? Numque calle præstet arduo,

Digitized by Google

Τὸ τὴν προσάντη καὶ τραχεῖαν ᾗ πλέον;
Ὅμως δ' ἐγωγε τοὐμὸν, ὡς ἔχω, φράσω.
Κρεῖσσον μὲν ἅμφω, καὶ τρέχειν, καὶ πρὸς καλόν.
Εἰ δ' οὐκ ἔνεστι, τοὺς πόνους ἀσπάζομαι
Πρὸ τῆς ἀδόξου καὶ κακῆς σωτηρίας.
Ὡς πολλὰ δὴ δεῖ καί με πρὸς Θεὸν φέρειν,
Κάμνοντα σαρκὶ, πραγμάτων τ' ἐπιδρομαῖς.
Τί χρὴ παθεῖν με μὴ τυχόντ' ἀμφοῖν φίλοιν;
Σκεύαζε σαυτὸν ὡς τάχος, πρὸς οὐρανὸν
Ψυχὴν πτερώσας τῷ λόγῳ τὴν τιμίαν·
Μηδὲν περισσὸν, ἀλλὰ πᾶν ῥίψας βάρος
Βίου ματαίου, καὶ κακῶν τῶν ἐνθάδε.
Ἐγὼ τραπέζης μυστικῆς παραστάτης·
Ἐγὼ καθαίρω λαὸν, ὃν σοι προσφέρω,
Ἐν τοῖς ἀναίμοις καὶ τελείοις δόγμασιν.
Ὦ λαμπρότης βλύζουσα, καὶ πηγὴ φάους,
Ὡς αὐτὸς οἶδα, δεόμενος καθαρσίων,
Δεινὸν καθαίρειν βορβόρου μολύσματα.
Σκοπεῖτε καὶ τρέμοιτε, λαῶν ποιμένες.

ΚΔ'. *Εὐχὴ ἑωθινή.*

Ὄρθρος δίδωμι τῷ Θεῷ μου δεξιὰς,
Μηδὲν σκοτῶδες ἢ δράσειν ἢ αἰνέσειν,
Ἀλλ' ὡς μάλιστά σοι θύσειν τὴν ἡμέραν,
Μένων ἄσειστος, καὶ παθῶν αὐτοκράτωρ.
Αἰσχύνομαι τὸ γῆρας, ἂν κάκιστος ὦ,
Καὶ τὴν τράπεζαν ἧς παραστάτης ἐγώ.
Ὁρμὴ μὲν αὕτη, Χριστέ μου· σὺ δ' εὐόδου.

5 Quam per faciliorem sit utilius?
Verumtamen ego quid ipse sentiam, eloquar.
Præstat quidem utrumque, et currere, et commode currere.
Sin autem utrumque non licet, labores amplector
Præ turpi et mala salute.
10 Plurima sane mihi pro Deo ferenda sunt,
Pati corpore, variisque rerum casibus.
Quidnam agendum mihi, qui non assequor utrumque quod cupio?
Para te ipsum protinus, pretiosam
In cœlum animam ratione, quasi pennis erigens.
15 Nihil supervacuum posside, sed projice omnem sarcinam
Inanis hujus vitæ, et malorum quæ hic sunt.
Ego mensæ mysticæ adsto;
Ego lustro populum quem tibi offero,
In incruentis et perfectis doctrinis.
20 O splendor scaturiens, et fons lucis,
Ut ipse novi, qui lustrationis indigeo,
Difficile est purgare cœni inquinamenta.
Id considerate et pavete, populorum pastores.

866-867 XXIV. *Precatio matutina*[a].

Mane porrigo Deo meo dextras, pollicitus
Nihil pravum aut facturum aut approbaturum,
Sed potissimum hunc tibi consecraturum diem,
Manendo inconcussa mente, et affectibus imperando.
5 Incutit mihi pudorem senectus, ne malus sim,
Et mensa cui assisto;
Voluntas hæc quidem mea est, Christe mi; tu prosperum da exitum.

[a] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 83, pag. 176.

XXIII. 13. *Σκεύαζε.* Cæteri versus hujus poematis iterum leguntur in editis, pag. 197.

22 *Δεινὸν καθαίρειν βορβόρου.* Versus perelegans, inquit Billius, quo demonstratur quanto in periculo versentur, qui animarum curam indigne suscipiunt, et cum ipsi omni vitiorum genere delibuti atque contaminati sint, alienarum tamen macularum purgatores se profitentur, ac medicorum munus impudenter usurpant, ipsi ulceribus scatentes.

XXIV. Τιτ. *Εὐχὴ ἑωθινή.* Vat. πρὸς ἑαυτὸν, ἐπαυγαζούσης τῆς ἡμέρας. *Ad eumdem* [*seipsum*], *die dilucescente.* Ad marg. εὐχὴ ἑωθινή.

5 *Θύσειν.* Combef. ex Reg. θύσαι.

4 *Ἄσειστος.* Ita Vat. Edit. male ἄστατος. Duo Regg. ἄσειστον.

6 *Τράπεζαν*, etc. Billius vertit: *Fungor munere in qua præsulis;* quod nec habet textus græcus, nec tempori convenit, quo Gregorius carmen hoc scripsit, cum, excusso pastorali munere, senex privatus sibi vivebat.

METRICA VERSIO.

Quam per viarum prona gressum figere?
Tamen quod ipse sentio, dicam brevi.
Utrumque præstat, currere, et percommode:
Si non utrumque mi licet, turpem et malam
Pono salutem dura post et aspera.
Me namque multa ferre Christo convenit,
Patique multa carne, rerum et casibus.
Miser ego quidnam factitem, cum non queam
Utrumque apisci? Protinus te compara,
Ratioque mentem tollat in cœlum tuam.
Nil, quod redundet, posside, sed sarcinas
Inanis hujus et malæ vitæ abjice.
Ego adsto mensæ mysticæ, plebemque ego
Purgo, incruenta quam tibi per dogmata
Et plena prorsus, offero flexo pede.
O lux perennis, lucis et fons unice,
Quantum ipse novi, cui quoque est lustris opus,
Purgare sordes est luti gravissimum.
Hoc cogitantes tremite, sacri præsules.

XXIV. PRECATIO MATUTINA.
(*Billio interprete.*)

Hoc mane voto me Deo devincio,
Quod nec malum quid efferam laude, aut geram,
Illi immolabo sed diem hunc quam maxime,
Firmum tenens mec, et imperans affectibus.
Pudet senectæ, moribus si sim malis,
Mensæque, fungor munere in qua præsulis.
Hæc est voluntas, Christe: da lætum exitum.

Digitized by Google

ΚΕ. *Πρὸς ἑσπέραν θρῆνος.*

Ἐψευσάμην σε, τὴν ἀλήθειαν, Λόγε,
Σοὶ τὴν παροῦσαν ἡμέραν καθαγνίσας.
Οὐ πάντα φωτεινόν με νὺξ ἐδέξατο.
Ἠ μὴν προσηυξάμην τε καὶ τοῦτ' ᾠόμην·
Ἀλλ' ἔστιν οὗ μοι καὶ προσέπταισαν πόδες.
Ζόφος γὰρ ἦλθε βάσκανος σωτηρίας.
Λάμποις τὸ φῶς μοι, Χριστὲ, καὶ πάλιν φανείς.

ΚϚ'. *Δέησις πρὸς Χριστὸν τῇ ἐπαύριον.*

Ἐζημίωμαι, Χριστὲ, τὴν χθὲς ἡμέραν.
Χόλος προσῆλθε, καί μ' ἔκλεψεν ἀθρόον.
Τὴν σήμερον λάβοιμι φωτὸς ἡμέραν.
Μέμνησο σαυτοῦ· μὴ λάθῃς Θεὸν βλέπων.
Ὁμώμοκας· μέμνησο τῆς σωτηρίας.

ΚΖ'. *Θρῆνος.*

Αἳ αἳ τῶν παθέων! Τίπτ' ἦλιτον; ἢ ἄρα μοῦνος
Σῶν καθαρῶν θυέων ἅπτομαι οὐχ ὁσίως;
Ἠ με πυροῖς παθέεσσι, καθάρσιε, ἢ τύφον ἄλλων
Ἴσχεις, ἢ με φέρεις γυμνὸν ἐπ' ἀντιπάλῳ;
Ταῦτα μὲν αὐτὸς, ἄναξ, νωμᾷς, Λόγε. Αὐτὰρ ἔγωγε
Βαιὸν ὑπὲρ γαίης ἄσθμα φέρω πύματον.
Δάκρυα πάντ' ἐκένωσα, γόος δέ μοι ἔργον ἐτύχθη.
Μέχρι τίνος παλάμαις κείμεθ' ἐν ἀσεβέων;
Ἀλλὰ, μάκαρ, στῆσόν με, καὶ εἰ κακὸν, ἀλλ' ἱερῆα,
Μή τις ὀλισθήσῃ πήμασιν ἡμετέροις.

XXV. *Precatio vespertina*[*].

Fefelli te, qui veritas es, o Verbum,
Cum tibi hanc diem consecravi.
Non omni ex parte purum me nox excepit.
Equidem id precatus sum, et fore putabam:
Verum alicubi offenderunt pedes.
Caligo enim venit, quæ invidet saluti.
Luceas mihi, Christe, qui lux es, iterum illucens.

XXVI. *Precatio postridiana*[**].

Periit mihi, Christe, hesternus dies.
Ira obrepsit, et me subito furtim abstulit.
Fac ut hodiernus sit mihi lucis dies.
Memineris tui ipsius (Gregori); ne obliviscaris Deum intueri.
Jurejurando te astrinxisti; memor esto salutis.

XXVII. *Luctus*[***].

Heu, heu! quæ patior! Quid deliqui? num ego solus
Pura tua sacrificia non sancte tango?
An me malis, ut igne, Deus purissime, expurgas? an aliorum fastum
Reprimis? an me nudum incitas in hostem?
Hæc quidem ipse, rex Verbum, gubernas. Ego autem
Levem super terram et extremum spiritum duco.
868-869 Lacrymam omnem exhausi, gemitusque mihi operis loco exstitit.
Usquequo manibus impiorum tenebimur?
Sed me, beate, confirma, etsi malum, certe sacerdotem,
Ne quis meis calamitatibus corruat.

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 84, pag. 176. [**] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 85, pag. 177.
[***] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 29, p. 97.

XXV. Τιτ. *Θρῆνος*. Tres Regg. Ὑμνος.
4 *Προηυξάμην*. *Votis expetieram*.
6 *Ζόφος*. *Caligo, caliginosus hostis*. Reg. φθόνος. Ad marg. ζόφος.
XXVI. Τιτ. *Πρὸς Χριστόν*. Reg. πρὸς Θεόν.
2 *Ἔκλεψεν*. Reg. ἔθλαψεν. Vat. pro ἀθρόον habet ἀθρόως.
4 *Μέμνησο*. In edit. huic versui præest titulus Εἰς ἑαυτόν. In Vat. sequuntur isti duo versus sine ulla divisione. Ibid. *Θεὸν βλέπων*. Reg. βλέπειν Θεόν. *Cave obliviscaris oculos in Deum ferre*. Al. βλέπει Θεός. *Deus intuetur*. Ita habet Leuvenclaius.
XXVII. 1. *Ἤλιτον*. Sic Vat. et Coisl. Edit. mendose ἦλιπον.
8 *Ἀσεβέων*. Coisl. εὐσεβέων, quæ lectio si admittatur, intelligenda est de catholicis episcopis quos adversarios expertus erat.

METRICA VERSIO.

XXV. PRECATIO VESPERTINA.
(*Billio interprete.*)

Fidem fefelli, Veritas, tibi datam,
O Christe, pactus hunc diem sacram tibi.
Accepit haud me lucidum nox undique,
Licet id precatus, arbitratus et fore.
At in quibusdam lapsus est mihi pes tamen.
Venit saluti nam meæ hostis invidens.
At, Christe, rursus luceat mi lux tua.

XXVI. PRECATIO POSTRIDIANA.
(*Billio interprete.*)

Hesterna, Christe, perdita est dies mihi.
Obrepsit ira, protinus meque abstulit.
Sit, quæso, lucis hæc dies mihi dies.
Tui memor sis: ne Deus fallat tuos
Oculos. Salutis usque sis memor tuæ.

XXVII. LUCTUS.
(*Billio interprete.*)

Heu miseros casus! quodnam scelus ipse patravi?
Solus an indigne factito sacra, Deus?
Mene per ærumnas purgas, fastumve aliorum
Reprimis, ad pugnas instruis aut pugilem?
Ista quidem tu Rex, sapienter, Christe, gubernas:
At mihi jam morti proxima membra jacent.
Omnes effudi lacrymas, sine fine gemisco.
An sceleratorum sub pede semper ero?
At fulci me, quæso, malum licet, at tibi mystam:
Ne quis, conspiciens tot mala nostra, cadat.

Digitized by Google

Ὤλετο εὖχος ἔμοιγε, καὶ ἄλγεα σαρκὸς ὄλοιτο.
Οἴχετ' Ἀναστασίη, λῆγε καὶ, ἀμπλακίη.
Αἰ αἰ δάκρυά μοι καταλείβεται, ἔνδοθεν ἦτορ
Παχνοῦται· διπλὴν νοῦσον ἐπίσχες, ἄναξ·
Νοῦσον ἐπίσχες, ἄναξ, διολώλαμεν. Ἦ ἄρα μούνῳ
Οἶκτος ἀπεκλείσθη σῷ λάτρι Γρηγορίῳ;
Τέτρωμαι πολλοῖσι κακοῖς καὶ ἄλγεσι σαρκός·
Σοὶ δὲ, Χριστὲ, χάρις, ὅς με πυροῖς πάθεσιν.
Ἦ στῆσον κακότητα, καὶ ἵλαθι σῷ θεράποντι,
Ἢ τὸ δίδου θυμῷ τλήμονι πάντα φέρειν.

A Ἠαῦρα μὲν οὐρανίοισι νοήμασιν ἔσπετ' ἀνάγκῃ,
Πλείονα δ' ἀντιάει, καὶ ζόφος ἐστὶ νόου.
Εἰ ῥοίης γένος εἰμὶ, τί μ' ἀθανάτοισιν ἴσκεις,
Εἰ πνεύσθην θεόθεν, τίπτε με πηλόδετον,
Χριστὲ, φέρεις; γῆρας μὲν ἔβη, καὶ ἄψε' ἀκιδνά·
Ἡ δ' ἔτι λύσσαν ἔχει σὰρξ ἐπανισταμένη·
Ἀμφαδὸν, ἢ λοχόωσα· τὸ δ' ἄλγιον, ὁππότ
Οὐρανίων θυέων μὴ καθαρὸν παρέχει.
Ὁρκίζω σε Θεοῖο μέγα κράτος, ἠδὲ κελαινὸν
Ἦμαρ ἀλιτροβίων, ἴσχεο μαργοσύνης.

KH'. *Ἐλεγειακόν.*

Ὅλβιος ὅστις ἄσαρκον ἔχει βίον, οὐδ' ἐπίμικτον
Εἰκόνι τῇ μεγάλῃ βόρβορον ἀμφέθετο.

KΘ'. *Εἰς τὴν ὑπομονήν.*

Ἐπεί με βάλλεις τῇ νόσῳ πονούμενον,
Μικροῖς λόγοις ἄκουε, καὶ παίδευμ' ἔχε.

Recessit a me gloria; recedant et carnis dolores.
Periit Anastasia : cede etiam, improbitas.
Heu! heu! lacrymæ mihi profluunt, cor intus
Constringitur; duplicem, rex, depelle morbum :
Morbum depelle, rex, aut periimus. An ergo soli
Misericordia clausa est cultori tuo Gregorio?
Læsus sum multis malis et carnis doloribus :
Tibi, Christe, gratia, qui me his, quæ patior, expurgas.
Aut improbitatem reprime, et miserere famulo tuo,
Aut da omnia constanti animo ferre.

XXVIII. *Carmen elegiacum*[*].

Felix quisquis cœlibem ducit vitam, nec admisto
Imaginem cœlestem circumfudit cœno.
Raro siquidem (caro) cœlestibus sensis paret, et invita :
Plurimum autem obsistit, et caligo est mentis.
Si fluxu natus sum, quid me immortalibus æquas?
Si divini flatus sum spiritus, quid me luto devinctum esse,
Christe, pateris? senectus quidem instat, et membra sunt infirma :
Ipsa etiam adhuc caro rabida bellum movet
Palam, aut insidiatur; et hoc gravius est, quando ministrum
Cœlestium victimarum impurum reddit.
Adjuro te per magnam Dei potentiam, per nigrum
Diem improborum, desiste bello.

XXIX. *De patientia*[**].

Quando quidem me insectaris morbo laborantem,
Pauca hæc verba audi, et doctrinam accipe.

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 111, pag. 180.

[**] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 107, p. 180.

17, 18 *Τέτρωμαι... πάθεσιν.* Hi versus qui desunt in editis, leguntur in Vat. et Coisl.

18 *Φέρειν.* Leguntur etiam in Coisl. et uno Regio septem alii versus, quos edidit Murat. pag. 216. Vide infra, carm. LXXXIV.

XXVIII. 1 *Ἄσαρκον. Angelicam vitam, carnali libidine puram.*

4 *Πλείονα δ' ἀντιάει.* Ita Reg. 992 et Vat. Male edit. αἰτιάει. Mox *νόου.* Reg. 992, βίου.

5 *Εἰ ῥοίης.* Ita Vat. Edit. ῥοΐκῆς.

7 *Καὶ ἄψε' ἀκιδνά.* Vat. θύμασ' ἀκιδνά, et sup. lin. βήματα ἀσθενῆ.

8 *Ἡ δ' ἔτι.* Edit. εἰ δ' ἔτι.

9 *Τὸ δ' ἄλγιον ὁππότε.* Sic legendum est. Edit. autem ἔσπετο.

10 *Παρέχει.* Al. παρέχῃ.

11 *Θεοῖο.* Int. τοῦ οὕτω μέγα.

12 *Μαργοσύνης.* Int. μανίης.

METRICA VERSIO.

Gloria mi periit : pereat quoque corporis angor.
Perdidi Anastasiam : cesset et improbitas.
Heu! lacrymis madeo, pectusque dolore tumescit,
Tu morbum duplicem, rex bone, siste, precor.
Siste, precor, morbum, aut perii, rex maxime; soli
An clausa est veniæ janua Gregorio?
Aut mihi te præbe facilem, mala tanta coercens :
Aut præbe, ut firmo pectore cuncta feram.

XXVIII. ELEGIACUM.

(Billio interprete.)

Carne vacat quisquis, felix hic vivit, imago
Cujus et haud crasso cœlica juncta luto est.
Cœlitibus sensis nam raro invitaque paret :
Sæpius obsistit, contenebratque animum.

B Fluxus me genuit : quid me immortalibus æquas?
Ætherea flatus si mihi, Christe, luto
Cur ego sum vinctus? Senium urget, membraque [languent.
Quod si carnis adhuc sentio bella meæ,
Insidiasque graves, magis hoc grave, si facit illa
Impuro ut faciam pectore sacra Deo.
Per Christum te adjuro, diem nigrumque malignis,
Bella procax misero parce movere mihi.

XXIX. DE PATIENTIA.

(Billio interprete.)

Me quando sævis obrutum morbis petis,
Mea dicta paucis accipe, et doctrinam habe.

Digitized by Google

Ἐμοὶ τὸ κάμνειν κρεῖσσον, ἢ σοὶ τὸ σθένειν.
Ἐγὼ μὲν οἶδα τῇ νόσῳ πυρούμενος,
Καίπερ καθαίρειν τοὺς κακοὺς τεταγμένος,
Κἂν ἤ τι μεῖζον τοῦ πάθους μυστήριον.
Φρονεῖν γὰρ οὕτω λῷον, ἢ ῥυπῶντά τι
Βλάπτειν ἑμαυτὸν ἐν κενῷ φρυάγματι.
Σὺ δ' ὢν κάκιστος, οὐδ' ἐπίστη τὴν νόσον·
Ἡ πόλλ' ἔδει σε δάκρυα σπεῖσαι Θεῷ,
Ἵν' ἐκτέμῃς σου τὴν νόσον, πρὶν ἂν θάνῃς.
Εἰ γὰρ τὸ φῶς τοιοῦτο, τὸ σκότος πόσον;

—

A Λ'. *Εἰς ἑαυτόν.*

Ἦ πολλά, πολλὰ γίνεται
Μακρῷ βίῳ βροτοῖς.
Τλητὸν δ' ἅπαν, ὅ κεν φέροι
Βίον στρέφων Θεός.
Ἐγὼ γάρ, ἃς μὲν ἔσχον ἐν
Ξένῃ πόλει πάλας,
Λόγῳ πεσόντι σύμμαχον
Γλῶσσαν φέρων ἐμήν,
Ἄλλους λέγοντας αἰνέσω.
Πολλοὶ λέγουσι δὲ,
Ξένοι, φίλοι τε πίστεως
Ἐμοὶ σεβασμίας.
Οὐδὲν γὰρ οὕτως οὔποτε
Ὅλην ἔσεισε γῆν
Ὡς πνεύματος παῤῥησία
Θεοῦ βοωμένου·
Ὃ καὶ προσάντη τοῖς φίλοις
Τέθεικεν, οἴδαμεν.

Morbo laborare mihi utilius, quam tibi valere.
Ego enim scio me morbo, tanquam igne, probari,
Licet mundandi improbos mihi munus concessum sit,
Aut etiam majus quoddam fuerit hujus morbi mysterium.
870 871 Ita enim arbitrari præstat, quam ut sordibus scatens
Lædam me inani jactantia.
Tu vero cum pessimus sis, nequidem tuum agnoscis morbum;
Plurimas certe oporteret te lacrymas libare Deo,
Ut exscinderes morbum tuum, priusquam moriaris.
Si enim talis est lux tua, tenebræ quantæ sunt?

XXX. *De se ipso* *.

Multa sane, multa eveniunt
Per longam vitam mortalibus.
Tolerandum autem quidquid mittit
Vitam regens Deus.
Namque ego, quas habui
In extera civitate pugnas,
Doctrinæ ruenti adjutricem
Meam præbens linguam,
Quisquis dixerit, laudabo.
Multi autem dicunt
Inimici, et amici fidei
Mihi religiose colendæ.
Nihil enim sic unquam
Totam commovit terram,
Ut libertas, qua Spiritus
Palam Deus prædicatur:
Quod et invisum me amicis
Effecit, id scimus.

* Scriptum an. 382. — Alias Bill. 160, pag. 243.

XXX. Argumentum. *Relicta Constantinopoli, qua in urbe multas gravesque molestias perpessus fuerat, Gregorius in patriam reversus, velut in portu placido, novas procellas offendit. Ecclesia Nazianzena adhuc pastore destituta erat. Nihil non operæ et studii omisit, ut vir quidam pius huic Ecclesiæ præficiatur: verum obstitere plurimi; quorum alii amicos se præferentes, latenter, alii aperte adversabantur. Dolet Ecclesiam patris sui laboribus suisque excultam, ab hæreticis, nimirum Eunomianis et Apollinaristis, infici et devastari. Queritur vicinos quosdam episcopos, dum omnia Nazianzi usque adeo turbabantur, nullam laboranti Ecclesiæ opem ferre, sed otiosos se præbere spectatores, imo capere voluptatem et superbiam. Quos monet, ut perpetuam incolumitatem sibi non polliceantur, remque suam esse cogitent, cum paries proximus ardeat. Futurum aliquando quempiam prænuntiat, qui verborum suorum recordetur, cum nihil aliud supererit, quam inanis dolor. Tandem concludit poema, non ut ait Leuvenclaius,* acri cum admonitione, *sed Christum alloquendo, et omnia se lubenter admissurum profitendo, modo ipsi benignus maneat.*

XXX. Tit. *Εἰς ἑαυτόν.* Vat. addit: διάφορον τὸ μέτρον. Coisl. ad marg. τοῦτο μέτρον διάφορόν ἐστι.
2 *Βίῳ.* Ita Coisl. et Vat. Edit. χρόνῳ.
3 *Φέροι.* Coisl. φέρῃ.
6 *Πάλας.* Edit. πάθα.
13 *Οὐδέν*, etc. *Nihil unquam sic omnem commovit terram.* His verbis significat Gregorius mirabilem Constantinopoli factam mutationem, cum in ea urbe, quæ metropolis et propugnaculum erat Macedonianorum, Spiritus sancti divinitas, ipsius Gregorii opera singularique animi fortitudine, publice prædicata est.
17 *Ὃ καὶ προσάντη τοῖς φίλοις.* Billius: *Ob idque me liquit favor chari mei gregis.* Non loquitur Gregorius de grege, qui totus ab ipso pendebat,

METRICA VERSIO.

Ægrum esse melius est mihi, quam sit tibi
Valere. Morbo nam piari me scio,
Licet piandos improbos susceperim,
Ac forte morbi majus est mysterium
Sed arbitrari præstat id, quam sordibus
Tinctum quibusdam, noxie turgescere.
At tu, sceleste, nec tuum morbum vides.
Nam si videres, lacrymas fundens graves,
Deum obsecrares, ut tibi radicitus
Morbum amputaret ante vitæ terminum.
Si namque lumen tale, quid tandem nigror?

—

B XXX. DE SEIPSO.
(*Billio interprete.*)

Permulta certe plurimi
Secum trahunt dies:
At ferre quæ mittit Deus,
Vitam regens, decet.
Namque ipse quos in extero
Casus solo tuli,
Verbis ruentem dum fidem
Gnavus juvo meis,
Laudabo quisquis concinet.
Multi canunt, scio,
Tam qui fidem rectam colunt,
Quam quisquis exterus.
Nam talis orbis motio
Nunquam, reor, fuit,
Quam sanctus est cum Spiritus
Dictus Deus palam.
Ob idque me liquit favor
Chari mihi gregis.

Digitized by Google

Καὶ σοὶ, Μάκαρ, πλείστη [χάρις
Καλῆς ἀτιμίας.
Ταύτης γὰρ εὐκλεέστερον
Τίλν πάθοι βροτός;
Ἃ δ' ἐνθάδ' εὗρον οὐ δο- [κῶν,
Αὐτὸς φράσω φίλοις,
Ὡς ἂν μάθωσιν εὐκόλως
Φέρειν φθόνου πάλας.
Θεοῦ μὲν ἦν λόγος πάλαι
Κάλλιστος, ὡς Θεοῦ,
Πάντα προφήτην τίμιον
Ξένοις μόνοις δοκεῖν,
Τὸ γνώριμον δὲ ἄτιμον
Ὡς πολλὰ τυγχάνειν.
Ἐγὼ δὲ τοῦτο, καὶ πλέον,
Πέπονθα νῦν σαφῶς.
Ἐπεὶ γὰρ ἠκόμην, ξέ- [νης
Λιπὼν ἕδος χθονὸς,
Καὶ γῆν πατρῴαν ἀσμέ- [νως
Λαόν τε τὸν γλυκὺν
Ὡς εἶδον, ὤχ' ὑπέδραμε
Κιδωτὸς, ἡ μόνη
Κόσμου φυγοῦσ' ἐπίκλυσιν
Καλῶς ὁλωλότος.

A Καὶ τὸν γὰρ, ἐκλελοιπότος
Ὀρθοῦ λόγου σχεδὸν,
Ὑπεξέκλεψε τῷ ξύλῳ
Μέγας πατὴρ ἐμὸς,
Ὅλης ὅλον τῆς Τριάδος
Λάτριν καταστήσας.
Τοῦτον κάμνοντ' ἀναρχίᾳ,
Ναῦν ὥς τιν' ἐν βυθοῖς
Ἔρημον οἰακοστρόφου,
Στρεβλούμενον ζάλῃ
Κακῶν μεγίστων, ἤθελον
(Λιθαζέτω με πᾶς,
Ὡς ἐκ παλαιοῦ τοῖς λί- [θοις
Ἄριστ' ἡρμοσμένον),
Ὅσαι βυθοῦ γὰρ ἤθελον
Κυβερνήτου χερὶ,
Ὃν ταῖς πνοαῖς ἠπιστάμην
Μάλιστ' ἀντιστάτην,
Καίπερ νεωστὶ χρημάτων
Κράτος δεδεγμένον.
Τάδ' ἤθελον μέν· ὁ φθόνος
Δ' ἀντίξοος καλοῖς,
Ὃς ἀντέπνευσε τοῖς κα- [λῶς
Ἄγαν δεδογμένοις.
Πρῶτον μὲν οἱ τὰ δεύτερα
Θρόνων λελογχότες,

Tibi vero, Beate, maximas grates ago
Pro tam præclara ignominia.
Etenim quid illa gloriosius
Contingere potest homini?
Quæ autem hic reperi præter exspectationem,
Ipse narrabo amicis,
Ut discant æquo animo
Ferre invidiæ luctas.
Deus quidem protulit verbum
Pulcherrimum, quatenus Deus,
Quemlibet prophetam honore dignum
Apud solos exteros videri,
Eum autem qui notus est, in nullo pretio
Plerumque esse.
Ego vero istud, et aliquid amplius,
Insigniter expertus sum.
Cum enim venissem, peregrinæ
Linquens sedem terræ,
Et solum patrium lubens,
Dulcemque plebem
Ut vidi, statim menti occurrit
Arca, quæ sola
Effugit inundationem
Qua mundus juste periit.
Hanc enim (plebem), cum defecisset
Pene vera doctrina,
872 873 Servavit ligno
Magnus pater meus,
Totius totam Trinitatis
Cultricem reddens.
Hanc laborantem absque præsule,
Velut navem in alto,
Carentem gubernatore,
Jactatam tempestate
Maximorum malorum, volebam
(Lapidibus me petat, quisquis volet,
Utpote jam olim saxis
Egregie exceptum)
Extrahere, inquam, e gurgite volebam
Gubernatoris manu.
Quem ventis noveram
Egregie resistere posse,
Quamvis recens quæstorium
Munus accepisset.
Id equidem volebam; at invidia,
Quæ adversaria est bonis
Obstitit iis, quæ recte
Apprime decreta fuerant.
Primum quidem hi qui secundos
Thronos tenent

mireque afficiebatur, cum sic publice Spiritus sancti divinitatem assereret, sed de quibusdam episcopis, aliisque e clero parum catholicis, a quibus sede sua pulsus est.

30 *Μόνοις*. Ita Coisl. Edit. νόμοις. Intelligit hæc Christi verba, Luc. IV, 24: *Nemo propheta acceptus est in patria sua.*

31 *Γνώριμον δέ*. Edit. γνώριμον δ', ubi deficit metrum.

32 *Πολλά*. Coisl. τὰ πολλά, sed deficit metrum.

33 *Ἐγὼ δέ*. Coisl. addit καί.

35 *Ἠκόμην*. Coisl. ἰκόμην.

39 *Ὡς εἶδον, ὤχ'*. Coisl. ὡς μ'.

42 *Καλῶς*. Combef. legendum putat κακῶς.

43 *Καὶ τὸν γὰρ ἐκλελοιπότος*. Nempe, τὸν λαὸν. Ita Coisl. Edit. καὶ τὴν γάρ.

45 *Ὑπεξέκλεψε*. Ita Coisl. *Subduxit naufragio ope ligni.* Edit. ὑπέκλεψε, ubi deficit metrum.

48 *Καταστήσας*. Coisl. καταρτίσας.

57 *Ὅσαι βυθοῦ*. Coisl. et Vat. ὥσε βυθόν.

METRICA VERSIO.

Ob tale grates dedecus,
Pendo, Deus, tibi.
Quod namque ferre quis- (piam
Majus queat decus?
At nactus hic quæ sum [haud putans,
Cohors sciet favens:
Ut ferre discat leniter
Livoris impetus.
Olim Deus pulcherrime
Dixit, velut Deus,
Quod quilibet vates fere
Sit charus exteris,
Contraque sæpe fiat ut
Spernatur a suis.
Istud mihi nunc contigit,
Quiddamque durius.
Nam cum relictis exteris
Reversus urbibus,
Plebemque dulcem et pa- [trium
Vidi solum lubens,
Hæc arca menti protinus
Occurrit, una quæ
Effugit has undas, quibus
Est mundus obrutus.
Et hanc enim, pene ob- [ruta
Prorsus pia fide,
Servavit excellens, ope
Ligni, pater meus:
Dum Trinitatis integræ
Hanc ille reddidit
Cultricem. At ipse præ- [sule
Cassam, velut ratem
Rectore vacuam, turbine
Pressam gravi admo- [dum.
Malis studebam e maxi- [mis
(Quisquis volet, petat
Saxis me, ut olim, com- [mode
Compactus ipse sum),
Imoque trahere per ma- [num
Rectoris optimi,
Quem posse noram fu- [ctibus
Probe resistere:
Munus licet quæsto- [rium
Subisset hic recens.
Hæc expetebam: livor [at
Infestus optimis,
His, constituta quæ [bene,
Malignus obstitit.
Primum, secundos qui [tenent
Templi sacri thronos,

Digitized by Google

Λαοῦ πρόεδροι πρεσβύται,
Σεμνὴ γερουσία,
Πεφήνασ' ἡμῖν οὐ καλοί.
Τίς ἤλπισε τόδε;
Οἱ μὲν γὰρ αἰδοῦς λειψάνῳ
Βραχεῖ κρατούμενοι,
Δισώματοι καὶ δίχροοι,
Χιτῶνες ὥς τινες,
Ἐκτὸς πρὸς ἡμῶν, ἔνδοθεν
Κακῶς πεπηγότες,
Οἷς καὶ χάρις τοῦ λανθάνειν,
Ὦ; ἄφρονας, θέλειν.
Ἡ γὰρ πρόδηλος δουλεία
Χείρων ἀτιμίας.
Οἱ δ' οὐ λάθρα δυσμενεῖς,
Ἀλλ' ἐκφανεῖς ἄγαν,
Ἐρυθριῶντες, εἰ κακοὶ
Δοκοῖεν εὐτελεῖς.
Ὦ σαρκολάτραι, καὶ Θεοῦ
Περίφρονες σαφῶς,
Βεελφεγὼρ σέβοντες, οὐ
Τὸν ὄντα Δεσπότην.
Ποῦ δὲ τράπεζα μυστική;
Καλῶς δικαζέτω.
Ποῦ δ' ἄρτος, ἢ ποῦ χεῖρες,
Τὸ Πνεῦμ' ἐφείλκυσαν

Ὑμῶν καρήνοις; Θρύ-
[ψατε,
Κακοί, καὶ τὴν χάριν.
Λαὸν δ' ἀφήσω μέμψεως.
Τί γὰρ ξένον τόδε,
Τὸν ὄντα τοίων προστατῶν
Τοιαῦθ' ἁμαρτάνειν;
Μόγις γὰρ ἂν, ἡγουμένων
Σοφῶν, εἶεν καλοί.
Πλὴν οὐ τάδ' ὑμᾶς, ὦ τέ-
[κνα,
Ἐδίδαξ' ἐγώ ποτε
(Εἰ καὶ χρόνον βραχὺν
[ξένην
Νώμησα ἡνίαν),
Περιφρονεῖν διδάσκάλου
Νόμους τε καὶ λόγους.
Ταῦτ' ἦν ἔτι σθένος μοι καὶ
Πάσχοντι καρτερεῖν.
Τὸ γὰρ παθεῖν ὡς πλεῖστα
[τοῦ
Φέρειν διδάσκαλον.
Ὅ δ' ἐξέτηξε καρδίαν
Μάλιστα τὴν ἐμὴν,
Ἐκ μ' ἠπάτησαν οἱ
[σοφοὶ
Λαῶν ἐπίσκοποι,
Λόγῳ μὲν ὄντες ἐν φίλοις,
Ψήφου τε τῆς ἐμῆς

Populi præfecti seniores,
Venerandi magistratus,
Non fuerunt nobis benevoli.
Quis hoc futurum credidisset?
Alii quidem pudore quodam
Exiguo continebantur,
Duobus corporibus aptæ et bicolores
Velut tunicæ quædam,
In speciem pro nobis, intus vero
Male affecti erant.
Quibus etiam habenda est gratia, quod latere,
Velut ignari rerum, voluerint.
Manifesta enim servitus
Pejor est ignominia.
Alii autem non clam infesti fuere,
Sed manifesti admodum,
Erubescentes, si mali
(Inter malos) minus videantur
O carnis adoratores, et Dei
Manifeste contemptores,
Beelphegor colentes, pro eo
Qui verus est Deus!
Ubi sacra est mensa?
Recte disceptet.
Ubi panis, ubi manus, quæ

Spiritum attraxerant
Super capita vestra? Delicias facite,
Improbi, gratiam.
Populum non reprehendam.
Quid enim mirum est,
Populum, cui tales sunt præsules,
Sic delinquere?
Vix enim, qui doctores
Probos habent, boni sunt.
Verumtamen non hæc vos, o filii,
Ego unquam docui
(Licet exiguo tempore
Alienas rexerim habenas),
Contemnere magistri
Et leges et doctrinam.
874-875 Hæc tum mihi erant vires,
Ferenti ad tolerandum.
Etenim dura perferre ut plurimum
Patientiam docet.
Quod autem tabefecit cor
Maxime meum,
Istud est, quod me deceperint sapientes
Populorum præsules,
Verbis præferentes se amicos
Ac addictos meæ sententiæ,

71 *Πεφήνασ'*. Edit. πεφήνασιν, ubi deficit metrum. Ibid., οὐ καλοί. Coisl. οἱ καλοί. *Benigni nobis fuere.*

78 *Πεπηγότες*. Coisl. πεπηγότων.

82 *Χείρων ἀτιμίας*. Hoc vult, ait Billius, *turpius esse assentiri et blandiri ficto animo, quam aperte odisse et contemnere*. Major enim fit injuria, si cui obsequeris, quem oderis.

83 *Οἱ δ' οὐ*. Mancus est ille versus, una deficiente syllaba; forte legendum οἱ δ' οὐχί. CAILLAU.

87 *Σαρκολάτραι*. Apollinaristas intelligit. Vide epist. 1 ad Cledonium, et supra lib. 1, sect. 1, carm. x vers. 28.

89 *Οὐ*, etc. *Non eum, qui verus est Dominus.*

93 *Ἡ ποῦ χεῖρες. Ubi manus*, etc. His verbis significat iis, quos alloquitur, aut minime, aut rite manus non fuisse impositas, quibus Spiritum sanctum acciperent.

95 *Θρύψατε. Delicias facite; in delicias vertite gratiam sacerdotii.* Billius legit nullius codicis auctoritate, *τρίψατε, calcate.*

96 *Κακοί*. Coisl. λαοί.

106 *Ἤνίαν*. Ita Coisl. Jam Billius pro ἡνίκα emendaverat, sed nullius auctoritate codicis.

110 *Πάσχοντι*. Ita Coisl. Male edit. πάσχοντε.

117 *Λόγῳ*. Coisl. λόγου.

METRICA VERSIO.

Senatus ille splendidus,
Plebique præsidens,
In me fuerunt haud boni.
Quis credidisset hoc?
Quosdam tenebat parvu-
(lus
Adhuc enim pudor,
His vestibus non dispa-
[res,
Color quibus duplex.
Hi fronte pro nobis erant,
At corde non item.
Hos laudo, dementes velut
Latere quod student.
Nam pejor est, quam de-
[decus,
Aperta servitus.
Infesta pars at altera
Erat palam mihi.
Parvum videri nam pudor
His improbis erat.
O sarcolatræ, spernitis
Qui cœlicum patrem,
Heroque pro vero datis
Cultum Beelphegor,
Ubi sacra mensa est? In-
[tegre
Sancteque judicet.
Ubi panis, aut hæ sunt
[manus,
Quæ Spiritum sacrum

Traxere vobis? Vos quo-
Calcate gratiam. [que
Hic solvo plebem crimi-
[ne.
Mirum quid est enim
Hæc si patret, cum præ-
[sules
Sit nacta tam malos?
Vix namque præfectos
[habens
Probos, esset proba.
Quanquam istud haud,
[nati mei,
Hausistis a patre
(Parumper externam li-
[cet
Plebem ipse rexerim),
Leges magistri dicta-
[que ut
Spernatis improbe.
Perferre sed quiddam ta-
[men
Hæc dura fortiter
Nam ferre discit aspera,
Qui multa pertulit.
Quod vero cordis intimos
Rosit sinus mei,
Episcoporum me manus
Decepit inscium.
Verbis favebant nam
[mihi,
Meoque calculo,

Digitized by Google

Ὡς ἀῤῥεποῦς τε καὶ φίλης,
Εἰ ταῦτα λύχνοι, καὶ τὸ
Εἴπερ τινὸς, λόγῳ,
Τὰ πᾶσι δῆλα καὶ σα-
Ἔργῳ δ' ὅπου νενευκότες,
Ὧν εἰσι καὶ νέαι πλάκες;
Λέγειν τόδ' οὐκ ἐμόν.
Κακῶς γεγραμμέ-
Πλὴν ἠπατήθην, ὦ Τριὰς
Κόσμῳ προκείμενα,
Οἳ τὸν Θεόν μου τὸν μέγαν
Ἐμοὶ λαλουμένη.
Ὡς ἂν τὸ χρῶμα γοῦν μένῃ
Οὐκ ἐνδίκοις τομαῖς
Ὦ βήματ', ὦ λιθασμά-
Τοῦ πρόσθε σώματος,
Τέμνουσιν· οἴμοι! τὴν
Τε καὶ πόνων ὅλων,
Ἤδη παρειμένου τε, καὶ
Πάντων ὑπερβολὴν
Οὓς ἐκ νέας ἀσκήσεως
Πεσόντος ἀθλίως.
Ἄνω τιθέντες, κἀ-
Διήνυσ' εἰς τόδε!
Εἰ ταῦτ' ἀρεστὰ τῷ λόγῳ,
Κάτω τε τὸ τρίτον.
Ὅλωλε πίστις εἰς Θεὸν,
Διδάξατ', ὦ σοφοί.
Τέμνουσι δ', ὡς Θεόν μου,
Ὅλωλε δ' ἐκ βροτῶν.
Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἀρεστὰ, καὶ
Θεοῦ μέγαν βροτὸν,
Ποῦ τις μεταστῇ, καὶ τί-
Λίαν δοκεῖ κακά.
Ἄνουν τιθέντες, ὡς ἄνω
Γένηται πλησίον;
Ἐντεῦθεν, ὥσπερ τει-
Τέμνουσι τὸν θεῖον
Μήτ' οὖν ἀκούειν, μήθ'
Ῥαγέντος, ἢ ῥόου,
Ἅπας κακῶν εἰσερρύη
Ὁρᾷν
Ξένων λόγων σπορεύς·
Ὅλως δοκῶ μόνος

Ut inconcussæ et gratæ,
Si quæ alia uspiam; verbo,
Reipsa autem, quo spectarint,
Dicere meum non est.
Verumtamen deceptus sum, o Trinitas
A me prædicata!
O sacraria! o lapidationes!
O labores omnes,
Quos a prima exercitatione
Huc usque pertuli!
Periit fides in Deum,
Periit ex hominibus.
Quo quis se conferat? et quibus
Jungat se socium?
Si hæc sunt lucernæ et lumen,
Vide tu quid sit caligo.
Bis delusus sum, id et
Expertus scio;
Siquidem et mihi quidpiam prudentiæ
Concessum est a Deo.
Verum me ipse mordens pertuli (quis
Hoc novit præter Deum?)
Dei benignitatem, si fas est
Dicere, imitatus.
Itaque nec audire, nec cernere
Penitus solus videor,

Quæ omnibus nota et perspicua sunt,
Et mundo exposita,
Ut saltem color maneat
Prioris corporis
Jam dissoluti
Et dilabentis misere.
Hæc si consentanea Evangelio,
Docete, viri sapientes.
Mihi enim non talia, imo
Videntur pessima.
Dehinc, ac veluti muro
Rupto, aut quodam flumine,
Quilibet malorum effluxit
Ac peregrinorum dogmatum sator:
Ex quibus etiam sunt recentes tabulæ
Nefarie scriptæ.
Hi Deum meum magnum
Iniquis sectionibus
Discindunt; hei mihi! unum aliquid
Omnium præstantissimum
Summo loco collocantes, deinde medium,
Et inferiori loco tertium.
Quemadmodum autem secant Deum meum,
Sic et Dei eximiam humanitatem,
Mentis expertem hanc facientes, quasi absque mente
Adamus lapsus fuerit,

129 *Πίστις εἰς Θεόν. Fides divina.*

130 *Ἐκ βροτῶν. Fides ex hominibus*, id est, *fides humana*, ut altero versu dixerat, *divinam*.

144 *Δοκῶ.* Coisl. δοκῶν. Hinc certe insignis quædam Gregorii probitas elucet, qui contumelias sibi illatas tacite ferre mavult, quam ut eas pervulgando ansam ullam cuiquam porrigat de ecclesiastico ordine sinistre existimandi. Bill.

148 *Πρόσθε σώματος. Prioris corporis*, id est, ejus quod ante erat Ecclesiæ corpus.

152 *Ὦ σοφοί.* Hic perstringit presbyteros, quos Nazianzi adversarios habebat, quorum nequitia contigerat, ut Apollinaristæ in Ecclesia Nazianzena grassarentur.

169 *Ἄνουν τιθέντες.* Negabant Apollinaristæ mentem a Christo assumptam fuisse, quod illius locum suppleret divinitas, ut hæretici sentiebant.

METRICA VERSIO.

Firmo velut justoque, si
Quis alter uspiam.
Re quonam tenderent,
Non est meum loqui.
Deceptus at sum, Trini-
Quam semper eloquor.
O saxa cum sacrariis!
O et labor meus,
Primis ab annis quem tuli
Huc usque maximum!
Perit fides erga Deum,
Et funditus quidem.
Quo conferat se quis
Jungatque se quibus?

Hæc si lucernæ, et lumi-
Caligo quid, vide.
Bis esse lusum me scis:
Passus, licet, scio.
Nam mentis et quiddam
Summus dedit mihi.
Verum labris morsis tuli
(Hoc scit Deus), Dei
Benignitatem, si loqui
Sit fas mihi, sequens.
Ego ergo solus non putor
Audire, cernere et,
Quæ clara cunctis, et
Quæ spectat orbis hic:

Serventur ut saltem
Colorque corporis,
Quod dissolutum cerni-
Lapsumque perdite.
Hæc æqua si vos creditis,
Sophi, docete me.
Iniqua namque esse ar-
Planeque pessima.
Rupto dehinc muro velut,
Quodamve flumine,
Fluxit novorum dogma-
Quivis sator malus,

Tabulæ recentes hinc
Scriptæ nefarie.
Illi nempe qui magnum
Deum meum secant,
Ac Numen illud, celsius
Quod rebus omnibus,
Prima, secunda, tertia,
Proh! sede collocant.
Hominemque discindunt
Sicut Deum meum,
Mentem negantes,
Non lapsa sit velut:

Ἢ, μὴ τελείως τῷ πάθει
Σωθῶ, δεδοικότας.
Χρὴ γὰρ τὸ δέρμα μου μό-
[νον
Τυχεῖν σωτηρίας,
Τὰ δ' ἄλλ' ἄτιμα τυγ-
[χάνειν
Θεῷ παρειμένα.
Ὢν καὶ τόδ' ἐστὶ, δεύτερος
(Οὐκ οἶδ' ὅθεν, καὶ τίς)
Ἰουδαϊσμὸς, χιλίων
Τ' ἐτῶν ληρήματα,
Ἑλληνικῆς ἀμβλώματα
Μέθης τε καὶ πλάνης·
Οἳ καὶ τὸ καλὸν ποίμνιον,
Ὥσπερ λύκοι βαρεῖς,
Ἐπεισπεσόντες, νη-
[λεῶς
Ἔρημον ποιμένος
Κλέπτουσιν, ἁρπάζουσιν
[εἰς
Πόνον ψυχῆς ἐμῆς·
Ὅς, καίπερ ἄλλου ποι-
[μνίου
Βακτηρίαν λαβών,
Ὅμως ἀσῶμαι, πατρικῶν

A Ὁρῶν μόγων λύσιν.
Πῶς δ' οὐχί; καὶ τίς με-
τρίως
Τοῦτ' ἂν πάθοι φρονῶν;
Οὐ γάρ τις δρῦς, τις
[ἢ λίθος
Μόνον μ' ἐθρέψατο.
Ψεύστης μὲν εἴην καὶ κα-
[κὸς,
Ἐρῶ δ' ὅμως λόγον.
Οὐδ' αὐτὸς, οἶδα, τῆς νόσου
Μένεις ἐλεύθερος,
Ὁ νῦν ἔποφρυς τοῖς ἐμοῖς
Κακοῖς, ὦ φίλτατε,
Κἂν ἀσφαλῶς βεβηκέναι
Καὶ καιρίως δοκῇς.
Πῦρ γεῖτον οὖν, καὶ τῇ
[πέλας
Ἄπιστον οἰκίᾳ.
Κέδρος τινάσσεται, πίτυς
Τρόπον τίν' ἀσφαλής;
Πόρρωθεν εἶργε τὴν μά-
[χην,
Εἰ μὴ πέλας ποθεῖς.
Μεμνήσεταί τις τῶν ἐμῶν
Τούτων λόγων ποτὲ,

Aut ne integram ejus cruciatibus
Salutem consequar, extimescentes.
Necesse est enim, ut pellis mea sola
Consequatur salutem,
876-877 175 Cætera autem prorsus sint ingloria,
Utpote a Deo neglecta.
Quæ inter hoc reperitur, alter nempe
(Undenam, ignoro, et quis)
Judaismus et mille
180 Annorum nugæ,
Ethnicæ abortus
Temulentiæ et erroris:
Qui etiam formosum gregem,
Velut lupi truces,
185 Invadentes, crudeliter
Destitutum pastore
Dolo abducunt et diripiunt.
Non sine dolore animæ meæ;
Qui tametsi alterius gregis
190 Pedum susceperim,
Tamen mœrore afficior, paternorum

Conspiciens laborum dissolutionem.
Quidni enim? et quis æquo animo
Hæc ferat, qui mente præditus sit?
195 Non enim quercus aliqua, vel rupes
Me solum aluit.
Mendax quidem videar, aut improbus,
Dicam tamen verbum:
Neque tu ipse, id scio, a morbo
200 Manes immunis,
Tu, inquam, qui modo superciliosus es in meis
Malis, o amicissime;
Quamvis tuto consistere
Et opportune tibi videaris.
205 Ignis vicinus est, et proximæ
Infida res est domui.
Cedrus quassatur; pinus
Quonam modo secura?
Longius arceas pugnam,
210 Nisi propinquam desideras.
Recordabitur quispiam verborum
Horumce meorum aliquando,

176 *Παρειμένα. Rejecta, non assumpta.*

179 *Ἰουδαϊσμός.* Apollinaristas notat qui præter hæresim illam, qua Christo mentem adimebant, alterum quoque invehere Judaismum et Chiliastarum errorem renovare conabantur. Quod quidem Gregorius expressis verbis in secunda *contra Apollinarium* epist., pag. 93, docet: Ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὁ δεύτερος Ἰουδαϊσμὸς ὥρμηται, καὶ ἡ χιλιοέτης καὶ ληρώδης ἐν τῷ παραδείσῳ τρυφή, etc. *Hinc enim illis secundus Judaismus manavit, et delira mille annorum in paradiso voluptas*, etc.

195 *Τίς.* Sic legendum propter Græcanismum, sed male propter metrum quod deficit. Edit. juxta metrum, non juxta linguæ regulas tr. CAILLAU.

199 *Οὐδ' αὐτός. Neque tu ipse*, etc. Vicinum quemdam alloquitur episcopum, qui Nazianzenam Ecclesiam turbari sus deque ferri, et Apollinaristas grassari conspiciens, non modo nihil opis ad propulsandum malum afferebat, verum etiam lætitia afficiebatur. Hunc vir sanctus admonet, periculum esse, ne lues, quæ Nazianzi grassabatur, finitimas urbes invadat, et populetur.

203 *Ἀσφαλῶς βεβηκέναι. Firmo te gradu stare.*

205 *Πῦρ γεῖτον οὖν, καὶ τῇ πέλας ἄπιστον οἰκίᾳ.* Ita Coisl. Billius in codice Sirletano legit: Πύργει τὸν νοῦν, καὶ τῇ πέλας ἄπιστον οἰκίᾳ. Cui mederi sibi visus est legendo: πύργοι δονοῦνται, ἡ πέλας ἄσειστον οἰκία; *Turres labant, et proxima domus ne labat?* vel etiam: *turres concutiuntur, et propinqua domus immota erit?* Haud equidem malum hæc lectio sensum efficit. Verum longe meliorem suppeditat codex Coisl. et optime sententiam Gregorii explicat. Quod perinde est ac si dixisset cum Horatio:

Nunc tua res agitur, paries cum proximus ardet.

Atque idipsum est, teste Billio, quod intendit Gregorius.

METRICA VERSIO.

Aut extimescant plena ne
Detur salus mihi.
Nam scilicet pelli salus
Debetur unicæ:
Spernenda vero cætera,
Non sumpta Numini.
Judaismum præter hæc
(Haud undenam scio),
Annosque mille, nil qui-
[bus
Nugax magis, docent,
Dentem abortum crapu-
[lam
Erroris ethnici.
Gregemque præclarum
[insuper,
Tanquam lupi truces,
Sævo ruentes impetu,
Pastore privatum
Raptant dolore non
[sine
Cordis gravi mei:
Alius tametsi qui gregis
Acceperim pedum,
Tandem labores mœreo
Solvi patris mei.

B Æque quis hæc enim fe-
[rat
Vel mente præditus?
Haud namque solum nu-
[triit
Me quercus aut lapis.
Mendax ego, vir et malus,
Istud loquar tamen.
Ne tu quidem morbo ma-
[nes
Hoc liber, id scio,
Amice, qui nunc ob mea
Es insolens mala:
Gradu licet firmissimo
Te stare censeas.
Turres labant, et proxi-
[ma
Domusne non labat?
Quatiturque cedrus: quo-
[modo
Pinus nihil timet?
Pugnam propinquam ni
[cupis,
Hanc pelle longius.
Versabit olim pectore,
Quæ dico, quispiam.

Digitized by Google

Ὅτ' οὐδὲν ἔσται πλεῖον, ἢ
Τὸ δάκνεσθαι μάτην.
Πλὴν νῦν ἐμοὶ περιζέει
Πολὺς κλύδων κακῶν.
Τί χεῖρον οἴσεις, Χριστέ [μου;
Πυρσῷς δὲ τί πλέον;
Πάντα προθύμως δέξομαι,
Πλὴν ὅσα πέλοις.

Μικρόν τι, καὶ παρῆλθο- [μεν
Τὸ τοῦ βίου τραχύ.
Κἀκεῖσε δ' οἷα; χρηστά [μοι,
Κἂν ᾖ λίαν κακά.
Οὐ γάρ τις κἀκεῖ δι- [πλόη·
Μόνη γὰρ ἁπλότης.

Cum nihil supererit
Quam morderi inaniter.
Interea circa me fervet
Gravis malorum tempestas.
Quid durius impones, Christe mi?
Quo igne purgabis amplius?
Omnia libenter accipiam,
Paulum quid superest, et prætergressi sumus
Hujus vitæ asperitatem.
Istic autem qualia? prospera erunt mihi,
Etiamsi forent valde mala.
Non enim ulla hic erit duplicitas,
Sed sola simplicitas.

A Οὐδὲν γὰρ ὑμῶν οὐδὲ ὧς καθέξομαι.
Πλὴν ἐκλέλοιπα, καὶ ποθῶ λύσιν κακῶν.
Τῶν μὲν παρόντων εἰμὶ πάντων ἔμπλεως,
Πλούτου, πενίας, χαρμονῶν, οὐ χαρμονῶν,
Δόξης, ἀτιμίας τε, δυσμενῶν, φίλων·
Τῶν δ' οὐ παρόντων εὔχομαι πεῖραν λαβεῖν.
Πέρας λόγου· τολμῶ δὲ, καὶ δέχου λόγον·
Εἰ μηδέν εἰμι, Χριστέ μου, τίς ἡ πλάνη;
Εἰ τίμιός σοι, πῶς τόσοις ἐλαύνομαι;

ΛΑ'. *Πόθος τοῦ θανάτου.*

Δὶς, οἶδα τοῦτο, φεῦ! δὶς ἐπτερνισμένος·
Εἰ μὲν δικαίως, προσδέχοιθ' ὑμᾶς Θεός·
Εἰ δ' οὐ δικαίως, προσδέχοιθ' ὅμως Θεός·

ΛΒ'. *Περὶ τῆς τοῦ βίου ματαιότητος καὶ ἀπιστίας, καὶ κοινοῦ πάντων τέλους.*

Ἤθελον ἦὲ πέλεια τανύπτερος, ἦὲ χελιδών
Ἔμμεναι, ὥς κε φύγοιμι βροτῶν βίον, ἢ τιν' ἔρημον

XXXI. *Desiderium mortis*[*].

Bis, id scio, heu! bis deceptus sum a vobis:
Si quidem juste, admittat vos Deus;
878-879 Sin autem injuste, accipiat tamen Deus.
Neque enim vel sic quidquam vobis imprecabor.
Verumtamen vires deficiunt, et expeto finem malorum.
Præsentium quidem omnium rerum satur sum,
Opum, paupertatis, jucundarum rerum, injucundarum,
Gloriæ, infamiæ, inimicorum, amicorum;
Absentium autem cupio gustum capere.
Finis hic orationis; audacter loquar, sed audias verbum:
Si nihil sum, mi Christe, quid me finxisti?
Si in pretio tibi sum, cur tot malis premor?

XXXII. *De vitæ hujus vanitate atque incertitudine, communique omnium fine*[**].

Optarem vel columba patulis alis volans, vel hirundo
Esse, ut vitam mortalium fugiam, vel aliquam solitudinem

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 123, pag. 197, et Toll. 11, pag. 93.
[**] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 7, pag. 75.

214 Ἢ τὸ δάκνεσθαι μάτην. *Quam inanis dolor.*
215 *Πλὴν νῦν ἐμοὶ περιζέει*
Πολὺς κλύδων κακῶν.
Hos versiculos qui deerant in editis suppeditavit Coisl.

225 *Τις κἀκεῖ διπλόη.* Coisl. τι διπλοῦν.

XXXI. Tit. Ἄλλο. *Horumce versuum Græcum archetypum*, inquit Billius, *neque ex Italicis neque ex Germanicis bibliothecis eruere potuimus.* Tollius, carm. XI, post Lambecium Græce dedit et Latine etiam reddidit.

1 Δὶς ἐπτερνισμένος. Πτερνίζειν in lucta est, cum pes subtrahitur, et ita adversarius dejicitur in terram. Bis autem se deceptum ait Gregorius, primum Constantinopoli, deinde Nazianzi, cum illic episcopum Eulalium constituere vellet, quem ipsi probare videbantur, revera autem omni arte rejiciebant. Vide epist. LXXXIX, *ad Bosporium Colonie episcopum*, pag. 77, et carm. præced., vers. 155.

3 *Προσδέχοιθ' ὅμως Θεός.* Deerat vox ultima in cod. bibliothecæ Cæsareæ, et Lambecio. Tollius ex conjectura addidit.

XXXII. Tit. *Καὶ ἀπιστίας.* Deest in Reg. 992. Alt. Reg. περὶ τῆς εὐτελείας τοῦ ἐκτὸς ἀνθρώπου, *et exterioris hominis vilitate.*

1 *Ταχύπτερος.* Coisl. sup. lin. ταχύπτερος.

METRICA VERSIO.

Restabit at tum nil nisi
Fructu carens dolor.
Quid, Christe, mittes du- [rius?
Purgabis amplius?
Placidus modo sis, nil [erit
Quod non feram lu- [bens.
Paulum moræ: vitæ aspe- [ra
Transacta tunc erunt.
Quid post? Secunda cun- [cta mi,
Perquam licet mala.
Illic enim nihil duplex,
Nec ulla fraus erit.

XXXI. DESIDERIUM MORTIS
(*Billio interprete.*)

Bis, non latet me, fucus est factus mihi:
Si jure, magnus vos velim assumat Deus:
Sin autem inique, sic quoque assumat tamen.

B Nil imprecari nam libet vobis mali.
Fractus malorum cæterum finem expeto.
Omnino rerum sum satur præsentium,
Census, inopiæ, gaudii, molestiæ,
Famæ, dedecoris, hostium, et chari gregis.
Jam capere gustum cupio rerum absentium.
Audacter istud eloquar, parcas velim.
Si, Christe, nil sum, quæ tua est hæc fictio?
Sin charus ipse sum tibi, cur tam premor?

XXXII. DE HUJUS VITÆ VANITATE, ATQUE INCERTITUDINE, COMMUNIQUE OMNIUM FINE.
(*Billio interprete.*)

O utinam vel hirundo forem, similisve columbæ,
Lubilis ut fugerem miseranda pericula vitæ:

Digitized by Google

Ναιετάειν θήρεσσιν ὁμέστιος (οἱ γὰρ ἔασι
Πιστότεροι μερόπων), καὶ ἡμάτιον βίον ἕλκειν,
Νηπενθῆ, νήποινον, ἀκηδέα· ἓν τόδ' ἄθηρον
Μοῦνον ἔχειν, θεότητος ἴδριν νόον, οὐρανοφοίτην,
Ὡς κε γαληνιόωντι βίῳ φάος αἰὲν ἀγείρων.
Ἦ τινος ἠερίης σκοπιῆς καθύπερθεν ἀερθείς,
Βρονταῖον πάντεσσιν ἐπιχθονίοισιν ἀΰσω·
Ἄνθρωποι θνητοί, ῥοιῆς γένος, οὐδὲν ἐόντες,
Οἳ θανάτῳ ζώοντες, ἐτώσια φυσιόωμεν,
Μέχρι τίνος ψεύστῃσι καὶ ἡματίοισιν ὀνείροις
Παιζόμενοι, παίζοντες, ἐπὶ χθονὶ μάψ ἀλάλησθε;
Ἄθρει δὴ πραπίδεσσι τεαῖς, ἐπὶ πάντας ὁδεύων,
Ὡς καὶ ἐγώ· δὴ γάρ με Θεὸς μέγαν ἴδριν ἔθηκεν
Ἐσθλῶν τε, στυγερῶν τε, νόος δ' ἐπὶ πάντα φορεῖται.

A Οὗτος ἔην θαλερός τε καὶ ἄλκιμος, εὖχος ἑταίρων,
Ὑψιβιὰς, μελέεσσιν ἐριζώοισι τεθηλώς.
Οὗτος κάλλιμος ἦεν, ἐωσφόρος, ὄμματα πάντων
Ἕλκων, εἶαρος ἄνθος ἐν ἀνδράσιν. Οὗτος ἀγῶσι
Κύδιμος· ἔντεσιν οὗτος Ἀρῃΐος· οὗτος ἄριστος
Θηροφόνων σταδίοισι, καὶ οὔρεσι κάρτος ἐγείρων.
Οὗτος δ' αὖ θαλίῃσι καὶ εἰλαπίνῃσι μεμηλὼς,
Γαίῃ, καὶ πελάγεσσι, καὶ ἠέρι γαστέρα φέρβων,
Νῦν ῥικνὺς, καὶ ἀναλκις (ἀπήνθησεν γὰρ ἅπαντα)
Γῆρας ἔβη, τὸ δὲ κάλλος ἀπέπτατο· νεκρὰ τὰ γαστρός.
Βαιὸν ἔτ' ἐν μερόπεσσι· τὸ δὲ πλέον, εἰν ἀΐδαο.
Οὗτος δ' αὖ μύθοις πνείων μέγα παντοδαποῖσιν·
Οὗτος δ' εὐγενέτης τύμβοις φρονέων μεγάλοισιν,
Ἦ δέλτοις ὀλίγῃσι νεόγραφον αἷμα λελογχώς.

Incolere, feris convictor (sunt enim illæ
Fideliores quam homines), et brevem vitam trahere
Sine luctu, sine ærumnis, sine sollicitudine; atque hoc unum tantummodo
Dissimile feris habere, mentem Dei gnaram, in cœlo assidue versantem,
Ut tumultus experte vita, lumen æternum acquirerem.
Vellem etiam aeriam supra speculam evectus
Instar tonitrui omnibus hominibus clamare:
Homines mortales, fluidi seminis genus, qui nihil sumus,
Qui morti viventes, inanibus inflamur,
Usquequo mendaciis et diurnis somniis
Illusi, illudentes, in terra huc et illuc erratis?
Corde tuo considera, omnes percurrens,
Ut et ego: nam me Deus magnum speculatorem posuit
Eorum quæ præclara sunt, et eorum quæ odiosa, ac mens per omnia fertur.
Erat ille validus et fortis, sodalium decus,
Superbe gradiens, membris vividis efflorescens.
Pulcher hic erat, luce resplendens ut lucifer, omnium oculos
Trahens, flos veris inter viros. Alius certaminibus
Illustris: armis iste martius: hic præstantissimus
In venatorum stadiis, et in montibus vires depromens.
Ille conviviis et comessationibus deditus,
Terra, et mari, et aere ventrem pascens.
880-881 Nunc autem rugosus et imbecillus: defluxerunt enim omnia:
Senectus subiit; avolavit pulchritudo; mortua, quæ ventris sunt.
Paululum adhuc inter homines, majori parte in inferis.
Hic omni scientiarum genere intumescit:
Nobilis ille magnificis sepulcris gloriatur,
Aut recens inscriptam parvis tabulis nobilitatem sortitus est.

4 *Πιστότεροι*. Reg. 990 πιστότατοι.

7 *Ἀγείρων*. Sic duo Regg. et Coisl. Edit. ἄγειρον.

13 *Ἀλάλησθε*. Sic Regg. 991, Coisl. et Chig. Edit. ἀλάλλησθε.

15 *Μέγαν*. Reg. 990 et 993 μέγας.

18 *Τεθηλώς*. Tres Regg., Chig. et Vat. πεπηγὼς, πεπηγμένος.

25 *Ἀπήνθησεν*. Ita Reg. 990. *Defluxerunt, defluere*. Edit. ἀπήντησε.

27 *Βαιὸν ἔτ'*. Reg. 990. Chig. βαιόν τ'. Ibid. εἰν ἀΐδαο, subaud. τόπῳ vel δόμοις.

METRICA VERSIO.

Aut ego deserto versarer solus in antro,
Cumque feris agerem, quidquid mihi suppetit ævi
(Namque fides major, quam sit mortalibus, bis est),
Inque diem traherem vitam, quæ nescia luctus,
Nescia curarum et pœnæ miserabilis esset:
Dum tamen hoc uno præstarem nomine brutis,
Quod mentem æternæ gnaram deitatis haberem,
Summaque contemptis tendentem ad sidera terris·
Tranquilla ut vita lucem radiosque perennes
Colligerem: speculamque adeo subvectus in altam,
Voce gravis cunctis mortalibus ista sonarem:
Mortales homines, humenti semine creti,
Cum nihil omnino sitis, mortique profundæ
Viventes, fastu mentes infletis inani,
Semperne in vanis rerum et mendacibus umbris
Falsi, fallentes, incassum errabitis, illuc
In terris illucque? Animo nam dispice cunctos,
More meo; nam magna mihi rerumque bonarum
Lævarumque, Deo donante, peritia parta est:
Mens porro facili defertur ad omnia motu.

B Viribus eximiis erat ille, et flore juventæ
Conspicuus, sociique gregis columenque, decusque
Altigradus, valido membrorum robore florens.
Luciferum hic rursus formæ referebat honore,
Cunctorumque oculos ad se mentesque trahebat
Inque viris id erat, quod ver in partibus anni.
Hic bello horrendum Mavortem æquabat et armis,
Ille palæstrites clarus, venatibus alter
Nobilis, atque feras doctus prosternere ferro,
Festivis epulis alius dapibusque vacabat,
Indomito quærens et ab æquore pabula ventri,
Et cœlo et terra, servus geniique gulæque.
Nunc stratæ vires, vultum quoque ruga senilem
Turpis arat, celeri fluxerunt omnia cursu.
Accessit senium, diffugit grata venustas,
Atque voluptates carnis, paulumque moratur
Jam superos apud, at majori ex parte sub orci
Imperio est, mortique caput submisit acerbæ.
Hic rursus varia doctrinæ laude tumescit.
Hic generis splendore sui, magnisque sepulcris,

Digitized by Google

Οὗτος καρτερόμητις, ἐνὶ πτολίεσσι μέγιστος,
Πανδήμοις στομάτεσσι βοώμενος· οὗτος ἄμετρον
Πλοῦτον, τὸν μὲν ἔχων, τὸν δὲ φρεσὶν ἔνδον ἀέξων.
Οὗτος δ' ὑψιθρόνοιο δίκης πλάστιγξι γέγηθεν.
Οὗτος δ' αἱματόεντι ῥάκει, δεσμῷ τε καρήνου
Γαίης κάρτος ἔχων, καὶ οὐρανὸν αὐτὸν ἀτίζει
Θνητὸς, ἐν οὐ θνητῇσι μετήορος ἐλπωρῇσι.
Νῦν τάδε, μικρὸν ἔπειτα κόνις, καὶ πάντες ὁμοῖοι,
Δμῶες, σκηπτροφόροι, θῆτες, πλούτῳ κομόωντες·
Εἷς ζόφος, εἷς δὲ δόμος· τόσσον πλέον ὀφρυόεσσιν,
Ὅσσον κλεινοτέροιο γόου, τύμβου τε τυχῆσαι,
Οὔνομά τ' ἐν λάεσσι λιπεῖν ἐπικήδειον οἰκτροῖς·
Ὀψὲ μὲν, ἔμπα δὲ πᾶσιν ἴσον θνητοῖσι τάλαντον.

A Ὀστέα πάντες ἀφαυρὰ, σεσηρότα, γυμνὰ κάρηνα.
Λῆξε τύφος. Πενίην δὲ μόγος λίπε· νοῦσος ἄϊστος,
Ἔχθος, ἀτασθαλίη, πλεόνων πόθος, ὕβρις ἀτειρὴς,
Πάντ' ἔθανε φθιμένοισιν ὁμοῦ, καὶ πάντα μέμυκεν,
Ἄχρις ἂν ἐγρομένοισι συνέμπορα ἔνθεν ἵκηται.
Ταῦτ' οὖν εἰσορόωντες, ἐμοῖς πείθεσθ' ἐπέεσσι,
Παῖδες ἐμοὶ (παῖδες γὰρ, ὅσον πλέον εἴρυσα πνεῦ-[μα),
Δεῦρ' ἄγε, κόσμον ἅπαντα, καὶ ὁππόσα τῇδ' ἀλάληται,
Ῥίψαντες, κακότητας ἐπιχθονίου βασιλῆος,
Ἅρπαγος ἀλλοτρίων, δηλήμονος ἀνδροφόνοιο,
Πλοῦτον, ἐϋκλείην, θώκους, γένος, ὄλβον ἄπιστον,
Προτροπάδην φεύγωμεν ἐς οὐρανὸν, ἦχί τε πολλὰ

Consiliis ille præstans, ac primas in civitatibus tenens,
Publica omnium voce decantatus: hic immensas
Divitias partim possidens, partim animo amplians.
Hic justitiæ in excelso loco sedentis bilance delectatur.
Hic sanguineo panno et capitis redimiculo
Orbis imperium gerens, cœlum ipsum aspernatur,
Mortalis immortalibus spebus sublatus.
Hæc quidem nunc; paulo post cinis, ac omnes similes,
Servi, sceptrigeri, mercenarii, divitiis resplendentes;
Una caligo, una domus: hac una re præstant superbi,
Quod insigniorem luctum et tumulum consequuntur,
Ac funebre nomen in tristibus lapidibus relinquunt:
Sero quidem, sed tamen æquale omnibus mortuis talentum.
Ossa omnes infirma, putrefacta, nuda capita.
Desiit fastus. Paupertatem autem labor reliquit: morbus indeprehensus,
Odium, improbitas, plura habendi cupido, injuria insuperabilis,
Omnia cum morientibus mortua sunt, omnia silent,
Donec simul cum resurgentibus, illinc redeant.
Hæc igitur perspicientes, meis parete verbis,
Filii mei: filii enim estis, quatenus plus attraxi spiritus.
Eia agite, mundum omnem, et quæcunque hic fluitant,
Projicientes, nequitias terreni regis,
Raptoris alienorum, perniciosi homicidæ,
Divitias, gloriam, sedes, nobilitatem, bona incerta,
Citissime fugiamus in cœlum, ubi multi

33 *Τὸν δέ.* Vat. τὸν δ' ἐν.
35 *Αἱματόεντι.* Id est, πορφυρέῳ, πορφύρᾳ. *Hic purpura et diademate*, etc.
37 *Θνητῇσι.* Reg. 990 et Coisl. θνητοῖσι.
39 *Θῆτες.* Int. et Coisl. sup. lin. μισθωτοί.
44 *Σεσηρότα.* Sup. lin. κεχηνότα, *hiantia.*
45 *Ἄϊστος.* Coisl. sup. lin. ἀφανής. *Jam nec ullus morbus, nec*, etc.
46 *Ὕβρις ἀτειρής. Nec gravis contumelia*, etc.
48 *Ἄχρις.* Duo Regg. et Chig. μέχρις.
50 *Ὅσσον.* Vat., Reg. 999, ὅσῳ. Coisl. Int. καθόσον. *Quatenus diutius vixi, ut qui hunc cœli spiritum diutius hauserim.*
51 *Τῇδ'.* Ita Reg. 990 et Vat. Coisl. sup. lin. ἐνταῦθα. Edit. τῷδ'.
52 *Κακότητας.* Vat. κακότητα.

METRICA VERSIO.

Exiguo aut nactus diplomate nobilitatem.
Consilii primas media tenet alter in urbe,
Illiusque omnes una præconia voce
Concelebrant. Alius stulto inflammatus amore
Condit opes, animoque augendis instat acervis.
Huic juvat excelso solio dare jura sedentem,
Atque utrinque pari causas expendere lance.
Sanguineo hic rursus panno et cervice revincta,
Imperio totum moderans et legibus orbem,
Ipsa quoque excelsi contemnit culmina cœli,
Ac spes mortalis male sana mente perennes
Concipit et veluti certo sibi plaudit honore.
Hæc modo: post autem tenuis pulvisculus omnes,
Omnes sorte pari, servique et sceptra ferentes,
Pauperies quos dura premit, quos copia rerum
Effert. Nos omnes eadem caligo domusque
Excipiet. Nec plus quidquam est in morte superbis,
Quam mage quod celebri luctu celebrantur eorum
Funera, magnificumque magis tegit ossa sepulcrum,
Nominaque in gravibus saxis incisa relinquunt.
Et quanquam sero: tandem tamen omnibus una
Sors jacet. Ut morti pensum est fatale tributum

B Ossa infirma sumus cuncti, putredine fœda,
Et capita horrenda aspectu, spoliataque carne.
Jam cessat fastus; jam tristem ærumna laborque
Pauperiem linquit; jam nec febris ulla dolorve,
Nec sævum auditur crimen, nec fœda simultas,
Nec gravis improbitas, nec habendi plura cupido.
Omnia nobiscum mors obruit, omnia claudit,
Donec nos aliud tandem comitentur ad ævum,
Credita cogetur cum reddere corpora tellus.
Hæc ita cum se habeant, voces audite monentis,
O mea progenies; natos nam dicere possum
Jure meo, quoniam spatium mihi longius ævi
Decursum est, foribusque meis mors atra propin-[quat.
Huc agite, hunc mundum, quæque hinc incerta fé-[runtur
Calcantes, fraudesque malas, quas nectere gaudet
Terrenus princeps, rapiens aliena, cruento
Vulnere qui nostro generi pestemque necemque
Invexit; celeri vulgi præconia cursu
Linquentes, fastum generis, subsellia magna,
Cumque opibus vanis infidæ prospera vitæ.

Digitized by Google

Κάλλεα μαρμαίροντα φάος περὶ τρισσὸν ἄφραστον.
Οἱ δ' ἄλλοι πεσσοῖσιν ἐοικότες ἔνθα καὶ ἔνθα
Πίπτοιεν, πεσσῶν τε κυλίσματι τέρψιν ἔχοιεν,
Ἢ δνοφερὴν σκοτόμαιναν ἑοῖς ἐπικείμενοι ὄσσοις,
Τοίχους ἀμφαφόωντες, ἐπ' ἀλλήλοισι δ' ἴοιεν.

ΑΓ'. *Πρὸς Χριστόν.*

Οἴμοι κέκμηκα, Χριστέ μου, πνοὴ βροτῶν!
Οἴμοι μάχης τε καὶ ζάλης τοῦ συζύγου!
Οἴμοι μακρᾶς ζωῆς τε καὶ παροικίας,
Τῶν τ' ἔνδοθεν, τῶν τ' ἔκτοθεν παλαισμάτων,
Ὑφ' ὧν τὸ κάλλος φθείρεται τῆς εἰκόνος!
Τίς δρῦς τοσαύτην πνευμάτων φέρει βίαν;
Τίς ναῦς τοσούτοις κύμασι συνερράγη;

Πόνῳ τέτρυμμαι, πραγμάτων τ' ἐπιρροιζῇ.
Οἶκον πατρῷον οὐχ ἑκὼν ἐδεξάμην.
Ἐπεὶ δ' ὑπέστην, εἶδον ἐσκεδασμένον.
Φίλοι μ' ἔκαμψαν, νοῦσος ἐτρύχωσέ με.
Λίθοις ἐδέχθην ὥς τις ἄλλος ἄνθεσι.
Λαοῦ κεχήρωμ', ᾧ τὸ Πνεῦμ' ἐνίδρυσε.
Τέκνων τὰ μὲν λέλοιπα, τῶν δ' ἀπεζύγην,
Τοῖς δ' οὐ τετίμημ'. Ὦ πατρὸς παναθλίου!
Οἱ συνθύται μου δυσμενεῖς ἐχθρῶν πέρα,
Οὐδὲ τράπεζαν μυστικὴν δεδοικότες,
Εἰ μή τί γ' ἄλλο, καὶ πόνους τοὺς εἰς τόδε,
Οὓς καὶ πονηροῖς πολλάκις τιμᾷν ἔθος·
Οὐδ' ὄφρεως δόξαν τιν' ἐξιώμενοι·
Ἀλλ' ἐν πέοντες, τὴν ἐμὴν ἀτιμίαν.

Splendores coruscant circa trinum lumen non enarrabile.
Cæteri vero tesseris similes huc et illuc
Procumbant, et tesserarum motibus delectentur;
882–883 Aut densis tenebris oculos suffusos habentes,
Muros palpantes, in se invicem incurrant.

XXXIII. *Ad Christum**.

Hei mihi! defatigatus sum, mi Christe, vita mortalium!
Hei mihi! quam luctam et tempestatem a compare perpessus sum!
O diurnam vitam et incolatum!
O interna et externa certamina,
Quibus corrumpitur pulchritudo divinæ imaginis!
Quæ quercus tantam vim ventorum ferat?
Quæ navis tantis cum fluctibus est conflictata?
Labore fractus sum, et negotiorum incursibus.
Domus paternæ curam invitus suscepi.
Postquam ad eam accessi, vidi direptam.
Amici me flexere, morbus me absumpsit.
Lapidibus exceptus sum, ut alius quis floribus.
Privatus sum populo, cui Spiritus me præfecerat.
E filiis alios reliqui, ab aliis separatus sum,
Alii spreverunt me. O patrem miserrimum!
Collegæ in ministerio infesti mihi sunt plus quam inimici,
Neque mensam mysticam reveriti,
Si nihil aliud, nec labores hactenus exantlatos,
Quos etiam improbi in pretio habere solent:
Nec contumeliæ mihi factæ existimationi mederi curant;
Imo unum hoc spirant, dedecus meum.

* Scriptum an. 382. — Alias Bill. 135, pag. 197.

59 *Σκοτόμαιναν*. Reg. 990, Vat. et Coisl. σκοτομήναν.
60 *Ἐπ' ἀλλήλοισι δ' ἴοιεν*. Sic Regg. tres, Chig. et Coisl. Edit. ἐπ' ἀλλήλοισιν ἴοικεν.
XXXIII. 2 *Τοῦ συζύγου*. Corpus intelligit.
13 *Ἐνίδρυσε*. Ita Vat. Edit. ἐνίδρυσα. *Cui Spiritus divinitatem asserui.*
21 *Ἀτιμίαν*. Sequitur in editis aliud carmen tribus constans versibus, qui infra leguntur, carm. LXI, Bill. 93.

METRICA VERSIO.

Empyreas sedes, æternaque regna petamus,
Plurima ubi sanctæ Triadis præstantius omni
Eloquio lumen clarissima lumina cingunt.
Cætera turba hominum talorum more voluta
Huc illucque cadat, damnosaque gaudia captet,
Aut circumfusis oculis caligine densa,
Quærat iter, muros orbataque lumine palpet.

XXXIII. AD CHRISTUM.

(*Billio interprete.*)

Heu quassa nostra, Christe mi, vis concidit!
Heu quas procellas excitat corpus mihi!
Heu quam incolatus se meus longe extulit!
Quæ patior intus, quæ foris certamina,
Imago supra queis suum perdit decus!

An quercus unquam pertulit ventos pares?
Ullane tot unquam pertulit fluctus ratis?
Labore fractus langueo, et negotiis.
Curam paternæ non libens subii domus.
Hanc ut subivi, perditam vidi illico.
Flexere amici, morbus afflixit gravis.
Saxis petitus sum miser, quasi floribus.
Hac plebe careo, quam dedit mihi Spiritus.
Natos reliqui, vel relictus ipse sum,
Aut spretus ab eis. O patrem miserrimum!
Infestiores hostibus sunt præsules,
Qui nec verentur mysticam mensam, neque
Quos ego labores hactenus multos tuli,
Persæpe flectunt qui tamen vel pessimos;
Famæ mederi nec malæ quidquam student;
Unum sed istud, dedecus spirant meum.

Digitized by Google

ΛΔ'. *Εἰς τὴν ἐν ταῖς νηστείαις σιωπήν.*

Ἴσχεο, γλῶσσα φίλη· σὺδέ μοι, γραφίς, ἔγγραφε σιγῆς
Ῥήματα, καὶ φθέγγου δμμασι τὰ κραδίης.
Ἡνίκα σάρκας ἔδησα, Θεοῦ βροτέοις παθέεσσι
Μύστιν ἄγων θυσίην, ὥς κε θάνω βιότῳ,
Ἥμασι τεσσαράκοντα, νόμοις Χριστοῦ βασιλῆος,
Εὖτε καθαιρομένοις σώμασιν ἔσπετ' ἄκος.
Πρῶτα μὲν ἀτρεμίη νόον ἥδρασα, οἷος ἀπ' ἄλλων
Ναιετάων, ἀχέων ἀχλὺν ἐφεσσάμενος,
Εἴσω πᾶς ἰαλείς, φρένας ἄκλοπος· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἀνδρῶν εὐαγέων δόγμασιν ἑσπόμενος,
Χείλεσι θῆκα θύρετρα. Τὸ δ' αἴτιον, ὥς κε μάθωμι
Μύθων μέτρα φέρειν, παντὸς ἐπικρατέων.
Καὶ γάρ τις πλεόνεσσιν ἐπ' ἀνδράσι θοῦρον ἀείρων
Ἔγχος, παυροτέρους ῥηϊδίως δαμάσει,
Καὶ πτερόεντα βέλεμνα δς εὐσκοπα τηλόθε βάλλει,
Οὔποτε ῥοιζήσει ἄσκοπον ἀσσοτέρω.
Νῆα δὲ ποντοπόρειαν, ἐπὴν μέγα λαῖτμα περήσῃ,
Πέμπειν θαρσαλέον βαιῶν ὑπὲρ λιμένων.
Ὅς μὲν γὰρ μικρῶν κρατέει, μεγάλων ἀΐδηλον
Εἰ ποθ' ὑπερσχήσει, καὶ μάλα περ πολέων·

XXXIV. *In silentium jejunii*[*].

Comprime te, lingua chara; tu vero, calame, conscribe silentii
Verba, et loquere oculis cordis consilia.
Cum carnem adstrinxi, Dei mortalibus cruciatibus
Mysticum agens sacrificium, ut morerer huic vitæ,
Diebus quadraginta, ex lege Christi regis,
Cum purgatis corporibus accedit medicina,
884-885 Primo quidem quiete mentem firmavi, solus a cæteris hominibus
Habitans, dolorum nube amictus,
Intra totus collectus, mente immotus: deinde vero
Virorum piorum præceptis obsequens,
Labris fores opposui. Hæc autem fuit causa, ut discerem
Verbis modum imponere, ab omnibus me abstinens.
Etenim qui contra plures homines furentem vibraverit
Hastam, pauciores facile superabit,
Et qui celerem sagittam procul mittens scopum attigerit,
Nunquam a scopo aberrabit collimans propius.
Navem autem mare secantem, cum magna æquora trajecerit,
Impellet quis confidenter in parvos portus.
Nam qui parva superat, incertum est an magna
Sit superaturus, etiamsi vehementer cupiat:

[*] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 55, pag. 128.

XXXIV. Argumentum. *Toto Quadragesimæ tempore anni 382 silentium sibi imposuerat Gregorius in honorem Passionis Christi, carnem excrucians, præscriptamque sibi legem accurate servavit, ut toto hoc tempore ne verbum quidem protulerit a die vicesima septima Februarii usque ad diem decimam septimam Aprilis. Cum istud silentium præter consuetudinem et singulare videretur pluribus, imo et a multis culpitaretur, Gregorius qui id noverat, hoc carmine vitæ suæ rationem reddit. Nimirum cum præ ætate ac valetudine, solitis per id tempus afflictationibus sævire in corpus suum, et carnem excruciare inedia, vigiliis, jejuniis, ciliciis, chameuniis, cæterisque asperioris vitæ generibus, quæ a piis hominibus domando corpori adhibentur, non liceret, constituit per totum Quadragesimæ tempus, quod apud Cappadocas septem constabat hebdomadibus, domi se continere, per id tempus stricti silentii lege sibi præscripta. Itaque hoc carmine silentii causas exponit, quantaque mala a lingua oriantur, docet, ut ad eam frenandam excitemur.*

Tit. *Ἐν ταῖς νηστείαις.* Sic Coislinianus codex et Vaticanus. Edit. ἐκ νηστείας.

1 *Ἴσχεο.* Int. Coisl. παῦσαι.

2 *Τὰ κραδίης.* Coisl. Int. βουλήματα, *ocultis consilia*: nimirum cordis consilia scripto manifestantur.

4 *Μύστιν ἄγων.* Coisl. Int. μυστικὴν τελοῦντα *sticum sacrificium offerens*: hoc est, in hoc Passionis Christi *carnem excrucians.*

7 *Ἀτρεμίη.* Mss. ἀτρεμίην.

8 *Ἀχέων ἀχλὺν ἐφεσσάμενος.* Combef. *rum sedata caligine*: nec Billii interpretatio probat, qui vertit: *animi cumque dolore* tamen favet Coisl. qui sup. lin. ἐνδυσάμενος.

9 *Ἰαλείς.* Vat. ἰαλώς. Int. Coisl. *conversus.* Mox ἄκλοπος. Schol. Coisl. ἀκλόπ

11 *Θῆκα θύρετρα.* Vat. θύρετρ' ἔθηκα.

12 *Ἐπικρατέων.* Vat. ἐπικράτειν. Schol. πείσω τοὺς ἄλλους σιγᾶν τῷ ἀρχετύπῳ τῆς

15 *Εὔσκοπα τηλόθε.* Vat. εὔστοχα τηλόθ

18 *Θαρσαλέον βαιῶν.* Sic Reg. 992 et Coislin. ῥᾴδιόν ἐστι. Coisl. Int. ἀκινδυνώτερον pro βαιῶν habent βαιόν. Carminis lex id petit: sensus vero βαιῶν — Forte, βαιὸν μένα. Caillau.

METRICA VERSIO.

XXXIV. IN SILENTIUM JEJUNII.
(*Billio interprete.*)

Lingua, sile: mutam at vocem, mea penna, tabellis
Scribe, oculisque animi concine sensa tui.
Cum carnem astrinxi, cupiensque occumbere mundo,
Suppliciis Christi mystica sacra tuli,
Quadraginta, ferunt Christi ut mandata, diebus,
Purgatæ carni cum medicina venit:
Id primum studui, mentem stabilire quiete,
Solus agens, animi cumque dolore, dies,
Totam intro mentem referens cogensque: piorum
Post autem ut sequerer **dogmata** sancta
Portam ori apposui. Si **causam** quæris, ut
Parte silens discam **voce tenere** modum.
Nam quisquis multos ferro **prostraverit** hostes
Haud ægri exiguam **fuderit ille** manum
Atque scopum quisquis **ferit emissus**, hasta
Haud unquam propius **missa sagitta** volet
Denique quam duxit **spatiosa per** æquora navis
Ducere non metuet per **freta parva** ratis.
Parva etenim si quis **superet**, majoraque
Vincere non certum **est**, **id licet** ipse velit

Digitized by Google

Ὃς δὲ μέγα προφέρει, τόδ' ἀριφραδὲς, ὡς ἄρα τυτθῶν
Ἔξει ῥηϊδίως, εὖτε θέλῃσι, κράτος.
Τοὔνεκα πάμπαν ἔδησα λόγου μένος. Ἦ γὰρ ἔολπα
Μηκέθ' ὑποβλύζειν μῦθον ἐμῶν στομάτων.
Ὡς οὐδὲν γλώσσης ὀλοώτερόν ἐστι βροτοῖσιν·
Ἵππος ἀεὶ προθέων, ὅπλον ἑτοιμότατον.
Λεύσσει μὲν τίς ἅπαντα; τὰ δ' ἐν ποσὶ χεῖρες ἔχουσι
Βαιὰ μάλ', οὐδὲ πόδες γαῖαν ἐπῆλθον ὅλην.
Μόχθος ἀνδροφόνοις, μοιχοὶ δέ τε καὶ τρομέουσι
Λύσσαν ἐὴν, κλέπταις ἦμαρ ἀπευκτότατον,
Πλοῦτος δ' οὐ κἀμόγητος· ἔχω τὸ μὲν, ὤλεσα δ' ἄλλο,
Τόσσα περισφίγγων, ὅσσα ῥόον παλάμῃ.
Νήεσ', ὁδοιπορίῃ λῃΐστορες· ἄλλος ἄπληστος,
Ὄμματα πικρὰ φέρων ἀλλοτρίοις κτεάνοις.

A Τόσσα φιλοχρύσοισι προσάντεα πᾶσιν ἔπεστι,
Μόχθος χειροτέροις, μόχθος ἀρειοτέροις.
Γλῶσσαν δ' οὐδὲν ἔρυξεν ἐπειγομένην ἐπὶ μῦθον,
Οὐ βροτὸς, οὐ νιφετὸς, οὐ ῥόος, οὐ σκόπελος.
Ἐγγὺς ὁ τοξευτής· τόξῳ δ' ἔπι πικρὸς ὀϊστός·
Νευρὴ κύκλον ἄγει, δάκτυλον ἐν γλυφίσι.
Νοῦς ἀφέηκε βέλεμνα· τὰ δ' ἔπτατο, πάντα δὲ βάλλει,
Οὐρανίους, χθονίους, ζῶντας, ἐπεσσομένους,
Ὅσσοι μιν δοκέουσι, καὶ οὐ δοκέοντας, ὁμοίως
Ἐσθλοὺς ἠδὲ κακοὺς, δυσμενέας, φιλίους,
Τηλόθεν, ἐγγὺς ἐόντας· ἀπόσκοπον οὐδὲν ὀϊστῷ.
Τὴν δέ τις αἰχμάζων, πρῶτα φέρει σοφίης.
Πολλὰ μὲν αἰσχρὰ μάχλοισιν ἐρεύγεται, ὥς κε γελοῖος
Αὐτὸς ἐὼν, ἄλλοις βράσμα γέλωτος ἄγῃ,

Qui autem in magnis excellit, manifestum est fore ut in parvis
Facile, cum voluerit, excellat.
Idcirco penitus constrinxi vim orationis. Sic enim speravi
Jam non exundaturum sermonem ex ore meo.
Nihil certe lingua perniciosius est hominibus,
Equus est semper præcurrens, telum paratissimum.
Quis videt omnia? quæ vero ad pedes sunt, manus tenent,
Eaque paucissima, neque pedes terram peragrarunt universam.
Labor sicariis plurimus, adulteri reformidant
Rabiem suam, furibus dies est horrori.
Divitiæ non sunt sine labore: habeo partem, perdidi alteram,
Tantum constringens, quantum quis aquæ prehendat manu.
Navibus et terra iter agentibus prædones imminent; alius insatiabilis
Oculos acerbos conjiciens in alienas opes.
Talia omnes auri cupidos incommoda circumveniunt:
Suus labor est pessimis, suus labor optimis.
Nihil autem cohibet linguam loqui properantem,
Non homo, non nix, non torrens, non scopulus.
Prope est sagittarius; in arcu autem letalis sagitta:
Nervus orbem agit, digiti in crena.
Mens emisit sagittas: illæ volant, omniaque percutiunt,
Cœlites, terrenos, viventes, posteros,
886 887 Quotquot ab illa cavent, et qui non cavent, pariter
Bonos et malos, amicos et inimicos,
Extraneos et proximos: nihil est quod non feriat linguæ sagitta.
Hanc qui domuerit, primas feret sapientiæ.
Multa quidem fœda eructat libidinosis, ut, ridiculus
Ipse cum sit, aliis procacem risum moveat

25 Ὡς. Schol. ὄντως.
26 *Ὅπλον ἑτοιμότατον.* Sic idem Gregorius apud urat. epigr. 205, nunc XVI, lib. II, sect. II, vers. 12.
27 *Λεύσσει μὲν τίς.* Sup. lin. ἀντί· Οὐδεὶς θεωτ ἅπαντα, *nemo videt omnia.*
29 *Ἀνδροφόροις.* Sic Vat. Edit. ἀνδροφόνοισι, ubi ficit metrum. Schol. πολύς. Ibid. *τρομέουσι.* Sic isl. Billius jam recte emendaverat ex conjectura. it. τρομέοισι. — Forte legendum μόχθος δ', ob em quantitatis. CAILLAU.
37 *Οὐδὲν ἔρυξεν.* Vat. οὔτις ἔερξεν.
39 *Τοξευτής.* Ita Vat. Reg. 991, τοξευτήρ. Schol. Coisl. τὸ τόξον τείνει, ἐπὶ ταῖς γλυφίσι δὲ τὰ δάκτυλα.
40 *Δάκτυλον.* Ita Vat. Coisl. δάκτυλ' ἐπὶ γλυφίσι.
43 *Μιν.* Sic Coisl. Edit. μέν.
45 *Ἀπόσκοπον.* Schol. τῷ τῆς γλώττης βέλει οὐδὲν ἀπόβλητον.
48 *Αὐτὸς ἐὼν, ἄλλοις.* Sic Vat. Edit. αὐτὸς δ', ἀνθρώποις, etc.

METRICA VERSIO.

non est dubium, quin is qui maxima vicit,
incere perfacili parva labore queat.
o etiam arcta meis injeci vincula verbis,
e posthac nimia garrulitate cadam.
certe lingua nihil exitialius usquam est;
ursor equus semper, tela parata nimis.
nia nemo videt: vicinaque sola prehendit
ostra manus, totam nec pes obivit humum.
homicida labore caret, mœchumque libido
errital: est odio furibus atque dies.
labor in censu: teneo amittoque vicissim,
t cui compressa stringitur unda manu.
uorcum terrenum et iter, prædoque cruentus,
vidiaque ardens alter amator opum.

B Hæc auri cupidos incommoda cuncta fatigant:
Ærumnas insons denique sonsque ferunt.
At linguam nemo properantem ad verba repressit,
Non nix, non scopulus, non homo, non fluvius.
In promptu jaculator, in arcu sæva sagitta:
Circulum et in crena nervus adactus habet.
Quas animus misit, volitant feriuntque sagittæ
Vivos, victuros, cum superisque homines,
Hæc æque incautos et cautos figit, amicos
Atque hostes, pravos vulnerat atque bonos:
Vicinos, procul et positos, ac denique nil non.
Qui domat hanc, sophiæ culmina prima tenet.
Hæc Veneri addictis ructat fœdissima multa,
Risum aliis risu dignus ut ipse ferat;

Digitized by Google

Παλλόμενος, πάλλων τε, καὶ εἰκόνα θείαν ἀτίζων.
Πολλὰ δὲ τῶν κρυπτῶν οὐσιν ἐξεμέει.
Πολλάκι δ' αὖτε χόλοιο δυσαὲος ἄγριον ἀφρὸν
Ἐκτὸς ἀποσκεδάει, πᾶσαν ἐπεσβολίην.
Πολλάκι δ' αὖ λοχόωντι φέρει χάριν ἔνδοθι θυμῷ,
Καὶ κραδίης ἑτέρης χείλεσιν ἄλλα φέρει,
Ψεύδεά θ', αἰμυλίους τε λόγους, ἀνδροκτασίας τε.
Τίς κεν ἅπαντα λέγοι, τόνδ' ζσα λυπρὰ πέλει;
Ἐχθρὸν ἔθηκ' ἐθέλουσα δόμον δόμῳ, ἄστεϊ δ' ἄστυ
Αὐτίκα, μηδὲν ὅλως γλῶσσα πονησαμένη,
Δῆμον κοιρανέοντι, ἀνασσομένοισιν ἄνακτα,
Ὡς σπινθὴρ καλάμης ὤκα ῥιπιζομένης.
Σύμπλοον, υἷα, τοκῆα, κάσιν, φίλον, εὖνιν, ἀκοίτην,
Πάντας ἐπ' ἀλλήλοις ὤπλισε ῥηϊδίως.

Τὸν κακὸν, ἐσθλὸν ἔθηκε, τὸν ἔμπαλιν ὦλεσεν ἐσθλὸν,
Τοῦτ' ἀνέζευξε πάλιν· τίς δύναθ' ὅσσα λόγης;
Βαιὴ μὲν γλῶσσ' ἐστὶν, ἀτὰρ σθένος οὐδενὶ τόσσον·
Αἶθ' ὄφελε θνήσκειν αὐτίκα τοῖσι κακοῖς!
Πᾶσιν μὲν δὴ γλῶσσα πέλει κακὸν ἀφραδέεσσιν,
Ἔξοχα δ' αὖ μύσταις οὐρανίης θυσίης.
Ὀργανόν εἰμι Θεοῖο, καὶ εὐκρέκτοις μελέεσσιν
Ὕμνον ἄνακτι φέρω, τῷ πᾶν ὑποτρομέει.
Μέλπω δ' οὐ Τροίην, οὐκ εὔπλοον οἶά τις Ἀργὼ,
Οὐδὲ συος κεφαλὴν, οὐ πολὺν Ἡρακλέα,
Οὐ γῆς εὐρέα κύκλα ὅπως πελάγεσσιν ἄρηρεν,
Οὐκ αὐγὰς λιθάκων, οὐ δρόμον οὐρανίων·
Οὐδὲ πόθων μέλπω μανίην, καὶ κάλλος ἐφῆβων,
Οἷσι λύρη μαλακὸν κρούετ' ἀπὸ προτέρων.

Exagitatus et exagitans, atque imaginem divinam dedecorans.
Plurima autem, quæ silenda essent, auribus evomit.
Sæpe etiam iræ vehementis feram spumam
Extra diffundit, omne conviciorum genus.
Sæpe rursus benevolentiam præfert, insidiante intus animo,
Et cordis alterius labris alia promit,
Et mendacia, blandosque sermones, et cædes.
Quis omnia dixerit mala quæ ex ea fluunt?
Inimicam efficit, si velit, domum domui, civitatem civitati,
Illico ac nullo labore lingua;
Populum etiam principi, subditis regem,
Ut scintilla in stipula subito ventilata.
Socium viæ, filium, patrem, fratrem, amicum, uxorem, maritum,
Omnes intra se armavit facile.
Malum bonum judicavit, et rursus perdidit probum,
Atque hoc retexit iterum: quis possit, quod sermo?
Parva quidem lingua est, verumtamen nihil tantam habet p testatem.
Utinam periret statim iniqua loquentibus!
Omnibus certe exitiosa est lingua stultis,
Maxime vero ministris cœlestis sacrificii.
Organum Dei sum, et bene modulatis carminibus
Laudes cano regis, quem omnia pertimescunt.
Canto autem, non ut aliqui, Trojam, non velivolam Argo,
Neque apri caput, non celebrem Herculem,
Non quomodo latissimus terræ orbis mari coagmentatus fuerit,
Non gemmarum splendorem, non cursum siderum;
Non furentes canto amores, et egregiam formam juvenum,
Quibus molliter resonabat lyra priorum poetarum.

49 *Ἀτίζων.* Sic Coisl., Vat. et Reg. 992. Edit. ἀτύζων.
50 *Κρυπτῶν.* Scholl. κρύπτεσθαι ἀξίων.
52 *Ἐπεσβολίην.* Sup. lin. βλασφημίαν.
54 *Καὶ κραδίης ἑτέρης.* Idem est ac *aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habere.* Sall., *Catil.* 7.
56 *Λυπρά.* Vat. et Coisl. λυγρά.
59 *Κοιρανέοντι.* Sic Coisl. Edit. κοιρανέοντα.
61 *Σύμπλοον.* Schol. Coisl. συνέμπορον.
64 *Ἀνέζευξε.* Coisl. ἀνέτευξε. Schol. ἀνεσκεύασε.
66 *Αἶθ' ὄφελε.* Schol. Coisl. Regiique 991, et 992, εἴθε νενέκρωτο (γλῶσσα) τοῖς ἄδικα λέγουσι.
70 *Τῷ πᾶν ὑποτρομέει.* Schol. ὑποτάσσεται. Cui *omnia subdita sunt: cui quodlibet contremiscit.*
71 *Ἀργώ.* Argo navis ea fuit qua Jason ad vellus aureum rapiendum cum multis clarissimis viris vectus est. Unde etiam *Argonautæ* dicti.
72 *Συὸς κεφαλήν.* Intelligit *Aprum Caledonium.* Ibid. πολὺν Ἡρακλέα. Schol. μέγαν παρ' Ἕλλησι Ἡρακλῆν, *celebrem apud Græcos Herculem.* Coisl. Int. Ἡρακλέος ἀλκήν.
73 *Εὐρέα κύκλα.* Schol. τὰ πλάτη καὶ τὰ πέρατα.
76 *Προτέρων.* Schol. τοῖς πάλαι.

METRICA VERSIO.

Vibratus vibrans, simulacrum nobile turpans
Numinis. Auribus hæc plurima tecta vomit.
Sæpe etiam sexcenta levis maledicta profundit,
Quæ, veluti spumam, projicit ira gravis.
Aut rursum ficto blandissima pectore fatur
Atque aliud labris, mente aliudque gerit.
Blanditiis plenas voces, mendacia, fraudes,
Dicere quis linguæ cuncta venena queat?
Illa domos domibus committit, et urbibus urbes
Protinus, id nullo cumque labore facit;
Committit populum regi, dominumque subactis,
Ut stipulam incendit mox levis igniculus.
Illa ratis socios, fratres, natosque patresque,
Illa viros armat, participesque tori.

Illa malum insontem reddit, justumque nocentem.
Rursus id invertit: quis, rogo, tanta potest?
Lingua quidem parva est, at viribus omnia vincit.
O utinam illa malis protinus occideret!
Porro cum stultis fraudem ferat omnibus illa,
Est mage sacrificis exitiosa tamen.
Sum lyra supremi Regis, modulisque canoris
Hunc cano, qui tremulo cuncta pavore quatit.
Non Trojam cano, nec celerem, quidam velut, Argo
Non caput aprinum, aut Amphitryoniaden:
Non etiam æquorei tellus aptetur ut undis,
Non supera ut currant, non lapidum radios.
Non cano vesanos ignes, juvenumque decorem,
Pulsata ut quidam molliter ante lyra.

Digitized by Google

Μέλπω δ' ὑψιμέδοντα Θεὸν μέγαν, ἠδὲ φαεινῆς
Εἰς ἓν ἀγειρομένης λάμψιν ἐμῆς Τριάδος,
Ἀγγελικῶν τε χορῶν μεγάλους ἐριηχέας ὕμνους
Πλησίον ἑσταότων, ἐξ ὁποὺς ἀντιθέτου
Κόσμου θ' ἁρμονίην, καὶ κρείσσονα τῆς παρεούσης,
Ἣν δοκέω, πάντων εἰς ἓν ἐπειγομένων
Καὶ Χριστοῦ παθέων κλέος ἄφθιτον, οἷς μ' ἐθέωσεν,
Ἀνδρομέην μορφὴν οὐρανίῃ κεράσας.
Μέλπω μίξιν ἐμήν. Οὐ γὰρ φατὸν ἔργον ἐτύχθην
Ἔργον, ὅπως πλέχθην θνητὸς ἐπουρανίοις.
Μέλπω δ' ἀνθρώποισι Θεοῦ νόμον, ὅσσα τε κόσμου
Ἔργματα, καὶ βουλὰς, καὶ τέλος ἀμφοτέρων·
Ὄφρα τὰ μὲν κεύθῃς σῇσι φρεσὶ, τῶν δ' ἀπὸ τῆλε
Φεύγῃς, καὶ τρομέῃς ἦμαρ ἐπερχόμενον.
Τόσσων γλῶσσαν ἔχω, κιθάρην· φράζεσθ', ἱερῆες,
A Μή τι παρακρέξῃ ἔκτροπον ἁρμονίης.
Γλῶσσαν καὶ θυέεσσιν ἁγνὴν ἁγνοῖσι φυλάξω,
Οἷσιν Ἄνακτα μέγαν εἰς ἓν ἄγω χθονίοις.
Οὐ γὰρ ἀπ' ἀλλοτρίης γλώσσης, χραντοῦ τε νόοιο
Πέμψω τῷ καθαρῷ ζωοφόρον θυσίην.
Εἷς πόρος οὐ γλυκερόν τε ῥόον καὶ πικρὸν ἀνήσει,
Εἵματι πορφυρέῳ βόρβορος ἀλλότριον.
Καὶ πῦρ ξεῖνον ὄλεσσε θυηπόλου ἐν προτέροισι
Παῖδας, μὴ καθαρῶς ἁπτομένους θυσίης.
Τὴν δ' ἱερὴν ποτ', ἄκουσα, Θεοῦ μεγάλοιο κιβωτὸν,
Ὡς καὶ κλινομένη κτεῖνε τὸν ἁψάμενον.
Ταῦτ' αἰνῶς τρομέω, καὶ δείδια, μή τι πάθοιμι,
Μὴ καθαρῶς καθαρῆς ἁπτόμενος Τριάδος.
Αἴθε δὲ καὶ νόον ἦεν ἀτάσθαλον, ἀστατέοντα
Τῇ καὶ τῇ, πολλοῖς οἴμασι μαψιδίοις

Canto autem summum regem Deum, et splendidæ
In unum colligatæ fulgorem meæ Trinitatis,
Angelicorumque chororum præclaros et sonoros cantus,
Qui propius stant, et certatim vocibus Deum celebrant;
Canto etiam mundi concentum, et præstantiorem præsenti,
Quem exspecto, omnibus ad unum finem properantibus.
Cano Christi passionum gloriam immortalem, quibus me deum effecit,
Humanam formam cœlesti admiscens.
Cano misturam meam. Non enim verbis exprimi potest, quæ mea sit fabrica,
Nempe quomodo mortalis adscitus sim cœlestibus.
Canto hominibus legem Dei, et omnia mundi
Facinora, et consilia, et finem rei utriusque;
Ut alia condas in tuis præcordiis, ab aliis autem longe
Fugias, et timeas diem adventantem.
Tot rerum linguam habeo, ut citharam modulatricem : videte, sacerdotes,
Ne quid personet absonum a concentu.
Linguam equidem puris puram sacrificiis servabo,
Quibus magnum Regem concilio mortalibus.
Neque enim aliena lingua, pollutaque mente
Offeram purissimo Deo vivificantem hostiam.
Unus fons non dulcem simul et amaram aquam emittit,
A veste purpurea alienum est cœnum.
Ignis alienus sacerdotis perdidit olim
Filios, qui pure non attrectabant sacrificium.
Imo sacra, ut audivi, magni Dei olim arca
Occidit eum, qui inclinatam eam tetigerat.
His magnopere perturbor, et vereor ne quid mihi accidat
Non pure puram attingenti Trinitatem.
Atque utinam mentem liceret insipientem, vagantem
Huc atque illuc, multis ac frustraneis conatibus,

80 *Πλησίον ἑσταότων*. Coisl. Int. οἳ δὴ πλησίον ἑστᾶσι τῆς μακαρίας Θεότητος, *qui beatæ Trinitati propius assistunt.*

85 *Μίξιν ἐμήν*. Int. Coisl. ὅπως συνεπλάκην θνητὸς ὁμοῦ. καὶ ἀθάνατος, *quomodo mortalis simul et immortalis conditus sum.* Ibid. οὐ γὰρ φατόν. Schol. οὐ γὰρ μικρὸν ἔπλασεν ἔργον· χαλεπὸν εὑρεῖν καὶ ἀμήχανον· ἀνερμήνευτον γὰρ ὄντως· ἐγὼ δημιούργημα.

88 *Βουλάς*. Vat. βουλαί.

98 *Εἵματι*. Sic mss. Male edit. αἵματι.

99 *Θυηπόλου*. Coisl. θυηπόλους.

106 *Οἴμασι*. Sic habet Coislinianæ bibliothecæ co-

METRICA VERSIO.

Sed mihi supremus Dominus cantatur, in unum
Quæque coit Numen ter veneranda Trias :
Angelicique chori, qui stat prope, carmina læta,
Hymnique alterna quæ canit ille vice ;
Harmonia et mundi præsens, meliorque futura,
Quam spero, junget cum ultima cuncta dies :
Atque crucis Christi decus admirabile, qua me
Carne deum juncta cum deitate facit.
Ac mea præterea canitur mihi mistio. Namque
Miro opere humanus jungor olympicolis.
Denique divinas leges cano, factaque mundi,
Quæque pios maneant præmia, quæque malos :
Virtuti ut studeas, atque omnia crimina vites,
Ac tua judicii conterat ossa timor.
Hæc mea lingua canit. Vos, o sacra turba, cavete
Ne male conspicuum det lyra vestra sonum.

B Ora ego servabo puris non sordida sacris,
Queis nostrum supero cum Patre jungo genus.
Non aliena etenim lingua, nec mente profana,
Vivificum puro labis obibo sacrum.
Fons idem haud dulces et amaras proferet undas :
Purpureæ vesti res aliena lutum.
Sacrificoque satos olim nova flamma necavit,
Haud pura facerent quod sacra dia manu.
Quin quondam labentem etiam qui contigit arcam,

Præcipiti ad Stygias est nece raptus aquas.
Hæc ego cum norim, metuo ne sordibus ater,
Contingens Triadis numina morte cadam.
Atque utinam et mentem instabilem, nimiumque va-
[gantem,
In varias, nulla fruge sequente, vias,

Digitized by Google

Κάμπτειν τέρματος ἄσσον, ἐπὶ στρεπτῆρι χαλινῷ,
Ἢ πάμπαν κατέχειν ἄκλοπον ἐν κραδίῃ
Μᾶλλόν κε Χριστοῖο μεγακλέος ἄσσον ἐλαύνων,
Λάμπετο μαρμαρυγαῖς τοῦ μεγάλοιο φάους!
Νῦν δ' ὁ μὲν οὔτι τόσον τελέει κακὸν ἔνδοθι μίμνων,
Κἂν ἀπὸ τῆλε Θεοῦ τυτθὸν ὁδοιπλανέῃ.
Οὐδὲ γὰρ εἰ πέτρῃσιν ἐεργομένη στεγανῇσιν,
Ἔνδοθι καχλάζοι φλὸξ πυρὸς, ἠὲ ῥόος,
Ἢ λύχμην πυκινὴν δηλήσατο, ἢ τιν' ἀλωήν·
Ζώει δ' ἡμιθανὴς ἔνδοθι κευθομένη.
Μῦθος δ' αὖ γλώσσης πολυηχέος εὖτ' ἀπορούσῃ,
Ἄσχετα μαργαίνει μηκέτ' ἀνατροχάων.
Ὡς δ' ὅτε τις λοξοῖο φυὴν πτόρθου παλάμῃσιν
Ἦκα μετακλίνων ἔμπαλι γῦρον ἄγει,
Αὐτὰρ ὅγ' ὥς μιν ἔλειπε, βίῃ χερὸς ὄρθιος ἔστη,
Μηκέτ' ἐπὶ προτέρην κλινόμενος κακίην·
Ὡς καὶ ἐγὼ μύθοιο μὲν εὐτροχάλοιο ἐρωὴν
Δερκόμενος στάθμης ἔκτοθι καὶ κανόνος
(Καὶ γάρ μοι βίος ἦεν, ὅτ' ἦν λόγος), εὗρον ἀριΦάρμακον· ἔσχον ὅλον ὑψινόῳ κραδίῃ, [στον
Ὥς κε μάθῃ τά τε φαντὰ, τά τ' οὐ φατὰ γλῶσσα φυΔέξαθ' ὅλην σιγὴν, δέξεται εὐεπίην. [λάσσειν·
Τοῦ παντός μιν ἄμερσα· τὸ μέτριον οὐκέτ' ἀτίσει.
Οὗτος; ἀεὶ κείσθω τοῖς ἀμέτροισι νόμος.
Ἦ μέγα καὶ τόδ' ὄνειαρ, ὅτ' ὠδίνοντα κατίσχῃς
Μῦθον, κρουομένης ἔκτοθι σῆς κραδίης.
Μύθῳ δαμναμένῳ συνδάμναται οἶδμα χόλοιο·
Οὐ μὲν ῥηϊδίως, ἔμπα γε μὴν δαμάσεις.

Flectere propius ad metam, adhibito quodam freno,
Aut omnino retinere in corde ab omni fraude tutam!
Utinam et potius ad Christum gloriosum proxime accedens,
Colluceret fulgoribus magni luminis!
Nunc autem hæc quidem non tantum perpetrat mali intus manens,
Quamvis paululum procul a Deo aberret.
Neque enim si saxis compressa firmissimis
Intus æstuet flamma ignis, vel fluvius,
Aut densam sylvam populatur, aut aliquam aream:
Vivit autem media ex parte mortuus, intus absconditus.
At sermo simul atque e garrula lingua eruperit,
Supra modum furit, nec jam revertitur.
890-891 Itaque, velut cum quis obliquum natura ramum manibus
Paulatim inflectens in contrariam partem curvat,
Simul atque illum dimisit, vi manus rectus stat,
Nec jam in pristinum revertitur vitium:
Sic et ego præcipitis sermonis impetum
Conspiciens excedere modum et regulam
(Etenim mihi quondam tota vita erat in sermone), inveni optimum
Remedium; scilicet compressi totum sermonem excelso pectore.
Ut discat lingua, quæ dicenda, et quæ non dicenda sint, discernere:
Didicit omnino silere, discet recte loqui.
Omni eam eloquio privavi; non jam amplius modum aspernabitur.
Hæc semper lex constituta sit immodice loquentibus.
Profecto magna est hæc utilitas, si erumpentem cohibeas
Sermonem, concitato exterius tuo pectore.
Represso sermone, simul æstus iræ sedatur;
Non quidem facile, sed tamen sedabis;

dex. Apud interpretem vero legitur κινήμασι. Edit. ἥμασι. Scholiastes autem ἀφρονοῦντα, ἀτάκτοις ὁρμαῖς καὶ ματαίοις κινουμένην.

107 *Τέρματος ἄσσον*. Schol. ἀληθείας ἐγγύς.

113 *Εἰ πέτρῃσιν*. Mss. ἐν πέτρῃσιν.

115 *Ἢ τιν' ἀλωήν*. Vat. ἢ τινα λίμνην. Coisl. Int. ἢ γῆν ἀμπελόφυτον.

117 *Πολυηχέος*. Sic Coisl. Edit. πολυχέος. Schol. πολυλόγου, ἀμέτρως.

123 *Ὡς καὶ ἐγώ*. Ita Coisl. Bene Billius ex conjectura emendaverat.

127 *Μάθῃ*. Vat. μάθοι. Mox τά τ' οὐ φατὰ τά τ' οὐ φάντα.

131 *Ὠδίνοντα*. Sup. lin. Reg. 991, ὁρμῶντα.

132 *Κρουομένης*. Schol. ὠθούσης αὐτὸν ἔξω τῆς καρδίας.

METRICA VERSIO.

Ad metam injecta revocare liceret habena,
Aut etiam prorsus corde tenere meo.
Nam Christo si juncta foret, splendore micaret
Illo, qui magno clarus ab igne venit.
Sed tamen haud tantum damni, dum clausa tenetur,
Efficit, a Christo sit procul illa licet.
Nam neque, si firmis petris solidisque retenta
Perstrepat interne flamma, vel unda minax,
Aut densum nemus, aut vastat plena horrea: verum
Intus dimidia mortua parte, latet.
Ac simul ut sermo patulo manavit ab ore,
Jam furit, ac nulla post revocatur ope.
Curvum ergo ut ramum cultor dum corrigit agri,
Hunc sensim ipse latus torquet in oppositum:

B Atque ita, vi cessante, manet dum denique rectus
Nec prius in vitium degenerare solet:
Impete sic ego cum ferri mea verba viderem
Ulterius, ferret quam modus atque canon
(Sermo etenim quondam mihi vita erat), omnia veri
Suppressi. Hæc vitio certa medela fuit:
Scilicet ut discat, quæ fanda infandaque, lingua
Quæque silet prorsus nunc, bona verba loqui
Compressa est omnino, modum jam lingua tenebit
Hæc lex immodicis fixa sit usque viris.
Utile quin etiam freno compescere linguam,
Cum gravior pectus concitat ira tuum.
Nam lingua domita, fluctus quoque concidit iræ;
Non equidem prompte, concidit ille tamen.

Digitized by Google

Ἦν γάρ σφ' οἰδαλέον τε καὶ ἄγρια μαργαίνοντα
Ἄγχῃς ἀσχαλόων, ὕδριν ἀποσκεδάσεις.
Ἡγεμόνος φθιμένοιο, φάλαγξ παθέων ὑπόειξεν·
Ὣδ' ἂν ἀναπνεύσαις ἀργαλέοιο σάλου.
Πάντα τάδ' ἡγεσίης Χριστοῦ μεγάλοιο ἄνακτος,
Αὐτὰρ ἔπειτα νόου οἴακος ἡμετέρου.
Εἰ γὰρ μὴ τὸν ἔχεις ἰθύντορα, οὔτε τι σιγῆς
Οὔτε τι καρτερίης μείζονος ἔστ' ὄφελος·
Καὶ λίμνης στόμα λεπτὸν, ἐπὴν παλάμῃσιν ἔρυξας,
Αὖθις ἀπορρήξεις, ἀθρόον ἐκπρορέσει.
Ἀλλὰ Λόγος κέλεταί σε φαάντατος, ἔνθεν, ἄριστε,
Ἀρξάμενον, πάντων οἶδμα κακῶν κατέχειν.
Ταῦτά τοι ἡμετέρης μελεδήματα, φίλτατε, σιγῆς·
Ἐκ παλάμης λαλέω, νοῦν ὑποδεξαμένης.

Οὗτος ἐμὸς πλόος ἐστί· σὺ δ' ἐς πλόον ἄλλον ἔπειγε.
Ἄλλος ἀπ' ἀλλοίου πνεύματος ὅρμον ἔχοι.
Εἰ δ' ἄγε, καὶ λόγον ἄλλον ἐμῆς ἀΐοιτε σιωπῆς,
Ὅστις ἀπεχθαίρων, ὅς τε φίλα φρονέων.
Ἦν ὅτε κάρτος ἔχεσκον ἐν ἡϊθέοισι μέγιστον,
Καί με Χριστὸς ἄναξ ἦγεν ἐπ' ἀντιπάλῳ,
Στερροτέρην ἀδάμαντος ἐνὶ φρεσὶ πίστιν ἔχοντα,
Τεύχεσί τε κρατεροῖς πάντοθε φραξάμενον.
Θείοις μὲν λογίοισιν ἐμὸν νόον ἀγνὸν ἔτευξα,
Γράμματος ἐξ ἱεροῦ Πνεῦμ' ἀναμαξάμενος,
Οἷς βίβλων τοπάροιθε πικρὴν ἐξέπτυον ἅλμην,
Κάλλος ἐπιπλάστοις χρώμασι λαμπόμενον.
Σάρκα δ' ἐμὴν ζείουσαν, ἐπεὶ νεότητι τεθήλοι,
Πολλοῖς καὶ πυκνοῖς ἕξεον ἐν καμάτοις.

135 Si enim ipsum tumentem et effrenate insanientem
Comprimas iratus, vitium ipsum dissipabis.
Duce exstincto, agmen perturbationum cedet.
Sic autem respiraveris a gravi procella.
Hæc omnia perficiuntur ductu Christi magni regis,
140 Deinde clavo mentis nostræ.
Si enim hunc non habueris rectorem, nulla neque silentii,
Neque abstinentiæ etiam majoris utilitas :
Et stagni os angustum, si, postquam manibus illud obduxisti,
Iterum aperies, exundans effluet.
145 Verum jubet Verbum Dei clarissimum, te hinc, optime,
Incipientem, omnium fluctus vitiorum cohibere.
Has nostri meditationes, o charissime, silentii ;
Calamo eloquor, qui mentis cogitationes excipit.
Hæc mea navigatio est : tu vero aliam navigationem inceas.
150 Alius alio vento portum capiat.
Eia agite, et aliam mei causam audite silentii,
Qui inimicum animum geritis, et qui amicum.
Fuit quondam tempus, cum inter æquales excellerem maxime,
Ac me Christus rex educebat contra adversarium.
155 Firmiorem adamante in animo fidem habebam
Armis fortibus undique septus eram.
892-893 Divinis quidem oraculis meam mentem puram armavi,
Ex sacris Litteris Spiritum hauriens,
Quibus primo librorum profanorum amaram exspui salsuginem,
160 Pulchritudinem fictis coloribus nitentem.
Carnem vero meam æstuantem, cum juventute floreret,
Multis et crebris attrivi laboribus.

135 *Οἰδαλέον τε.* Vat. οἰδαλέοντα.

136 *Ἄγχης.* Vaticanus codex ἄγχοις. Mox ἀσχαλόων. Schol. ὀργιζόμενος.

137 *Φάλαγξ.* Sic Reg. 991, et Int. Coisl. Edit. ἄναξ.

139 *Πάντα τάδ'.* Sup. lin. κατορθοῦνται. Schol. ἐνεργεῖται.

143 *Στόμα λεπτόν.* Schol. στενότατον.

144 *Ἀπορρήξεις.* Coisl. et Vat. ἀπορρήξαις. Mox ἐκπρορέει, id est, nisi frenum linguæ injeceris, idem tibi continget ac illi qui angustum stagni os manu clausum atque obstructum rursus aperit; statim namque confertim aqua omnis effluit.

149 *Οὗτος ἐμός.* Vat. οὗτος ἔοι πλόος ἄμμιν. *Hæc nobis sit navigatio.* Mox ἔπειγε. Sic 991. Coisl. ἐπείγειν. Vat. ἐπείγει. Edit. ἐπείγῃ.

151 *Εἰ δ' ἄγε.* Hic in Reg. 991, Coisl., Vat. aliisque pluribus dividitur, seu potius aliud carmen de eodem argumento inscribitur, ἄλλα περὶ τοῦ αὐτοῦ.

152 *Φίλα φρονέων.* Schol. λόγου φίλος.

153 *Ἐν ἡϊθέοισι.* Schol. ἐν τοῖς ἀνακειμένοις τῷ Θεῷ.

156 *Τεύχεσι.* Sup. lin. ὅπλοις.

157 *Ἔτευξα.* Schol. καθώπλισα.

162 *Πυκνοῖς.* Reg. 991, πυκινοῖς. Schol. συνεχέσι. Idem, κατέτρυχον.

METRICA VERSIO.

Nam tu si tumidam linguam rabidoque furentem
Impete constringas, ira molesta cadet.
Exstincto ductore fugam gravis ira capessit :
Ac cito compositis fluctibus unda silet.
Ista quidem Christi ductum auxiliumque requirunt :
Quæ clavum teneat post quoque mentis egent.
Nam nisi dux hæc sit, nec labra silentia quidquam,
Nec vitæ asperitas, utilitatis habet.
Atque angusta manu si clauseris ora paludis,
Ac rursum reseres, protinus illa fluet.
Ast hinc te, bone vir, Sermo clarissimus orsum,
Fluctum omnis vitii sistere rite jubet.
Cur sileat mea lingua, tibi, charissime, causam
Exposui : atque manu pectus habente loquor.

B Hic meus est cursus, dispar tibi cursus, et alter
Vento alio pulsus littora fida petit.
Eia age, nunc rationem aliam cur ipse silescam,
Accipe, chara mihi, quæque inimica, cohors.
Robore mi quondam juvenilia membra vigebat,
Inque hostem pugnæ me dabat Omnipotens,
Corde fidem medio mage firmam adamante gerentem
Instructumque armis undique prævalidis.
Lustravi sanctis animum sermonibus, hausto
Flamine, versarem dum sacra scripta manu :
Quorum ope, quæ libris inerat salsugo profanis,
Hanc vomui, formæ fictitiumque decus
Ac fervens etiam corpus, florente juventa,
Pluribus edomuit, contudit atque labor.

Digitized by Google

Γαστρὶ μὲν ὕβριν ἔπαυσα κόρου, καὶ γείτονα λύσσαν,
Ὄμμα δ' ἐνὶ βλεφάροις πῆξα σαοφροσύνῃ.
Βρύξα χόλῳ, καὶ δῆσα μέλη, καὶ κλαῦσα γέλωτα.
Πάνθ' ὑπόειξε Λόγῳ· πάντ' ἔθανεν τὰ πάρος.
Γαίη, κοῖτος ἐμοί· πλευρῶν ἄκος, εἵματα λυπρά·
Φάρμακον ἀγρυπνίης, χῶρος ἐμῶν δακρύων.
Ἥμασι νῶτον ἔκαμψα, καὶ ὕμνοις παννυχίοισι
Στηλώθην, βροτέης ἔκνοος εὐπαθίης.
Ταῦτα πάρος· σάρκες γὰρ ἐπέζεον, αἶσι μέμηλεν
Οὐρανίης ἀνόδου φῶτα μέγαν κατέχειν.
Καὶ κτεάνων βαρὺν ὄγκον ἀπέπτυσα, ὥς κεν ἀερθῶ
Κοῦφος, ἀποσκεδάσας πρὸς Θεὸν ἄχθος ἅπαν.
Νῦν δ' ὅτε νοῦσος ἔχει με πικρὴ, καὶ γῆρας ἔκαμ-
Ἦλθον ἐπ' ἀλλοίην τήνδε δυηπαθίην, [ψεν,

Γλῶσσαν ἔχων ἀδάμαστον, ἐΰλαλον, ἣ με τόσοισι
Πήμασι, τοῦ φθονεροῦ δῶκεν ἀεὶ παλάμαις.
Οὔτε τινὸς θώκοισιν ἐπέδραμον· οὔτ' ἀπὸ γαίης
Ἥλασα πατρώης, οὐ δόλον ἐφρασάμην.
Οὐ γλῶσσαν ἐφέηκα ἐπεσβόλον, οὔτε τι ῥέξα
Ἡμετέρων θυέων ἔκνομον· οἶδε Λόγος.
Οὐ σκοπὸν, οὐδὲ μὲν ἄλλον, ἐπεὶ καὶ πᾶσι νεμεσῶ,
Λαῶν ἡγεμόσιν τοῖα κλεϊζομένοις·
Ὧν νῦν πᾶσα θάλασσα, καὶ εὐρέα πείρατα γαίης
Πέπληθε, δνοφερὸν πένθος ἐμῆς κραδίης.
Ἀλλὰ λόγος μ' ἐχάλεψεν ἀτάσθαλος· οὐ μὲν ἔγωγε
Πρόσθε τόδ' ὠϊόμην, ἀλλ' ἐχάλεψεν ὅμως
Πᾶσί μ' ἔθηκε φίλοισιν ἐπίφθονον. Ὦ φθόνε, καί σὺ
Ἔξ ἐμέθεν τι λάβῃς. Ἴσχεο, γλῶσσα φίλη·

Ventri quidem vitium satietatis sustuli, et vicinam rabiem,
Oculos meos palpebris infixi temperantia.
Iram cohibui, membra devinxi, et risum deploravi.
Omnia Christo subdita sunt : cuncta priora enecta.
Terra, mihi lectus fuit; carnis medicina vestis aspera;
Vigiliarum remedium adhibui; terra lacrymis meis maduit.
Per diem corpus domabam, hymnis tota nocte defixus,
Ut columna stabam, nequidem mente humanam admittens voluptatem.
Hæc prius : fervebat enim caro, cui curæ est
A cœlesti ascensu magnum hominem prohibere,
Et facultatum grave pondus abjeci, ut ferar
Expeditus ad Deum, omni excusso onere.
Nunc vero, cum amarus me vexat morbus, et senium curvat,
Incidi in hanc aliam calamitatem,
Linguam habens indomitam, promptam ad loquendum, quæ tantis
Malis, invidi me semper tradidit manibus.
Neque cujusquam sedes invasi, neque e patria
Expuli quemquam, nec fraudem struxi.
Non linguam immisi contumeliosam : nec quidquam admisi
Nostris sacrificiis indignum : novit Verbum Christus.
Nec præfectum, nec quemquam alium læsi, siquidem omnibus succenseo
Populorum ducibus, de quibus talia prædicantur :
Quorum nunc totum mare et lati fines terræ
Pleni sunt; quod acerbum dolorem inurit meo pectori.
Verum improbus sermo mihi nocuit; nec equidem ego
Primum id existimabam : sed tamen mihi nocuit.
Omnium mihi conflavit amicorum invidiam. O livor, tu quoque
A me aliquid accipias. Comprime te, lingua dilecta;

163 *Γείτονα λύσσαν.* Int. Coisl. καὶ τὴν ἐξ αὐτῆς γενομένην μανίαν.

164 *Σαοφροσύνῃ. Temperantiæ auxilio.*

165 Βρύξα χόλῳ. Ita Vat. et Coisl. Schol. ὠργίσθην κατὰ θυμοῦ, ἐνεβρίμησα. Edit. βρύξα χόλον.

166 *Πάντ' ἔθανεν.* Schol. νενέκρωται.

167 *Πλευρῶν ἄκος.* Ita legimus cum domino Gaulyer. Edit. ἄχος. Nihilominus Schol. εἰς λύπην πλευρῶν. Mox εἰς φάρμακον. Ibid. εἵματα λυπρά. Sic Coisl. Edit. ἥματα. Billius præfert εἵματα, eique sensus videtur postulare, nec non quæ sequuntur.

168 *Χῶρος ἐμῶν δακρύων.* Id est, *lacrymis meis stratum meum rigavi.*

169 *Νῶτον.* Sic Coisl. Edit. νῶτα. Schol. ἔκαμψα.

176 *Ἀλλοίην.* Reg. 991, ἀλλοτρίην.

183 *Οὐ σκοπόν.* Schol. ἐπίσκοπον ἐθλαψάμην. Mox ἐπεί, etc. Schol. Ἐπεὶ καὶ ἐνώπιον πάντων τῶν ἡγεμόνων παῤῥησιάζομαι τὴν ἀλήθειαν, τῶν τὰ τοιαῦτα καθ' ἡμῶν φημιζόντων. *Quando quidem coram omnibus populi præfectis libere et ingenue de iis, quæ de nobis prædicant, veritatem dico.*

187 Λόγος. Vat. λόχος.

METRICA VERSIO

Ingluvies compressa mihi est, rabiesque propinqua;
Pupisque infixit lumina castus amor.
Fregi iram, membra et vinxi, flevique cachinnum,
Omnia mortua sunt, quæ mihi chara prius.
Lectus humusque fuit, laterum dolor, asper amictus :
Et pepulit somnos imber ab ore cadens.
Luce laborabam, divinas nocte canebam
Laudes, lætitiæ nescia membra gerens.
Ante quidem hæc : fervebat enim caro prava, moratur
Quæ mentem ad superas dum studet ire domos.
Quin et opum molem abjeci : mea pondere ut omni
Libera mens celeri tendat ad astra gradu.
At nunc, cum morbo crucior, tristique senecta,
Damni aliud misera jam fero sorte genus.

Namque mihi effrenis lingua est, et garrula : per quam
Livor me innumeris afficit usque malis.
Nullius in solium insilui, tellure nec ullum
Ejeci patria : fraus neque culta mihi :
Vipereo nullum mordax ego dente petivi.
Nec quidquam feci, quod sacra nostra vetent.
Non ego pastorem læsi, non de grege quemquam :
Namque etiam in populi ferveo bile duces,
De quibus hæc rumor jactat, queis plenaque terra est
Et mare, quæque mihi fletibus ora rigant,
Sed fraudi mihi sermo malus fuit; haud prius ipse
Hoc arbitrabar, sed fuit ille tamen.
Invidiam charæ peperit mihi namque cohortis.
Livor, id a nobis accipe. Lingua, sile;

Digitized by Google

Βαιὸν δ' ἴσχεο, γλῶσσα· τόδ' ἐς τέλος οὔ τε πεδήσω.
Οὐ τόσον ἐξ ἐμέθεν λήψεθ' ὁ μισολόγος.
Πυνθάνομ' ὡς Σαμίων τις ἄναξ φθόνον ὡς ἀρέσαιτο,
Δείσας εὐδρομίην, μήσατο τοῖον ἄχος.
Πόρκην, ὃν φιλέεσκε, πατρῴϊον ἔμβαλε πόντῳ·
Τὸν δ' ὑποδεξάμενον ἰχθὺν, ἔδησε λίνον·
Ἰχθυβόλος μὲν ἄνακτι, ὁ δ' ὤπασεν ᾧ θεράποντι
Τὴν ἁλίην· πόρκης δ' ἰχθύος ἐν λαγόσιν.
Ἰχθὺν μὲν γαστὴρ ὑπεδέξατο, χεὶρ δέ τε πόρκην·
Θαῦμα μέγ'· οὐδ' ἐθέλων εὗρατο κεῖνος ἄχος.
Ὢ; καὶ ἐγώ· μύθῳ γὰρ ἐμῷ φθόνος ἄγριον αἰεὶ
Ὄμμα φέρει· σιγῆς βένθος ἐπεσπασάμην.
Τόσσον ἐμοὶ Σαμίοιο· τόδ' αὔριον οὐ σάφα οἶδα,
Εἰ κακὸν ἠὲ καλὸν ἀντιάσειε τέλος.

A 203 Ἀλλά γε δὴ φθόνον ἴσχε, βροτῶν ἄχος, ἐκ δέ με πικρῶν
Γλωσσῶν ἐξερύσας, σὴν ἐπὶ λάμψιν ἄγοις·
Ἔνθα σε σὺν φαέεσσιν ἀειζώοισι γεραίρων,
Μέλψομ' ἀπὸ στομάτων ἧχον ἐναρμόνιον.
Δέχνυσο καὶ τάδε χειρὸς ἐναυδέα, ὡς μὲν ἔχοιτε
Ἡμετέρης σιγῆς μνημόσυνον λαλέον.

ΛΕ'. Ἄλλο.

Τείχη, πυλῶνες, κλεῖθρα, συγκλείοιτέ με·
Μή τις παρελθὼν ἢ λόγος φὼρ, ἢ βίος
Κλέψῃ λαθών τι τῶν ἐμῶν κειμηλίων,
Ἢ καὶ τύραννος ἁρπάσῃ βίᾳ χερός.
Θεὸς τὸ θησαύρισμα, καὶ Θεοῦ φόβος,

Parumper comprime te, lingua; non enim te perpetuo vinctam tenebo.
Non tantum a me consequetur (livor) litterarum osor.
894 895 Audivi quemdam Samiorum regem, ut invidiam placaret,
Veritum fortunæ cursum, talem sibi doloris materiam excogitasse:
195 Annulum paternum, quem diligebat, projecit in mare:
Piscem, qui eum exceperat, rete ligavit:
Piscator regi, rex vero tradidit coquo suo
Piscem: annulus autem in piscis visceribus repertus est.
Venter quidem piscem, manus vero recepit annulum:
200 Quod mirum valde; ac sic ille nec, quam volebat, invenit molestiam.
Sic et ego: in meos enim sermones, cum infestus livor semper
Oculos ferret, altum silentium traxi.
Hæc mihi ex Samio utilitas; deinceps autem compertum non habeo,
An malus, an bonus contingat finis.
205 Verum, tu livorem comprime, hominum medice (Christe), meque ex amaris
Linguis liberatum ad tuum splendorem perducito:
Ubi te cum luminibus immortalibus adorans,
Concinam ore sonum modulatum.
Accipe vero has manus meæ tacitas litteras, ut habeas
210 Nostri silentii monumentum vocale.

XXXV. *De eodem argumento*[*].

Muri, portæ, claustra, concludite me,
Ne quid subrepens, aut sermo furax, aut vita
Furetur clam quidpiam mei thesauri,
Aut tyrannus rapiat violenta manu.
Deus thesaurus meus est, et Dei timor,

[*] Scriptum an. 382. — Alias Toll. 8, pag. 89.

192 *Μισολόγος*. *Litterarum osor*, vel *osor Christi*. chol. μισόχριστος.
194 *Δείσας*. Sic Coisl. Edit. δαίσας. Ibid. *ἄχος*. lii *ἄχος*, *remedium*. Vide infra, sect. II, carm. III, *l Vitalianum*, vers. 43.
196 *Λίνον*. Vat. λίνῳ.
200. *Οὐδ' ἐθέλων*. Schol.: Οὐδὲ λυπηθῆναι θέλων σιλεὺς Σαμίων λελύπητο. *Neque rex, quam volebat, venit molestiam.*
202 *Σιγῆς βένθος*. Sup. lin. ἄκραν σιγήν.
203 *Σαμίοιο*. Sic Coisl. Reg. 991, sup. lin. τοσοῦ· ἀπὸ τοῦ Σαμίου ὠφέλημα. Mendose edit. Σαμίοις.
204 *Εἰ κακόν*, etc. *An malus*, etc. Polycrates, rex Samiorum, tandem ignominiosa morte periit. Gregorius, qui eum imitatus est, premendo sermonem, qui ipsi hominum invidiam conflaverat, addit incertum esse, an sibi quemadmodum Polycrati, calamitosus vitæ finis futurus sit. Certe nihil tale contigit.
205 *Ἄκος*. Ita Coisl. Sup. lin. ἰατρός, et Schol. Ὦ Λόγε, τῶν ἀνθρώπων μέγα φάρμακον. Edit. nonnulli ἄχος.
206 *Σήν*. Ita Coisl. Male edit. σύν.

METRICA VERSIO.

ılum, lingua, sile: non vincta tenebere semper.
Aisologo tantum non dabo munus enim.
ıspera rex Samius metuens, hanc repperit artem,
ivorem ut placidum redderet ipse sibi.
entis pretii lapidem conjecit in undas:
loc capto, piscis retia jacta subit.
:ator regi piscem dat, rexque ministro;
nnulus in medio pectore piscis erat.
tre capit piscem, dextra capit atque monile:
œstitiam potuit nec reperire, volens.
mihi quod livor semper mea verba malignus
ifesto spectet lumine, labra silent.
enus ipse imitor Samium. Quisnam exitus autem
ntinget tandem? non mihi scire datum est.

B At preme livorem, et sceleratis eripe linguis,
Ad tua me rapiens lucida tecta, Deus.
Hic ubi, cum sancta et semper radiante caterva,
Promam festivos lætus ab ore sonos.
Hæc cape, muta manus tibi quæ dedit, ut moni [mentum
Non mutum mutæ vocis habere queas.

XXXV. DE EODEM ARGUMENTO.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Me claustra, muri, januæ, concludite,
Ne sermo furax, vita vel clam subrepens,
Latens thesauri quidpiam tollat mei,
Rapace vel tyrannus invadat manu.
Thesaurus est Deus mihi, et Dei timor,

Digitized by Google

Ἐλπί, τε κουφίζουσα τὰς ἀχηδίας·
Αἳ πολλὰ πολλαί δή με καὶ παρ' ἀξίαν
Δεδήχασίν τε καὶ σπαράξουσι πλέον,
Ἢν μὴ σὺ τοῖς κέρκωψιν ἠρεμεῖν φράσῃς.
Καίπερ δὲ πάσχων δεινὰ, καὶ δεινῶν πέρα,
Τοῦθ' ἓν δέδοικα, μή τι τοῖς πολλοῖς κακοῖς
Χείρων γενοίμην· καὶ τὸ γὰρ βλάπτει φρένας.

ΛϚ'. *Ἄλλο.*

Φθέγγοισθ' ἅπαντες· εὐδρομεῖτε τοῖς λόγοις·
Στροφὰς πλέκοιτε· ἰσχύοιτ' ἀραχνίοις
Δεσμεῖν τὰ κοῦφα καὶ περιπλανώμενα.
Βροντᾶτε βύρσαις· ἀστραπὰς ἐλλυχνίους
Πέμποιτ'· ἐγὼ ἔδησα καὶ πάντη λόγον.

Κόρον λάβοιτε, ὦ σκοποὶ, καὶ σὺ, φθόνε.
Ἔνδον λαλήσω, νοῦν Θεοῦ μυστηρίοις
Γράφων, σπίλων τε καὶ πλάνων αἰσθήσεων
Σμήξας, ἔσοπτρον τῷ Λόγῳ παραστήσομαι,
Ἕως τελείας ἐμφάσεις εἴσω λάβῃ.
Καὶ ταῦτα σιγῆς γράμματ'. Εἰ δὲ μὴ θέλεις
Πολλοῖς λαλεῖν με, Νοῦς μέγας, τί χρὴ δρᾶσαι;

ΛΖ'. *Ἄλλο.*

Οὐ μ' οὖθ' ἁμαρτὰς εἷλεν, οὔτε τις νόμος
Τέκνων πόνων τε τῶν ἐμῶν διέσπασε.
Τριὰς τόδ' οἶδεν, ἣν ἐκήρυξα πόλει,
Σπινθὴρ' ἀνάψας τὸν πρὶν ἐγκεκρυμμένον.
Φθόνος δὲ, καὶ γλώσσην ἔδησαν οἱ σοφοί.

Et spes leniens molestias,
Quæ multæ multum sane me et immerentem
Momorderunt, et discerpent amplius,
Si non tu simiis quiescere jubeas.
Quamvis autem dura patiens et plus quam dura,
Hoc unum timeo, ne multis malis
Pejor fiam : hoc enim lædit mentes.

XXXVI. *De eodem argumento* *.

Loquimini, omnes; feliciter currat sermo vester;
Strophas nectite; potentes estote aranearum telis
896-897 Innectere levia et errabunda.
Tonate pellibus; fulgura lucernarum
Jaculamini : ego ligavi omnino vocem.
Satiate vos, o speculatores, et tu, invidia.
Intus loquar, mentem Dei mysteriis
Informans, maculisque et vagis sensibus
Detergens, speculum Verbo exhibebo,
Donec perfectas imagines intus recipiat.
Et hæ silentii litteræ. Si autem tu nolis
Pluribus me loqui, Mens magna, quid oportet facere?

XXXVII. *De eodem argumento* **.

Neque me peccatum rapuit, nec ulla lex
A liberis et a laboribus meis avulsit.
Trinitas hoc scit, quam prædicavi populo,
Scintillam accendens antea absconditam.
Invidia autem, et linguam ligarunt sapientes.

* Scriptum an. 382. — Alias Toll. 5, p. 85. ** Scriptum an. 382. — Alias Toll. 6, pag. 87.

XXXV. 9 *Κέρκωψιν. Simiis;* quippe qui gestibus, vestitu, et exteriore specie episcopos referrent, cum revera nil minus essent.

XXXVI. 4 *Βροντᾶτε βύρσαις.* Facetum sane hoc. Inflatæ pelles et vesicæ, si capitibus, ut fit inter ludendum, a pueris incutiantur, bombum edunt : sed ad vera tonitrua ejusdem efficaciæ sunt, atque aranearum texta, catenis ferreis comparata. Toll.

7 *Ἔνδον λαλήσω.* Alludit hic Theologus ad vetus illud de Aspendio citharista dictum, qui *omnia intus canere* dicebatur. Toll.

8 *Πλάνων αἰσθήσεων.* Vide tom. I, pag. 508 et 511.

9 *Τῷ Λόγῳ. Verbo*, vel forte *rationi.*

XXXVII. 5 *Φθόνος δὲ, καὶ γλώσσην.* Mallet Tollius φθόνος δὲ γλῶσσαν ἐμὴν ἔδησεν, καὶ σοφοί, quis potius legendum putarit : φθόνῳ δὲ γλώσσα μου ἔδησαν οἱ σοφοί. Invidia vero hæc orta a gloria quam Gregorio lapidatio, de qua mox, contulerat. Toll.

METRICA VERSIO.

Et blanda spes duros dolores liniens,
Qui non merentem plurimi me plurimis
Punxere telis, meque discerpent magis,
Nisi ut quiescant simii tu jusseris.
Sed aspera licet patiar, et plus quam aspera,
Hoc vereor unum, ne malis multis ego
Sim pejor : istud namque mentes vulnerat.

XXXVI. DE EODEM ARGUMENTO.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Date verba, cuncti; sermo currat prospere :
Ligate nodos, et potentes nexibus
Aranearum incerta vanaque stringite.
Tonate pellibus : corusca fulgura
Projicite; vox ligata prorsus est mihi.

B Saturate vos, o curiosi, o lividi.
Intus loquar, mentem Dei mysteriis
Formans, situque et sensibus tergens vagis
Speculi nitorem proferam Verbo Dei,
Donec fideles suscipiat imagines.
Hæ litteræ silentii. Si me loqui,
Mens summa, nolis pluribus, quid nunc agam?

XXXVII. DE EODEM ARGUMENTO.

(*Eodem interprete.*)

Nec ulla me culpa rapuit, nec ulla lex
Avulsit a natis vel a laboribus.
Hoc novit a me prædicata Trinitas,
In urbe scintillam excitante conditam.
Livoris hoc : linguamque vinxerunt sophi.

Digitized by Google

Τί γάρ, μάταιε, καίπερ ἐσκοτισμένος
Νόσῳ βαρείᾳ, τόσσον ἤγειρας κλέος;
Οὐκ οἶσθ', ὅσον νῦν τῶν ἀπαιδεύτων κράτος,
Οἷς συγγενὲς θράσος τε καὶ μοχθηρία;
Χορεύετ', εὐδρομεῖτε, δυσσεβὴς ἅπας.
Βάλλοιτε, τοξεύοιτε μὴ πεφραγμένους.
Σιγὴ βαθεῖα· Γρηγόριος πορρωτάτω.

ΑΗ'. *Ὕμνος εἰς Χριστὸν μετὰ τὴν σιωπὴν, ἐν τῷ Πάσχα.*

Χριστὲ ἄναξ, σὲ πρῶτον, ἐπεὶ λόγον ἠέρι δῶκα,
Δηναιὸν κατέχων, φθέγξομ' ἀπὸ στομάτων,
Ἀγνοτάτου ἱερῆος ἀγνὸν θύος, εἰ θέμις εἰπεῖν,
Τόνδε λόγον προχέων ἡμετέροιο νόου.
Πατροφαὲς, μεγάλοιο νόου Λόγε, φέρτερε μύθου,
Φωτός τ' ἀκροτάτου φῶς ἄκρον, Οἰόγονε,
Εἰκὼν ἀθανάτοιο Πατρὸς, καὶ σφρηγὶς ἀνάρχοι
Πνεύματι τῷ μεγάλῳ συμφαὲς, εὐρυμέδων,
Αἰῶνος πείρημα, μεγακλεὲς, ὀλβιόδωρε,
Ὕψιθρον', οὐράνιε, πανσθενὲς, ἄσθμα νόου,
Νωμητὰ κόσμοιο, φερέσβιε, δημιοεργὲ
Ὄντων, ἐσσομένων. Σοὶ γὰρ ἅπαντα πέλει,
Ὅς κόσμοιο θέμεθλα, καὶ ὁππόσα ἐστὶ θέλοντος,
Δησάμενος φορέεις νεύμασιν ἁπλανέως.
Σοὶ μὲν, ἄναξ, Φαέθων ὑψίδρομος ἄστρα καλύπτει,
Κύκλον ὑπερτέλλων ἔμπυρον, ὡς σὺ νόας.
Σοὶ ζώει, φθινύθει τε ἀμοιβαδὶς, ὅμμα τὸ νυκτὶς,
Μήνη, πλησιφαὴς αὖθις ἐπερχομένη.

Quid enim, stulte, quamvis obnubilatus
Morbo gravi, tantam excitasti famam?
Non noveras quanta nunc indoctorum potentia,
Quibus cognata audacia et improbitas?
Exsultate, feliciter agite, quotquot impii estis.
Mittite lapides, sagittis petite inermes.
Altum silentium; Gregorius abest longissime.

XXXVIII. *Hymnus ad Christum post silentium, in Paschate*[1].

Christe rex, te primum, quando quidem sermonem in aerem emisi
Diu retentum, ore eloquar,
Sanctissimi sacerdotis sanctum sacrificium, si fas est dicere,
Hunc sermonem profundens meæ mentis.
O Patris lux, magnæ mentis Verbum, præstantius quovis sermone,
Summæ lucis lux summa, unigenite Fili,
Imago æterni Patris, et sigillum principio carentis,
Cum Spiritu magno collucens, late regnans,
Sæculorum finis, gloriosissime, opum dator,
Sublimi throno sedens, cœlestis, omnipotens, anhelitus mentis,
898-899 Rector mundi, auctor vitæ, opifex omnium
Quæ sunt, et quæ futura sunt. Tibi enim omnia exsistunt,
Qui mundi fundamenta, et quæcunque sunt, te volente,
Vinciens administras nutibus immutabilibus.
Per te enim, o rex, sol ille sublimis astra obscurat,
Orbem igneum supereminens, ut tu mentes beatas.
Per te vivit et occidit alternis vicibus, lumen noctis,
Luna, rursus pleno lumine lucens revertitur.

[1] Scriptum an. 382. — Alias Bill. 56, pag. 131.

3 *Ἐσκοτισμένος*. Elegans hæc translatio est. rbi namque corporis et animæ lumen obnubilant, homines luci publicæ subtrahunt. Toll.
4 *Βάλλοιτε*. Vide supra, carm. XII, v. 31, etc.
XXVIII. Tit. *Ὕμνος*. Sic Reg. 992 et Coisl. t. Ὕμνοι.
Δηναιόν. Schol. ἐπιπολύ.
Φωτός τ'. Vat. φωτὸς ἀπ'. Mox *ἄκρον*. Sup. lin. ακρόν.
8 *Εὐρυμέδων*. Sic Vat. et Coisl. Schol. παντοκράτωρ. Edit. εὐρυμέδου.
9 *Πείρημα*. Schol. τέλος. Int. Coisl. τὸν αἰῶνα περιέχων.
10 *Παρσθενές*. Sup. lin. ἰσχυρότατον πνεῦμα. Schol. παντοῦργον πνεῦμα, νοῦς.
15 *Σοὶ*. Schol. παρὰ σοί.
16 *Νόας*. Schol. οὐρανίας δυνάμεις.

METRICA VERSIO.

I namque morbo obnubilatus tam gravi,
ne, tantam suscitasti gloriam?
insciorum noveras potentiam,
nata queis audacia et malignitas.
lete, quotquot impii, bene currite.
s inermes et sagittis cædite.
m silentium: procul Gregorius.

III. HYMNUS AD CHRISTUM POST SILENTIUM, IN PASCHATE.

(*Billio interprete.*)

a diu quoniam nunc tandem labra resolvi,
xime, te primum vox mea, Christe, canet;
fici puri, si fas est dicere, pura
B Victima de nostro pectore sermo fluet.
O magnæ mentis Verbum, præstantius omni
Eloquio, lumen luminis, Unigena:
Æterni Patris effigies, certumque sigillum,
Pneumate cum magno luce micansque pari,
Ævi auctor, fama celebris, donator opumque:
Halitus et mentis, altithrone, omnipotens:
Conditor, atque dator vitæ, moderator et orbis,
Nam tua sunt curæ subdita quæque tuæ;
Tramite qui recto lati fundamina mundi,
Atque tuo nutu cuncta ligata geris:
Tu facis ut Phœbi lux aurea contegat astra,
Sidera sic, mentes tu velut, exsuperans.
Tu facis ut noctis lumen vivatque cadatque,
Detque suum rursus luna novata jubar.

Digitized by Google

Σοὶ δὲ ζωοφόρος τε κύκλος καὶ μέτρα χορείης,
Ὥραις μέτρα φέρει ἥπια κιρναμέναις.
Ἀπλανέες τε πλάνοι τε παλίμπορον ἀΐσσοντες
Ἀστέρες ἠγαθέης εἰσὶ λόγος σοφίης.
Σὸν φάος εἰσὶν ἅπαντες, ὅσοι νόες οὐρανίωνες
Μέλπουσι Τριάδος δόξαν ἐπουρανίης.
Σὸν βροτὸς αὖ κλέος ἐστίν, ὃν ἄγγελον ἐνθάδ' ἔθηκας
Ὑμνοπόλον τῆς σῆς, ὦ φάος, ἀγλαΐης.
Ἄμβροτέ μοι βροτέει τε, παλιγγενὲς, ὕψος ἄσαρκον,
Ὑστάτιον θνητῶν πήμασι σαρκοφόρε,
Σοὶ ζῶ, σοὶ λαλέω, σοὶ δ' ἔμπνοός εἰμι θυηλή,
Ἣ μούνη κτεάνων λείπετ' ἀφ' ἡμετέρων.
Σοὶ καὶ γλῶσσαν ἔδησα, καὶ οὔασι μῦθον ἔλυσα·
Λίσσομαι ἀλλὰ πόροις ἀμφότερ' εὐαγέως.

Φθέγξομαι, ἅσσ' ἐπέοικεν· ἃ δ' οὐ θέμις, οὐδὲ νοῆσαι.
Ῥεύσω μαργάρεον, βόρβορον ὠσάμενος,
Χρυσὸν ἀπὸ ψαμάθοιο, ῥόδον κραναῆς ἀπ' ἀκάνθης
Λέξομ' ἀπ' ἀσταχύων σῖτον, ἀφεὶς καλάμην.
Ταῦτά σοι ἡμετέροιο θαλύσια, Χριστὲ, πόνοιο
Γλῶσσ' ἀπερευγομένη πρῶτον ἀνῆψεν ἔπος.
Σήμερον ἐκ νεκύων Χριστὸς μέγας, οἷσιν ἐμίχθη,
Ἔγρετο, καὶ θανάτου κέντρον ἀπεσκέδασε,
Καὶ ζοφεροὺς πυλεῶνας ἀμειδήτου ἄΐδαο
Ῥῆξατο, καὶ ψυχαῖς δῶκεν ἐλευθερίην.
Σήμερον ἐκ τύμβοιο θορὼν, μερόπεσσι φάνθη,
Οἷς γένεθ', οἵσι θάνεν, οἷς ἔγρετ' ἐκ νεκύων,
Ὡς κε παλιγγενέες τε καὶ ἐκ θανάτοιο φυγόντες,
Σοὶ συναειρώμεσθ' ἔνθεν ἀνερχομένῳ.

Per te signifer orbis, et moderata ratio choreæ cœlestis,
Anni partibus modum præscribit benigne temperatis.
Fixa etiam, et errantia retro gradientia
Sidera, admirabilem tuam prædicant sapientiam.
Tua lux sunt omnes quæcunque animæ cœlestes
Decantant Trinitatis gloriam cœlestis.
Tua enim est gloria homo, quem angelum in hoc mundo constituisti,
Præconem tui, o clarissimum lumen, splendoris.
O immortalis, mortalis propter me, iterum genite, celsitudo incorporea,
Qui postremo ad expianda hominum peccata carnem assumpsisti,
Tibi vivo, tibi loquor, tibi viva sum hostia,
Quæ sola ex facultatibus meis linquitur.
Tibi et linguam constrinxi, et nunc auribus sermonem aperui :
Sed præsta, obsecro, ut utrumque pie faciam.
Loquar quæ decent ; quæ autem nefas est, nequidem cogitem.
Effundam margaritam, cœnum depellens,
Aurum ex arena, rosam ex aspera spina,
Legam ex aristis triticum, abjiciens stipulam.
Has tibi nostri, Christe, primitias laboris,
Lingua primum eructans obtulit sermonem.
Hodie Christus Dominus ex mortuis, quibus admistus est,
Surrexit, et mortis aculeum dissipavit,
Et tenebrosas portas inamœni tartari
Perrupit, et animis libertatem dedit.
Hodie e tumulo prosiliens, hominibus apparuit,
Quibus natus est, quibus mortuus, quibus surrexit a mortuis,
Ut regenerati et a morte profugi,
Una tecum hinc in cœlum ascendente sustollamur.

19 *Ζωοφόρος*. Græci sic appellant zodiacum, qui obliquus est circulus, et duodecim signa cœlestia continet. Mox *μέτρα χορείης*. Schol. μέτρα κινήσεως, *constans motus*.

22 *Εἰσὶ λόγος σοφίης*. Int. Coisl. ἔργον τῆς σῆς σοφίης, *tuæ sunt opus sapientiæ*. Schol. εἰσὶ θείης σοφίης λόγοις τε καὶ θελήμασι. *Sunt verbis et voluntate divinæ tuæ sapientiæ*. Sup. lin. βουλήματι, *consilio*.

25 *Ἐνθάδ'*. Sup. lin. ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ.

27 *Βροτέει τε*. Id est βροτοειδές. Mox *παλιγγε* Schol. δι' ἐμὲ δεύτερον γεννηθείς.

28 *Πήμασι*. Schol. πλημμελήμασι.

29 *Ἔμπνοος*. Sup. lin. ἔμψυχος θυσία.

32 *Πόροις*. Sup. lin. δῴης γενέσθαι ὁσίως.

36 *Λέξομ'*. Sic Coisl. Schol. λήψομαι. Noster edit. λέζομ'.

37 *Θαλύσια*. Schol. χαρίστημα.

39 *Σήμερον*. Hic in codice Coisliniano novum cipit carmen.

METRICA VERSIO.

Tu facis ut partes moderetur signifer anni,
Tempora temporibus consocietque novis.
Quin etiam in stellis sapientia mira refulget,
Tam fixis, quam quas cernimus ire vagas.
Lux tua sunt omnes, habitant quæ sidera, mentes,
Ac Triadis laudes quæ sine fine canunt.
Gloria rursus homo tua, qui velut angelus abs te
Hic situs est, decus ut cantet et ipse tuum.
Æterne, ac rursum mortalis : corporis expers,
Atque hominum causa post quoque factus homo :
Vivo, loquorque tibi, tibi sum, bone, victima viva,
Omnibus ex opibus sola relicta meis.
Fressa tibi est mea lingua, tibi mea lingua soluta :
Da, precor, ut sancte cedat utrumque mihi.

Quæ decet, ista loquar : quæ non, nec pectore vol
Depulso fundam margara chara luto,
Vernantemque rosam e spinis, aurumque ab a
Et spicis missa farra legam stipula.
Has tibi primitias nostri, bone Christe, labor
Obtulit hæc primum carmina lingua tibi.
Hac es, Christe, die levibus revocatus ab un
Atque retudisti spicula dira necis.
Horrendas hac luce fores tua rupit averni
Dextera : libertas est animisque data.
Visus es humanis hodie redivivus : ob illos
Nam satus es, passus, redditus et superis
Ut sursum nati, redivivique astra petamus,
Atque Patris tecum regna beata tui.

Digitized by Google

Σήμερον αἰγλήεις σε μέγας χορὸς ἀμφιγέγηθεν
Ἀγγελικὸς, μέλπων ὕμνον ἐπιστέφιον.
Σήμερον ἦχον ἔπνευσα, μεμυκότα χείλεα σιγῇ
Λύσας, ἀλλά μ' ἔχεις ὑμνοπόλον κιθάρην.
Νῷ νόον ἔνδον ἔρεξα, λόγῳ Λόγον· αὐτὰρ ἔπειτα
Ῥέξω καὶ μεγάλῳ Πνεύματι, ἢν ἐθέλῃ.

ΛΘ'. *Εἰς τὰ ἐμμετρα.*

Πολλοὺς ὁρῶν γράφοντας ἐν τῷ νῦν βίῳ
Λόγους ἀμέτρους, καὶ ῥέοντας εὐκόλως,
Καὶ πλεῖστον ἐκτρίβοντας ἐν πόνοις χρόνον,
Ὧν κέρδος οὐδὲν ἢ κενὴ γλωσσαλγία·
Ἀλλ' οὖν γράφοντας καὶ λίαν τυραννικῶς,
Ὡς μεστὰ πάντα τυγχάνειν ληρημάτων,
Ψάμμου θαλασσῶν ἢ σκνιπῶν Αἰγυπτίων·
Παντων μὲν ἂν ἥδιστα καὶ γνώμην μίαν
Ταύτην ἔδωκα, πάντα ῥίψαντας λόγον,
Αὐτῶν ἔχεσθαι τῶν θεοπνεύστων μόνον,
Ὡς τοὺς ζάλην φεύγοντας ὅρμων εὐδίων.
Εἰ γὰρ τοσαύτας αἱ Γραφαὶ δεδώκασι
Λαβὰς, τὸ, Πνεῦμα, τουτί σοι σοφώτερον,
Ὡς καὶ τόδ' εἶναι παντὸς ὁρμητήριον
Λόγου ματαίου τοῖς κακῶς ὁρμωμένοις.
Πότ' ἂν γράφων σὺ, τοῖς κάτω νοήμασιν
Ἀναμφιλέκτους, ὦ τὰν, ἐκτείναις λόγους;
Ἐπεὶ δὲ τοῦτο παντελῶς ἀμήχανον,
Κόσμου ῥαγέντος εἰς τόσας διαστάσεις,
Πάντων τ' ἔρεισμα τῆς ἑαυτῶν ἐκτροπῆς

Hodie magnus et splendidus chorus circa te oblectatur
Angelicus, cantando carmen epinicium.
900-901 Hodie sonum edidi, clausa diu silentio labra
Solvens; sed jam me habes instar citharæ ad celebrandas laudes tuas.
Menti mentem intus immolavi, Verbo verbum; postea autem
Sacrificabo et magno Spiritui, si voluerit.

XXXIX. *In suos versus* *.

Plurimos cernens condere hac ætate
Nullis astricta numeris scripta, et leniter fluentia,
Multumque temporis his impendere operibus,
Quorum nullus est fructus, quam vana garrulitas:
Imo cernens eos scribere admodum procaciter,
Plenaque omnia esse rebus nugatoriis,
Arena maris, aut muscis Ægyptiis:
Omnium quidem suavissime consilium unum
Hoc dedi, ut abjecto quolibet sermone,
Solis a Deo afflatis Scripturis incumberent,
Ut ii, qui tempestatem fugiunt, in tranquillam se recipiant stationem.
Nam si tot Scripturæ præbent ansas,
Illud est, quod tibi, divine Spiritus, visum sapientius,
Ut sit cujusvis propugnaculum
Vanæ doctrinæ his, qui sinistro animo concitantur.
Quandonam tu scribens, terrenæ sapientiæ cogitationibus
Firmas afferes, o bone vir, rationes?
Quoniam vero id prorsus impossibile,
Cum orbis scindatur tot in contrarias partes,
Omnesque fundamentum sui diverticuli

* Scriptum an. 382. — Alias Bill. 162, pag. 248.

18 *Μέλπων ὕμνον ἐπιστέφιον.* Scholiastes interpretatur, ὕμνον ἐπινίκιον ᾄδων.
50 *Ἔχεις.* Coisl. ἔχοις.
51 *Ἔρεξα.* Schol. ἔθυσα.
52 *Ῥέξω.* Schol. θύσω.
XXXIX. 2 *Ἀμέτρους.* Scripta nullis astricta numeris intelligit Gregorius, quibus suos opponit sermones ἐμμέτρους.
6 *Ὡς μεστά.* Sic Vat. Edit. ὡς μετά.
8 *Μίαν.* Vat. τίνα.
9 *Πάντα ῥίψαντας.* Ita Vat. Edit. πάντ' ἀποῤῥίψας. *Consilium hoc amplexus sum, ut omnem sermonem abjiciens, solis divinitus afflatis Scripturis incumberem.*
10 *Μόνον.* Vat. μόνων.
14 *Ὁρμητήριον.* Hæc vera Gregorii sententia est, qui alibi passim exagitat sua introductam ætate, quasi ex Scripturis λογομαχίαν, subtilemque dialecticam simplici subrogatam fidei.
16 *Πότ' ἄν.* Vat. πῶς.

METRICA VERSIO.

Te chorus angelicus luce hac lætusque micansque
Victorem cinxit, læta trophæa canens.
Hac luce insonui, compressaque labra resolvi;
Ac vice me citharæ, te celebrantis, habes.
Mente prius mentem cecini: verbo cano Verbum;
Postmodo Pneuma sacrum, si volet, ipse canam.

XXXIX. IN SUOS VERSUS.

(*Fed. Morello interprete.*)

Plerosque cernens scribere hoc in sæculo
Opera innumera perleniter fluentia,
Et plurimum huic tempus labori impendere,
Quorum est lucellum inane maledicentiæ:
Atque insolenter edere hos scripta admodum,
Nugas pararent ut meras sudoribus,
Ægyptias muscas, arenasve æquoris:
Suavissime omnium hæc stetit sententia,
Ut quolibet sermone contempto incumberem
A Numine afflatis voluminibus modo;
Ut expetit portus, procellas qui fugit.
Nam si tot ac tantas sacra eloquia exhibent
Ansas, tibi hic est Spiritus prudentior,
Ut sit refugium proximum hoc cujuslibet
Vanæ loquelæ, his qui incitati sunt male.
Quando exarans tu cogitationibus
Serpentibus humi, expanderes ratos sonos?
At cum arduum et difficile prorsus hoc siet,
Ubi mundus in dissidia tot conscinditur,
Cum omnes basim diverticuli habeant sui,

Digitized by Google

Τούτους ἐχόντων τοὺς λόγους συμπροστάτας·
Ἄλλην μετῆλθον τῶν λόγων ταύτην ὁδόν,
Εἰ μὲν καλήν γε, εἰ δὲ μή γ', ἐμοὶ φίλην·
Μέτροις τι δοῦναι τῶν ἐμῶν πονημάτων.
Οὐχ, ὡς ἂν οἰηθείεν οἱ πολλοὶ βροτῶν,
Τῶν πάντα ῥᾴστων, δόξαν ἐκκαρπούμενος
Κενὴν, ὃ δὴ λέγεται. Τοὐναντίον μὲν οὖν
Τρέχοντας οἶδα τοῖς ἐμοῖς, οὕτω γράφειν,
Ἀνθρωπαρεσκεῖν μᾶλλον· οἱ γὰρ πλείονες
Τοῖς σφῶν μέτροις μετροῦσι καὶ τὰ τῶν πέλας,
Οὔτε προτιμῶν τοῦτο τῶν θείων πόνων·
Μή μοι τοσοῦτον ἐκπέσοι Θεοῦ λόγος!
Τί οὖν πέπονθα, τοῦτ' ἴσως θαυμάσετε.
Πρῶτον μὲν ἠθέλησα, τοῖς ἄλλοις καμών,
Οὕτω πεδῆσαι τὴν ἐμὴν ἀμετρίαν·
Ὡς ἂν γράφων γε, ἀλλὰ μὴ πολλὰ γράφω,
Καμὼν τὸ μέτρον. Δεύτερον δὲ τοῖς νέοις,
Καὶ τῶν ὅσοι μάλιστα χαίρουσι λόγοις,
Ὥσπερ τι τερπνὸν τοῦτο δοῦναι φάρμακον,
Πειθοῦς ἀγωγὸν εἰς τὰ χρησιμώτερα,
Τέχνῃ γλυκάζων τὸ πικρὸν τῶν ἐντολῶν.
Φιλεῖ δ' ἀνίεσθαί τε καὶ νευρᾶς τόνος·
Εἴ πως θέλεις καὶ τοῦτο· εἰ μή τι πλέον,
Ἀντ' ἀσμάτων σοι ταῦτα καὶ λυρισμάτων.
Παίζειν δέδωκα, εἴ τι καὶ παίζειν θέλεις,
Μή τις βλάβῃ σοι πρὸς τὸ καλὸν συλωμένῳ.
Τρίτον πεπονθὼς οἶδα· πρᾶγμα μὲν τυχὸν
Μικροπρεπές τι, πλὴν πέπονθ'· οὐδ' ἐν λόγοις

Hos habeant sermones, qui præsidio sint :
Ad aliam me contuli, hanc nimirum, sermonum viam,
Honestam quidem, vel si minus saltem mihi gratam :
Ut versibus aliquid impenderem laboris ;
Haud equidem, ut fortasse videbitur plerisque mortalium,
Per omnia facilium ac levissimorum, ad gloriam comparandam
Inanem, quod dici solet. Contra quidem
Scio eos, qui mea vellicant, dicere, quod ita scribam,
Me magis hominum auram captare ; nam plerique
Suis ipsorum actibus metiuntur acta proximi :
902-903 Neque id præferens sacris laboribus :
Ne mihi tantopere excidat Dei verbum !
Quid ergo consilii habui, id forsan mirabimini.
Primum quidem volui, cum in aliis operam posuissem,
Sic meam frenare intemperantiam ;
Ut si scriberem, saltem non multa exararem,
Difficultate elaborandi carminis. Deinde volui juvenibus,
Iisque maxime qui sermonibus delectantur,
Veluti quoddam gratum præbere pharmacum,
Illecebrosis ducens ad utiliora,
Arte deliniens acerbitatem mandatorum.
Amat etiam tensa remitti chorda :
Si quo modo velis hoc (probare) : si nihil quidquam amplius,
Pro cantilenis tibi hæc erunt et strepitibus.
Ludum præbui, si ludus tibi placet,
Ne quid damni tibi accidat honesta quærenti.
Tertio me affectum scio ; res quidem fortassis
Parva videri possit ; verumtamen affectus sum ; nequidem vim dicendi

21 *Συμπροστάτας*. Vat. σὺν προστάταις.
26 *Τῶν πάντα ῥᾴστων*. Hæc jungimus cum βροτῶν. Morel. non recte junxit cum δόξαν.
32 *Μοι*. Ita Vat. Edit. μοῦ.
33 *Θαυμάσετε*. Ita Vat. Edit. θαυμάζετε.
35 *Ἀμετρίαν*. Sic optime Vat., *linguæ fluxum*. Edit. ἁμαρτίαν.
37 *Καμών*. Vat. λαβών.
46 *Τὸ καλόν*. Ita Vat., quæ vera est lectio. *quid damni contingat, dum honesta sectari*, quod honestum est venis. Aliter συλωμένῳ *liato, nudato*, scilicet læsa pietate, morum tegritate, lectione profanorum carminum : ut iis delectetur, eaque potius legat, in quibus honestati morum fideique adversum occurrit. mendose καλῷ.

METRICA VERSIO.

Hæc genera sermonum, quasi adjuvantia :
Equidem aliud suscepi iter sermonibus,
Honestum opinor, sin minus, gratum mihi,
Laboris ut mei darem aliquid versibus ;
Non, ut putarent plurimi mortalium,
Quo gloriam e facillimis adipiscerer
Vanam, ut solet dici : sed e contrario
Novi mea utique vellicantes dicere,
Me scribere, ut placere queam vulgo magis :
Aliena metiuntur acta nam aliqui suis.
Nec præferens istud sacris laboribus.
Ah! ne excidat tantum Deus mente a mea!
Affectus ergo ut sim, illud admiramini.
Primum laborans id operam pro aliis dedi,

B Ligare peccatum meum quo possem ita ;
Ut si luberet scribere, haud conscriberem
Multa, elaborans carmen. Inde in gratiam
Juvenum, atque eorum verba quos juvant hos
Hoc suave volui remedium tibi dare,
Suadæ illicem, atque maxime sunt commoda
Mandata quæ urgent arte, sic deliniens.
Interdum amat remittier chordæ tonus ;
Si quæ velis modo hoc probare, nec amplius
Quæris, loco cantus lyræ strepitusque erunt
Tibi hæc dedi ad ludum, tibi ullus si placet :
Ne noxa quæ subeat *honestate vidsum*.
Affectus ita sum tertio, ut res forsitan
Pusilla videatur, tamen meipsum afficit ;

Digitized by Google

Πλέον δίδωμι τοὺς ξένους ἡμῶν ἔχειν·
Τούτοις λέγω δὴ τοῖς κεχρωσμένοις λόγοις
Εἰ καὶ τὸ κάλλος ἡμῖν ἐν θεωρίᾳ.
Ὑμῖν μὲν οὖν δὴ τοῖς σοφοῖς ἐπαίξαμεν.
Ἔστω τις ἡμῖν καὶ χάρις λεόντιος.
Τέταρτον εὗρον τῇ νόσῳ πονούμενος
Παρηγόρημα τοῦτο, κύκνος ὡς γέρων,
Λαλεῖν ἐμαυτῷ τὰ πτερῶν συρίγματα,
Οὐ θρῆνον, ἀλλ' ὕμνον τιν' ἐξιτήριον.
Πρὸς ταῦτα νῦν γινώσκεθ' ἡμῖν, οἱ σοφοὶ,
Τῶν ἔνδον. Εἰ δ' ἤττησθε, τῶν αὐτῶν λόγων
Πλεῖστον τὸ χρῆμα· καὶ τὰ παιζόντων λόγοι,
Χωρεῖτε· μακρὸν δ' οὐδὲν οὐδ' ὑπὲρ κόρον,

A Ἀλλ' οὐδ' ἄχρηστον, ὡς ἐγῷμαι παντελῶς.
Αὐτοὶ διδάξουσ' οἱ λόγοι θέλοντά σε.
Τὰ μὲν γάρ ἐστι τῶν ἐμῶν, τὰ δ' ἔκτοθεν.
Ἢ τῶν καλῶν ἔπαινος, ἢ κακῶν ψόγος,
Ἢ δόγματ', ἢ γνώμη τις, ἢ τομαὶ λόγων,
Μνήμην ἔχουσαι τῇ δέσει τοῦ γράμματος.
Εἰ μικρὰ ταῦτα, σὺ τέλει τὰ μείζονα.
Μέτρον κακίζεις· εἰκότως, ἄμετρος ὤν,
Ἰαμβοποιὸς, συγγράφων ἀμβλώματα.
Τίς γὰρ βλέποντα, μὴ βλέπων, ἐγνώρισεν;
Ἢ τίς τρέχοντι, μὴ τρέχων, συνέδραμε;
Πλὴν οὐ λέληθας, ὃ ψέγεις, ὠνούμενος.
Ὃ γὰρ κακίζεις, τοῦτό σοι σπουδάζεται,

Majorem, quam nos, infideles habere concesserim:
De ornato illo loquor et florido dicendi genere,
Quanquam nobis orationis venustas sit in spiritali intelligentia.
Vobis quidem igitur, ut sapientibus lusimus.
Nobis autem sit gratia leonis.
Quarto inveni morbo gravatus
Solatium istud, velut olor senex,
Loqui mihi ipsi alarum sibilis,
Non lugubrem cantum, sed canticum in discessu.
In his modo intelligitis, viri sapientes,
Intimos animi sensus. Si autem ceditis, ipsorum sermonum
Potissimum res est : et quæ ludentium sunt, sermones
Procedite : nihil vero longum, nihil supra satietatem,
Nihil etiam inutile, ut ego prorsus arbitror.
Ipsi docebunt te sermones volentem.
Alia quidem ex meis sunt : alia autem ex profanis ;
Aut bonorum laus, aut malorum reprehensio,
Vel doctrina, vel opinio, vel breves sententiæ,
904-905 Quæ in memoria facile insideant vinculo litteræ.
Si hæc parva sunt, tu effice meliora.
Modos carpis : recte quidem, utpote rudis versuum,
Iamborum scriptor, conscribens miseros versus.
Quis enim videntem, non videns, agnoverit ?
Aut quis currenti, non currens, concurrit ?
Verum non lates, quod reprehendis, ipse aucupans.
Quod enim improbas, hoc tibi curæ est,

49 *Πλέον. Non plus aliquid fatebor infideles, quam is habere.*
50 *Κεχρωσμένοις.* Id est videlicet *pictis floridis-que sermonibus.*
51 *Εἰ καί*, etc. Morel. : *Quamvis quod est, pulchrum sit ob oculos suum ;* quod qui potest capere capiat.
53 *Ὑμῖν.* Vat. ἡμῶν καὶ χάρις λέοντος, scilicet *ut extremi devoremur.*
58 *Γινώσκεθ' ἡμῖν. οἱ σοφοί.* Aliter : *Ignoscite nobis, vos qui sagaces estis ad perspiciendum intimos animi sensus.*
59 *Εἰ δ' ἤττησθε, τῶν.* Aliter : *Sin vincimini ipsis sermonibus.*
60 *Πλεῖστον τὸ χρῆμα.* Aliter : *Res mira.*
61 *Χωρεῖτε. Procedite, capite, favete*, vox militaris, inquit Combefisius, usu trita bonis auctoribus. Morel. *valete :* quæ quidem est altera vocis χωρεῖτε acceptio, verum hic parum commoda.
64 *Τῶν ἐμῶν. Ex Scripturis.*
66 *Ἢ γνώμη. Aut consilium, aut opinio.*
67 *Μνήμην ἔχουσαι τῇ δέσει. Memoriæ commoda ex astricta oratione.*
73 *Οὐ λέληθας. Non lates :* nempe perspicuum est te aucupari, quod reprehendis. Non bene Morel. : *Haud latet te.*
74 *Σοὶ σπουδάζεται. In hoc operam confers, huic rei incumbis.*

METRICA VERSIO.

ue exteros melius loqui quam nos puto,
: genere sermonis colorati aio,
mvis quod est, pulchrum sit ob oculos suum.
is at ipsi lusimus sapientibus.
is sit, ut ferunt, leonis gratia.
rum, ægritudini meæ solatium
d labore inveni, olor velut senex,
uens mihi alarum canoris sibilis,
lugubrem cantum, sed egressu editum.
rgo, eruditi in intimis, cognoscite
s ad hæc : sin ceditis devicti in his
nonibus, res, eloquia ludentium
te ; nil longum, atque satiatem supra,

B Nihilque inutile, seu reor. Prorsus quidem
Ipsa edocebunt dicta te spontaneum.
Namque e meis hæc sunt ; at illa extrinsecus ;
Reprehensio malorum, honestorumve laus :
Opinio aut sententia, aut tractatuum
Segmenta memorabilia vinctis litteris.
Hæc parva si sunt, perfice his majora tu.
Carpis modos, et jure, careas cum modo,
Abortiones exarans, iambicus.
Nam quis videntem, non videns, agnoverit ?
Aut cursitanti haud cursitans occurrerit ?
Verum haud latet te, quando emis, quod deprimis :
Sed enim tibi est cordi, quod explodis modo,

Digitized by Google

Καὶ σφόδρ' ἀμέτρως, τὸ γράφειν ποτήματα.
Ὅτ' ἂν δ' ἐλέγχῃ, πίστις ἀντεισέρχεται,
Καὶ πεζὸς ἡμῖν ναυαγῶν ὁ φίλτατος.
Τοιαῦτα τεχνάζεσθε, ὑμεῖς οἱ σοφοί.
Ταῦτ' οὐ πρόδηλον ψεῦδος, οὐχὶ διπλόη ;
Πίθηκος ἡμῖν ἀρτίως, λέων δὲ νῦν.
Οὕτως ἁλίσκετ' εὐπετῶς δόξης ἔρως.
Πλὴν ἴσθι πολλὰ καὶ Γραφαῖς μετρούμενα,
Ὡς οἱ σοφοὶ λέγουσιν Ἑβραίων γένους.
Εἰ μὴ μέτρον σοι καὶ τὰ νεύρων κρούματα,
Ὡς οἱ πάλαι προσῇδον ἐμμελεῖς λόγους,
Τὸ τερπνὸν, οἶμαι, τοῦ καλοῦ ποιούμενοι
Ὄχημα, καὶ τυποῦντες ἐκ μελῶν τρόπους.
Σαούλ σε τοῦτο πεισάτω, καὶ πνεύματος
Ἐλευθερωθεὶς τοῖς τρόποις τῆς κινύρας.

A 90 Τίς οὖν βλάβη σοι, τοὺς νέους δι' ἡδονῆς
Σεμνῆς ἄγεσθαι πρὸς Θεοῦ κοινωνίαν;
Οὐ γὰρ φέρουσιν ἀθρόαν μετάστασιν.
Νῦν μέν τις ἔστω μίξις εὐγενεστέρα.
Πῆξιν δ' ὅταν τὸ καλὸν ἐν χρόνῳ λάβῃ,
95 Ὑποσπάσαντες, ὡς ἐρείσματ' ἀψίδων,
Τὸ κομψὸν, αὐτὸ τἀγαθὸν φυλάξομεν.
Τούτου τί ἂν γένοιτο χρησιμώτερον;
Σὺ δ' οὐ τὰ ὄψα τῷ γλυκεῖ παραρτύεις,
Ὦ σεμνὲ, καὶ σύνοφρυ καὶ συνηγμένε;
100 Τί οὖν κακίζεις τὴν ἐμὴν εὐμετρίαν,
Τοῖς σοῖς μέτροις σταθμώμενος τὰ τῶν πέλας;
Χωρὶς τὰ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα
Χωρὶς κολοιῶν κ' ἀετῶν ὑψώματα.

75 Et valde inconcinne, condere poemata.
Cum autem reprehenderis, fides vicissim subit,
Et pedes nobis naufragus lepidissimus.
Talia excogitate, vos sapientes.
Hæc nonne manifestum mendacium, nonne duplicis animi versutia?
80 Simia modo nobis, nunc autem leo.
Sic facile capitur gloriæ desiderium.
Verum scito plurima etiam in Scripturis esse metro expressa,
Ut ferunt docti ex Hebræorum gente.
Si tibi metrum non videatur fidium pulsationes,
85 Ut veteres decantabant concinnos sermones,
Jucundum, arbitror, adhibendo, tanquam recti
Vehiculum, et modulis informando mores,
Saul id tibi persuadeat, a maligno spiritu
Liberatus modulis citharæ.
90 Quidnam igitur incommodi tibi videtur, si juvenes per oblectationem
Honestam ducantur ad Dei societatem?
Non enim ferunt subitam mutationem.
Nunc quidem statuatur quoddam temperamentum liberalius.
Postquam vero bonum tempore firmatum fuerit,
95 Subducentes, velut ex fornicibus fulcimen,
Quod est leporis, bonum ipsum servabimus.
Quod isto potest esse utilius?
Tu vero cibos nonne condis dulcedine,
Vir rigide, superbo et contracto supercilio?
100 Quid ergo culpas meam in condendis versibus industriam,
Tuis modulis perpendens res proximi?
Seorsum sunt Mysorum et Phrygum limites;
Seorsum graculorum et aquilarum sublimitates.

75 Ἀμέτρως. *Illepide, nulla gratia poetica.*
76 *Πίστις ἀντεισέρχεται.* Combefis. : *Excusanda per ejus simplicitatem inscitia.*
77 Πεζὸς ἡμῖν ναυαγῶν. Scilicet *ita humilis stricta oratione, ut ad solutam propius accedat.*
79 Οὐχὶ διπλόη. *Versutia.* Inepte Morel. : *Non tunica duplex.*
94 Πῆξιν. *Firmitatem, cum bonum* per ea *habuerit.*
96 Τὸ κομψόν. *Quod est deliciarum,* oblectamentum *poetici.*
102 Χωρὶς τὰ Μυσῶν, etc. Adagium quod recurrit apud Gregorium.
103 Χωρὶς κολοιῶν, etc. Perstringit quem

METRICA VERSIO.

Absque modulis cito exarare poemata.
Cum reprehendis, tum invicem prodit fides,
Nobisque naufragus pedes charissimus.
Excogitate talia, o docti et cati.
Non tunica duplex, lucidum et mendacium est?
Hic simia est modo, et nunc est leo.
Sic carpitur amor gloriæ facillime.
Scito tamen permulta Scriptis in sacris
Expressa metris, docti ut Hebræi probant.
Nisi si metrum non duxeris pulsus fidis :
Ut dicta prisci concinerunt consona,
Jucunditatem dum, ut reor, facerent rei
Vehiculum honestæ, et ex modis mores bonos.
Saul tibi hoc persuadeat, qui a spiritu
Est liberatus Davidis modulis lvræ.

B Cui incommodo tibi est, si honesta gratia
Juvenes eant communionem ad Numinis?
Mutationem nam repentinam haud ferunt:
Nunc liberalior benigniorque lex
Condatur : at enim quando honestum tempus
Firmatum erit, tracto decore, ut in arcubus
Fulcimine, ipsum quod bonum est servabimus.
Exsistere hoc quid fructuosius queat?
Non tu cibos condire scis dulcedine,
Severe, contracto supercilio gravi.
Quid ergo differs pipulo modulos meos,
Modulo tuo dum examinas res proximi?
Seorsum Mysorum sunt Phrygumque limites
Sublimitates graculi aquilæque eminus.

Digitized by Google

Μ'. *Πρὸς τοὺς φθοροῦντας.*

Δίκη, δικασταὶ, καὶ νόμοι, καὶ βήματα,
Ῥομφαία καὶ σὺ τοῖς κακοῖς στιλβουμένη,
Καὶ πάντ' ἐλέγχουσ' ἡμέρα στυγνηγόρε,
Σκώληξ ἄπαυστε, παμφάγου πηγαὶ πυρὸς,
Ἀκούσαθ' ἡμῶν τῶν κριτῶν, ἀκούσατε.
Πᾶσι θανοῦσι καὶ φθόνος συνθάπτεται.
Πρὸς γὰρ τὸ τεῖνον ἡ μάχη· τὸ δ' ἐκ ποδῶν
Οὔτ' ἀντιπίπτει, καὶ τετίμητ' ἀφθόνως.
Ἐγὼ δὲ καὶ τέθνηκα, καὶ βασκαίνομαι.
Ὁ πάντ' ἀνατλὰς ἐν βίῳ παλαίσματα.
Πῶς τοῦτ' ἐλέγχω, καὶ τίσι τεκμηρίοις;
Πάντες βοῶσι, κἂν ἐγὼ δήσω στόμα.
Ὡς εἴθ' ἄφωνος ἦν ἐμὴ δυσπραξία!

Τὸ τῶν κακῶν κάκιστον, ὡς ἂν μὴ χράνω
Τὴν γλῶσσαν, εἴρων ἐν λόγῳ καὶ τοὔνομα.
Τὸ πλῆρες ἰοῦ θηρίον, το τοῦ φθόνου
Δεινόν τε καὶ φρικῶδες ἐργαστήριον,
Τὴν τῶν, ὅσ' ἐστὶ, σύντομον στήλην κακῶν
Ὦ μηδὲ θείας πρὸς θύρας φοιτητέον,
Ἐμῶν ἀγνισμῶν, καὶ πόνων τῆσδε τριχὸς
Ἐμῶν λιθασμάτων τε καὶ καθαρμάτων
Προὔθηκαν. Οἴμοι! τίς τάδ' αἰνέσει σοφῶν;
Ὦ καρδίας κευθμῶσιν ἐμβεβὼς ἐμῆς!
Ὦ πάντα νωμῶν, καὶ φέρων ἄλλῳ βίῳ!
Οὗτοι κακῶν με δεύτερον τεθείκασι
Καὶ τῶν δ' ἐκεῖθεν οἱ κακοὶ σταῖεν πρόσω;
Αὐτοὶ συνασπίζουσιν ἀλλήλοις κακῶς.

906-907 XL. *In invidos* *.

Justitia, judices, et leges, et tribunalia,
Et tu gladius contra impios coruscans,
Et omnium examinatrix dies tristis,
Vermis nunquam quiescens, omnia vorantis fontes ignis,
Audite judices nostros, audite.
Cum omnibus morientibus et invidia sepelitur.
Etenim contra id quod resistit, pugnatur: quod autem longe dissitum est,
Nec obsistit, etiam in magno pretio habetur.
Ego vero mortuus sum, et tamen invidia premor
Qui quaslibet pertuli in hac vita ærumnas.
Quomodo id ostendam, et quibus argumentis?
Omnes clamant, vel si ego os vinxero.
Atque utinam muta esset mea calamitas!
Ne, quod malorum est extremum, polluerem
Linguam, inserendo sermonibus vel ipsum nomen.
Plenam veneno bestiam, invidiæ
Diram et horribilem officinam,
Omnium, quæcunque sunt uspiam, compendiariam columnam malorum,
Cui nequidem ad sacras fores accedere licebat,
Casto meo ministerio, et laboribus hujus canitiei,
Meis lapidationibus, et piaculis
Prætulerunt. Hei mihi! quis hæc sapiens probaverit?
O qui penetrasti latebras cordis mei!
O qui cuncta moderaris, et dirigis ad alteram vitam!
Illi me ipsis improbis postposuerunt:
Num et in altera vita improbi præferentur?
Ipsi auxiliantur sibi invicem nequiter,

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 166, pag. 251

Apollinaris de grege, qui ægre ferebat juvenes ad pietatem informari Gregorii versibus, ad quorum sublimitatem ipse pertingere non poterat.

XL. 6 *Πᾶσι θανοῦσι.* Ita fere Horat. lib. II, epist. 1, 12.

.... *Invidiam supremo fine domari:*
Urit enim fulgore suo qui prægravat artes
Infra se positas: exstinctus amabitur idem.

10 *Παλαίσματα. Quælibet certamina sustinui.*
16 *Θηρίον.* Maximum intelligit. Mox *φθόνου, diaboli.*
21 *Καθαρμάτων. Piaculis, lustrationibus.* Vat. κηρυγμάτων, *concionibus.*
22 *Τάδ'.* Ita Vatic. Edit. male ταῦτ', ubi deficit metrum.
25 *Οὗτοι.* Vat. ὅτι.

METRICA VERSIO.

XL. IN INVIDOS.

(*Fed. Morello interprete.*)

Justitia, leges, judices, tribunal et
Ensis coruscans ad scelestorum metum,
Examinansque omnia dies tristissima,
Et vermis irrequies, et ignis fervidi
Fontes, querentum audite dicta: judices,
Audite nos. Livor sepultus funere est.
Nam prælium est in vim resistentem: at procul
Situm, nec obsistit, et honore maximo
Decoratur. At me mortuum livor premit,
Qui pertuli in vita tot ærumnas graves.
Et quomodo arguam, et quibus certis notis?
Vocem efferunt omnes, mihi occlusum ut sit os.

Si muta mea fuisset infelicitas!
Ne polluam, quod est malorum pessimum,
Linguam, inserendo nomen hoc sermonibus.
Ab his veneno atro redundans bellua,
Livoris horrenda officina luridi,
Columna cuncta continens in se mala,
Cui nullus ad sacras fores aditus patet,
Casto ministerio, et labori hujus pili,
Afflictioni item meæ, et purgamini,
Est præposita. Quis, heu, quis hæc sapiens probet?
O cordis in mei latebris insite,
Qui cuncta moderans, alteram ad vitam refers
Hi me improbos inter locarunt infimum:
An præferentur ævo in altero impii?
At mutuas præstant sibi operas nequiter,

Digitized by Google

Πρὸς ἓν βλέποντες, τῶν θρόνων τὸ ἀσφαλές.
Ἐγὼ δ' ἔχοιμι μοῖραν ὥνπερ ἄξιον.
Εἰ δ' ἐνθάδ' οὐδεὶς, Χριστέ μου, σύ μου μερὶς,
Ὃν κρεῖσσον, ἢ τὰ πάντα καὶ πάντων, ἔχειν.
Μόνον βέβαιον κτημάτων κ' ἐλεύθερον.
Τούτου μὲν ἡμᾶς οὔ τις ἐκβαλεῖ φθόνος.

ΜΑ'. *Πρὸς Μάξιμον.*

Τί ταῦτα; τολμᾷς καὶ σὺ, Μάξιμε, γράφειν;
Γράφειν σὺ τολμᾷς; τῆς ἀναιδείας δοκῇ!
Τουτὶ μὲν ἤδη καὶ κυνῶν ἀνώτερον.
Τολμητὰ πάντα πᾶσιν. Ὦ καιροῦ φορᾶς!
Ὥσπερ μύκητας, ἀθρόως ἀνατρέχειν
Σοφοὺς στρατηγοὺς, εὐγενεῖς ἐπισκόπους,

A Μηδὲν προμοχθήσαντας εἰς μοῖραν καλοῦ.
Ἐξ ὧν τί γίνετ'; ἀρετὴ κολούεται,
Μηδὲν πλέον φέρουσα, τῆς ἀγροικίας
Θάρσος λαβούσης οὐ καλῶς ἀζήμιον,
Ἂν μικρὰ ἅττα σπερμολογήσῃ ῥήματα.
Κυβιστάτω τις μὴ μαθὼν, τοξευέτω,
Πτεροῖς φερέσθω πρὸς νέφη μετάρσιος.
Ἀρκεῖ τὸ βούλεσθ', οὐδαμοῦ τὸ εἰδέναι.
Μὴ καὶ σὺ μουσόπνευστος ἡμῖν ἀθρόως,
Ὥσπερ λέγονται τῶν πάλαι σοφῶν τινες;
Μὴ καὶ σὲ δάφνης ἐξέμηνέ τις κλάδος·
Ἢ μαντικῶν πέπωκας ὑδάτων ἄφνω,
Ἔπειτα μέτρων ἔβλυσας, ἄμετρος ὤν;
Ὦ τῶν ἀπίστων καὶ νέων ἀκουσμάτων!

Hoc unum spectantes, ut secure thronos possideant.
Ego vero habeam partem eorum, quæ par est expetere.
Si autem hic nemo, tu, mi Christe, eris pars mea,
Quem habere melius est, quam omnes omnium facultates.
Hæc sola ex omnibus possessionibus firma est et libera.
Ab hac nulla nos dejiciet invidia.

908-909 XLI. *Adversus Maximum*[*].

Quid hæc? audes et tu, Maxime, scribere?
Tune audes scribere? quanta impudentia!
Hæc profecto major, quam cæterorum canum.
Omnia quivis audet. O temporis mutatio!
Quemadmodum fungi e terra prodeunt, sic repente prodire cernimus
Peritos exercitus duces, nobiles episcopos,
Nullis ante defunctos laboribus, queis tali digni sint honore.
Ex quibus quid accidit? deteritur virtus,
Nihil amplius ostentans, quam rusticitas
Audaciam nacta improbe nullo impendio,
Si pauca quædam effuderit verba.
Saltet aliquis demittendo caput, qui non didicit, sagittas emittat,
Pennis ad nubes feratur sublimis.
Hic satis est velle; nusquam oportet scire.
Num et tu a Musis afflatus es nobis repente,
Ut referuntur de priscis sapientibus nonnulli?
Num et te furiosum reddidit lauri quidam ramus?
An fatidicas subito aquas bibisti,
Ut subito versus conderes, licet poeticæ ignarus?
O rem incredibilem et inauditam!

[*] Scriptum an. 383. — Alias Bill. 165, p. 249.

31 Ἢ τά. Edit. nonnulli ἡ τά.
33 Ἐκβαλεῖ. Sic legendum. Edit. ἐκβάλλει.
XLI. 3 Κυνῶν. *Cynicorum philosophorum.*
4 Τολμητά. Mendose edit. τόλμη τά.
6 Ἐπισκόπους. Similes querimoniæ de episcopis occurrunt passim in *Orationibus* Gregorii, maxime vero in orat. XXVII, alias 23: *Quid tandem est, quod alios quoque unius diei momento sanctos fingis, et theologos creas?* Vide, tom. I, pag. 494, num. 9.
10 Ἀζήμιον. *Nullo impendio, nullo in litteris impenso labore, si pauca quædam.* Sic in orat. XXXII, alias 26: *Si exiguam quamdam gloriolam assecuti fuerimus... temere duo aut tria Scripturæ verba, eaque imperite et concise perdidicerimus.* Vide tom. I, pag. 591.
14 Ἀρκεῖ. Leuvenclaius: *Satis est saltem velle, tametsi absit scientia.* Morel.: *Hic velle satis est, scire nusquam habet locum.*

METRICA VERSIO.

Hoc intuentes, ut thronos firment suos.
Contentus ego sim sorte quam meritum daret.
Ut nemo juvet hic, Christe, tu pars es mea,
Quem melius est quam cuncta habere, et omnium.
Hæc sola firma, libera ut possessio est.
Invidia nos nulla unquam ab hac dejecerit.

XLI. ADVERSUS MAXIMUM.

(*Fed. Morello interprete.*)

Quid hoc sibi vult, Maxime: audes scribere?
Audesne vero scribere? Impudentia
Quanta est! caninam superat hæc dubio procul.
Audacia hujus cuncta cunctis plena sunt.
Tempus citum! Ita repente, fungi ut, prodeunt

B Docti duces exercitus, episcopi,
Qui nil laboris contulerunt ad decus.
At inde quid factum est? Minor virtutis est
Honos, nil quæ habet amplius quam rustica
Audacia, indemnem assecuta vim male:
Si pauca quædam verbula effutiverit.
Quis saltitet non doctus, arcum dirigat,
Alis feratur nubila ad sublimia.
Hic velle satis est, scire nusquam habet locum.
Nunc vero tu afflatus Camœnarum cito
Furore, venis ad nos: ut aliquos prædicant
Olim catos, an laurea insanire te
Fecit? Labiane proluisti saga aqua?
Et cum sis immodulatus effutis modos,
Incredibilia, absurda dictaque auribus.

Digitized by Google

Σαοὶ προφήτης, Μάξιμος λογογράφος!
Τίς οὐ προφήτης; τίς καθέξει τὴν χέρα;
Πάντων ὁ χάρτης, ἡ γραφὶς καὶ γραδίων.
Λέγειν, γράφειν, θέατρα συλλέγειν, σύγε
Ὦ Κρότους ἐγείρειν μηδὲν εὐλαβούμενος.
Βραχεῖς μέν εἰσι τῶν ἀκουόντων σοφοί·
Πολλοὶ δὲ Μάξιμοί τε καὶ παράφοροι.
Τούτοις ἀρέσκειν, τοὺς δὲ σοφοὺς χαίρειν ἐᾷν,
Τοὺς ἐσμιλευμένους τε καὶ συνηγμένους.
Αὐτοὺς γελώντων. Ἂν δ' ἀμύνασθαι δέῃ,
Τολμητὰ πάντα. Τοὺς σοφοὺς ἔχει θράσος.
Τὸν Μάξιμον γνώτωσαν ἐκ παῤῥησίας.
Καὶ ἡμῖν ἐστι τοῦ γελᾶν ἐξουσία.
Τούτου τί ῥᾷον ἄρτι γελᾶν καὶ πλουσίως;
Ὁ Ῥήτωρ μὲν ἴσθι, τοῖς δ' ὑβρίζουσι κύων.

A Οὕτως ὑπάρξει τὸ κρατεῖσθαι μηδενός.
Πάλιν βοήσομ', ὦ λόγοι, καὶ πολλάκις.
Οὕτω κενώσω τοῦ πάθους, ἀλλὰ βραχύ.
Γράφειν σὺ τολμᾷς; εἰπέ μοι, ποῦ καὶ πόθεν
Μαθών; τίνος δὲ χειρὸς ἔργον τὸ γράφειν;
Ἀλλ' οὐ χθὲς οὕτως. Ἠγάπας δ', εἴ σοι στενὴν
Μάζαν πορίζοι τὸ λευκὸν τριβώνιον,
Τό θ' ὑλακόμωρον τοῦ βίου καὶ τοῦ τρόπου.
Λόγοι δέ σοι τότ' ἦσαν, ὡς ὄνῳ λύρα,
Καὶ βουσὶ κῦμα, καὶ ζυγὸς θαλασσίοις.
Νῦν δ' Ὀρφεὺς ἡμῖν πάντα κινῶν δακτύλοις,
Ἢ τειχοποιὸς Ἀμφίων ἐκ κρουμάτων.
Τοιοῦτόν εἰσιν, ἢν τρυφῶσιν, οἱ κύνες.
Ἢ σοί γε μαῖαι τοῦτ' ἐνέπνευσαν θράσος,
Αἱ σαὶ συνεργοὶ, καὶ λόγων συμπαίστορες,

Saul propheta, Maximus librorum scriptor!
Quis non propheta? quis continebit manum?
Omnium est charta, etiam anicularum est stylus.
Dicere, scribere, theatrorum cœtus colligere, tu
Plausus excitare nullatenus es veritus.
Pauci quidem sunt audientium sapientes,
Multi autem Maximi et vecordes.
Talibus hi placent, sapientes autem illos valere jubeant,
Omnes simul collectos ac pro nihilo habitos.
Hi sane illos irrideant: si autem ulcisci oporteat,
Nihil non audent. Sapientium animos occupat audacia.
Maximum ex ipsa agnoscant procacia.
Nunc enim ampla nobis est ridendi materia.
Hoc quid aptius ad risum movendum vel maximum?
Orator quidem esto, conviciantibus autem canis.
Ita fiet ut a nemine vincaris.
910-911 **Iterum clamabo, et sæpius, o sermones!**
Sic dolorem levabo, vel modicum.
Scribere tu audes? Dic mihi, ubinam et a quo
Didicisti? ad quam manum spectat scribere?
At non ita nuper. Satis erat tibi, si arctum
Panem suppeditaret album et vile pallium,
Canina stultaque vivendi ratio et mores.
Orationes vero tibi tunc erant, quod asino lyra,
Quod bobus fluctus, et juguin animalibus marinis.
Nunc autem Orpheus nobis es, omnia commovens digitis,
Aut muros excitans Amphion musicis pulsibus.
Tale quidpiam sunt, si quando deliciis indulgent, canes.
An hanc tibi anus injecere audaciam,
Tuæ adjutrices, et in laudendis orationibus sociæ,

28 *Τούτοις ἀρέσκειν.* Ita locum hunc reddit Leuvenclaius: *His placeamus. Doctos autem illos pro quisquilis habitos omnes valere jubeamus. Rideant istos hi sane.*

31 *Τολμητὰ πάντα. Audent quidlibet.* Mox *τοὺς σοφοὺς ἔχει.* Ita legendum cum Vat., vel τοῖς σοφοῖς ἐστι θράσος, ut edit. ad marg. Male in textu τοῖς σοφοῖς ἔχεις θράσος.

35 *Ἐξουσία. Libera facultas.*

40 *Τίνος δὲ χειρός. Cujusnam manus opus est scribere?*

42 *Λευκόν.* Ita Vat. Sic etiam legit Leuvenclaius. Edit. στενόν.

49 *Ἢ σοί γε μαῖαι.* Vat. ἢ σοι βεβαίως. In marg.

METRICA VERSIO.

Saul propheta Maximusque scriptor est!
Quis non propheta? continebit quis manum?
Est charta cunctorum, stylus vel aniculæ.
Dicere, notare, colligere theatra, tu
Et excitare plausum *es ullo haud* veritus modo.
Quam parva doctorum audientium est cohors!
Est Maximi sunt, mente moti et plurimi:
Tales placent his, qui valere probos jubent.
Deinde expolitos et modestos quoslibet
Irrideant ipsi: ultione at si sit opus
Audacia omnibus in sophis, fidensque mens.
Et Maximum norint sua ex procacia:
Nobis quoque est ridere valde liberum
Et hoc quidem facillimum factu quoque est.
Orator esto ditibus: at maledicis

B Canis: inde fiet ut manum des nemini.
Enuntiabo tum, *o verba!* sic sæpe me
Reddam vacuum ab affectu. At audes scribere
Panxillulum? Tu dic mihi, undenam atque ubi
Edoctus, eccujus manu scriptum est opus?
Nam noveras heri hoc, satisque erat tibi
Si arctam placentam angusta ferret penula,
Vitaque inepta et moribus latratio.
Tunc litteræ fuerant tibi, ut cithara asino,
Fluctusque bobus, currus et vectoribus.
Nunc cuncta digitis concitans Orpheus cluet.
Aut arcis Amphion Agenoreus lyra
Rector strepente; sic sibi indulgent canes.
Audaciam tibi hancne anus infuderant,
Quæ te adjuvantes, fabulantur et simul?

Digitized by Google

Ὧν εἶ σὺ κύκνος, αἷς ἐνηχεῖς μουσικὸν,
Ὅταν ῥέωσιν, ὡς ζέφυρος κατὰ πτερῶν
Αὔραις πραείαις ἀσμένως ἁπλωμένων;
Γράφεις δέ· ἔδη τί; καὶ κατὰ τίνος, κύων;
Γράφεις κατ' ἀνδρὸς, ᾧ γράφειν ἐστὶ φύσις,
Ὡς ὕδατι ῥεῖν, καὶ τὸ θερμαίνειν πυρί·
Ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, οὐδὲν ἠδικηκότος,
Ὅσον δ' ἐφ' ὑμῖν, καὶ μάλισθ' ὑβρισμένου.
Φεῦ τῆς ἀνοίας! ὡς ἀπαίδευτον θράσος!
Ἵππον καλεῖς, βέλτιστε, πρὸς λεῖον δρόμον·
Λέοντα νύσσεις ἀσθενεστάτῃ χερί.
Πλὴν εἴ σε τοῦτο θῶμεν ἐσκέφθαι μόνον,
Ὡς οὐδ' ὑβρίζων ἀξιωθήσῃ λόγου,
Ἓν τοῦτ' ἔχειν γε καὶ σοφὸν δοκεῖς ἐμοί.

A 65 Τίς γὰρ κυνὶ πλέκοιτ' ἂν, εὖ φρονῶν, μάχην;

MB'. *Θρῆνος διὰ τῶν αὐτοῦ μόγων, καὶ πρὸς Χριστὸν δέησις περὶ λύσεως τοῦ αὐτοῦ βίου.*

Γαῖα φίλη, καὶ Πόντε, πάτρης πέδον ἀλλοδαπῆς τε,
Καὶ νεότης, πολιή τε βίου δύσι, καὶ πτερόεντες
Μῦθοι, μόχθε περισσὲ, καὶ οὓς τέκε Πνεῦμα φαεινὸν,
Καὶ πτόλιες, σκόπελοί τε, ἐμὸν σκέπας, ὧν διὰ [πάντων
5 Ἤλυθον, ἰσχανόων Χριστοῦ θεότητι πελάσσαι,
Πῶς μοῦνος τρηχεῖαν ἔβην ὁδὸν ἔνθα καὶ ἔνθα,
Στρωφῶν ἀργαλέοιο βίου τύπον, οὐδ' ἐδυνάσθην
Οὐδ' ὅσον ἴν ποτ' ἐλαφρὸν ἐπὶ χθονὸς ἴχνος ἐρεῖσαι,
Ἀλλ' αἰεί με μόγοισι μόγοι πέμπουσι κακοῖσιν;

Quarum tu cycnus es, quibus tu accinis quid musicum,
Cum fluunt, ut favonius per alas
Auris lenibus jucunde explicatas?
At enim scribis; quid vero? et contra quem scribis, canis?
55 Scribis contra virum, cui scribere dedit natura,
Ut aquæ dedit fluere, et igni calefacere:
Omitto dicere, contra virum, qui te nihil læsit,
Et quod ad te attinet, qui maxime injuria lacessitus est.
Heu dementiam! heu insulsam temeritatem!
60 Equum provocas, vir optime, ad levem cursum:
Leonem pungis maxime imbelli manu.
Verum si te hoc unum ponamus spectasse,
Quod nequidem lacessens dignus, cui respondeatur, habereris,
Hoc unum sapienter fecisse mihi videris.
65 Quis enim mentis compos, cum cane congrediatur?

XLII. *Ærumnas suas luget, Christumque obsecrat ut sibi vitæ finem afferat* [a].

Amica tellus, et Ponte, patriæ solum, et extraneæ terræ,
Et juventus, et canities vitæ occasus, et conciti
Sermones, labor supervacanee, et quos peperit lucidus Spiritus,
Urbes, et scopuli, meum tegumen, quæ quidem omnia
912-913 5 Subii, me divinitati Christi cupiens adjungere,
Quomodo solus asperam viam hinc et inde percurri,
Circumagens ærumnosæ vitæ formam, nec potui
Ne unum quidem leve unquam in terra vestigium figere,
Sed semper me labores immittunt in molestos labores!

[a] Scriptum an. 383. — Alias Bill. 8, p. 76.

βέβαιαι. Sic videtur legisse Leuvenclaius : *Nihil certius quam audaciam hanc inspirasse tibi socias tuas*, etc. Edit. ad marg. μᾶλλον.

52 *Πτερῶν*. Leuvenclaius legit πετρῶν. Nam vertit, *de rupibus*.

53 *Ἁπλωμένων*. Vat. ἁπλουμένων. Edit. ad marginem : Sic in epistola tertia *ad C. Iesium* : ὅταν ἀνῶμεν τῷ ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας ἐμπνεῖν ἡδύ τι καὶ ἐναρμόνιον. Vide hanc epistolam supra, epist. civ, pag. 102.

65 *Μάχην*. Ita Vat. Edit. μάτην.

XLII. 2 *Πτερόεντες*. Coisl. sup. lin. ταχεῖς, id est ἀφιπτάμενοι, *quasi fugaces*.

3 *Μόχθε*. *Sive quibus frustra laborasti, sive quos Spiritus sanctus peperit.*

8 *Ἐρεῖσαι*. Reg. 993 ἐρεῖσθαι.

9 *Μὲ μόγοισι μόγοι*. Sic omnes codices. In nullis editis deest μόγοισι.

METRICA VERSIO.

Horum es tu olor, quibus melos dulce accinis,
Quando, ut favonius, per alas fuderint
Auris patente lenibus fusis via.
At scribis, et quid vero? Et in quemnam, canis?
Tu nempe scribis in virum, cui est insita
Vis exarandi, ut est fluendi fluxæ aquæ,
Ignique, gignendi calorem: ut negligam
Dicere, in eum scripsisse, qui nunquam obfuit
Quantum est situm in nobis, licet is injuriam
Acceperit gravem. O inopia mentis! o
Quam audaciæ est sapientia parum capax!
Tu provocas, o pessime, ad *planitiem* equum,
Pungis leonem dextera imbelli nimis.
Nisi si putamus cogitasse te hoc *solum*,
Quod insolescens pluris ipse haud fieres,
Hoc unum habere mi videris consili.
Quis mente pugnet præditus cum canicula?

B XLII. ÆRUMNAS SUAS LUGET, CHRISTUMQUE OBSECRAT UT SIBI VITÆ FINEM AFFERAT.

(*Billio interprete.*)

Ponte mihi longe charissime, patria tellus,
Vosque etiam externæ sedes, viridisque juventus,
Atque senecta gravis libitinæ proxima tristi:
O doctrina nimis vano quæsita labore,
O etiam doctrina sacri mihi munere parta
Pneumatis, o urbes atque horrida rupibus antra,
Aeris a nostro pellentia co pore tela,
Omnia quæ subii cupiens me adjungere Christo
Qui fit ut unus ego salebroso tramite curram,
Ac mea perpetuis quatiatur vita procellis?
Nec semel in terris vestigia figere læta
Concessum est misero: verum perfuncta labore
Membra, nova rursus cruciantur mole laborum

10 Ὦ σοφίη, σὺ δίδαξον ὅθεν τόσον ἄχθος ἔμοιγε.
Πῶς μόγος εὐσεβέεσσι, καὶ οὐ μόγος ὀλλυμένοισιν ;
Ἦ ῥά τις ἀμπλακίης ποινὴ τάδε, ἦ ῥα βίοιο
Ἀνθρακες, ὡς χρυσοῖο καθαιρομένου χοάνοισιν ;
Ἦ ῥά μ' ὁ λυσσώδης καὶ βάσκανος, οἷά τιν' Ἰὼβ,
15 Ἐς ὅῆριν καλέει ; Σὺ δ' ἀλείφατι σόν με παλαιστὴν
Τρίψας, εὖ τε πάροιθε μέγαν γυμνοῖς πρὸς ἀγῶνα,
Ὡς κεν ἀεθλεύσαντι γέρας καὶ κῦδος ὀπάσσῃς ;
Ταῦτα μὲν αὐτὸς, ἄναξ, οἶδας, Λόγε. Καὶ γὰρ ἅπαντα
Κόσμον ἄγεις, μεγάλοισι λόγοις κρυπτοῖσιν ἑλίσσων,
20 Ὧν ὀλίγη τις πάμπαν ἐς ἡμέας ἔρχεται αὐγὴ,
Πηλὸν ἔτ' εἰλυμένους, καὶ ὄμματα νωθρὰ φέροντας.
Αὐτὰρ ἐγὼ κέκμηκα βίῳ, τυτθὸν δ' ἐπὶ γαίης

A Ἄσθμα φέρω, πολλῇσιν ἑλαυνόμενος κακότῃσι,
Δυσμενέων, φιλίων τε, τὸ καὶ περιώσιον ἄλγος.
25 Τοὔνεκεν αἰάζω, πίπτω δ' ὑπὸ γούνασι σεῖο.
Δὸς λῦσιν βιότοιο νεκρῷ σέο. Δὸς καμάτοιο
Ἄμπνευσιν, ζωῆς δέ μ' ἐλαφροτέρης ἐπίβησον,
Ἧς χάριν ἀσχαλόω, καὶ κήδεα μυρί' ἀνέτλην.
Ἀγγελικοῖς δὲ χοροῖσι φέρων πελάσειας ὁδίτην
30 Οὐρανίου πυλεῶνος, ὅθι κλέος ἀστράπτοντος
Τρισσοῖς ἐν φαέεσσιν ἑνὸς μεγάλοιο Θεοῖο.

ΜΓ'. *Πρὸς ἑαυτὸν κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν.*

Ποῦ δὲ λόγοι πτερόεντες ; ἐς ἠέρα. Ποῦ νεότητος
Ἄνθος ἐμῆς ; διόλωλε. Τὸ δὲ κλέος ; ᾤχετ' ἄϊστον.

10 O sapientia, tu doce unde tantum mihi onus.
Quomodo labor piis evenit et nullus labor pereuntibus ?
Utrum hæc pœna quædam peccati, an vitæ
Experimenta, velut auri fornace purgati ?
An me rabidus et invidus, velut Jobum quemdam,
15 Ad pugnam vocat ? Tu vero tuum me pugilem oleo
Perfusum rite prius ad magnum illud bellum denudas ac præparas,
Ut dimicanti præmium et gloriam mihi impertias ?
Hæc quidem, rex Verbum, ipse nosti. Omnem enim
Mundum gubernas, magnis eum et arcanis volvens rationibus,
20 Quarum ad nos tenuis quidam omnino pervenit fulgor,
Lutum adhuc trahentes, et tardos oculos ferentes.
Equidem vivendo lassatus sum, et exiguum in terra
Halitum gero, multis agitatus malis,
Ab inimicis, atque etiam, quod longe molestissimum est, ab amicis.
25 Idcirco ingemisco, tuisque genibus accedo.
Da vitæ solutionem mortuo tuo. Da ex labore
Respirationem, et me in tranquilliorem vitam deduc,
Cujus causa doleo, et innumeras sollicitudines pertuli.
Angelicis me choris adjunge viatorem, ducens
30 Atrium cœleste petentem, ubi gloria coruscantis
In tribus luminibus unius magni Dei.

XLIII. *Ad seipsum per interrogationem et responsionem* *.

Ubi alati sermones ? in aerem. Ubi juventutis
Flos meæ ? periit. Ubi gloria ? ex oculis evanuit.

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 9, p. 77.

13 *Χρυσοῖο.* Duo Regg. et Coisl. χρυσίου.
14 *Οἷά τιν' Ἰώβ.* Ita fere supra carm. XIX, vers. 31, etc.
21 *Πηλὸν ἔτ'.* Reg. 990 et Chig. πηλόν τ'.
22 *Αὐτὰρ ἐγώ. At ego jam vita deficior.*
25 *Πίπτω δ' ὑπό.* Reg. 990 et Chig. πίπτων ἐπί.
28 *Ἧς χάριν. Cujus causa doleo.* Duo Regg., Vat. et Coisl. ἧς ἕνεκ'. Mox *ἀνέτλην.* Ita Reg. 990 et Coisl. Male edit. nonnulli ἀνέπλην.
XLIII. Tit. Reg. 992 hunc præfert titulum : Τοῦ αὐτοῦ ἄλλο εἰς ἑαυτόν, *aliud ejusdem carmen de seipso.*

METRICA VERSIO.

O Patris æterni Sapientia, dic age, quæso,
Dic age, tantorum quæ sit mihi causa dolorum.
Cur labor egregios homines exercet et angit?
Impia cur nullo vexatur turba labore ?
Suppliciisne scelus meritis tua vindicat ira ?
An potius purgas animos fornace dolorum,
Eximere ut sordes fulvo solet ignis ab auro ?
Anne etiam valido me vis inimica furore,
Ut Jobum prius, aggreditur, pugnaque lacessit ?
Tuque tuum pugilem molli perfundis olivo,
Nudatumque paras ad magnum et nobile bellum,
Ut postquam illustri tulero certamine palmam,
Me collaudatum dones mercede perenni ?
Hæc tibi, Christe, quidem sunt cognita. Namque gubernas
Arcanis totum sapiens rationibus orbem :
Quarum pertenues radios lucemque tuemur,
Dum luteum gerimus corpus, dum lumina tarda.
Ast mihi jam miseros languor gravis occupat artus,
Jamque animam levis aura tenet, jam pallida mortem

B Intentat mihi mors, confecto mole malorum,
Queis me inimica phalanx urget, queis me agmen amicum,
Qui dolor est omni major graviorque dolore.
Hinc lacrymæ, et medio suspiria pectore manant,
Atque tuis pedibus supplex advolvor, et oro.
Da vitæ finem jam magna ex parte peremptæ,
Da requiem fesso : levius me transfer ad ævum,
Quod mihi causa fuit, cur tanta incommoda fortis
Pertulerim, firmoque ingentes corde dolores :
Cœtibus angelicis supera fac jungar in arce,
Jungar in arce precor felix, ubi gloria magna
Numinis illius triplici splendore coruscat.

XLIII. AD SEIPSUM PER INTERROGATIONEM ET RESPONSIONEM.

(*Billio interprete.*)

Sermones ubi sunt ? ubi linguæ verba disertæ ?
In ventos abiere leves. Ubi læta juventus ?
Fluxit. Ubi mortalis honos et gloria vitæ ?

Digitized by Google

Ποῦ σθένος εὐπαγέων μελέων ; κατὰ νοῦσος ἔκαμψε.
Ποῦ κτῆσις καὶ πλοῦτος ; ἔχει Θεός. Ἄλλα δ' ἀλιτρῶν
Ἀρπαλέαις παλάμῃσι πόρε φθόνος. Οἱ δὲ τοκῆες,
Ἠδὲ κασιγνήτων ἱερὴ δυάς; ἐς τάφον ἦλθον.
Μούνη μοι πάτρη περιλείπετο · ἀλλ' ἄρα καὶ τῆς,
Ὄρσας οἶδμα κελαινὸν, ὁ βάσκανος ἤλασε δαίμων.
Καὶ νῦν ξεῖνος, ἔρημος ἐπ' ἀλλοτρίης ἀλάλημαι,
Ἕλκων ζωὴν τε λυπρὴν, καὶ γῆρας ἀφαυρὸν,
Ἀθρονος, ἀπτολίεθρος, ἄπαις, τεκέεσσι μεμηλὼς,
Ζώων ἦμαρ ἐπ' ἦμαρ ἀειπλανέεσσι πόδεσσι.
Ποῖ ῥίψω τόδε σῶμα ; τί μοι τέλος ἀντιβολήσει ;
Τίς γῆ, τίς δὲ τάφος με φιλόξενος ἀμφικαλύψει ;
Τίς δ' ὁσσοις μινύθουσιν ἐμοῖς ἐπὶ δάκτυλα θήσει,

Ubi robur membrorum bene compactorum ? morbus incurvavit.
Ubi possessiones et divitiæ? Deus habet. Alia autem improborum
Rapacibus manibus tradidit invidia. Ubi parentes,
Fratrumque par sacrum ? in sepulcrum devenerunt.
914 915 Sola mihi patria restabat : at etiam ab illa me
Invidus dæmon, graves procellas excitans, expulit.
Et nunc peregrinus, solitarius in extero solo aberro,
Vitam trahens obscuram, et senectutem infirmam,
Sine throno, sine civitate, sine filiis, quorum cura nihilominus me angit,
In diem vivens, pedibus semper errabundis.
Quo projiciam hoc corpus? quis mihi finis occurret?
Quæ terra, quis me tumulus hospitalis operiet?
Quis oculis meis morientibus digitos imponet?
Utrum piorum aliquis, Christi amicus, an quidam pessimus?
Atque hæc quidem venti auferant. Est enim parvi animi hæc cura.
Utrum meum corpus sepulcro aliquis mandaturus sit, pondus exanime,
An etiam insepultum feris præda futurum sit,
Feris, aut canibus prædæ, aut volucribus.
Quod si volueris, combustum manibus in aerem sparge,
Aut in altos scopulos non humatum impinge,
Aut in fluminibus putrescat, aut in pluviarum fluentis ;
Non enim ego solus ignotus ero, ac non collectus.
Atque utinam id fieri posset ! id enim multis satius foret. Sed omnes simul
Extrema dies, nutu divino, ab orbis terminis adducet,
Etiamsi quis alicubi cinis sit, aut membra morbo consumpta.
In hoc uno ingemisco, ac Dei tribunal formido,

6 *Ἦλθον*. Vat. ἦλθε.
7 *Τῆς*. Ita tres Reg., Chig., Vat. et Coisl. Edit. τῇ.
11 *Ἄπαις*. *Sine filiis*. Cives Constantinopolitanos intelligit, quorum, postquam urbe discessit, semper curam gessit : vel ἄπαις *sine famulo*, possis interpretari. Mox *τεκέεσσι μεμηλὼς*, *filiorum curam habens*.
16 *Χριστοῦ*. Reg. 990 et Vat. Χριστῷ.
20 *Ἐλώριον*. Vat. ἀναιδέσιν, *impudentibus*.
21 *Ἐθέλεις*. Duo Regg. et Coisl. ἐθέλοις.

METRICA VERSIO.

Abscessit, celerique fuga me perfida liquit.
Corporeæ vires ubi sunt ? Vis aspera morbi
Fregit eas. Ubi opes? Partim Deus obtinet illas,
Partim etiam manibus livor sceleratus iniquis
Tradidit. At gemini fratres, sacrique parentes?
Mors rapuit, raptosque leves demisit ad umbras.
Restabat natale solum, sed et hoc quoque sævis
Fluctibus oppressum stygius me depulit hostis.
Nunc que procul patriis disjunctus sedibus erro,
Infelix agitans ævum, infirmamque senectam.
Non mihi jam thronus est, non urbs jucundaque proles,
Quin potius natis miseri sum causa doloris,
Inque diem vivo profugus, nec mi datur usquam
Tuta quies, certaque pedem defigere terra.
Quo jaciam corpus? Quis me manet exitus ævi?
Quæ tellus, quinam tumulus teget hospitis ossa ?
Quis porro digitis morientia lumina claudet?
An quisquam pius, et Christi succensus amore?
An vitæ horrendus maculis, vitiisque perustus?
Ista quidem levis aura ferat. Nam mente pusilla,
Atque parum forti quis me non diceret esse,

Ἦ ῥά τις εὐσεβέων, Χριστοῦ φίλος, ἦ ῥα κάκιστος;
Ταῦτα μὲν αὖρα φέροι. Τυτθῆς φρενὸς ἥδε μελῃδών,
Εἴ τε τάφῳ δώσει τις ἐμὸν δέμας, ἄπνοον ἄχθος,
Εἴ τε καὶ ἀκτερέϊστον ἕλωρ θήρεσσι γένοιτο,
Θήρεσιν, ἠὲ κύνεσσιν ἑλώριον, ἢ πετεηνοῖς,
Εἰ δ' ἐθέλεις, πυρίκαυστον ἐς ἠέρα χείρεσι πάσσοις,
Ἠὲ κατὰ σκοπέλων μεγάλων ῥίψειας ἄτυμβον,
Ἢ ποταμοῖσι πύθοιτο, καὶ ὑετίῃσι ῥοῇσιν
Οὐ γὰρ ἄϊστος ἐγὼ μόνος ἔσσομαι, οὐδ' ἀσύνακτος.
Ὢ ὄφελον! πολλοῖς τόδε λώϊον. Ἀλλ' ἅμα πάντας
Ὕστατον ἦμαρ ἄγει περάτων ἄπο, νεύμασι θείοις,
Εἴ που καὶ σποδιή τις, ὁλωλότα θ' ἅψεα νούσῳ.
Ἐν δὲ τόδ' αἰάζω, καὶ δείδια βῆμα Θεοῖο,

B Si gravis ista meis hæreret cura medullis,
Marmoreone aliquis condat mea membra sepulcro,
An contra tumuli privatum corpus honore
Præda feris, sævisque avibus, canibusque futurum est ?
Quod si etiam libeat, rapidis absumito flammis,
Et lectos cineres in cœlum sparge, vel altos
Ferreus in scopulos, præruptaque saxa cadaver
Abjice : vel fluviis etiam putrescat et imbre.
Non ego divinos oculos ex omnibus unus
Effugiam, nec, cum mortalis turba coibit
Judicis æterni vocem auditura tremendam,
Solus ego e tanto cœtu numeroque relinquar.
Atque utinam linquar. Nam tum plerisque latere
Utilius fuerit, quam tantæ accedere luci.
Verum omnes extrema dies a finibus orbis
Colliget, atque Dei jussu conjunget in unum,
Sit licet in cineres quisquam dilapsus et auras,
Membraque perdiderit violenti injuria morbi.
At subeunt gemitus, subeunt luctusque, pavorque
10 Si minime id præstas, saltem tribue ut hunc, velut cætera, perferam.
Tineæ habent quod suum est. At tu tuere imaginem tuam.
Hoc pacto habebis servum integrum.

LXXII. *In exitum vitæ* *.

Præterierunt flores, tempus messis advenit.
Canus mihi capillus, et area postulat spicas.
Immatura esse uva desiit, vindemia prope est.
Torculari jam subjiciuntur mala mea.
5 Heu diei mihi amaræ! quam quomodo fugiam?
Quis evadam? quantus me habet timor de peccatis!
Timor ne spinis, ne Gomorrhæ uvis
970 971 Plenus apparcam, quando Christus judex
Deus diis dabit pro dignitate,
10 Locum lucis cuique ex oculorum judicio.
Spes unica mihi restat, ut paucos dies
Iterum decurram tuo ductu, o Beate.

LXXIII. *Carmen deprecatorium* **.

Proximum est vitæ certamen: malam navigationem exegi,
Jamque odiosæ pravitatis pœnam video,
Nigrum tartarum, ignis flammam, profundam noctem,
Rerum nunc occultarum turpitudinem convictam.
5 Sed, beate, miserere, et faustum concede, quamvis sero,
Benignus vitæ nostræ reliquum.

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 102, pag. 179. ** Scriptum post an. 383. — Alias Bill. pag. 98.

LXXII. Τιτ. *Εἰς τὴν ἔξοδον.* Vat. πρὸς ἑαυτὸν, καὶ τὸ γῆρας.
1 *Παρῆλθον.* Vat. παρῆλθεν.
3 *Ἀπῆλθεν ὄμφαξ.* Deest in Vat.
6 *Ἁμαρτίας.* Vat. ἁκαρπίας.
9 *Τά.* Ita Vat. et edit. ad marg.; in text
10 *Ὡς ὄψις φέρει. Pro oculorum capa*
LXXIII. 4 *Ἐλεγχόμενον.* Vitiose in edi tur ἐλεγχομένων.

METRICA VERSIO.

Sive hoc inediæ fecerint, sive hoc scelus,
Seu lucta quædam (nam fugit me hoc), gratiam
Tamen gubernatori habeo meo. Hoc mihi
Nam forte melius. At, Deus, morbum prime,
Sermone siste: nam salus sermo tuus.
Concede saltem perferam hunc, ut cætera.
Tineis suum sit: at tuere imaginem.
Hoc namque habebis integrum servum modo.

LXXII. IN EXITUM VITÆ.

(Billio interprete.)

Jam flos abivit: appetit messis dies.
Canet capillus: horreum spicas vocat.
Abscessit omphax: instat at vindemia.
Premitur meorum jam malorum torcular.
O quam dies hic mi gravis! Quonam fugam

B Capiam? Quid et agam? Quam metus me in

Uvis Gomorrhæ, criminum atque sentibus,
Ne plenus exstem, jura cum dicens Dei
Natus piorum cuilibet sedem dabit
Pro dignitate, luminis captu et sui.
Brevis una spes me lactat hæc dieculæ,
Ad te ut revertar, o Deus, ductu tuo.

LXXIII. CARMEN DEPRECATORIUM.

(Billio interprete.)

Est prope certamen; cursum jam vita per
Jam pœna est oculos criminis ante me
Tartara jam video, flammas noctemque p
Probraque, quæ nunc sunt tecta, adsp
At miseri miserere, Deus, sanctoque fa
Reliquias vitæ da mihi, quæso, bonas.

Digitized by Google

Πολλὰ πάθον, καὶ τάρβος ἔχω φρενὶ, μή με διώκειν
Τῆς σῆς ἠρξατ', Ἄναξ, αἰνὰ τάλαντα δίκης.
Οἴσω μὲν τὸν ἐμὸν καὐτὸς μόρον, ἔνθεν ὁδεύσας
Εἶξας προφρονέως πήμασι θυμοβόροις.
Ὑμῖν δ' ἐσσομένοις ἐπιτέλλομαι· Οὐδὲν ὄνειαρ
Τοῦδε βίου. Ζωὴ λύσιν ἔχει βιότου.

ΟΔ'. *Ηρὸς Χριστόν.*

Τίς ἡ τυραννίς; ἦλθον εἰς βίον· καλῶς.
Τί δὲ στροβοῦμαι ταῖς βίου τρικυμίαις;
Ἐρῶ λόγον, θρασὺν μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐρῶ.
Εἰ μὴ σὸς εἶην, ἠδίκημαι, Χριστέ μου.
Γεννώμεθ', ἐκλυόμεθ', ἐκπληρούμεθα,
Ὑπνῶ, καθεύδω, γρηγορῶ, πορεύομαι,

Multa passus sum, et mente paveo, ne me persequi
Tuæ, Rex, gravia pondera justitiæ incipiant.
Feram quidem meam et ipse mortem, ex hac vita migrans,
Cedens libenter ærumnis animam meam peredentibus.
Vobis autem, qui venturi estis, hæc mando : Nulla est utilitas
Hujus vitæ. Ea enim habet vivendi finem.

LXXIV. *Supplicatio ad Christum* [a].

Quænam hæc tyrannis? prodii in vitam; bene.
Quid autem jactor decumanis hujus vitæ fluctibus?
Dicam verbum, audax quidem, tamen dicam.
Nisi tuus essem, læsum me quererer, Christe mi.
Nascimur, dissolvimur, explemur,
Dormio, somnum capio, vigilo, ambulo,
Ægrotamus, valemus, obveniunt voluptates et molestiæ.
Vario utimur sole, et iis quæ fert tellus,
Morimur, putrescit caro : hæc sunt etiam brutorum,
Quæ ignobilia quidem, verumtamen culpa vacant.
Quid igitur mihi amplius est? nihil præter Deum.
Nisi tuus essem, læsum me quererer, Christe mi.

ΟΕ'. *Θρῆνος πρὸς Χριστόν.*

Οἴμοι! στενοῦμαι τῷ βίῳ· καὶ τὸ πλέον
Ζωῆς παρῆλθεν, οἶδα, καὶ νεκρὸν πνέω·
Συνεκτριβῆναι δ' οὐ θέλει πονηρία.
Ἤ τῷ χρόνῳ τι πρόσθες, ὦ πικρὰ βροτῶν,
Ἤ τῶν κακῶν ὑπόσπα· τοῦτο χρηστάτης.

LXXV. *Lamentatio ad Christum* [b].

Hei mihi! premor vitæ angustiis : jam pars major
Præteriit, sat scio, et mortuum spiro;
Sed simul conteri non vult malitia.
Aut tempori adde quidpiam, o Christe, qui vita es mortalium,
Aut ex his me malis eripe, hoc tuæ est benignitatis.

[a] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 127, pag 195. [b] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 96, 178.

[a] *Ζωὴ λύσιν. Ea enim, quamvis longa, finem non est habitura.* Reg. 992 ζωὴν, et forte λύ- *Nihil prodest huic vitæ solutio laboris. Hanc excipit altera vita.* Vide supra, lib. I, sect. 2, . XIII, vers. 10.

XIV. 5 *Γεννώμεθ'*. Ortus hominis, interitus et gatio, quibus, quod attinet ad corpus, nihil utis differt, hic intelligenda videntur. Quod Billius, *explemur cibo*, nihil cohæret cum aliis. *Ὑπνῶ, καθεύδω*. Pene synonyma Gregorio : Ἐὰν καθεύδῃς, ἡδέως ὑπνώσεις, *Cum cubaveris, dulcem capies somnum.* COMBEF.

8 *Ὧρῶν μετασχεῖν ἡλίου*. Anni tempestatum participes esse, mori, carnem putrescere, hæc etiam sunt animantium.

12 *Χριστέ μου*. In editis sequitur aliud carmen, quod legitur supra, partim carm. LII et LIII

LXXV. 5 *Ἤ τῶν κακῶν ὑπόσπα*. Eripi postulat a peccatis, non a rebus adversis. Quare temporis inducias postulat ad conterendam iniquitatem.

METRICA VERSIO.

tuli, vereorque, Pater, præludia pœnæ
sint, quæ patior nunc mala multa, gravis.
tiam mea fata feram, tumulumque subibo,
umnis cedens impiger innumeris.
ut venturis hæc mando : Commoda nulla
habet hæc : vitam fata sequuntur enim.

LXXIV. SUPPLICATIO AD CHRISTUM.

(Billio interprete.)

nam hæc tyrannis? Prodii in vitam; bene.
actor ævi fluctibus gravissimis?
quid ipse proloquar, loquar tamen.
queror me, Christe mi, ni sim tuus.
or ævo, solvor, et cibo impleor,
sopori, vigilo rursus, ambulo,

Ægroto, valeo, gaudeo, ærumnis premor,
Varioque sole, commodis terræ et fruor.
Hinc abeo, putret corpus : hæc pecudum quoque,
Quæ nec honor ullus, pœna nec culpæ manet.
Quid igitur his est plus mihi, si non Deus?
Læsum queror me, Christe mi, ni sim tuus.

LXXV. LAMENTATIO AD CHRISTUM.

(Billio interprete.)

Constringor annis, hei mihi! major quoque
Pars vitæ abivit, mortuum et spiro : meum
Verum recusat exteri simul scelus.
Aut adde quiddam tempori, flatus hominum.
Aut deme duris; hoc petit clementia.

Digitized by Google

Εἰ δ' οὐ θέλεις, τέθνηκα. Καὶ τί σοι πλέον;
Εἰ μὴ φιλάνθρωπόν με καὶ τὸ πῦρ μένει.

ΟΖ'. *Ἕτερος θρῆνος.*

Οἴμοι! στενοῦμαι τῷ βίῳ καὶ τῷ τέλει.
Ἐνθάδε ἁμαρτὰς, ἀλλ' ἐκεῖθεν ἡ δίκη.
Μέσος φόβων ἕστηκα πυρωποτάμου.
Σοὶ, Χριστὲ, πλεῖον ἢ βίου θαῤῥῶ πάλαις.
Εἰ μὲν γὰρ ἦν τι καὶ καθήρασθαι βραχὺ,
Τοῦτ' ἦν ἄριστον. Εἰ δ' ἀεὶ πλείω κακὰ,
Καιρὸς λυθῆναι, πρὶν λάβῃ με χείρονα.

ΟΖ'. *Προσευχὴ εἰς Χριστόν.*

Τέθνηκα τῷδε τῷ ταλαιπώρῳ βίῳ,
Ὃς φέρετ' ἄνω κάτω τε, Εὐρίπου δίκην,
Βέβαιον οὐδὲν, οὐδ' ἐφ' ἡμέραν, ἔχων.
Ζῆσαι δ' ἐκείνῳ τῷ μακρῷ πόθος μ' ἔχει,
Ὃς ἄθλα κεῖται τοῖς κάλ' ἠγωνισμένοις.
Πρὸς ταῦτα χαίρεθ', οἷς φίλα τὰ τοῦ βίου·
Ἐγὼ δὲ χαίρων ὄψομαι τὸν Δεσπότην.
Τολμῶ τι λέξαι, ὦ Μάκαρ· τὸ σῶμά σοι
Τὸ σὸν τὸ τῆς σῆς πλάσμα προσρίπτω χερός·
Ὡς λεπτὸν, ὡς ὀδωδὸς, ὡς παρειμένον!
Ἰδοὺ πρόκειται, βλέψον, ἐκλελοίπαμεν.
Καὶ νῦν πάρει, δὸς χεῖρα, ἢ λῦσον βίου,
Πρὶν καί τι χεῖρον συμπεσεῖν ἐμοὶ τέλος.
Τί δεῖ πάλιν κακῶν τε, καὶ καθαρσίων;

Si non vis, mortuus sum. Quid ex hoc ad te redibit?
Nisi forte lenis adhuc ignis me manet.

LXXVI. *Alia lamentatio* *.

Hei mihi! constringor vita et exitu:
Hinc mihi peccatum, illinc pœna.
Medius sto inter timores ignei fluvii.
In te, Christe, plus habeo fiduciæ, quam in meis conatibus.
Nam si daretur purgari paululum quid,
Id optimum esset. Sin autem semper plura fiunt mala,
Tempus est ut solvar, priusquam me accipias pejorem.

LXXVII. *Oratio ad Christum* **.

Mortuus sum huic ærumnosæ vitæ,
Quæ sursum ac deorsum fertur, velut Euripus,
Nihil firmum, ne quidem in unum diem habens.
Vivendi autem longævam hanc vitam desiderium me tenet,
Quæ proposita est in præmium præclare certantibus.
Interim valete, vos, quibus grata est præsens vita.
Ego vero gaudens videbo Dominum.
Audeo quidpiam dicere, o Beate: tuum tibi corpus,
Tuum tuæ manus figmentum projicio;
Quam tenue, quam fetidum, quam debilitatum!
En jacet, intuere, deficio.
Ades; obsecro, da dextram, vel ab hac vita me libera,
Priusquam pejor mihi contingat exitus.
Quid mihi rursus opus est ærumnis et expiationibus?

* Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 97, pag. 178. ** Scriptum post an. 383. — Alias Bill. pag. 181.

7. *Τὸ πῦρ.* Videtur alludere ad verba Apost. I Cor. III, 15: *Αὐτὸς δὲ σωθήσεται, οὕτως ὡς διὰ πυρός, Ipse autem salvus erit, sic quasi per ignem.* Quasi eluenda humanæ fragilitatis delicta igne piaculari, quem idcirco φιλάνθρωπον vocat, *benignum*, non vero *sævum*, ut Billius reddit. Ignem proprie intelligunt Latini; Græci vero metaphorice, quod fidei non adversatur, modo vera purgatio sit, et status admittatur medius, in quo animæ, vivorum sacrificiis, eleemosynis et precibus juventur.

LXXVI. 2 *Ἡ δίκη.* Combef. jungit δίκη cum πυρωποτάμου, *inde ultio ignei fluvii.*

3 *Πυρωποτάμου.* Duo Regg. πλὴν πυρωποτάμ... Combef. ex alio Regio παρ', et vertit: *Medius in... constringor ignei fluvii recordatione.*

4 *Θαῤῥῶ.* Ita Reg. Edit. θαῤῥῶν. *In te plu... ciæ habeo, quam in hujus vitæ certaminibus.*

7 *Καιρὸς λυθῆναι.* Vat. καὶ προσλυθῆναι.

LXXVII. 9 *Προσρίπτω. Projicio*: nec bene lius *offero*; vox enim est mortem deprecantis, tædio.

12 *Ἡ* deest in editis.

METRICA VERSIO.

Id si recusas, occidi. Quid plus cupis?
Ni forte sævus me manet rogus quoque.

LXXVI. ALIA LAMENTATIO.
(*Billio interprete.*)

Constringor annis, hei mihi! et vitæ exitu.
Hic noxa: pœna rursus ast illic gravis.
Inter timores sto duos, amnem et rogum,
Tibi, Christe, fidens plus, palæstris quam meis.
Nam si expiari mi daretur paululum,
Præclarum id esset. Plura sin semper mala,
Ne pejus in me quid ruat, mori expedit.

LXXVII. ORATIO AD CHRISTUM.
(*Billio interprete.*)

Jam clausus est huic ultimus dies mihi
Mundo deorsum volvitur qui, **ut Euripus,**
Sursumque, firmi nil habens, **vel in diem.**
Æternæ at illi concupisco **vivere,**
Quam consequentur, qui probe **pugnaverint.**
Ad hæc valete, vita queis **præsens placet.**
Ast ipse herili perfruar visu **lubens.**
Metu remoto quidpiam **loquar**: Deus,
En corpus a te conditum hoc **tibi offero,**
Macrumque, olensque, viribus **cassum** et sus.
En intuere supplicem. Jam **elangui**
Succurre, vel da morte subduci, **prius**
Acerbiore quam miser fato **cadam.**
Malis quid est mi, rursus et **lustris opus?**
Confectus ipse sum malis; **tibi occido;**

Digitized by Google

Ὀλωλ', ὄλωλα συμφοραῖς, σοὶ δ' ὄλλυμαι.
Σὺ γὰρ θεός μου· σὺ ζόφον λύεις κακῶν
Νεκρῷ πνέοντι μικρὸν, ἢ λυπρὸν βίον.

ΟΗ'. *Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.*

Ἔργον ἔχεις, ψυχὴ, καὶ μέγα, ἢν ἐθέλῃς.
Ἐρεύνα σαυτὴν ἥτις ἦ, καὶ πῇ στρέφῃ,
Ὅθεν προῆλθες, καὶ ὅπῃ στῆναι σὲ δεῖ·
Εἰ ζῇν ὅπερ ζῇς τοῦτο, ἢ τι καὶ πλέον.
Ἔργον ἔχεις, ψυχὴ, τοῖσδε κάθαιρε βίον.
Θεὸν νόει μοι καὶ Θεοῦ μυστήρια.
Τί ἦν πρὸ παντὸς, καὶ τί σοι τὸ πᾶν τόδε·
Ὅθεν προῆλθε, καὶ ὅποι προβήσεται.
Ἔργον ἔχεις, ψυχὴ, τοῖσδε κάθαιρε βίον.
Πῶς οἰακίζει καὶ στρέφει τὸ πᾶν Θεός·
Ἢ πῶς τὰ μὲν πέπηγε, τὰ δ' ἄλλ' ἐκρέει·
Ἡμεῖς δὲ καὶ μάλιστα ἐν στρεπτῷ βίῳ.
Ἔργον ἔχεις, ψυχὴ· πρὸς Θεὸν οἷον ὅρα.
Τί μοι κλέος τὸ πρόσθε, τίς δ' ἡ νῦν ὕβρις·
Τί μου τὸ πλέγμα, καὶ τί μοι βίου τέλος.
Ταῦτ' ἐννόει μοι, καὶ νοὸς στήσεις πλάνην.
Ἔργον ἔχεις, ψυχὴ· μή τι πάθῃς καμάτῳ.

ΟΘ'. *Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.*

Πῇ, θυμὲ, βαίνεις; στῆθι. Πῇ φέρῃ, τάλαν;
Αἰ αἰ· γόης κλέπτει σε τοῖς σοφίσμασι.
Μικρὸν προσέρχετ', εἶθ' ὑποστρέφει πάλιν,
Εἶτ' αὖ προσέρχετ' ἐγγὺς, ὡς μόσχῳ λύκος,
Σαίνων, ἐφέλκων ἀγρίοις σκιρτήμασιν,

15 Perii, perii calamitatibus. Sed tibi pereo;
Tu enim Deus meus. Tu solve caligine ærumnarum
Mortuum, qui tenuem adhuc, vel mœstum trahit spiritum.

974-975 LXXVIII. *Ad suam animam*[*].

Opus habes, anima, et quidem magnum, si velis.
Scrutare te ipsam, quæ sis, et quo tendas,
Unde orta sis, et ubi te consistere oporteat:
Num vita sit, quod hic vivis, an alia sit potior?
Habes, anima, quod agas; his purga vitam tuam.
Deum mihi considera et Dei mysteria:
Quid fuerit ante hoc universum, et quid tibi sit hoc universum:
Unde prodierit, et quo progressurum sit.
Habes, anima, quod agas; his purga vitam tuam:
Quomodo gubernat et versat hoc universum Deus:
Cur alia quidem fixa sint, alia vero fluxa:
Nos autem maxime in fluxa versamur vita.[1]
Habes, anima, quod agas; ad Deum solum respice:
Quæ mihi olim gloria, quanta nunc ignominia:
Quis nexus meo cum corpore, et quis mihi vitæ finis:
Hæc mihi attende, et mentis sistes errorem.
Habes, anima, quod agas; ne succumbas labori.

LXXIX. *Ad animam suam*[**].

Quo tendis, anima? sta. Quo raperis, miserrima?
Heu! heu! impostor furtim te decipit fraudibus,
Paululum accedit, deinde recedit rursus;
Hinc iterum accedit propius, ut ad vitulum solet lupus,
Blandiendo, lasciviendo trahens diris saltibus,

[*] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 79, pag. 176. [**] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 90, p. 177.

17 *Νεκρῷ πνέοντι μικρὸν ἢ λυπρὸν βίον.* Versum hunc, qui deest in edit. Paris., suppeditavit Tollius.

LXXVIII. Tit. *Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.* Vat. πρὸς τὴν, etc. Carmen istud pentametro et tribus iambis constat.

1. *Ἦν ἐθέλῃς.* Vat. ἤνπερ θέλῃς.
2 *Ἦ, καὶ πῇ.* Vat. εἰ καὶ ποῦ.
4 *Εἰ ζῇν.* Sic Vat. *Si vivere sit id quod vivis.* Edit ζῇς.
11 *Πέπηγε.* Sic Vat. Edit. πέπηγες.

LXXIX. 1 *Πῇ.* Vat. ποῦ. Mox ποῖ pro πῇ. Ibid. φέρῃ pro φέρει quod habent editi.
2 *Σέ.* Vat. μέ. Reg. ad marg. Αἰ αἰ· πάλιν γε σχετλιάζων ἐν λόγοις.

METRICA VERSIO.

A mortuo meus fuga Deus mala,
Qui debilem mœstumve spiritum trahit.

LXXVIII. AD SUAM ANIMAM.

(*Billio interprete.*)

Si libet, est ingens, mens, tibi prorsus opus.
Scrutare quid sis ipsa, quo perges brevi;
Unde orta sis, ubinamque stare te est opus;
Si vivis id quod vivis, an quid amplius.
Instat opus tibi, mens: elue spurcitiem.
Deum Deique cogita mysteria:
Quid ante mundum, mundus hic quid sit tibi:
Unde ortus ipse, quoque tandem profluet.
Instat opus tibi, mens: elue spurcitiem.

B Quo Christus orbem volvit et regit modo,
Qui fixa quædam, rursus at quædam fluunt,
Ac nos in ævo maxime fluxo sumus.
Instat opus tibi, mens: sit Deus ante oculos.
Quinam ante splendor mihi, quod et nunc dedecus,
Quis nexus, et quis terminus vitæ mihi;
Hæc cogitando, mentis errorem premes.
Instat opus tibi, mens: aspera cuncta feras.

LXXIX. AD ANIMAM SUAM.

(*Billio interprete.*)

Quo pergis? Hic sta. Quo ruis, miserrima
Mea mens? Rapit te per suas artes Satan.
Accessit ille ut paululum, refert pedem,
Redituque rursus, ut ad ovem lupus solet,
Trahens, inescans per feros saltus, Dei

Digitized by Google

Ἕως ἀποσπάσας σε τῶν Θεοῦ νόμων,
Θοίνην ὀδοῦσι τοῖς ὀλεθρίοις λάβῃ.

Π'. *Εἰς ἑαυτόν.*

Αἴ αἴ· γόης κλέπτει σε τοῖς σοφίσμασι,
Κλέπτει σὲ, κλέπτει, δυσμενὴς· ἐπιστρέφου
Πρὸς τὸν Λόγον τάχιστα, μὴ πόρρω πέσῃς.
Σταυρῷ περιπλάκηθι, καὶ στήσεις βλάβην.

ΠΑ'. *Πρὸς τὸν αὐτοῦ θυμόν.*

Θυμὲ, βλέφον ἄνω, χθονίων δ' ἐπιλήθεο πάντων,
Μὴ δέ σε νικήσῃ πρὸς κακότητα δέμας.
Τυτθὸς μὲν βίος οὗτος, ὁ δ' ὅλβιος, ὡς ἐν ὀνείρῳ,
Τέρπεται, ἄλλοίῃ δ' ἄλλος ἔκυρσε τύχη.
Μούνης δὲ ζωῆς καθαρῆς βίος ἔμπεδος αἰεὶ,
Καὶ πολὺς, ὃν ζώειν ἐστὶν ἀρειότερον.

ΠΒ'. *Πρὸς αὐτόν.*

Ἄλλοι χρυσὸν, οἷδ' ἄργυρον, οἷδε τράπεζαν
Τιμῶσι λιπαρὴν, παίγνια τοῦδε βίου.
Ἄλλοι δ' αὖ σηρῶν καλὰ νήματα, καὶ γύας ἄλλοι
Πυροφόρους, ἄλλοι τετραπόδων ἀγέλας.
Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πλοῦτος μέγας, ὃν ποτ' ἔοιμι
Νῷ γυμνῷ καθαρῶς· ἄλλα τὰ κόσμος ἔχοι.

ΠΓ'. *Περὶ τῶν δαιμονίων πολέμων.*

Εἰ μὴ γλῶσσαν ἔδησα λάλον, καὶ χείλεα σιγῇ,
Τὸν νοῦν ἀθροίζων εἰς Θεοῦ κοινωνίαν,
Ὄφρα κεν ἀγνοτάτοισι νοήμασιν ἁγνὸν Ἄνακτα
Τίσω (καλὸν γὰρ τὸ φρενὸς μόνης θύος),

A

Donec avulsum te a Dei legibus
In epulum perniciosis dentibus excipiat.

LXXX. *Ad se ipsum*[*].

Hei! hei! præstigiator furtim decipit te fraudibus.
Decipit te furtim, decipit inimicus; confer te
Ad Verbum quantocius, ne procul corruas.
Crucem amplectere, et sistes malum.

976-977 LXXXI. *Ad animam suam*[**].

Sursum respice, anima, ac terrena omnia obliviscere,
Nec te in vitium corpus inflectat.
Exigua quidem hæc vita est, ac dives, velut in somnio,
Delectatur, atque alius in aliam incidit sortem.
At solius puræ vitæ opes sunt stabiles
Et copiosæ : hanc vivere melius est.

LXXXII. *De eodem argumento*[***].

Alii quidem aurum, alii argentum, alii mensam
Colunt opiparam, vitæ hujus ludibria.
Alii sericas vestes perite textas, alii agros
Tritici feraces, alii pecorum armenta.
Mihi vero Christus magnæ opes; hunc mihi videre aliquando contingat
Pure, pura mente. Cætera mundus habeat.

LXXXIII. *De dæmonum pugnis*[****].

Nisi linguam ligassem loquacem et labia silentio,
Mentem colligens in Dei societatem,
Ut purissimis sensibus purum Regem
Venerarer (pulchrum enim est mentis solus sacrificium),

B

Hanc multo melius vivere; certa manet.

[*] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 86, pag. 177. [**] Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 21, 95. [***] Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 136. [****] Scriptum post an. 383. — Alias Murator. 1[illegible].

6 *Σέ.* Vat. *μέ.* Ita Reg. ad marg.

LXXXI. Tit. *Πρὸς τὸν αὐτοῦ*, etc. Reg. 992, *πρὸς τὴν ψυχήν.*

1 *Θυμέ.* Reg. 991, ψυχή.

5 *Μούνης δέ*, etc. Vat. Μοῦνος δὲ ψυχῆς καθαρὸς βίος. *Sola autem animæ pura vita stabilis est.*

LXXXII. 1 Ἄλλοι etc. Hi sex versus quos edidit Muratorius, et quibus præfixit hunc titulum Εἰς τὴν ψυχήν, in Vat. et Reg. 992, carmini præcedenti subjiciuntur absque ulla interpositione.

LXXXIII. 1 *Εἰ μή.* Hic dicit poeta suas de [illegible] meditationes ansam dæmoni malo præbuisse, [illegible] has sibi strueret insidias; quas, nisi se totum [illegible] vinis contemplationibus addixisset, silentium ac [illegible] litudinem secutus, a diabolo non sustinuisset. *Hæc habet in notis Muratorius.*

METRICA VERSIO.

Te donec ipse legibus sanctissimis
Avulsam, in escam dentibus sumat suis.

LXXX. AD SE IPSUM.
(*Billio interprete.*)

Imponit hostis artibus tibi suis;
Imponit, inquam, subdolus : citra moram
Te confer ad Christum, procul ne corruas;
Crucemque, noxam ut comprimas, amplectere.

LXXXI. AD ANIMAM.
(*Billio interprete.*)

Erige te, mea mens, capiant te oblivia mundi :
Nec trahat in vitium te male blanda caro.
Exigua hæc vita est : ut somnia, prospera ludunt :
Hac sorte utitur hic, utitur ille alia.
Nil stabile est præter vitam, quæ nescia labis;
Hanc multo melius vivere; certa manet.

LXXXII. DE EODEM ARGUMENTO.
(*Boivinio interprete.*)

Argentum hic, ille argento pretiosius aurum,
Hic lautas inhiat, gaudia vana, dapes;
Est quem fila juvat depectere serica : sulcos
Laudat frugiferos hic magis, ille greges.
Divitiæ tu, Christe, meæ, quem cernere pura
Mente utinam liceat; cætera mundus amet.

LXXXIII. DE DÆMONUM PUGNIS.
(*A. B. Caillau interprete.*)

Vinxissem nisi labra silens, linguamque loquacem
In unionem colligens mentem Dei,
Ut purum puro venerarer pectore Regem
(Nam sola pulchre mens litatur hostia);

Digitized by Google

Οὔποτ' ἂν ἐφρασάμην σκολιοῦ τεχνάσματα θηρὸς,
Ἢ μὴν ἐκήρυσσόν τε, καὶ τοῦτ' ᾠόμην.
Πολλάκι μοι καὶ πρόσθεν ἐπήλυθε νυκτὶ ἐοικὼς,
Καὶ φωτὸς αὖθις ἐν πανούργῳ πλάσματι.
Πάντα γὰρ, ὅσσ' ἐθέλῃσι, πέλει θανάτοιο σοφιστὴς,
Γεγὼς ὁ Πρωτεὺς εἰς κλοπὰς μορφωμάτων,
Ὥς κέ τιν' ἢ λοχόων, ἢ ἀμφαδὸν, ἄνδρα δαμάσσῃ.
Τρυφὴ γὰρ αὐτῷ τὰ βροτῶν ἐκπτώματα·
Ἀλλ' οὔπω τοιόνδε τοσόνδε τε τὸ πρὶν ὄπωπα,
Ὅσσος προσῆλθε νῦν ἐμοῖς ἀθλήμασι.
Πλεῖον γὰρ ψυχῆς ὁρῶν σέβας ἐντὸς ἐμοῖο,
Καὶ πλεῖον ἦρκε τοῦ χόλου τὴν φλεγμονήν.
Ὡς δ' ὅτε τις λοχόωσα, δυσαλθέος ἔνδοθι σαρκὸς,
Νόσος σχεθεῖσα φαρμάκοις οὐ καιρίοις,
Βοσκομένη κευθμῶνας ἀειδέας, οὐ πρὶν ἕληξε,
Πρὶν ἀλλαχοῦ ῥαγεῖσα δοῦναι κινδύνῳ·
Ἠὲ ῥόος κρατεροῖσιν ἐρύγμασι τῇδε βιασθεὶς,
Ἐκεῖ βιήσατ', ἀθρόως τ' ἐξερράγη.
Τοῖος καὶ φθονεροῖο κακὸς μόθος. Εὖτέ μιν ἔσχον
Γλώσσῃ, πρὸς ἄλλο τι βλάβος μετερρύη.
Οὐ μὲν ἔλε. Χριστὸς γὰρ ἐπήλυθεν ἄλκαρ ἐμεῖο,
Ὅς καὶ μαθητὰς ἐκ ζάλης ἐρρύσατο,
Καὶ πολλοὺς παθέων καὶ δαιμονίων ἀπὸ δεσμῶν
Ἠλευθέρωσε, τῷ θέλειν διδοὺς χάριν.
Ἔμπα γε μὴν πειρήσατ', ὅπως πάρος ἀνδροφόνοιο
Δόλοις ἔκλεψε τὸν γένους ἀρχηγέτην.
Ἀλλὰ, Μάκαρ, μόθον ἔσχε, καὶ εὐδιόωντά μ' ἄνωχθι
Σοὶ τὰς ἀναίμους θυσίας πέμπειν ἀεί.

ΠΔ'. *Θρῆνος.*

Μή τις ἐμοῖς παθέεσσι καὶ ἄλγεσιν, ἠὲ κάκιστος

5 Nec cognovissem tortuosæ artificia bestiæ,
Aut prædicassem, et artificia esse existimassem.
Sæpe mihi antea supervenit nocti similis,
Et lucis rursus sub fraudulenta figura.
Omnia enim, quæcumque voluerit, efficitur mortis sophista,
10 Natus Proteus ad effingendas formas,
Ut aliquem aut insidiis, aut aperte, hominem subigat:
Deliciæ enim illi hominum lapsus.
Sed nondum talem tantumque antea conspexeram,
Quantus nunc irruit in mea certamina.
15 Majorem enim animæ meæ intus videns religionem,
Et majori ira effervescebat;
Ut quando per insidias subrepens, insanabilem intra carnem,
Morbus compressus medicamentis non opportunis,
978-979 Depascens latibula non apparentia, non prius cessat,
20 Quam alio erumpens adducat in discrimen;
Aut fluentum firmis aggeribus hac parte repressum,
Illac obnititur, et collectius erumpit.
Tale et invidi pravum bellum. Quando cum coercebam
Lingua, ad aliam quamdam noxam dilabebatur.
25 Non tamen cepit. Christus enim supervenit præsidium meum,
Qui et discipulos e tempestate eruit,
Et multos morbis ac dæmonum vinculis
Liberavit, voluntati dans gratiam.
Verumtamen tentavit, quemadmodum antea homicidis
30 Dolis subripuit (humani) generis principem (Adamum);
Sed, Beate, bellum comprime et tranquillum me jube
Tibi incruentas semper hostias offerre.

LXXXIV. *Lamentatio*[*].

Ne quis aut improbus de calamitatibus doloribusque meis

[*] Scriptum post an. 385. — Alias Murator. 228.

6 *Καὶ τοῦτ' ᾠόμην. Et illud existimassem*, id est, *diabolum existimassem hic adesse loco Dei et deliberationum ejus consiliorum.*

METRICA VERSIO.

Serpentis via nulla dolos cognoscere pravi,
Vel canere lingua, mente vel discernere.
Sæpe mihi nocti similis superastitit ante,
Et fraudulenta luce rursus emicans.
Nam quæcunque volet, mortis fit cuncta sophista,
Proteus leves natus figuras fingere,
Fallat ut insidiis hominem, vel vincat aperte;
Huic scilicet mortalium lapsus placent.
Sed talis nondum ac tantus surrexerat olim,
Nunc quantus in mea irruit certamina.
Sensus namque pios intus dum crescere mentis
Videret, effervebat ira sævior:
Ut morbus carnis subiens infirma dolosus,
Parumque commodis repressus pharmacis,
Interiora latens rodit, nec deficit ante
Quam cedens alio suscitet periculum:
Aggere vel firmo torrens hac parte repressus,
Contendit illac fluere, totus et ruit.
Tale mihi pravus movit bellum invidus: ore
Frenatus, ad novos recurrebat dolos.
Me tamen haud cepit. Christus nam prospera venit
Tutela, qui suos ab undis eruit,
Tristibus et morbis plures orcique catenis
Exemit, ut bonæ voluntati favens.
Tentavit tamen, insidis ut fraudibus atrox
Seduxit ante gentis humanæ caput.
Comprime sed bellum, Felix, vacuasque cruore
Me offerre semper hostias jube tibi.

LXXXIV. LAMENTATIO.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Ne quis vel nequam multa me clade dolentem

Τέρποιτ', ἠέ τις ἐσθλὸς ἀνιάζοι φρένα κούφην.
Τὸν μὲν γάρ τις ἔτευξεν ἀρείονα ἐσθλὸν ἄνουσον·
Ὃς δ' οἶδεν καὶ νοῦσον ἀρηγόνα, ἢ ῥυπόωσι
Φάρμακον, ἢ καθαροῖσι πάλην καὶ κῦδος ἔχουσαν,
Ἄλλοις κῦδος ἄμοχθον, Ἄναξ, πόρες. Αὐτὰρ ἔμοιγε
Καὶ τὸ φίλον παθέεσσι καὶ ἄλγεσι σεῖο λαβέσθαι.

ΠΕ'. *Ἐπιστρεπτικὴ πρὸς Θεὸν νουθεσία.*

Πῇ σε φέρων Χριστοῖο τόσον ἀπενόσφισε δαίμων
Κλεπτόμενον γλώσσῃ τε, καὶ οὔασι, καὶ φαέεσσι,
Θυμὲ τάλαν; ποῦ φωτὸς ἐνηέος ἐκτὸς ἐλαύνεις,
Βρασσόμενός τε πόθοισι καὶ ἀργαλέαις μελεδῶσι,
Καὶ σκιόεντα φόβον τρομέων, ἀπάτας τε λιτουργῶν
Τηκόμενος, φθινύθων τε χόλου ζείοντος ἐρωαῖς;

A Μηκέτι πλάζεο, θυμέ, νόου στρεφάλιγξιν ἀΐσσων,
Μηδὲ τεῆς ζωῆς ἐπιλήθεο, σαρκὶ πελάζων
Σαρκός τε σκοτίοισι καὶ ἀμφαδίοισι κακοῖσιν.
Πάντα κάτω δονέοιτο κακαῖς βιότοιο θυέλλαις.
Πάντα χρόνος πεσσοῖσιν ὁμοῖα τῇδε κυλίνδει,
Κάλλος, εὐκλείην, πλοῦτον, κράτος, εἶδος ἄμορφον·
Αὐτὰρ ἐγὼ, Χριστοῖο δεδραγμένος, οὔποτε λήξω
Ἐλπίδος, ἔστ' ἂν ἴδω Τριάδος σέλας εἰς ἓν ἰόντας
Εὔτε λάχος μεγάλοιο Θεοῦ, σάρκεσσι κραθείσης,
Εἰκὼν ἡ προτέρη, μιχθήσεται οὐρανίοισιν.

ΠΣ'. *Παραίνεσις πρὸς ἑαυτόν.*

Κόσμον πόριζε τῷ παρόντι τὸν μέγαν,
Διαπτύων ἅπαντα τῶν τῇδ' εὐκόλως

Delectetur, aut probus facile discruciet animum.
Est enim, qui probum sine morbis meliorem existimet;
Hic vero morbum etiam censet adjumento esse, ut qui impuris
5 Medicinam, et puris luctam et victoriam conferat.
Aliis victoriam sine labore, Christe, dedisti. Verum mihi
Gratum est calamitatibus et doloribus te obtinere.

LXXXV. *Adhortatio ad se ipsum, ut mentem ad Deum convertat*.

Quo te ferens a Christo tantopere abduxit dæmon,
Subreptum et lingua, et auribus, et oculis,
Anime miser? quo tendis extra lucem amabilem,
Ebulliens desideriis et molestis sollicitudinibus,
5 Et umbram expavescens, ac fraudibus sacerdotum
Tabescens, bilisque ferventis motibus disperiens?
Non jam evageris, anime, mentis turbinibus errabundæ,
Nec vitam tuam obliviscaris, carni adhærens
Et carnis tenebrosis et apertis malis.
10 Terrena omnia malis vitæ procellis agitentur:
Tempus hic omnia veluti tesseras volutet,
Venustatem, famam, divitias, robur, felicitatem infidam:
980-981 At ego Christum complectens nunquam desinam
Sperare, donec Triadis lucem in unum coeuntis videam,
15 Cum magni Dei hæreditas, carni suæ copulata,
Imago primæva, cœlestibus miscebitur.

LXXXVI. *Admonitio ad seipsum* **.

Mundum acquire præsenti magnum,
Respuens facile omnia quæ hic sunt,

* Scriptum post an. 383. — Alias B.II. 21, pag. 94. ** Scriptum post an. 383. — Alias B. pag. 180.

LXXXV. Tit. *Πρός*. Reg. Heinr. 2, εἰς. *Cohortatio ut mentem ad Deum convertat.*
1 *Φέρων*. Reg. 991 sup. lin. σύρων.
4 *Μελεδῶσι*. Duo Regg. μελεδώναις.
5 *Λιτουργῶν*. Reg. 993 et Colsl. λειτουργῶν. Hæreticos intelligit a quibus gravia perpessus est.
7 *Ἀλήτου*. Ita duo Regg. et Colsl. Edd. Hic versus deest in Reg. 992.
16 *Οὐρανίοισιν*. Int. οὐρανίῃσιν.
LXXXVI. 1 *Κόσμον*, etc. Iidem versus leguntur in editis, pag. 497.

METRICA VERSIO.

Gaudeat aspiciens, facile vel mœreat æquus.
Morbo aliquis sanctum meliorem absente putavit:
Patronum hic novit morbum, tum certa malignis
Pharmaca, tum clarum puris conferre triumphum.
Palmam aliis facilem tribuisti, Christe; molestos
Sed per mœrores mihi te comprendere gratum.

LXXXV. ADHORTATIO AD SE IPSUM UT MENTEM AD DEUM CONVERTAT.

(*Billio interprete.*)

Quid te tam longe a Christo ferus abstulit hostis,
O anime infelix, linguam furatus, et aures,
Atque oculos? Quid tu tam longe a luce vagaris,
Et desideriis fervens, curisque molestis,
Atque metus vanos metuens, et fraudibus illis,
Quas tendit sacer ordo tibi noctesque diesque,
Tabescens, pectusque ardenti concitus ira?
Desine jam, mea mens, incerta sede vagari:

B Nec te cœlestis capiant oblivia vitæ,
Dum carni tete adjungis, vitiisque propinqua
Quæ tibi corporeæ tristis contagio massæ
Perspicue taciteque parit. Sed enim omnia
Commoda versentur tumidis gravibusque
Omniaque hic tempus talorum more volvat.
Divitias, famam, vires, formæque nitorem.
Quæ dominos persæpe suos malefida relinquit
Ast ego sincero complexus pectore Christum
In spe semper ero, donec mihi cernere detur
Unitæ Triadis clarum et venerabile lumen:
Cum carni sociata suæ cœlestis imago
Cœlitibus tandem supera jungetur in arce.

LXXXVI. ADMONITIO AD SE IPSUM.

(*Billio interprete.*)

Magnum per hunce compara mundum
Hæc cuncta, quæ hic sunt, despuens prom

Digitized by Google

Σκηνὴν θεάτρου μείζονος. Πείθου Λόγῳ
Τῷ συμπαγέντι σὴν χάριν. Λέγει δὲ τί ;
Ἴωμεν ἔνθεν· καὶ γὰρ ἦλθον ἐνθάδε,
Ἄνω σε θήσων τὸν πεσόνθ' ἁμαρτίᾳ.
Θεὸς καλεῖ. Σπεύδωμεν ἐπτερωμένοι.

ΠΖ'. *Περὶ τοῦ πρὸς Θεὸν πόθου.*

Μῆτερ ἐμή, τί μ' ἔτικτες, ἐπεὶ πολύμοχθον ἔτικτες ;
Τίπτε με τῷδε βίῳ δῶκας ἀκανθοφόρῳ ;
εἰ μὲν σύ γ' ἐπέρησας ἀκηδέα, ὥς τις ἄσαρκος,
Θαῦμα μέγ'· εἰ δ' ἐδάμης, οὐ φιλέουσα τέκες.
Ἄλλην μέν τ' ἄλλος τις ἀνὴρ βιότοιο κέλευθον
Τέμνει γειομόρος, αὐτὰρ ὁ ποντοπόρος·
Ἠρολέτης ἄλλος τις, δ' ὁ ἔγχεϊ χεῖρα κορύσσων·
Καί τις ἀοιδοσύνης ἴδρις, ὁ δ' ἀθλοφόρος.

A Αὐτὰρ ἐμοὶ Θεός ἐστι λάχος, καὶ ἄλγεα πολλὰ,
Καὶ νούσῳ στυγερῇ τῇδ' ὀλιγοδρανέειν.
Δάπτε με, δάπτε μ', ἀλιτρέ. Πόσον χρόνον; αὐτίκα γάρ σε
Λείψω σὺν χαλεποῖς πήμασι γηθόσυνος.
Μῆτερ ἐμὴ, τί μ' ἔτικτες, ἐπεὶ Θεὸν οὔτε νοῆσαι,
Οὔτε φράσαι δύναμαι τόσσον, ὅσον ποθέω ;
Βαιὴ μέν τις ἔμοιγε νόου περίλαμψεν ὀπωπὰς
Ἰσοφάους Τριάδος λάμψις ἐπουρανίης·
Τὸ πλεῖον δ' ὑπάλυξεν (ἔχω δ' ἄχος), ὡς στεροπή τις,
Πρίν με φάους κορέσαι, ὥκα παριπταμένη.
Εἰ δέ σε κεῖθεν ἔλοιμι, φίλη Τριὰς, οὐκέτι μητρὸς
Μέμψομ' ἐμῆς λαγόσιν. Εἰς ἀγαθὸν γενόμην.
Ἀλλὰ σάω με, σάω με, Θεοῦ Λόγε, ἐκ δέ με πικρῆς
Ὕλυος ἐξερύσας, ἐς βίον ἄλλον ἄγοις,

Larvam majoris theatri. Pare Verbo Dei Christo,
Qui naturam humanam assumpsit tui causa. Quid autem ille dicit ?
Discedamus hinc; namque huc veni,
Ut in sublimi te collocarem, qui lapsus es peccato.
Deus vocat. Properemus ipsi advolantes.

LXXXVII. *De Dei desiderio*[a].

Mater mea, quid me genuisti, siquidem valde ærumnosum genuisti?
Quid me hinc vitæ spinarum feraci dedisti?
Quod si tu illam sine ærumnis, quasi carnis expers, duxisti,
Res valde mira ; sin autem vexata es, non me diligendo genuisti.
Aliam quidem vir aliquis vitæ semitam
Carpit. Hic terram, hic mare arat;
Alius venator, hasta alius dextram armat:
Alius cantandi peritus, alius victor in certamine.
At mihi Deus hæreditas est, et multæ ærumnæ,
Et tristis morbus, quo hic conficior.
Discerpe me, discerpe me, sceleste. Quandiu ? mox enim te,
Et graves ærumnas lætus relinquam.
Mater mea, cur me genuisti, siquidem Deum nec nosse,
Nec prædicare tantum valeo, quantum cupio.
Pusillus mentis meæ aciem circumfulsit
Splendor cœlestis Triadis æqualiter lucentis ;
Major autem pars diffugit (quod ego doleo), ut fulgur quoddam,
Antequam me lumine satiet, cito prætervolans.
Quod si te alio in ævo comprehendam, chara Trinitas, non jam matris
Meæ uterum incusabo. In bonum natus sum.
Sed serva me, serva me, Dei Verbum, ac me ex amaro
Eruens cœno, transfer in aliam vitam

Scriptum post an. 383. — Alias Bill. 27, pag. 95.

LXXXVII. 3 *Εἰ μὲν σύ γ' ἐπέρησας.* Ita Chig. εἰ μὲν δὴ σὺ πέρησας. *Καὶ νούσῳ*, etc. *Et tristi morbo confici.* *Πόσον χρόνον.* Ita tres Regg., Coisl. et Chig. πρὸς χρόνον, *ad tempus.* 13 *Μῆτερ ἐμὴ, τί μ' ἔτικτες.* Hic incipit aliud carmen in pluribus codicibus. Alias autem idem prosequitur. 17 *Τὸ πλεῖον δ' ὑπάλυξεν.* Ita duo Regg., Coisl. et Chig. In editis deest δ', et male legitur ὑπάλυξιν.

METRICA VERSIO.

am theatri maximi. Pare Deo,
corpus ob te vestiit. At quid monet ?
exeamus: ipse nam veni huc quoque,
, scelus quem dejicit, sursum locem.
amus ergo conciti : Deus vocat.

LXXXVII. DE DEI DESIDERIO.

(*Billio interprete.*)

rnis gravibus cur sum conceptus, et abs te
tigeræ vitæ cur datus, o Genitrix ?
n, si vixisti illæsa ut corporis expers :
læsa es, mihi lux haud ab amante data est.
hominum vario grassatur tramite vitæ :
-ícola hic, salsas findit at alter aquas.
s ille manus armat, canit ille peritus :

B Ille pugil, sævas opprimit ille fera.
At mea sors magnus Deus est, multique dolores,
Atque gravis morbus, qui mihi membra quatit.
Ad breve me lacera tempus, scelerate : relinquam
Nam tecum gaudens aspera cuncta brevi.
Cur mihi vita data est, nequeam cum volvere mente,
Nec fari, ut mea fert summa cupido, Deum ?
Parva meis sanctæ Triadis lux fulsit ocellis;
Amplius at fugit lumina mœsta jubar:
Non secus ac fulgur, quod sese proripit ante,
Quam splendore oculos exsaturare queat.
Ast illi, si te arripiam, Trias, haud jam ego natum
Me querar. Optanda namque ego sorte satus.
At mihi sis, quæso, sis, optime Christe, saluti,
Extractumque gravi transfer ad astra luto,

Digitized by Google

Ἔνθα νόος καθαρὸς σε φαάντατον ἀμφιχορεύει,
Μηκέθ' ὑπὸ σκιερῆς κρυπτόμενος νεφέλης.

ΠΗ *Εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν στίχοι ἰαμβοι.*

Τί σοι θέλεις γενέσθαι; Καὶ δακτύλῳ τυραννεῖν,
Ψυχὴν ἐμὴν ἐρωτῶ. Τὴν σφενδόνην ἐλίσσειν,
Τί σοι μέγ', ἢ τί μικρὸν Κρύπτουσαν, εἰ κρύπτοι-
Τῶν τιμίων βροτοῖσι; [το,
Ζήτει μόνον τι λαμπρὸν, Φαίνουσαν, εἰ φαίνοιτο;
Καὶ δώσομεν προθύμως. Θέλεις τὰ Μίδεώ σοι
Θέλεις τὰ Γύγεώ σοι Τοῦ πλουσίως θανόντος,
Τοῦ Λυδίου γενέσθαι, Ὃ χρυσὸς ἦν τὰ πάντα,
Καὶ ποικίλην χλανίδα Ὃν ἄφνω τὸν πένητα
Καὶ βύσσινον χιτῶνα; Ἔθηκε τὸν πλούσιον;
Θέλεις ἐν ἱππικοῖσι Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε
Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι
Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι
Ἐν ἀνδράσιν σε θῶμεν; Καὶ ποικίλην χλανίδα
Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε Καὶ βύσσινον χιτῶνα
Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι Θέλεις ἐν ἱππικοῖσι
Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι Καὶ δακτύλῳ τυραννεῖν,
Καὶ ποικίλην χλανίδα Τὴν σφενδόνην ἐλίσσειν,
Καὶ βύσσινον χιτῶνα; Κρύπτουσαν, εἰ κρύπτοι-
Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε [το,
Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι Φαίνουσαν, εἰ φαίνοιτο;
Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι Θέλεις τὰ Μίδεώ σοι
Καὶ ποικίλην χλανίδα Τοῦ πλουσίως θανόντος,
Καὶ βύσσινον χιτῶνα; Ὃ χρυσὸς ἦν τὰ πάντα,
Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε Ὃν ἄφνω τὸν πένητα
Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι Ἔθηκε τὸν πλούσιον;
Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε
Καὶ ποικίλην χλανίδα Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι
Καὶ βύσσινον χιτῶνα; Ἐν ἅρμασιν τροχοῖσι
Θέλεις ἐν ἀνδράσιν σε Καὶ ποικίλην χλανίδα
Ἐν ἱππικοῖς ἀγῶσι Καὶ βύσσινον χιτῶνα

Θέλεις λόγοις βοᾶσθαι,
Καὶ συλλέγειν θέατρα;
Ποθεῖς νόμους πιπράσκειν
Οὐκ ἐνδίκοις παλαισμοῖς,
Φέρειν τε καὶ φέρεσθαι
Πρὸ βημάτων ἀθέσμων;
Αἰχμὴν θέλεις τινάσσειν,
Πνέων ἀρῆϊόν τι,
Καὶ στέμμα τ' ἐξ ἀγώνων,
Θηροκτόνον τε κάρτος;
Ποθεῖς χρότους ἐν ἄστει,
Καὶ χάλκεος τυποῦσθαι;
Σκιὰν θέλεις ὀνείρων,
Μεταῤῥέουσαν αὔραν;

Ῥοῖζον βέλους ἀνίχνου,
Ψόφον χερὸς κροτούσης;
Τί γὰρ μέγ' εὖ φρονοῦσι
Τῶν σήμερον μὲν ὄντων,
Ἐς αὔριον δ' ἀπόντων·
Ὧν καὶ κακοῖς μέτ-
[εστιν,
Ὧν οὐ συνέρχεταί τι
Ἐντεῦθεν ἐξιοῦσι;
Τί οὖν; ἐπεὶ τάδ' οὐχί,
Τί σοι θέλεις γενέσθαι;
Θέλεις θεὸς γενέσθαι,
Θεὸς, Θεοῦ μεγίστου
Παρασιάτης φαεινός,

A Σὺν ἀγγέλοις χορεύων;
Ἴθι, πρόβαινε, ταρσοὺς
Ὠξυπτέρου μενοινῆς
Κυκλουμένη πρὸς ὕψος.
Ἐγὼ πτερὸν καθαίρω·
Ἐγὼ λόγοις ἐπαίρω,
Ὡς εὔπτερόν τιν' ὄρνιν
Ἐς αἰθέρα προπέμψω.
Σὺ δ', εἰπέ μοι, κάκι-
[στον
Ὦ σαρκίον δυσῶδες,
Ἐπεὶ συνεζύγην σοι,
Ἡ δεσπότις μαγείρῳ,
Τί σοι θέλεις γενέσθαι,
Πρὸς τὸ πνοὴν κρατεῖσθαι;

Οὐ γὰρ πλέον χρεωστῶ.
Κἂν πόλλ' ἔχειν βιάζῃ
Θέλεις τράπεζαν εὔπνουν
Μύρων τε, καὶ μαγεί-
[ρων
Σοφίτμασιν περισσοῖς;
Καὶ βαρβίτων χερῶν τε
Κρουτήματ' οὐκ ἄνοιστρα;
Ἀδρῶν κλάσεις τε παίδων
Κινουμένων ἀνάνδρως,
Καὶ παρθένων ἐλιγμοὺς
Γυμνουμένων ἀθέσμως;

Vis sermonibus celebrari,
Et conventus agere?
Vis leges vendere
Injustis artibus;
Trahere et trahi
Ad nefanda tribunalia?
Hastamne cupis vibrare,
Spirans quid mavortium,
Et coronam ex certaminibus,
Et ad occidendas feras robur?
Expetis plausum in urbe,
Atque æneus fingi?
Umbram cupis somniorum,
Diffluentem aerem,
984-985 Sonum complosæ manus? Strepitum sagittæ sine vestigio,
Quid enim magnum est sapientibus,
Ex iis rebus, quæ hodie adsunt,
Et cras aberunt;
Quarum et mali participes sunt,
Quarum nihil nos comitatur
Hinc discedentes?
Quid ergo? quandoquidem hæc non dantur,
Quid tibi vis dari?
Visne deus fieri,
Deus, Dei maximi
Comes splendidus,
Cum angelis choros ducens?
Age, progredere, pennas
Celerrimi studii
In cœlum convertens.
Ego pennas purgabo,
Ego verbis tollam,
Ut agilem quamdam avem
Ad æthera deducam.
Tu vero, dic mihi, nequissima
Caruncula fetida,
Quandoquidem sociata tibi sum,
Ut domina coquo suo,
Quid tibi vis dari,
Ad vitam servandam?
Neque enim quidquam amplius debeo,
Quamvis plurima per vim habere velis.
Vis mensam fragrantem
Unguentis, et coquorum
Supervacaneis artibus?
Vis lyrarum manuumque
Pulsationes, non sine castro libidinum?
Vis venustorum fractos motus puerorum,
Effeminate se moventium,
Saltationes et choreas puellarum
Inhoneste nudatarum?

41 Λόγοις βοᾶσθαι. *Sermonibus celebrari, ob eloquentiam.*
42 Συλλέγειν θέατρα. Leuvenclaius, *cogere theatra.*
43 Πιπράσκειν. Coisl. et Vat. ταράσσειν, quod sequitur Billius: *turbare visne leges?*
51 Ἐν ἄστει. Coisl. πολίχνῃ, *oppidis*
56 Χερὸς κροτούσης. *Manus plaudentis.* Vat. χειρός.
59 Ἐς αὔριον. Vat. τὴν αὔριον.
69 Ταρσούς. Coisl. et Vat. ταρσοῖς ὠξυπτέρου. *Age, procede, pennis studii celeriter volantis instructa cœlum pete.*
72 Καθαίρω. Coisl. καθαίρων. Mox ἐπαίρων.
76 Σὺ δ' εἰπέ. Hic in Vat. aliud carmen incipit cum hoc titulo Πρὸς τὸ σῶμα, *ad corpus.*
81 Πνοήν. Coisl. πνοῇ.
92 Ἀθέσμως, ἀσέμνως.

METRICA VERSIO.

In qua boni maline
Plus sit situm, fugit me?
Lingua cupis diserta
Amplos tenere cœtus?
Turbare visne leges,
Artes per haud honestas,
Simulque ferre, ferri
Ad tribunal nefandum?
Vibrare poscis hastam,
Ardens amore belli:
Laurumque triumpha-
[lem,
Ferisque ferre lethum?
Plausus in urbe quæris,
Et æream figuram?

Insomnii cupis sic
Umbram, leves et auras:
Sonum cupis sagittæ,
Quæ non relinquit ullam
Viæ notam peractæ:
Sonum petis, manus
[quem
Plaudens solet movere?
Sanis enim quid ingens
Horum queat videri,
Quæ sunt modo, modo
[non;
Queis et mali fruuntur:
Quæ nosque non sequun-
[tur,

B Mors atra cum rapit nos,
Hæc ergo cum negen-
[tur,
Quidnam tibi requiris?
Deusne gestis esse,
Deus Dei supremi
Fulgore plenus astes,
Ducens choros beata
Cum cœlitum phalange?
Age, jam moveto pennas
Curæ, volaque velox,
Ac prompta tende sur-
[sum.
Pennas ego repurgo:
Verbis ego veho te;

Te nam, velut volucrem,
Ad astra celsa mittam.
Dic ast, olens caro, mi,
Heram Deus coco me
Quando meo ligavit,
Quidnam petis, queas ut
Vitæ dies tueri?
Nam stringor hoc ad
[unum,
Licet petas ducenta.
Mensas odore poscis
Gratas, cocique scitis
Technis, lyræque pulsus
Libidinem cientes,
Juvenum levesque saltus,

Digitized by Google

Ἃ τοῖς πότοις τυποῦσιν
Ὅσοι φιλοῦσιν ὕβριν,
Τὸν μαινόλην ἑτοίμως
Ὑποφλέγοντες οἶνον.
Ταῦτ' εἰ θέλεις παρ' ἡμῶν,
Ἔχεις μέν, ἀγχόνην δέ.
Τοιαῦτα τοῖς ἁπλήστοις
Ἐγὼ φίλοις πορίζω.
Οἰκός σε πέτρινός τις
Αὐτώροφος καλύπτῃ,
Ἢ μικρὸν ἔργον ὥρας,
Εἰ δεῖ τι καὶ πονῆσαι.
Τὸ δ' ἔσθος ᾖ καμήλων
Τρίχες, νόμῳ δικαίων,
Ἢ καὶ δέρος, παλαιᾶς
Γυμνώσεως κάλυμμα.
Στιβὰς μὲν ἡ τυχοῦσα,
Ποᾳὶ, κλάδοι τε θάμνων
Ἄπλωμα πορφυροῦν τι,
Καὶ συμπόται ἀταρβές.
Τράπεζα δ' αὐτόθεν σοι
Γλυκὺ πνέουσ' ἀνείσθω,
Ἃ γῆ φίλη δίδωσιν
Ἄτεχνα δῶρα πᾶσιν.
Ἐπεὶ δ' ἐθήκαμέν σε,
Καὶ θρέψομεν προθύμως.
Ἃ θέλεις φαγεῖν; ἔχ' ἄρτον.
Ἔχ' ἅλφιτ', εἰ παρείη·
Ἅλες δέ σοι τὸ πέμμα,
Θύμος θ' ὃν οὐ μετροῦμεν,
Ἀπραγμάτευτον ὄψον·
Ἔνδεια δ' ἄλλο μεῖζον.
Θέλεις πιεῖν; βρύει σοι
Ὕδωρ, κρατὴρ ἀείρρους,
Ποτὸν μέθης ἄποιον,
Ἀχλήματον γάνυσμα.
Ζητεῖς δὲ καὶ τρυφᾶν τι;
Μηδ' ἀξίνης φθονείσθω.
Ἀλλ' οὐ τάδ' ἀρκέσει σε;
Τετρημένῳ πιθεῖς δὲ
Πίθῳ κακῶς ἐπαντλεῖν
Τὰς ἡδονὰς ἀπλήστως;
Ἄλλον πόθει πορίστην.
Ἐμοὶ γὰρ οὐ σχολή σε
Θάλπειν σύνοικον ἐχθρὸν,
Ἵν' ὡς ὄφις κρυμωθεὶς,
Θέρμῃ δ' ἔπειτα λυθείς,
Ἐγκαλπὶς μετρώσῃς;
Θέλεις δόμους ἀμέτρους
Χρυσωρόφους, γραφῇς τε

Quæ conviviis affingunt,
Quotquot libidini student,
Lymphatum promptis animis
Succendentes Bacchum?
Hæc si requiris a nobis,
Habebis quidem, sed suspendium.
Talia insatiabilibus
Ego amicis tribuo.
Domus te saxea quædam,
Tectum nativum præbens tegat,
Aut tuguriolum, unius opus horæ,
Si forte opus est aliqua elaboratione.
Vestis autem tibi sit, aut camelorum
Pili, more justorum,
Aut pellis, veteris
Nuditatis tegumentum.
Lectus sit tibi vulgaris,
Herba, rami virgultorum,
Mantile purpureum quid,
Quod convivæ non horrescant.
Mensa autem ex his tibi
Dulce spirans surgat,
Quæ alma tellus dat
Inelaborata omnibus dona.
Quoniam autem te discumbere fecimus,
Etiam pascemus libenter.
Vis comedere? sume panem,
Sume polentam, si adsit;
Sal autem tibi sit obsonium,
Et cæpe, quod non metiemur,
Nullo labore parabile obsonium;
Fames etiam aliud est obsonium majus.
Vis bibere? fluit tibi
Aqua, crater semper manans,
Potus ebrietatem non pariens,
Sed hilaritatem, cujus non dator Bacchus.
Vis autem quibusdam frui deliciis?
Aceto non parcatur.
Sed hæc tibi non sufficiunt?
E perforato vis
Dolio nequiter haurire
Voluptates, quibus expleri non potes?
Alium quære, qui tibi suppeditet.
Mihi certe non vacat te
Fovere domesticum hostem,
Ut, velut anguis frigidus,
Calore deinde solutus,
In sinu me vulneres.
Vis amplas domos,
Aureas, picturæ

93 *Τυποῦσιν. Quæ in conviviis repræsentant.*
98 *Ἔχεις μέν.* Gaulyer. ἔχοις. *Habebis a me, non hæc quidem, sed suspendium.*
101 *Πέτρινός τις. Domus quædam saxea, rupes.*
102 *Αὐτώροφος καλύπτῃ.* Vat. αὐτώροφον καλύπτοι.
106 *Δικαίων. Sanctorum virorum, ut prophetæ.*
111 *Πορφυροῦν τι. Arcta mappa, nigrum quid, et combibonibus intactum, ab eis securum. Forte etiam nuda humus.* —Ita Combefisius, sed male, cum sensus sit evidenter, lectum vulgarem, herbam, virgulta esse loco purpurei tapetis. CAILLAU.

122 *Θύμος θ' ὃν οὐ.* Ita Vat. et Gaulyer. Ed. καὶ θύμον.
126 *Ἀείρρους.* Ita Coisl. et Gaulyer. Edit. ἀεί[illegible]
128 *Ἀχλήματον γάνυσμα.* Leuvenclaius *ornamentum e palmite non proveniens.*
130 *Φθονείσθω.* Ita Coisl. Edit. φθονήσθω.
132 *Τετρημένῳ.* Ingeniose Gregorius ventrem inexplebilem comparat dolio perforato, quod tra[illegible] aqua largiter infusa, neque potest implere.
138 *Κρυμωθείς. Frigore perculsus, deinde calefactus.*

METRICA VERSIO.

Qui turpiter movent se:
Et virginum choreas,
Quæ corpus indecore
Nudant suum vocatæ,
Cum cœnat is cui Venus
Arridet, ac libenter
Qui se Baccho perurit?
Hæc si requiras a me,
Tibi restis est paratus.
Hæc do meis amicis,
Queis nil potest sat esse.
Rupes domus tibi sit,
Quæ sponte membra ve-
[let;
Aut si labor ferendus,
Hora teratur una.
Sit vestis aut cameli
Pili, velut prophetæ,
Aut nuditas tegatur
Antiqua pelle vili.
Vulgaris et thronus sit,
Herbæ, frutexque cæsus,
Sit mappa purpurata,
Non sæva combiboni.
Jam mensa dulce spirans
Sit quod dat alma tellus
Nullo labore cuivis.
At quando te locavi,
Aleris haud gravatim.
Cibos cupisne? Panem
B Habes, quid aut farinæ.
Obsonium tibi sal,
Quantum volesque cæpæ,
Obsonium laborem
Quod nescit: alterumque
Majus, fames lacessens.
Potum cupisne? Lympha
Fluit tibi perennis,
Potus movere mentem
Qui nescit, et voluptas
A vitibus remota.
Si lautius petis quid,
Negatur haud acetum.
Sin hæc tibi sat haud
[sunt,
Sed vis ut effluenti
Vasi male voluptas
A me ingeratur usque,
Quæras licet tibi qui
Ministret ista. Nam [illegible]
Domesticum vacat mi
Hostem sinu fovere,
Serpentis instar, ut [illegible]
Refovero te rigentem,
Me vulneres repente.
Amplas domos ne p[illegible]
[scis.
Aurata tigna queis sa[illegible]
Pictæque tam perite

Digitized by Google

Καὶ ψηφίδος σοφισμοὺς,
Κινουμένους σχεδόν τι·
Πλακός τε λάμψιν ἁβρᾶς
Ἀντίχροον, πολύχρουν;
Θέλεις περιῤῥέουσαν
Ἐσθῆτα τῶν ἀθίκτων,
Ἐν δακτύλοις τε πλοῦτον,
Γελώμενόν τε κάλλος
Τοῖς σωφρονεῖν μαθοῦσιν,
Ἐμοὶ δὲ καὶ μάλιστα
Ὦ κάλλος ἐστὶν εἶσω;
Τοῖς μὲν κάτω δὴ ταῦτα
Ὑμῖν βροτοῖσι φάσκω,
Οἳ ζῆτε τὸ πρὸς ὥραν,
Μηδὲν πλέον βλέποντες.
Τοῖς δ' εὐγενῶς βιοῦσιν,
Ἐπαξίως τε μοίρας
Τῆς ἐκ Θεοῦ κραθείσης
Ὦ πηλινῷ πάχει μου
(Σκόπει πένητος ὄγκον),
Οἷαν τροφὴν χορηγῶ;
Δίελθέ μοι φλογώδη
Ῥομφαίαν, ὦ θεόφρον.
Θείων γενοῦ γεωργὸς
Φυτῶν Λόγῳ θαλλόντων,
Ὧν μ' ἐστέρησεν ἐχθρὸς
Δι' ἡδονῆς συλήσας.
Ξύλῳ πάλιν πρόσελθε
Ζωῆς ἀεὶ μενούσης.
Ἡ δ' ἔστιν, ὡς ἀνεῦρον,
Γνῶσις Θεοῦ μεγίστου,
Φάους ἑνὸς τριλαμποῦς,
Ἥρὸς ὃν τὰ πάντα τείνει.

Οὕτω μὲν αὐτὸς αὐτῷ
Πᾶς τις σοφῶν λαλήσει.
Ὃς δ' οὐ θέλει λαλῆσαι,
Μάτην βίον παρῆλθεν,
Εἰ περ μάτην παρῆλθεν,
Μὴ σὺν κακῷ μεγίστῳ.

ΠΘ'. *Εἰς τὴν νόσον.*

Ἦν, ἦν, ὅτ' ἤνθουν· ἀλλὰ νῦν εἰμ' ἄχλοος·
Οὔτε πρὶν ἤρθην, οὔτε νῦν κατεστάλην.
Ἀνθεῖν, ἀπανθεῖν, ἄλλο· οὐκ ἄλλος δ' ἐγώ.

Et sculpturæ egregia opera,
Quæ moveri pene videntur?
Vis tabulæ nitorem elegantis,
Colorum concentu multiplicique flore collucentem?
Vis diffluentem
Vestem, ex his quæ non liceat tangere,
In digitis magnas opes gestare,
Et pulchritudinem quam irrident,
Qui sapere didicerunt,
Ego vero maxime,
Qui solam puto pulchritudinem, quæ est interna?
Hæc quidem humi jacentibus verba
Vobis hominibus dico,
Qui vivitis in horam,
Nihil ultra intuentes.
Iis autem, qui honeste vivunt,
Et digne illa parte,
Quæ a Deo immista est
Luteæ meæ moli
(Vide pauperis superbiam),
Qualem cibum submínistro?
Prætergredere mihi flammeum
Gladium, tu qui divina sapis.
Divinarum esto colonus
Plantarum Verbo Dei virentium,
Quibus me privavit hostis
Voluptate spolians.
Rursus ad lignum accede
Vitæ semper manentis.
Hæc autem est, ut comperi,
Maximi Dei cognitio,
Luminis unius trifulgentis,
Ad quem omnia tendunt.
Sic ipse secum
Quisquis sapiens est, loquetur
Qui autem non vult ita loqui,
Frustra vitæ cursum peragit,
Si modo frustra peregit,
Ac non maximo suo malo.

988-989 LXXXIX. *In morbum* *.

Fuit, fuit, cum florerem; sed nunc exarui.
Neque tunc sublatus, neque nunc animo fractus sum.
Florere, deflorescere, aliud est; non alius autem ego.

* Scriptum post an. 383. — Alias Toll. 19, pag. 100.

144 *Κινουμένους*. Ita Vat. Edit. κινουμένων.
145 *Πλακός τε λάμψιν ἁβρᾶς*. Coisl. λάμψιν πλακὸς δ' ἀνθηρᾶς.
148 *Τῶν ἀθίκτων. Ex his, quæ intactæ plerumque servantur.*
155 *Βροτοῖσι φάσκω*. Vat. λέγω βροτοῖσι.
162 (*Σκόπει πένητος ὄγκον*). Leuvenclaius: *Vide pauperis amplitudinem, qualem his alimoniam sub ministrem*, vel *vide qualem ego pauper superbus cibum ministrem.*
171 *Ἀεὶ μενούσης. Sempiternæ.*
176 *Οὕτω*. Sic Coisl. Edit. οὗτος.
2 *Ἤρθην. Nec prius elato fui animo, nec tunc sum dejecto.*

METRICA VERSIO.

Formæ, queas ut ipsas
Vita frui putare?
Tabulæ decus refulgens
Vario colore factæ?
Cupisne diffluentes,
Tangique quas nefas sit,
Vestes, in annulisque
Opes habere magnas:
Formamque, quam, sapit qui,
Ridetque, despicitque,
Præ cæteris ego, qui
Verum situm decorem
In mente credo sola?
Hæc verba dico vobis,
Quorum jacens humi cor
Præsens quod est requirit,
Plus nilque contuetur.
At vita queis honesta
Agitur, et ut meretur
Pars, quam Deus superne
Carni dedit lutosæ
(Egentis en tumorem),
Qualem cibum ministro?
Fac transeas rubentem
Ensem, Deum colis qui;
Sis arborum Dei, quæ
Semper virent, colonus:
Queis læta me sequentem
Orbavit asper hostis.
Adito rursus ævi
Lignum citus perennis,
Quæ notio Tonantis
Est, ut mihi videtur,
Qui lumen est trifulgens,
Quo quidquid est refertur.
Sic quisque mente sana
Secum frequens loquetur.
Quod si loqui recuset,
Frustra dies peregit.
Frustra quid ipse dico?
At in malum pertingens

LXXXIX. IN MORBUM.

(*A. B. Caillau interprete.*)

Florens fui quondam; ecce nunc exarui:
Nec tunc superbus, mente nec fractus modo.
Florere, vel non, differunt; sed non ego.

Digitized by Google

Ἐξ ἰατρῶν πάρειμι τοῦτο κερδάνας,
Τὸ μή τι, Χριστὲ, σοῦ φέρειν ἀνώτερον,
Παρ' οὗ τὰ πάντα, καὶ τὸ φαρμάκων σθένος.
Ἰδοὺ τὰ θερμά. Τὴν κολυμβήθραν ἔχω.
Ποῦ δ' ἄγγελός μοι; δεῦρο, φαρμάσσοις ὕδωρ.
Εἰ δ' οὔ, σὺ, Σῶτερ, εἰπὲ, καὶ παγήσομαι.
Πέπληγμ'· ἔχω τι κέντρον εἰς Θεοῦ φόβον.
Οἶδ' εὖ πεπονθώς. Ἀλλ' ἐπίσχες τὴν νόσον.
Εἰ δ' οὐ φίλον σοι, δός γε καρτερῶς φέρειν.
Ἐξηπόρημαι, Χριστέ μου· καὶ τί δράσω;
Κριτὴς μὲν εἶ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ πρᾶος.
Ποῦ σου τὸ χρηστόν; ἢ μόνοι λελήσμεθα;
Ἔρριψεν, ἔρριψέν με συγκόψας Σατάν.
Σὺ δ' ἐκδέδωκας τῷ κακῷ· τίς αἰτία;
Οὐχὶ πάτησιν σκορπίων ἐλπίζομεν;

A Τί ταῦτα, Χριστέ; τοὺς κακοὺς αἰσχύνομαι,
Καὶ τοὺς ἀρίστους, οὐκ ἔχων στάσιν κακῶν·
Οἱ μὲν γελῶσι, τοῖς δ' ὀλώλασ' ἐλπίδες.
Καθ' ἡμέραν θνήσκω τε, καὶ λείπω βίον.
Εἰ μὲν δικαίως, ὡς κακὸς, ποῦ χρηστότης;
Εἰ δ' οὐ δικαίως, ποῦ ποτ' ἔννομος κρίσις;
Σκοπὸς τέθειμαι πᾶσι, καὶ τοξεύομαι.
Στήτω ποθ' ἡμῖν ὁ φθόνος, στήτω ποτέ.
Χρόνῳ, νόσῳ κέκμηκα, τοῖς φίλων κακοῖς.
Ἀλλ' οὐ θέλεις; πρὸς σ' ἔρχομαι. Δίδου χεῖρα.
Ὄλωλ', ὄλωλα συμφοραῖς· σοὶ δ' ἔλυμαι.
Σὺ γὰρ Θεός μου. Σὺ ζόφον λύοις κακῶν
Νεκρῷ πνέοντι μικρὸν, ἢ λυπρὸν βίον.
Τί τῇδε μοχθῶ τοῖς κακοῖς ἐσφιγμένος,
Φθόνου πάλαισμα, καὶ γέλως τοῖς πλείοσιν;

A medicis hoc lucratus sum.
Scilicet nihil te, Christe, existimare superius,
A quo omnia, et medicamentorum efficacia.
En calidas. Piscinam habeo:
Unde autem mihi angelus? veni, tempera aquam.
Sin minus, tu, Salvator, loquere, et restituar.
Percussus sum; habeo stimulum ad Dei timorem.
Novi beneficium. Sed pelle morbum,
Sin minus gratum tibi, da fortiter ferre.
Animo defeci, Christe mi; et quid faciam?
Judex quidem es justus, sed et mitis.
Ubi tua benignitas? an soli in oblivione sumus?
Dejecit, dejecit me concidens Satanas.
Tu vero tradidisti me malo; quæ causa?
Nonne calcare scorpiones speramus?
Quid hæc, Christe? malos erubesco,
Et optimos, non habens requiem malorum.
Illi quidem rident, his autem perierunt spes.
In diem morior, et linquo vitam.
Si quidem juste, ut malus, ubi tua clementia?
Si autem non juste, ubi tandem justum judicium?
Scopus positus sum omnibus, sagittis petor;
Cesset tandem nobis invidia, cesset tandem.
Tempore, morbo deficio, amicorum malis.
At non vis? ad te accedo; da dexteram.
Perii, perii calamitatibus: tibi vero pereo.
Tu enim Deus meus. Tu caliginem solve malorum
Mortuo spiranti paululum, aut tristem habenti vitam.
Quid hic laboro malis constrictus,
Invidiæ luctatio, ludibrium plurimis?

5 *Τὸ μή τι.* Sic legit Muratorius cum Florentino codice et Salvinio. Mss. Ambr. habet τό μέ τι. Tres istos versus, quos etiam edidit Muratorius, composuisse ipsi videtur Gregorius, postquam medicis frustra conantibus ipsum ab aliquo morbo liberare, Christus eidem restituit salutem pristinam.

17 *Τῷ κακῷ.* Florent. μ' εἰς κακόν.

18 *Ἐλπίζομεν.* Vide Luc. IX, 19.

28 *Ἀλλ' οὐ θέλεις.* Leuvenclaius legit εἰ θέλ... *verum, si vis, Christe.* Mox πρὸς σ' ἔρχομαι, *ac accedo.* Ita Florent. Edit. προσέρχομαι. Forte ip... psit versus iste qui cum rhythmo cæterorum ... apprime consonat.

METRICA VERSIO.

Hæc nempe medica contulit manus mihi,
Nil æstimare, Christe, te super; omnia
A quo fluunt, virtusque succorum potens.
Qui malorum est principium, ac vitiorum gravem tumultum, et tenebrosas
Beliæ reprimunt fluctus insurgentes;
Pondera sermoni, silentio modum, vincula risui,
Auribus, et fixis oculis injiciunt,
1008-1009 Sine calceis, sicci, veste lugubri, unam tunicam habentes,
Mortui in terra, animis in cœlo viventes,
Præ oculis semper Dei lumen præstantius habentes,
Et choros, quos illic piæ animæ agunt.
Virgines etiam feminas, quotquot Regem celebrant
Sponsum, purissimis se cordibus miscentem,
Quæ Christum exspectant cum luminibus nunquam emoriturus,
Ut quæ lampades inexstinctas accenderint:
Has profecto honorabis, si quas unquam honorasti, ubi meum illas decus esse
Didicisti, gregis nostri lumen clarissimum.
Si cui enim proborum bene fit, communis est omnium
Gratia, ex lege lata manantis amicitiæ.
Atque illis quidem excelsa meus, ut quæ virili animo
Projecerint ex corde dolosam Evam.
Est etiam illis circa corpus saccus niger,
Et cinis in pavimento, præsidia pudicitiæ:
Placent illis preces, et gemitus, et noctes insomnes,
Et fontes lacrymarum secreto fluentium;
Genua obfirmaverunt, et imbecillitatis oblitæ sunt,
Fortiter Christi fimbriam apprehendentes.
Delicatæ autem carnes et vestes splendidæ,
Ac cito marcescens, verna pulchritudo,

216 *Γαστρί*. Coisl. σαρκί. Duo Regg. παῦρα γαστρὶ χαριζόμενοι.
217 *Ἀρχεκάκῳ*. Epithetum ventris quod apud Gregorium frequens occurrit. Ibidem *κλόνον*. Mendose autem habent edit. κλένον.
221 *Πενθήμονες*. Duo Regg. πενθείμονες.
232 *Πάθῃ*. Tres Regg. πάθοι. Mox κιρναμένης Tres quoque Regg. et Chig. κιρνάμενος, mend.
238 *Λειβομένων*. Tres Regg. θλιβομένων.
240 *Θυσάνων*. Schol. Coisl. χρασπέδων, δυναμοποιῶν δραξάμενοι ἐλπίδων τοῦ Χριστοῦ.

METRICA VERSIO.

At templi magni pulcherrima saxa, ligavit
Quæ Christus sancti Pneumatis harmonia;
Qui mundo exigue vivunt, minimosque favores
Impendunt carni, qua mala cuncta fluunt:
Qui motus animi sistunt sævasque procellas,
Quas Beliæ horrendi vis inimica parit;
Atque modum imponunt verbis linguæque silenti,
Risumque, atque oculos, auriculasque premunt.
Qui pede sunt nudo, duplici sine veste, gemuntque
In terra exanimes, mente polumque tenent;
Atque oculo spectant vigili Dominumque, chorosque,
Felix in supera quos agit urbe cohors.
Virgineas tu porro acies, præconia Regis
Quæ sponsique sui, voce animisque canunt,
Atque oculis Christum exspectant insomnibus usque,

Lampadas accensas in manibusque gerunt,
Ut decus ipse meum agnosti, complexus honore
Hanc, nostri gregis est quæ decus omne, colen
Communis cunctis namque est ea gratia, cum
Fit bene; jus istud poscit amicitiæ.
Scilicet his etiam mens maxima; corde virili
Nam procul a se Evæ subdola sensa fugant.
Scilicet his etiam saccus niger ossibus hæret,
Inque solo cinis est, arma pudicitiæ;
Charæque insomnes noctes, gemitusque precesq
Et facies calidis fletibus ipsa madet.
Ac genibus robur subiit, languorque recessit,
Arrepta ut Christi est fimbria firma manu.
Ac simul et teneræ carnes, et splendida vestis,
Quique brevi formæ marcet abitque decor.

Digitized by Google

Ἀμφότερον φύσιός τε καὶ ὀππόσον ἔκτοθι χερσὶν
Ἄνδρες ἐτρίψαντο εἴδεσι μαχλοτέρων,
Εἶξαν ὑπὸ πραπίδεσσι, νόου σθένος ἀνδράσιν ἴσας
Θεῖναι θηλυτέρας, καὶ δέμας, ὡς σοφίην.
Οὐ μέγα· καὶ Χριστὸν γὰρ ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Σαρκὶ σὺν ἀνδρομέῃ γαῖαν ἐπερχόμενον,
Καὶ τέκον ἠμερίοις ἀγνῇς διὰ μητρὸς ἰόντα
Παρθένου, ὄφρα νόμον ἀνδρόμεον τελέσῃ,
Ἀχράντοισι γονῇσι, καὶ ἐκ τύμβοιο θορόντα
Ἤματι ἐν τριτάτῳ θερμοτέροισι πόθοις
Πρῶται ἐθηήσαντο, φίλοις τε ἤγγειλαν ἑταίροις,
Γευόμεναι Χριστοῦ γεῦσιν, ἄκος προτέρης.
Πολλαὶ μὲν δὴ γαῖαν ἐπιπνείουσιν ἅπασαν,
Ὁσσατίην σωτὴρ μῦθος ἐπιστρέφεται.

Αἱ μὲν ὁμηγερέες, ξυνὸν πόθον ἀμφιέπουσαι
Οὐρανίου ζωῆς, ἰσά τε μέτρα βίου,
Αἱ δ' ἄρ' ἑοῖς τοκέεσσι παρήμεναι ἀδρανέουσιν,
Ἠὲ κασιγνήτοις μάρτυσι σωφροσύνης.
Αὐτὰρ ἐμοὶ παῦραι μὲν, ἀτὰρ πλεόνεσσιν ἐρίζω,
Γηθόσυνος Χριστοῦ κάλλεσιν οὐρανίοις.
Χρύσεα μὲν Ἀυδίοισι δόμοις ἐχαρίζετο μῦθος
Ψήγματα, καὶ ποταμοῦ ὀλβοδότοιο ῥόον.
Χρυσοφόροι δ' Ἰνδοῖσι μελαγχρώτεσσιν ἄφυσσον
Μύρμηκες κοίλης πλοῦτον ἀπὸ ψαμάθου.
Νεῖλος δ' εὐκάρποισιν ἐπαῖσσων πεδίοισιν
Ὤριος, Αἴγυπτον θῆκεν ἐρισθενέα.
Ἄλλος δ' ὀρνίθεσσιν ἀγάλλεται, ὃς δὲ φυτοῖσιν,
Ὅς δὲ λίθοις τερπνοῖς ἔνδοθι λαμπομένοις.

Tum quæ nativa est, tum quam extrinsecus virorum
Manus triverunt vultibus meretriciis,
Sub corde cesserunt, quod animi robur æquales viris
Feminas reddat, ut sapientia, ita et corpore.
Mirum id non est: nam et Christum e cœlo stellifero
In terram cum carne humana descendentem deduxerunt,
Et mortalibus genuerunt ex casta matre Virgine
Prodeuntem, ut legem humanam impleret,
Intaminato ortu, et ex tumulo exsilientem
Die tertio, ob flagrantissima desideria
Primæ viderunt, et charis nuntiarunt discipulis,
Et dum Christum gustant, primi id gustus remedium fuit.
Multæ quidem afflant suavem Christo odorem a terra,
Quantamcunque salutaris peragravit doctrina.
Aliæ simul congregatæ, commune desiderium profitentur
Cœlestis vitæ, ac æquales vitæ modos,
1010-1011 Aliæ suis parentibus assident infirmis,
Aut fratribus pudicitiæ testibus.
Paucæ quidem meæ sunt, sed tamen majori numero non cedo,
Gaudens Christi cœlestibus pulchritudinibus.
Aurea Lydiorum domibus ramenta largitur
Fabula, et fluminis felicitatis datoris fluxum.
Auriferæ nigris Indis formicæ divitias
Hauriebant ex profunda arena.
Nilus in fertiles irruens campos
Opportune, Ægyptum præpotentem reddidit.
Alius avibus gloriatur, alius arboribus,
Iste jucundis lapidibus sponte fulgentibus.

243 *Φύσιός τε.* Coisl. Int. ὅσον τε φυσικὸν, καὶ ὅσον χειροποίητον. Reg. 991 ἐπίπλαστον.

245 *Εἶξαν ὑπό.* Sic mss. Editi nonnulli ἀπό. Schol. εἶξαν αὐταῖς, ὑπεχώρησαν. Reg. 993 εἶξεν.

251 *Θορόντα.* Coisl. Θορῶντα.

254 *Προτέρης. Priorem gustum interdicti pomi* intelligit.

256 *Ἐπιστρέφεται.* Sup. lin. 991 ἐπιτρέχει, ἐπιδράμει.

263 *Αυδίοισι.* Lydia regio est Minoris Asiæ, Crœso rege et Pactolo aurifero flumine nobilis. Unde etiam χρυσορρόας amnis ille dictus est: de quo vide Fulgent. lib. *Mythologiæ*, cap. 2, de Mida rege et Pactolo. Bill.

265 *Ἰνδοῖσι.* Indicæ formicæ, ut scribit Plinius, lib. IX. cap. 31, aurum ex cavernis terræ egerunt in parte septentrionalium Indorum, qui Dardæ vocantur. Erutum hoc ab iis tempore hiberno inde furantur æstivo fervore, conditis propter vaporem in cuniculos formicis. Bill.

METRICA VERSIO.

Tam qui nativus, quam qui fucatus, et arte
Partus, fœminei perpolit ora gregis.
Cesserunt menti; namque illas corpore fecit,
Ut sophia, æquales mens bene firma viris.
Nec mirum: Christum siquidem, cum sedibus altis
Demissus carnem venit ad ima gerens,
Humano generi peperit sanctissima Virgo,
Humanæ legis, sed sine labe, sequax.
Ac postquam exsiliit superata morte sepulcro
(Tertius at porro tunc erat ille dies),
Viderunt primæ (dedit hoc incensa cupido),
Nuntiaque eximio læta tulere choro;
Atque ita gustato Christo feliciter ipsis
Gustato prius est facta medela cibo.
Ac multæ tales toto versantur in orbe,

Qua se cunque Dei porrigit alma fides.
Pars animis paribus incensa cupidine regni,
Tecta eadem et vitæ par genus usque colit.
Assidet infirmis pars altera patribus, aut cum
Fratribus in sancta virginitate manet:
Ast ego cum paucas habeam, cum pluribus ipse
Certo tamen, formas lætus ob æthereas.
Ac ramenta quidem Lydiis dabat aurea tectis
Fabula: fundebat largus et amnis opes.
Divitias Indis etiam formica ferebat,
Quas ipsis auro subula plena dabant.
Nilus item Phariis dat opes et commoda regnis,
Pinguia dum lymphis prodigus arva rigat.
Oblectant alios volucres plantæque virentes,
Aut lapides, digiti queis, velut igne, micant.

Digitized by Google

Αὐτὰρ ἐμοὶ πάντων περιώσιον εὖχος ἔδωκε
Χριστὸς ἄναξ, πολλῶν εὐσεβέων στέφανον.
Ἦ ῥ' ἐτεόν· τυτθοῖσι θεὸς χάριν αἰὲν ὀπάζει,
Ὥσπερ ὑποσχεσίη ἐστὶ παλαιοτέρη
Βηθλεὲμ ἐν προτέροισιν, ἐμῷ νέον ἄστεϊ τυτθῷ,
Τῇ μὲν ἐῇ γέννῃ, τῷ δ' ἄρ' ἐμοῖσι φίλοις.
Οὗτός σοι χορὸς ἄλλος ἐμῆς ἀπολάμπεται αἴης,
Οἷος ἀριστοτόκου πατρίδος ὑμετέρης,
Ἀρμενίης, ἣ πολλὸν ἀριστεύουσ' ἐπὶ γαίης,
Φέρτατον εὖχος ἔχει ἀζυγέων ἄφενος.
Τοῖσι χαριζόμενος, βαιὴν μὲν ἔμοιγε, φέριστε,
Σοὶ δ' αὐτῷ μεγάλην ἴσθι χάριν παρέχων,
Σαυτῷ, καὶ τεκέεσσι, φίλῃ τε δάμαρτι μέγιστον
Πλοῦτον ἄγων, ζωῆς ἐλπίδα λαμπροτέρης.

A Εἰ δέ τέ που καὶ ἐμῆς, ἑτάρων ἀγανώτατε πάντων,
Τῆς ἀρχαιοτέρης μνῆστιν ἔχεις φιλίης
(Οὐ γὰρ ἐν εὐσεβέεσσιν ἐμὸν ποτε οὔνομα θήσω),
Μηδέ μ' ἀτιμάζειν, οὐ γὰρ ἔοικε, φίλος·
Ἀλλ' ἐπ' ἐμοῖς ἑτάροισι χάριν καὶ κῦδος ὀπάζειν
Ἔστι δὲ καὶ ἐμέο πὰρ πλεόνεσσι λόγος·
Εἴ τοι μὴ πλεόνεσσι, σὲ δ' ἄξιον ἀντί νυ πάντων
Ἄζεσθαι φιλίην, ὦ μάκαρ, ἠμετέρην.
Ὥδ' ἂν καὶ πάντεσσι φίλοις κεχαρισμένα ῥέζας,
Οἷσιν ὁμῶς τιμὴ εὐαδε τῶν ὁσίων,
Βασιλίῳ δὲ μάλιστα, τὸν ἔξοχα Χριστὸς ἔτισεν,
Ὃς μέσος ἀμφοτέρων ἵσταται, εἷς ἐν ἄγων
Ἄκρα φίλων, ξυνῷ δὲ πόθῳ συνέδησεν ἄμεινον·
Τῷ σὺ χαρίζεσθαι πάντα δικαιότατος,

Mihi hoc præ omnibus præcipuum decus concessit
Rex Christus, multorum piorum coronam.
Verum illud profecto est : parvis Deus semper favet,
Quemadmodum antiqua fert promissio facta
Bethlehemo olim, meo recenter oppidulo :
Illi in ea nascendo, isti per meos amicos.
Hic tibi alter chorus ex mea refulget terra,
Qualis in vestra patria optimorum virorum ferace,
Armenia, quæ cum in toto orbe plurimum excellat,
Præcipuum hoc decus habet cælibum copiam.
Bene illis faciens, leviter de me, vir præstantissime,
De te autem optime scias te mereri,
Dum tibi ipsi, et natis, et dulci conjugi maximum
Thesaurum paras, spem vitæ splendidioris.
Quod si et meæ, sodalium omnium suavissime,
Antiquæ memor es amicitiæ
(Non enim inter pios meum unquam nomen inscribam),
Ne me dedecore afficias, haud enim convenit, amice;
Sed ob meos amicos beneficium et honorem confer :
Habetur enim et mei aliqua apud plerosque ratio ;
Sin minus a plerisque, te certe præ omnibus decet
Revereri nostram, o beate, amicitiam.
Sic enim et omnibus amicis gratissimum facias,
Quibus pariter placet honor sanctis habitus,
Basilio maxime, quem præcipue Christus honore auget,
Quique medius inter utrosque stat, in unum conjungens
Amicos dissitos, meliusque ligat communi amore :
Huic æquum est ut omnia concedas,

273 *Τυτθοῖσι. Parvis vel humilibus Deus semper dat gratiam.*

275 *Βηθλεὲμ ἐν προτέροισιν.* Aliter: *In primis Bethlehem gratia datur ac promissio facta*, vel: *Bethlehem quæ inter primas a propheta numeratur, vel meo, inquam, recenter oppidulo*, etc. Ibid. *νέον.* Schol. νεωστί.

276 *Τῇ μὲν ἐῇ γέννῃ. Illi quidem veteri gratia ex generatione Christi.* Mox *τῷ δ' ἄρ' ἐμοῖσι.* Sic tres Regg. et Chig. Edit. τῷ δ' ἄρ' ἑοῖσι.

284 *Ἄγων.* Συνάγων.

288 *Ἀτιμάζειν.* Id est, *ne preces meas aspernare.*

290 *Ἔστι δὲ καὶ ἐμέο.* Reg. 990 et 993, ἔστι καὶ ἐμοῦ.

293 *Ὥδ'.* Schol. οὕτως.

294 *Ὁμῶς.* Schol. ὁμοίως.

295 *Βασιλίῳ.* Ita Reg. 993. Edit. Βασιλίου. Hinc liquet carmen istud conditum fuisse, cum adhuc viveret Basilius. Mox *ἔξοχα.* Reg. 991, sup. ὑπερβαλλόντως, *quem summo honore cumulavit.*

297 *Ἀμείνων.* Schol. τελειότερον.

METRICA VERSIO.

At mihi supra alios Christus dedit hoc decus omnes,
Ut pietatis amans turba sit ampla mihi.
Quam verum est, quod prisca Dei promissa tulerunt :
Aspirat parvis Numinis usque favor!
Urbs mea parva licet, Bethlem quoque rite vocatur.
Edidit illa Deum : hic chara cohorsque Deo;
Hic alius nostris fulget tibi cœtus ab arvis,
Huic par, qui vestra floret in Armenia ;
Quæ gentes cum celsa caput super efferat omnes,
Virgineæ summum sunt decus ejus opes.
Illis igitur gratum faciens, parvum mihi, magnum
At tibi, tu munus, magne vir, ipse dabis,
Ingentes sobolique tuæ sociæque cubilis
Divitias pariens, quæ sine fine manent.

B Quod si etiam priscæ memor es fortasse, sodalis
Quo mihi nemo magis dulcis, amicitiæ
(Non etenim sanctos inter mea nomina ponam)
Ne me despicias, quæso, measque preces.
Ob socios istud mihi da, quod postulo, munus
Nam quædam multis est quoque cura mei :
Quod si non multis : at te, vir clare, movere
Jus sanctum nostræ debet amicitiæ.
Omnibus istud erit jucundum prorsus amicis,
Quos hilarat, sanctis quisquis habetur honos
Basilio at supra cunctos, quem Christus honore
Quique procul positos jungit amore viros,
Ac nos communi melius devinxit amore :
Cui recte facias si nihil ipse neges,

Digitized by Google

Αἰδόμενος πάτρην τε φίλην, καὶ ἡλικα μῦθον,
Καὶ καθαρὰς θυσίας, καὶ πτερόεντα βίον,
Οἷσιν ἔσω σκηνῆς πάντων ἀβάτοιο πόδεσσι
Δεύτερος ἐξ Ἀαρὼν ἱστάμενος μεγάλου,
Καὶ θεὸν ὑψιμέδοντα καταντίον ὄμματι λεύσσων,
Θνητοὺς ἀθανάτῳ μίγνυσι λισσόμενος.
Κείνῳ μὲν τὰ ἔμοιγε χαρίζεαι, ὅσσα δ' ἐκείνῳ,
Χριστῷ, τοῦδε χάρις ἐς Πατέρ' ἐστὶ χάρις.
Λίσσομ' ὑπὲρ ψυχῶν, καὶ οὐρανίου βιότοιο,
Λίσσομ' ὑπὲρ μελέων πνεύματι δαπτομένων.
Δὸς χάριν ἡματίοισι πόνοις, νυχίῃσί τ' ἀοιδαῖς·
Δὸς δὲ χαμευνίῃ, λεπταλέοις τε γόοις,
Καὶ τρυχίνοις ῥακέεσσι, καὶ ὄμμασι τηκομένοισι·
Δὸς δὲ νόῳ καθαρῷ, δὸς δ' ἱεροῖσι λόγοις,
Ὄψρ' ἀρετὴν τίων, ἀρετῆς ὁδὸν ἀμπετάσειας
Πλείοσι, καὶ πλεόνων μισθὸν ἔχοις Θεόθεν.
Σπείραις δ' ἔνθα μένοντα, καὶ ἄφθιτον ἀμήσαιο
Καρπὸν ἐπουράνιον, πλούσιον ἀντ' ὀλίγων.
Αἰδέο καὶ πολιὴν θεοειδέα πατρὸς ἐμοῖο,
Ἔμπλεον ἀνθρώποις θαύματος ἱστορίην
Ἀμφότερον, ἐτέων τε κύκλοισι, καὶ ἤθεσι κεδνοῖς·
« Ὑστάτιόν τοι ἔπος φθέγξομαι ἀδρανέων.
Ποίμνης ἡμετέρης περιφείδεο, φείδεο ποίμνης,
Ὦ τέκος, ἡμετέρης, ἧς ῥα περιτρομέω.
Καὶ γὰρ πόλλ' ἐμόγησα, Θεὸς δέ μοι ἐγγυάλιξε
Ποιμαίνειν πολλὰς εἰς ἐτέων δεκάδας.
Σοὶ δὲ Θεὸς ὀπάσειεν, ὅσ' εὐσεβέεσσιν ὀπάζει,
Ἄλλα τε καὶ λιπαροῦ γήραος ἀντιάσαι. »
Τοῖα πατρὸς ἐμοῖο θεόφρονος, αὐτὰρ ἔγωγε
Φθέγξομ' ἀφ' ἡμετέρου Γράμματος ἐσθλὸν ἔπος·

Reveritus dulcem patriam et communia studia,
Et pura sacrificia, et cœlestem vitam,
Quibus intra tabernaculum omnium pedibus inaccessum
Alter post magnum stans Aaronem,
Et Deum in cœlo regnantem oculis coram intuens,
Mortales cum immortali orans conjungit.
Illi gratificaris, quidquid mihi, et quidquid illi,
Christo, a quo inita gratia initur a Patre.
Precor pro animabus, et vita cœlesti,
Precor pro membris spiritus fervore consumptis.
Da beneficium diurnis laboribus et nocturnis cantibus;
Da cubantibus humi, et tenuibus gemitibus,
Da laceris pannis, et oculis tabefactis,
Da puræ menti, et sacris sermonibus,
Ut virtutem honorans, virtutis viam aperias
Multis, et multorum mercedem a Deo habeas.
Sere quæ hic manent, et incorruptum metes
Fructum cœlestem, plurima pro paucis.
Reverere et canitiem Deo similem patris mei,
Cujus historia hominibus plena miraculo,
Cum annorum circulis, tum moribus venerandis :
« Extremum hoc verbum eloquar, fractus viribus.
Parce gregi nostro; parce gregi,
O fili, nostro, cujus causa contremisco,
Nam multa pertuli, deditque mihi Deus
Per multas annorum decades pascere.
Tibi vero Deus concedat, quæcunque piis concedit,
Cum alias res, tum etiam ut ad beatam senectutem pervenias. »
Talia pater meus divina sapiens : ego autem
Eloquar, ex Scripturis nostris bona verba :

307 *Ψυχῶν*. Coisl. μελέων.
309 *Νυχίῃσί τ'*. Ita Coisl. et Reg. Edit. νυχίοι σί τ'.
310 *Λεπταλέοις τε γόοις*. *Tenuibus*, scilicet, *exhaustis viribus*.
311 *Τρυχίνοις*. Duo Regg. τριχίνοις.
318 *Ἔμπλεον*. Reg. 990 et Coisl. ἐμπλέων. Coisl. sup. lin. πεπληρωμένην. Reg. 991, γέμουσαν.
319 *Ἀμφότερον*. Ita Reg. 991. Editi nonnulli ἀμφοτέρων. Schol. κατ' ἀμφότερα. Coisl. sup. lin. κατὰ δύο τρόπους.
320 *Φθέγξομαι*. Tres Regg. et Chig. φθέγξεται. Inducitur pater Gregorii ita loquens.

METRICA VERSIO.

Tum patriam veritus, studia et communia, puræ
Et sacra tum vitæ celsa tenentis iter,
Queis intra scenam, pedibus quæ pervia nullis,
Sistans, ut Aron, munus sacrificique gerens,
Atque Dei cernens numen venerabile, jungit
Mortale æterno per sua vota genus.
Quæ mihi das, illi, quæque illi, das quoque Christo;
Quæ Christo dantur, dantur et illa Patri.
Pro vita ætherea, supplex, pro mentibus oro,
Pro membris, hausit quæ pietatis opus.
Te moveant noctis cantus, lucisque labores,
Teque χαμευνίη, te gemitusque graves,
Te saccusque lacer, confectaque lumina fletu,
Te mentes puræ verbaque plena Deo;
Ut virtutem ornans, plures virtutis amore
Inflammes, ac sic præmia plura feras :
Atque seras hic quæ remanent, ac semine fructum
Majorem innumeris partibus ipse metas.
Te quoque permoveat patris veneranda senectus,
Mens stupet insignem cujus ad historiam,
Qui simul est vita, simul et venerabilis annis :
« Extremum hoc, fractus debilitate, loquar.
Parce gregi nostro, fili charissime, nostro
Parce gregi, pro quo mi quatit ossa tremor,
Pro quo multa tuli, quemque annis pluribus ipse
Ut regerem, Domini gratia sancta dedit.
Ac tibi cuncta Deus donet, quæ donat amicis,
Cæteraque, et Pylios cernere posse dies. »
Hæc ad te sanctus genitor meus. Ast ego pulchrum
Sermonem dicam, quem sacra Scripta docent :

Digitized by Google

« Μέτρα Θεοῦ μέτροισιν ἰσάζεται ἡμετέροισιν·
Οἷά περ ἀλλήλοις ἐνθάδε μετρέομεν,
Τοῖα διδοῖ μερόπεσσι Θεὸς μέγας. » Ἀλλὰ μετροίη
Κρείσσοσι τὰ κρείσσω νῦν τε καὶ ὑστάτιον·
Νῦν πᾶσιν ἀνθρώποισι θεμέλιον, ἠὲ κάκιστον,
Ἠὲ καλὸν βιότου βάλλετ' ἐφημερίου.
Καὶ τυτθῇ πλάστιγγι μέγα κτέαρ οὐρανίοιο
Σείεται· ἡ δὲ ῥοπὴ ἔνθα καὶ ἔνθα φέρει.
Καὶ Χριστὸς μερόπεσσι, φόρου παρεόντος, ἐμίχθη,
Ἡνίκα Καῖσαρ ὅλην γαῖαν ἀπεγράφετο·
Καὶ τέλος αὐτὸς ἔδωκε βροτῷ Θεὸς, ὥς κεν ὀπάσσῃ
Θνητοῖς δουλοσύνης τήνδε παρηγορίην.
Ἄζεο τὴν Χριστοῖο χάριν, καὶ φείδεο λαῶν·
Ἄζεο, καὶ σὺ γράφῃ βίβλον ἐς οὐρανίην
Ἐσθλὴν, ἐσθλὰ γράφων· εἰ δ' ἔμπαλιν, ἄλλος ἐνίσποι·

A Ἔμπα γε μὴν ὁσίως λώϊόν ἐστι γράφειν.
Οὐχ ἅλις, ὅττι βροτοῖσι βαρὺν ζυγὸν ἦγαγε πρώτη
Ἀρχεγόνου κακίη, καὶ φυτὸν ἀνδροφόνον,
Βασκανίη τε δράκοντος, ἀτασθαλίη τε γυναικὸς,
Γεῦσίς τ' οὐλομένη γνώσιος ἀντιπάλου,
Ἥ με θνητὸν ἔθηκε, καὶ ἐς χθόνα, ἔνθεν ἐτύχθην,
Αὖθις ἀπωσαμένη, λυπρὸν ἔθηκε βίον,
Ὠδῖνάς τε μόθους τε καὶ ἐς πλατὺ νῶτον ἀρούρης
Κύπτοντα ζώειν, τειρόμενον καμάτοις ;
Ἀλλά με καὶ πλεόνεσσιν ἀδελφεὸς ἄλγεσι δώσει,
Χοῦς εἷς, ἓν τε ἰῇ κείμενος ἀμπλακίῃ ;
Οὐ θέμις, οὐδ' ἐπέοικεν, ἐπεὶ πολὺ λώϊόν ἐστι
Φάρμακον, ἠὲ πόνον, τοῖς νοσέουσι φέρειν.
Τοῦτό σοι ἡμετέρη ξεινήϊον, ὦ πανάριστε,
Πέμπει ὁμηλικίη, ὃ χρόνος οὐ δαμάσει,

« Dei mensuræ nostris æquantur mensuris ;
Qualia hic invicem metimur,
Talia rependit hominibus magnus Deus. » Sed utinam metiatur
Meliora melioribus hic et in posterum,
Nunc fundamentum omnibus hominibus vel pessimum,
Vel bonum in hac mortali vita jacitur ;
Ac exigua bilance magna cœli possessio
Libratur ; inclinatio autem huc et illuc fert.
Christus hominibus, cum census haberetur, mistus est,
Cum Cæsar universam terram describeret :
Ac vectigal ipse Deus mortali solvit, ut præberet
Mortalibus hoc servitutis solatium.
Reverere Christi gratiam, et parce populis :
Reverere, et in libro cœlesti scriberis
Bono, bona scribens : sin aliter, dicat alius quid sentiat ;
Sed profecto satius est sancte scribere.
Annon satis est, quod mortalibus grave jugum adduxerit prima
Parentis primi perversitas, et arbor homicida,
Et draconis invidia, et mulieris peccatum,
Et gustus perniciosus scientiæ adversariæ,
Qui me mortalem fecit, et in terram, ex qua formatus sum,
Rursus deturbans, tristem attulit vitam,
Et dolores et tumultus, ita ut in lato terræ spatio
Curvatus degam attritus laboribus ?
Sed me præterea pluribus frater tradet doloribus,
Qui nunc cinis est, uni obnoxius peccato ?
Nefas id et indecorum : siquidem multo satius est
Remedium, quam laborem, afferre ægrotantibus.
Hoc tibi munus nostri, vir præstantissime,
Mittunt æquales, quod tempus non diruet,

338 *Καῖσαρ*, etc. Reg. 990 γαῖαν ὅλην Καῖσαρ ἀνεγράφετο.
343 *Ἄλλος*. Coisl. ἄλλο.
350 *Λυπρὸν ἔθηκε*. Tres Regg. et Chig. λυγρὸν ἔδωκε.
354 *Ἀμπλακίῃ*. Ita Reg. 993 et Chig. Edit. ἀπλακίῃ.
358 *Ὁμηλικίη*. Reg. 991, ὁμηλικία. *Nostri æquales*, melius forsan, *studiorum socii*.

METRICA VERSIO.

« Ponderibus nostris æquantur pondera Christi ;
Atque ut metimur, non secus ipse facit. »
At meliora velim melioribus ipse rependat,
Nunc que, et cum fati venerit hora tui.
Nunc vel prava homines jaciunt fundamina vitæ
Mortalis, vel quæ læta futura sibi ;
Atque Dei parva possessio magna bilance
Libratur : lanx hinc nunc quoque vergit, et hinc.
Seque homini junxit Christus præsente tributo,
Cum dabat in tabulis nomina quisque sua :
Vectigalque Deus mortali solvit, acerbi
Servitii ut nobis hæc medicina foret.
Gratia te Christi moveat. Scribaris ut ipse
Lætus in æthereo codice, scribe bona.
Sin secus, hæc alius referat quæ damna sequentur ;
Sed tamen est sancte scribere commodius.

B Non satis est, grave prima jugum quod noxa sceleraq
Intulit humanis, plantaque causa necis,
Infestusque anguis livor, facinusque parentis,
Prima et quæ nostrum perdidit esca genus :
Quæ me sub mortis tristissima fata redegit,
Ac mihi ter misera vivere sorte dedit,
Ærumnas peperitque graves, ac corpore curvo
Fecit humum ut fractus membra labore colam
Sed frater tanto dabit incrementa dolori,
Terra eadem, noxæ subditus atque pari ?
Haud decet, haud fas est : namque ægris ferre re
[delia
Rectius est, morbos quam cumulare graves.
Iloc tibi nostra cohors mittit, vir splendide, m
[nus.
Quod non tempus edax seclaque cuncta prem

Εὔχος Ἀρμενίης, Ἑλλήνιε, ὃς λάχες αἴσῃ
360 Στῆσαι ἡμετέρῃ μέτρα δίκαια φόρων.
Καὶ στήσαις μεγάλοιο Θεοῦ σὺν ἀμύμονι χειρὶ,
Ὡς κεν ἀγνῶς στήσαις, μηδ' ἑτεροκλινέα,
Κέρδεσιν οὐχ ὁσίοισι δαμεὶς φρένας. Εἰ γὰρ ἅπασιν
Ἴσα ταλαντεύσαις, ὄμμα μέγα τρομέων,
365 Τυτθὴ μὲν πόλις ἐσμὲν, ἀτὰρ πολὺ σεῖο, φέριστε,
Δώσομεν ἀνθρώποις, ἠ Διοκαισαρέων,
Οὔνομα, καὶ πινάκεσσι χαράξομεν· « Οὗτος ἄριστος,
Οὗτος ὁ καὶ Μώμου κρείσσονα μέτρα φέρων. »

Β'. *Πρὸς Ἰουλιανόν.*

Ὄμβρῳ διψάδα γαῖαν ἐπέκλυσεν, ὃς μιν ἔδησεν·
Ἄλλος τ' ἐξ ὑδάτων ἥρπασε κόσμον ὅλον·

A Καὶ νούσοις τις ἄρηξεν, ὁ δ' ἐκ πολέμων ἐσάωσεν,
Ἄλλος δ' οὐρανόθεν λαὸν ἔθρεψε μέγαν.
5 Σοὶ δὲ Θεὸς χείρεσσι φόρων ἐνέθηκε τάλαντον,
Κύδιμ' Ἰουλιανὲ, ὡς τοπάροιθε δίκης,
Ἄρροπον, ἄκλοπον, ἴσον, ἀοίδιμον. Ἀλλὰ, φέριστε,
Φείδεό μοι πτωχῶν, φείδεο σῇ γραφίδι,
Οὓς νόσος ἧΐστωσε φαγοῦσ' ἀπὸ σάρκα τάλαιναν·
10 Φείδεο, καὶ σὺ γράφῃ οὐρανίαις σελίσι.
Τοῖα διδοῖ μερόπεσσι Θεὸς μέγας ἀντιτάλαντα,
Οἷά περ ἀνθρώποις ἐνθάδε μετρέομεν.
Τῷ βροτέῳ συνάρηξον, ἐπεὶ δέμας ἐστὶν ἅπασι·
Λάζαρος ἐν προθύροις, ὃς ψίχας ἀλλοτρίας.
15 Καὶ Χριστὸς μερόπεσσι, φόρου παρεόντος, ἐμίχθη·
Ἄζεο τὴν Χριστοῦ ἥλικ' ἰσογραφίην.

Decus Armeniæ, Helleni, qui sortitus es nostræ
360 Statuere terræ justorum tributorum modos.
Statue cum magni Dei adjutrice manu,
Ut sancte jus dicas, nec lancem inclines,
Lucris haud sanctis mente domitus. Nam si omnibus
Æqua ponderes, magnum oculum tremens,
365 Parva quidem urbs sumus, Diocæsarea, sed tamen tuum,
Præstantissime, hominibus multum prædicabimus
Nomen, et tabulis insculpemus : « Hic vir optimus,
Hic jura sic describens, ut nec ipse Momus obtrectare possit, »

1016-1017 II. *Ad Julianum* *.

Imbre sitientem terram alluit, qui eum cohibuerat :
Alius ex aquis mundum universum eripuit :
Est qui morbos sanaverit, qui in bellis salutem attulerit :
Alius e cœlo magnum nutrivit populum.
5 Manibus tuis commisit Deus, ut antea justitiæ, ita nunc
Tributorum libram, inclyte Juliane,
Inclinationis et fraudis nesciam, æquabilem, perhonorificam, sed
Parce, vir optime, pauperibus, parce calamo tuo,
Quos morbus consumpsit, miseram carnem peredens :
10 His parce, et tu scriberis in cœlestibus tabulis.
Magnus Deus talia mortalibus rependit pondera,
Qualia ipsi hominibus hic pendimus.
Mortali succurre : siquidem corpore omnes induti :
Lazarus ad januam : da micas alienas.
15 Christus hominibus, cum census haberetur, permistus est :
Reverere æqualem Christi ortui descriptionem,

* Scriptum an. 374. — Alias Bill. 49, p. 111.

361 *Ἀμύμονι*. Unus codex ἀμείνονι.
363 *Δαμεὶς φρένας*. Duo Regg. δαμῆς φρένα.
365 *Πολύ*. Schol. πολὺ καὶ μέγα ἀνακηρύξομεν ἀνθρώποις.
368 *Μώμου*. Vide supra, lib. I, sect. 2, carm. 11, vers. 246.

II. ARGUMENTUM. *Julianus fuerat Gregorii amicus, studiorum socius. Huic tributorum imponendorum cura a principe commissa fuerat. Veritus Gregorius, ne Diocæsariense valetudinarium aliquo tributo premeret, eum rogat ut in pauperes indulgentius agat.*

ΤΙΤ. *Πρὸς Ἰουλιανόν*. Addunt plures mss. ἐξισωτήν.
1 *Ἔδησεν*. *Qui cohibuerat*, nempe Elias.
3 *Νούσοις*. Sic Reg. 990. Combef. legit νοῦσον. Male edit. νοῦσος.
5 *Ἐνέθηκε*. Reg. 992 ἐνέηκε.
8 *Σῇ γραφίδι*. Int. διὰ τῆς σῆς γραφίδος.
9 *Τάλαιναν*. Chig. τάλαινα.
11 *Τοῖα διδοῖ*, etc. Ita fere supra carm. præc., vers. 329.
15 *Καὶ Χριστός*. Ibid. vers. 337.

METRICA VERSIO.

O decus Armeniæ, nobis cui lance tributum
Ut statuas æqua, sors bene fausta dedit.
Atque utinam Christi statuas cum cœlite dextra,
Ne tua lanx partem vergat in alterutram,
Mente malis lucris domita. Namque omnibus æquas
Si teneas lances, Numina summa timens,
Nos tibi permagnum dabimus nomenque decusque,
Exiguum nobis sit licet oppidulum,
Ac pictum hoc tabulæ gestabunt : « Optimus hic vir,
Hic cujus Momus carpere jura nequit. »

II. AD JULIANUM.
(*Billio interprete.*)

Fluit arentes campos, qui junxerat, idem :
Et sævis orbem traxit at alter aquis.

B Est qui depulerit morbum, qui fregerit hostes,
Paverit et supero millia multa cibo.
At Deus imposuit tibi nunc, Juliane, tributi
Lances, justitiæ pondera ut ante dedit,
Pondera justitiæ certissima. Parcito, quæso,
Pauperibus, calamo parcito, quæso, tuo,
Pauperibus, fregit quos vis asperrima morbi.
Nomen ut obtineat pagina dia tuum.
Namque eadem nobis Numen cœleste rependit,
Hic modo metimur qualia nos aliis.
Mortali fer opem : nam cuncti corpus habemus;
Da tenues micas, Lazarus ante fores.
Christus se nobis junxit, cum lecta tributa :
Hinc animum moveant scripta coæva tuum.

Digitized by Google

Ἄζεο μητέρα σὴν πτωχοτρόφων, εὐσεβὲς αἷμα,
Καὶ δόμον, ὃς μελέοις εὐμενέειν ἐδάη.
Ἄζεο καὶ τὸν ἐμὸν πλοῦτον, φίλος, ὃν ῥα πένησι
Πάντ' ἀπίδωκα φέρων, σταυροφόροισι πόθοις.
Ξυνὸς πεντοπόροισι λιμὴν, ξυνὴ δέ τ' ἀρωγὴ
Τοῖς ἐπιδευομένοις, ἠδὲ μερὶς κτεάνων.
Ἡμετέρη κτῆσις, σὴ δὲ γραφίς. Ἴσον ἔχοιμεν
Τῆς πτωχοτροφίης μισθόν. Ἄναξ γραφέτω.
Ἦ μὲν δὴ πολλοῖς σε Θεὸς μέγας ἐκλήϊσσεν,
Ὀσσατίοις ὀλίγους τῶν χθόν' ἐπερχομένων.
Αἷμ' ἱερὸν, μῦθοι, κτεάνων σθένος, εἶδος ἀγητόν·
Βήμασι κάρτος ἄγειν Αὐσονίοισι νόμοις·
Ἀλλ' ἔμπης τόδε σοι πάντων πλέον, ἠπιόμητι,
Χεῖρα θεοῖο φέρειν τοῖς ἀτάφοις ἀνέτι.

Reverere matrem tuam, pauperum nutricem, pium sanguinem,
Et domum quæ miseris propitia esse didicit:
Reverere et meas opes, amice, quas pauperibus
Omnes offerens tradidi, studio ferendæ crucis.
Communis navigantibus portus, commune auxilium
Indigentibus, hæc distributio bonorum.
Nostra sunt bona, tuus calamus. Æquam habeamus
Pauperum alimoniæ mercedem. Rex ipse scribat.
Jam te Deus magnus pluribus insignivit
Quæ perpaucis in hac vita contigerunt:
Sanguis sacer, litteræ, possessionum copia, decora forma;
In tribunalibus præpotens, Romanarum legum peritia.
Sed tamen hoc tibi omnibus anteponendum, vir mansueti consilii,
Manum Dei prætendere mortuis insepultis.

III. *Ad Vitalianum*[*].

O pater, quem mihi Deus deum in hac vita dedit,
Non genitus genitum, et immortalis mortalem,
1018-1019 Ut hominibus decus et honorem addat;
Nam ut omnium simul genitor, ac rector præstantissimus,
Rex Christus magno consilio cœlum torquet,
Ita sane et suis filiis pater ut deus. Sed excipe
Optimum meum divinis visceribus sermonem;
Quod quidem magni etiam Dei est. Deus mortalem non spernit,
Cui mortuus est, quem secum suscitavit cuique iterum Deus veniet,
Veniet postremis diebus omnes judicaturus.

[*] Scriptum an. 375. — Alias Bill. 52, p. 120.

17 *Εὐσεβὲς αἷμα.* Int. εὐμενέστατε. *Pia soboles.*

23 *Σὴ δὲ γραφίς. Tua descriptio: nostrum est dare bona, tuum autem ea vectigali levare.*

26 *Ὀσσατίοις ὀλίγους. Quantis perpaucos in hac terra versantes ornavit.*

29 *Ἠπιόμητι.* Reg. 990 ἠπιόμητιν, *mansuetum et auxiliarem esse.*

30 *Ἀτάφοις.* Sic appellat homines diuturnis gravibusque morbis intabescentes et jam magna ex parte mortuos.

III. ARGUMENTUM. *Vitalianus ob leves quasdam causas tanto filiorum suorum odio tenebatur, ut eos nec alloqui, nec videre sustineret. Hujus animum mine filiorum placare nititur Gregorius, qui a hoc videtur condidisse post annum 374.*

1 *Θεόν.* Patrem suum honoris causa deum lant filii, quod parentes in procreando Deum que imitentur: *deum* autem *progenitum* ac lem vocant, ut eum a sempiterno Deo distin Bill.

8 *Καὶ τὸ Θεοῦ.* Quasi dicat: *Non est qu num a tua dignitate, atque auctoritate pater nobis præbere. Nam ne ipse quidem Christ verus supplices hominum preces aspernatur.*

METRICA VERSIO.

Te moveat tua sancta parens, quæ pascit egentes,
Atque domus, miseros quæ miserata juvat.
Te mens et census moveat, quem prorsus egenis,
Ut crucifer Christo jungerer, ipse dedi.
Communis nautis portus, commune juvamen
Pauperibus, queis pars cedere debet opum.
Sunt bona nostra, tua est rursum descriptio. Nobis
Sint æqua ex pastis præmia pauperibus.
Multa quidem sunt quæ divino munere clarum
Te reddant, dotes vixque tot ullus habet;
Nobilitas, formæve decor, facundia, census,
Legibus et magnum robur in Ausoniis.
Exanimes at si tu juveris inque sepultos,
Hinc decus, hinc major surget honosque tibi.

III. AD VITALIANUM, FILIORUM HOMIN.
(*Billio interprete.*)

O Pater, hic divum mihi quem regnator
Donavit, factum infectus, mortique datur
Guttura, nulla timens tenebrosæ spicula
Ut decus ipse daret mortali stirpe creatis.
Cunctorum namque ut genitor rectorque
Est Deus, immensum qui nutu temperat
Sic etiam natis pater est deus. Excipe,
Viscere divino, quæ dicam, atque aure
Namque Dei magni hoc etiam est: nec
Gentem hominum, pro qua subiit mortem
Quamque simul secum vitales traxit ad
Ad quam etiam rursum supera descendet
Pendat ut æquali mortalia facta bilance.

Digitized by Google

Τίπτε τόσον τεχέεσσι τεοῖς ἐπέβρισας ὀδόντα;
Πῶς ποινὴ κακόχαρτος ἐνήλατο σοῖσι δόμοισι;
Τίς δ' Ἐρινὺς τόσον ὄλβον ἀτάσθαλος ἐξετίναξεν;
Ἦτοι μὲν πατέρων ἀγαθῶν ἔφυς, οὐκ ὀλίγος δὲ
Αὐτὸς ἐν ἡμερίοισι, Θεῷ δέ γε πάγχυ μέμηλας,
Ὅς φιλέει φιλέοντας, ἀπεχθαίρει δὲ κακίστους.
Οὕτως μὲν τοπάροιθε Θεοῦ νόμος. Ἀλλὰ τέθηπα,
Ἰῶς σὺ θεοστυγέεσσιν ὁμοίϊα κύδε' ἀνέτλης,
Ἀμνάμενος πληγῇσιν, ὃ δὴ φάτις, αὐτὸς ἐῇσιν.
Ἄλλοις ἀπροτίοπτα βίου φύσις ἄλγε' ἀνεῦρε,
Ἣ καὶ τῇ δονέουσα βροτῶν γένος. Οὐδέ τις οἶδε,
Οἷ λήξει μέγα κῦμα πολυπλανέος βιότοιο,
Ἢ τίς νῆα μέλαιναν ἐὴν ὑποδέξεται ὅρμος.
Ἄλλον πόντος ὄλεσσεν ἀπείριτος, ἢ κλύσε χέρσῳ
Ζωὸν, ἄτερ σπείροιο καὶ εἵματος, οἰκτρὸν ἀλήτην.
Τὸν πρόσθεν πολύολβον· ὃ δ' ἤγετο, κεύθεται ἅλμῃ
Ἄλλον δηριόωντα μόθος κτάνεν, ἤ μιν ἔπεμψε
Δουριαλῇ χείρεσσιν ὕπ' ἀνδροφόνοισιν ἐλόντων.
Ἄλλον δ' αὖ βασιλῆες ἐνόσφισαν, ὥνπερ ἔχεσκον,
Αὐτῆμαρ χθαμαλόν τε καὶ ὄλβιον ἄνδρα τιθέντες·
Καί τινα λῃϊστῆρες ἀπηνέες, ἤ τινα φῶρες
Ἡματίῃ κακότητι καὶ ὀρφναίοισι δόλοισιν.
Ἄλλους δ' αὖ μελέων κατεδάσσατο δάπτρια νοῦσος.
Σοὶ δ' ὧν μὲν κατέλεξα, Θεὸς κατένευσε γαλήνην
Πάντων, καὶ νεύσειεν ἔτ' ὄμμασιν εὐμενέεσσι,
Πάντα περιφράσσων, τά τε ἔνδοθεν, ὅσσα τ' ἔασιν
Ἔκτοθεν· οὗ δέ τίς ἐστι δύῃ, καὶ κάρτος ὄπασσεν.
Ἓν δὲ τόδ' οὐ κατένευσε, τεοῖς τεκέεσιν ἀρήγειν

A 25

Cur tam sævum dentem tuis filiis allisisti?
Quomodo malis gaudens ultio in ædes tuas assiluit?
Quæ Erynnis infesta tantam felicitatem excussit?
Ex bonis certe patribus natus es, nec ipse parvo
15 In pretio es inter mortales, tuique Deus omnino curam gerit,
Qui diligit diligentes, et odio habet pessimos.
Atque hæc quidem prius Dei lex erat. Sed miror
Quomodo tu eadem, ac homines Deo invisi, mala patiaris,
Tuis ipse, ut vulgo dicitur, percussus plagis.
20 Aliis vitæ natura improvisas intulit ærumnas,
Variis modis humanum exagitans genus. Nec quisquam scit
Quorsum evadat vehemens vitæ errabundæ fluctus,
Ac nigram suam navem quis excepturus sit portus.
Alium pontus perdidit immensus, aut ejecit in terram
25 Vivum, sine frugibus, sine veste, miserum erronem,
Prius opibus florentem : quæ autem vehebat, operiuntur salo.
Alius in acie pugnans occisus, aut captivus
Abductus sub manibus homicidis eorum qui eum comprehenderunt.
Alium reges spoliaverunt his quæ possidebat,
30 Eadem die miserum et beatum virum reddentes;
Alium latrones immites, aut fures
Diurna improbitate, vel nocturnis dolis.
Aliorum membra absumpsit peredens morbus.
Ab his omnibus, quæ enumeravi, tibi Deus tranquillitatem
35 Concessit, et concedat oculis benevolis,
Omnia communiens, et quæ intus, et quæ sunt
Exterius. Ubi etiam aliqua adest calamitas, robur præbuit.
Unum autem hoc tibi non concessit, ut filios tuos protegeres

Ὁ δὴ φάτις. Reg. 990 φάσις. Figura proversuo se gladio jugulare dicitur, qui sibi macersit, et propriæ architectus est miseriæ.
Σήν. Ita legendum. Edit. ἐμήν.
Ὄλεσσεν. Sic Chig. Edit. ὄλεσεν. Mox *κλύσε*. g. 992. Edit. χλύσε.
Ὀρφναίοισι. Sic mss. et Aldus. Edit. mendose ὀρφανίοισι.

37 *Οὗ δέ τις*. Billius legit οὐ δέ τις ἐστὶ δύῃ, et vertit : *Nec mœrore gravi premeris* : verum nihil mutandum. Plana est lectio, quam confirmant mss., et oratio magis cohæret : *Sicubi infortunii aliquid ac molestiæ acciderit, animi robur tribuit.*

METRICA VERSIO.

vo quid dente petis tua pignora? Quænam
ira tuas, pater, insultavit in ædes?
i felicem sortem procul egit Erinnys?
et claros habuisti laude parentes,
ortales inter nomenque decusque
rvum est, prorsusque Deus teque ac tua [curat,
usque piis, aversaturque nocentes.
nte Dei mos hic erat. At stupor ingens
unde eadem, mentes quæ vexat iniquas,
a te cruciet, vulgi quodque ore frequenter
ipse tui sis unus vulneris auctor.
isa aliis natura incommoda mittit,
mortales agitans, nunc rursus et illuc :
ingens vitæ sit finem habitura procella,
quoque appellet mea littore puppis.
e cæruleum Stygias detrusit ad undas,

B

Aut vivum in terram ejecit, sed vestis egentem,
Ac miserum erronem, censu qui maximus ante,
Naufragio amissis opibus mersisque profundo.
Illum dura inter certamina, Martia letho
Vis dedit, aut certe captivum tradidit hosti.
Fortunis alium princeps spoliavit, eadem
Luce illum ditem efficiens, opibusque carentem :
Ac fures alium rursus, sævique latrones,
Fraudibus obscuris, media vel luce ruentes.
Denique morbus atrox quorumdam membra peremit.
At tibi nil horum, divino munere, cessit,
Quæ memorata mihi, nec posthac accidat oro,
Sed te conservet Deus interneque forisque ;
Nec mœrore gravi premeris, sed robore polles.
Unum autem hoc idem minime tibi præbuit, ut [tu
Auxiliere tuæ proli, curaque perenni

Digitized by Google

Ὡς γλήνην βλεφάροισιν ὑπ' εὐκύκλοισι φυλάσσων,
Ὡς μή τις βιότοιο περῶν πλόον ὧδ' ἀγορεύσῃ·
« Μοῦνος ἐγὼ κακότητα βίου καὶ κύδε' ἄλυξα. »
Ὦ Σαμίων ποτ' ἄναξ, σὺ Πολύκρατες, οἷον ἐμῆσω;
Δείσας εὐτυχίης δρόμον ἄσχετον, ἔμβαλες ἅλμῃ
Πόρκην, ὃν φιλέεσκες, ὅπως φθόνον ἐξαρέσαιο·
Καὶ τὸν μὲν πάλιν εἶχες, ἀτὰρ μόρον οὐχ ὑπάλυξας.
Ἡμῶν δ' οὐδὲν ἄποινον ἔχει φθόνος. Οὐ μέγα θαῦμα,
Εἴ τι δόμοις καὶ βαιὸν ἐπήχλυσεν ἡμετέροισιν.
Ἀχλὺς γὰρ τόδε γ' ἐστὶν ἐτήτυμον, ἥ τις ὀρφνη
Ἰσταμένη τεκέων τε μέσῃ καὶ πατρὸς ἀρίστου.
Τίς τάδε θρηνήσειε γόων πολυΐδρις ἀοιδός;
Πῶς μῦθον προτέροισιν ἐδώκαμεν οἷς παθέεσσι;

Μορφῆς μέν τις ἐῆς ποτ' ἐράσσατο, καὶ κατὰ πηγὴν
Πλατο, καὶ μιν ἔσοπτρον ἀπώλεσεν εἴδεος ἐσθλοῦ.
Σάρκας δ' οὔ ποθ' ἑὰς τις ἀπέστυγε. Κεῖνο δ' ἀκοντα
Ὡς μήτηρ φίλον υἷα κατέκτανε μαργοσύνῃσι·
Κτεῖνε μὲν, ὣς τινα θῆρα, τὸ δέρκετο· ὡς δ' ἐνόησε
Μύρατο οὐκέτι θῆρα, πάϊν δ' ὑπὸ χερσὶ δαμέντα
Καὶ μήτηρ τεκέεσσιν ἑοῖς ἐνὶ φάσγανον ἧκεν,
Ἀμφιχολωσαμένη λεχέων καὶ πατρὸς ἔρωτος.
Καί τινα θηρητῆρα κατ' οὔρεος, ἀντ' ἐλάφοιο
Ὠκείης, ἐδάσαντο θοαὶ κύνες, ἃς φιλέεσκε.
Μή σε, πάτερ, τούτων τιν' ἀριθμήσειεν ἀοιδὴς
Μνωόμενος πατέρων κακίης καὶ πήματ' ἀείδων
Ἐνδήμου πολέμοιο, καὶ αἵματος ἀντιβίοιο.

Tanquam pupillam sub palpebris volubilibus custodiens,
1020-1021 40 Ut ne quis vitæ peragens cursum sic loquatur :
« Solus ego vitæ mala et ærumnas effugi. »
O Samiorum quondam rex, Polycrates, quid est quod tibi in mentem venit?
Veritus perpetuum fortunæ cursum, projicis in mare
Annulum, quem diligebas, ut invidiam placares;
45 Ac illum quidem rursus habuisti, sed mortem non effugisti.
A nobis autem nullum habet livor munus quo placetur. Nec valde mirum,
Si quid caliginis domui nostræ leviter effuderit.
Id enim vere caligo est, ac tenebræ quædam,
Mediæ stantes filios inter et patrem optimum.
50 Quis hæc gemenda defleat peritus cantor?
Quomodo priscis materiam fabulæ dedimus propriis calamitatibus?
Formam quidem suam quis olim adamabat, et in fontem
Insiluit, ipsumque pulchri vultus speculum perdidit.
Suas carnes nemo unquam odio habuit. Istud autem audivi,
55 Quod mulier dilectum filium occiderit, insanie correpta;
Occidit quidem, ut feram aliquam, eum quem videbat; ubi vero errorem agnovit
Non jam feram deflevit, sed filium suis manibus oppressum.
Suis etiam filiis mater ensem infixit,
Irata ob cubile et amorem patris.
60 Venatorem quemdam in monte pro cerva
Veloci, celeres canes, quos amabat, discerpserunt.
Ne te, pater, hos inter homines numeret cantor,
Dum vitia patrum recenset, et calamitates canit
Domestici belli, et sanguinis in sanguinem armati.

43 *Δείσας*. Bill. legit δήσας, et vertit *sistere cursum.*

46 *Ἄποινον*. Hesych. δῶρον, λύτρον. Juxta Billium, φθόνος hic accipi debet pro φθονερὸς δαίμων, et sensus est : Polycrates ille Samiorum tyrannus olim placare invidiam studuit; nec tamen ignominiosæ mortis periculum effugit. Non est itaque mirandum, nos quoque, qui nullo munere invidiam placare studuimus, ipsius spiculam sensisse. Vide supra lib. II, sect. I, carm. XXXIV, vers. 193, etc.

51 *Πῶς μῦθον*, etc. Ac veluti dicat : *Res lacrymis digna, commissum esse a nobis ut veteres poetæ fabularum involucris veram nostram calamitatem tanto ante decantarerint.*

52 *Μορφῆς μέν τις*. Narcissum intel cum formæ suæ elegantiam in purissimo f spexisset, confestim sui ipsius amore ex sereque periit.

58 *Μήτηρ*, etc. Hæc est Medea, quæ, nem maritum novis amoribus animum perspexisset, ut injuriam suam ulcisc audita crudelitate communes liberos fertur.

60 *Καί τινα θηρητῆρα*. Actæon ille quem sui canes pro cerva discerpsere *tam.* III.

METRICA VERSIO.

Hanc serves : oculi ut servatur pupula chara :
Ne quisquam, instabiles vitæ dum trajicit undas,
Jactitet : « Unus ego vitæ adversa omnia fugi. »
O Samiæ quondam gentis qui sceptra tenebas,
Quam prudens tibi consilium, dum sistere cur- [sum
Niteris optatæ sortis nimiumque secundæ :
In mare nam medium, placidus tibi livor ut esset,
Annulus est jactus, pretio tibi carior omni;
Atque illo mira ipse quidem ratione potitus
Rursus es : at non fugisti miserabile fatum.
Sed nihil a nobis, quo sit minor impetus ejus,
Livor habet. Non mirum igitur si nonnihil atræ
Offudit nostris domibus caliginis ille.
Caligo est etenim hoc vere, tenebræque profundæ,
Inter progeniem fusæ eximiumque parentem.
Quis satis hæc deflere queat? Cui tanta facultas
Suppetit, ut possit lacrymas æquare dolori,

B Quod data sit priscis per casus fabula
Quidam olim formæ ipse suæ correp.u
In fontem insiliit, pulchrique ex oris i
Exitium traxit speculo, mortemque p
Nemo suas ante carnes exhorruit unq
At proprium quædam, sic narrant, f
Sustulit, emota sibi dum spectare vid
Mente feram, sævumque in apro defi
Reddita post autem menti, natumqu
Conspiciens, gremium lacrymis imple
Altera natorum demisit in ilia ferrum
A patre jura dolens tædæ prostrata ju
Denique venator quidam sub imagine
Præda fuit canibus, nimium quos l
Hos inter ne te numeret, qui tristia
Carmina, dum labes memorat, dum c
Atque intestini clades certaminis, et
Sanguinis est inter socios, in carmi

Digitized by Google

65 Αἰζομ' ἐγώ. Κακίη μὲν ἐμὴ, κακίη δέ τε πατρὸς, A Πέτρος ἐγὼ, Φωκᾶς δὲ κάσις, Χριστοῖο μαθητῶν
ατρὸς δ' εἰσέτι μᾶλλον, ἐπεὶ καὶ φέρτερός ἐστιν 80 Κλήσιες. Αὐτὰρ ἔπειτα χόλος, καὶ πάντα λέλαστται.
ιμφότερον πολιῇ τε καὶ ἤθεσι κυδαλίμοισιν· Τίς, πάτερ, ὡς σὺ, φέριστε, τόσον τεκέεσσιν ἐοῖσιν
τοι μὴ κακίη γε, δυσωνυμίη δ' ἀλεγεινὴ, Ἤπιος ἀρτιγόνοισιν, ἀεξομένοισι δ' ἀπηνής;
τε καὶ ἐσθλὸν ἐόντα χαμαὶ βάλε πολλάκι φῶτα. Εἰ μὲν δὴ θέμις ἠὲ Θεῷ βροτὸν ἀντιφερίζειν,
Πολλοὶ μὲν γὰρ ἴσασιν ἀληθέα, οὐκ ὀλίγοι δὲ Ἦ παῖδας τοκέεσσι, τάχ' ἂν τινα μῦθον ἀνεῦρον
ξαν ἐποπτεύουσι, τό σε φράζεσθαι ἄνωγα. 85 Ἡμετέροις παθέεσσιν ἀρηγόνα· νῦν δὲ τόδ' οἷον
εἰ γὰρ ἅπαντ' ἐθέλω πάντων κρατέειν γενετῆρα, Ῥῆξομεν ἡμετέρων στομάτων ἔπος. Εἴτε κάκιστοι,
εἰ μάλα χωόμενός περ, ἐπεὶ φύσις ὧδε κελεύει, Σοὶ, πάτερ, εἴτ' ἀγαθοί· τοῦ σπέρματος ὁ στάχυς ἔστω.
εἰ κλέος ἐσθλὸν ἔχοντα μετ' ἀνδράσιν, ὕψι φέρεσθαι. Σὸν κλέος οὗτος, ἔγωγε, μακάρτατε, σὸν δέ τ' ὄνειδος,
Πῶς σε, πάτερ, ξείνῳ τις ἐνηέα φῶτα δοκήσει, Ἦ καλὸς, ἠὲ κάκιστος ἐών. Τόδε πᾶσι πέφανται,
σσάτιον τεκέεσσι χολούμενον, οὓς ἐφύτευσας, 90 Στέργειν ἐσθλὸν ἐόντα, κακῷ δ' ὑπὸ χεῖρα ἐρείδειν.
ς ἦρω ποτ' Ἄνακτι τεοῖς ἐπὶ γούνασι θεῖναι, Οὐδὲ γὰρ ἀρτεμέουσι τὰ φάρμακα, τοῖς δ' ὑπὸ νούσου
ἰ κλεινῇσι γέρηρας ἐπωνυμίῃσι φανέντας; Τειρομένοις ἐπάγουσιν ἀκέστορες. Οὐδέ τις ὄρνιν

65 Vereor ego. Culpa mea est, patris etiam culpa,
Imo major est patris, quippe qui præstantior sit,
Et canitie et moribus gravissimis,
Aut si culpa non est, dedecus certe est luctuosum,
Quod quidem et probum virum sæpe humi stravit.
70 Multi quidem vera noverunt; at non pauci
Famam respiciunt, quod quidem velim, consideres.
Etsi enim valde doleo, tamen, ut meus genitor omnium omnino
Præstantissimus sit, peropto (id enim natura præscribit),
Ac eximia gloria florens inter viros inclytos in cœlum efferatur.
75 Quis te, pater, erga extraneos lenem existimet
Tantopere irascentem filiis quos genuisti,
1022-1023 Quos, ut genibus imponeres, a Deo postulabas,
Et in lucem editos gloriosis decorasti appellationibus?
Petrus ego, Phocas meus frater, Christi discipulorum
80 Nomina. Verum deinde ira, et omnia oblivioni tradita.
Quis, pater, ut tu, præstantissime, ita in filios suos
Recens genitos benignus, et in adultos crudelis exstitit?
Si fas esset aut cum Deo mortalem contendere,
Aut cum parentibus filios, forte aliquem sermonem reperirem,
85 Nostris calamitatibus adjutorem: sed nunc unum hoc
Ex ore nostro verbum erumpet. Sive mali,
Tui sumus, pater, sive boni: seminis esto spica.
Decus tuum ego et frater sumus, o beatissime, tuumque dedecus,
Prout boni vel mali sumus. Hæc autem regula omnibus manifesta,
90 Probum diligere, malum autem manu fulcire.
Non enim integris remedia, sed his qui morbo
Premuntur, adhibent medici. Nec quisquam avem

Αἰζομ'. Reg. 990 Αἴδομ'.
Εἴ τοι. Sic Reg. 990. Edit. εἴ τι.
Πέτρος ἐγώ, etc. Reg. 990 Φωκᾶς ἐγώ. Ge-
Phocas inclytos martyres norunt Græci, al-
Synope in Ponto episcopum, alterum horti-
Eo tantum nomine discipulos Christi
ire licet, quod ambo sanguinem suum pro
fuderint.

85 *Ἡμετέροις*. Ita Reg. 990. Mendose edit. Par. ἡμετέρης.
87 *Σπέρματος ὁ στάχυς ἔστω*. Nempe, semini æquum est spicam ascribere. Adeoque spica, si bona est, in gloriam patris, si autem mala, in dedecus redundat.
90 *Χεῖρα*. Reg. 990 χεῖρας.

METRICA VERSIO.

uidem vereor. Culpa est mea, culpa parentis B Quisnam more tuo, teneræ cum prolis amore
ei, majorque etiam graviorque parentis, Flagrarit, post ipse fuit tam sævus adultis?
exsuperat quanto me albaque senecta; Si vel mortalem supero cum rege liceret,
ulpa patris non est, infamia certe est, Cum patre vel sobolem adversis contendere ver-
rsæpe probos etiam dejecit ad ima. [bis,
enim ut multi norunt, ita magna vicissim Suppeteret fortasse aliquid, quod dicere nossem,
minum famam spectat. Quod pectore, quæso, Casibus et nostris gravibus prætexere. Nunc ast
pater. Nam te cunctos præcellere laude Unum illud tantum mœsto promemus ab ore:
in rebus cupio, licet ardeat ira Sive boni simus, genitor, seu crimine fœdi,
(naturæ nam lex hoc fertque jubetque), Nos tua progenies; sit seminis edita spica.
minum fama celebrem super æthera ferri. Sive malus, sive ipse siem sine crimine vitæ,
te placidum externis facilemque putabit, Laus tua sum, rursumque tuum, pater optime,
in sobolem qui tantas concipis iras, [probrum.
ndam a Domino votis precibusque petebas, At decet (et nemo est hominum qui nesciat istud),
ira datæ posuisti nomina luci? Ut virtute graves adamare, ita moribus ægros
o, Phocas frater, quæ discipulorum Supposita fulcire manu. Nam pharmaca demum
unt Christi; verum furor igneus ortus Iis adhibere solent medici, queis corpora morbo
thæis confestim mersit in undis. Fracta jacent, non qui sani recteque valentes.

Digitized by Google

Ἐζόμενον κλαδεῶνι, καὶ ἠέρι ταρσὸν ἱέντα,
Ἧς δ' ἀπὸ τῆλε πεσόντα φίλης ἐλέηρε καλιῆς,
Ἢ γναμπτοῖς ὀνύχεσσι πεπαρμένον ὠμοβόροιο
Ἴρηκος, καὶ στυγνὸν ὑποτρύζοντα πόδεσσι.
Σὴ χάρις ὄντα κάκιστον ἑοῖς σπλάγχνοισι γεραίρειν·
Εἰ δ' ἀγαθὸν, τοῦ πατρὸς ἐμοὶ νόμος. Οἱ γὰρ ἄριστοι
Καὶ ξείνοις τελέθουσι προσηνέες. Οὐδὲ Θεοῖο
Ἧδε χάρις τὸν ἄριστον ἔχειν πέλας, ἀλλὰ κακίστῳ
Εὐμενέειν, καὶ χερσὶν ἀπὸ χθονὸς ὑψόσ' ἀείρειν.
Οὐδὲ γὰρ ἀπτώτοισι θάνεν Θεὸς, εὖτ' ἐπὶ γαῖαν
Ἦλυθε, καὶ θεότητι ἑὸν βροτὸν ἀμφὶς ἔπηξεν.
Ἀλλὰ χαμαιπετέεσσι, καὶ οἳ θάνον ἐξ Ἀδάμοιο.
Οὐκ ἀΐεις υἱῆα νεώτερον, ὡς ἀπὸ πατρὸς
Πλάγχθη, μαλοσύνῃσι πατρώϊα πάντα λαφύξας,
Καί μιν λιμὸς ἔτειρεν ἀλήμονα; Ὡς δ' ἐπὶ δῖπα
Πατρὸς ἑοῦ παλίνορσος ἔβη, καὶ γούνασι κάμψε,
Αἶψα πατὴρ ἐλέηρε κακὸν πάϊν, αὐχένι χεῖρας
Πλέξατο, δάκρυα χεῦε, καὶ εἱλαπίνῃσι γέρηρε
Καὶ ποιμὴν ὅλων τις, ἰῆς ἀπομουνωθείσης,
Ἔσθλὸς, λεῖψεν ἅπαντα, μετ' ἴχνια δ' ἤλυθε κείνης
Ἦν δέ μιν ἢ κατὰ πρῶνας ἀπόπροθεν, ἢ καθ' ὕλας
Πλαζομένην εὕρῃσιν, ἑοῖς ὤμοισιν ἀείρας,
Καγχαλόων δεκάδεσσιν ἐνηρίθμησε φίλῃσι.
Τοῖος ἐμοῦ Χριστοῖο μέγας νόμος, ὃς χθαμαλοῖσι
Εὐμενέει πάντεσσιν, ὑπερφιάλους ἀθερίζων.
Πολλάκις ἐξαγόρευσις ἁμαρτάδος ἀνδρὸς ἐτώσης
Μούνη, καὶ δακρύοισιν ἀπέκλυσε πήματα πικρὰ
Καὶ ψυχὴν ἐκάθηρε μελαινομένην κακίῃσι.

Ramo insidentem, aut aeri pennas immittentem,
Sed procul a dulci nido lapsam miseratur,
Aut curvis unguibus transfixam crudelis
Accipitris, et sub ejus pedibus tristes questus edentem.
Tua gratia est, si malus sim, tuis me visceribus fovere;
Quod si bonus, mecum facit lex paterna. Optimi enim
Etiam in extraneos benigni sunt. Nec Dei
Hæc gratia est, bonum sibi asciscere, sed pessimo
Propitium esse, eumque manibus e terra in altum tollere.
Neque enim propter insontes mortuus est Deus, quando in terram
Venit, et divinitati suæ mortalem naturam conjunxit,
Sed propter humi abjectos, et ex Adamo mortuos.
At non audisti de juniore filio, quomodo procul a patre
Aberraverit, patrimonio omni per luxuriam absumpto,
Eumque fames errabundum oppresserit? At ubi in ædes
Paternas redux ingressus est, ac genua flexit,
Statim pater miseratus est malum filium, collo manus
Implicuit, lacrymas fudit, eumque convivio excepit.
Et bonus pastor quis ovium, si una sola aberraverit,
Cæteras omnes relinquit, et illius vestigia insequitur;
1024 1025 Si autem illam per cacumina montium longius, aut in sylvis
Errantem repererit, suis humeris tollens,
Lætabundus centum charis ovibus annumerat.
Talis Christi mei magna lex, qui humilibus
Propitius est omnibus, arrogantes despiciens.
Sæpe sola confessio peccati virum servavit,
Et amaris lacrymis noxas abstersit,
Et animam malitia denigratam mundavit.

98 *Οἱ γὰρ ἄριστοι.* Combefisius legit ἢ γὰρ ἀρίστοις καὶ ξείνοι, nec dubitat quin ita scripserit Gregorius: *Sane optimis etiam extranei solent esse benigni; potiori ratione parentes.*

102 *Ἀπτώτοισι. Insontes*, vel *eos qui lapsi non fuerunt.*

106 *Λαφύξας.* Sic legendum. Edit. male λαφύξαις.

108 *Καὶ γούνασι κάμψε Ac genibus se advolvit.*

115 *Καγχαλόων.* Sic Reg. 990. Edit. καγχαλόωσι.

119 *Πήματα.* Sic Reg. 990, vel πτώματα. Sic edit. πύματα.

METRICA VERSIO.

Nec volucrem quisquam vernanti in fronde seden- [tem,
Aut quæ præpetibus liquidum ferit æthera pennis,
Mœret, sed nido præceps quæ corruit alto,
Unguibus accipitris vel quæ transfixa cruentis
Ingemit, et tristes emittit pectore questus.
Tum tibi laus dabitur, tuaque in me gratia sese
Prodet, si vitiis atro tua viscera pandas.
Nam mihi si pandas veræ probitatis amanti,
Hoc facis, o genitor, quod jura paterna requirunt.
Namque probi externis etiam nec sanguine junctis
Esse solent blandi ac faciles; nec gratia summi
Numinis hac in re posita est, ut rite colentem
Munera justitiæ nexu sibi copulet arcto,
Sed magis ut facilem se det placidumque colenti,
Hunc que solo manibus trahat in sublime jacentem.
Non etenim insontes propter Deus occidit, ad nos
Cum venit, junxitque meæ sua numina carni:
Sed propter sontes, et quos damnosa parentis

Culpa Adami leto dederat Stygiæque paludi.
Non audis, minor ut natu, genitore relicto,
Filius, in longe positas abscesserit oras,
In luxumque opibus patriis ac scorta profusis
Dira fames miseri vacuos distorserit artus?
At simul ut patrias humilis remeavit ad aedes,
Ac genua inflexit supplex, pater illico pronus
In veniam, natum manibus complectitur amens,
Et fundit lacrymas, epulumque instaurat opimum.
Ac bonus opilio, simul ac pecus una vagatum
A grege, deserto mox illam quærit ovili;
Quam si per montes, nemorumque per avia late
Palantem inveniat, sublatam pectore læto
Fert humeris reliquisque ovibus superadjicit.
Hæc Christi lex sancta mei est, qui turgida fastu
Despicit, ac pronos animos humilesque tuetur.
Sæpe gravis noxæ confessio sola salutem
Attulit, et lacrymæ scelus abstersere caloris
Candoremque prius vitiis mens atra recepit.

Digitized by Google

Ἑπτάκι πολλάκι τόσσον Ἄναξ μειλίσσετ' ἀλιτροῖς,
Ὡς λογίων ἐπάκουσα Θεοῦ, καὶ Πνεῦμ' ἐδίδαξε.
Τίς Μανασῆ βασιλῆος ἐν ἀνθρώποισι χερείων ;
Μῆτερ ἐμή, σὺ δ' ἔμοιγε καὶ ἐννυχίοισιν ὀνείροις
Πατρὶ παρισταμένη, λιταῖς χόλον ἐγκεράουσα,
Μνωομένη λεχέων τε ὁμοζυγίης τ' ἐρατεινῆς,
Λίσσεο σοῖς τεκέεσσι τεὸν πόσιν ἵλαον εἶναι.
Καὶ μολπῆς κόρος ἐστὶ, καὶ ἀργαλέου πολέμοιο.
Εἰ μὲν δὴ πεπίθοιμι, κακῶν ἅλις· εἰ δ' ἀπιθήσαις,
Καὶ τεκέων Θεός ἐστιν· ἀλησόμεθ' ὡς τοπάροιθεν.
Σὸν κλέος, εἴτε λιποίμεθ' ἀκηδέες, εἴτε θάνοιμεν·
Δάκρυα πατρὸς ἔχοιμεν ἐς ὕστερον εὐμενέοντος.

Δ'. Παρὰ Νικοβούλου πρὸς τὸν πατέρα.

Ὦ πάτερ, εἴ μ' ἔφυσας, βαιὴ χάρις· ἦ γὰρ ἁπάντων
Εἷς νόμος οὗτος ἄνωθεν, ὁμῶς μερόπων ἀλόγων τε,
Κάμπτεσθαι φιλότητι, λόγου δ' ἰότητι σοφοῖο,
Τικτομένους, τίκτοντας ἐφημέριον βίον ἕλκειν,
Καὶ ζώειν φθινύθοντας ἐπ' ἀσταχύεσσιν ἐοῖσιν.
Ἀλλ' ἔθρεψας ἔπειτα· βοῶν δέ τε καὶ κρατεροῖσιν
Οὔθαθ' ὑποσκαίροντες ἀνακρούουσι καρήνοις
Μόσχοι· ταὶ δὲ φέρουσι μόγον γλυκερῆς ὑπ' ἀνάγκης
Ὄρνις δ' ἄπτερα τέκνα, φίλης καθύπερθε καλιῆς,
Ἀμφιπεριτρύζει, καὶ τείρεται ἔνθα καὶ ἔνθα
Μάστακ' ἀλητεύουσα, τροφὸς κενεὴ καὶ ἄπαστος.
Φίλτρῳ γὰρ συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε,
Μησαμένη τοκέων τόδε φάρμακον, ὥς κε βαρείας

Poscimus. Da dexteram et benignum aspectum.
Mater mea, tu quoque mihi et in nocturnis somniis
Patri astans, precibus iram admiscens,
In memoriam revocans thalamum et conjugium amabile,
Obsecra maritum tuum, ut filiis suis benignus sit.
Et cantus fastidium subit, et feri belli.
Si igitur tibi persuadeam, malorum jam satis est: sin autem es inexorabilis,
Et filiorum Deus est; errabimus ut antea.
Hæc tua erit gloria, sive relinquamur abjecti, sive moriamur;
Lacrymas parentis benevoli habeamus tandem (mortui).

IV. *Nicobuli filii ad patrem.*

Quod me genuisti, pater, leve hoc beneficium; omnium enim
Una lex est ab initio, hominum pariter et brutorum,
Ut amore inflectantur, ac sapientis rationis consilio,
Geniti gignentesque brevem hanc vitam propagent,
Ac mortui in suis spicis vivant.
Sed me aluisti postea; at boum etiam ubera
Fortibus capitibus subsilientes premunt
Vituli; illæ autem laborem ferunt dulci necessitate.
Avis circum implumes pullos, supra amabilem nidum,
Stridorem edit, et huc atque illuc lassatur
Victum quæritans, vacua nutrix et jejuna.
Amore enim natura genitores et genitos colligavit,
Atque hoc remedium excogitavit genitoribus, ut graves

* Scriptum an. 383. — Alias Bill. 50, p. 112.

343 *Εὐμενέουσαν*. Sic Reg. 999. Edit. εὐμενέουσιν.

348 *Καὶ μολπῆς κόρος*. Alludit Gregorius ad Homerum apud quem sæpe recurrit ista loquendi ratio.

IV. ARGUMENTUM. *Nicobulus pater, ad quem sub filii Nicobuli persona, carmen hoc condidit Gregorius, vir clarus erat, atque apud Imperatorem gratia et auctoritate florens, qui Alypianam Gregorii nostri neptem duxerat uxorem, ex eaque Nicobulum susceperat. Ille in hoc carmine obtinere a patre suo conatur, doctrinæ cupiditate flagrans, ut in celebrem quamdam academiam mittatur, quo litterarum studiis commodius operam impendere, ac disciplinarum orbem felicius obire atque absolvere possit, quod quidem a patre suo Nicobulus filius est consecutus. Circa annum 383 hoc carmen est conditum.*

3 Λόγου δ' ἰότητι σοφοῖο. Reg. 991, sup. lin. τῇ βουλῇ τοῦ θείου Λόγου, *divini Verbi consilio*.

5 *Καὶ ζώειν φθινύθοντας*. Quemadmodum semen terræ mandatum mortuumque in exoriente spica revirescit, ita homines per liberorum procreationem quodam modo vitam suam propagant, et mortui vivunt.

13 *Μησαμένη*. Reg. 991 sup. lin. βουλευσαμένη.

METRICA VERSIO.

Expetimus. Dextram præbe vultusque benignos.
Tu quoque tu patris, genitrix mea chara, sopore
Dum sua membra fovet, te, deprecor, objice menti,
Ac precibus miscens iram, memoransque cubile
Jucundum et tædæ consortia læta jugalis,
Flecte virum votis, ac proli redde benignum.
Et cantus subeunt, et sævi tædia belli.
Si meus, o genitor, movit tua pectora sermo,
Jam satis est quod jam tulimus, nimiumque dolo-
[ris.
An rigidus maneas surdusque ad carmina nostra
Natorum Deus est etiam, nec deserit illos.
Nos varias miseri, velut ante, vagabimur oras.
Aut nostri curam abjicias, seu finiat ævi
Ars spatium nostri, genitor, tua fama laborat.
Da saltem nobis placidus post funera, tristes
Hinc oculis lacrymas ob raptos projice natos.

B

IV. NICOBULI FILII AD PATREM.
(*Billio interprete.*)

Quod tua progenies ego sim, pater optime, parvum
Munus id esse reor. Non brutis omnibus hic mos
Atque hominum generi, flagrare libidinis æstu?
Consilioque Dei vitam capiuntque vicissim
Dantque aliis, tandemque ipsi post ultima fata,
Semen ut in spica, redivivo flore virescunt.
Ast etiam me post aluit tua cura? Quid autem
Hoc iterum magni? Vituli quoque plena parentis
Ubera fronte premunt, atque hunc perferre laborem
Vis adigit, dulcis tamen hæc jucundaque matri.
Stridula quin etiam prætervolat undique pullos
Implumes volucris, seque hic illicque fatigat,
Pabula dum proli nutrix impasta requirit.
Namque patres prolemque sagax devinxit amore
Natura eximio, patribus commenta medelam,

Digitized by Google

Κουφοτάτοισι πόθοισιν ἐλαφρίζωσιν ἀνίας.
Τοὔνεκα καὶ δριμεῖα νέῃ περὶ πόρτακι μήτηρ.
Ὡς δὲ κύων σκυλάκεσσι νέοις, καὶ πτηνὰ νεοσσοῖς
Δῆριν ἄγει· στικτὴ δὲ διέσσυται ἀγριόθυμος
Πάρδαλις ἐκ ξυλόχοιο, συῶν δέ τε μαίνεται ἀλκὴ,
Χαίτη δενδρήεσσα, κόρης σέλας, ἀτμὸς ὀδόντων
Θηγομένων καναχηδὰ, γένυς δέ τε βάλλεται ἀφρῷ,
Ἰεμένων τεκέεσσιν ἀμυνέμεν, ἢ δαμῆναι·
Οἶστρος γὰρ τόδ' ἔπεισεν ἀδιδάκτοισι νόμοισι.
Σφῆκες δ' αὖ πέτρῃσιν ἐνήμενοι, ἦν τιν' ἴδωνται
Πλησίον, οὐδὲ φέροντα κακὸν τεκέεσσι νεογνοῖς,
Πετρόθεν ἐκχυμένοι, στρατὸς ἀθρόος, ἀμφὶ πρόσ-
[ωπα
Βομβεῦσιν, κέντροις δὲ πικροῖς βάλλουσιν ὁδίτην.
Ἔστι καὶ ἐν βυθίοισι πόθου νόμος, εἰ ἐτεόν γε
Δελφὶς, εἰναλίων βασιλεύτατος, ἦν τιν' ἴδηται
Θῆρ' ἀλὸς ἠπεδανοῖσιν ἐπιπλώοντα τέκεσσιν,
Ἦν γένυν ἁπλώσας, εἶσω γόνον αὖθις ἑέκτο,
Λάπτων ὥς τιν' ἐδητὺν, ὅπως μὴ θηρσὶ γένηται·
Οὐδ' ὅγε πρὶν κευθμῶνος ἀνέπτυσε φόρτον ἁπάσης,
Πρὶν θηρὸς κρατεροῖο φυγεῖν στονόεσσαν ἀπειλήν·
Τῖμος δ' ἐκ λαγόνων ὠδῖνα ἠρεύξατο κούρην.
Τῷ μή μοι γένεσιν προφέρειν, καὶ τυτθὸν ἰδοῦσι,
Ἦν σύ γε καὶ δμώεσσι τεοῖς καὶ βουσὶν ἀρίζων·
Ἀλλά τι τῶνδε περισσὸν ἔχειν χατέω, πανάμωμε·
Ὡς βροτὸς, ὡς ἀγαθοῖο πατρὸς πάϊς. Ἀλλ' ἐπίσκοπ
Εἴ τινα καὶ δακέθυμον ἐρῶ λόγον, οὐδ' ἐπικεύσω.
Οὐκ ἐθέλοντα τέκες με, τεκὼν δ' ἔθρεψας ἀνάγκῃ·
Ἦν δὲ τεκὼν μεθέῃς με, βοτὸν τέκες ἀντὶ βροτοῖο·
Οὐ χρυσὸν ποθέω, οὐδ' ἄργυρον, οὐδὲ τὰ σηρῶν

Suavissimis desideriis allevent sollicitudines.
Hinc et ferox pro tenera juvenca mater,
Ut et canis pro teneris catellis, et aves pro pullis,
Prælium cient : hinc et compuncta erumpit rabida
Pardalis ex silva, et robur aprorum furit,
Setæ eriguntur instar arboris, ex oculis scintillæ, vapor ex dentibus,
Qui cum stridore exacuuntur, et genæ spuma obruuntur,
Dum natis auxiliari volunt aut perire :
Id enim stimulus persuasit legibus quæ non discuntur.
Vespæ petris insidentes, si quem prope viderint,
Etiamsi malum teneræ proli non ferat,
E petris effusæ, ut confertus exercitus, circa vultum
Bombos edunt, acerbisque aculeis feriunt viatorem.
Viget et in piscibus amoris lex, si vere
Delphinus, piscium rex, ubi viderit aliquam
Maris belluam imbecillæ suæ adnatantem soboli,
Suas genas expandit, ac intro prolem iterum suscipit,
Absorbens illam ut cibum, ne cibus sit belluis :
Nec prius e latibulo regerit onus incredibile,
Quam fortis belluæ tristes minas effugerit;
Tunc vero e visceribus teneram evomit prolem.
Nec igitur mihi generationem objicias et exiguam alimoniam,
Quam tu tuis etiam famulis et bobus largiris.
Verum aliquid hisce præstantius habere cupio, pater optime,
Ut homo, ut boni parentis filius. Verum ignosce
Si quem et molestum proferam sermonem, neque celavero.
Non me volentem genuisti, genitum autem necessario aluisti :
Quod si genitum me dimittis, vile animal pro homine genuisti.
Non aurum desidero, nec argentum, nec serica

1038-1039

14 *Ἐλαφρίζωσιν*. Sic Reg. 991. Edit. ἐλαφρίζουσιν.

18 *Ξυλόχοιο*. Reg. 991 ἀνίστατατ.

27 *Βυθίοισι*. Ita Chig., quæ lectio melior quoad sensum et metrum. Edit. βυθοῖσι. Reg. 991 sup. lin. ἐν θαλάσσῃ, *est in mari*, etc.

28 *Δελφίς*. Mira de delphino Plinius et Aristoteles commemorant : de eo tamen, quod Greg scribit, verbum non faciunt.

39 *Δακέθυμον*. *Mordacem sermonem.*

40 *Ἐθέλοντα*. Combefisius legit ἐθέλοντ *me volens* : favent duo Regii.

41 *Βοτόν*. Sic duo Regg. et Reg. 991. In lin. βόσκημα. Edit. βροτόν.

METRICA VERSIO.

Scilicet ut curas amor hic levet atque labores.
Unde etiam mater furibundas concipit iras
Ob vitulos, avis ob pullos, canis obque catellos
Aspera bella gerit, rabidoque incensa furore
Pardalis e saltu erumpit; ruit impete cæco
Sævus aper; micat ex oculis vis ignea, setæ
Horrescunt, seque exacuunt cum murmure dentes,
Maximus unde vapor manat, spumaque cadente
Turpatur gena, dum sobolem defendere gestit,
Aut amat hostili pugnans occumbere ferro.
Perdocet hæc phitri nullum lex nacta magistrum.
Quid referam vespas, quæ si quem accedere petris,
In quibus est ipsis sedes, videre, repente,
Nil licet ille mali vespis inferre tenellis
Cogitet, exsiliunt, ingens exercitus, atque
Horribiles bombos edunt, miserumque cruentant.

Quin etiam, si vera ferunt, in piscibus ip
Lex viget hæc. Delphinus enim, rex æquore
In sobolem si quos immani corpore pisces
Conspiciat ferri, sua pignora protinus ipse
Devorat, ac pulso mox egerit illa periclo.
Ortum igitur jam parce mihi proferre cibum
O genitor, quem tu famulis pecorique min
Amplius his aliquid, mortali sanguine cre
Ut qui sim, satus atque bono genitore, re
Da veniam si quid mordacius eloquar : i
Chare parens, vitæ donasti luce volentem.
Post autem educto lacrymosæ ad lumina vi
Legibus impulsus naturæ, alimenta dedisti.
Quod si me genitum linquas, erit, o pater,
Mortalis pro mortali productus in ævum.
Non aurum argentumque peto, non serica

Digitized by Google

Νήματα, καὶ λιθάκεσσι μεμιγμένας ἔνδοθεν αὐγὰς,
Θύ γαῖαν πολύμετρον ὁμοῖα κυμαίνουσαν
Αἰγύπτου πεδίοισιν ἀγάσταχυν, οὐ θεραπόντων
Πληθὺν, τετραπόδων τε. Γάμος δ' ἄλλοισι μεμῆλοι
Ὑψηλὸς, δέσποιναν ἄγων, τιμώμενον ἄχθος·
Καὶ θρόνος, ὃς παύρους πατέων, πλεόνεσσι πατεῖται,
Πολλάκι χειροτέροισι, τὸ καὶ πλέον ἦτορ ὀρίνει.
Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισι τύφος, χθαμαλοὶ δέ τε πάντες,
Ἔμπεδον οὐδὲν ἔχοντες ἐς αὔριον, ἀλλοτρίοισι
Τερπνοῖς φυσιόωντες ἀφιπταμένοισι τάχιστα.
Ἐρρέτω, ὅσσα φέρει πικρὴ βιότοιο θύελλα
Τῇ καὶ τῇ δονέουσα κόνιν πάντεσσιν ἄπιστον.
Ταῦτα γὰρ ἠπεδαναῖς μὲν ἔτι φρεσὶν ἔδρακον ἔμπης,

Καὶ πινυτῶν ἐσάκουσα· χρόνος δέ τι καὶ πλέον οἴσει,
Ὃν πάντες ἐνέπουσι διδάσκαλον ἡμερίοισιν.
Ὦ πάτερ, ἓν ποθέω, μύθων κράτος, ἀντί νυ πάντων.
Καλὸν μὲν ῥήτρης πυρόεν μένος, ἔν τ' ἀγορῇσιν,
Ἐν τε δικασπολίῃσι, καὶ εὐφήμοισι λόγοισιν.
Καλὸν δ' ἱστορίης φρὴν ἔμπλεος· ἱστορίη γὰρ
Συμφερτὴ σοφίη, πολλῶν νόος· οὐκ ὀλίγον δὲ
Γραμματικὴ ξύνουσα λόγον, καὶ βάρβαρον ἠχὴν,
Ἑλλάδος εὐγενέος γλώσσης ἐπίκουρος ἀρίστη·
Καὶ λογικῆς τέχνης τὰ παλαίσματα, οἷς ὕπ' ἀληθὲς
Κρύπτεται, ὃ τριφθεὶς δὲ λόγος περίφαντον ἔθηκεν·
Ὅσσοις τ' ἦθεα κεδνὰ διαπλάσσουσιν ἄριστοι,
Ὡς τυρὸν πλεκτοῖσιν ἐειδόμενον ταλάροισιν·

Fila, et lapidibus immistos intus splendores,
Non terram late patentem instar camporum Ægypti
Æstuantem, inundatam, fertilem, non famulorum
Multitudinem et quadrupedum. Matrimonium aliis curæ sit
Splendidum, dominam adducens, onus pretiosum :
Atque tribunal, quod paucos calcans, a pluribus calcatur,
Iisque sæpe deterioribus, id quod etiam magis stomachum movet.
Alii aliis rebus insolescunt, sed viles et abjecti omnes,
Nihil stabile habentes in crastinum, alienis
Oblectamentis superbientes cito avolantibus.
1040-1041 Valeant quæcunque affert acerba vitæ procella,
Huc et illuc agitans cinerem omnibus infidum.
Hæc enim tenera quidem adhuc mente perspiciebam tamen,
Et ex viris prudentibus audiebam ; plura etiam ætas afferet,
Quam omnes mortalium magistram esse dicunt.
O pater, unum pro omnibus desidero, doctrinæ præstantiam.
Præclara rhetoricæ vis iguea, tum in concionibus,
Tum in judiciis et præconiis.
Præclara etiam res est historiis mens referta, est enim historia
Conferta quædam sapientia, mensque multiplex. Nec spernenda
Grammatica, quæ sermonem et barbarum sonum expolit,
Nobilis Græcorum linguæ optima adjutrix.
Pulchra etiam artis logicæ certamina, sub quibus primum veritas
Delitescit, quam trita deinde disputatio in lucem profert.
Præclara etiam ea quibus bonos mores viri optimi fingunt,
Velut caseum textili calatho figuratum ;

44 *Ὁμοῖα κυμαίνουσαν. Quæ camporum Ægypti fecunditatem adæquet.*

47 *Τιμώμενον ἄχθος*. Sic conjugem appellat, quæ quamvis in pretio et honore sit, tamen revera marito pondus est. BILL.

48 *Παύρους πατέων*. Hoc de iis intelligendum, quorum virtus illustrissimas quasque dignitates promeretur, quique sedes, in quibus collocati sunt, pulcherrime implent. Nam ab impiis et sceleratis, ut Plinius loquitur, calcatur, hoc est, ignominia et dedecore afficitur. Possis etiam intelligere de iis qui imperium assecuti, eo abutuntur, vitamque amittunt. Edit. male παθέων.

51 *Ἀλλοτρίοισι*. Alienas vocat hujus vitæ jucunditates, eo quod fragiles, nec proprie sint nostræ.

55 *Ἠπεδαναῖς*. Reg. 991, sup. lin., ἀσθεναῖς (*sic*). Int., συνεταῖς.

58 *Μύθων κράτος*. Sup. lin. Int. λόγων ἰσχύν.

61 *Φρήν*. Reg. 991, sup. lin., συνέμπορος σοφίης, *comes sapientiæ*. Additur ad marg. πολλῶν νόος ἀνθρώπων, καὶ πλειόνων πραγμάτων εἰκών. *Mens multorum hominum, rerumque plurimarum imago.* Edit. male, φήν.

64 *Γλώσσης*. Reg. 990, γλώσση.

METRICA VERSIO.

on ego fulgentes gemmas, non posco lapillos,
m ego Niliacæ quamplurima jugera terræ,
rvorum magnosque greges, armentaque multa.
n mihi sunt etiam connubia splendida curæ,
ndus honoratum, dominam ducentia. Non me
blimis solii rapit inflammata cupido,
od paucos calcans, multorum ac deteriorum
pe (*quod ingentes* irarum concitat æstus),
catur pedibus. Namque hic re ducitur una,
alia gaudet, fastuque effertur inani.
humilis vere mortalis cuncta propago.
etenim nobis in crastina tempora certi :
vanos animis nostris aliena tumores
icra conciliant, celeri labentia cursu.
igitur valeat quidquid rapidissimus aufert
o, credibilis nulli, quo pulvis in istam
partem citus ejicitur, nunc rursus in illam.
ec etenim teneræ quantumvis lumine mentis

Perspexi, narrata sophis, hæc auribus hausi.
Plura dies etiam secum feret atque docebit,
Quem vulgo dicunt mortalibus esse magistrum.
Unam pro cunctis, genitor, rem postulo. Quamnam?
Ut mihi contingat doctrinæ excellere laude,
Maxima rhetoricæ vis est, seu judice coram
Certandum tibi sit, seu quid suadere necesse,
Aut ornare velis aliquem sermone diserto.
Historia plenum pectus pulcherrima res est.
Namque ea multorum mens est, ea magnus acervus
Est sophiæ ; nec grammaticæ laus parva putanda,
Per quam corrigitur prolatio barbara, per quam
Auxilium affertur linguæ, sermoque politur.
Pulchraque præterea logices certamina, per quæ
Occulitur primo verum, mox eruit illud
Verborum pugna in lucem, tenebrasque repellit.
Pulchra etiam per quæ mores effingere norunt
Docti homines, tanquam caseum, quem sumere texti

Digitized by Google

Ἠδ' ὁπόσα πτερόεντι νόῳ λεπταῖς τε μερίμναις
Βίνθεα διφήσαντες, ὁ μὲν τοῦ, τοῦ δέ τις ἄλλος,
Ἄνδρες ἐθηήσαντο σοφοὶ, βίβλοισι δ' ἔδωκαν·
Ἠερίων, χθονίων τε καὶ εἰναλίων φύσιν εὗρον,
Οὐρανίων τ' ἐπὶ πᾶσι Θεοῦ νόον ἀφράστοιο·
Πῶς τόδ' ἄγει, καὶ ποῖ προφέρει, καὶ εἰς ὅτε λήξει
Κόσμος ὅλος πολλοῖσι κεκασμένος ἔνδοθι κόσμοις·
Ἦ μάθον, ἢ τὰ νόησαν, ἃ μὴ θνητοῖο νοῆσαι.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ ταῦτα διεξελάσω νεότητι,
Πνεύματι θειοτέρῳ δώσω φρένας, ὅσσα κέλευσε
Καλὰ ἀνιχνεύων τε καὶ ἐς φάος αἰὲν ὁδεύων,
Καὶ στάθμην βιότοιο φέρων κινήμασι θείοις,
Ὥς κεν ἀοσσητῆρα, συνέμπορον, ἡγεμονῆα
Χριστὸν ἔχων, κούφῃσι σὺν ἐλπίσιν ἔνθεν ἀερθῶ,
Καὶ ζωῆς καθαρῆς τε καὶ ἀλήκτοιο τύχοιμι,
Μηκέτ' ἀληθείης ἐνδάλματα τηλόθε λεύσσων,
Ὥστε δι' ἐσσόπτροιο καὶ ὕδατος ἀδρανέοντα,
Αὐτὴν δ' ἀτρεκίην θηεύμενος ὄμμασιν ἀγνοῖς,
Ἥς πρῶτον πύματόν τε Τριὰς θεότης μονόσεπτος,
Ἓν φάος ἐν τρισσοῖς ἀμαρύγμασιν ἰσοθέλιον.
Δέρκεο μητρὸς ἐμῆς μήτρων μέγαν, ὃς περὶ πάντων
Μύθοισι πυκινοῖσι κεκασμένος, οὓς συνάγειρεν
Ἐκ περάτων, γλώσσῃσί τ' ἐνὶ πλεόνεσσι καθίζων,
Ὑστάτιον κληῖδα λόγων ποιήσατο, Χριστὸν
Καὶ βίον αἰπήεντα. Πρὸς ὃν, πάτερ, ὄμμα τιταίνων
Εἴ τοι καὶ βαιὸν χθαμαλώτερον· ἀλλὰ μετρεῖσθαι
Μέτροισι μεγάλοισι βίον πυκινόφρονος ἀνὴρ
Κρεῖσσον δεύτερ' ἔχειν μεγάλων, ἢ πρῶτα πενῆτ-

A

Et quæ subtili mente subtilibusque curis
Rerum profunda vestigantes, alii aliud
Viri sapientes speculati sunt et litteris tradiderunt,
Eorum quæ in aere, et in terra, et in mari, et quæ in cœlo, naturam
Indagaverunt, præcipue vero Dei non enarrabilis mentem ;
Quomodo hanc molem regat, et quo perducat, et quem finem habiturus sit
Mundus universus multiplici intus ornatu decoratus :
Aut ea didicerunt, aut intellexerunt quæ mortalem sapientiam superant.
Hæc autem postquam juvenili ætate percurrero,
Diviniori Spiritui animum tradam, pulcherrima illa quæ sacris Scripturis condita
Investigans, et semper in lucem progrediens,
Ac vitæ regulam ex divinis motibus instituens,
Ut adjutorem, et vitæ comitem, ac ducem
Christum habens, cum dulci spe hinc evehar,
Ac puram et æternam vitam consequar,
Non jam infirma veritatis simulacra procul prospiciens
Velut per speculum et aquam,
Sed ipsam veritatem contemplans puris oculis,
Cujus primum ac supremum est, Trias, divinitas uno cultu adoranda,
Unum lumen in tribus æqualibus splendoribus.
Aspice matris meæ magnum avunculum, qui præ omnibus
Varia doctrina ornatus, quam collegit
Ex orbis terminis, et in diversæ linguæ regionibus sedens,
Tandem scientiis coronidem imposuit, Christum
Et vitam sublimem. In hunc, pater, oculos verto,
Etsi paulo inferius consistendum mihi est ; at metiri
Magnis mensuris vitam suam prudentis est viri.
Præstat secundas habere inter magnos, quam primas inter egenos :

1042-1043

75 *Κεκασμένος*. Reg. 991, sup. lin, κεκοσμένος.
87 *Πρῶτον πύματόν τε*. Int. ἀρχὴ καὶ τέλος, *principium finisque*.
88 *Ἓν τρισσοῖς*. *Tres divinos inter se æquales radios vibrans*.
89 *Μήτρων*. Si Gregorius matris Nicobuli avunculus fuit, Nicobulus ergo Gorgoniam matrem habuit. Ibid., ὃς *περὶ πάντων*. Billius legit παρὰ πάντων, nam vertit :

.... *Variis superat mortales artibus omnes*

Quod quidem viro modestissimo de se loquenti potis nomine minime congruit.
92 *Κληῖδα*. Int., σφραγῖδα.
93 *Τιταίνω*. Chig. et Reg. 990, τιταίνων.

METRICA VERSIO.

Conspicimus speciem calathi ; præclaraque rursum
Cuncta ea, qua tenui cura, quæ præpete penna,
Hic maris, hic terræ scrutans penetralia, docti
Conspexere oculis animi librisque dedere.
Nam qua natura sit eorum quodque, quod aer
Continet, et tellus pelagusque, et satellifer axis,
Invenere, Deique etiam super omnia mentem :
Ut regat hanc rerum molem, quæ clausula mundi,
Mundi qui variis ornatibus intus abundat :
Hæc didicere illi, aut intellexere, tametsi
Humani ingenii superarent illa vigorem.
At postquam hæc juvenis percurrero, Pneumati [mentem
Tum mage divino studiumque operamque dicabo,
Quidquid præclari penetralibus abdidit imis,
Vestigans, gradiensque ad lucem jugiter, atque
Divinis moderans impulsibus omnia vitæ
Tempora : ut ipse viæ Christum comitemque ducem- [que

B

Semper habens, læta spe nixus ad æthera tollar,
Ac vita fruar, æternos qui durat in annos :
Sic nempe ut non jam veri simulacra remoti
Conspiciam quasi per speculum, vitreasque per [undas
Sed puris verum ipsum oculis mens lucida cernat,
Cujus sancta Trias caput est finisque suprema,
Sancta Trias, Numen tamen unum prorsus idemque,
Inque tribus lux æquideis splendoribus una.
Nonne vides ingens ut matris avunculus ille,
Qui variis superat mortales artibus omnes,
Quas sibi collegit binis e finibus orbis,
Dum plures inter linguas studiosus oberrat,
Doctrinam tandem Christo obsignavit, et alta
Vita, ad quam, genitor charissime, lumina tende
Id quamvis faciam paulo depressius ipse.
At se mensura magna, magno ac pede debet
Metiri, quicunque sapit : præstatque secundas
Ferre inter magnos, quam primas inter egenos

Digitized by Google

ὡς ἵπταται ἀετὸς κάτω ῥοιζοῦντος ὕπερθεν,
ἢ χαμαιπετέων κορύδων ὑπὲρ ἠέρα τέμνειν.
κῦτα, πάτερ, ποθέω, σὺ δέ μοι τελέσειας ἐέλδωρ.
Ναὶ λίτομαι· τῆς σῆς δὲ γενειάδος ἅπτομ' ἐγωγε·
αὶ λίτομαι· καιρὸς λαβώμεθα, ὃν προσιόντα
στιν ἑλεῖν, ζητεῖν δὲ παραθρέξαντα, μάταιον.
ιρὸς φυταλιῆς, καιρὸς δέ τε γαῖαν ἀρόσσειν·
ιρὸς ποντοποροῦσι λύειν πρυμνήσια νηῶν·
Καιρὸς θηρητῆρσι κατ' οὔρεα θῆρας ἀναιρεῖν·
ιρὸς δ' αὖ πολέμοιο· τὰ δ' ἄνθεα εἴαρος ὥρη
τει. Ὡς δὲ λόγων ἔσθ' ὥριος ἀνδράσι καιρὸς,
ίκα θερμότεροι ψυχῶν πλείουσιν ἔρωτες,
δὲ τύποις πολλοῖσι χαράσσεται ἔνδοθεν ἦτορ,
θ' Ἀλλὰ νεογράπτοις καλοῖς μούνοισι τέθηλε,

A Καὶ βίζαν βιότοιο νέοι βάλλοντ' ἐπὶ γαίης,
Ἐσθλήν τε στυγερήν τε, τὸ καὶ φράζεσθαι ἄμεινον.
Πείθομαι, ἦ τινα μῦθον ἀρείονα τοῖσδ' ἐπιθήσω;
Αἰδέομαι τοὺς σοὺς μύθους, πάτερ, οἷς σύ γ' ἄριστος
Εὐδρομέων γλῶσσάν τε καὶ οὖατα, καὶ νόον ὠκὺν
Ἐν πάντεσσι νόμοισιν ὁμῶς, ἀδέτοις τε δετοῖς τε,
Οὐδὲ μόγοις πολλοῖσι, τὸ δὲ καὶ θαῦμα περισσόν.
Οἶδά σε καὶ βασιλεῦσι παριστάμενον μεγάλοισι,
Καὶ μετ' ἀριστήων τιμώμενον, εἴ ποτ' ἦην γε,
Ἡνίκα θούριον ἔγχος Ἀχαιμενίδῃσι τίνασσες·
Καὶ πλούτῳ κομόωντα, καὶ αἵματι, καὶ πραπίδεσσιν,
Εἶδός τε μέγεθός τε· παλαιοτάτοισιν ὅμοιος
Αἰακίδῃσιν ἔης, ἢ Αἰτωλῷ Μελεάγρῳ.
Ἀλλὰ καὶ ὣς μῦθοί σε πλέον κλήϊσσαν ἁπάντων,

Quemadmodum et volitare infra aquilam ex alto stridentem,
Quam supra alaudas humi serpentes aerem secare.
Hæc, pater, desidero; tu vero mihi vota perfice.
Etiam atque etiam rogo: barbam tuam tango:
Etiam atque etiam rogo: tempus arripiamus, quod adveniens
Apprehendere est, præterlapsum quærere inanis opera.
Tempus plantandi, tempus et terram arandi:
Tempus navigantibus solvendi navis retinacula:
Tempus venatoribus feras in montibus occidendi:
Tempus etiam belli: flores vernum tempus
Parit. Sic et scientiarum opportunum est hominibus tempus,
Cum calidiora vigent mentium studia,
Neque multis imaginibus cor intus insculpitur,
Sed bonis tantum ac recens impressis efflorescit,
Ac radicem vitæ juvenes terræ mandant
Bonam aut odiosam, quod maxime considerandum est.
Persuadeo? an his etiam adjiciam meliora?
Revereor facundiam tuam, pater, qua tu præstantissimus
Antecellis omnibus lingua, auribus, et acri ingenio,
In omni pariter dicendi genere, soluto aut stricto,
Idque non magno labore, quod quidem valde admirabile.
Scio te et magnis astitisse imperatoribus,
Et inter strenuos bellatores laudem tulisse, si quis unquam tulit,
Cum terribilem hastam in Persas intorqueres:
Divitiis quoque splendidum, et sanguine, et pectore,
Forma et corporis magnitudine: antiquissimis
Similis es Æacidis, aut Ætolo Meleagro.
Sed tamen te omnium maxime litteræ celebrarunt,

ῥύδων. Schol. στρουθίων.
Ποντοποροῦσι. Chig. et Reg. 990, ποντοπό-

ταράσσεται. Reg. 990 habet χαρίζεται, sed pectus scilicet adolescentis est velut tabula rasa, in qua optima quæque commodissime queunt. Bill.
ὃ καὶ φράζεσθαι. Quod etiam majorem cau- equirit.
θέλομαι. Sic Reg. 992. Edit. πείθομεν.
ὁμοισιν. Forte λόγοισιν, et quidem melius.

119 *Εἴ ποτ' ἦην γε*. Græca locutio quæ juxta doctum Gaulyer solummodo significat *olim*, *unquam*. Vide Hom. *Iliad.* III, 180.
120 *Ἀχαιμενίδῃσι*. Sic ex Achæmene Persarum rege, Persæ dicti sunt, contra quos forte militavit Nicobulus pater, imperantibus Constantio et Juliano, qui adversus Persas bellum gessere.
121 *Καὶ πλούτῳ κομόωντα*. Schol. repetit οἶδά σε.
122 *Ὅμοιος*. Reg. 990 et Chig. ὅμοιον.
121 *Ὡς μῦθοι*. Ita Reg. 990. Male edit. ὅ;.

METRICA VERSIO.

s ac tenues alte volitare per auras,
ilas, supra quam ferri præstat alaudas.
r, hæc, inquam, cupio: tu perfice vota.
r, hæc supplex rogo te, barbamque capesso.
hare parens, properemus carpere tempus.
im veniens facile est comprendere cuivis:
t fluxit, labor est jam quærere vanus.
ntandi, certum quoque tempus arandi:
lvendi navis retinacula nautis:
ros, tempus cervos in monte necandi:
m tempus belli; ver denique florum
. Studiis sua sic quoque tempora certa:
-is amor medio dum pectore fervet,
ntus mens est impressa figuris,
s tantum viret, insculptisque recenter,

B Ac bona vel mala jam juvenes fundamina vitæ
Totius jaciunt. Quo major cura gerenda est,
Ut bene consultis succedant omnia rebus.
Flectimus? An melius dictis adjungere quiddam
Est opus? O genitor, tua me doctrina pudore
Afficit, et præstans facundia. Nam tibi lingua,
Auresque, et cita mens, prosa versuque feruntur
Felici cursu, nec id ullo pene labore:
Quod magis est mirum. Tu magnis regibus olim
Astabas, tuaque in gravibus laus maxima bellis,
Cum tua Achæmenidum leto dabat hasta phalangas.
Tu mente atque opibus multis, tu sanguine claro,
Corporea tu mole, pater, formæque decore
Æacidas veteres æquabas, ac Meleagrum.
Attamen haud tantam pepererunt omnia laudem

Digitized by Google

Ἔμπεδον, ἀστυφέλικτον, ἀγήρων, ἄτροπον, [ἐσθλόν,
Αἰὲν ἐπερχομένοισιν ἀεξόμενον λυκάβασι.
Κλῆρον ἔχειν παθέω πατρώιον, ὥς ποτε λόγχην
Σπαρτιάται, Πέλοπός τε γένος Πελοπήιον ὦμον,
Καὶ σκῆπτρον πατέρων εἰς υἱέας αἰὲν ὁδεῦον·
Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὕπερ υἱέα γαίης
Γηγενέες. Καὶ εἶδος ἔχειν πατρώιον εὖχος.
Αἶδεό μοι πόθον· αὐτὸν ἀμύμονα εἶδον ἔγωγε
Καὶ στυγεροῖσι πόθοισι τέκνων εἴκοντα τοκῆα,
Ὥς τιν' ἀσσητῆρα νόσου, καὶ τερπνὰ φέροντα
Ἀμμιγα τοῖς ἀγαθοῖσιν, ὅπως τὰ κρείσσονα τερ- [πνοῖς
Φαρμάσσοι, μικρῷ δὲ χερείονι νοῦσον ἐλαύνοι·
Καί τινα καὶ σοφίης ἀδαήμονα, πολλάκι παιδὶ
Ἑσπόμενον ποθέοντι λόγους, καὶ δῶτα πάκτη
Ὀθνείοις ἀγαθοῖσιν, ὅπως κεχάροιτο γόνοις.
Αὐτὰρ ἐγὼ κέλομαί σε τὰ μὲν κάλλιστα τοκῆα
Ἔσπεσθαι, καὶ χεῖρα φέρειν, πάτερ· εἰ δὲ κακὰ
Τερποίμην, παίδων με τεῶν ἄπο τηλόθι βαίη
Ὡς νόθον, εὐγενέος Ῥήνου χριθέντα ῥεέθροις,
Ἢ καθαρῶν ἀετῶν ψευδῆ γόνον ἀκτίνεσσι.
Δὸς χάριν, ἢ πατρός ἐστι πλέον ἢ παιδί·
Ἐμπαλὶν ἀΐσσουσα παρ' υἱέος ἐς γενετῆρα·
Κῦδος γὰρ τοκέεσσι τέκνων κλέος, ὡς πάτηρ
Ὧν τοκέων· ξυνὴ δὲ χάρις καὶ ξυνὸν ὄνειδος.
Ἤδη καὶ σταδίοισιν ὅλον βίον ἐξετίναξαν,
Ἅλματα τιμήσαντες ἀνάρσια, καὶ φόνιον

125 Stabilem, insuperabilem, senii et mutationis expertem, probum,
Semper annis supervenientibus crescentem.
1034-1045 Paternam hæreditatem habere cupio, ut olim lanceam
Spartiatæ, et Pelopis humerum Pelopidæ,
Et sceptrum alii semper a patribus ad filios perveniens :
130 Cecropidæ e terra geniti, super capillos cicadam terræ filiam ferebant.
Sic mihi et formam habere paternam in votis est.
Moveat te desiderium meum. Vidi ego patrem ipsum eximium,
Desideriis natorum etiam non rectis cedentem,
Ut quidam medicus morbi depulsor, jucunda salutiferis
135 Admiscens, ut meliora dulcibus
Temperaret, et aliquid nocivi concedendo, morbum sanaret.
Vidi et sapientiæ imperitum, qui sæpe filio
Obsecundabat litteras sitienti, et bonis studiis annuebat,
A quibus ipse peregrinabatur, ut nato gratiam faceret.
140 Velim ergo, pater, ut præclarissima optanti
Faveas et opem feras ; sin autem pessimis
Delectarer, longe me a filiis tuis ejice,
Ut nothum generosi Rheni aquis convictum,
Aut radiis mendacem germanæ aquilæ sobolem.
145 Da gratiam, quæ patris magis est quam filii, optime,
Utpote, quæ revolvatur a filio ad patrem.
Gloria enim est parentibus filiorum gloria, ut filiis
Suorum parentum, commune decus, et commune dedecus.
Alii jam et in stadiis omnes facultates absumpserunt,
150 Saltationibus gaudentes flagitiosis, cæde hominum,

129 *Καὶ σκῆπτρον.* Schol. καὶ ἄλλο σκῆπτρον.

130 *Κεκροπίδαι.* Sic Athenienses appellat a Cecrope eorum rege, et γηγενές, *e terra ortos*, eo quod cicadas capillis implicatas gestarent, velut *e terra*, ut cicadæ, exstitissent. Nicobulus ergo doctrinæ et eruditionis patris hæres esse cupit, ut Lacedæmonii, paternæ lanceæ, et Pelopidæ humeri eburnei, ut reges paterni sceptri, et antiqui Athenienses paternæ cicadæ.

131 *Καὶ εἶδος ἔχειν.* Bill. *Est etiam laudi natis patris ora referre.* Edit. ἔχει.

134 *Ὡς τιν'.* Reg. 991 sup. lin. ἰατρόν, *medicum*, qui jucunda salutiferis admiscet remediis, ut acerbitatem suavitate temperet.

143 *Ῥήνου.* Auctor est Strabo, cui consentit Julianus Augustus, quod etiam noster Gregorius affirmat, solitos esse Germanos, infantes suos natos in Rhenum projicere, si quando de adulterii uxores habebant, ut explorarent an legitimi essent infantuli, quibus quidem nihil periculi a fluminis imminebat, si mater innocua esset, tum vero rea foret, infantuli pessum ibant.

149 *Ἤδη.* Forte, ἄλλοι.

150 *Ἅλματα.* Billius legit αἵματα.

METRICA VERSIO.

Hæc tibi, doctrinæ quam copia maxima, quæ te
Reddidit expertem senii, firmumque, tibique
Præbuit eximium mansura in sæcula nomen.
Sors tua doctrinæ sors sit mihi, non secus atque
Lancea Spartiatis, humerus Pelopeius ortis
A Pelope, et sceptrum ad natos a patribus usque
Manans, Cecropidisque velut depicta cicada.
Est etiam laudi natis patris ora referre.
Hæc mea te moveat, pater, haud inhonesta cupido.
Vidi ego namque patrem soboli non æqua petenti
Cedere nonnunquam, ut medicum jucunda ferentem
Mista salutiferis, quod dulcibus utile rebus
Temperet, ac morbum per pauca nocentia pellat.
Vidi etiam persæpe patrem, cui nonnihil esset
Doctrinæ ; *literarum* avido tamen ipse
Cedebat nato, peregrinaque vota
Explebat, proli indulgens, præbensque
At mihi tu, genitor, pulcherrima quæ
Annue ; sin vitiis mens gaudeat
Natorum e numero procul ejice, non
Sim sparsus liquidas Rheni
Degeneremve aquilam Phœbi vis
Gratia, quam posco, genitor
Est mage quam nati, rediens a
Gloria namque patris natorum est
Ut rursus natis est gloria fama
Gratia communis, labes communis
Sunt multi, quibus est sensus
In stadiis, dum sacrilego male

Θηρῶν τ' ὀλλυμένων κενεόφρονες, ὡς πολιήται·
Ἥρα φέρειν, καὶ κῦδος ἔχειν περιώσιον ἄλλων,
Πανδήμοις στομάτεσσι βοώμενον οὐκ ἐπὶ δηρόν.
Ἄλλο, ἀεθλευτῆρσι βίον καὶ πλοῦτον ἄφυσσαν,
Ἀμφὶ κόνιν μογέουσιν ἐτώσια, ἡνιόχοις τε
Ἀντίπαλ' ἀφραδέουσιν, ὑπ' ἀντιπάλοισι θεηταῖς,
Παλλομένοις ἑκάτερθεν ἐς ἠέρα. Ὕβρεσιν ἄλλοι
Ἀνδρῶν θηλυτέρων πολυκαμπέα τέρψιν ἔχοντες,
Καὶ μίμων σκιεροῖσι ῥαπίσμασιν, οἷς ὕπο κόρση
Γυμνοῦται, ψοφέουσα γελοῖον ἀντὶ γόοιο.
Τοῖα γὰρ ἀφραδέουσιν, ἐὸν βίον ἐν μεσάτοισι
Παίζοντες κακοεργόν. Ἃ γὰρ μάθον, ἐξεδίδαξαν.
Καὶ μισθὸς μούνοισι κακῶν οὐ φάσγανον ὀξύ,

Et belluarum peremptarum inania sectantes, ut civibus
Oblectamenta præstent, et cæteros antecellant gloria,
Quæ totius populi ore celebretur non in multum tempus.
Alii facultates et divitias profuderunt in athletas
Circa pulverem inaniter laborantes, et in aurigas
Certatim insanientes, coram spectatoribus contraria in studia distractis,
Verberantibus utrinque aerem. Alii ex turpitudine
Virorum effeminatorum multiplicem capiunt voluptatem,
Et ex jocosis mimorum alapis, sub quibus crepitans mala
Nudatur, risum pro luctu movens.
Ita enim insaniunt, vitam suam in medio omnium
Scelerata ludificantes. Quæ enim didicere, edocent.

1046-1047 Atque ipsis solis merces scelerum non est gladius acutus,
Sed opes, et divitiæ, utpote qui vitiorum adjutores sunt.
Facile excellunt inter stultos pessimi.
Illi quidem talia; et quæ pessime compararunt,
Deterius profundunt. Justa quippe vindicta eos insequitur.
Tibi vero Deus concedat quæ desideras, qui optime nosti
Manum porrigere filiis, et quibus largiri melius est.
Aliis superflua, nobis autem præstantiora impertire.
Non enim plurima cupio, sed ut ipse multi pretii
Sim, nec a parentum virtute longe nimium absim.
Quæ tibi gloria, si simiam habeas, fœdum animal, sub humana forma,
Cujus collum aurei torques ambiant?
Haud enim ornatus ridiculam futilemque formam immutavit.
Quæ etiam gloria asino auri talenta gestare?

...telligit eum quem gladiatores in arena
ebant ad oblectandos crudelissimos spectato-
oculos.
6 Ἀφραδέουσι. Chig. ἀφραδέοντες.
9 Σκιεροῖσι. Reg. 991, sup. lin. στυγεροῖσι.
οἷς ὕπο κόρση. Sic legendum. Edit. ὑποκόρση.
990 et Chig. ὑποκόρρη. Reg. 991, sup. lin. κε-

3 Καὶ μισθὸς μούνοισι, etc. Id est, *ipsi soli celeris mercede, non modo pœnas capite non dunt, sed opes etiam ferunt, quia vitia fovent.*

167 Ἰθεῖα. Reg. 990, εὐθεῖα.
168 Ὅστις ἄριστος, etc. Schol. Reg. 991, ὅστις ἕτοιμος ὑπάρχεις χεῖρα ὀρέγειν τοῖς τέκνοις. *Qui ad porrigendam filiis auxiliarem manum paratus es.*
173 Ἔχῃς. Reg. 990, ἔχοις.
175 Εἶδος ἐλαφρόν. Int, τὴν διάνοιαν ἐλαφρόν. Schol. Reg. 991, οὐ γὰρ ἐπείσακτος ὁ κόσμος ἐνήλλαξε τὴν ἀφροσύνην τοῦ ἐλαφροῦ τὴν διάνοιαν. *Non enim adscititius ornatus insipientiam et levitatem ipsius immutavit.*

METRICA VERSIO.

gaudent nunc cæde virum, nunc cæde ferarum
homines, populi ut plausus vanosque favores
ant, atque exiguos celebrentur in annos.
s in athletas alii bona cuncta profundunt,
sque leves, quos sub pugnante corona,
ne hinc illineque manu feriente vicissim,
im insanire juvat. Sunt rursus, opes qui
n femineis, nunc in probrisque virorum,
arios animi lusus et gaudia quærunt,
npsere suas, dum mimorúmque jocosa
iunt avidi colaphismata, queis sibi malas
tegunt illi, sonitus crepitusque cietur,
pro lacrymis oritur gemituque cachinnus.
nim stulte peragunt, vitamque scelestam
o iudunt, id quod didicere, docentes.
s merces scelerum, non horridus ensis
l opes et divitiæ, quia turpibus illi
n vitiis præbent, miserumque favorem.

Β Porro inter stolidos homines et mente carentes
Perfacile est plausum sceleratæ ferre catervæ.
Ista quidem faciunt illi, quæque arte pararunt
Infanda, post abjiciunt sceleratius: idque
Judicio certe supremi Numinis æquo.
At tibi votorum summam Dominator olympi
Concedat, genitor, soboli qui tendere dextram,
Atque quibus tua sit melius bona fundere, nosti
Ipse supervacuis alios, pater optime, dona,
At nobis ea da facilis, quæ summa putanda.
Non ego multa volo, pretii sed ut ipse perampli
Sim potius cupio, ne longe a patribus absim.
Quæ tibi, dic, quæso, genitor persancte, voluptas
Hæc erit, humana sub imagine si tibi turpis
Simia sit, collo innexum quæ funibus aurum
Gestet? Non etenim species ridenda levisque
Mutatur, fulvo licet hanc decoraveris auro.
Quid prodest asinis auri gestare talenta?

Digitized by Google

Κάνθων καὶ πολύχρυσος ἐὼν ὀγκηθμὸν ἀείδει,
Οὐδὲ χάρις μολίβοιο τετυγμένα φάσγανα κεύθειν
Ἀργυρέοις κολεοῖσι, τὰ μὴ πολέμοισιν ὄνειαρ.
Τοῖος γὰρ βροτός ἐστιν, ὅτ' ἔκτοθε μοῦνον ἀερθῇ.
Τέρμα λόγου τόδ' ἄκουε· Θεὸς δ' ἐπιμάρτυρος ἔστω.
Καὶ γὰρ καὶ Θεός ἐστι Λόγος, θνητοῖσιν ἀνάσσων.
Ταῦτα, πάτερ, παρ' ἐμεῖο, φύσις, τρόπος, ἄσπετος [ἱδρὼς,
Ἤματά τε νύκτας τε διηνεκὲς εἰς ἓν ἀγείρειν.
Τἄλλα δέ μοι παρὰ σεῖο, Θεὸς, χρόνος, ἐλπὶς [ἀρείων,
Μὴ λήγειν θήγοντα παραιφασίῃσιν ἑταίρων·
Καὶ γὰρ καὶ δρυτόμῳ πέλεκυς, σθένος ἐστὶν ἄριστον.
Μὴ σύ γε μὴ πόντον περιδείδιθι, μὴ σύ γ' ὀδοῖο
Μῆκος, μὴ κτεάνων περιφείδεο, μήτε του ἄλλου

A Τῶν ὅσα τὴν μεγάλην ἀρετὴν θνητοῖσιν ἐφ [ἵει
Πολλῶν τοι κτεάνων προφερέστερος εὔχομαι εἶνα
Πρωτότοκος, καὶ πρῶτος ἐς οὔνομα πατρὸς ἐείρα
Εἴ τινα καὶ τόδ' ἔχει γενέταις χάριν, ὥσπερ ὦα
Εἰ δὲ σέ γ' ἢ κτεάνων αἶρει πόθος, ἢ σέ γε παῖδ
Θηλύτερος, μαλακὸς, μητρώϊος ἐγγύθι πίπ
Φλὸξ καλάμης ἀνιοῦσα, μαραινομένη τε τάχιπ
Φθέγξομαι, οὐκ ἐθέλων μὲν, ἀτὰρ σύ με καὶ θ [λείῃς
Οὔ ποτέ σοι φιλόπαιδος ἐγὼ, πάτερ, οὔ μ' ἀνὴ
Ἀλλὰ, πάτερ, σῷ παιδὶ πέλοις θεὸς ἀντὶ βροτοῦ
Μὴ φράξῃς πηγὴν, ποταμὸν μέγαν ὠδίνοντ
Μηδὲ φάος λύχνοιο θάνοι, λήγοντος ἐλαίου,
Ἢ φυτὸν οὐ δροσερῇσι πιαινόμενον προχοῇσιν.

Asinus enim, etsi auro coopertus, ruditus edit.
Neque gloria est plumbo conflatos enses condere
Argenteis vaginis, quorum nulla in bello utilitas.
Talis enim homo est, qui externis bonis tantum effertur.
Finem orationis hunc audi: Deus autem testis sit.
Nam et Deus Verbum est, mortalibus imperans.
Hæc a me, pater, præstanda sunt, natura, mores, indefessus labor,
Dies ac noctes simul absque ulla intermissione conjungere.
Cætera vero mihi a te accipienda, Deus, tempus, spes melior;
Nec desinas me acuere admonitionibus sodalium:
Etenim lignorum excisori securis addit robur maximum.
Ne tu quidem mare perhorrescas, nec viæ
Longitudinem, nec opibus parcas, nec rei cuiquam,
Quæ magnam mortalibus virtutem augeat.
Multis sane divitiis præstantiorem me existimo,
Natu maximus, et primus, ob quem nomine patris appellatus sis,
Si quam id habet apud parentes gratiam, ut arbitror.
Si vero te opum rapit cupido, aut filii
Muliebre, molle ac maternum animo desiderium incidens,
Sicut flamma stipulæ, quæ accensa cito marcessit,
Eloquar invitus quidem, sed tu me ad id cogis:
Nunquam ego tibi patris diligentis filios nomen tribuam.
1048-1049 Verum, pater, filio tuo esto deus pro homine.
Ne obstruas fontem, fluvium magnum parturientem,
Neque lumen lucernæ exstinguatur deficiente oleo,
Aut planta non irrigata fecundis imbribus marcescat.

187 *Δρυτόμῳ πέλεκυς*, etc. Proverbialis locutio, qua significatur cohortationem plurimum valere ad magis ac magis excitandum ejus animum, qui jam sua sponte ad aliquod studium fertur: ὀφέλλει δ' ἀνδρὸς ἐρωὴν (πέλεκυς), *augetque viri robur* (securis). *Iliad.* III, 62.

192 *Ἐς οὔνομα πατρὸς ἐείρας*, et *ad nomen patris evehens.* Schol. Reg. 991. τος ἐγὼ σε πατέρα καλεῖσθαι πεποίηκα.

194 *Αἴρει.* Reg. 990 αἴροι.

198 *Sol.* Ita Reg. 990, 991 et Cl prave, *μοί.*

METRICA VERSIO.

Auri namque etiam nummis oneretur asellus,
More rudit tamen ipse suo. Quid juverit enses
Ex plumbo factos vagina condere pulchra,
Ex quibus utilitas in bellis nulla redundat?
Talis enim est, quisquis verarum cum sit inanis
Prorsus opum, externis tantum fluxisque superbit.
Carminis extremum istud erit; testis Deus autem
Sit mihi. Nam summus rerum sator ille parensque
Est etiam Sermo, mortalia sceptra gubernans.
Hæc, pater, hæc a me, mores, natura, laborque,
Et totas noctes, totis geminare diebus.
Cætera contingent abs te mihi cuncta, Deusque,
Et tempus, spes et melior; tu sæpe monendo,
Ponendoque meos ante ora oculosque sodales,
Amplius exacues animum. Nam ligna secanti,
Permagnum robur, vis est permagna securis.
Ne tibi vel sævi, genitor, discrimina ponti,
Nec via longa motum pariat. Tu parcere nummis

B Parce tuis, rebusque aliis, quibus inc
Quæritur, et tacitis gradibus se tollit in
Quod multis opibus, multo auro sim tibi
Dicere non vereor, meque hoc ego nomine
Primus ego natu fratrum, primusque
Ad nomen te subvexi, si quis tamen ind
Amplior exoritur patribus favor atque
Exoritur porro, nisi me sententia fallit,
Quod si te vel opum tenet irrequieta cup
Vel natis muliebris amor, mollisque,
Maternus, cito collabens, et stuppea
Quæ simul, ut nata est, exstinguitur illic
Non equidem loquar ista lubens, sed vi
Nunquam indulgentis patris a me nom
Ast mihi sis hominis vice numen, te,
Ne fontem obtures, fluvium: qui partur
Nec defectu olei moriatur, quæso, luce
Plantave dispereat, quia non perfu

Digitized by Google

Οἶγε, θρέψον, ἔπαρδε, ῥόον, φάος, ἔρνος ἀέξων.
Μῆτερ ἐμή, σὺ δ' ἐμῇσι λιταῖς ἐπάρηγε καὶ αὐτή,
Ὄφρα κεν ἀμφοτέροισι χαρίστιον ὕμνον ἀείσω
Μηδὲ μόνον πηλοῖο (τό πέρ τισιν εὖαδε λέξαι,
Φρασσαμένοις ὅτι σαρξὶ περιτρομέουσι τοκῆες),
Ἀλλὰ καὶ ἀθανάτων ψυχῶν γενέτας καλέσαιμι.

Ε'. *Νικοβούλου πρὸς τὸν υἱόν.*

Τέκνον ἐμόν, μύθους ποθέων, ποθέεις τὰ φέριστα·
Καὐτὸς γὰρ μύθοις ἐπιτέρπομαι, οὓς περ ἔδωκε
Χριστὸς ἄναξ μερόπεσσι, βίου φάος, οἷον ἀπ' ἄλλων
Δῶρον ἐπουρανίης ἐξ ἄντυγος. Οὐδὲ γὰρ αὐτὸς
Αἰρόμενος πολλῇσιν ἐπωνυμίῃσι, γέγηθεν
Ἄλλο τι πρόσθε Λόγοιο καλεύμενος. Ἀλλ' ἐσάκουε
Μῦθον ἐμόν. Πατρὸς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη,
Καὶ πολιὴ νεότητος ἔχει πλέον. Ἱστορίην γὰρ
Ὁ χρόνος, ἱστορίη δὲ τέκεν σοφίην πτερόεσσαν·
Τοὔνεκ' ἐμῶν ἐπέων ἐμπάζεο· καὶ γὰρ ἄμεινον.
Τέκνον ἐμόν, τὰ μὲν ἄλλα Πατρὸς καὶ φέρτερος εἶης·
Χαίρει γάρ τε πατὴρ ἡσσώμενος υἱέος ἐσθλοῦ,
Καὶ πλέον ἢ πάντων κρατέων, θείοισι νόμοισιν,
Οἷς τόδε πᾶν συνέδησε Πατὴρ μέγας· ἐκ δὲ Λόγοιο
Ἔμπεδον ἐστήριξεν, ἑὸν κτέαρ ἀμφαγαπάζων.
Κεῖνό γε μὴν ἐθέλω σε πατρώϊον, ᾧ τέκος, ἴσχειν
Αἰδῶ πλειοτέρην, ἧς νῦν τοκέεσσιν ἔφηνας.
Παῖς καὶ ἐγὼ γενόμην ἀγαθοῦ πατρός, ἀλλὰ τόδ' οὔπω

Aperi, ale, riga, fluentum, lumen, plantam augens.
Mater mea, tu quoque precibus meis ipsa auxiliare,
Ut ambobus gratiarum actionis hymnum concinam;
Neque tantum luti (quod quibusdam placuit dicere,
Perspicientibus soli carni metuere parentes),
Sed et immortalium animarum parentes appellem.

V. *Nicobuli patris ad filium*[*].

Fili mi, sermones cupiens, cupis optima;
Ipse enim delector sermonibus, quos dedit
Hominibus Christus rex, vitæ lumen, eximium præ cæteris
Donum ab axe cœlesti. Neque enim ille,
Cum multis nominibus appelletur, gaudet
Alio ullo magis, quam cum Verbum vocatur. Verum audi
Verbum meum; patris enim est admonitio optima,
Et senectus plus habet juventute. Peritiam enim
Tempus, peritia autem sublimem genuit sapientiam.
Quamobrem verba mea amplectere: id etenim melius.
Fili mi, in cæteris quidem patri tuo præstantior fueris;
Gaudet enim pater superatus ab egregio filio,
Et amplius quam si omnes vinceret, sic jubentibus divinis legibus,
Quibus hæc omnia devinxit Pater magnus; et Verbo etiam
Firmiter stabilivit, suam possessionem magno amore complexus.
Illud autem volo, ut a patre, fili, habeas
Majorem verecundiam, quam nunc parentibus ostendisti.
Filius ego et ipse sum optimo patre natus, sed nunquam

[*] Scriptum an. 383. — Alias Bill. 51, pag. 115.

1504 *Μῆτερ ἐμή.* Hinc liquet Nicobuli matrem tunc in vivis fuisse, cum Gregorius ejus avunculus hoc carmen cecinit.

1506 *Πηλοῖο. Luti*, id est, *corporis, ex limo terræ figmentati.*

[*] Argumentum. *Nicobulus pater filio respondet carmine, quod ab ipso conditum fuisse credere licet, quippe qui litteris florens, stricta et sororatione perinde norat scribere, quod carmine recedenti constat. Votis filii annuit, cujus verba tam, ut minus verecunde dicta, carpit, eumque paternis monitis vallat, data, eundi quo vellet, licentia. Serius anno* 385, *quo Nicobulus obiit, carmen istud scribi non potuit.*

Tit. *Νικοβούλου*, etc. Ald. Νικόκλου, mendose. Nicobulus enim in præcedenti carmine testatur sibi impositum fuisse nomen patris.

1 *Μύθους. Sermones, eloquentiam, scientiam, eruditionem, doctrinam.*

7 *Πατρὸς δὲ παραίφασίς ἐστιν ἀρίστη.* Hom., *Iliad.* xi, 792; et xv, 404:

..... Ἀγαθὴ δὲ παραίφασίς ἐστιν ἑταίρου.
..... *Optima enim est amici admonitio.*

METRICA VERSIO.

cm aperi, lucem nutri, plantamque rigare
sit, ut crescat. Mater mea, tu quoque votis
iare meis, ut grates solvat utrique
nea: nec tantum cœni (quod dicere visum est
ullis, quia conspicerent hunc patribus unum
metum, ne quid sentirent corpora duri),
n etiam mentis vos dicam jure parentes.

V. NICOBULI PATRIS AD FILIUM.

(*Billio interprete.*)

mones cupiens, fili, cupis optima certe:
ue etiam doctis lætor sermonibus ipse,
ominum generi Christus donavit, ut essent
tæ, supero demissum munus ab axe,
magnificum, et dono præstantius omni.
eque nominibus cum multis ipse vocetur,
aliud nomen, quam Verbum, gratius audit.

B Auribus arrectis at tu mea percipe verba.
Consiliis nihil utilius meliusque paternis.
Pluraque canities novit quam læta juventus.
Tempus enim historiæ pater est, materque vicissim
Historia est sophiæ, levibus quæ pervolat alis.
Fac mea sint igitur tibi curæ dicta, nec illa,
Si tibi consultum cupias, de pectore pone.
Cætera sis sane præstantior ipse parente;
Gaudet enim genitor, cum palmam præripit ipsi
Virtutis sua progenies, majorque voluptas
Hinc oritur, quam si reliquos præveteret omnes.
Legibus æthereis id fit, queis maximus orbem
Constrinxit genitor, stabilique in sede tuetur:
Tantus amor tenet hunc operis quod traxit in ortum.
At vero hoc patriis te moribus istud habere,
Nate, velim, frontis plus ut tibi plusque pudoris
Insit purpurei, quam nunc conspeximus in te.

Digitized by Google

Ἦλθεν ἀφ' ἡμετέρων στομάτων ἔπος, οὐδ' ὑπ' ὀδόντι.
Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Θεῷ κεχαρισμένος ἐστὶν ὁ μῦθος·
« Ὦ πάτερ, εἴ μ' ἔφυσας, βαιὴ χάρις· οὐ γὰρ ἔμοιγε,
Σῷ δὲ πόθῳ, σῇ σαρκὶ χαριζόμενός μ' ἐφύτευσας.
Ἀλλ' ἔθρεψας ἔπειτα· τί γὰρ τέκες; » Ὡς ἀχάριστος
Φωνή! καὶ κόσμοιο λύσις, μεγάλης τε γενέθλης
Φίλτρῳ μὲν συνέδησε φύσις τοκέας τε γόνους τε,
Μὴ μόγος ἀμφὶ τέκεσσιν ἀπορρήξειε τοκῆας,
Καὶ θανάτῳ τίκτωμεν, ἀκηδέες ὧν τεκόμεσθα.
Τοὔνεκα καὶ μόθον αἰνὸν ἔοις περὶ παισὶ τοκῆες
Ἴστανθ', ἢ γὰρ ἔλεξας ἐτήτυμον, ἄχρι μόροιο,
Σφῆκες, παρδάλιές τε, βόες, σύες, ἰχθύες, ὄρνεις,
Πάντων δ' αὖ περίαλλα βροτῶν γένος. Εἰ δὲ νόμοισι
Τοῖσδε εἰ καθέοιμεν, ὅλος βίος οἴχετ' ἄϊστος.

Τίς γὰρ ἔθ' υἱῆα προσπτύξεται, ἢ τὰ φέριστα
Εὔξεται, ἢ πολέοντι λόγους, ἢ ἄλλο τι νεύσει,
Τίς μοῖραν κτεάνων ἀποδάσσεται, ὡς ἐπέοικε,
Εἰ χρέος, οὐ χάρις ἐστίν, ὃ κεν πατρὸς υἱὸς ἔχῃ,
Καὶ μηδὲν μὲν ἔχων, αἰδοῦς νόμον ἐκτὸς βάλλῃ,
Εὖ δὲ παθών, ἀχάριστον ἔχοι γλῶσσάν τε νόον τε;
Σκέπτεο δ' εἴ κέν σοί τις ἀπαντήσειεν ἐχέφρων·
Οὐκ οἷον μερόπων ἡμεῖς γένος, ἀλλὰ θεοῖς
Τῶν δὲ πάρος. Πατέρες δὲ τὰ δεύτερά εἰσι τέκεσσι·
Ὄργανα τῆς Χριστοῖο θεοῦ μεγάλοιο γενέθλης.
Γαῖαν ἔλεν, δῶκεν δὲ νόον, μικτὸν δ' ἀνέδειξεν
Ἓν γένος ἀμφοτέρωθεν, ἐπιχθόνιον βασιλῆα,
Σῶμα κακοφρονέοντα, θεὸν θετὸν εὐσεβέοντα·
Πολλοῖσίν τε κακοῖσι κυκώμενον ἔνθα καὶ ἔνθα,

Excidit hujusmodi verbum ore meo, nec dentes attigit;
Neque enim, neque Deo gratum est verbum:
« O pater, quod me genueris, levis est gratia; non enim mihi,
Sed tuæ cupiditati, et tuæ carni serviens me procreasti:
Sed aluisti postea: utquid enim genueras? » Quam ingrata
Vox! et mundum dissolvit, et magnam procreationem.
Amore quidem colligavit natura et parentes et filios,
Ne labor pro filiis susceptus divellat parentes,
Et in mortem gignamus, abjicientes curam filiorum quos genuimus.
Quapropter et grave certamen suis pro filiis parentes
Suscipiunt, ut vere dixisti, usque ad mortem,
Vespæ, pantheræ, boves, apri, pisces, aves,
Omnium autem maxime mortalium genus. Si autem legibus
His tuis cesserimus, tota vita abit incerta.
Quis enim jam filium complectetur, aut optima
Precabitur, aut desideranti sermones, seu quid aliud obsecundabit?
Quis partem bonorum dividet, ut par est,
Si debitum est, non gratia, quod a patre filius acceperit,
Ac nihil quidem consecutus, pudoris legem abjecerit,
Beneficio autem affectus, ingratam exhibeat linguam et mentem?
Vide autem ne quis tibi occurrat prudens, et premat:
Non hominum tantum genus sumus, sed etiam Dei,
Imo Dei priusquam illorum. Parentes vero secunda sunt filiis
Instrumenta Christi magni Dei, in procreatione.
Terram sumpsit, mentem ei indidit, conflatumque ostendit
Unum genus ex utroque, terrestrem regem,
Corpus, cum male vivit, deum adoptivum, cum pietatem colit:
Multisque calamitatibus hinc inde jactatum,

31 *Περίαλλα.* Scholi. *περισσότερον*, *præ cæteris mortalium genus.* Ibid. *εἰ δὲ νόμοισιν. Quod si tali ac tanta lege careamus, de tota vita humana actum fuerit.* Gaulyer.

38 *Ἔχοι.* Sic Reg. 990. Edit. ἔχειν.

41 *Τὰ δεύτερα.* Sic vertit Gaulyer: *Parentes secundas duntaxat in gignendo partes tenent vinæque cujus Deus maximus Christus est procreationis instrumenta quædam sunt.*

METRICA VERSIO.

Namque etiam præstanti habui virtute parentem:
Ast ex ore mihi nunquam vox excidit ista,
Nec sub dente fuit; nam nec Deus approbat illam:
« Quod tua sim proles, pater, hoc leve judico munus;
Ob me non tam etenim vitam lucemque dedisti
Tu mihi, quam carni induigens, Venerique: quod autem
Me quoque post aluit tua cura tuique labores,
Magnumne hoc, ab te cum sim satus, istud haben-
[dum? »
Quam vox hæc ingrata tua est! Ea vincula solvit,
Quæ mundum stringunt, ea magnum solvit et ortum.
Philtro nam natura patres cum prole ligavit,
Ne labor atque graves curæ, quas ferre necesse est
Pro natis patrios animos abrumpat, et atræ
Gignamus tantum morti, dum cura creatæ
Haud nos ulla tenet sobolis, gignamus Averno.
Unde etiam ad mortem depugnant usque parentes
Pro sobole (hoc etenim nil dictum verius abs te),
Ac fera bella movent vespæ, pardique, bovesque,
Atque apri, pisces, voluceres; super omnia vero
Gens facit hoc hominum; quod si tot legibus ipsi

Cedamus, vita omnis abit, **vita interit** eam
Ecquis enim natum jam **complectetur**, o
Omnia conceptis optabit **prospera** votis?
Doctrinæ cupido quisnam, **retumne** aliam
Annuet, in partem dabit **atque** venire
A patre si quidquid soboles **capit**, hoc
Debiti habet tantum, nor **autem** mun
Cum nihil ipse capit, leges **et** scita pud
Infringit, capiens autem **linguaque** ani
Præbeat ingratum sese **immemoremque**
Ergo vide ne quis tibi sic **occurrat** et
Non hominum solum proles, **sed** Numin
Nos sumus, atque patres **tantum** sunt
Contigit a Christo qui nobis, **organa** qu
Sumpsit humum, mentemque **dedit**, m

Ex utroque genus, terræ **quod** sceptra
Et caro, cum vitiis totum **se traderet**, e
At deus (haud equidem **natura**, **ast** m
Si studiis animum sanctis **addiceret**
Pluribus ærumnis hinc **jactaretur** et

Digitized by Google

Ὡς κεν ἐνὶ πλεόνεσσιν ἀκαμπέα θυμὸν ἔχωμεν.
